13
6 L
36

O
III
2

13.20.E.12

CONSILIORVM
ſiue Reſponſorum
D. IOAN. PETRI SVRDI
CASALENSIS, I.C. PRAECLARISS.
ET MONTISFERRATI SENATVS
PRAESIDIS DIGNISSIMI,

Liber Secundus.

In quo multa, quæ in controuerſiam quotidie vocantur, acutiſſimè excitata, atque diſceptata, iudicio grauiſſimo diffiniuntur:

Hac poſtrema editione ſummo ſtudio ac diligentia, excuſus.

Cum Summarijs, & Indice rerum ac ſententiarum locupletiſſimo.

CVM PRIVILEGIIS.

VIRTVTI SIC



CEDIT INVIDIA.

VENETIIS, M. DC. XI.

Apud Hæredem Damiani Zenarij.

SERENISSIMO DOMINO, D. VINCENTIO GONZAGAE, DEI GRATIA DVCI MANTVAE ET MONTISFERRATI, ETC.

Io. Petrus Surdus S. D.

HVMANARVM rerum ita compoſita videtur eſſe conditio, vt, qui morum conſtantia, ſtudiorum grauitate, atque animi ſuauitate ad veram virtutis laudem comparandam enixè contendunt, ij, aut nunquam, aut perraro promeritis encomijs populorum conſenſu celebrentur; quin quantò cęteros æquanimitate, lenitate, honeſtate, & probitate pręcellunt, quantoq; animum ardentiore ſtudio, & peruigili cura, rerum ſuarum ſollicitudine, incertęque, ac inanis glorię ſpe abiecta, virtutibus excolunt; tantò eos ad communem hominum cœtum conſeruandum, rerumque publicarum negocia adminiſtrandum, ineptiores iudicant, qui pro ſolertia fraudulentiam, pro prudentia verſutiam gerendis rebus adhibendam, cenſent. Atque id veneni ne magnis quidem Principibus pepercit. Cum enim priuatorum primum res non ſine laude geſtas ſuperinducto crimine obſcurauit, mox fęlici ſucceſſu elatum, omnia pro ſua dicendi libidine ſibi licere exiſtimans, ſerpit in potentiores: eosque nequaquam minore licentia & ſecuritate inuadit: & demum nullum eorum tam egregiè dictum, aut ſpecioſè factum, conſpicitur, quod ſuo morſu non inficiat: aut, ſi apertè criminari non audeat, ad aliorum inuidiam concitandum non detorqueat. Arbitror, quia, vt ſunt turbida hominum ingenia, deprauati mores, & pronum ad malè ſentiendum iudicium, reprehendunt corrupti homines & iniquiora conſilia agitare ſoliti, quæ ipſi aſſequi non potuere; ne, ſi illorum laudabilem viuendi rationem probauerint, diuerſa vitæ ſuæ inſtituta propria damnent ſententia. Hi ſunt, qui vana atque inani gloriæ imagine decepti, rerum præclarè geſtarum fructum in hominum exiſtimatione conſtituunt, qui

dum popularis auræ capeſcendæ ſollicita anxietate commoti, potentiorum animis illabi, ſeſeque in eorum beneuolentiam inſinuare ſtudent, parum ſibijpſis ſapientes, in turpia quæque, & ingenuo homine prorſus indigna prolabuntur. quod quæ ſemel apparentis gloriæ cura mentem inceſſit, eos pro temporis & rerum viciſſitudine nouos vultus, nouos mores effingere, ad ſingulos aliorum motus nouam perſonam aſſumere, & quocunque procliuior populi aura aſpirat, conuerti adigat. At, quàmuis hæc ita pateant, vt nemo hominum non videat virtuti inuidiam comitem, & vitę integritatem vario linguarum morſu carpi, in Te tamen, Princeps Sereniſs. ſumma cum admiratione, nouoq; cum exemplo, non modò mentis rectitudinem, animi ingenuitatem, & ad rationis imperium omnium ſenſuum moderationem intuentur gentes, ſed omnium nationum & populorum conſenſionem, & applauſum in laudem, & gloriam tui nominis admirantur. Porrò in Te patris prudentiam, matris pietatem, aui, & proaui liberalitatem agnoſcunt, inuictiſſimorumq; Regum, & Imperatorum, vnde genus & ſanguinem ducis, in moribus grauitatem, atque in omni deliberatione magnanimitatem ſuſpiciunt, & quæ multis antè ſeculis maiores tuos viros pace & bello præclariſſimos exornarunt, Regibus, & Imperatoribus multarum virtutum ſplendore, & rerum geſtarum gloria exæquarunt, quodam quaſi compendio complecti videris; In Te omnium populorum conuerſa corda, Italiæ Regulorum intenti oculi, & omnium nationum directæ mentes, talem prędicant, qualem ſubiecti tibi populi experiuntur; id eſt, prudentem, pium, liberalem, & magnanimum: conueniunt veritas, & opinio; receſſit omnis pugna. Dij boni, nos Tibi addicti, his bonis perfruimur, & qui primus tui Imperij dies illuxit, is tanta omnium noſtrum animos iucunditate perfudit, quantam nemo verbis poſſit exprimere. Cum verò primum hanc in Prouinciam pedem intuliſti, Magiſtratus, nobiles, ignobiles, omnis ſexus, ordinis, & ætatis, effuſam multitudinem occurrere vidiſti: & cum Ciuitatem hanc ſuis fermè ſedibus euulſam, tibiq; obuiam conſpiceres, immenſam quam quiſque animo, & corde conceptam alacritatem prę tui aduentus lætitia continere non poterat, fronte, oculis, & vultu redundantem intuebare: omnibus idem iudicium, vnus applauſus, & gratulabantur omnes eum ſucceſſionis & ſanguinis iure Principatum ſuſcepiſſe; quem vnum concordi atque vnanimi conſenſione delegiſſent, ſi creandi facultas in eorum arbitrium collata fuiſſet: nec concepta ſpe deceptos, aut fruſtratos pœnitentia inuaſit, quando in ipſo Dominationis progreſſu virtutibus bene auſpicata Principatus initia incrementum ſumpſere. Etenim quas ſubditorum querimonias alijs audiendas demandaſti, tuis auribus interdum excipere non recuſas. &, cum multi ſubditorum opibus inhiantes, quemcunque norunt in ſua ditione diuitijs præpotentem falſis criminibus circumueniant; Tu, tuorum commodis ſtudes, virtute præditos obſequijs foues, dignitatibus euehis, officijs, & fauoribus auges: honoraria, non ad turpem quæſtum incitando ex proſcriptorum, aut damnatorum bonis, ſed ex tuo ærario Magiſtratibus conſtituis: &, qui rebus publicis præficiantur, non perditiſſimum quemque promouiſti, ſed probatiſſimorum virorum, quos anteactæ vitæ innocentia dignos reddiderit, delectum habuiſti. Nobilium animos certis perpetuiſq; in ſingulos annos honorarijs ad tua deuinxiſti obſequia: atque ita in officio contines; vt, dum ſuum quiſque obtinet apud Te locum, ſciat pariter inferioris ordinis viros Tui protectione non eſſe deſtitutos, eaq; ratione minimè conculcandos: alieni verò ſceleris indagatores (cum ad Prouinciæ purgationem maximè ſint neceſſarij) Tu ita habes, vt ex eorum delatione nihil non prius bene exploratum, aliundeq; comprobatum aſſumatur: militum licentiam compeſcuiſti, auctiſq; ad moderatam rationem ſtipendijs, vt alieno temperent: neve agros, domos, ſtationes populentur, prohibuiſti: carceratorum inopiam ſubleuaſti: reos ſitu & ſqualore obductos, ac longo carceris

pędore

pędore confectos addictis pęnis ſubiecisti: inſontes, & quorum innocentiæ lumen enituit, educi iuſſiſti: &, cum armorum penè omnino interdictum vſum laxaueris, nuſquam tamen vim cuipiam inferri videmus; quin laceſſente nemine, defenſionis neceſſitas abſceſſit. Nouit probatiſſimus quiſque tuam in ditionem tutiſſimum ſibi fore refugium. nequiſſimi verò aut flagitijs, iniurijs, & ſcelere penitus abſtinendum: aut aliò migrandum: nec decere ſub eo Principe ſceleſtum virum degere, qui lege ſolutus, ſolusque ſuijpſius moderator nihil omnino præter turpem famam perhorruerit, iuſtiſſimus alieni flagitij vindex, & accerrimus ſuorum morum caſtigator. His virtutibus ita tuis, & tuorum populorum rebus ſtabili ratione compoſitis, & firmatis omnium ſaluti & quieti proſpexiſti; vt nemo æqui, & iuſti amator ſub tui Imperij faſcibus, vitam agere non exoptet: nemoque alieni inuaſor, aut raptor, pacis turbator, & honeſti euerſor, tuam non effugiat ditionem. Tuum nomen tandem venerantur boni, horrent mali. Quæ omnia, ſi in ipſis tui Principatus incunabulis vix dum adoleſcente ætate, abs te tam anxie induci, tam conſtanter ſeruari, & tam religiosè cuſtodiri, alios verò tanto cum honore, veneratione, & amore, ſuſcipere, & exequi videmus, quantum, Dij optimi, credimus eualurum, cum diuturna grauiſſimorum negociorum pertractatione, aſſiduaq; tui Imperij rebus ſeruandis, & augendis curatione, prouehente ætate, fugatis penitus quæ adoleſcentium animos titillare, allicere, impellere, atque etiam aliquando a recto deflectere conſueuerunt, ad iuſtæ, florentis tamen & virentis ſenectæ annos, inualeſcente ſemper iudicio, perductum videbimus? O ter, quaterq; beatos eos, quos in eam vſque ætatem Deus Opt. Maximus ſeruabit. me autem, cui per ætatem ad ea tempora peruenire non licebit, nedum iuuat, præſentia tua facta, ſumma cum animi iucunditate, intueri; ſed, & quæ fœlici omine tantis ex principijs futura auguror, tanquam ob intellectus oculos conſtituta, nequaquam in hoc vanus vates, proſpiciens, illius ſeculi vices, inuideo. &, qui tum Tibi, atque illius ætatis hominibus gratulari vita iam functus, minimè potero, hunc Tibi Secundum meorum Reſponſorum Librum, quanta maximè licet humilitate, dedico; vt tui nominis gloria inſignitus, authoris effigiem & vitam præferens, nihil diuturnitatis iniuriam veritus, meam in Te, tuarumque virtutum merita, fidem, deuotionem, atque omnem animi propenſionem teſtetur. Interea verò, quem pater honoribus, atque officijs ſuſcepit, & Tu, eo adhuc ſuperſtite, gratia, & obſequijs, ornaſti, Ducali nunc infula præfulgens, me humillimum, & deuotiſſimum ſeruum tuum, qua ſemper vſus es benignitate, ne deſere.

AD LECTOREM.

VIDEO parum conſtantis, aut ſinceri animi, meo nomini notam a multis inuri, quòd in Reſponſorum meorum Primi Voluminis editione præfatus inuitum, amicorumque precibus deuictum, non ex animi voto, in eam ſententiam deſcendiſſe, vti ea typis excudenda mandarem; nunc vel mutato conſilio, vel illius excuſationis immemor, imminentem ſecundi naufragij iacturam non pertimuerim. Sciant ij tamen idem illud propoſitum menti infixum, ſtabili ſemper ratione perſtitiſſe; Secundumque hunc partum nulla mea ope adiutum, in lucem prodijſſe: erat enim mihi præ manibus Alimentorum Tractatus; qui quicquid horarum forenſibus actionibus tractandis, amicorum controuerſijs componendis, & (quod mihi præcipuum munus multis iam annis incubuit) rebus Sereniſs. Domini mei defendendis ſupererat, id omne lenocinante materiei ſuauitate, abactaq; omni aliarum rerum curatione in ſe conuertebat. Sæpe tamen Petrus Franciſcus frater meus Iuriſconſultus ab opere interpellabat, ſeuerisque ſermonibus caſtigabat, quod, alienæ multum vtilitati, parum autem meæ conſulerem exiſtimationi ſi dum noua molirer, affectum iam opus, extrema impoſita manu non abſoluerem. Addebat is multa, vt erat efficax perſuaſor, ad ſui conſilij rationes confirmandum. Quibus tam aſſiduè ſtimulis agitatus, mea depoſita ſententia, in fratris votum conceſſi; atque vt id facerem neque a cœpti operis Alimentorum inſtituto abſtraherer, emendandi ſcriptorum errata, atque in vniuerſum Reſponſa expoliendi prouinciam, idem conſilij ſuaſor, & laboris non expers, præſenti animo aſſumpſerat; ſed in ipſo ſuſcepti muneris progreſſu, adoleſcens leni primùm correptus febre, virentis ætatis, atque animi robore confiſus, aliquantiſper modò cedentem, modò inſultantem morbum, varia luctandi ratione ludificatus, mox eo ſenſim digniora membra graſſante, & paulatim cordis arcem occupante, viribus deſtitutus, ne quicquam laborantibus peritiſſimis Medicis, ſedulam, ſolertemque operam, allata pro qualitate morbi pharmacorum varietate, nauantibus, vigeſimumſeptimum ætatis, & tertium Præturæ huius Ciuitatis annum agens, in fata conceſſit: dignus, qui in multos annos ſeruaretur, ni quem humanis negocijs aptum exiſtimabamus, cæleſti gloria (vti per anteacta illius vitæ tenorem coniectare licet) nequaquam indignum ſua gratia ſuffragante Deus Optimus ad meliora deſtinaſſet. Ea iactura ſuper acerbam Iulij alterius fratris, pariter Iuriſconſulti, mihi morum ſuauitate apprimè cariſſimi, quinque ante menſibus hac vita erepti memoriam, inſtituto deturbauit; omnes conatus fregit; animi vires proſtrauit; atque eam alacritatem, quæ ad ſcribendum, & ad ſumma quæque & ardua euadendum exſtimulat, prorſus abſtulit. Ita prodijt quidem Liber hic meus, ſed editionis authorem non agnouit, qui eum in vtero ſine ſpiritu agentem, id eſt inter alia ſcripta multo obducta puluere deliteſcentem, ad vitæ lumen exuſcitauit. Quòd ergo emendatus, quòd expolitus, quòd vita donatus

tus

tus fuerit, id totum, ſi quid æſtimandum credis, manibus fratris accepto ferendum eſt. hacque ipſa ratione calamo manum admoui, ut te rei geſtæ admonerem, ne fortè dum totum id ad me pertinere exiſtimas, prædictorum ignarus, fratrem meum de me optimè meritum, ſui laboris & benignè nauatæ operæ, gloria fraudares. Excipe igitur quæ legenda exponuntur, &, ſi Dei benignitas noſtris conatibus ſuo fauore aſpirabit, meliora expecta. quamquam enim & corpus diutina laborum exercitatione fatigatum, & frequenti dolorum cruciatu ingraueſcens labaſcere, & ingenium eiſdem rationibus & annorum pondere hebeſcere ſentiam, dum tamen animi qualiſcunque uigor artubus ſpiritum dabit, nulla ratio Dei Opt. Max. præſidio fretum, a ſcribendi inſtituto demorabitur.

AD IO. PETRVM SVRDVM,

ANNIBALIS MAGNOCABALLI Carmen.

Si, claris dum ſama canit te vocibus, audis
Tam bene, cur Surdum te rogo, SVRDE, vocent?
Si quoque ſenſus ineſt vigili tibi maximus aure,
Quin magis auritus, quàm mihi ſurdus eris?
Surdus es: Ia promptaque ſubeſt, me iudice, cauſa
Haud vna, egregijs moribus apta tuis.
Sirenum quod dulce melos, voceſque canora
Nil moueant, blandis ſurdus es illecebris.
Quòd minus obſcœnique ſales, luſuſque profani
Arrident, vanis ſurdus es eloquijs.
Quòd prece nec querula, cupidi nec flecteris auri
Tinnitu, illicitis ſurdus es obſequijs.
Sublimi quòd vera manet te gloria cœlo,
Humanis tandem ſurdus es elogijs.

OCTAVII MAGNOCABALLI IVRISCONSVLTI CASALENSIS.

Salue Aſtraa iterum in terras demiſſa, virilem
Sic habitum mentita PETRI ſub imagine SVRDI;
O' Dea, quam SVRDVM vocitant, Dea magna, potenſque,
Salue iterum, veri atque æqui iuſtiſſima vindex.
Huc Populi mecum, genteſque accurrite, Diua
Thura, faceſque date, hinc Populorum credita cura:
Vos, quibus & Terra parent, hinc diſcite leges;
Hinc quibus ò, cordi ſedet altum ſcandere olympum
Diſcite iter, dat ſola aditus Aſtraa, docebit
Vos mentita virum PETRI ſub imagine SVRDI.

EIVSDEM.

Delphicus vt celebri Populorum Oracula Apollo
Applauſu, SVRDVM, pandere ſama tulit.
Proh dolor, Admeti repetam, inquit, paſcua? non ſat
Parnaſo? Delphis me quoque, SVRDE, fugas?

STEPHANVS GVATIVS Ad Io. Petrum Surdum.

Dum tibi perſoluit grates, dum laudibus effert
Egregijs legum te ſtudioſa cohors;
Auro plena vocat tua dumque Volumina Prima,
Dumque auro, & gemmis hæc Noua plena vocat;
Conſilio, eloquio, doctrina, dumque fatetur
Iuſtitia, inſignem te pietate virum;
Non audis SVRDE? ut titulis mortalibus aures
Claudis, quod prorſus te nihil eſſe putas.
Nil ſumus, eueniunt bona cœlitus omnia, iure
Debetur ſoli gloria, lauſque Deo.

IDEM.

Ara Surdi, an potius ſint hæc reſponſa Sibyllæ,
Hoc ego iudicio nolo ſubeſſe meo,
Sed tantum dicam: tria ſunt hic digna Sibylla,
Et Surdo, breuitas, ſenſus, & integritas.

IN CONS. IO. PETRI SVRDI, Nicolai Sturmij Carmen.

Dædaleas artes vicit, monſtrumque biforme
Virginis Aegides ductus, & auctus ope.
Gordiacos nexus cum poſſet ſoluere nemo,
Denique pellæa diſſiluere manu.
Conſilium ſuperat vires: nil ſternere taurum,
Nil magni eſt fragilis ſoluere lora iugi.
Fortior his Surdus diſſoluit acumine iuris
Herculeos nodos, ſæuaque monſtra domat.

EIVSDEM, DE EODEM.

Iure quidem veteres Surdo riſere canentem,
Quod qui tum faceret, non benè ſanus erat.
Nunc canimus Surdo, nec ridet ſama canentes,
Audiat vt laudes Surdus & ipſe ſuas.
Surdus agit cauſas, præbetque clientibus aurem,
Iuris & abſtruſas promit, & abdit opes.
Nec melius Surdo quiſquam, nec clarius audit,
Natura præſtans, ingenijque bonis.

INDEX LOCVPLETISSIMVS RERVM, AC VERBORVM INSIGNIVM,

Quæ in hoc volumine Conſiliorum præclariſs. I. C. D. Io. Petri Surdi continentur, ſingulari ſtudio compoſitus, atque digeſtus.

A

ABLATIVI abſoluti important conditionem. conſi. 236. nu. 3.
abſenti non acquiritur ius, niſi interueniente nuntio, vel epiſtola. conſi. 247. num. 13.
abſenti quæritur actio ex alterius ſtipulatione, quando eſt iurata. conſil. 179. nu. 3.
abſenti ius quæritur ex contractu, niſi interueniente nuntio, vel epiſtola. conſi. 179. num. 21.
abſoluere non poteſt epiſcopus a periurio iam incurſu. conſi. 299. nume. 8.
abſurdum vt euitetur, multa contra communes regulas conceduntur. conſi. 226. nu. 18.
acceptans legatum, non acceptat onus legitimè iniunctum. conſil. 212. nu. 10. conſi. 215. nu. 7.
acceptans legatum, cenſetur acceptare onus iniunctum. conſ. 212. nu. 11. conſi. 237. nu. 26. conſi. 254. num. 16
acceptans legatũ, cenſetur approbare teſtamentũ. conſ. 237. n. 25.
acceptans hereditatem, cenſetur agnoſcere onus iniunctum. conſil. 205. num. 3.
acceptare actũ debet quis in totum, aut in nullo. conſ. 152. nu. 19.
acceptilatio facta vni ex tutoribus, non prodeſt alij. conſil. 270. numero 7.
acceptilatio facta vni ex tutoribus, non prodeſt alijs, quando eſt limitata. conſi. 170. nu. 8
acceptilatio facta vni tutori poſt tranſactionem, non prodeſt alij conſi. 170. nu. 9.
acceſſoria nõ alterant principalem diſpoſitionem. conſi. 179. nu. 5. contra, nu. 58
acceſſorium regulatur ſecundum principale. conſi. 217. nu. 18. ubi exornatur.
acceſſorium ſui principalis naturam aſſumit, & ſuam mutat. conſil. 217. num. 19.
acceſſorium tollitur ſublato principali. conſi. 217. nu. 21.
acceſſiones reſtituuntur venditione reſoluta. conſi. 217. nu. 16.
accidens poteſt adeſſe & abeſſe præter ſubiecti corruptionem. conſil. 179. nu. 7.
accidens eſſe non poteſt ſine ſubiecto. conſi. 234. num. 23.
accidentia conferunt ad cognoſcendum, quod quid eſt. conſ. 179. numero 59.
accuſatio criminalis tollitur viginti annis. conſi. 276. nu. 28.
acta faciunt notorium. conſi. 154. nu. 25. conſi. 185. nu. 8.
acta iudicij probant in fauorem tertij, quod ſic rei geſta fuerit. conſil. 170. nu. 23.
acta agitata in vna cauſa, probant ſemiplenè in alia. conſ. 173. nu. 16. vbi infertur ad ſententiam latam pro falſo inſtrumento.
acta geſta coram incompetente iudice, ſunt nulla. conſi. 204. nu. 2.
acta requirunt ſcripturam. conſil. 245. nume. 12. vide tamen, nume. 50. & 51.
acta emiſſa probantur per teſtes, & indicia. conſi. 245. nu. 51.
acta & proceſſus non præſumuntur. conſi. 249. nu. 6.
actio. Nemo ſine actione experitur. conſi. 214. nu. 9
actio criminalis non tollitur viginti annis, quando ipſo iure pœna imponitur. conſi. 276. nu. 32. & ſeq.
actor tenetur probare fundamentum ſuæ intentionis. conſi. 180. nume. 2. & 16. conſi. 248. nu. 8.
actor, cuius non intereſt, repellitur ab agendo. conſ. 214. num. 14.
actor venire debet inſtructus ad iudicium. conſi. 227. nu. 5.
actor ſequi debet forum rei. conſi. 266. nu. 8.
actore non probante, reus abſoluitur. conſ. 151. nume. 118. conſil. 214. num. 17.
actoris ex perſona metiendum eſt ius, & non quærendum de iure poſſeſſionis. conſi. 160. nu. 63. conſi. 183. nu. 14. conſ. 213. nu. 6. conſi. 253. nu. 8.
actus præſumitur factus ex cauſa neceſſaria, potius quam ex voluntaria. conſi. 164. nu. 26.
actus dicitur factus ex neceſſitate, quãdo agens poterat compelli. conſi. 164. num. 27.
actus cenſetur factus, vti ius diſponit. conſi. 198. nu. 15.
actus referri magis debet ad cauſam neceſſariam, quàm ad voluntariam. conſi. 179. nu. 33
actus, qui non durat, non conſideratur a iure. conſi. 179. nu. 51.
actus, qui ſequitur, præſumitur geſtus in exequutionem præcedentis tractatus. conſi. 202. nu. 17. conſi. 241. nu. 18.
actus ſequens ex interuallo, non tollitur per præcedentem contrarium, ſed præſumitur per errorem, ſi uterque contineat tractatum. conſi. 202. num. 20.
actus ſequens recipit declarationem a primo. conſil. 202. numero 35.
actus tribuitur ordinanti. conſi. 255. nu. 22.
actus annullatio eſt pœna. conſi. 257. num. 22.

actus indicatur ſecundum formam & effectum, non ſecundum denominationem. conſ. 258. nu. 29.

actus ineſſe videntur, quæ ſunt de illius natura, licet non ſint expreſſa. conſ. 198. num. 7.

actus ineſſe videntur, quæ ſunt de conſuetudine. conſ. 198. nu. 8.

actum faciens, cenſetur obligare ſe legibus de illo acta loquentibus. conſ. 198. nu. 10. conſ. 254. nu. 17.

actum faciens, cenſetur approbare omnia ad actum requiſita. conſ. 198. nu. 14.

actum facere qui poteſt, illum etiam poteſt qualificare. conſ. 174. nu. 6. conſ. 272. nu. 5.

adire videtur, qui cedit, vel facit pactum de non petendo, vel donat. conſi. 244. nu. 19.

adire pater videtur nomine filiorum, maternam hæreditatem eo ipſo quod non reſtituit dotes. conſ. 244. num. 20.

aditio non inducitur ex actu, qui poteſt ſe habere, & non habere ad aditionem. conſi. 164. nu. 48.

aditio vim habet ſolutionis. conſ. 11. nu. 4. fallit, quando relictum eſt nullum. nu. 17.

aditio præſumitur ex poſſeſſione rei hæreditariæ. conſ. 253. nu. 31.

adminiſtrator poteſt ſibi ſoluere. conſ. 253. nu. 15.

aduentitia non imputantur. conſi. 219. nu. 24.

aduentitia dicuntur, quæ nepos habuit ab auo. conſi. 177. nu. 11.

aduocatus patrocinium præſtando ſuper re propria ad fauorem alterius, ſibi præiudicat. conſ. 160. nu. 32.

affectio non cadit in incognitum. conſ. 177. nu. 19.

Afflictus deciſ. 63. impugnatur. conſ. 252. nu. 16.

Afflictus deciſ. 358. nu. 5. declaratur. conſi. 256. nu. 6.

Afflictus deciſ. 118. quomodo procedat. conſ. 273. nu. 35.

agens in vno loco, cenſetur ſubycere ſe legibus illius loci. conſil. 204. num. 12.

agens ex vna cauſa, & probans de alia, ſuccumbit. conſi. 151. nu. 63. conſ. 214. nu. 15. conſ. 233. num. 7. conſ. 273. nu. 14. fallit, num. 3.

agnatio, an conſeruetur per filios legitimatos. conſ. 279. num. 18.

agnationem reſpexiſſe videtur teſtator, qui excludit filios ſtantibus maſculis. conſ. 241. nu. 12.

agnationem conſideraſſe videtur teſtator, qui digreditur ad plures gradus ſubſtitutionum. conſi. 241. nu. 13.

Alba conſ. 74. nu. 11. reprobatur. conſi. 267. nu. 34.

Alex. in l. interdum, §. quod ex naufragio, ff. de acquir. poſſeſſio. reprobatur. conſi. 197. nu. 17.

Alex. in l. diuortio, §. ſi vir, col. fin. ff. ſoluto matr. quomodo procedat. conſi. 227. nu. 23.

alienare prohibitus non poteſt actum facere, per quem ſequatur alienatio. conſi. 276. nu. 13.

alienari ut poſſint bona eccleſiæ, multa requiruntur. cõſ. 245. n. 2.

alienari prohibita præſcribuntur trigintaannis. conſ. 276. num. 5. intellige, nu. 11. & 16.

alienari prohibita per teſtatorem, licitè alienantur ab vltimo grauato, quando ex vocatis nemo ſupereſt. conſi. 284. num. 19.

alienans vtiliter bona eccleſiæ ſine ſolemnitate, eſt tutus in foro conſcientiæ. conſi. 245. num. 4.

alienatio bonorum eccleſiæ, quando fit authoritate, nulla requiritur ſolemnitas. conſ. 245. nu. 39.

alienatio bonorum eccleſia facta vtiliter, valet, licet deſint ſolemnitates. conſi. 245. num. 40.

alienatio bonorum eccleſia vtilis eſſe probatur inſtrumento, accedente temporis diuturnitate, & poſſeſſione. conſi. 249. nu. 21.

alienatio contra teſtatoris præceptum eſt nulla. conſ. 284. nu. 1.

alienatio contra præceptum teſtatoris reuocari poteſt ab alienante. conſi. 284. num. 4.

alienatio nulliter facta a minore, facit locum ſubſtituto in caſu alienationis. conſi. 284. nu. 22.

alienatio facta ab ignorante, facit locum ſubſtituto. conſil. 284. num. 23.

alienatio minoris contra præceptum teſtatoris, eſt nulla, niſi in re ea contrauenire ex cauſa minoris ætatis, vel ab alia quauis cauſa. conſi. 203. num. 2.

alienatio prohibita ad tempus, cenſetur permiſſa poſt tempus. conſi. 294. num. 5.

alienatio dicitur in fraudem facta, quando omnia bona venduntur etiam in diuerſis vicibus. conſi. 297. nu. 10.

alienatione permiſſa, venit etiam, quæ fit per vltimam voluntatem conſi. 213. nu. 4.

alienatione prohibita uerbis generalibus, prohibetur etiam facultas teſtandi. conſi. 213. nu. 6.

alienatione a ſtatuto prohibita, non impeditur tranſlatio poſſeſſionis. conſil. 276. nu. 1. contra, nu. 14. & 15.

alienationis prohibitio non extenditur vltra quartum gradum. conſi. 241. nu. 8.

alienationis prohibitio facta uni extenditur ad alium pro conſeruanda agnatione. conſi. 241. nu. 37.

alienandi licentia reſultans ex prohibitione tempore limitata, non tollit prohibitionem reſultantem ex fideicommiſſo. conſ. 294. nume. 4.

alienandi facultas, quæ reſultat ex temporali prohibitione alienandi, tollit prohibitionem, quæ oritur ex fideicommiſſo. conſil. 294. nu. 12.

alienandi licentia a teſtatore conceſſa, debet eſſe libera. conſil. 294. num. 25.

alimenta vxori relicta caſu quo non poſſit ſtare cum filijs, non debentur, quando ſtetit cum ano. conſil. 156. num. 1. ſed contra, num. 11.

alimenta relicta ſub conditione habitandi cum filijs, debentur, ſi filijs diuiſis mater cum ano habitauit. conſi 156. nu. 7.

alimenta relicta cum onere habitandi cum filijs, filijs diuiſis debentur matri ſeorſum habitanti. conſi. 156. nu. 11.

alimenta præterita peti poſſunt per hæredes legatarij, quando iure actionis debentur. conſi. 156. nu. 12.

alimenta relicta cum onere habitandi cum filijs, intelliguntur collectiuè, & coniunctim cum omnibus. conſ. 156. nu. 13.

alimenta relicta caſu quo non poſſit ſtare cum filijs, non cenſentur relicta ſtando cum filijs. conſi. 156. nu. 18.

alimenta non debentur prædicatori, qui ratione officij tenetur prædicare. conſ. 254. nu. 15.

alimenta debentur Epiſcopo qui inuitatur ad exercendum ſpiritualia extra ſuam diœceſim. conſ. 254. nu. 20.

alimenta debentur Vicario, vel adiuncto de redditibus beneficij, pro quo ſeruit. conſ. 254. num. 22.

alimenta filio debita a patre, ſi filius condemnetur, non capiuntur a fiſco. conſ. 269. nu. 13.

alimentorum futurorum ius cedi non poteſt. conſi. 269. nu. 12.

aliquis dictio, eſt vniuerſalis, & omnia includit. conſ. 283. num. 9.

alius dictio, eſt repetitiua ſimilium qualitatum. conſ. 151. nu. 15. limita ut nu. 92. conſ. 200. nu. 3.

alius dictio, non importat eaſdem qualitates, quando ſubiecta materia non expoſtulat. conſ. 151. nu. 9.

alius dictio, eſt implicatiua ſimilium. conſ. 282. num. 7.

allodialis in dubio præſumitur omnis res, & ibi ampliatur. conſ. 151. nu. 23.

allodium præſumitur id, quod conſueuit alienari. conſil. 151. num. 34.

alluuionis acquiſitio non impeditur per intermediam viam. conſi. 207. num. 20.

amiſſio probatur conſtito de incendio, vel alio caſu fortuito. conſi. 245. num. 30.

amor licitus operatur multos effectus, remiſſiuè. conſ. 173. nu. 39.

amplius dictio, eſt incluſiua, & repetitiua. conſi. 274. num. 16.

Ange. in l. 3. §. fin. ff. iudi. ſolui, reprobatur. conſi. 271. nu. 41.

Ange. in l. 1. ff. iud. ſolui, declaratur. conſi. 271. nu. 43.

animal mortuum. definit eſſe animal. conſi. 297. nu. 3.

animus qualis fuerit in præcedentibus, declaratur ex his, quæ ſequuntur. conſi. 173. nu. 62. conſi. 260. num. 27.

animus in his, quæ pendent ab animo alicuius, ſtatur illius iuramento. conſi. 193. nu. 12. conſi. 205. nu. 14.

animus inducendi conſuetudinem, ex quibus colligatur. conſi. 254. num. 31.

animus inducendi conſuetudinem non concurrit, quando populus aliquando eſt conqueſtus. conſi. 254. nu. 32.

animus declaratur ex ijs, quæ dicta ſunt antea. conſil. 258. numero 10.

animus

animus agentis, qualis fuerit, declaratur illius dicto. conſilio 288. numero 8.

antiquum in probationibus quid dicatur, arbitrio iudicis committitur. conſil. 245. num. 25.

antiquum dicitur, quod excedit hominis memoriam. conſilio 262. numero 21.

apoſtilla poſita in loco ſubſtantiali, reddit inſtrumentum ſuſpectum. conſil. 173. nu. 13.

apoſtilla fidem tollit inſtrumento in ea parte, non in alijs. conſ. 173. numero 79.

apoſtillæ reddunt inſtrumentum ſuſpectum. conſi. 151. num. 115.

apoſtoli ſæpius ſunt petendi, ſufficit tamen, quod ſemel inſtantiſſimè petantur. conſ. 167. nu. 13.

apoſtoli peti, & recipi debent intra triginta dies. conſ. 223. nu. 10.

apoſtoli ſi non traduntur intra triginta dies, pars poteſt ſine eis proſequi appellationem. conſ. 223. nu. 26.

apoſtoli petendi ſunt ab eo, qui tulit ſententiam, aliàs appellatio eſt deſerta. conſ. 228. nu. 4.

apoſtoli, ſunt literæ iudicis a quo ſignificãtis, an admittat, vel reijciat appellationem. conſi. 228. nu. 5.

apoſtoli non ſunt neceſſarij, quando appellatio interponitur coram honeſtis perſonis. conſ. 228. nu. 19.

apoſtolos ſufficit ſemel petere, nec pars tenetur ſæpius adire iudicem. conſi. 223. nu. 8.

apoſtolos ſi pars non recipit in tempore ſtatuto a iudice, videtur renunciare appellationi. conſ. 223. nu. 11.

apoſtolos tradendi tempus, quando incipiat currere. conſilio 223. numero 12.

appellans. Qui non poteſt introducere appellationem coram ſuperiore, debet proteſtari, nec ſufficit ſemel. conſ. 228. nu. 3.

appellans non proſequitur appellationem ſine apoſtolis. conſilio 228. num. 6.

appellans coram honeſtis viris, quid habeat dicere, & quomodo proteſtari. conſ. 228. nu. 9.

appellans tenetur probare, quòd appellauerit intra decem dies. conſil. 287. num. 10.

appellare licet ſecundo, inſpecto iure communi. conſ. 163. num. 1.

appellare non licet in cauſa poſſeſſoria. conſil. 270. num. 11.

appellare non licet ab exequutione. conſil. 271. nu. 13. lim. nu. 56. 57. & 58.

appellare non licet a ſententia de exequendo. conſil. 271. num. 14.

appellare licet etiam ei, cuius in futurum poteſt intereſſe. conſilio 271. num. 19.

appellare licet quis poſſit coram honeſtis perſonis, abſente iudice, tamen poſt illius reditum debet appellare coram iudice. conſilio 228. nu. 2. lim. nu. 17.

appellare licet coram honeſtis viris, quando abeſt, qui ſententiam tulit. conſi. 228. nu. 8.

appellare poteſt tertius, cuius intereſt, licet non interfuerit cauſæ. conſi. 271. nu. 21.

appellare tertio non licet. conſilio 271. num. 65. limita, conſi. 277. numero 18.

appellare ab exequutione licet, non ſemel tantum, ſed pluries. conſil. 271. num. 66.

appellare licet ſecundo, non obſtante ſtatuto, quando ſententiæ nõ ſunt conformes. conſi. 2. nu. 19.

appellare licet ab iniqua interpretatione ſententiæ. conſilio 288. numero 26.

appellari poteſt coram vno honeſto viro, ſi adſit notarius, & teſtes. conſi. 228. nu. 10.

appellari poteſt coram probis viris, etiam præſente iudice, quando pars de eo timet. conſi. 228. nu. 15.

appellari poteſt ab exceſſu in omni cauſa mũdi. conſi. 271. nu. 59.

appellari non poteſt, niſi ad ſuperiorem. conſi. 275. nu. 8.

appellatio regulariter eſt permiſſa, niſi ſpecialiter reperiatur prohibita. conſi. 163. nu. 4.

appellatio eſt defenſio, quæ datur oppreſſis, eſt de iure naturali, & tiriaca contra iudicis venenum. conſi. 163. nu. 7.

appellatio eſt deſerta, quando pars non proſequitur intra annum, vel biennium. conſi. 223. nu. 13.

appellatio poſt decem dies non admittitur a ſententijs, quæ non tranſeunt in iudicatum. conſilio 223. numero 31.

appellatio interponi debet coram eo, qui tulit ſententiam. conſilio 228. nu. 1. fallit, nu. 8.

appellatio interponitur coram iudice ad quem, quando non habetur copia a quo. conſ. 228. nu. 7. contra, nu. 31.

appellatio coram honeſtis viris interponitur, etiam extra iudiciũ. conſi. 228. nu. 11.

appellatio interponi poteſt tempore feriato ad honorem Dei. conſi. 228. nu. 12.

appellatio coram honeſtis viris interpoſita intimari debet iudici, aliàs poteſt exequi ſententiam. conſi. 228. nu. 18.

appellatio coram honeſtis viris interpoſita, eximit appellantem a iuriſdictione iudicis a quo. conſi. 228. nu. 20.

appellatio ſuſpendit virtutem ſententiæ. conſi. 246. nu. 1.

appellatio ab interloquutoria non admittitur in caſibus permiſſis, quando ſtatutum remouet appellationem ab interloquutoria. conſi. 252. nu. 25.

appellatio dicitur deſerta, quando tempus eſt lapſum. conſilio 266. numero 22.

appellatio deuoluit ſolum negocium, quod pendebat coram primo iudice. conſi. 266. nu. 11.

appellatio eſt omni caſu permiſſa, niſi reperiatur expreſſè prohibita. conſi. 271. nu. 17. vbi latè.

appellatio aufert omnem iuriſdictionem. conſi. 271. nu. 36.

appellatio a ſententia Epiſcopi deuoluitur ad Papam, etiam ſi Epiſcopus habeat regalia. conſi. 275. nu. 1.

appellatio interponenda eſt ad ſuperiorem eccleſiaſticum, quando clericus habet iuriſdictionem non in feudum. conſi. 275. nu. 2.

appellatio ſecundo, quando ſtatuto reijcitur, perinde eſt ac ſi eſſent tres ſententiæ conformes inſpecto iure communi. conſi. 277. nu. 17. vbi latè.

appellatio præſumitur interpoſita intra decem dies. conſ. 287. nu. 2. contra tamen, nu. 10.

appellatione prohibita a ſtatuto in ciuilibus, cenſetur permiſſa in criminalibus. conſ. 163. nu. 17.

appellatione deſerta perinde eſt, ac ſi non fuiſſet appellatum. conſil. 181. nu. 25. conſ. 223. nu. 14.

appellatione remota ex reſcripto in cauſa poſſeſſoria, non datur appellatio etiam in caſibus aliàs permiſſis. conſ. 252. nu. 24.

appellatione pendente, nihil innouandum eſt. conſ. 271. nu. 33.

appellatione pendente ſuſpenditur ſententiæ exequutio. conſi. 271. nu. 34. ampl. nu. 35.

appellationem proſequi non licet die feriata. conſi. 228. nu. 13.

appellationem non eſſe deſertam in dubio eſt pronunciandum. conſil. 228. nu. 14.

appellationes quatuor dantur iure communi, duæ ſcilicet ab vtraque parte. conſ. 163. nu. 2.

appellationes cognoſcendi ius nõ cenſetur tranſlatum, niſi expreſſè dicatur. conſ. 275. nu. 4.

appellationes a ſententijs clerici deuoluuntur ad ſuperiorem laicum, quando donatio eſt a laico facta non Romanæ, ſed inferiori eccleſiæ. conſ. 275. nu. 11.

appellationi in dubio deferendum eſt. conſ. 163. num. 5. conſ. 171. nu. 30. & 31.

appellationi in dubio deferturetiam in caſibus, quibus regulariter non appellatur. conſi. 163. nu. 6.

appellationis effectus non impeditur ex promiſſione iudicatum ſolui, vel promiſſione rati. conſ. 271. nu. 49.

appellatur bis, quando ſtatutum prohibet ſecundo appellari, quia quælibet pars ſemel appellat. conſ. 163. nu. 3.

approbare non videtur receptionem teſtium non legitimè factam, qui petit eos teſtes publicari. conſ. 176. nu. 12.

approbare videtur ſententiam contra ſe latam, qui petit dilationem ad ſoluendum, vel offert ſolutionem. conſi. 290. nu. 57. vbi declarat.

approbari poteſt ad exceptionem acquirendam, quod fuit ſemel impugnatum. conſi. 157. nu. 2.

approbari poteſt ad fauorem tertij, quod fuit ſemel reprobatum. conſi. 157. nu. 3.

approbari non poteſt, quod fuit ſemel impugnatum. conſ. 157. nu. 10.

approbatio teſtamenti refertur etiã ad codicillos. conſi. 230. nu. 7.

arbor plantata vicinum ſpatio non dimiſſo, non euellitur, ſi vicinus ſcinit, & paſſus eſt. conſ.233.nu.6.
argumentum a lege ad ſtatutum eſt validum.conſ.276.nu.30.
argumentum a tempore ad locum eſt validum.conſ.270.nu.14.
argumentum a ſolitis eſt validum.conſil.173.nu.88.
argumentum de toto ad partem eſt validum.conſil.193.nu.6.fallit quando eſt diuerſa ratio. nu.21.
argumentum a ſimili procedit quando ſimilitudo eſt in eo de quo agitur.conſ.200.nu.15.conſ.259.nu.27.
argumentum a feudo ad emphyteuſim valet.conſ.308.nu.9.
argumentum a pacto ad ſtatutum valet. conſ.220.nu.7.conſ.260. numero 14.
argumentum ab vltimis voluntatibus ad contractus valet. conſil. 235.num.2.
argumentum de tempore ad perſonam eſt validum.conſilio 247. numero 19.
argumentum de re ad perſonam eſt validum.conſ.262.nu.38.
argumentum a lege ad teſtatorem eſt validum.conſ.278.nu.9.
argumentum a contrario ſenſu ſumi debet ad limites rationis.conſil.294.nu.2.
argumentum a natura temporis limitati ſumitur ad correctionem legis. conſ.294.nu.16.
arma deferre eſt iure communi probibitum.conſ.152.nu.53.
aſſigno verbũ, & conſigno, important dominium.conſ.243.nu.21.
attentare non dicitur, qui continuat ſuam poſſeſſionem. conſ.160. numero 40.
attentare non dicitur, qui poſt inhibitionem perſeuerat in poſſeſſione. conſ.160.nu.43.
attentata, vt reſtituantur in priſtinum, tria probanda ſunt.conſil. 160.nu.19.
attentata pendente appellatione non reuocantur, quando non datur appellatio.conſ.160.nu.54.
attentata pendente appellatione, quæ fuit deſerta, non reuocantur. conſ.160.nu.58.
attentata pendente appellatione, cui fuit renunciatum, non reuocantur.conſ.160.nu.62..
attentata non reuocantur, niſi agens probet ſe poſſediſſe eo tempore ſi attentans habet præſumptionem iuris communis. conſilio 160.nu.82.
attentata pendente iudicio ſuper interdicto vti poſſidetis non reuocantur ante omnia. conſ.160.nu.83.
attentata non reuocantur poſt concluſum in cauſa.conſ.160.n.89.
auaritia eſt radix omnium malorum. conſ.173.nu.22.
augmentum dotis factum a marito dicitur donatio propter nuptias. conſ.164.nu.17.conſ.169.nu.21.
augmentum regulatur ſecundum principale. conſi.127.numero 35.conſ.255.nu.3.vbi de augmento dotis limita, numero 24. & 25.
augmentum dotis dicitur, quod doti additur a marito, vel alio ex eius parte.conſi.196.nu.20.
augmentum dotis factum a marito conſtante matrimonio non valet.conſ.196.nu.25.
auus poteſt quouis titulo relinquere nepoti legitimo ex filio ſpurio.conſilio 177.numero 1.vide tamen, nu.18. & 22.& limita, vt ibi.
auus legare poteſt nepoti ex filio ſpurio probibendo ne patri quæratur vſusfructus.conſil.177.nu.3.
auus poteſt nepoti ex filio ſpurio relinquere quantum vult etiam ſtante legitima ſobole.conſi.177.nu.5.
auus in dubio cenſetur relinquere contemplatione nepotis, non filij.conſi.177.nu.10.fallit, nu.43.
auus nihil poteſt relinquere nepoti ſpurio ſtante legitima ſobole. conſi.177.nu.18.
auus nihil relinquere poteſt nepoti ex ſpurio contemplatione filij etiam ſi legitima non extet ſoboles. conſi.177.nu.20.
aui & auia iure antiquo poterant inſtituere nepotem ex ſpurio. conſi.177.nu.38.
auus relinquendo nepoti legitimo ex filio ſpurio naſcituro, videtur relinquere contemplatione filij. conſ.177.nu.43.
auus tenetur dotare nepotem exiſtentem in poteſtate, ſi filius eſt pauper, vel deceſſit.conſ.219.nu.15.

B

BALDVS in l. Iulianus, nu.2.ff.qui ſatiſd.cogan.impugnatur.conſ.271.nu.54.
Bal.in l.hac edictali, nu.24.reprabenditur.conſ.250. num.30.
Bald.in l.illam, num.7.C.de collatio.declaratur.conſ.266.nu.37.
Bald.in authen. ex teſtamento, col.1.C.de ſecun.nup.reprobatur. conſ.185.nu.24.
Bald.in c.1.nu.5.de fide inſtrum. quomodo procedat.conſil.158. numero 18.
Bal.in authen.ei qui iurat, nu.39.C.de bon.author.iud.poßid.conſil.194.nu.16.
Bal.in l.quoties.nu.10.C.de fideicom. declaratur.cõſ.284.nu.15.
bannitus pœna capitis, & cum bonorum confiſcatione habetur pro mortuo, æquiparatur deportato, amittit iura communia. conſil. 171.num.10.
bannitus toleratus non poteſt offendi.conſi.225.nu.28. & conſilio 270.num.5.
bannitus, qui habet ſecuritatem habetur pro non bannito. conſilio 270.num.2.
bannito tolerato videtur tacitè conceſſa ſecuritas, vel diſpenſatio. conſ.270.nu.6.limita, nu.17.& ſeq.
Bart.in l.quartam, nu.12.ad leg.Falc.reprabenditur. conſi.206. numero 11.
Bart.in l.inter tutores, nu.6.ff.de adminiſtr.tuto.declaratur.conſil.227.nu.25.
beneficium non confertur in inuitum.conſi.167.nu.15.
beneficiũ diuiſionis, quãdo competat tutori doloſo.cõſ.270.n.30.
beneficio meo nemo vtitur me inuito.conſi.215.nu.21.
Berous famil.q.3.nu.5.reprobatur.conſi.154.nu....
Bero.famil.q.127.declaratur. conſi.177.nu.36.
Bero.conſi.74.vol....reprobatur.conſi.210.nu.52.
beſtiæ appellatione, non venit animal manſuetum.conſi.297.nu.1. vide tamen, nu.2.
beſtiæ appellatio continet boues, & manſueta animalia inſpecta conſuetudine.conſ.297.nu.2.
bona Caſtri dicuntur, quæ Caſtro pertinent.conſ.151.nu.17.
bona dicuntur triplicis eſſe generis, feudalia ſcilicet, allodialia immunia, & allodialia collectabilia. conſ.151.nu.72.
bona non ſunt obligata pro extraordinarijs oneribus. conſil.168. numero 51.
bona non ſunt obligata pro collectis ſi non ſunt in æſtimo deſcripta. conſ.168.nu.52.
bona forenſis, vel non deſcripta in æſtimo, non poſſunt vendi pro collectis. conſi.168.nu.58.
bona intelliguntur deducto ære alieno. conſi.216.num.12.conſil. 219.nu.18.
bona in dubio præſumũtur libera, & nõ obnoxia. conſ.234.nu.7.
bona fides in dubio præſumitur in poſſidente. conſi.234.nu.20.
bona ſubiecta fideicommiſſo poßunt alienari pendente conditione.conſi.238.nu.9.
bona ſubiecta fideicommiſſo non poſſunt alienari. cõſi.247.nu.20.
bona ſubiecta reſtitutioni, non veniunt in generali diſpoſitione. conſil.247.num.21.
bona fides inducitur per ſententiam. conſi.249.num.14.
bona ſubiecta fideicommiſſo non poſſunt alienari pro dote, quam is non tenebatur dare.conſi.255.nu.19.
bona oneribus obnoxia tranſeunt cum onere in quẽcunque poßeſſorem.conſi.262.nu.2.
bona a ſtatuto alienari probibita præſcribuntur. conſil.276.nu.4. declara, vt nu.11.12.13.& 16.
bona fides. Datur medium inter bonam, & malam fidem. conſilio 276.num.20.
bona quando confiſcantur ob vectigal non ſolutum tollitur ius fiſci quinquennio. conſi.276.nu.30.
bona regiſtrata non ſunt obligata pro collectis indeterminatam formam habentibus.conſi.262.nu.31.
bona extradotalia, quæ dicantur.conſi.290.nu.41.
bona fideicommiſſo ſubiecta poſſunt alienari de licẽtia teſtatoris. conſi.294.nu.11.

bona fideicommiſſo ſubiecta tranſeunt in fiſcum cum onere reſtituendi. conſi.294.nu.27.
bonorum poſſeſſionem præſumitur quis agnouiſſe in tempore.conſil.287.nu.7.contra,nu.11.
bonorum poſſeſſionem agnoſcens probare debet ſe eſſe intra tempus habile.conſi.287.nu.11.
bonus quilibet præſumitur. conſi.173.nu.35.
bonus,qui fuit,præſumitur in futurum bonus conſi.245.num.49.
Boſſius tit.de ſupplic.aduer.rem iudic.num.8.reprobatur.conſilio 199.num 20.
Boſſius tit.de pœn.nu.27.improbatur.conſi.210.nu 63.
Boſſius in tit. de pœnis.nu.22.reprobatur.conſi. 227.nu.14.
Boſſius de carcer.fideiuſſ.relaxan.improbatur.cõſi.271.nu.69.
Brun de augum. monet.par.1.princ.partic.17. nu.1.reprobanditur.conſi.220.nu.15.
bulla Pij quinti ſuper conſtitutione cenſus eſt exorbitans . conſilio 162.num.47.

C

CAPICIUS decif.181. declaratur conſi.177.nu.24.
Capicius decif.181. in fine,reprobatur.cõſ.177.n.40.
capitula omnia in dubio ſunt admittenda.conſilio 105. num.5.conſi.263.nu.3.
cap.ſalubriter,de vſur.non procedit in vxore. conſi.194.nu.15.
capitulum non ſuccedit loco epiſcopi in iis, quæ competunt epiſcopo iure ſpeciali conſi.203.nu.26.
captatoria voluntas non valet etiam in milite. conſi.264.nu 5.
captatoria voluntas,vt valeat, non poteſt lex,vel ſtatutum inducere.conſi.264.nu.6 ſed contra ibi.
captatoria non eſt voluntas, quando non ſubſtantia,ſed exequutio confertur in alium.conſi.264.nu.22.
captatoria non eſt voluntas ſi confertur in arbitrium,non liberam voluntatem.conſi.264.nu.23.
carcerari nemo poteſt non præcedentibus inditiis. conſ.182.nu.2.
carceratus iniuſtè poteſt impunè aufugere. conſi.182.nu.6.
carceratus iniuſtè poteſt occidere cuſtodes,ſi aliter non poteſt euadere.conſi.182.nu 7.
carceratus iniuſtè non tenetur redire,etiã ſi iurauit conſ.182.n.8.
Cardinalis reſtitutus recuperat locum , gradum , & vocem priorem.conſi.203.nu.5.
charitas incipit a ſe ipſo. conſi.205.nu.12.
Caſtrenſ.conſi.154.vol.2.declaratur.conſi.175.nu.38.
Caſtrenſ conſi.103.vol.1.reprobatur.conſi.173.nu.104.
Caſtrenſ.in l.Gallus,§.quod ſi is,nu.6.ff.de lib.& poſthum.reprobatur.conſi.177.nu.10.
Caſtrenſ.conſi.93.& conſi.97.vol.1.reprobatur.cõſ.258.nu.24.
Caſtrenſ.in l.a ſententia,nu.4 ff.de appellat.quomodo intelligatur.conſi.271.nu.67.
Caſtrenſ. in l. filiusfamilias, §.diui,nu.3.ff de leg.1.reprobatur.conſi.284.nu.15.
caſtro cum pertinentiis conceſſo,nihil venit,niſi probetur,quod ſit de pertinentiis,conſi.151.nu.57.
caſtrum,quando capitur,& munitur,dominus contribuit,tanquã vnus de populo.conſi.289.nu.19.
caſus fortuitus dicitur corroſio fluminis, abundantia aquarum,mutatio alnei.conſi.197.nu.8.
cauſa criminalis contra teſtem non ſuſpendit ciuilem , quæ poteſt ex aliis probationibus ſuſtineri conſ.160.nu.69.
cauſa originalis attendi debet.conſi.164.nu.29.
cauſa matrimonii præſumitur finalis,quando aliquid datur in nuptiis.conſi.164.nu.30.conſi.196.nu.15.
cauſa finalis eſt illa ſine qua non erat quis facturus. conſil.164.nu.31. conſi.217.nu.5.
cauſa finalis attenditur,& regulat diſpoſitionem.conſ.164.nu.32.
cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati. conſi.196.nu.13.
cauſa prima attenditur,quando ſecunda operari non poteſt ſine ea. conſi.196.nu.14.
cauſa tollendi ius tertii concernere debet publicam vtilitatem. conſi.203.nu.26.
cauſa iuſta ſemper præſumitur in Principe.conſi.210.nu.34.

cauſam ſubeſſe creditur Principi atteſtanti. conſil. 210.nu.35.
cauſa qualibet excuſat a pœna. conſi.248.nu.21.conſi.270.num.14.conſi.272.nu.17.
cauſa ceſſante non ceſſat effectus conſumatus conſi.250.nu 24.
cauſa criminalis non cumulatur cum ciuili , niſi ſit in conſequentiam.conſi.266.nu.3.
cauſa ciuilis tentari debet cum criminali inſtantia per inquiſitionem. conſ.266 nu.5.
cauſa ciuilis moueri poteſt , licet in criminali lapſa ſit inſtantia. conſi.266 nu.6.
cauſa criminali extincta per mortem rei ciuilis mouetur coram iudice competenti. conſi.266.nu.26.
cauſa ceſſante ceſſat effectus.conſ.272.nu.9 fallit,conſ.254.n.24.
cauſa falſa etiam ignorata ab Imperatore vitiat gratiam, conſilio 298.num.9.
cauſa noua, quando ſubeſt, poteſt quis contra pactum, tranſactionem,& ſententiam venire.conſi.298.nu.18.
cauſa impulſiua ſi ceſſat , non facit ceſſare effectum. conſil.298.num.33.
cauſa donec durat, effectus quoque durat.conſi.298.nu.48.
cautio iuratoria excuſat a mora , ſed non operatur , quod is poſſit agere ad tradendum. conſi.240.nu.23.
cedi poteſt a marito ius conſequendi vſuras dotales . conſilio 269. numero 4.
cedi poteſt ius conſequendi vſuras debitas occaſione pretii non ſoluti. conſi. 269.nu.5.
cedi non poteſt priuilegium l.1.C.quando Imperator inter pupillos,& viduas conſi.269.nu 28.
cedi non poteſt, quod non poteſt tranſmitti ad hæredes . conſilio 269.num.29.
cenſus annuus duobus modis conſtituitur tradendo rem ei, qui cenſum ſoluit,& conſtituendo cenſum ſuper re propria. conſilio 162.num.4.
cenſus impropriè dicitur , quando fit inter priuatos. conſilio 162. numero 5.
cenſus eſt penſio,quæ de prouentibus ſoluitur.conſilio 163.num 6.
cenſus perſonalis petitur actione,niſi res ſit expreſsè obligata.conſil.162.nu 9.
cenſus. Res affecta cenſu,tranſit cum onere in quemcunque poſſeſſorem.conſi. 162.nu.11.
cenſus auctis facultatibus non augetur , & non diminuitur eis diminutis conſi.162.nu.16.
cenſus perimitur re perempta in totum,vel in parte pro rata.conſil.162.nu.17.
cenſus ſolui debet,licet res obligata fructum non reddat culpa cenſuati.conſil.162.nu.19.
cenſus ſuppleri debet ex alia re.præcipuè quando ſuperioribus annis,vel ſequentibus poteſt ſuppleri. conſi.162.nu.20.
cenſus non minuitur, quando poſt conſtitutionem cœpit res minus reddere.conſi.162.nu.21.
cenſus. Pro cenſu non ſunt obligati rei fructus ſeparati a ſolo. conſilio 163 nu.24.
cenſus venditor remanet dominus. & poſſeſſor rei,& ſoluit collectas.conſi.162.nu.26.
cenſus emptor non ingerit ſe in fructibus fundi obligati . conſilio 162.num.32.
cenſus tertius poſſeſſor rei cenſuatæ non conuenitur perſonali actione.conſi.162.nu.33.
cenſus conſtitui poteſt ad cenſum pro decem, & ſecundum morem regionis.conſi.162.nu.34.
cenſus emi poteſt non præſenti pecunia , ſi tamen verum debitum verſatur in preiudicium.conſi.162.nu.38.
cenſus incertus conſtitui poteſt reſpectu quantitatis. conſilio 162. numero 48.
cenſus . Conſtitutio Pij V. ſuper cenſibus non ligat ſubditos temporalibus principibus,in his,quæ non concernunt animam.conſil.282.num.1.
Cephal.conſi.228.nu.39 reprobatur.conſi.267.nu.37.
certificandus non eſt, qui iam eſt certus conſi.272.nu.12.
ceſſio omnium iurium, quæ habet in tali loco,non probat,niſi conſtet quod ille haberet.conſi.151.nu.91.

ceſſio tutori fit in totum, vel pro parte, prout ipſe poterat conueniri. conſ. 170. nu. 17.
ceſſionis beneficium non competit tutori doloſo. conſil. 170. nu. 19.
ceſſionarius ſuccedit in locum cedentis. conſi. 166. nu. 13. conſilio 169. num. 1.
ceſſionarius mariti compenſat fructus in dotem. conſi. 194. nu. 12.
ceſſionarius vtitur iure cedentis, & dicitur eadem perſona. conſil. 205. num. 4. conſil. 280. num. 14. fallit in perſonali priuilegio. nu. 4. & 21.
ceſſionarius cogit debitorem ad ſoluēdum ſibi, quod debebat cedenti. conſi. 269. nu. 2.
ceſſionarius agens nomine cedentis, debet ante conteſtationem fidem facere de ceſſione. conſ. 269. nu. 25.
circuitus ſunt euitandi. conſi. 248. nu. 18.
citatio per edictum non ligat, quando perſona eſt certa. conſi. 173. numero 97.
citatio fieri debet nominatim, & in ſpecie, quando perſona eſt certa. conſi. 181, nu. 6.
citatio per edictum non valet, niſi ſit lecta, & publicata, & affixa. conſi. 181. nu. 8.
citatio non eſt neceſſaria, quando conſtat notoriè nullum ius competere. conſi. 181. nu. 27.
citatio per edictum exequi debet duobus in locis ad minus. conſil. 181. nu. 7. ſed contra, nu. 34.
citatio per edictum eſt valida, quando perſona eſt incerta. conſilio 181. nu. 32.
citatio per edictum fieri poteſt per delegatum a Principe non ab inferiore. conſi. 181. nu. 33.
citatio ſufficit, quo vno loco exequatur, quando contraria forma non eſt data. conſi. 181. nu. 34.
citatio requiritur in exequutione, quæ fit contra tertium, & contra hæredem condemnati. conſi. 189. nu. 48.
citatio eſt neceſſaria ad validitatem iudicij. conſ. 227. nu. 1.
citatio non eſt neceſſaria, quando pars eſt præſens. conſilio 227. numero 16.
citatio falſa vitiat, quidquid inde fit. conſi. 298. nu. 8.
citationis omiſſio non annullat actum, quādo nihil adducitur, quod poſſet impedire. conſ. 181. nu. 28.
citationis forma mutari poteſt, licet citatio non poſſit in totum tolli. conſi. 181. nu. 35.
citationis exequutio valet, quando nuntius dicit affixiſſe. conſilio 181. num. 36.
citationis omiſſio non annullat acta, quando nihil allegatur, quod facta citatione poſſet opponi. conſ. 127. nu. 17.
citari non debent hi quorum principaliter non intereſt. conſi. 189. numero 7.
ciuilitatem acquirens obligari cenſetur ad omnia onera. conſilio 198. nu. 11. conſi. 254. nu. 18.
ciuiliter poſſidens poteſt agere interdicto vti poſſidetis contra naturaliter poſſidentem, vt deſiſtat a turbatione. cōſi. 160. nu. 71.
ciuis, qui non ſuſtinet onera, habetur pro forenſe. conſilio 174. numero 15.
clam aut vi factum, eſt deſtruendum, ſiue iure, ſiue iniuria factū ſit. conſi. 154. nu. 1.
clam fieri dicitur, quod ita fit ne tranſeat in notitiam aduerſarij, præcipuè nocturno tempore. conſi. 154. nu. 3.
clam facere dicitur, qui ſuſpicatur de inhibitione, vel moleſtia. conſi. 154. nu. 16.
clauſula, promittens habere ratam, &c. non ampliat diſpoſitionē, ſed eam reſtringit. conſi. 160. nu. 35.
clauſula, ex nunc, prout ex tunc, operatur, quod diſpoſitio retrotrahitur. conſ. 271. nu. 22. conſi. 179. nu. 12.
clauſula acceſſoria declarat diſpoſitionem. conſi. 179. nu. 58. conſi. 232. num. 27.
clauſula, actum, &c. poſita in inſtrumento ſignificat perfectionē. conſi. 187. nu. 4. limita vt nu. 22.
clauſula in fine poſita refertur ad principalia præcedentia, non ad acceſſoria. conſi. 200. nu. 24.
clauſula codicillaris operatur, quod legatarius cenſetur grauatus reſtituere grauato. conſi. 211. nu. 6.
clauſula codicillaris, nihil operatur, quando voluntas teſtatoris deficit, conſilio 211. numero 20. conſilio 258. numero 23.
clauſula, ad habendum, &c. importat, quod emptor ſit tutus ſequuta alienatione. conſi. 213. nu. 8.
clauſula acceſſoria non alterat diſpoſitionem, conſil. 217. nume. 3. conſi. 265. nu. 33.
clauſula, ad habendum, & c. poſita in diſpoſitiuis importat facultatem alienandi. conſi. 217. nu. 18.
clauſula codicillaris ſemper intelligitur in teſtamento inter liberos. conſ. 232. nu. 14. ſecus iure Digeſtorum. nu. 29. conſi. 258. nu. 5. & 28. vbi declaratur.
clauſula codicillaris operatur, quod reciproca continet fideicommiſſariam. conſi. 232. nu. 16. ſed contra, nu. 13.
clauſula codicillaris transfundit teſtamentum in codicillos. conſil. 232. nu. 17.
clauſula codicillaris operatur, quod verba directa obliquantur. conſil. 232. nu. 19. vbi infertur ad alia, & nu. 23.
clauſula codicillaris operatur, quod relicta in teſtamento debentur a venientibus ab inteſtato. conſi. 232. nu. 20.
clauſula codicillaris tacitè intellecta, non eſt paris potentiæ cum expreſſa. conſi. 232. nu. 28.
clauſula codicillaris non operatur contra voluntatem teſtatoris. conſi. 232. nu. 36.
clauſula codicillaris operatur ſolum, quod id per fideicommiſſum debeatur, quod fuerat directè relictum. conſil. 232. nume. 37. vbi latè.
clauſula codicillaris, nihil operatur in teſtamento, quod iure teſtamenti ſuſtinetur. conſi. 232. nu. 38.
clauſula codicillaris per verba præſentis temporis, non ſuſtinet teſtamentum nullum præteritione poſthumi. conſi. 232. num. 39. vbi latè.
clauſula codicillaris conſeruat legata ab inteſtato. cōſ. 274. nu. 24.
clauſula, ſaluis alijs verioribus confinibus, arguit, quod partes nolunt ſe reſtringere ad expreſſos. conſi. 235. nu. 22.
clauſula quando cenſeatur appoſita de conſuetudine notarij. conſil. 236. num. 28.
clauſulæ omnes cenſentur appoſitæ de voluntate teſtatoris, quando poſſunt actui conuenire. conſi. 236. nu. 29.
clauſula generalis in fine poſita non refertur ad ea de quibus facta eſt ſpecialis mentio. conſi. 241. nu. 29.
clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedētia. cōſ. 242. n. 10.
clauſula non obſtante, non ſanat plures defectus. conſi. 245. num. 5. fallit, num. 44.
clauſula, non aliter, nec alio modo, importat formam. conſil. 246. numero 20.
clauſula, omni meliori modo, operatur, quod legata videantur repetita a venientibus ab inteſtato. conſi. 253. nu. 36.
clauſula, hac tamen lege, importat modum, non conditionem. conſil 268. nu. 6.
clauſula, & caſu quo, importat conditionem. conſi. 268. nu. 8.
clauſula, & non aliter, importat conditionem, & formam ſpecificam. conſi. 268. nu. 9.
clauſula, caſſans, & irritans omne teſtamentū etiam habens clauſulam derogatoriam, ſufficit ad tollendum præcedens teſtamentum habens clauſulam derogatoriam ſi erat vnicum. conſilio 270. nu. 16.
clauſula, ius & iuſtitiam, ſuſtinet libellum continentem contraria remedia. conſi. 273. nu. 4. ſed contra, nu. 23.
clauſula, ius & iuſtitiam, operatur quod remedium magis vtile videtur intentatum. conſi. 273. nu. 5.
clauſula, ius & iuſtitiam, non ſuſtinet libellum in alio remedio, quando certum fuit deductum. conſ. 273. nu. 24.
clauſula, ius & iuſtitiam, non ſuſtinet libellum in actione, quæ non competit. conſi. 273. nu. 25.
clauſula, omni meliori modo, non reſtringit iudicium ad cauſam expreſſam conſi. 273. nu. 6.
clauſula, omni meliori modo, ſuſtinet libellum continentem remedia contraria. conſi. 273. nu. 7.
clauſula, non obſtante, iuncta clauſulæ, motu proprio, tollit ius tertij. conſi. 278. nu. 17.
clauſula, ex certa ſcientia, tollit ius tertij. conſi. 278. nu. 18.
clauſula, motu proprio, non obſtante, & de plenitudine poteſta-

tis

tis ſimul iuncta operantur ad graue praeiudicium tertij. conſil. 270.num.20.
clauſula in fine poſita refertur ad omnia praecedentia. conſil.282. numero 4.
clauſula in fine poſita determinat aequaliter omnia praecedentia. conſi.282.nu.5.
clericatus non liberat filium a patria poteſtate. conſi.259.num.2. vbi limita.
clericus cognoſcit contra laicum vaſallum. conſ.193.nu.2.
clericus non poteſt conſentire in iudicem eccleſiaſticum etiam cum epiſcopi conſenſu.conſi.193.nu.5.conſ.222.num.1.vide conſil. 280.num.9.
clericus conuenitur coram paribus curiae, quando res eſt inter dominum, & vaſallum.conſi.193.nu.8.
clericus vaſallus non conuenitur coram domino laico, quando non agitur ex lege feudi. conſi.193.nu.13.
clericus vaſallus non conuenitur coram laico etiam lege feudo, quando agitur de delicto.conſi.193.nu.15.
clericus litigans coram laico ligatur ſtatuto diſponente circa ordinem iudic. conſi.204.nu.14.
clericus ſuccedens laico conuenitur coram eccleſiaſtico etiam ſi author erat obligatus in forma camerae, & eſſent plures haeredes laici.conſi.222.nu.2.ampl.nu.8. & limita nu.16.
clericus, & laicus ſi delictum ſimul committunt, ambo remittuntur ad eccleſiaſticum iudicem.conſ.222.nu.3.
clericus ſuccedens laico inchoata inſtantia conuenitur coram eccleſiaſtico.conſ.222.nu.4.ſed contra,nu.16.
clericus conueniens coram laico poteſt coram eodem reconueniri. conſi.222.nu.19.
clericus author laudatus cogitur coram laico comparere. conſilio 222 num.20.
clericus litigans coram laico ſeruat ſtatuta loci inconcernentibus ordinem iudicij. conſ.254.nu.4.
clericus filiusfamilias non poteſt teſtari. conſ.259.nume.3.contra nu.9.& 11.vbi declaratur, & nu.12.& 26.vbi ampliatur.
clericus prima tonſura non dicitur habere ordinem. conſilio 259. numero 4.
clericus prima tonſura poteſt teſtari. conſi.259.nu.21.
clericus prima tonſura gaudet priuilegio fori. conſ.259.nu.23.
clericus prima tonſura non conuenitur, vltra quam facere poteſt deducto ne egeat. conſ.259.nu.24.
clericus ſubmittens ſe cuicunque iudici, non intelligitur de laico. conſi.280.nu.9.
clericus ſuſcipiens depoſitum conuenitur coram laico pro reſtitutione.conſi.280.nu.11.
clericorum bona dicuntur caſtrenſia, quae in alijs eſſent aduentitia. conſi.259.nu.6.
clericus percutiens primae tonſurae punitur ex can.ſi quis ſuadente diabolo.conſi.259.nu.25.
codicilli non valent ſi teſtes non vident codicillantem. nume.158. nu.9.contra nu.14.
codicilli valent etiam ſi teſtes non vident teſtatorem. conſil.158. numero 14.
codicilli poſteriores non tollunt priores. conſ.230.nume.2. limita num.14.
codicilli non corrigunt teſtamentum, nec econtra. conſ.230.nu.3. limita nu.14.
codicilli veniunt appellatione teſtamenti, ſunt teſtamentũ, & illius pars.conſ.230.nu.4 limita nu.21.& 22.conſ.258.nu.6.
codicilli. Diſpoſita in codicillis cenſentur ineſſe teſtamento. conſilio 230.num.5.
codicillis confirmantur, teſtamento confirmato.conſ.230.num.6. limita nu.18.
codicilli inſunt teſtamento largè, & impropriè.conſ.230.nu.19.
codicillis haereditas directè non datur, ſed contenta in eo iure fideicommiſſi petuntur. conſi.232.nu.18.
codicillorum verba directa obliquantur. conſi.232.nu.23.
collatio fit, vel non fit ex teſtatoris voluntate. conſil.192.nume.8. vide num.22.
collatio non habet locum, quando ex coniecturis conſtat de contrariis voluntate teſtatoris.conſi.192.nu.2.

collatio eſt rei propriae in communi contributio.conſi.219.nu.8.
collatio inuenta eſt vt inter ſuccedentes ſeruetur aequalitas. conſil. 219.num.12.
collatio pro ſeruanda aequalitate fit in caſibus, quibus alias non fieret.conſi.219.nu.13.
collatio fit computando dotem in partem, vel liberando ab obligatione, ſi ſunt ſolum promiſſa. conſ.219.nu.19.
collatio fit ſolum in caſibus a iure expreſſis, & non extenditur de re ad rem, vel de perſona ad perſonam.conſi.219.nu.20.
collatio eſt odioſa, & exorbitans a regulis iuris communis. conſilio 219.num.22.
collectam ſoluit poſſeſſor rei.conſ.162.nu.27.
collecta imponitur ei, qui deſcriptus eſt in aeſtimo. conſilio 162. numero 30.
collecta eſt onus fructuum. conſi.162.nu.28.
collecta bona ſunt pro collectis obligata, & vendi poſſunt. conſilio 168 num.10.vide num.51.52.& 57.conſi.262.nu.1.vide nu.31.
collecta in exactione collectarum procedit de plano non citando. conſ.168.nu.12. vide tamen nu.56.57.& 58.
collecta. Res vendita pro collectis reuocatur ſi ſolemnitates neceſſariae non ſunt ſeruatae, & in venditione procedendum eſt cum ordine. conſ.168.nu.56.
collecta in exequutione pro collectis praeteritis non proceditur exequutiuè, ſed pro futuris.conſ.168.nu.57.
collecta ſoluenda eſt etiam pro feudalibus bonis.conſ.234.num.3. contra nu.28.
collecta ſolui debent a domino loci pro allodialibus. conſilio 234. num.2.ſed contra,nu.25.
collectam non ſoluit, qui non eſt ſcriptus in libro exactionis.conſil. 234.num.9.
collectas etiam praeteritas ſoluit emptor praedij.conſ.262.nu.5.
collectam imponere actus eſt iuriſdictionis, conſi.262.nu.28.
collectam vniuerſitas imponere non poteſt domino loci.conſi.262. nu.29.vbi latè.
collecta. Obligatio pro collectis extraordinarijs contrahitur tempore impoſitionis, non regiſtrationis.conſi.262.nu.32.
collecta impoſita ſi aliquis non poſſit ſoluere onus accreſcit alijs. conſi.277.nu.10.
collecta diſtribuitur ſecundum naturam oneris, pro quo imponitur.conſi.289.nu.10.
collecta in imponenda attenditur conſuetudo. conſ.289.nu.13.
collectiua, & vniuerſalis diſpoſitio includit futura. conſilio 263. numero 33.
collectiuo nomine plures vocati ſuccedunt gradatim in fideicommiſſo.conſi.279.nu.9.
collegium artis ſtatuere non poteſt, ne quis artem illam exerceat praeter certas perſonas.conſ.257.nu.12.
colonus in venditione fructuum cogitur praeferre dominum.conſi. 205.nu.1.lim.nu.19.& 23.
colonus partiarius dicitur ſocius domini. conſ.205.nu.2.
colonus vendere cogitur fructus domino iuſto pretio. conſil.205. nu.7.contra,nu.29.& ſeq.
colonus non tenetur fructus vendere domino, qui facta oblatione differt emere. conſi.205.nu.19.
colonus non cogitur vendere fructus tertio cauſam habenti a domino. conſ.205.nu.23.
colonus quando vult fructus vendere praefertur dominus, idem in vaſallo, & emphyteuta.conſi.282.nu.19.
colluſio annullat actum, vel praebet cauſam petendi reſtitutionem. conſ.168.nu.23.
commendatarius non poſſidet, ſed nudam habet detentationem. conſi.151.nu.18.
communi diuidundo agens tenetur probare ſe dominũ etiam ſi poſſideat. conſi.260.nu.3.
communi diuidundo praeſcribitur triginta annis, quando vnus ſolus poſſedit.conſi.260.nu.5.vide nu.15.
communi diuidundo iudicium datur pro diuidendis ſingularibus rebus haereditatis.conſi.260.nu.8.
communi diuidundo licet agere etiam ſi denegetur dominium. quãdo non allegatur praepoſteratio iudicij.conſi.260.num.10.

communi diuidundo agenti opponendum eſt ante litem conteſtatã de præpoſteratione iudicij,non poſt.conſi.260.nu.11.
communi diuidundo licet agere non probato dominio,quando agẽs poſſidet. conſi.260.nu.13.vbi declaratur.
communi diuidũdo non preſcribitur ſine bona fide.cõſ.260.nu.16.
communio. Nemo cogitur perſeuerare in communione.conſi.260. num.7.vbi exornatur.
communicatio præſumitur poſt diuiſionem ex poſſeſſione longi temporis. conſi.260.nu.9.
cõparatio ſola probat manũ notarij cõſi.187.nu.5.ſed cõtra n.23.
comparatio facit ſemiplenam fidem tantum. conſi.187.nu.24.
comparatio fieri debet a iudice, vel eo præſente. conſi.187.nu.25.
comparatio vt concedatur, pars debet præſtare duplex iuramentum. conſi.187.nu.26.
comparatio non valet, niſi deputati iurent lucri, vel gratiæ cauſa feciſſe. conſi.187.nu.27.
comparatio non admittitur, quando negocium excedit libram auri.conſi.187.nu.29.
comparatio fieri debet ex ſcriptura indubitata. conſi.187.nu.30.
comparatione non iuuatur priuata ſcriptura.conſi.187.nu.28.
compendioſa ſubſtitutio facta per verbum commune,continet pupillarem durante pupillari. conſi.229.nu.1.
compenſandi animus deprehenditur,quando relinquitur pro omni & toto eo.conſi.212.nu.18.
compenſare poteſt,qui iurauit ſatisfacere.conſi.166.nu.30.
compenſare eſt agere,& reconuenire.conſi.246.nu.24.
compenſatio legati cum debito neceſſario non fit, quando teſtator legat de bonis ſuis.conſi.224.nu.11.
compenſatio eſt ſpecies ſolutionis.conſi.246.nu.22.
compenſatio debiti non liquidi opponi poteſt contra depoſitum confeſſatum. conſi.146.nu.3.
compenſatio opponi poteſt de litigioſo debito ſi eſt liquidum, vel breui liquidandum.conſi.246.nu.4.
compenſatio allegari non poteſt contra depoſitum. conſi.246.num. 8.lim.vt nu.3.& 4.amp.vt nu.9.
compenſatio non fit de ſpecie ad quantitatem.conſ.245.nu.11.
compenſatio non habet locum,niſi res debitæ recipiant inuicem functionem.conſi.246.nu.13.
compenſatio non allegatur contra debitum iuratum.conſi.246.nu. 15.vbi declarat.
compenſatio non habet locum, quando promiſit quis ſoluere in pecunia.conſ.246.nu.18.
compenſatio non admittitur,vbi vera ſolutio requiritur.conſ.246. num.19.
compenſatio non admittitur, quando ſolutioni datur certa forma. conſ.246.nu.21.
compenſatio non inducitur ipſo iure, ſed parte opponente. conſilio 246.num.27.
compenſatio non retrotrahitur,ſed operatur a die oppoſitionis.conſil.246.nu.28.
compenſatio non habet locum,quando dos eſt promiſſa genero, & legatum factum filiæ.conſi.291.nu.24.
compromiſſo ſtatutario eſt locus in cauſa inſtrumentaria, ſi contra inſtrumentum opponatur, quæ requirunt diſcuſſionem. conſilio 252.num.21.
concedo verbum ſignificat tranſlationem dominij cõſ.243.nu.20.
conceſſio interpretatur vt ſit conformis petitioni.conſ.241.nu.21.
conceſſio iuriſdictionis, meri, & mixti imperij includit ſolum ea, quæ ſtant ex ipſa re,non quæ extra rem.conſi.151.nu.27.
conceſſio includit ſolum, quæ ſunt de natura rei.conſi.207.num 9.
conceſſio determinata attenditur, quando petitio eſt indeterminata.conſi.298.nu.52.
conceſſio in dubio præſumitur facta ad poſtulationem partis. conſil.299.num.5.
conceſſum ſub vna conditione, cenſetur ademptum ſub contraria. conſ.159.nu.9.
concluſio in cauſa,quibus modis inducatur. conſ.160.nu.85.
concluſio in cauſa efficit,vt negocium videatur finitum. conſ.160. num.86.
concluſio in cauſa continet tacitam renunciationem omnium probationum. conſi.160.nu.88.
concluſio in cauſa non habet locum in criminalibus. conſilio 163. num.22.
concluſio in cauſa eſt terminus probationum excluſiuus.conſ.175. num.76.
concluſio attenditur, non narratio.conſ.298.nu.23.
concluſio contractus attenditur. idem in priuilegio, reſcripto, & libello.conſ.298.nu.24.
concluſum eſſe in cauſa, vel lata ſententia, paria ſunt.conſil.160. num.87.
condictio ob cauſam datur ad repetendum ſolutum, quando cauſa legati non eſt ſequuta. conſ.257.nu.6.
condictio indebiti datur ad repetendum ſolutum ex ſententia ſi ea non impugnat.conſ.268.nu.15.
condictio indebiti datur etiam ad repetendum poſſeſſionem indebitè traditam. conſi.268.nu.17.
conditio purificari debet antequam diſpoſitio ſortiatur effectum. conſi.156.nu.2.conſi.245.nu.46.
conditio,ſi deceſſeris ſine filijs,deficit relicta filia.conſ.156.nu.3.
conditio mixta habetur pro impleta, quando ſtat per aduerſarium quominus impleatur. conſi.156.nu.6.
conditio plures reſpiciẽt perſonas,debet in omnibus verificari. conſil.156.nu.14.
conditio non poteſt diuidi,ſed debet in totum impleri. conſil.256. num.15.
conditio non diſponit. conſi.156.nu.17.
conditio quando deficit, actus habetur pro non facto. conſil.157. nu.7.conſ.236.nu.6.fallit,nu.39.
conditio,quæ ſemel deficit,non poteſt amplius impleri. conſi.157. num.19.
conditio ſufficit, quod ſemel fuerit impleta, licet implementum non daret.conſ.157.nu.20.
conditio teſtis conſideratur tempore iuramenti. conſ.173.nu.105.
conditio importat formam. conſ.186.num.18.
conditio adiecta vni legato,non cenſetur repetita in ſequenti, quod continet diuerſam conditionem. conſ.198.nu.26.
conditio adiecta vni legato, non cenſetur repetita in alio, quando vna ex pluribus fuit expreſsè repetita. conſi.200.nu.23.
conditio impoſſibilis de iure non vitiat vltimam voluntatem, ſed habetur pro non appoſita. conſi.218.nu.18.
conditio habetur pro impleta quando ſtat per teſtatorem quominus impleatur.conſ.228.nu.19.
conditio appoſita teſtamento, & vulgari ſubſtitutioni, cenſetur repetita in codicillis,& ab inteſtato in fideicommiſſaria importata per codicillarem clauſulam.conſi.232.nu.33.
conditio habetur pro non adiecta, quando facta eſt impoſſibilis. conſi.236.nu.44.
conditio adiecta primæ ſubſtitutioni ſi deficit,cæteræ omnes ſubſtitutiones deficiunt.conſi.241.nu.7.
conditio ſi deceſſerit ſine filijs non extinguit fideicommiſſum, licet defecerit, quando filij poſiti in conditione ſunt vocati.conſ.241. num.44.
conditio ſi deceſſerit ſine filijs, ſi deficiat non euaneſcit ſubſtitutio ſi teſtator voluit conſeruare agnationem.conſ.241.nu.45.
conditio appoſita reſolutioni non facit actum conditionalem.conſi. 268.nu.56.lim.nu.60.61.& 62.
conditio, Datum ſub vna conditione, cenſetur ademptum ſub contraria.conſi.294.nu.8.
conditio,ſi deceſſerit ſine filijs,non intelligitur in ſubſtitutione quãdo nepos fuit ſubſtitutus. conſ.294.nu.17.
conditio nihil ponit in eſſe. conſi.298.nu.1.
conditio debet impleri antequam emolumentum ſequatur. conſil. 298.num.2.
conditio non ſortitur effectum ante implementum.conſ.298.nu.5
conditio quando deficit, perinde eſt ac ſi diſpoſitio non eſſet facta conſi.298.nu.36.
conditionalis diſpoſitio deficit conditione non impleta. conſil.268. nume.10.
conditione impleta habetur actus ac ſi ab initio fuiſſet purus. conſil.179.nu.11.
conditione pendente non datur actio.conſi.186.nu.12.conſi.238. nu.7.conſi.268.nu.18.

I N D E X.

conditione pendente non licet contrahentibus diſcedere a contractu. conſi.268.nu.50.

conductor cadens eo quod non ſoluerit penſionem, retinet rem pro melioramentis. conſi.155.nu.15.

conductor repetit melioramenta etiam ſi cadat ob non ſolutam penſionem. conſi. 183.nu.2.

conductor qui meliorauit fundũ deducit impẽſas. conſi.183.nu.3.

conductor qui percipit fructus tenetur ſoluere penſionem etiam ſi locatio ſit nulla. conſi.183.nu.31.

conductor non ſoluit quando damnum ſenſit, per quod non percepit medietatem penſionis. conſi.197.nu.3.

cõductor liberatur a penſione re in totum perẽpta. conſ.197.nu.4.

conductor liberatur pro parte re pro parte perempta. conſil.197. num.5.

conductori non fit remiſſio, quando conuenit quod ſoluat etiam ſi non ſit adeptus poſſeſſionem. conſi.197.nu.14.

conductori non fit remiſſio ob bellum ſi conduxit tempore belli. conſil.197.nu.16. vbi quomodo procedat.

conductori non fit remiſſio quando renunciat omni iuris, & legum auxilio. conſil.197.nu.18.

conferre non debet frater quod habuit a patre, ſi prius illud filiæ dedit in dotem. conſi.219.nu.11.

conferre non tenetur filius dotes, quas filiæ dedit de bonis aui, ſi filiæ matrimonium durat. conſi.218.nu.14.

conferri non debet, quod conſequitur quis ex teſtamento. conſilio 219.num.3.

conferri non poteſt res aliena. conſi.219.nu.9.

conferuntur ſolum, quæ prouenerunt ab eo cui ſucceditur. conſilio 219.num.7.

conferuntur, quæ mortis tempore ſunt penes ſuccedentem. conſilio 219.nu.10. vbi infertur ad emancipatum.

confeſſio vaſalli probat feudum. conſi.151.nu.14.

confeſſio defuncti nocet hæredi. conſi.151.nu.38. conſi.169.nu.1. conſi.188.nu.3.

confeſſio defuncti nocet ſingulari ſucceſſori. conſi.151.nu.39. conſil.188.nu.3. conſi.237.nu.8.

confeſſio iudicialis etiam abſente parte plene probat. conſil.151. numero 42.

confeſſio iurata etiam abſente parte plene probat. conſ.151.n.43.

confeſſio facta in ſcriptura etiam abſente parte plene probat. conſil.151.nu.44.

confeſſio in parte vera, præſumitur in totum vera. cõſ.151.nu.90.

confeſſio probat codicillos, non teſtamentum. conſi.158.nu.20.

confeſsio dotis receptæ facta conſtante matrimonio a marito ruſtico, vel ſene in fauorem vxoris nobilis, vel iuuenis, valet, vt conſi.164.nu.5.

confeſsio curatoris facta in iudicio de debito aliter non probato, non valet. conſi.168.nu.22.

confeſsio nocet confitenti, & hæredibus ſuis. conſi.169.nu.1.

confeſsio facta in teſtamento, vel alia vltima voluntate, nocet hæredibus. conſi.169.nu.2.

confeſsio facta in teſtamento reuocari quidem poteſt, ſed id fieri debet expreſsè, ſecus ſi in ſecundo teſtamento de ea non ſit mentio. conſi.169.nu.3.

confeſsio facta in teſtamento non probat, nec eſt obligatoria. conſi.169.num.4.

confeſsio facta in teſtamento nõ ſuſtinetur in vim legati, niſi teſtator procedat vlterius legando. conſi.169.nu.5. vbi an ſit verũ.

confeſsio facta in teſtamento non probat etiam in caſibus quibus facta abſente probaret. conſ.169.nu.8. vbi exempla.

confeſsio facta in teſtamento probat ſi eſt iurata, vel acceptata. conſi.169.nu.9.

confeſsio facta in teſtamento non probat verũ debitum. conſi.169. nu.10. vbi infertur ad multa.

confeſsio facta in teſtamento nullo caſu probat id, quod teſtator confitetur. conſi.169.nu.11.

confeſsio poteſt diuidi quando contra confitentem militat præſumptio. conſi.173.nu.12.

confeſsio extraiudicialis plene probat in his qua pendent ab animo. conſi.173.num.52.

confeſsio qualificata non diuiditur, quando qualitas eſt probata, licet dubia probatione. conſilio 173. numero 67.

confeſſio qualificata non diuiditur, quando qualitas non tollit, ſed minuit delictum. conſi.173.nu.69.

confeſsio vnius non nocet alteri. conſi.173.nu.80.

confeſſio cedentis non nocet ceſſionario. conſi.173.nu.91.

confeſſio extraiudicialis abſente parte plenè probat in his, quæ pendent ab animo. conſi.177.nu.9.

confeſsio in prohibitis non probat. conſi.177.nume.41. conſi.186. num 5. vbi de ſpurio.

confeſſio prælati, quod pecunia ſit verſa in vtilitatem eccleſiæ, nocet ſibi ita quod conueniri poteſt. conſi.181.nu.13.

confeſſio extraiudicialis abſente parte probatur per teſtes ſingulares. conſi.188.nu.1.

confeſſio non inducit notorium, quando aliqua allegantur, quæ faciunt eam dubiam. conſi.188.nu.5. conſ.251.nu.20.

confeſsio non inducit notorium, niſi ſit iudicialis, concluſum in cauſa, & in forma iudicij. conſi.188.nu.9.

confeſſio extraiudicialis abſente parte probat ſolum ſemiplene. conſi.188 nu.10.

confeſsio extraiudicialis geminata æquipollet iudiciali. conſi.188. nu.11. vbi vide quomodo procedat.

confeſsio geminata non dicitur quando plures conceſſiones teſtibus probantur ſingularibus. conſi.188.nu.12.

confeſſio ſufficit, quod primo aſpectu ſit notoria, licet poſſit eſſe falſa. conſi.188.nu.15. vbi declaratur.

confeſſio mariti conſtante matrimonio de dote recepta non valet. conſi.196.nu.28.

confeſsio mariti de dote recepta nõ valet ſi fit ante matrimonium, quia confertur in tempus matrimonij. conſi.196.nu.29.

confeſsio facta in teſtamento ſuſtinetur in vim legati. conſil.196. nu.41. conſi.141.nu.2.

confeſſio quod ſolemnitates interuenerint transfert onus probandi in aduerſarium. conſi.249.nu.28.

cõfeſsio vnius præiudicat tertio ſi eſt veriſimilis. cõſi.290.nu.47.

confeſſio dotis receptæ probat in præiudicium tertij, quando ſit verſus ſocerum, vel extraneum, non verſus vxorem. conſi.290. numero 52.

confeſſus ſicuti non appellat, ita nec hæres confeſſi. conſil.188.nu 7. vbi declaratur.

confeſſus appellat quando allegatur iuſta cauſa. conſi.188.nu.17.

confines ſi duobus corporibus conueniunt, res redditur ambigua. conſi.207.nu.14.

confirmatio reſtringitur ad id quod eſt validum. conſ.183.nu.35.

confirmatio actus nulli facit, vt actus referatur ad confirmantem, non ad facientem. conſi.262.nu.67.

confirmatio generalis non trahitur ad ſtatuta illicita, & iniuſta. conſi.257.nu.24. vbi nu. ſeq. ampl.

confirmatur facilius, quod eſt factum quam de nouo quid fiat. conſil.245.nu.48.

confiſcatio bonorum propter læſam maieſtatem principis ſpectat ad principem etiam in terris infeudatis. conſi.152.nu.26.

confiſcatio nõ trahitur ad bona prohibita alienari. conſ.171.nu.3.

confiſcatio ad eum ſpectat, qui erat dominus tempore commiſſi delicti. conſi.227.nu.13.

confiſcatis bonis ex diſpoſitione iuris communis vnuſquiſque fiſcus occupat bona ſuæ iuriſdictionis. conſ.152.nu.28.

confiteri videtur, qui non contradicit aſſeueratis per aduerſarium. conſ.202.nu.39.

coniecturæ duæ ſufficiunt ad inducendum ſuſpicionem falſitatis. conſi.173.nu.6.

coniecturæ pro inſtrumento præualent ijs, quæ adducuntur contra inſtrumentum. conſi.173.nu.58.

coniunctus non comparet pro coniuncto, quando ſpeciale mandatum requiritur. conſi.190.nu.1.

coniunctus non offert iuramentum deciſiuum. conſi.190.nu.3.

coniunctus admittitur pro coniuncto minore. conſi.190.nu.4.

coniunctus præſumitur ſcire facta coniuncti circa ea, quæ concernunt ordinem ſanguinis. conſi.251.nu.14.

connexorum idem eſt iudicium. conſi.196.nu.9.

conſcientiam habens ſcrupuloſam cogitur eam deponere, alias peccat. conſi.296.num 18.

confeſ-

conſenſus ſimultaneus requiritur ad eſſentiam contractus. conſilio 157.nu.13.
conſenſus in contractibus debet eſſe ſimultaneus, & ibi infertur ad multa. conſi.298.nu.39.
conſentiens alienationi rei ſuæ ſibi præiudicat. conſi.213.nume.7. conſi.214.nu.9.
conſentiens non præiudicat ſibi in iure futuro, vel ſuperuenienti. conſi.324.nu.5.
conſentire non videtur, qui tacuit ſciens ius ſuum durare. conſilio 290.nu.59.
conſequenti conceſſo venit omne neceſſarium antecedẽs. conſ.201. nu.12.conſi.221.nu.38.
conſilium mutare in melius licet cuique. conſi.167.nu.10.
conſtitutum transfert veram poſſeſſionem, licet actus ſit factus. conſil.162.nu.48.
conſtitutum collatum poſt mortẽ nihil operatur. conſi.166.nu.25.
conſtitutum expirat morte conſtituentis. conſil.171.nu.20.ſed limita, vt ibi.
conſtitutum collatum poſt mortem nihil operatur. conſil.171.nu.21.ſed limita, vt ibi.conſi.225.nu.14.
conſtitutum dicitur acceſſorium ad contractum. conſi.179.nu.65.
conſtitutum non prodeſt abſenti. conſi.179.nu.66.
cõſtitutũ iunctũ pacto exequutiuo nõ operatur facultatẽ ingrediẽdi negocio nõ liquidato quãdo eſt inualidum. conſ.221.nu.12.
conſtitutum collatum poſt mortem eſt nullum. conſi.221.num.13. fallit quando ex nunc, vt nu.53.
conſtitutum de re incerta ratione loci & quotæ eſt nullum. conſil. 221.nu.15.conſ.235.nu.10.
conſtitutum non prodeſt ei, qui non eſt capax poſſeſſionis. conſilio 221.num.18.
conſtitutũ non eſt cõditionale, quãdo bona ſimpliciter obligantur, licet principalis diſpoſitio ſit conditionalis. conſi.221.num.55.
conſtitutum de omnibus bonis eſt validum. conſi.221.nu.56.
conſtitutum transfert poſſeſſionem ciuilem, & naturalem. conſilio 221.nu.34.
conſtitutum nihil operatur ſi apponitur venditioni facta pro pretio declarando. conſi.225.nu.11.
conſtitutum non transfert poſſeſſionem rei incertæ ratione loci, & quotæ. conſi.225.nu.13.
conſtitutum transfert dominium, & poſſeſſionem, ſi conſtituens eſt dominus, licet non poſſideat. conſi.243.nu.14.
conſuetudo patrisfamilias attenditur. conſi.173.nu.89.
conſuetudo vltima teſtatoris attenditur. conſi.195.nu.16.
conſuetudo Martini, quod dos acquiratur filijs, non patri, non habet locum quando maritus primo moritur. conſi.206.nu.29.
conſuetudo ſoluendi monetam nouam pro antiqua, locum habet, quando vtraque eiuſdem eſt valoris. conſi.220.nu.16.
conſuetudo nocet ſolum eis, qui paſſi ſunt. conſi.234.nu.27.
conſuetudo pia & laudabilis eſt ſeruanda, & non dicitur ſimonia. conſ.254.nu.3.
conſuetudo non inducitur ex actibus voluntarijs fauore eccleſiæ. conſi.254.nu.4.
conſuetudo vales quod populus victum præſtet prædicatori a prælato deputato. conſi.254.nu.6.
conſuetudo valet, per quam populus obligatur ad refectionem eccleſiæ. conſ.254.nu.8.
conſuetudo populi valet in manutenendo lampade ardenti ante ſanctam Eucharistiam. conſ.254.nu.9.
conſuetudo non valet quod prædicatori aliquid detur vltra alimenta. conſi.254.nu.26.
conſuetudo quod populus det temporalia pro ſpiritualibus, non valet, niſi tribus concurrentibus. conſil.254.nu.27.
conſuetudo, quæ habuit initium a coactione, non eſt laudabilis. conſil.254.nu.28.
conſuetudo nõ inducitur ex actibus difformibus. conſi.254.nu.29.
conſuetudo non inducitur, niſi concurrat animus inducendi. conſil. 254.num.30.
conſuetudo inducitur contra ſoluentes, non contra alios. conſi.254. num.33.
conſuetudo circa officia eſt obſeruanda. conſ.261.nu.14.
conſuetudo valet, quod iuſdicens deputetur vltra biennium. conſilio 161, numero 15. vide numero 4.
conſuetudo eſt ſtricti iuris, & reſtringitur ad actum conſuetum. conſi.262.nu.21.
conſuetudo eſt paris potentiæ cum priuilegio. conſi.262.nu.19.
conſuetudo immemorialis probat titulum priuilegij, vel alium allegatum. conſ.262.nu.22.
conſuetudo immemorialis probatur obſeruantia probata. conſilio 262.num.27.
conſuetudo non tollitur per vnum actum, ſed tantum temporis requiritur, quantum ad eam inducendum. conſ.262.nu.80.
conſuetudo excuſat a pœna. conſ.270.nu.25. vbi limitat in conſuetudine priuati.
contemplatione patris non videtur factu inſtitutio, quando dictum eſt, quod patri nihil operatur. conſ.177.nu.45.
contemplatione alicuius relictum dicitur duobus modis. conſilio 177.num.46.
contractus iudicatur talis, qualem partes appellant. conſil.164. nu.11.conſi.243.nu.3.
contractus feneratitius eſt nullus, & non confirmatur iuramento, conſ.165.num.10.
contractus perfectus, & exequutus non reſoluitur niſi interueniente actu retroſimili. conſ.179.nu.28.
contractus a principio ſunt voluntatis, poſtea vero neceſſitatis, conſ.179.nu.54. conſ.192.nu.23.conſ.205.nu.9.
contractus factus cum eccleſia claudicat, quia ſi non ſint ſeruatæ ſolemnitates, prælatus poteſt ſeruare pro parte tantum. conſilio 183.num.39.
contractus in dubio præſumitur licitus, non vſurarius. conſi.184. numero 7.
contractus illicitus non iudicatur, quoad pœnam, quando opinione hominum habetur pro licito. conſ.184.nu.10.
contractus omnis recipit declarationem a conſuetudine. conſ.198. numero 9.
contractus cenſetur celebratus, ſecundum diſpoſitionem iuris, & ſtatutorum. conſ.198.nu.13.
contractus duo ſi ſunt incompatibiles attenditur ſecundus. conſilio 202.num.3.
contractus ius conſiſtit in concluſione. conſ.202.nu.6.
contractus vt nouetur requiruntur tria. conſi.202.nu.29.
contractus primus non innouatur per verba, quæ poſſunt importare nouationem. conſ.202.nu.31.
contractus inſunt, quæ fiunt eodem loco, & tẽpore. conſ.217.nu.7
contractus plures eodem loco & tempore facti habentur pro vno conſi.217.nu.9.
contractus perfectio conſiſtit in concluſione. conſil.217.nu.11.vbi idem in teſtamento, & ſententia.
contractus perfectus alterari põt partiũ conſenſu. conſ.217.nu.22.
contractus idem ſi fiat bis, agendum erit ex primo. conſi.217.nume.23.fallit tamen quando ex adiectis alteratur ſubſtantia, vt ibi exornatur.
contractu bis celebrato agitur ex ſecundo, ſi conſtat de partium voluntate. conſ.217.nu.25.
contractus ab effectu iudicatur non a partium denominatione. conſil.243.nu.2.intellige, vt nu.28.& 43.
contractus quædam ſubſtantialia ſunt, quædam naturalia, quædam accidentialia. conſ.243.nu.29.
contractus denominatur ab eo, in quo pacta præualent. conſil.243. numero 39.
contractus in iudicio celebratus mittitur exequutioni ſine cauſæ cognitione. conſ.271.nu.44.
cõtractus factus apud acta æquiparatur cõfeſſioni. cõſ.271.n.45.
contractus inſtitia deducitur ex vniuerſo. conſi.282.nu.15.
contradictor legitimus dicitur, qui titulum habet, & poſſeſſionem a teſtatore. conſ.263.nu.4.
contradictor legitimus dicitur quilibet poſſeſſor, qui velit probare, quod teſtator non poſſidebat. conſ.263.nu.8.
contrahens alieno nomine non obligatur. conſi.183.nu.48.
contrahens non præſumitur fuiſſe contracturus ſine pactis appoſitis. conſi.217.nu.1.
contrahens cum herede, videtur contraxiſſe contemplatione illius qualitatis. conſi.274.nu.23.

contra.

contrahere non videtur nomine officij, qui promittit pro heredibus. conſi.244.nu.23.
contraria non poſſunt ſimul ſtare, ſed vno poſito remouetur alterum. conſi.179.nu.15.conſi.211.nu.16.conſi.218.nu.13.
contraria dicuntur, quæ repugnant ratione eiuſdem finis, mutuo ſe expellunt, & vno poſito remanet alterum. conſ.230.nu.13.
contrarietas vt euitetur fieri ſemper debet interpretatio. conſilio 230.nu.28. etiam impropriando verba. conſi.279.nu.14.
contrarietatem inducere non poteſt etiam ſummus Deus. conſilio 273.num.26.
contrariorum eadem eſt diſciplina. conſi.151.nu.27.
contrauenieni voluntati teſtatoris priuatur omni commodo. conſi. 284. num. 21.
conuentio facta inter aliquos non prodeſt, nec nocet tertio. conſilio 262.num.56.
copula, &, poſita inter incompatibilia reſoluitur in diſiunctam. conſi.268.nu.55.
copula, &, poſita inter duas orationes perfectas ſtat continuatiue. conſi.200.nu.17.
copula, &, ſolet ampliare. conſi.200.nu.16.
copulata plura requirunt ad validitatem actus, alias corruit. conſil.282.num.3.
copulatiuorum omnium concurſus requiritur. conſi.187.num.38. conſ.207.nu.7. Limita quando inter duos ſubſtantiuos, nu.25. & quando vtrunque adiectiuum ponitur de per ſe. nu.16.
correctio non inducitur niſi expreſſe legatur. conſi.163.nu.11.
correctio incontinenti non præſumitur. conſ.241.nu.19. conſi.294. nu.1. vbi exornatur.
correctum quod non reperitur ſtat firmum. conſi.163.nu.9.
correlatiuorũ eadem eſt diſpoſitio. cõſi.201.nu.3. conſ.208. nu.4.
correlatiuorum regula non habet locum, quando eſt diuerſitatis ratio. conſi.292.nu.13.
corrigere incontinenti ſe ipſum nemo cenſetur. conſi.179.nu.25.
Crau. conſi.257. quomodo procedat. conſi.230.nu.26.
creditor non poſſidet pignus ad commodum proprium, ſed debitoris. conſi.166.nu.21. vbi declaratur.
creditor non poſſidet pignus ſi non fuit ſibi traditum. conſilio 166. numero 24.
creditor cui bona ſunt obligata poteſt & retinere poſſeſſionem pignoris, & recuperare ſi ſua culpa cecidit. conſ.183.nu.8.
creditor poſſidet vere pignus. conſi.221.nu.30.
creditor non poteſt vendere pignus ſine licentia debitoris. conſilio 221.num.31.
creditor, qui habet licentiam ingrediendi poſſeſſionem auctoritate propria cum conſtituto poteſt ingredi non liquidato negocio. conſi.221.nu.36.
creditor, qui poteſt ingredi propria auctoritate ſi adeat iudicem debet citari pars. conſi.221.nu.45. vbi vide.
creditor recipiendo, vel petendo partem crediti, quandò videatur remittere aliam partem. conſi.224.nu.4. & 13.
creditor qui poſſidet pignus imputat fructus in ſortem, intelligendo de conſumptis etiam perceptis ab alio, & idem in pignore prætorio. conſi.194.nu.10.
creditor adminiſtrans bona debitoris tenetur ſibi ſoluere, & præſumitur ſoluiſſe, idem in tutore. conſi.290.nu.33.
creditor, qui metu reuerentiali ductus non petijt debitum, non patitur præſcriptionem. conſi.296.nu.34.
creditor non poteſt debitori remittere periurium iam incurſum. conſil.299.num.7.
creditor pôt iuramentum remittere ſuo debitori. cõſ.299. nu.21.
creditoris factum non nocet debitori, nec econtra. conſil.208. numero 30.
culpam vel negligentiam obijciens tenetur probare quod ea ceſſante actus potuiſſet explicari. conſil.228.num.16.
cumulatio impeditur per regulam contrarietatis. conſil.273. numero 22.
cumulatio quando fit, iudex ſuper eo remedio iudicat, quod pars eſt proſequuta. conſil.273.num.36.
cumulatio quando facta eſt remedia, poſſunt in proceſſu, & ſententia ſeparari. conſil.273.nu.37.
cumulatio non admittitur, quando res iudicata in vna cauſa, pareret rem iudicatam in alia. conſilio 266. numero 12.
cumulatio non fit in cauſa appellationis. conſil.266.nu.15.
cumulatio ciuilis non fit cum criminali inſtituta per inquiſitionem alio promouente. conſil.236.nu.20.
cumulatio admittitur quando proceditur ſola facti veritate inſpecta. conſil.273.num.1. contra num.21.
curator bonis non datur, niſi qui abeſt ſit ſubditus, & poſſit ibi conueniri, alias acta ſunt nulla. conſi.168.nu.18.
curator bonis datus facit inuentarium, alias acta ſunt nulla. conſil. 168.nu.19.
Curt. ſen. conſi.73. reprobatur. conſi.210.nu.41.
Curt. ſen. conſi.59. col.3. improbatur. conſi.261.nu.12.
cuſtodes tempore peſtis recipiunt mercedem a ſubditis. conſi.289. numero 9.
cuſtodia illi incumbit, qui eſt rei dominus. conſi.289.nu.4.
cuſtos carceris non tenetur de fuga iniuſte carcerati. cõſ.182.nu.9.

D

DAMNO duplici affici nemo debet. conſi.205.nu.30.
dare ſignificat dominium transferre. conſi.184.nu.1. conſi.243.nu.19.
dare videtur, qui nõ adimit cũ poſſit. conſi.196.n.38.
dare nemo poteſt quod non habet. conſi.265.nu.6.
datio in ſolutum, vicem obtinet emptionis. conſi.162.nu 41. conſi. 269.num.19.
datio in ſolutum, eſt nulla quando fit in plus quam ſit debitum. conſil.217.nu.17.
datio in ſolutum facta in defectum ſolutionis eſt perfecta, & neutra partium poteſt ab ea recedere. conſi.217.nu.27.
datio in ſolutum iudicatur, quando obligantur bona cum pacto non imputandi fructus in ſortem. conſi.243.nu.1. vide nu.1.
datio in ſolutum extinguit debitum. conſi.243.nu.7.
datum ſub vna conditione cenſetur ademptum ſub contraria. conſi. 236.num.5.
debitor tenetur ferre debitum ad domum creditoris, ſi talis eſt, cui re vere debeatur. conſi.172.nu.13.
debitor diuerſarum rerum alternatiue non poteſt partem vnius, & partem alterius rei eligere. conſi.156.nu.9.
debitor nõ poteſt inuito creditore ſoluere aliud pro alio. conſ.201. nu.2. conſi.242.nu.2.
debitor non cogitur facere inſtrumentum creditori, qui aliam habet probationem. conſi.208.nu.2.
debitor cogi poteſt facere inſtrumentum creditori de eo quod debet. conſi.208.nu.7.
debitor ſi ex forma ſtatuti capi poteſt, non tamen poterit capi inſtante ceſſionario non liquidato negocio. conſi.221.nu.4.
debitor ſoluta debito recuperat pignus actione pigneratitia, vel rei vendicatione conſi.221.nu.60.
debitor in pecunia ſi vult dare bona in ſolutũ, quid facere debeat. conſi.225.nu.7.
debitor, qui promiſit ſoluere ducatos boni auri, & iuſti ponderis, non poteſt in alia ſpecie ſoluere. conſi.242.nu.4.
debitor rei non liquidæ vitat exequutionem præſtita fideiuſſione de ſoluendo. conſi.248.nu.5.
debitor in pecunia non poteſt ſoluere in maſſa. conſi.285.nu.7.
debitor non ſoluens dicitur poſſidere rem aliquam. conſ.296.n.19.
debitor minoris eſt in mora ſine interpellatione. conſilio 296. numero 26.
debitor conſtitutus in extrema neceſſitate non tenetur in foro conſcientiæ ſoluere, ſed quid debeat facere. conſi.296.nu.27.
debitor etiam non interpellatus non præſcribit. conſi.296.nu.28.
debitor impeditus ſoluere ex præcepto ſuperioris, excuſatur a periurio, niſi præceptum procurauerit. conſ.299.nu.6.
debitor in quærendis præiudicat creditori. conſi.300.nu.18.
debitum ex vna cauſa poteſt voluntate partium transfundi in aliam, & non dicitur ſimulatio. conſi.162.nu.42.
debitum neceſſarium, an voluntarium ſit, origo demonſtrat. conſi. 196.num.37.
debitum ſub conditione dicitur quæſitum ſpe probabili. conſ.267. numero 22.

debitum

I N D E X.

debitum dicitur liquidum, & mittitur exequutioni, quando ſit promiſſio in iudicio conſi.271.nu.38.

debitũ durius dicitur, pro quo extat hypotheca. conſi.190.nu.16.

deceſſiſſe non dicitur ſine liberis, qui non poterat habere liberos. conſi.236.nu.11.

decimarum præſcriptio non trahitur ad nouales.conſi.261.nu.22.

declarans nihil dat de nouo.conſi.288.num.10.

declarare qui non poteſt, nõ etia poteſt corrigere. conſ.167.nu.18.

declaratio verbis non conueniens nõ eſt ſumẽda.conſi.179.nu.47.

declaratio poteſt quandocunque fieri etiam parte abſente. conſil. 192.num.11.

declaratiuo actus nõ dubij non tollit ius quæſitum.conſ.192.nu.31.

declaratio facta ex interuallo nõ præiudicat tertio.cõſ.196.nu.40.

declaratio eorum, quæ variãtur tempore, non poteſt fieri ante tempus.conſi.264.nu.25.

declaratio non poteſt fieri, vbi verba ſunt claræ.conſi.281.nu.30.

declaratio voluntatis non poteſt fieri ab herede.conſi.281.nu.31.

declaratio non valet in præiudicium iuris tertio quæſiti. conſilio 288 num.6.

declarationi iuratæ illius ſtatur, cui teſtator cõmmiſit etiam ſi mille concurrant coniecturæ.conſil.264.nu.19.

declarationis natura eſt quod trahatur ad tempus geſti actus. conſil.192.nu.10.

decretum Montisferrati de lucro dotis, habet locum in terris infeudatis.conſi.210.nu 26.

decretum Montisferrati quod in criminalibus non ſeruentur ſtatuta, procedit etiam in locis infeudatis.conſi.210.nu.27.

decretum facit præſumi alienationem eſſe vtilem eccleſiæ. conſilio 249.nu.20.

decretum prouinciæ habetur pro lege, & derogat iuri communi. conſi.252.nu.13.

defendere qui poteſt, is etiam poteſt agere, & excipere in iudicio. & via facti.conſi.160.nu.3.

defenſio competens reo competit cuicunque obligato pro reo. conſil.271.num.14.

delinquens non dicitur voluntariè alienare.conſi.171.nu.13.

delinquens ſtatim perdit dominium, & bona poſtea reuocantur, quando pœna iure imponitur.conſi.227.nu.15.

delegans interpretari poteſt ſententiam delegati.conſ.288.n.16.

delegati plures debent ſimul cognoſcere, & iudicare etiam in interlocutoria.conſi.181.nu.4.vbi amplia.

delegatio facta ſub nomine dignitatis tranſit ad ſucceſſorem. conſil.262.nu.39.

delegatio eſt ſolutio, & liberat delegantem, & delegatum.conſil. 269.nu.16.

delegatus cognoſcit, an ipſe ſit iudex, & an reſcriptum ſit verum, vel falſum. conſi.186.nu.6.

demonſtratio, quæ ſit per confines, præualet proprio nomini. conſil. 235.num.20.

demonſtratio potentior vincit debiliorem & plures vincunt vnã. conſi.235.nu.21.

demonſtrationes non ſunt neceſſariæ, quando conſtat de corpore. conſi.235 nu.3.intellige, vt nu.13.

demonſtrationes ſi tres adſunt, & vna ex eis diſcordat, non vitiatur contractus.conſi.235.nu.5.

demonſtrationes duæ ſi conueniunt non refert ſi aliæ diſcordant. conſi.235 nu.6.

demonſtrationes duæ ſi duobus conueniunt corporibus res redditur obſcura, & dubia. conſi.235.nu.18.

demonſtrationes quatuor ſi adſunt, & duæ vni, duæ alij rei conueniant, res efficitur ambigua. conſi.235.nu.19.

demonſtrationum duarum ſi vna concordat, altera diſcordat, non vitiatur. conſi.235 nu.4.lim.vt nu.17.

demonſtrationum duarum, ſi altera vni corpori, altera alij conueniat, vitiatur actus.conſi.235.nu.17.

depoſitarius, & commodatarius non poſſident, ſed nudam habent detentationem.conſ.151.nu.108.

depoſitum confeſſionatũ habet priuilegium veri depoſiti, quando verum debitum ſuit transfuſum in depoſitum.conſ.162.nu.43.

depoſitum non recipit compenſationem. conſ.246.nu.8, vide tamẽ nu.3.amplia, nu.10.

depoſitum verum dicitur etiam, quando pecunia numeratur. conſil.246.nu.14.

derelictum quid non præſumitur a domino. conſ.162. num.5.vbi quando præſumatur res habita pro derelicta.

deſtinatio non cenſetur reuocata, quando fundus gratia commodioris culturæ ſeparatur.conſ.195.nu.5.

deſtinatio reuocatur legando rem deſtinatum. conſi.195.nu. 13.

deſtinatum habetur pro perfecto.conſi.195. nu.2.conſi.239.nu.4.

determinatio reſpiciens plura determinabilia, debet omnia æqualiter determinare.conſi.242.nu.7.

dicta dictio eſt relatiua præcedentium. conſi.163.nu.14. & repetitiua ſimilium.conſi.203.nu.22.

dicta in præfatione cẽſentur repetita in cõcluſione.conſ.258.n.11.

dicto alicuius etiam iurata non eſt ſtandum, quando præſumptio eſt in contrarium.conſi.192.nu.32.

dies adiecta ſolutioni dicitur contractus pars acceſſoria. conſilio 217.num 29.

dilectus, quis magis dicatur, cognoſcitur non ſolum ex qualitate perſonæ, ſed etiam ex diſpoſitis in teſtamento.conſ.236.nu.54.

diligens quilibet præſumitur. conſi.245.nu.16.

diſpenſatio conceſſa contra vnum impedimentum, non releuat ſi alia ſubſint. conſi.245.nu.4.

diſpenſatio eſt odioſa. conſi.245.nu.10.

diſpenſatio ad duo beneficia incompatibilia præſumitur ſtãte poſſeſſione legitimi temporis ſi allegetur miſſio. conſi.245.nu.32.

diſponere verbum importat cõtractum, vel vltimam voluntatem. conſi.265.nu.32.

diſpoſitio vniuerſalis includit futuras conceſſiones.conſ.152.nu.7.

diſpoſitio regulariter non trahitur ad futura. conſil.152.num.24. conſi.216.nu.3.

diſpoſitio refertur ad actum validum.conſi.157.nu.14.

diſpoſitio generalis, quæ poteſt ſolum in vno verificari, habetur pro ſpeciali.conſ.179 nu.24.vbi late.conſ.232.num.22.conſi. 235.nu.1.conſ.267.nu.28. vbi quod includit legitimam.

diſpoſitio interpretari debet, ne contineat contradictionem. conſil. 179.num.26.

diſpoſitio reſtringitur, & declaratur ex qualitate adiecta.conſilio 179.num.41.

diſpoſitio quantumuis generalis reſtringitur ad ſuam cauſam.conſil.267.nu.3.

diſpoſitio generalis includit omnes caſus etiam qui continent maiorem rationem.conſi.270.nu.8.

diſpoſitio ſufficit ſi in aliquo poteſt operari ne dicatur eluſoria.conſil.271.nu.47.

diſpoſitio ſat eſt ſi operetur ſecundum naturam eius de quo eſt facta.conſ.271.nu.48.

diſpoſitio generalis recipit interpretationem de habilitate. conſilio 180.num.8.

diſpoſitio non reſtringitur ad primum actum, quando extant verba ſignificantia iterationem. conſi.281.nu.22.

diſpoſitio facta ad certam cauſam, non reſtringitur ad primũ actũ, ſed durat donec ſequatur effectus, & ibi infertur ad plura.conſil.281.nu.26.

diſpoſitio principis nõ extenditur ad actũ iniuſtum.conſ.299.nu.8.

diſpoſitio generalis habetur pro indiuidua, quando in vna tantum re poteſt verificari. conſ.299.nu.12.

diſputari vbi contingit de vno, cætera ſupponuntur habilia.conſil. 271.nu.32.

ditari quilibet præſumitur.conſi.151.nu.68.conſi.188.nu.6.

diuiſio præſupponit communionem. conſi.260.nu.2.

diuiſio præſumitur, quando fratres longo tempore ſeorſum habitando poſſederunt bona. conſ.260.nu.6.lim.nu.26.& 28.

doctori ſibi contrario non creditur.conſ.173.nu.90.

doctoris dictum intelligi debet ſecundum legem, quam allegat.conſil.177.nu.21.conſ.251.nu.10.conſ.271.nu.40.

dolus arguitur ex mendacio.conſ.173.nu.14.

dolus præſumitur in eo, qui ſcienter facit rem prohibitam. conſil. 173.num.15.

dolus non fit ſcienti. conſi.299.num.10.

dolum qui allegat tenetur probare perſpicuis indicijs. conſil.298. numero 28.

domi-

dominium vtile præfertur directo, quando vtrunque concurrit. conſi. 152. nu. 4.

dominium cenſetur tranſlatum, quando res cōceditur ad vtendum fruendum. conſi. 184. nu. 4.

dominium non transfertur ſine traditione. conſi. 225. num. 10. fallit, vt num. 17.

dominiū rei datæ in dotē re trāsfertur ſine traditione in vxorem, quando dos eſt reſtituenda. conſi. 225. nu. 15. limita, vt nu. 17.

dominium non tranſit recta via in legatarium quantitatis. conſilio 300. nu. 15.

dominium rei legatæ tranſit recta via in legatarium etiam ignorantem. conſi. 300. nu. 2.

dominus probibere cuique poteſt ingreſſum ſui fundi. conſil. 161. nu. 1. conſi. 122. nu. 4. conſi. 210. nu. 40. conſ. 272. nu. 4.

dominus loci probibere poteſt ingreſſum ſui territorij. conſi. 174. nu. 5. conſi. 272. nu. 3.

dominus poteſt recipere a vaſallis, & ſubditis iuramentum fidelitatis per procuratorem. conſ. 172. nu. 10.

dominus directus alienare poteſt directum dominium inuito emphyteuta. conſil. 208. nu. 6.

dominus directum dominium inuitis vaſallis poteſt pignorare, & obligare. conſi. 208. nu. 18.

dominus non poteſt dare tutorem pupillo in terra Baronis. conſilio 210. num. 2.

dominus non poteſt dare conſultorem iudici deputato a vaſallo. conſi. 210. nu. 3.

dominus pōt cuſtodes ponere in caſtro infeudato. conſ. 210. n. 31.

dominus ex cauſa pacis capere poteſt Caſtrum vnius, & dare alteri. conſ. 210. nu. 11.

domini plures & ſi iuriſdictionē diuidunt in annos, quilibet tamē remanet dominus inſolidum. conſ. 227. nu. 18. declara, nu. 24.

dominus loci non ligatur ſtatuto. conſs. 262. n. 58. vbi declaratur.

dominus loci poteſt ſtatuere quod forenſes non recipiantur ſine conſignatione. conſi. 272. nu. 2.

dominus feudi cognoſcit inter vaſallos. conſi. 286. nu. 1. fallit tamen, num. 8.

dominus non eſt iudex inter vaſallos, quando vnus negat rem eſſe feudalem. conſi. 286. nu. 8.

dominus non eſt iudex inter vaſallos, quādo vnus fatetur feudum, ſed dicit ſe recognoſcere ab alio domino. conſi. 286. nu. 20.

dominus vectigalis tenetur præſtare itinera tuta, & cuſtodire illa. conſi. 289. nu. 2.

dominus tenetur cuſtodire territorium, & ſubditos tueri a malo. conſi. 289. nu. 3.

dominus caſtri non compellit homines ad cuſtodiendum, ſi eſt per ſe babilis. conſil. 289. nu. 5.

dominus directus poteſt caſtrum infeudatum capere ad manum ſuam, ſi ſuſpicatur de violentia. conſ. 28. nu. 6.

dominus loci non ſoluit ſalarium cuſtodibus deputatis tempore peſtis. conſi. 289. nu. 9.

dominus poteſt eligere cuſtodes loci, quando decuriones negligūt. conſi. 289. nu. 16.

dominus caſtri quod captum eſt pro vtilitate publica contribuit in refectionem tanquam vnus de populo. conſ. 289. nu. ..

domo legata venit bortus cōparatus gratias domus. cōſ. 195. n. 3.

domo vendita veniunt omnia annexa. conſil. 207. nu. 1.

domo conceſſa venit ſtatio ſub eiſdem confinibus. conſil. 207. nu. 5.

domus appellatione venit domuncula, ad quam datur aditus ex domo. conſi. 207. nu. 4.

domibus relictis, quas teſtator inhabitabat, non venit quæ ruri eſt. conſi. 207. nu. 12.

domus. Intra duas parrochias habens duos aditus eſt illius parrochiæ verſus quam frequentior eſt ingreſſus. conſi. 207. num. 13.

domus, familia, & agnatio ſunt ſinonima. conſi. 279. nu. 17.

donans omnia bona ſua præſentia, & futura, reſeruato vſufructu teſtatur de fructibus. conſi. 173. nu. 110.

donatarius impedit miſſionem ex remed. leg. fin. de edic. diui Adr. conſi. 263. nu. 5.

donari videtur quod nullo iure cogente ſoluitur. conſi. 196. nu. 18.

donatio propter nuptias non redit ad donantem, quando pacto aliter eſt conuentum. conſi. 196. nu. 32.

donatio facta vxori nobili, vel iuueni a viro ignobili, vel ſene, præſumitur in remunerationem iuuentutis. conſi. 164. nu. 6. conſil. 290. num. 8.

donatio cenſetur facta ex cauſa meritorum ſi ea præceſſerunt etiā ſi non ſit dictum. conſ. 164. nu. 7.

donatio propter nuptias ſoluto matrimonio non redit ad donantē, quando maritus promiſit illam reſtituere in omnem euentum dotis reſtituendæ. conſi. 164. nu. 14.

donatio propter nuptias dicitur quidquid maritus dat vxori intuitu dotis. conſi. 164. nu. 16. conſi. 196. nu. 16.

donatio propter nuptias ſoluto matrimonio redit ad donantem. conſil. 164. nu. 18. conſi. 179. nu. 23. conſ. 196. nu. 7.

donatio remuneratoria, non dicitur quatenus excedit materia. conſil. 164. nu. 33.

donatio vxori facta ob materia reſeruatur filijs primi matrimonij, quatenus excedit merita. conſ. 164. nu. 35.

legatum conditionale non tranſmittitur ad hæredes. conſilio 267. numero 39.
legatæ rei dominium tranſit rectà via in legatarium. conſil.300. nu.1. fallit,nu.15.& 16.
legatum non agnitum tranſmittitur, etiam quando eſt in diem certum, vel quando legatarius deceſſit ante aditam hæreditatem, & idem in inſtitutione rei certæ.conſ.300.nu.10.
legatum licèt ante agnitionem tranſmittatur,repudiari tamen poteſt.conſi.300.num.1.
legatæ rei dominium tranſit quidem rectà via in legatarium, ſed reuocabiliter.conſi.300.nu.16.
legatum factum monialibus, vt aliquam recipiant in monaſteriũ, eſt ſimoniacum.conſi.195.num.2.
legitima non debetur filiæ,quæ non ſuccedit ab inteſtato.conſ.185. numero 1.
legitimam non petit, qui eſt per ſtatutum excluſus a ſucceſſione. conſi.165.num.2.
legitima non debetur nepoti in bonis aui, & eo præterito rumpitur,& querelatur teſtamentum.conſi.185.nu.11.
legitima non venit in reſtitutione fideicommiſſi ad piam cauſam relicti.conſi.185.nu.12.
legitimæ ſupplementum petitur contra voluntatem teſtatoris ex legis diſpoſitione, & bona non ſunt obligata,quidquid ſit in legitima.conſi.185.nu.22.
legitimæ non imputantur,quæ inter viuos capiuntur.conſilio 196. num.6. fallit tamen,vt ibi.
legitimæ imputantur ex voluntate teſtatoris,quæ aliàs non imputarentur.conſi.192.num.7.ſed vide,nu.22.
legitima debetur filiæ in bonis patris.conſi.192.nu.15.
legitima non poteſt tolli,vel minui,& filius dicitur in ea creditor. conſi.192.num.21.

legitima

legitima debetur etiam quando petit pater, ne plus petatur.conſil. 192.num.17.

legitima debetur cuicunque deſcendenti,qui obtinet primũ locum. conſi.192.num.18.

legitima non debetur ſilio in vita patris.conſ.192.nu.26.

legitima. Non imputantur in legitimam,quæ capiuntur extra hæreditatem patris,vel aui.conſ.206.nu.8.

in Legitimam imputantur,quæ capiuntur ex vltima voluntate,nõ quæ inter viuos.conſi.206.nu.10.

legitimam detrahit inſtitutus,qui alias potuiſſet legitima priuari. conſ.212.nu.8.ſed contra,nu.1.

legitima habetur pro expreſſa, quando diſpoſitio non poteſt in alio verificari. conſi.212.nu.13.

legitima dicitur portio , quæ aſcendenti , vel deſcendenti debetur. conſi.212.nu.15.

legitima debetur ſilio,etiam qui contrauenit voluntati teſtatoris. conſi.215.num.3.

legitima impunè alienatur a ſilio,non obſtante prohibitione teſtatoris generali,vel ſpeciali in certis bonis,ſi alia non extant.conſilio 215.num.10.

legitima licet non recipiat grauamen, tamen ſi impoſita ſit pœna, filius alienãdo eã incurrit.conſ.215.nu.16.vbi latè de ratione.

legitima detrahitur contra teſtatoris volũtatem. conſ.215.nu.24.

legitima includitur in generali legis excluſione.conſi.215.nu.27.

legitima in calculanda æſtimantur bona ſecundum tempus mortis. conſi.216.nu.7.

legitima filij in bonis patris confiſcatis æſtimatur ſecundum tempus ſententiæ.conſ.216.nu.8.

legitima non augetur auctis facultatibus poſt mortem patris. conſilio 216.num.11.

legitima eſt quota bonorum,non hæreditatis.conſil.216.num.13. conſi.248.nu.7.vbi quod eſt incerta.

legitima minuitur per æs alienum.conſ.216.nu.14.

legitima non debetur filio eius,qui ingreditur religionem,niſi poſt naturalem mortem. conſi.238.nu.10.

legitima non eſt filio tradenda ante liquidationem æris alieni, etiã ſi fideiubeat.conſ.248.nu.17.

legitima non debetur filio emancipato in bonis patris. conſil.292. num.4.ſed contra,nu.15.

legitima debetur parentibus in bonis filiorum,etiam emancipatorum.conſ.292.nu.5.& 10.

legitima debetur ei,qui præteritus , vel exhæredatus poteſt dicere de teſtamenti nullitate.conſ.292.nu.8.

legitima debetur filio emancipato.conſ.292.nu.15.

legitimè natus,vel legitimè deſcendens,idem ſunt.conſ.213.nu.3.

legitimum dicitur quicquid a lege prouenit directè , vel indirectè. conſi.213.nu.20.

legitimari poteſt quis , vt ſuccedat in feudo conceſſo pro legitimè natis.conſ.213.nu.19.

legitimandi facultas eſt de reſeruatis Principi.conſi.210.nu.42.

legitimantur filij per ſequens matrimonium, etiam cum vili fœmina,& deplorata.conſi.13.nu.21.

legitimatus limitate, ita quòd ex teſtamento ſuccedat in eo quod pater voluerit , non detrahit legitimam, ſi inſtitutus grauatur onere reſtituendi.conſ.185.nu.10.

legitimatus,ita quod ſuccedat in eo quod pater voluerit , detrahit legitimam ſi inſtitutus grauatur fideicõmiſſo. conſ.185.nu.25.

legitimatus per matrimonium ſubſequens , non ſuccedit in feudo conceſſo pro legitimè natis, vel legitimè deſcendentibus. conſil. 213.num.1. ſed contra,nu.17.

legitimatus per ſequens matrimonium , non excludit ſubſtitutum ſub conditione,ſi deceſſerit ſine filijs legitimè natis. conſil.213. num.2.ſed contra,nu.18.

legitimatus per ſequens matrimonium,ſuccedit in feudo.conſ.213. numero 9.

læſio vbi æſtimatur , conſiderari debent omnes qualitates contractus.conſ.217.nu.32.& ibi ſunt exempla.

læſio in pretio non conſideratur , quando res alienatur in iudicio. conſi.256.nu.8.

lex non habet in conſideratione,quæ fiunt de facto.conſ.185.nu.5.

lege ſancitum quod non reperitur, non eſt ſuperſtitioſis inuentionibus præſumendum.conſ.173.nu.72.conſ.222.num.5.ſed limi. numero 17.

legem condere poteſt ſolus Princeps.conſi.152.nu.20.conſi.210. numero 25.

legi nõ dicitur,quod corporeis oculis nõ percipitur.cõſ.173.n.75.

l.omnem,C.ad Tertullia. eſt pœnalis, rigoroſa, & non extendenda.conſi.175.num.35.

l.ſi mortis cauſa,la ſeconda,ff.de donat.cau.mor. quomodo procedat.conſi.171.num.24.

l.donationes.quas parentes,C.de dona.inter vir. & vxor.quomodo procedat.conſi.171.nu.23.

lex quando plures habet lecturas, illa attenditur, quæ magis conuenit rubricæ.conſi.163.num.131.

lex quod non dicit,non eſt nouis inuentionibus præſumendum.conſil.163.nu.8.conſ.183.nu.15.conſi.219.nu.21.

lex vbi deficit,erubeſcimus.conſ.158.nu.13.

lex 1.§ tria lumina, de ventre inſpicien.quomodo intelligatur.conſil.158.num.16.

lex 1.C.ſi per vim,procedit ſolum,quando ſpoliatur abſens,non autem turbatur.conſ.160.nu.46.

lex 1.C.ſi per vim, vel alio modo, quõ procedat.conſ.160.nu.45.

l.fin.C.de natu.libe.quæ ſit ratio.conſi.177.num.29.

lex noua intelligitur ſecundum antiquam, quando loquitur de eadem materia. conſ.177.num.33.

lex noua diſponens in vno a lege antiqua æquiparatorum,intelligitur etiam in alio.conſ.177.nu.34.

legem rei ſuæ ponere poteſt quilibet.conſ.213.nu.12.

l.forma,de cenſib.quomodo intelligatur.conſi.234.nu.21.

l.ab eo.C.de fideicomm. procedit ſolum in ſubſtitutione fideicommiſſaria.conſ.236.nu.50.

lex quæ perſonæ,de reg.iur.procedit in eo,qui lucrum capit titulo hæreditario.conſi.237.nu.22.

legem apponere rei ſuæ poteſt quilibet in tradendo.conſ.240.nu.7. conſi.255.num.6.

l.hæreditas,ff.ad Trebellia.declaratur aduerſus Picum.conſ.248. numero 24.

l.ſi quos,C.de reſcind.vend.declaratur.conſi.256.nu.3.

l.hac conſultiſſima,§. ſi quis autem,C.de teſtam. quomodo intelligatur.conſ.258.nu.25.

l.de his,ff.de tranſact.extenditur ad pactum gratuitum. conſ.268. numero 37.

l.ea ſententia, ff.de fideiuſſor. eſt indiſtinctè intelligenda in omni fideiuſſore.conſ.271.nu.27.

lex generaliter loquens,debet generaliter intelligi,etiam ſubſiſtente maiori ratione.conſ.271.nu.28.

lex ciuilis habet vim apoſtolici in remittendo iuramentum. conſil.299.nu.14.

libellus ſuſtinetur, ſi dicitur poſſediſſe ſemper, præterquam ab annis quatuor citra,ſi concludit manuteneri. conſil.160.num.72.

libellus declarari poteſt a producente,non ab alio. cõſ.167.nu.27.

libellus & ordo iudicij non requiritur , quando intentatur actio in factum.conſi.204.nu.6.

libellus mutari & emendari non poteſt in cauſa appellationis.conſil.266.num.16.

libellus vt ſuſtineatur,improprientur verba.conſi.273.num.10.

libellus in remed.recuperandæ, quomodo debeat concludere . conſil.273.num.13.

libellus non ſuſtinetur,quando probatio eſt omnino difformis. conſil.273.num.28.

libellus attenditur,quando tractatur,an competat iuriſdictio. conſil.286.nu.2.declara,nu.10.

libellus generalis,vel alternatiuus non admittitur. conſ.293.nu.4. fallit,vt nu.21.

liberatio facta vni,non prodeſt alij.conſ.170.nu.3.

liberatio facta vni ex pluribus reis debendi , non ſocijs , non prodeſt alijs.conſi.170.nu.4.

liberatio facta per pactum tutori qui adminiſtrauit , prodeſt alij. conſi.170.nu.15.

liberatio perſonalis non prodeſt alij.conſi.170.nu.24.

liberatio facta vni ex pluribus reis,prodeſt alijs,quando aliàs non prodeſſet liberatio.conſ.170.nu.25.

liberatio facta tutori, qui de aliorum mandato geſſit, non prodeſt alijs.conſi.170.nu.28.
liberatio per acceptilationem facta poſt tranſactionem tutori, qui poterat inſolidum conueniri, prodeſt alijs. conſi.170.nu.33.
liberatio refertur ad praecedentem obligationem, & præſupponit ius quæſitum liberanti.conſ.244.nu.15.
liber officialis a publico deputati plenè probat.conſi.151.num.85. intellige, vt ibi.
liber officialis non probat, niſi cauſam contineat.conſ.151.nu.87.
liber officialis non probat in ijs, quę non pertinent ad eius officium. conſi.151.nu.88.
liber eccleſiæ cuſtoditus in archiuio, probat. conſi.245.nu.18.
liber archiuij facit præſumptionem contra tertiũ.conſ.245.nu.19.
libro defuncti magis creditur, quàm viuentis. conſ.245.num.20.
liber tutoris probat in eius fauorem, ſi continet expenſas veroſimiles.conſi.290.num.48.
liberè fit, quod fit ſine contradictione, & impedimento alicuius. conſi.265.num.8.
liberum dicitur, quod eſt ſine diminutione.conſi.218.nu.16.
licentia teſtandi conceſſa ei, qui non poterat teſtari, intelligitur ſeruatis ſolemnitatibus.conſi.220.num.10.vide tamen conſil. 245.num.42.
licentia ingrediendi poſſeſſionem propria authoritate, ſuccedit loco facultatis, quam iudex habet.conſi.221.nu.11.
licentia alienandi bona eccleſiæ, non valet, niſi res nominatim exprimatur.conſi.245.nu.1.
licentia intrandi poſſeſſionem ſine iudice, intelligitur etiam non liquidato negocio.conſi.245.nu.47.
licentia ingrediendi poſſeſſionem propria authoritate, non exercetur contra reſiſtentem.conſi.265.nu.35.
licentia parochiano data a curato confitendi alij peccata ſua, intelligitur de alio curato.conſi.280.nu.7.
ligna delata impetu fluminis, non efficiuntur capientis.conſi.168. num.4.limita, nu.8.
limitata cauſa limitatum producit effectum.conſ.195.nu.8.
liquidatio eſt neceſſaria antequam fideicommiſſarius mittatur in poſſeſſionem fideicommiſſi.conſ.248.nu.14.
lite pendente poteſt quilibet in ſolo a ſe poſſeſſo ædificare. conſil. 154.num.19.
litis non dicitur ſe offerre, qui non fuit interrogatus, an poſſideat, conſi.227.num.3.
lites abbreuiari debent.conſi.271.nu.15.
locare nemo cogitur.conſi.205.num.11.
locatio eſt, quando venduntur fructus diſtributa penſione in annos, conſi.255.nu.3.
locatio bonorum eccleſiæ non facta legitimè, non obligat ſucceſſorem.conſi.183.nu.23.
locatio bonorum menſæ non tranſit ad ſucceſſorem, etiam ſi facta ſit nomine eccleſiæ.conſi.183.nu.24.
locatio non includit donaria, quæ conſueuerant fieri domino. conſi. 215.num.25.
locator habet hypothecam tacitam in bonis inuectis, & illatis. conſilio 209.num.12.
locupletior factus præſumitur is, ad quem res peruenit, etiam ſi hoc neget.conſi.290.nu.11.contra, nu.50.
locupletior factus nemo præſumitur, niſi probetur.cõſ.290.nu.50.
locupletior factus præſumitur quis ex fructibus conſumptis.conſi. 293.num.14.
locus iudicij attenditur in procedendo. conſilio 204.num.7. conſil. 257.num.2.
locus celebrati contractus attenditur, quando agitur de ſolemnitate actus.conſi.257.nu.1.
lucrum dotis delatum a ſtatuto defertur ex cauſa onerosa. conſil. 164.num.41.
lucrum delatum a lege, cui homo poterat renunciare, videtur prouenire ab homine, non a lege.conſi.196.nu.36.
lucrum delatum ex l.hac edictali, diuiditur æqualiter, non pro hereditarijs portionibus.conſi.237.nu.13.
lucrum ex l.hac edictali, debetur filio vltra legitimam.conſi.237. numero 11.
lucrum facit, qui implet voluntatem ſuam.conſi.245.nu.17.
lucrum delatum a ſtatuto, tranſmittitur ſine agnitione. conſi.253. numero 33.
lumen eſt neceſſarium, quando teſtamentum, vel contractus fit de nocte.conſi.158.num.3.
lumina tria requiruntur, quando teſtamentum, vel contractus fit de nocte.conſi.158.nu.7.

M

MAIORATVS eſt ſimilis fideicõmiſſo, & iura loquentia de fideicõmiſſo, verificãtur in eo.cõſ.241. nu.5.
maioratus eſt odioſus, & ſtrictè interpretandus. conſil.241.nu.6.contra, nu.41.
maioratus non admittit agnatum vltra decimum gradum. conſil. 241.num.9.contra, num.49.
maioratus inſtituitur, vt bona conſeruentur indiuiſa ad decorem familiæ.conſi.241.nu.14.
maioratus eſt ſimilis feudo, & gubernatur eiſdem regulis. conſil. 241.num.15.
maior natu admittitur, quando plures vocantur ad rem indiuiſibilem.conſi.241.nu.27.conſi.279.nu.19.
maioratus declaratur ſecundum conſuetudinem regionis.conſ.241. numero 33.
maioratus relictus filio, extenditur ad nepotem. conſi.241.nu.34.
maioratus magis reſertur ad conſeruandum agnationem, quàm fideicommiſſum. conſi.241.nu.46.
maioratus defertur iure ſanguinis, nõ hereditario.cõſ.241.n.48.
mala fides præſumpta non purgatur ex ſola ignorãtia, ſed ex coniecturis.conſi.276.nu.23.
mala fides purgatur lapſu annorum triginta. conſil.234.num.31. conſi.249.nu.13.conſi.276.nu.19.limita, nu.22.
mala fides non dicitur in debitore, qui non fuit interpellatus. conſi. 234.num.32.
mala fides præſumpta purgatur curſu longiſſimi temporis triginta annorum.conſi.296.nu.6.
mala fides authoris ficta non impedit quominus heres præſcribat ex perſona propria.conſi.296.nu.7.
mala fides vera authoris impedit, ne heres inchoet ex perſona propria, vel inchoatam præſcriptionem perficiat.conſ.296.nu.10.
mala fides, vel bona ſoli Deo eſt nota.conſi.296.nu.36.
mala fides probatur coniecturis.conſi.296.nu.37.
malæ fidei dicitur, qui acquirit cõtra ius reſiſtens.conſ.276.nu.17.
malæ fidei non eſt, qui ſcit ſe debitorem, ſed non fuit interpellatus. conſi.296.nu.5.ſed contra, nu.38.
malæ fidei dicitur, qui ſcit rem non eſſe ſuam. conſil.296.num.12.
malus in vna ſpecie delicti, habet contra ſe præſumptionem in alia. conſi.173.num.23.
malus qui nunc eſt, præſumitur retro quoque malus fuiſſe. conſil. 173.num.24.
malus, qui ſemel fuit, ſi bene vixit per triennium, non præſumitur hodie malus.conſi.173.nu.125.
mandatum ſpeciale requiritur ad acquirendum poſſeſſionem. conſilio 160.num.23.
mandatum ſpeciale requiritur in his, quæ cõcernunt declarationem animi.conſ.160.nu.24.
mandati forma eſt diligenter cuſtodienda.conſi.160.nu.34.
mandatum ſpeciale requiritur ad iurandum de calumnia, vel in litem, vel deciſiuè.conſi.190.nu.2.
mandatum ſpeciale ad donandum dicitur, quando conceditur facultas donandi, licet res non ſit expreſſa.conſi.245.nu.37.
mandato in generali veniunt ea, quæ requirunt ſpeciale mandatum, quando vnus caſus expreſſus fuit, qui requirit ſpeciale. conſilio 294.nu.19.
maritus non poteſt augere dotes vxoris.conſi.164.nu.53.
maritus ſtãte ſtatuto lucratur dotem in præiudicium filiorũ primi matrimonij, etiã forenſium, ſi ſunt matris heredes.cõſ.196.n.4.
maritus ignobilis poteſt validè augere dotes vxoris nobilis. conſil.196.num.3.
maritus promittens reſtituere dotes, non intelligitur renunciare lucro ſibi delato.conſi.198.nu.28.
maritus promittens reſtituere dotes tam in loco contractus, quàm alibi,

I N D E X.

alibi, non cenſetur recedere a ſuo domicilio. conſil. 198. nu. 23.
maritus ſi relinquat ſecundæ vxori pluſquam filijs ex primu, habetur pro non ſcripto, licet tertium ſubſtituerit, ſi tertius talis eſt, in quo fraus præſumi poſſit. conſi. 250. nu. 22.
maritus quando plus relinquit ſecundæ vxori, quàm filijs primæ, & ſubſtituit filios ſecundi matrimonij, tunc filij primæ vxoris capiunt ſolum interuſurium medij temporis. conſi. 250. num. 7.
marito debentur vſuræ dotales ratione alimentorum. conſil. 269. numero 11.
maritus tenetur reſtituere vxori fructus paraphernalium. conſil. 290. nu. 1. contra, nu. 42. vbi diſtinguitur.
maritus præſumitur fructus extradotalium percepiſſe inuita vxore. conſil. 290. nu. 3.
maritus non poteſt agere pro vxore in bonis extradotalibus. conſil. 290 num. 6.
maritus reſtituit fructus bonorum extradotalium extantes. conſil. 290. num. 7.
maritus cenſetur vſuras dotales remiſiſſe, ſi tacuit decennio. conſil. 290. nu. 12.
maritus cenſetur remiſiſſe vſuras dotales, quando tacuit, vt eſſet gratior vxori. conſ. 290. nu. 14.
maritus & vxor quando fatentur recepiſſe pretiũ rei dotalis, præſumitur tamen totum perueniſſe ad maritum. conſ. 290. nu. 17.
maritus non reſtituit fructus extradotaliũ perceptos volente vxore, & in communes vſus conſumptos. conſ. 290. nu. 21.
maritus qui aluit vxorem, & dotem non recepit, licitè petit vſuras dotales. conſ. 290. nu. 31.
maritus, & vxor ſi fateantur mutuum recepiſſe, pecunia præſumitur inſolidum perueniſſe ad maritum. conſ. 290. num. 38.
maritus paraphernalium fructus reſtituit, quando eos percipit inuita vxore; item omnes extantes, item conſumptos magni valoris, ſi tamen factus eſt locupletior, ſed non induſtriales perceptos volente vxore & conſumptos in vſus communes. conſil. 290. num. 42.
maritus, qui toto tempore vitæ tacuit, non cenſetur ſocero remiſiſſe vſuras dotales, at ſecus in vxore. conſi. 290. nu. 51.
maſculi quando vocantur ad ſucceſſionem, teſtator videtur conſiderare agnationem. conſ. 241. nu. 11.
maſculi quando vocantur, non veniunt maſculi deſcẽdentes ex fœminis. conſi. 141. nu. 51.
mater præfertur quibuſcunque in tutela filiorum. conſi. 159. nu. 9. vbi amplias.
mater non admittitur ad tutelam, ſi eſt minor. conſ. 159. num. 10.
mater tranſiens ad ſecundu vota, debet petere tutorem filijs, alias priuatur ſucceſſione. idem eſt, quando extant nepotes, & procedit in quocunque ſucceſſuro ab inteſtato. conſi. 175. nu. 8.
mater tranſiens ad ſecunda vota, debet iurare, quòd tutor filiorum faciat ſolemnia, & rectè adminiſtret. conſil. 175. num. 10. ſed contra, nu. 31.
mater non petens tutorem filijs, non adminiſtrat, ſi alius de facto adminiſtret. conſi. 175. nu. 11.
mater ſi nõ petit tutelam, punitur etiam ſi adminiſtraſſet vtiliter, ſi non fecit ſolemnia. conſi. 175. nu. 12.
mater tranſiens ad ſecunda vota, non reddita ratione tutelæ, nec reſtitutis reliquis, patitur plures pœnas. conſ. 175. nu. 13.
mater tranſiens ad ſecũda vota, non reddita ratione, punitur etiam ſi nubenda non iuraſſet, ſe non nupturam. conſ. 175. nu. 14.
mater, quæ tranſiuit ad ſecunda vota, tenetur rationem reddere etiam de modicis. conſi. 175. nu. 16.
matre ſecundo nubente bona ſecundi viri ſunt tacitè obligata filijs primi matrimonij pro adminiſtratione. conſi. 175. nu. 17.
mater tranſiens ad ſecunda vota non petito filijs tutore, & non reddita ratione, non excuſatur, ſi extent teſtamentarij, niſi reddat rationes. conſ. 175. nu. 18.
mater tranſiens ad ſecunda vota, non reddita ratione, patitur omnes pœnas, etiam ſi adminiſtraſſet de facto, & tutelam non ſuſcepiſſet, nec feciſſet ſolẽnia. conſ. 175. nu. 19. ſed contra, nu. 34.
mater tranſiens ad ſecunda vota intra annum luctus, punitur ob nimiam feſtinantiam. conſ. 175. nu. 21.
mater nubens intra annum luctus, non perdit hodie legata ſibi facta a iure. conſi. 175. nu. 22.
mater non petens tutorem dari filijs, non perdit legata, ſed priuatur ſucceſſione filiorum. conſi. 175. nu. 25.
mater ſi non petijt tutorem dari filijs, excuſatur ſi extabant teſtamentarij, vel legitimi. conſi. 175. nu. 26.
mater non petens tutorẽ filijs, non excuſatur, quia extent legitimi, ſi non renunciauit tutelæ. conſ. 175. num. 27. vbi vide rationes.
mater eſt tutrix voluntaria, ſed non poteſt cogi, & quando videatur tacitè renunciare tutelæ. conſ. 175 nu. 28.
mater tranſeundo ad ſecunda vota deſinit ipſo iure eſſe tutrix. conſilio 175. num. 29. vbi vide rationes. & an mortuo ſecundo viro poſſit tutelam reaſſumere, & quid ſi ſola contraxit ſponſalia, & quid ſi eam pœniteat ſecundi matrimonij.
mater habet annum ad petendum tutorem filijs. conſi. 175. nu. 30.
mater non debet curare, quod tutor faciat ſolemnia, vel legitimè adminiſtret. conſ. 175. nu. 31. ſecus in datiuo, nu. 10.
mater tranſiens ad ſecundu votu, non reddita ratione, non punitur ſi non aſſumpſit tutelam. conſi. 175. nu. 33.
mater tranſiens ad ſecunda vota, non reddita ratione, non perdit relicta, ſi adminiſtrauit tutela non aſſumpta. conſil. 175. num. 4. ſed contra, nu. 19.
mater minor ſecundo nubens, non reddita ratione tutelæ aſſumptæ, & adminiſtratæ, non punitur. conſ. 175. nu. 36. ampl. num. 37.
mater, quæ adminiſtrauit bona filiorum, tenetur rationem reddere. conſi. 175. nu. 43.
mater minor, quæ facta maior adminiſtrauit nubens ſecundo loco non reddita ratione, non punitur. conſi. 175. nu. 37.
mater poteſt inſtituere filium naturalem, vel ſpurium. conſil. 177. numero 39.
mater ſtatuto excluſa a ſucceſſione filij, nõ petit legitimam, ſi filius ei aliquid relinquat. conſi. 185. nu. 8.
mater tranſiens ad ſecundu votu tenetur filijs reſeruare bona habita a patre, etiam ſi ſit a filio inſtitutu. conſi. 185. nu. 9. conſil. 196. num. 42.
mater alienare non poteſt lucra, quæ propter ſecundas nuptias tenetur filijs reſeruare. conſ. 196. nu. 52.
mater ſecundo nubens prohibetur plus ſecundo viro relinquere, quam filiis primis. conſi. 196. nu. 57.
mater ſecundo nubens reſeruat primis filijs acquiſita conſtante primo matrimonio & durante viduitate. conſ. 196. nu. 63.
mater ſecundo nubens reſeruat filijs primis quidquid habuit de primi viri ſubſtantia, etiam non a viro. conſi. 196. nu. 64.
mater non ſtipulatur pro filijs, niſi ſuper re, quæ tunc eſt matris. conſi. 206. nu. 32.
mater ſuccedens ex pupillari ſubſtitutione, dicitur ſuccedere ex patris voluntate. conſ. 240. nu. 13. vbi infertur ad alia.
mater poteſt quantum vult relinquere filijs ſecundi matrimonij, dum ne filij prioris fraudentur legitima. conſi. 250. nu. 4. conſi. 255. num. 14.
mater poteſt in totum inſtituere ſecundum virum dato vulgari ſubſtituto. conſ. 250. nu. 15. ſed contra, nu. 28. & 30.
mater non poteſt plus relinquere ſecundo viro, quàm vni ex filiis primi matrimonij, & relictum auocatur cum fructibus. conſil. 250. num. 17.
mater non poteſt filio ſecundi viri ex alia vxore, quàm vni ex filijs primi matrimonij, & relictum cenſetur in fraudem. conſi. 250. numero 20.
matrimonium dicitur ingreſſus religionis. conſi. 192. nu. 19.
matrimonium debet eſſe liberum, ſed adiectio pœnæ ſuſtinetur. conſil. 215. nu. 20.
matrimonium. Inuitari quis poteſt ad matrimonium cum certis perſonis ſpe præmij & arceri metu pœnæ conſi. 215. nu. 22.
medium præſumitur eiuſdem conditionis, cuius ſunt extrema. conſil. 151. nu. 29.
media declarantur ex præcedentibus, & ſequentibus. conſil. 151. numero 30.
medium iudicatur eiuſdem naturæ cum extremis. conſ. 282. nu. 11.
medium declaratur ab extremis. conſil. 282. nu. 12.
melioramenta non compenſantur cum fructibus, quando dominus illa fecit. conſ. 151. nu. 16.
melioramenta is petit, qui ea fecit, vel eius heres, & quis non præſumitur melioraſſe. conſi. 183. nu. 16.

meliora-

melioramenta non repetit, qui doloſè & mala fide contrahit cum eccleſia.conſi.183.nu.46.

mens contrahentium magis inſpicitur, quàm conceptio verborum. conſi.179.nu.9.

mens in ſtatutis magis conſideratur, quam verba. cõſ.297.nu.13.

menſura non facta, incerta eſt venditio ad menſuram facta. conſi. 168.nu.49.

menſura deficiens in vno, ſi exuberet in alio corpore, fit compenſatio in eodem contractu.conſi.217.nu.14.

mercatores forenſes non poſſunt expelli a dominis terrarum ſine cauſa, ſi iam ſunt recepti.conſ.174.nu.10.

merita, an æquiualeant donationi, remittitur arbitrio iudicis. conſil.164.nu.34.

merita ſunt probanda, vt non dicatur ſimplex donatio, etiam inter non prohibitos. conſi.164.nu.64.

merum imperium. Maximum non venit conceſſo ſimpliciter mero imperio.conſi.210.nu.57.

minor læſus, eligit, an petat reſtitutionem, vel agat contra tutorem. conſi.164.nu.55.

minor ſine curatore non offert iuramentum deciſiuum, præcipuè ſi eſt impubes.conſi.190.nu.5.

minor reſtituitur aduerſus oblationem iuramenti deciſiui. conſil. 190.num.8.

minoris bona ſunt tacitè a lege obligata pro ſoluenda dote. conſil. 191.vide nu.22. 23.& 24.

minoris immobilia non obligantur ſine ſolemnitatibus.conſi.191. num.17.etiam pro ære alieno hæreditario. nu.20. & pro dote, num.22.& 24.

minoris res ſemel legitimè obligata alienatur ſine ſolemnitatibus. conſi.191.nu.18.

minoris bona alienantur ſine ſolemnitate in exequutione præcedentis contractus.conſ.191.nu.19.vbi declarat.

minor non reſtituitur aduerſus lapſum inſtantiæ, niſi in ſubſidium. conſi.199.nu.3.

minor reſtituitur etiam od lucrum omiſſum.conſ.199.nu.4.

minor non poteſt eſſe tutor etiam datus in teſtamento; & ſi adminiſtrat, tenetur ſolum de dolo. conſ.218.nu.17.

minor nõ reſtituitur aduerſus lapſum temporis ad reemendum prædium venditũ a patre ſuo ex titulo de minoribus.cõſ.226.nu.1.

minor non reſtituitur ex generali clauſula, niſi in ſubſidium, quando tutor non eſt ſoluendo.conſ.226.nu.3.declara, nu.16.

minor non dicitur læſus ex ſolo lapſu temporis. conſi.226.num.6. limita, nu.20.

minor reſtituitur ex generali clauſula. ſi qua, &c. ad redimendum prædium venditum, etiam ſi cum eo nihil ſit geſtum. conſil. 226.num.11.

minor reſtituitur ex titulo de minoribus, etiam quando cum eo nihil eſt geſtum.conſi.226.nu.13.

minor confeſſus delictum, de quo aliter non conſtabat, reſtituitur non aliter probata læſione.conſ.226.nu.18.

minor fideiubens dicitur eo ipſo læſus, & reſtituitur non probata læſione.conſ.226.nu.19.

minor reſtituitur aduerſus præſcriptionem non probata aliter læſione. conſ.226.nu.20.

minor tranſmittit ius petendi reſtitutionem aduerſus omiſſam aditionem, & idem eſt in infante.conſil.232.nu.12.amplia, vt nu. 42.& declara, vt nu.40.

minori non datur reſtitutio ex generali clauſula.conſ.251.num.5.

minor præſumitur ignorare factum.conſi.251.nu.16.

minor alienat validè contra præceptum teſtatoris, ſi iurat.conſil. 283.num.1.

minor iurans non contrauenire ex maiori ætate, vel alia cauſa, perdit beneficia minorum & maiorum.conſi.283.nu.3.

minor iurans non contrauenire aliqua ratione, poteſt contrauenire ex beneficio maioribus conceſſo.conſi.283.nu.6.contra, nu.10.

minor alienans contra præceptum teſtatoris, non reſtituitur. conſi. 284.num.24.

minor petens reſtitutionem, probare debet ſe minorem.conſi.287. numero 6.

minor petens reſtitutionem, non præſumitur eſſe intra quadriennium, niſi probet.conſi.287.nu.7.

minor ſi quis probetur fuiſſe quando contraxit, præſumitur nunc eſſe intra quadriennium.conſi.287.nu.9.

miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, non efficitur poſſeſſor.conſil.168.num.32.

modus ſi non ſeruatur, actus eſt nullus.conſ.181.nu.10.

modus ſi non impletur, hæres priuatur commodo relicti.conſi.268. numero 7.

modus eſt implendus poſt emolumentũ quæſitum.conſ.268.nu.48.

modus non impedit ortum actionis, & obligationis.conſi.268.numero 49.

modus non impedit ortum obligationis.conſi.298.nu.27.

modus dicitur, quando obligationi aliquid adijcitur implendum poſt emolumentum quæſitum.conſ.298.nu.28.

moleſtare prohibitus, non impeditur moleſtiam de iure inferre. conſi.203.nu.43.

monaſterium non ſuccedit loco filij, quando ingrediens iam de bonis diſpoſuit in alium, & quando monaſterium non habuit ingredientis bona.conſi.238.nu.1.vide tamen, nu.6.

monaſterium inſtitutum poteſt grauari, quòd aliquam recipiat in monialem.conſ.295.nu.6.

moneta ſi facta eſt deterior, ſolui debet antiqua, vel noua ad valorem antiquæ conſ.151.nu.69.

monetæ valor attenditur, qui eſt tempore ſolutionis, quando debitum eſt in libris.conſi.220.nu.1.contra, nu.15.

moneta noua non ſoluitur ſecundum æſtimationem antiquæ, quando conſuetudo aliter diſponit.conſil.220.num.2. vide num.16. & 17.

moneta noua ſoluitur pro antiqua ſecundũ nouum valorem, quando obſeruantia ita eſt ſequuta. conſi.220.nu.3.vide, nu.18.

moneta quando facta eſt deterior in bonitate, ſolutio fit de antiqua, non de noua, ſecundum valorem antiquæ.conſi.220.nu.4.

moneta antiqua, vel noua ad valorem antiquæ ſolui debet, etiam quando eſt indeterminata promiſſio, vt florenorum, vel librarum.conſ.220.nu.5.

moneta noua ſolui debet ad valorem antiquæ, etiam quando ſolutio fieri debet de currente tempore ſolutionis. conſ.220.num.6.

moneta noua ſoluitur pro antiqua, quando conſuetudo expreſſè diſponit etiam de valore.conſi.220.nu.17.

moneta vna pro alia ſolui non poteſt, quando intereſt debitoris. conſi.220.nu.19.

moneta ſi ignoratur de qua partes ſenſerint, declaratur ex ſequutis ſolutionibus.conſi.234.nu.14.

moneta minuta ſolui poteſt pro groſſa.conſi.242.num.1.limita, vt infra, conſi.246.nu.22.vbi vide.

moneta certa ſpecies, quando deducta eſt in pactum, non poteſt alia ſolui.conſi.242.nu.3.

monetæ valor deducitur magis ab æſtimatione materiæ, quam ab vſu, & curſu.conſil.285.nu.1.contra.nu.5.

monetæ valor attenditur ſecundum curſum & valorem impoſitiuum.conſ.285.nu.5.

moneta vt ſit proba, tria requiruntur.conſ.285.nu.10.

moneta hodie cuditur minuta propter expenſas cudendi, & lucrũ, quod faciunt Principes.conſ.285.nu.11.

monetæ valor qualis attendatur, quando in ea prouincia non eſt in vſu.conſi.285.nu.12.

moniales non poſſunt aliquam recipere in monaſterium adhibito pretio.conſi.295.nu.1.

moniales pro ingreſſu alicuius accipere poſſunt a gratis offerente. conſi.295.nu.10.

mora non committitur ſine interpellatione.conſ.157.nu.1.

mora inducitur lapſu tacita dici, ſicut expreſſæ, conſi.157.nu.26. conſi.221.nu.41.

mora cõmittitur ex ſolo implemento partis in contractibus vtrinque obligatorijs.conſi.157.nu.27.

mora purgari non poteſt, quando oppoſitus eſt defectus implementi.conſi.157.nu.30.

mora non purgatur poſt litis conteſtationem. conſi.157.num.32.

mora non purgatur lapſo biennio.conſ.157.nu.33.

mora contrahitur per interpellationem conſ.194.nu.3.

mora non contrahitur, niſi pro debito liquido.conſi.296.nu.4.

mors ciuilis æquiparatur naturali, quando ex ea ſequitur idem effectus.

effectus.conſ.171.nu.9.alias non.conſ.238.nu.5.
mors eſt priuatio vitæ.conſ.236.nu.9.
mori non dicitur, qui nunquam eſt natus.conſ.236.nu.10.
mors ciuilis non ſufficit, ſed expectatur naturalis in ſucceſſione eius, qui ingreditur religionem capacem.conſ.238.nu.4.
mulcta, pœna, & condemnationes ſunt fructus iuriſdictionis.conſ. 227.num.6.
mulier tranſiens ad ſecunda vota, non reſeruat filijs, quæ habuit a primo viro titulo oneroſo.conſ.164.nu.2.
mulier tranſiens ad ſecunda vota, non reſeruat filijs ea, quæ habuit a primo viro donatione reciproca.conſ.164.nu.3.
mulier ſecundo nubens non reſeruat filijs, quæ habuit ex donatione remuneratoria.conſ.164.nu.4.conſ.196.nu.1.
mulier tranſiens ad ſecunda vota de conſenſu filiorum, etiam tacite, non reſeruat filijs, quæ habuit a viro.conſ.164.num.8.
mulier tranſiens ad ſecundas nuptias de conſenſu tutoris pupilli, non reſeruat filijs, quæ habuit a viro.conſ.164.nu.10.
mulier tranſiens ad ſecundas nuptias reſeruat filijs, quæ habuit a primo viro. conſ.164.num.29.etiam donationem propter nuptias.conſ.196.nu.11.
mulier ſecundo nubens reſeruat filijs, quod eſt lucrata ex pacto vel ſtatuto a marito.conſ.164.nu.20.
mulier tranſiens ad ſecunda vota reſeruat filijs dotem datam a primo viro.conſ.164.nu.21.conſ.196.nu.34.
mulier etiam non tranſiens ad ſecunda vota reſeruat filijs donationem propter nuptias.conſ.164.nu.22.conſ.196.nu.11.
mulier ſecundo nubens reſeruat filijs donationem remuneratoriã, quatenus excedit merita.conſ.164.nu.36.
mulier tranſiens ad ſecunda vota de conſenſu tutoris filiorum, non euitat pœnas ſecundo nubentium.conſ.164.nu.51.
mulier tranſiens ad ſecunda vota intra annum luctus, priuatur omni relicto ſibi facto a viro, & omni donatione reſpectu proprietatis, & vſusfructus.conſ.175.nu.1.ubi vide rationes.
mulier nubens intra annum luctus, patitur pœnas etiam ſi ceſſant aliquæ ex rationib. plectentibus ſecundo nubentes.conſ.175.n.2.
mulier nubens intra annum luctus, non poteſt viro dare in dotem vltra tertiam partem bonorum ſuorum.conſ.175.nu.3.
mulier tranſiens ad ſecunda vota de licentia mariti intra annum luctus, punitur.conſ.175.nu.4.
mulier nubens intra annum luctus, & vidua luxurioſè viuens, æquiparantur quoad pœnas.conſ.175.nu.6.
mulier ſecundo nubens ſi tutorem filijs non petijt, non excuſatur ob fragilitatem ſexus.conſ.175.nu.9.
mulier licitè poteſt octauas nuptias contrahere.conſ.175.nu.23.
mulier mortuo viro poteſt poſt quadrimeſtre nubere ſine timore perturbationis ſanguinis.conſ.175.nu.24.
mulier ſecundo nubens, non cenſetur dare in dotem bona, quæ habuit in ſolutum ab hæredibus primi viri.conſ.175.nu.32.
mulier poſt annum luctus, non imputat in dotem fructus pignoris dotalis.conſ.194.nu.2.
mulier poſt moram hæredum mariti, conſequitur fructus dotales. conſ.194.nu.4.contra, nu.13.
mulier vſuras conſequitur dotales, ſi hæredes viri ſint in mora, & ipſa non habet aliunde.conſ.194.nu.5.
mulier moram paſſa conſequitur vſuras tamquam damni emergentis in dote.conſil.194.nu.6.
mulier aſſerens nõ habere aliũde, tenetur probare.conſ.194.n.19.
mulier ſecundo nubens poteſt dare omnia bona in dotem etiam ſtatuto deferente lucrum dotis, ſi filij ſint matris hæredes. conſil. 196.num.5.
mulier ſoluto matrimonio non reſtituit dotes, quas habuit a marita ſtupratore.conſ.199.nu.33.
mulier ſecundo nubens facilius contrauenire poteſt l. hac edictali, quàm l. fœminæ.conſ.196.nu.56.
mulier vidua petit vſuras dotales, quando non habet aliunde, & fecit omnem diligentiam pro exigendis dotibus.conſ.243.n.23.
mulier poſt annum luctus lucratur fructus rei obligatæ pro dote. conſ.243.nu.42.
mulier quando tranſeundo ad ſecunda vota priuatur relictis a primo viro, ea non applicantur vulgari ſubſtituto, ſed filijs primi viri.conſ.250.nu.39.vbi declarat.
mulier cenſetur in dotem dediſſe omnia bona ſua, quando maritus diu ea poſſedit tamquam dotalia ſciente vxore.conſ.290.n.23.
multa iuuant, quæ ſingula non proſunt.conſ.151.num.116.conſ. 245.nu.31.
multa facta tenent, quæ fieri prohibentur.conſ.174.nu.32.
mundus eſt omnibus communis patria.conſ.174.nu.2.
mutari quando poteſt cauſa poſſeſſionis, requiritur declaratio. conſ.260.nu.24.
mutatio voluntatis non præſumitur etiam ex interuallo. conſil. 202 nu.18.conſ.241.nu.20.conſ.260.nu.25.
mutatione perſonæ non mutatur actio, quando vna ſubrogatur loco alterius.conſ.222.nu.21.
mutuum deducens ſimpliciter obtinet probando confeſſionem, ſecus ſi allegat numerationem.conſ.233.nu.29.

N

NATVRALIS verè & propriè quis dicatur. conſ. 177.num.6.
naturalis non poteſt habere ex teſtamento patris, niſi vnciam, ſtante prole legitima. conſ.177.nu.15.
naturalis, aut ſpurius non poteſt habere vltra vnciam, ſiue ex teſtamento, ſiue ex donatione, aut alio titulo.conſ.177.nu.17.
naturalis filius non ſuccedit patri ab inteſtato in aliquo.conſ.177. num.16.
naturalis non venit appellatione filij, etiam quando diſpoſitio non poteſt verificari in legitimo, ſi aliter ex coniecturis voluit teſtator.conſ 179.nu.16.limit.vt nu.6.
Nauarrus de vſuris, glo.4.nu.88.89.& 121. reprobatur.conſil. 162.nu 49.
neceſſarium non dicitur, quod habet originem a voluntate. conſil. 215.num.30.
neceſſitas non excuſat eum, qui ſe ſponte coniecit in neceſſitatem. conſ.215.num.29.
neceſſitas duplex eſt, præciſa & cauſatiua.conſ.215.nu.31.
neceſſitas facit licitum, quod erat illicitum.conſ.272.nu.15.
neceſſitati non ſubijcitur, quod alterius voluntati committitur. conſ.28.nu.17.
negans poſſidere, ſi conuincitur de mendacio perdit poſſeſſionem. conſ.214.nu.1.ſed lim.nu.11 & ſeq.
negans poſſidere non impedit, quin actor mittatur in poſſeſſionem. conſ.214.num.3.
negans ſine dolo poſſidere, non priuatur poſſeſſione. conſil. 214. nume.16.
negans non priuatur poſſeſſione, quando notoriè conſtat de ſuo dominio.conſ.214.nu.19.
negans factum cum qualitate, non cenſetur fateri ſimpliciter.conſ. 223.num.20.
negatio non facit rem dubiam, quando factum eſt notorium. conſ. 188.num.16.vbi quomodo procedat.
negatio facit aduerſarium poſſeſſorem, non dominum. conſil. 215. num.5.
negatiua probatur ex inſpectione ſcripturæ.conſ.151.n.36.conſ. 223.num.1.
negatiua vniuerſalis, ſi eſt falſa in parte, vitiatur in totum. conſil. 156.num.5.
negatiua, quod non extent alia bona, probatur eo ipſo quòd non conſtat de contrario.conſ.168.num.5.declara, num.44.conſ. 196.nu.67.
negatiua quod non extent alia bona, procedit ſolum quando confectum eſt inuentarium.conſ.168.num.44.
negatiua probatur per teſtes non remouentes actum o ſenſu, quando ſciunt veroſimiliter, quæ deponunt.conſ.196.nu.65.
negatiua non probatur per teſtes, niſi actum remoueant o ſenſu. conſ.196.num.10.
negligentia iudicis non excuſat, quando pars poterat adire ſuperiorem, & ſibi conſulere contra iudicem.conſ.223.nu.27.
nemo dat, quod non habet.conſ.193.nu.17.
nemo poteſt ſe iuuare ex eo, quod impugnauit.conſ.151.nu.93.
nemo imperat ſibiipſi. conſ.152.nu.46.
nemo debet prægrauari alterius facto.conſ.173.nu.84.

nemo cogitur agere.conſi.173.nume.98.
nepos cenſetur excluſus a ſtatuta excludente filiā.conſ.185.nu.3.
nepos ex filia ſpuria capit ſolum vnciam ab auo, ſtantibus filijs legitimis.conſi.177.nu.37.
nepoti legitimo ex filio ſpurio, poteſt auus relinquere, ſiue legitimam habeat prolem, ſiue non. conſi.177.num.2.limita,conſi.250.nu.42.
nepos legitimus ex filio ſpurio non poteſt habere vltra vnciam, ſtante prole legitima.conſi.177.nu.22.
nepos ex filio ſpurio non ſuccedit auo ab inteſtato.conſi.177.n.23.
nepos naturalis ex filio naturali, non poteſt habere ab auo vltra vnciam.ſtante legitima ſobole.conſi.177.nu.26.
nepos legitimus ex filio ſpurio non poteſt acquirere vltra vnciam ab auo habente ſobolem legitimam.conſi.177.nu.27.
nepos ſpurius ex filio legitimo, non conſequitur ab auo vltra vnciam,quando extat legitima proles.conſi.177.nu.28.
nepos ex filia dotata non excluditur,quando ſtatutum excludit filiam dotatam.conſi.185.nu.16.
nepos ſuccedens auo ex perſona propria, non imputat in legitimā dotes maternas.conſi.285.nu.28.vbi limita.
nepos non imputat in legitimam dotes matris,quas habuit vti eius hæres,etiam ſi annis maiores.conſi.206.nu.7.& 17.
nepos non imputat ſibi in legitimam dotes matris habitas ex matris ſtipulatione.conſi.206.nu.18.
nepos non imputat in legitimam dotes,quas mater habuit ex conſuetudine Martini.conſi.206.nu.36.
nepos non venit appellatione filij, quando filijs nominatis dicitur poſtea,& prædicti,&c. conſi.230.nu.24.
nigrum intelligitur eſſe de natura rubrica.conſi.163.num.12.vbi exornatur.
niſi dictio, affirmat,quando præcedit negatiua.conſ.211.nu.14.
nominatio non probat filiationem conſi.151.nu.102.
notarius non poteſt lacerare originalem notam inſtrumenti,ſed debet illam cuſtodire.conſi.173.nu.11.
notarius confitendo veritatem facti, excludit dolum reſultantem ex actu.conſi.173.nu.42.
notarius an doloſè,vel per errorem fecerit, ex ſua diſpoſitione cognoſcitur.conſi.17.nu.63.
notarius poteſt authoritate propria facere ſibi nouam matricem. conſi.173.nu.70.
notarius dicens feciſſe falſum inſtrumentum,non nocet parti.conſ.173.num.81.
notarius poteſt lacerare primam imbreuiaturam poſtquam eam poſuit in protocolli libro.conſi.173.nu.86.
notarius negans recepiſſe inſtrumentum,quod tamen recepit,excuſatur ſi lapſum eſt longum tempus.conſ.173.nu.94.
notarius præſumitur ſcripſiſſe tamquam notarius.conſ.187.n.59.
notarius leuans notas defuncti,nihil poteſt addere ſub pœna falſi. conſi.187.nu.12.
notarij ſtilus,eſt attendendus.conſi.187.nu.19.
notario non creditur,quando aſſerit inſtrumentum inueniſſe in filcijs defuncti.conſi.187.nu.37.
notarius ſi omiſit aliquid in teſtamento, poteſt ſuppleri per viuā vocem teſtium conſi. 236.nu.34.
notario non creditur,quando dicit,vt conſtat inſtrumento per me viſo,& lecto.conſi.245.nu.22.
notarius creatus a Principe, poteſt vbique locorum inſtrumenta recipere.conſi.257.nu.11.
notarius forenſis poteſt recipere inſtrumenta,non obſtante ſtatutò prohibente notarios non matriculatos. conſi.257.nu.33.
notorium conſtare debet ante ædificationem,vt impediatur ædificatio poſt inhibitionem.conſi.154.nu.10.contra,nu.27.
notorium quid ſit,& quomodo procedat. conſi.188.num.13.conſ.189.nu.32.
notoria dicitur exceptio,quæ publico probatur inſtrumento.conſi.214.nu.20.
notorium inducitur ex confeßione partis.conſi.221.nu.32.
nouatio inducitur, quando ſecundum pactum eſt diuerſum a primo.conſi.198.nu.18.
nouatio inducitur per delegationem interuentu nouę perſonę.conſ.269.nu.15.

nouatio fit cum omnibus priuilegijs & qualitatibus,quas habebat naturaliter prima obligatio.conſi.269.nu.17.
nouatione facta non tranſeunt priuilegia competentia propter nouam.conſi.269.nu.18.vbi late.
nouatio ex iure antiquo non inducebatur ex noua promißione facta ex interuentu noua perſonæ.conſi.298.nu.43.
nouatio extinguit præcedentem obligationem, & transfundit in aliam.conſi.298.nu.44.
nullitas impedit exequutionem ſententiæ.conſi.160.nu.16.
nullitas notoria & euidens non admittitur,quando ſtatutum præfigit tempus ad dicendum de nullitate. conſ.160.num.20.conſi.257.num.6.
nullitas, quæ fuit principaliter deducta aduerſus ſententiam, non cauſat attentata.conſi.160.nu.57.
nullitas ſententiæ cognoſci poteſt per iudicem, qui ſententiam tulit.conſi.213.nu.3.
nullitas allegari poteſt,quando reijcitur appellatio, niſi prohibeat ſtatutum ſecundo appellare.conſi.277.nu.29.
nullitatem allegat is ſolus,in cuius fauorem actus annullatur.conſ.284.num.7.
nullum quod eſt,non poteſt rumpi.conſi.160.nu.61.
numerus teſtium non ſupplet defectum, quando omnes ſunt inhabiles.conſi.151.nu.83.
numerus ſingularis continet pluralitatem. conſi.247.numero 10. vbi vide.
nuntians nouum opus,non agit ad demolitionem,poſtquam paſſus eſt cauſam tractari ſuper meritis.conſi.154.nu.22.
nuntianti ſi nullum ius competit, poterit nuntiatus ſpernere nuntiationem.conſi.154.nu.20.
nuntiatio noui operis datur per viam attentatorum ad demolitionem ædificati contra præceptum.conſi.154.nu.9.
nuntiatio noui operis prouidet pinguius, quàm interdictum quod vi aut clam.conſi.154.nu.21.
nuncians non cogitur deſtruere, ſi poſt ædificatum probet notoriū defectum iuris nunciantis.conſi.154.nu.27.

O

OB dictio, ſignificat cauſam.conſi.223.num.5.
obligari non poteſt domino res propria. conſi.243. numero 13.
obligatio ad antidora,non producit actionem, nec operatur retentionem, aut compenſationem. conſi.164.numero 28.
obligatio ad antidora non deducitur in pactum, alias eſt vſura. conſi.164.nu.43.
obligatio omnis tranſit ad hæredem.conſi.183.nu.52.
obligatio non variatur ex perſona ſucceſſoris.conſ.222.nu.14.
obligatio eſt ius ad rem, pignus verò eſt ius in re.conſi.243.n.9
obligatio facta pluribus,intelligitur pro virili. conſ.269.nu.20.
obligatio eſt mater actionis.conſi.296.nu.14.
obligatus ad factum,non liberatur ſoluendo intereſſe, quando facilè poterat facere. conſi.205.nu.55.
obligatus in forma cameræ poteſt vbique conueniri.conſi.280.numero 13.
obliuio inducitur curſu decem annorum.conſi.178.nu.93.
obſeruantia facit inſtrumentum validum, quod non erat ſolemne. conſi.261.nu.26.
obſeruantia debet eſſe præſcripta, quando vna moneta ſoluitur pro alia, quæ erat certa.conſi.220.nu.18.
obſeruantia ſequuta declarat quid includatur in diſpoſitione.conſ.214.nu.7.conſi.275.nu.12.
obſeruantia etiam non præſcripta interpretatur actum.conſ.289. numero 14.
obſeruantia declarat mentem ſtatuentium.conſi.297.nu.8.
officialis deputari non poteſt vltra annum ad ius reddendum.conſ.261.nu.1.
officialis etiam volens non poteſt eligi vltra biennium. conſi.261. numero 3.
officialis confirmari non poteſt, niſi primo ſindicetur. conſi.265. numero 6.

officialis confirmari poteſt,ſi nemo contradicat.conſ.261.nu.13.
officium duplex poteſt quis exercere.conſi.261.nu.10.
officio prorogato, non eſt opus nouo iuramento. conſ.161.nu.17.
officio iudicis condicere poſſum rem meum, quæ ad te peruenit. conſi.157.nu.5.
officij confirmatio admittitur in ſubſidium. conſi.261.nu.18.
officij continuatio fieri poteſt per vaſallum.conſi.261.nu.12.
officium ſuperioris implorari poteſt, quando omne remedium excluditur.conſi.266.nu.2.
officiũ iudicis datur ad recuperandã poſſeſſionẽ, quã ſuo facto quis amiſit,ſi eſt perſona cui detur reſtitutio.conſi.268.nu.21.
officium iudicis datur contra eum,qui ſine cauſa detinet rem meã. conſi.268.nu.22.
officiũ iudicis nullã præſupponit obligationem. conſ.288.nu.20.
omiſſum habetur pro omiſſo,quod potuiſſet exprimi,ſi pars voluiſſet.conſi.163.nu.29.conſi.278.nu.23.
omiſſum in contractibus,habetur pro omiſſo.conſi.198.nu.3.conſ. 220.nu.12.
omiſſum dicitur,quod facilè potuiſſet exprimi,ſi partes voluiſſent. conſi.198.nu.6.
omiſſum non eſt, quod includitur tacita contrahentium voluntate. conſi.198.nu.18.
omiſſum non dicitur,quod fuiſſet expreſſum,ſi pars de eo fuiſſet interrogata.conſi.236.nu.41.conſi.264.nu.30.
omiſſum non dicitur id,in quo militat eadem ratio.conſ.236.n.42.
omnis dictio,nihil excludit.conſi.179.nu.17.
onus adiectum declarat diſpoſitionem.conſi.179.nu.36.
onus iniunctum rei tranſit in quemcunque ſucceſſorem.conſi.211. num.15.
onera certæ ſpeciei promittens ſoluere,videtur declarare quòd non teneatur pro alijs.conſi.234.nu.18.
onus reale non tranſit in poſſeſſorem immunẽ.conſ.262.nu.30.
onus ſuum quis ferre tenetur.conſi.278.nu.4.
onus ei incumbit, qui ſentit commodum. conſi.289.nu.1.declara, num.15.
onus,quando non eſt rei annexum, non ſuſtinetur ab eo, qui ſentit commodum.conſi.298.nu.47.
operarius conductus tenetur operari cum ſuis inſtrumentis. conſi. 254.nu.12.
opinio vltima cenſetur in dubio approbata.conſ.269.n.32.
opinio tenenda eſt,quæ conciliat contrarias ſententias. conſi.275. nu.13.
opinio contra communem eſt tenenda, quando melioribus rationibus eſt fulcita.conſ.294.nu.29.
oppoſitum idem operatur in oppoſito,quod propoſitum in propoſito.conſi.151.nu.31.conſ.157.n.21.conſ.298.nu.47.
ordo dicitur prima tonſura.conſi.259.nu.22.
ordo ſi peruertitur in vno,& eodem iudicio,vitiat;ſed ſi peruertatur de vno ad aliud,non vitiat.conſ.260.nu.12.
originarij, alibi tamen habitantes,non tenentur iurare fidelitatem domino loci originis.conſi.172.nu.5.

P

PACTA ſunt ſeruanda.conſi.183.nu.11.conſi.193.nu. 10.& 12.& vbi in feudo.
pactum,quòd vxor ſoluto matrimonio lucretur donationem propter nuptias,valet.conſi.164.num.12.
pactum, quod vxor lucretur donationem ſoluto matrimonio per mortem,valet.conſi.164.nu.13.
pactum de lucranda donatione propter nuptias, non habet locum ſtantibus filijs.conſi.164.nu.61.
pactum vni factum,non nocet,nec prodeſt alij. conſ.130.nu.2.
pactum factum vni tutori,prodeſt alij iure exceptionis, & per indirectum.conſi.170.nu.21.conſi.244.nu.8.
pactum, quòd fructus non imputentur in ſortem, non valet. conſi. 194.nu.14.
pactum,quòd conductori non remittatur penſio,eſt validum.conſi. 197.nu.15.
pactum retrouendendi cenſetur poſitum in inſtrumento, ſi conuentum ſit de reuendendo.conſi.198.nu.27.
pactum circa ſubſtantialia contractus renouat contractum. conſ. 202.nu.3.fallit ex voluntate partium.nu.31.
pactum innouat contractum,quando eſt circa ſubſtantialia.conſi. 202.nu.40.
pactum reuendendi cenſetur appoſitum in inſtrumento celebrato ex interuallo, quando ante factu fuerat venditio cum eo pacto. conſi.217.nu.2.
pactum in contractu poſitum,cenſetur pars contractus. conſ.217. numero 6.
pactum retrouendendi facit rem minus valere, & dicitur pars contractus.conſ.217.nu.8.
pactum dicitur correſpectiuum, quando corruit ſublato contractu. conſi.217.nu.15.
pactum dicitur reſpicere ſubſtantiam contractus, quando reſpicit rem in eo deductam.conſi.217.nu.24.
pactum iuri communi contrarium, intelligi debet vt corrigat ius commune,quanto minus fieri poteſt.conſ.220.nu.11.
pactum ingrediendi poſſeßionem propria authoritate, non exercetur negocio non liquidato.conſi.221.nu.3.
pactum exequutiuum iunctum donationi in ſolutum,non habet locum,niſi facta æſtimatione.conſ.221.nu.7.
pactum ingrediendi poſſeſſionem propria authoritate, non exercetur,niſi data mora.conſ.221.nu.8.
pactum ingrediendi poſſeſſionem propria authoritate, non exercetur contra pupillum,niſi legitimata perſona.conſ.221.nu.9.ſed contra,nu.44.
pactum de ingrediendo poſſeſſionem propria authoritate,non iuuat niſi conſtet a principio poſſeßionem fuiſſe eius vigore apprehenſam.conſ.221.nu.30.ſed contra,nu.48.
pactum ingrediendi poſſeßionem propria authoritate, eſt validum.conſ.221.nu.20.
pactum quòd creditor poßit inſolutum capere tot bona debitoris, eſt validum.conſ.221.nu.21.
pactum ingrediendi propria authoritate, excuſat a pœna violentia.conſ.221.nu.32.
pactum ingrediendi propria authoritate,excuſat a vitio clandeſtinitatis.conſ.221.nu.22.
pacta prima tranſeunt in heredes.conſ.221.nu.27.
pactum ingrediendi propria authoritate exercetur per heredem, & contra heredem.conſ.221.nu.28.
pactum ingrediendi propria authoritate,exercetur negocio non liquidato,quod tamen eſt notorium.conſ.221.nu.33.
pactum ingrediendi non exercetur contra reſiſtentem, niſi adſit conſtitutum. conſ.221.nu.37.
pactum ingrediendi exercetur non liquidato negocio, quando data eſt licentia ingrediendi ſine licentia iudicis. conſ.221. numero 39.
pactum contra naturam contractus intelligitur, vt lędat ius commune,quanto minus fieri poteſt.conſ.243.nu.24.
pactum contra naturam feudi intelligitur, vt lędat feudum quanto minus fieri poteſt.conſ.243.nu.25.
pactum contra ſubſtantiam contractus non valet,ſecus contra naturam vel accidentia.conſ.243.nu.30.
pactum contra ſubſtantiam contractus, mutat eum in aliam ſpeciem.conſ.243.nu.31.
pactum, quod fructus non extinguant ſortem, non eſt contra ſubſtantiam pignoris.conſ.243.nu.32.
pactum,quòd fructus non extenuent ſortem, erat validum de iure Digeſtorum.conſi.243.nu.34.
pactum contra ſubſtantiam contractus,non mutat eum in alium,ſi verba non patiuntur.conſi.243.nu.36.
pactum de fructibus non computandis in ſortem, non transformat in alium contractum.conſ.243.nu.37.
pactum,quòd fructus non imputentur in ſortem,eſt vſurarium, & non valet.conſi.243.nu.38.
pactum poſitum in exequutiuis, non transformat contractum. conſi.243.nu.40.
pactum de non petendo,ei ſoli prodeſt,qui acceptauit.conſ.244.numero 10.
pactum de ſuccedendo valet,quando eſt reſtrictum ad certa bona. conſi.247.nu.4.

pactum

pactum quod filij ſecundi matrimonij habeant dotis augmentum, eſt validum. conſi. 259. nu. 7.
pactum generale trahitur etiam ad incogitata. conſi. 267. nu. 7.
Sed contra, num.27.

11 Aedificare licet cuique in ſolo proprio, etiam ſi noceret vicino.

Amplia, num.14.& 19.

12 Iniuriam nemini facit, qui iure ſuo vtitur, nec pœnam meretur.

13 Furnum ne alius habeat, vel ne ad alium accedat, prohibere non poteſt qui furnum poſſidet, ad quem alius conſueuit accedere.

Idem eſt in molendino.

14 Aedificare præſumitur quis ad propriam vtilitatem, non vt alij noceat.

15 Interdictum, quod vi aut clam, duo continet capita: primum pro eo, quod vi: ſecundum pro eo, quod clam factum eſt.

16 Clam facere dicitur, qui ſuſpicatur de inhibitione, vel moleſtia.

17 Ius non datur, vbi non præceſſit inhibitio: ſtante autem vi, concurrit vtrumque, ſcilicet interdictum.

18 Interdictum, quod vi aut clam, datur ſolùm poſſidenti, vel quaſi ius tale, cui præiudicari poſſit per id, quod vi aut clam fit.

19 Lite pendente poteſt quilibet in ſolo a ſe poſſeſſo ædificare.

20 Nuncianti ſi nullum ius competit, poterit nunciatus ædificare, nec tenetur deſtruere, quamuis prohibitio præceſſerit.

21 Nunciatio noui operis, prouidet pinguius, quàm interdictum, quod vi aut clam.

22 Nuncians nouum opus, non agit ad demolitionem, poſtquam ipſe paſſus eſt cauſam tractari ſuper meritis.

23 Interdictum, quod vi aut clam, non datur ad demolitionem, niſi agens probet ius ſuum.

Inhibitio

24 *Inhibitio eſt neceſſaria, vt competat interdictum, quod vi.*
25 *Acta faciunt notorium.*
26 *Interdictum, quod vi aut clam, non eſt recuperanda poſſeßionis, & quomodo idipſum dicatur reſtitutorium.*
27 *Nunciatus non cogitur deſtruere, ſi poſt ædificatum probet manifeſtum & notorium defectum iuris nunciantis.*
28 *Berous famil. quæſt. 3. nu. 5. reprobatur, & num. 22.*

CONSILIVM CLIIII.

NOVA petitio vaſallorum loci Cella
rum pro demolitione furni, quem
homines eiuſdem loci ædificarunt
tanquam vi & clam facti, non vi-
detur iuris adminiculo deſtituta:
1 quidquid enim vi aut clam † factum eſt, deſtruen-
dum eſt, l. prima, in prin. & toto tit. ff. quod vi aut
clam. nec examinandum eſt, iure an iniuria factũ
ſit, d. l. 1. §. & parui. quia cuique prohibitũ eſt ius
ſibi dicere authoritate propria, l. is qui puteum, §.
fi. vbi Bart. ff. quod vi aut clam, l. non eſt ſingulis,
ff. de reg. iur. l. extat, ff. quod me. cau. & ſi ſolus ex-
2 cuſatur, † qui non habuit Iudicis copiam, vel irre-
parabile aliquod damnum vitare voluit, l. ſi alius,
§. belliſſimè, cum §. ſeq. & ibi Barto. ff. quod vi aut
clam, l. vnica, §. ſin autem, in verſ. plerunque, ff. ne
3 quid in flum. pub. dicitur autem clã † fieri, quod
ita fit ne poſſit ad notitiã eius deuenire, cuius inte
rerat actum non fieri, l. 2. C. de his, qui ex publ. ra
tio. lib. 10. Bal. in l. nec quicquam, §. vbi decretum,
col. 3. ff. de off. proconſ. & leg. & eſt text. in l. clam
poſſidere, in princ. vbi Ale. col. 3. & Iaſ. nu. 6. ff. de
acq. poſſeſ. præcipuè, quando fit nocturno tem-
pore, Bald. in l. cum fratrem, C. de his, quibus vt
indign. Ang. in l. prima, §. occiſorum, ff. ad Sillan.
Felyn. in cap. conſuluit, colum. fin. num. 22. de off.
deleg. Barbat. in conſilio 46. col. 3. volum. 1. Iaſ. in
§. item ſi quis, num. 45. Inſtit. de action. l. quo tu-
tela, §. clam, vbi Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur. cum
ergo magnifici vaſalli prætendant ſe habere ius
prohibendi, ne homines furnos habeant pro co-
quendo panem, & homines prędicti nouum fur-
num ædificauerint Cõmunitatis nomine, id quod
ab hominum memoria non fuit auditum, viden-
tur clam feciſſe: proinde deſtruendum eſt omne
ædificium tanquam factum in præiudicium iuris,
quod vaſalli prætendunt.

Nec dicatur quòd ideo ſuſtineri debet ædifi-
cium, quia non fuerit hominibus prohibitum ne
ædificarent: quia reſpondetur, quod interdictum,
4 quod vi aut clam, datur † etiam nulla præcedente
inhibitione, vt uoluit Bart. in l. 1. §. hoc autem edi-
ctum, num. 8. ff. de oper. noui nun. vbi dicit in hoc
differre ab operis noui nunciatione, quia nuncia-
tio non competit niſi facta inhibitione. hoc autẽ
interdictum nullam exigit prohibitionem, & hoc
uoluit ante eum glo. ibi, & ſequuntur alij, & ſuffi-
cit quòd homines ſuſpicarentur dominos poſſe
prohibere, quia dicitur, vi factũ, etiam nulla præ-
cedẽte inhibitione, l. 1. §. ſed etſi Ariſto. ff. quod vi
aut clam, & ibi gl. allegat multos concordantes.

Non etiam obſtat, quod interdictum, quod ui
aut clam, non competat contra homines, qui ædi-
ficarunt in ſolo proprio, quia reſpondetur, quòd
& ſi ſolum ſit proprium hominum, tamen nõ hic
attenditur ſimpliciter ius uel qualitas ædificij, ſed
poſſeſſio, ſeu quaſi, tenendi furnos, vel prohiben-
di ne habeantur, & ſufficit uaſallos eſſe in hac poſ-
ſeſſione, licèt domini non ſint loci, ubi furnus fuit
ædificatus: datur enim hoc interdictum ei, qui ſi
5 non eſt dominus, ſaltem † habet poſſeſſionem,
uel rei, uel iuris alicuius in ipſa re, puta ſeruitutis,
ſecundum Barto. in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi præ-
tori, num. 25. quæſt. 14. ff. de operis uoui nunc. ſe-
quuntur ibi Imola, & Rom. immo ſufficit quòd
aliquo modo interſit alicuius, ut ei competat in-
6 terdictum, quod ui aut clam, † Roſre. in ſuis libell.
in tit. quod ui aut clam, Io. And. ad Specula. in tit.
de reſtitut. ſpoliat. §. primo, uerſi. quidquid autẽ,
Alexand. in d. §. ſi quis ipſi prætori, num. 28. in fi.
Iaſ. in l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas, nu. 24.
ff. de acq. poſſeſ. & ideo colono, qui non eſt domi
nus, nec poſſeſſor, l. ſecuuda, ff. de precar. l. prima,
C. de uſucap. datur interdictum, quod ui aut clã,
l. in prouinciali, §. ſi ergo, ff. de operis noui nunc. l.
is qui in puteum, §. fi. cũ l. ſeq. ff. quod vi aut clam,
Iaſ. in d. l. prima, §. hoc autem edictum, num. 13. ff.
de operis noui nunc. ubi idem dicit in ſeruo, qui
tamen non poſſidet, nec eſt dominus, ut per eum.
& de colono uoluit etiam Alexan. d. §. ſi quis ipſi,
num. 28. in præſenti autem caſu domini non ſolũ
habent intereſſe, ſed etiam prætendunt ſe poſſide-
re, ſeu quaſi, ius prohibendi, ideo rectè agunt ad
deſtructionem ædificati.

Minus contradicit quòd conſtet ex principalis
cauſæ proceſſu, uaſallis non competere ius prohi-
bendi, ne quis habeat furnos uel panem coquat,
ubi magis libet: quia, ut ſupra dixi, ædificatum ui
aut clam, debet omnino deſtrui, ſiue iure factum
ſit, ſiue non, d. l. 1. §. & parui. ſufficit enim, quod
ius aliquod prohibendi competat, licèt in effectu
illud non habeat, ut probat Alexand. in d. l. 1. §.
hoc autem iudicium, num. 3. ff. de ope. noui nunc.
Bero. quæſtio. famil. tertia, nume. tertio. Reſpon-
detur ſecundò, quòd non ſufficit conſtare de non
7 iure prohibentis, niſi notoriè † & manifeſtè id de-
monſtretur. ita reſpondet in propoſito Bero. di-
cta quæſtio. tertia, numero ſexto, allegans Barto.
& Alexand. in dicta l. ſi quis ipſi prætori, quæſtio.
14. allegat etiam id, quod dicitur de interdicto un-
de ui, in quo reſtitui debet ſpoliatus, etiam ſi con-
ſtet de non iure ſuo; dummodò ea probatio non
ſit notoria & manifeſta. Pro confirmatione addi
poteſt, quòd interdictum, quod ui aut clam, eſt
8 reſtitutorium, † ſicuti interdictum, unde ui, l. 1. ff.
quod ui aut clam. & ita tenet Specul. in titu. de
reſtit. ſpoliat. §. 1. num. 21. ubi ait, quòd eſt recu-
perandæ poſſeſſionis. & dicunt omnes Doctores
in

in dicta l.prima, §. hoc autem edictum, ff.de ope-
ris noui nunciatione. præcipuè Iaſon, Crotus, &
Horman. quod interdictum,quod vi aut clam,eſt
reſtitutorium. in eo ergo ſeruabitur id,quod in a-
lijs iudicijs reſtitutorijs, id eſt recuperandæ poſ-
ſeſſionis ſeruatur. Confirmari etiam poteſt, quia
9 ad demolitionem ædificati agitur† quaſi per viam
attentatorum, vt dicunt Doctores in nunciatione
noui operis,in dicto §.hoc autem edictum,præci-
puè Ruynus, Baldus in conſi.245.numero ſecun-
do, volum.ſecundo, Lancellot. de attenta. par. 3.
titu.de ſenten.feren.in cau.attenta.capitu.28.nu-
mero 48.ſed in cauſis attentatorum ſemper reuo-
cantur attentata, etiam conſtito de non iure pe-
tentis, niſi is, qui attentauit, probet notoriè, &
manifeſtè agenti nullum ius competere, vt pro-
batur ex his, quæ latè cumulauit Lancellot.in tra-
cta.de attenta.parte tertia,capitulo vigeſimoquar
to,quæſtione prima,per totam. Tertiò reſpondet
Bero. in dicta quæſtione tertia, numero ſeptimo,
10 quòd de huiuſmodi notorio † conſtare debet an-
te ædificatum, nec ſufficit quòd poſtea ædificans
doceat agenti non competere ius, allegat Cardin.
in clement.vnica,quæſtione decimaſexta,verſicu-
lo, oppono ad hoc, de cauſa poſſeſſionis, & pro-
priet.ſubdens non ſufficere quòd per teſtes probe
tur defectus iuris.

Curandum quoque non eſt, quòd Domini lo-
ci,paſſi ſint cognoſci ſuper meritis principalis cau
ſæ, quaſi videantur receſſiſſe ab interdicto, quod
vi aut clam,quia ad hoc quoque Bero. dicta quæ-
ſtione 3. nume.quinto,reſpondet non ideo minus
poſſe agere quem interdicto, quod vi aut clam,
quia cœperit tractare de meritis, & iure prohiben-
di, ex quo ſiue conſtet de iure prohibentis; ſiue
non,ſemper datur hoc interdictum,fruſtra autem
hoc dicerent Doctores,ſi non daretur, quando cœ
ptum eſt cognoſci, iure ne an iniuria facta ſit pro-
hibitio, & dicunt dari etiam ſi conſtet de non iu-
re agentis,præſupponunt receptas fuiſſe probatio-
nes ſuper illius prætenſo iure, atque ita admittũt,
non impediri remedium reſtitutorium propter co
gnitionem illam.

Contrarium autem de iure verius eſſe firmiter
teneo,quòd ſcilicet licuerit hominibus,& vniuer-
ſitati loci Cellarum nouum conſtruere furnum,
11 nec illud ſit demoliendum,quia ædificare † in ſuo
licet cuique,l.altius, C.de ſeruitutibus, l.cum eo,
& l.Imperatores,ff.de ſeruit.vrban.præd. l. Procu
lus, ff.de damno infecto, l.fluminum, §.fin. ff.eo-
dem. vbi probatur procedere, etiam ſi tale ædifi-
cium noceret vicino, dum tamen principaliter fa-
ctum ſit,vt ſibi ipſi proſit,non autem vt vicino no
ceat, Alexander in conſ.174.colum.ſecunda,in fi-
ne, volum.ſecundo, Decius in conſil.489.colum.
tertia,in principio, Iaſon in conſil.32. colum.pri-
ma, volum.primo, & in conſil.98. eodem volum.
Bero.in conſil.centeſimotrigeſimoquarto, nume.
vigeſimoſexto,volum.tertio, Marſil.in ſing.154.
Boerius in deciſione 320. nume.quarto, Cæpha-
lus in conſil.130. nume. ſecundo, Menoch. de ar-
bitr.iudic.caſu 156.nume.tertio, & ſequen. & fa-
cit quod dicimus, vnumquemque eſſe moderato-
rem, & arbitrum ſuarum rerum, l.in re mandata,
12 C.manda. & nemini facit iniuriam, † qui ſuo vti-
tur iure,l.ſi donaturus, §.ſi quis indebitam, ff. de
condictio.ob cau. l.iniuriarum, §.primo, ff.de in-
iur.l.tertia, §.is tamen, ff. de libero homine exhi-
ben. l.nullus videtur, ff.de regu.iur. & non mere-
tur quis pœnam pro eo,quod facit lege permitten
te,l.Gracchus,C.de adulter.& in ſpecie,quòd ha-
bens in loco furnum, ad quem homines conſueue
runt ire pro coquendo panem. non prohibeat a-
13 lij,ne furnum faciat,† ponunt Doctores in l.quo-
minus,ff.de fluminibus, & alios allegaui in cauſa
principali. non enim eſt in conſideratione, quod
per nouum ædificium diminuatur lucrum, quod
ante alius faciebat,vt probat Barto.in dicta l.quo-
minus,quæſtione vndecima,in fine, nume.vigeſi-
moprimo,per l.quæro,ff.de iure patron.eſt etiam
tex. in l.libertus negociatoribus, ff.de operis libe.
per quem dixit Bald.in l.vnica,in decimatertia op
poſitione, C.de ſentent. quæ pro eo, quod inter.
quod etſi in præiudicium antiquioris molendini
nemo poſſit nouum ædificare molendinum, per
quod diminuatur aqua primo molendino, poteſt
tamen hoc facere quando diminuitur ſolum fre-
quens molentium concurſus, quia tale damnum
conſiſtens in voluntate molentium, non conſide-
ratur, Alexander in conſi.194.nume.7. volum.ſe-
cundo,latè comprobat Iaſ. dicta l.quominus, nu-
me. octuageſimotertio,& ſequen.vbi allegat Bal-
dum, Albericum, Signorolum, & alios, Ripa ibi,
numero octuageſimoſecundo, qui dicit eſſe com-
munem, & planam concluſionem, quia molere
dependet ab arbitrio molentium,quibus liberum
eſt accedere ad alia molendina. allegat etiam Cor
ne. & Curt. ſenior, & ſubdit habentem primum
molendinum nõ poſſe allegare,quòd tale lucrum
radicatum ſit, quia non dicitur radicatum, quod
dependet ab aliorum arbitrio. in dubio autem ædi
14 ficare† quis cenſetur ad vtilitatem propriam, nõ
vt noceat alij, ſecundum glo. in dicta l.fluminum,
§.fin. vbi Barto.& alij, ff.de damno infecto, Imo-
la in l.ſi in meo fundo, ff.de aqua pluuia arcenda,
& dixi in cauſa principali. quinimmo vbi quis fa-
cit mixta ratione,vt ſibi proſit,& vicino noceat,ſu
ſtinetur ædificium ex cauſa, quæ prodeſt, ſecun-
dum Baldum in capitulo, cum eccleſia Vulterra-
na,nume.quinto, verſicu. ſed quid ſi facit, de ele-
ctio. vbi dicit eſſe iudicandum non ex affectu, ſed
ex effectu, & quod non læditur conſilio, qui non
læditur re,ſequitur Iaſ.dicta l.quominus,num.tri-
geſimoquarto,vbi ait eſſe notabile,& valde ſignã-
dum, & ſequitur Ripa, nu.29. cum temperamen-
to tamen, vt per eum. Cum ergo vniuerſitas fur-
num fabricauerit in proprio ſolo ad vtilitatem pro
priam, non videtur quòd aliqua ratione ſit de-
ſtruendus,licet diminuatur redditus furni,quẽ ha
bẽt vaſalli in eodem loco, & ſuper his eſt fundata

exceptio,& intentio vniuerſitatis, quæ erit magis in tuto per reſolutionem eorum,quæ parte vaſallorum ſupra in contrarium fuere per me adducta.

Et primum quidem non obſtat,quod vi aut clã factum,veniat deſtruendum, quia pro reſponſione ſciendum eſt, quòd interdictũ intentatum a ua
15 ſallis duo continet † capita:primum pro eo,quod vi factum:ſecundum verò pro eo,quod factum eſt clã,vt probatur in l.prima,& toto titulo, ff.quod vi aut clam.& ponunt Doctores in l.prima,§.hoc autẽ edictum,ff.de operis noui nunciatione,Ruynus in dicta l.prima,in principio, numero tertio. ideo fuit aliquando inter Doctores dubitatum,an vnum ſit interdictũ vel duo, vt poteſt uideri apud Ioanpem Andream, in titulo de reſtitutione ſpoliatorum, §.primo, numero vigeſimoprimo, vbi ponit contentionem,quæ fuit inter antiquos gloſſatores. Quod ergo attinet ad ſecundam partem, non poteſt facto huic obſtare, quia homines loci furnum non ædificarunt clam,ſed palam: vt enim in propoſito clã factum dicatur, neceſſe eſt quòd
16 faciens ſuſpicaretur de prohibitione † & moleſtia, vt dicitur in l. prohibere, §. finali, ff. quod vi, aut clam, vbi conditionaliter textus requirit, quòd faciens timeat ne inferatur ſibi moleſtia. idem dicitur in l.quo tutela, §.vi factum, ff.de regulis iuris,& ibi Decius, & Cagnolus. idem dicit Crotus in dicto §. hoc autem edictum, §.primo, in principio. ſed in præſenti caſu non conſtat, quòd communitas timeret de aliqua inhibitione, ideo non videtur clam feciſſe; nec etiam debuit timere, quia ſciuit ius prohibendi non competere vaſallis,ſed ſoli Principi, & cuique licere furnum habere proprium,& panem coquere, vbi ſibi magis placet, id quod volui dixiſſe, ne quis fortè diceret paria eſſe quòd communitas timuerit, vel timere debuerit, dicto §. finali, & l. ſequenti.

Quod verò attinet ad ſecundum caput, de eo, quod vi factum fuerit, res eſt clarior, quia nulla præceſſit inhibitio communitati directa, ne furnum faceret. ceſſante autem prohibitione,
17 † ceſſat vis, dicta l.quo tutela, §. vi factum, vbi Decius, & Cagnolus, l.prima, §. quod ſit vi factum, ff. quod vi aut clam, vbi gloſ. citat concordantes. & hoc voluit gloſ. in dicta l.prima, §.hoc autem edictum, ff. de operis noui nunciatione. dum dicit, quòd denunciatione facta concurrunt interdictum, quod vi aut clam, & interdictum de operis noui nunciatione, & melius cæteris declarat ibi Caſtrenſis, numero primo, vbi dicit, quod denunciatione facta in ipſa re, concurrit interdictum denunciationis noui operis, cum interdicto, quod vi aut clam, ex prima parte, quia propter ipſam denunciationem dicitur vi factum, ſed ſi denunciatio non eſt facta ceſſat primum interdictum, & alterum quoque, quod vi aut clam, ex prima parte, quia non dicitur vi factum. & idem dicit, numero tertio, in fine, vbi ait præcedente inhibitione dari interdictum, quod vi aut clam, Ruynus ibi, numero ſecundo, vbi ait vi factum dici,quando præceſſit inhibitio, & numero ſexto, & octauo, dum declarando gloſ. dicit concurſum dictorum interdictorum dari, quando factum eſt vi, ideſt præcedente nunciatione: ſed vbi non præceſſit, dari interdictum, quod vi aut clam, ex ſecundo capite, ideſt,quia clam, & hoc etiam modo declarat, nume. vigeſimoprimo,dum ait,in prima parte interdicti requiri prohibitionem,ſed non in ſecunda.& idem voluit Horman. nume.6. cum igitur in hoc caſu nulla facta fuerit inhibitio,non poteſt furnus dici vi factus,nec datur interdictum pro eo, quod vi factus ſit.

Reſpondeo ſecundo, quòd vaſalli neque dominium habent, neque poſſeſſionem rei, in qua furnus ædificatus fuit, ideo non poſſunt eo interdicto agere, quod non competit niſi agẽs poſſideat,
18 aut detineat, † aut ſit dominus, ſecundum Barto. in l.prima, §.& parui, in principio, ff. quod vi aut clam, vbi dicit, non dari interdictum, niſi poſſidenti, ſeu quaſi, ius aliquod cui poſſit præiudicari per opus factum. & in l.ſi is, qui in puteum, §. finali, eodem titulo, dicit non competere interdictum,niſi ei qui poſſidet aut detinet, & Cumanus in dicta l.prima,§.hoc autem edictum,ponit hanc differentiam inter interdictum,quod ui aut clam, & nunciationem noui operis, quia quod vi aut clam, non datur niſi poſſidenti, ſequitur ibi Alexander, numero tertio, qui dicit non eſſe tactum per Doctores. idem voluit Caſtrenſis in l.de pupillo, §.meminiſſe, numero ſecundo, ff. de operis noui nunciatione, Aretinus in l.clam poſſidere, §. quo ad nundinas, colum. tertia, & rurſus columna quinta, verſiculo, & antequam veniam, ff. de acquirenda poſſeſſione, vbi quod non datur interdictum niſi ei, qui ſolum poſſidebat, in quo fuit clam ædificatum, Iaſon dicto §. hoc autem edictum,numero decimotertio, vbi quod non datur contra poſſeſſorem ædificantem in ſuo, & idem ibi Crotus, numero trigeſimotertio, verſiculo, vndecima differentia, & dicit Horman. numero nono, quòd cum hac opinione tranſeunt communiter Doctores, & eam defendit ab impugnatione Ruyni, qui numero decimoquarto, aliam probauerat ſententiam. quinimmo Ruynus ibi,numero trigeſimoprimo, videtur cum hac tranſire, quia dicit agentem ad demolitionem in hoc interdicto probare debere de ſuo iure. & prædictorum ratio eſt, quia impediri non poteſt qui iure ſuo facit, vt probatur in l.ueteres, ff.de itiner. actuque priuato. & quando quis in ſolo
19 ſuo † & a ſe poſſeſſo ædificat, non poteſt etiam lite pendente prohiberi, l. penultima, & l. finali, ff.de aqua pluuia, & l.ſi prius, ff. de operis noui nunciatione. & non dico clam facere ab eo, qui mecum nullam habet actionem, l. denique, §.Labeo, ff.quod vi aut clam, qui text. eſt optimus ſecundum Barto. ibi. cum ergo vaſalli neque dominium habeant, neque poſſeſſionem ſoli, in

quo

quo ædificatus fuit furnus, malè experiuntur eo
interdicto.

Tertiò reſpõdeo, deducendo ſolutionem a præ
cedenti reſponſione, quod in pręſenti caſu notoriè
conſtat vaſallis non competere ius prohibendi, ne
homines ſurnos babeant, & panẽ coquant, vbi ma
gis eis placet, & id ſuit (ni fallor) luculenter demõ
ſtratum in proceſſu, & in priori meo reſponſo ſu-
per ea cauſa. ergo interdictũ hoc non datur ad de-
moliendum ſurnum ædificatum, quia vaſallorum
non intereſt demolitionem fieri, l. 1. §. nunciamus,
ff. de operis noui nunc. & videmus in nunciatione
noui operis, quòd ſi conſtet ius non cõpetere nun
20 cianti, non demolitur † opus, quamuis prohibitio
præceſſerit, vt poſt Roffred. declarat Bar. in l. pri-
ma, in princ. nu. 6. ff. de operis noui nunciatio. vbi
Imola, col. prima, in fine ver. in gloſ. ſuper verbo,
iniuria, dicit enim Bar. quod nunciatio poteſt ſper
ni, quando conſtat nunciantem non habere ius, &
ſubdit eſſe notabile uerbum, & ſe in facto ita aliàs
conſuluiſſe, latè Iaſ. num. 2. verſ. ego ſexto loco, &
num. ſeptimo, in fine, uerſi. in ead. gloſ. vbi allegat
glo. Abba. & alios, & dicit eſſe notandum Ruy. nu
mero vigeſimoquarto, & vigeſimonono, dicens
non eſſe recedendum ab hac opinione in conſulen
do, & iudicando. & numero centeſimodecimoter-
tio, dicit eſſe communem. eandem quoque dicit
communem & veram Crot. nu. vigeſimo, & Hot-
man. numero trigeſimo, & trigeſimoquinto, qui
atteſtatur & ipſe de communi eam pariter ample-
xus Bald. in conſilio ducenteſimoquadrageſimo-
quinto, nu. 1. uol. 2. & Ruy. in conſilio centeſimo-
trigeſimooctauo, nu. trigeſimoſecundo, vol. 5. &
prædicta confirmantur ratione: quia quæ tollunt
iam facta, fortius impediunt fienda, l. patre ſurio-
ſo, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iur. c. ad apoſto-
licam, de regular. & prætor qui habet æquitatem
ante oculos, l. quod ſi Ephesi, ff. de eo, quod certo
loco, l. æquiſſimum, in prin. ff. de bonor. poſſeſ. ſe-
cun. tab. non patitur, quòd iniuſta nunciatio liget
nunciatum. quod ſi hæc procedunt in nunciatio-
ne, multò magis locum habebunt in interdicto,
21 quod vi aut clam. nunciatio † enim pinguius pro-
uidet quam interdictum hoc, Caſtren. l. prima, §.
primo, numero quarto, ff. de oper. noui nunciat.
& in l. de pupillo, §. meminiſſe, nume. ſecundo, ff.
eod. titu.

Quartò reſpondeo, quod etiam ſi alioquin
prædicta omnia ceſſarent, non tamen poſſent va-
ſalli agere eo interdicto, poſtquam mouerunt iu-
dicium principale deducendo ſibi competere ius
prohibendi, ne nouus fiat ſurnus, & nedum de-
derunt, quas potuerunt probationes, ſed etiam
paſſi ſunt contrarias produci ab vniuerſitate, ita
quòd iudicium eſt in meritis inſtructum. qua ra-
tione expectanda eſt principalis deciſio, argumen
22 to l. de qua re, ff. de iudic. ita in nunciatione † no-
ui operis, concludit Bald. dicto conſilio ducente-
ſimoquadrageſimoquinto, numero ſecundo, uer.
ſcicuduin, ubi dicit ſatis eſſe, ſi lis conteſtata ſuper
principali cauſa, & hoc voluit quoque Iaſ. in dicta
l. prima, in princ. numero tertio, ver. quartò nota-
biliter limita, ff. de operis noui nunciat. & idem eſ
ſet ſi nunciatus uellet de iure ſuo docere, & pars
non contradixerit, ſed paſſa ſit recipi probationes,
quia interim ædificium non eſt demoliendum, ſed
expectandus cauſæ euentus, Bald. dicto conſilio
ducenteſimoquadrageſimoquinto, nume. tertio,
verſic. quæſtio noſtra, & ante eum Bartol. in l. pri-
ma, §. ſed ſi is, cui, nume. ſecundo, ff. de operis no
ui nunciatio. allegat capitulum primum, de reſti-
tut. ſpoliat. Iaſ. in l. patre ſurioſo, numero trigeſi-
moſeptimo, ff. de his, qui ſunt ſui, uel alie. iur. & in
l. prima, in princ. num. tertio, uer. quinto limita, ff.
de operis noui nunciatio. vbi id multis medijs, &
ſimilibus deciſionibus confirmat. & ibi etiam hoc
uoluit Ruy. numero octuageſimoſexto, Horman.
num. quinquageſimotertio, & Socinus iunior, nu-
mero quinquageſimoſecundo. rationem prædi-
ctorum afferunt, quia nuncians nouum opus, po-
teſt expreſsè, & tacitè renunciare iuri ſibi compe-
tenti ad demoliendum id, quod ædificatum fue-
rat ſpreta nunciatione, ſecundum Bar. in l. ſtipula-
tio, §. primo, ff. de operis noui nunciatio. cum ue-
rò patitur quòd nunciatus doceat de ſuo iure, iam
videtur renunciare iuri demolitionis. primi uerò
dicti ratio eſt, quia factum ſpreta nunciatione re-
uocatur per uiam attentari, ſed iudicium attenta-
torum ceſſat, quando lis eſt conteſtata ſuper prin-
cipali cauſa, ita Iaſ. d. l. prima, in princ. uer. quartò
notabiliter.

Et non aduerſatur quòd ædificatum vi aut
clam, ueniat deſtruendum, habita ratione quod
iure uel iniuria factum ſit; quia ad hoc reſpon-
detur multis modis; primò, quia furnus neque
vi, neque clam factus fuit, ut ſupra dixi in pri-
ma reſolutione præcedentis obiecti. Reſpondeo
ſecundò, contrarium uendicare ſibi locum, quan-
23 do nuncians † agendo ad demolitionem probat
ius ſuum, aliàs autem non conceditur deſtructio.
ita Barto. in dicta l. de pupillo, in §. ſi quis ipſi præ
tori, numero uigeſimoquinto, ff. de operis noui
nunciatio. ubi dicit, hanc eſſe unam ex differen-
tijs inter nunciationem noui operis, & interdi-
ctum; quia nunciatio ſtatim ius tribuit nuncian-
ti, ut opus factum ſpreta nunciatione deſtrua-
tur: ſed interdictum, quod ui aut clam, nullum
ius tribuit nuncianti, qui non babebat, Caſtren.
in l. prima, §. primo, numero quarto, verſicu. item
adhuc oppono, ff. eodem titulo. idem Caſtr. in di-
cta l. de pupillo, §. meminiſſe, numero ſecundo,
Alexan. in dicta l. prima, §. primo, nume. ſecundo,
& ſeq. vbi dicit regulariter ædificatum poſt nun-
ciationem deſtrui, etiam ſi nuncians non doceat
de iure ſuo: ſed hoc verum eſſe, quando nuncians
eſt dominus, vel ſi non habet verum ius, ſaltem
poſſidet, allegat gloſ. Bart. Imol. Roman. & alios:
ſed quando nuncians non eſt dominus, nec poſſi-
det, non deſtruitur ædificatum, & hoc tenent alij
citati ſupra in ſecundo reſponſo ad primum fun-

damentum partis contrariæ, & loquuntur ſacta inhibitione: multo ergo magis locum habebunt in præſenti ſacti contingẽtia, in qua nulla facta eſt nunciatio, quo caſu res eſt clara: quia cum agatur ex ſecundo capire interdicti pro eo, quod ſactum eſt clam, debet agens probare de ſuo iure, vt vult Caſtr.d.§.méminiſſe,nu.2.Alex.d.l.1.§.1.num.2. Tertiò reſpondeo, quòd hic conſtat manifeſtè de non iure vaſallorum, ideo poteſt ſuſtineri ædificatum, etiam ſi facta fuiſſet inhibitio, multo magis quando vt hic, facta non fuit, dixi in tertia ſolutione.

Er quamuis interdictum, quod vi aut clam, detur etiam nulla pręcedente inhibitione, vt per Bartol. in dicta l.1. §.1. nume.8. tamen hoc procedit quoad hoc vt detur ex ſecunda parte interdicti, id eſt, quod clam: nam tunc non requiritur inhibitio, ſed vt detur tanquam quid vi fecerit, & ita ex
24 prima parte requiritur nunciatio. † ita poſt gloſ. declatat Caſtren. in d.l.1.§.1.nume.1.& ibi Ruyn. nume.6.& 8.& nu.21.& Hormano.nu.6.

Admitto autem quòd ſufficiat aliquo modo intereſſe agentis, licèt non ſit dominus, vel poſſeſſor rei, ſed dico in præſenti caſu nullum ius poſſeſſionis aut proprietatis pertinere circa ſurnaticum dominis vaſallis prædictis, vt ſupra demonſtraui. Secundò reſpondeo, quòd ius debet in ipſa re competere vt poſſeſſioois, vel retentionis, vel ſeruitutis, vt dixi in ſecunda ſolurione ad primum argumentum.

Ad id verò, quod dicebatut non eſſe quærendum, iure an iniuria ędificauerit, fuit ſatis ſupra ſatisfactum, quia procedit contrarium, quando præceſſir prohibitio, ſi tamen ius aliquod habent vaſalli: at hic oon præceſſit probibitio, & non conſtat de iure vaſalli, & actum fuit non ex prima, ſed ex ſecunda parte interdicti, quo caſu ſecundum ſupra citatos Doctores agens ad demolitionem, probare debet de ſuo iure. & in præſenti caſu negari non poteſt, quin oororiè conſtet de non iure vaſal
25 lorum, attento quòd acta † teſtantur, quæ faciunt rem notoriam, Innocen. in capit. ex inſinuatione, in fi. de appellario. Bald. in l.1. colum. 2. C. quomodo & quaodo Iudex, Dominus Becius in conſil. 40. nume.3. Porrò licèt interdictum, quod vi aut clam, dicatur reſtitutorium: tamen hoc non eſt,
26 quia ſir recuperandæ † poſſeſſionis, vt voluit Speculat. in contrarium allegatus, ſed quia opus factum reſtitui debet in priſtinum ſtatum. ita poſt Rofred. declarat Ioan. Andr. ad Speculat. dicto §. primo, nume.21. Menocb. de recuperan. poſſeſ. remedio primo, num.140. vbi tamen non facit mentionem de Ioan. Andr. & ſatis eſt, quòd poſt ſpretam nunciationem probat nũciatus oororium defectum iuris nunciantis, non autẽ requiritur quòd probatio iam facta foret tempore ædificationis, vt dicebat Bero. dicta quæſtione 6. nume.7. & con-
27 rra cum adduco † Barto. in l.1. in princ. num.17. ff. de oper. noui nunc. vbi dicit, quòd vbi quis conuenitur ad demoliendum, poteſt probare manifeſtum ſuiſſe tempore nunciationis, quod nullum ius competcbat nunciãti, atque ita admittit quod probatio fiac poſt ſpretam nunciationem, & idem dicit in §. ſed ſi is, cui, in fine, Ruynus dicta l. prima, in princ. nume.89. vbi dicit, quòd allegans factum eſſe manifeſtum, tenetur probare. bene verum eſt, quòd ſi uellet probare per teſtes examinãdos, non admitteretur, per doctrinam Cardin. allegatam a Bero. in loco ſupra relato.

Cæteris autem deterior eſt opinio Bero. qui voluit, nunciantem nouum opus non ſibi præiudicare reſpectu demolitionis, nec videri recedere a nunciatione, quando cauſam proſequitur in prin
28 cipali iudicio: nam contra eum eſt † deciſio Baldi in dicto conſil.245. vol.2. & Iaſ. in dicta l. prima, in princip. num.3. verſicu. quartò notabiliter. & probaui latè ſupra in quinto reſpõſo primi motiui. ratio autem, qua Bero. mouetur, eſt futilis; quia licèt quoad deſtructionem noui operis, ſit quærendum, iure ne an Iniuria ædificauerit: tamen non per hoc ſequitur, quòd cognoſcendo & proſequendo principale iudicium, non ſibi præiudicet, qui ædificauit: edictum enim reſtitutorium datur ſolum ante litis conteſtationem, vt per Bal. dicto conſil.245. & licèt non quærendum de iure ædificantis, tamen hoc eſt ne audiatur ædificans, ſi ius ſuum allegẽt: ſed ſi admiſſus ſuit ad probandum, tunc impeditur deſtructio.

SVMMARIVM.

1 Vſumfructum vendit, qui fructus prædij vendit, & fundum tradit.

2 Et ſufficit quod fructus rei concedantur, licet nihil dicatur de cura, & cultura.

3 Locatio eſt, quando venduntur fructus, diſtributa penſione in annos.

4 Vſusfructus vendi poteſt, atque etiam conſtitui pactionibus & ſtipulationibus.

5 Vſusfructus extinguitur mutatione rei, vt in domo succenſa.

6 Et non reuiuiſcit, ſi alia res reponatur, nec cedit vſufructuario particulari.

7. Emptio fructuum molendini extinguitur deſtructo molendino.

8 Emptoris eſt periculum contingens poſt emptionem.

9 Vſufructuarius impenſam modicam ſuſtinet, ſed proprietarius magnam, & infertur ad plura notabilia.

10 Fallit, quando vſusfructus competit ex cauſa onerosa, & impenſa reſpicit perpetuam vtilitatem.

11 Venditor fructuum, tenetur facere quòd emptor poſſit fructus percipere.

12 Vſufructuarius ad ea tenetur, quæ concernunt curam, & conſeruationem rei.

13 Impenſas neceſſarias, & vtiliter in re factas repetit dominus, cum tenetur pacto, vel lege eam reſtituere.

Emens

*14. Emens cum pacto reuendendi, repetit impenſas fa-
ctas vtiliter in re empta.*
*15 Conductor cadens eo quòd non ſoluerit penſionem, re
tinet rem pro melior atioñibus.*
*16. Melioramenta non compenſantur cum fructibus,
quando dominus rei illa fecit.*
*17. Impenſa, ſiue magna, ſiue modica, ſpectat ad vſufru-
ctuarium.*
*18 Vſufructuarius nõ tenetur in refectionẽ rei impẽdere
de ſuo, ſed põt petere pecuniã profutura impenſa.*
19 Vſufructuarius tenetur viam de ſuo reficere.

CONSILIVM CLV.

CONTRACTVS, de quo ſermonem
habituri ſumus, frequentiſſimus eſt
in vrbe Caſalenſi: quotidie enim cõ
tingit aliquẽ vẽdere fructus domus,
& emptorem immittere in domus
poſſeſſionem, & proinde vt cognoſci poſſit quid
iuris ſit in caſibus propoſitis, ſciendũ eſt, ꝙ ex quo
emptoribus ſemper traditur domus poſſeſſio ſeu
tenuta, contractus huiuſmodi nil aliud continet,
1 † quàm vſumfructũ domus, vt probatur in l.cum
ita, ff.de vſufr.leg. & in l.ſi quis ita, ff.de vſufr. &
quem quis vta.gl.in l.idem eſt, ff.vſufr.quem.cau.
& declarat Bar.in l.cotem ferro, §.qui maximos,
n.9.ver.aliqñ quis emit fructus, ff.de publica. vbi
inquit, ꝙ ſi vendatur fructus rei, & illi ſint per em-
ptorem percipiendi ſua manu, vt quia ad eum trã-
ſeat cura & cultura prędij, tunc ius vſusfructus vi-
detur emptum per iura prædicta, q̃uis aliud ſit qñ
emptor fructus habet capere de manu venditoris,
l.fundi Trebatiani, ff.de vſufr.leg.l.Caius, ff.de an
nu.leg.quinimò ius vſusfructus tranſlatũ videtur,
q̃uis non ſit dictũ ꝙ cura & cultura ſpectet ad em-
2 ptorem, ſed ſufficit ꝙ fructus † rei vendantur vel
concedantur; quia eo caſu tacitè videtur agi inter
partes quòd emptor habeat ius vſusfructus, vt
probatur d.l.cum ita, & l.ſi quis ita. & prædictam
diſtinctionem facit quoque Bar.in l.fundi Treba
tiani, in prin.ff.de uſufr.leg.quia cum vſufructua-
rius fructus ſuo iure capiat, cenſetur ius vſusfru-
ctus conceſſum, qñ non dicitur ꝙ fructus capiat
de manu alterius, & tres caſus conſtituit. primum,
qñ fructus ſimpliciter conceduntur; ſecundum qñ
teſtator legat partem quotitatiuam fructuum, ut
tertiam uel quartã; tertium qñ legat certã quanti-
tatem, puta decem corbes frumẽti, vel decem am-
phoras uini. Primo enim caſu cenſetur ius uſusfru
ctus relinquere, alijs uerò non, Bal.etiam in l.ſi ea
lege, nu.ſecundo, dicit, quòd ubi quis uendit fru-
ctus, ſi rei interuenit traditio, uenit ius uſusfru-
ctus, ſi uerò res nõ traditur, nõ uenit uſusfructus,
alleg.d.l.ſi ita quis. Id quod intelligit, qñ talis eſt
res, in qua conſtitui poteſt vſusfructus, & per text.
in d.l.fundi Trebatiani, idem tenuit in conſ.335.
n.1.uer.ſecundò propter illud uerbum, uol.1. hoc
etiam innuit in l.ædem, nu.ſeptimo, C.locati, ubi
3 dicit, quòd ſi uendantur fructus rei pro uno † lu-
ſtro certa penſione adiecta, tunc non cenſetur uen
ditum ius uſusfructus, ſed uidetur potius locatio;
quia ſoluitur penſio diſtributiua, uel etiam colle-
ctiua totius temporis, ſub conditione tamen tem-
poris diſtributiui fructuum in ſingulos annos, nã,
ut ipſe inquit, diſtributio cauſæ eſt diſtributio effe
ctus; mensque & ratio ſunt Iudices cuiuſcunque
humani actus. uidetur igitur Bal. uelle quòd ſi pre
tium, ſeu penſio non poſſit ſecundum tempora di-
ſtribui, uideatur uenditum ius uſusfructus. hanc
quoque diſtinctionem probauit Afflict. in deciſ.
252.in princ. & nu.3. ubi ideo infert quòd ſecun-
dogenitus, cui in regno præſtari debet uita, & mili
tia, non æquiparatur uſufructuario, quia uitam &
militiam non percipit ſuo iure, ſed eam accepit a
primogenito, Pariſ.in cõſ.55.nu.45.vol.3. Rom.
conſ.230.in princ. Coraſ.in l.uia, num.5.ff.de ſer
uit.poſt Cæpol.de ſeru.urb.præd.capit.59.quæſt,
12.cum igitur in propoſito ſint uenditi fructus do
mus, & facta ſit eiuſdem traditio, planum ſit, uen-
ditum fuiſſe ius uſusfructus & fructuum perce-
ptionem, non autem reditus ſimpliciter præſtan-
dos per uenditorem & uſufructuarium cenſeri eũ
qui emit; & non eſt dubium, quin uſusfructus uen
4 di † poſſit, quia de hoc habemus text.in l.neceſſa-
rio, in fi.ff.de peric.& com.rei uend.§.1. Inſtit. de
uſufr.iuncto §.fi.cum gl.Inſt.de ſerui.urb.pręd.&
poteſt uſusfructus conſtitui etiam pactionibus &
ſtipulationibus, ut eſt tex.in §.ſine teſtamento, ff.
eod.tit.n. Aret. Inſtit.de uſufr.in princ.circa fi. Co-
raſ.d.l.uia, nu.1.& ſeq. ubi ait quatuor modis con
ſtitui uſumfruct.

Ex prædictis ſine hæſitatione aliqua inferri po-
teſt ad reſolutionem dubiorũ propoſitorũ. Et pri-
mò extincta arce, multis hiſque ampliſſimis muni
ta propugnaculis, cũ pro eiuſdem plateæ conſtru-
ctione quàmplura fuerint complanata ædificia &
ſolo æquata ad proſpectum latè, longeque ex arce
petẽdum, fuit dubitatum, cuius cedat periculo hu
iuſmodi ruina, emptoris ne, an uẽditoris fructuũ?
Et ſanè quia emptor uſufructuarius eſt, emptoris
5 dicitur omne periculum, nam rei mutatione † ex-
tinguitur uſusfructus, ut eſt text. in l.repeti, §.rei
mutatione, ff.quib.mod.uſusfruc.amitt. ubi dici-
tur, quòd ſi ædes corruerit, earũ extinguitur uſuſ-
fructus, ita ut nec in area, nec in cęmentis ſuſtinea
tur, l.qui uſumfructum, in princ.& l.ſi cui inſulæ,
ff.de uſufru.§.finitur, Inſtit.eo.tit. ubi apertè habe
tur quòd ſi ædes incendio fuerint conſumptę, uel
terręmotu, uel proprio uitio collapſæ, perit & fini-
tur uſusfructus, & quoad aream, l.quotiens, §.fin.
ff.de uſuf. ubi conſtituit differentiam inter uſum-
fructum particularem alicuius rei, & generalẽ bo-
norum, vt primo caſu extinguatur ſi domus ſit in-
cenſa, ſecundo verò non, quia durat in area, decla-
rãt Bal.& Ang.ibi Azo, in ſumma, C.eo.ti.nu.32.
Socin.iun.conſi.58.num.20.volum.4. Cæphal.in
conſi.20.per totum, vbi infert in pulchro caſu ad
notabilem deciſionem, quam tamen in illis termi-
nis non credo veram, vt aliquando conſului in fa-
cti contingentia, Coraſ.in l.ſi iter, nume.3.ff.de

ſeruit.idem etiã voluit gl.in l.hactenus,in ver.cor-
ruiſſent,ff.de vſufruc.& in l.cum oportet,§.nõ au
tem,in ver.mobiles,C.de bon.quæ lib. vbi inquit
mutatione rei extingui vſumfructũ.& limitat Ca-
ſtren.idẽ Bal.in auth.excipitur,nu.2.C.eo.tit.vbi
dicit ꝙ licet extinguatur antiquus,tñ renouatur in
area.Idem voluit Pinel.in l.1.p.2.n.19. C.de bon.
mat. meo autem iudicio de particulari vſufructu
eadem eſt ratio,quæ de generali,quia eſt non par-
ticularis vnius rei,ſed generalis omnium aduenti-
tiorum.& adeo verum eſt, perire vſumfructũ mu-
6 tata rei forma,vt non reuiuiſcat,ſi alia domus † in
eodẽ loco conſtruatur. Illa enim non cedit vſufru
ctuario particulari,l.quid tñ,§.nõ tantum,ff.quib.
mod.vſusfruc.amit.& in ead.l.§.penul.vbi fortius
hoc verum dicitur in naui,quæ licèt ſemel diſſolu-
ta,refecta tñ fuerit eiſdem tabulis, nulla alia adie-
cta.& per hanc rationem in terminis dicit Bart.in
d.§.qui maximos,n.16.quod ſi quis emat fructus
7 molendini, ꝙ poſtea aquarum inundatione † de-
ſtruatur, totaliter extinguitur emptio, & non eſt
tractãdum de illius refectione: quia ſi reficeretur,
emptor non reaſſumeret ſuum vſumfructum.ꝙ igi
tur de molendino dicit Bar.locum quoque obtine
bit in domo, in qua eadem verſatur ratio, quæ in
molendino, & proinde ex his conſtat finiri cõtra-
ctum & extingui uſumfructum,nec poſſe empto-
rem aliquid iuris prętendere vel in pretio areę,ſeu
ſoli,ꝙ a Camera perſoluitur, vel in cęmentis do-
mus dirutæ. Aliud enim eſt domus, aliud cęmẽta,
& vſusfructus conſtitutus in domo non habet lo-
cũ in cęmentis, ſicuti uſusfructus quadrigæ extin-
guitur ſi pereat vnus ex equis,d.l.quid tñ, in fi.&
multa alia poſſunt reaſſumi exempla ex d.l.quid
tñ.& facit,quia cum celebratus ſit contractus em-
8 ptionis & venditionis, omne periculum † contin-
gens in ipſo vſufructu empto, ſpectat ad ipſum
vſufructuarium & emptorem, l.neceſſario,§.fi.ff.
de peri.& com. rei vendi. & hoc procedit non mi-
nus in emptore vſusfructus,quàm in emptore do-
minij,l.qui vſumfructum,§.fi.& l.quæſitum,ff.de
vſufruct.quia vſusfructus ipſe pars eſt dominij,ꝑ
quam rationem ita concludit Bart.d.§. qui maxi-
mos,n.8.in prin. & nu.16. & idem in terminis de
fructibus venditis voluit Bal.in d.l.ſi ea lege,nu.2.
C.de vſur. vbi ait, ꝙ omne periculum ſpectat ad
emptorem fructuum,& paulo ſupra num.1.verſi.
quandoque tranſit rei commoditas, dicit de natu
ra eſſe emptionis & venditionis, vt res & rei peri-
culum tranſeat in emptorem, ſiue principale cor-
pus ematur,ſiue acceſſorium,vt puta herba frumẽ
ti pendens in agro,l.fiſtulas,§.frumenta,ff.de con
trah.emp.& d.l.neceſſario,§.fin. & propterea tali
emptori fructuum nulla fit remiſſio propter vim
maiorem contingentem in fructibus,vt dicit Bar.
d.§.qui maximos,quæſt.4.& 5.nu.8.& ſeq. Bald.
in l.licet, nu.7.quia quodcumque damnum pro-
ueniens poſt emptionem perfectam,cadit pericu-
lo emptoris,non autem venditoris, quia is per rei
traditionem eſt liberatus.

Inferri etiam poteſt ad aliud,an ſcilicet emptor
fructuum teneatur ad refectionem domus, an ve-
ro id ſpectet ad venditorem: nam in eo id ſeruabi-
tur,ꝙ de vſufructuario concludunt Doct. & ſanè
ea videtur cõis eſſe diſtinctio, quòd ſi magna ſit
9 impenſa, illam faciat proprietarius: † ſi uerò par-
ua,ſeu modica, ea vſufructuario incumbat, nulla
habita diſtinctione,an neceſſaria ſit, vel volunta-
ria,dummodo vtilis,l.hactenus,ff.de vſufruc.cum
ibi not.vbi dicitur, quòd vſufructuarius reficere
tenetur ſarta tecta,arbores in locum demortuarũ
ſubſerere,& ſtipendium,tributum,& ſalariũ agno
ſcere,l.cum ad quẽ,vbi gl.& Doct.C.de vſufr.l.dã
ni infecti,vbi gl.& alij,ff.de dam.infec.Bar.in d.§.
qui maximos,nu.14.ubi dicit,quòd cura & ſolici-
tudo refectionis ſpectat ad uſufructuarium,ſed im
penſa nõ niſi modica:& ibi ponit,an teneatur om-
ni caſu de ſuo erogare in refectionẽ rei, & poſtea
repetere, an verò pecuniam petat antequam eam
impendat,& n.17.quærit,qua actione repetat im-
penſas factas,& in prædicto loco Bart.loquitur in
emptore fructuum,& in uſufructuario illã diſtin-
ctionem probauit gl.& Imo.eam ſequitur in c.G.
perpetuus,de fi.inſtrum.gl.& Doct. in l.hoc am-
plius,§.fi.ff.de dam.infec.Arc.in conſ.110.conſi-
deratis,in prin.vbi poſt Bar.in d.§.qui maximos,
conſtituit differentiã inter uſufructuarium & con
ductorem,ut hic,neque curã adhibere,neque im-
penſam facere teneatur: Ille uerò impendere de-
beat modicè,& omnem diligentiam adhibere, Cæ
pol.de ſeru.vrb.præd.c.59.col.pen.q.8. vbi in 10.
quæſt.tractat, quid ſeruandum ſit in conductore,
Rom.in conſ.230.in prin.ubi cõcludit ad uſufru-
ctuarium pertinere impenſam,quæ perpetuã vtili
tatẽ rei non concernit,alias uerò ad proprietariũ,
& infert idem vſufructuarium Caſtri non teneri
ad mercedem & penſionẽ pro illius cuſtodia,Arc.
in §.finitur,n.4.Inſt.de vſufr.uer.aduertas tñ, vbi
cumulat alias quæſtiones,Corn.in conſ.86.col.1.
in fi.uer.& qñ,uol.4.ubi ꝙ uſufr.nõ tenetur ad im
penſam, quæ eſt duratura ultra terminos uſusfru
ctus.& ſubdit hoc eſſe clarum,licèt dubiũ ſit, qua
actione repetat, & col.ſeq.uer.ad expẽſas autem,
dicit nullatenus uſufructuarium teneri ad expen-
ſas utiles,ſed ſolum ad neceſſarias,quia iure nõ ca
uetur,nec aliqua ſuadet ratio,Affli.deciſ.252.nu.
2.ubi dicit eſſe de hoc gloſ.not.in l.pen.§.fin.ff.de
leg.3.Picus in rep.l.Titia,§.Titia,quęſt.91.num.
179.in fi.ff.de leg.ſecundo, Ruy.in conſ.206.nu.
31.uol.2. ubi ſubdit poſſe fructuarium expelli, ſi
nolit reficere, quando ad eum ſpectat onus refe-
ctionis,l.hoc amplius,§.fi.& ibi no.ff.de dam.in-
fec.Pariſ.in conſ.94.nume.23.uol.1. ubi dicit ita
intelligi id, quod dici ſolet, fructus intelligi de-
ductis expenſis, ut ſcilicet procedat, quando ex-
penſæ fiunt gratia quærendorum, uel cuſtodien-
dorum fructuum: uel ſi ſint temporales, non per-
petuæ, Tiraquel.de iure primog. quæſt.74. & la-
tiſſimè omnium proſequitur Ar.Pinell.in l.1.par.
2.num.72.C.de bon.mat. Ant. Gomeſ.in 2.tom.

tit.de contrac.c.15.vbi agit de ſeruitutibus, nu.7.
vbi ſæpe hanc dicit cõem.& ita quoque concludit
Nat.in conſ.13.nu.3.vbi dicit dominũ molendini
teneri ad maximã impenſam,nõ aũt emptorẽ fru-
ctuum,allegat Bar.d.§.qui maximos,& Bal.d.l.li-
cet,& in conſi.352.nu.6.dicit quod vſufruct. non
repetit expenſam factam in mundando domũ pe-
ſtis contagio infectam,quia hæc non cõcernit per-
petuã rei vtilitatem,latiſſimè alios plures allegans
Caualcan.in trac.de vſufruct.mul.relic.n.160.vbi
agit ſatis diffusè de hac quæſt. & optimè diſtin-
guẽs plures congerit Menoc.in trac.de arb.iud.ca
ſu 215.per totum,vbi dicit impenſam modicã iu-
dicis arbitrio terminari & iudicari.hæc aũt diſtin-
ctio de plano procedit & ſine contradictione, qñ
vſufruct.cauſam habet lucratiuam: ſed ſi ex cauſa
10 oneroſa † vſusfructus ſit conſtitutus, vt in præſen
ti caſu in quo habetur emptionis titulo, tunc dicẽ
dum videtur ꝙ vſufructuarius ne ad modicã qui-
dem teneatur impenſam,quæ perpetuam rei vtili-
tatem reſpiciat, vt voluit Floria. in d.l.hactenus,
ff.de vſufruc.per l.ſi quis fundum, ff.loca. & cum
ſequitur Cępol. d.c.59. quæſt.8. & re vera omnia
iura adducta ſupra in diſtinct.prædicta loquũtur,
qñ vſusfructus ex lucratiua retinetur cauſa,nõ aũt
qñ ex oneroſa.& prędictã l.hactenus,ita intelligit,
& declarat Pinel.d.l.1.p.2.n.72.ver.ex quo a pari
tate,vbi infert,quòd ſi quis vſumfructum emiſſet,
non ita paſſim teneretur ad collectas & onera ſal-
tẽ inſolita,quia impẽſę valorem fructuũ minuunt.
hoc tñ non habeo ꝓ abſoluto,quia Bart.in d.§.q
maximos,& Bal. in locis ſupra relatis,videntur il-
lam diſtinctionem ſeruare etiam in emptore fru-
ctuum,& ita in cauſa oneroſa, & proinde cenſeo
melius cogitandum,quia difficile,non aũt temere
eſt ab opinione Bart.recedendum,q̃uis prima fa-
cie æqua videatur limitatio Floriani & rationabi-
lis.& per prædicta tollitur, id ꝙ aliqñ contra pro-
prietarium adducebatur, ꝙ ſcilicet venditor fru-
11 ctuum teneatur taliter † facere,quod emptor poſ
ſit fructus percipere,ſicuti qui vendit iactũ retis te
netur piſcari,aliàs cogitur intereſſe ſoluere, vt di-
cit Bal.in l.ſi ea lege,nu.3.C.de vſur.& qui vendit
vſumfructum,tenetur præſtare patientiam,ꝙ em-
ptor vtatur,& fruatur: nunquã enim perfectè tra-
dit,& quamuis hodie tradat,tamen cras fortè non
patietur,vt inquit Are.in §.finitur,nu.4.Inſtit.de
vſufr.nam verum eſt quod venditor tenetur pati,
& nullam inferre moleſtiam,vel impedimentũ: &
ſi inferret,& per eum impediretur emptor, poſſet
intereſſe paſſum conſequi,ſecundum Bal. in loco
prædicto, quem ſequuntur alij per Ripam de pri-
uil.contr.cau.peſt.nu.96.ſed non tenetur rem ip-
ſam manutenere. at hoc onus ſpectat ad vſufru-
12 ctuarium,qui tenetur omnia illa facere, † quæ rei
conſeruationem,curam,& utilitatem concernunt,
l.1.§.fi.& l.ſeq.ff.vſufr.quemad.cau.vbi not.Bart.
Albe.& alij ſequuntur communiter Docto. vt in-
quit Gomeſ.d.c.15.nu.6.vbi ſubdit illum text.eſ-
ſe ſingularem & vnicum in iure.

Prædictam tñ diſtinctionem inter magnam &
modicam impenſam non arbitror ſeruãdam fore,
qñ uenditor ex pacto uellet vſumfructum venditũ
reemere,quia eo caſu ſiue magna ſit,ſiue modica,
erit ſemper per uenditorem reſtituenda,dummo-
dò perpetuam rei cõcernat utilitatem,& nõ ſit ſo-
lũ facta pro quærẽdis, vel cuſtodiendis fructibus,
quia eſt regulare ꝙ ſi dominus pacto vel lege tene
tur rem reſtituere,põt neceſſarias & vtiles impen-
13 ſas † repetere,l.diuortio,§.impendia,ff.ſol.mat.l.
1.cũ duab.ſeq.& l.impenſa, ff.de imp.in reb.dot.
fact. quæ iura loquũtur in marito,qui in rẽ dotalẽ
impendit.ſed idem eſt in alijs,vt in hærede graua
to onere fideicõmiſſi ponit tex.in l.domos hæredi
tarias,ff.de leg.1.& ibi no.oẽs,l.vbi purè,§.fi.ff.ad
Trebel.cum alijs apud Boer.in deciſ.44.n.14.Rol.
in conſ.28.nu.1.vol.1.Caph.conſ.188.nu.37. &
in uaſallo,qui feudũ reddidit meliorem,quòd fini
to tpe,ipſe, vel eius hæredes melioramenta repe-
tant,eſt tex.in c.1.§.ſi vaſallus,vbi Bal.Alua.& a-
lij.hic finit lex Frid.Guid.Papæ,q.168.nu.1.Alua.
c.1.§.ſi quis de manu,nu.5.de contro.inueſt.Rol.
d.conſ.28.nu.28,Brun. in conſ.106.nu.2. Alc.in
conſ.176.nu.8. Clar. de feud.q.88. & in ſpecie in
14 eo,† qui emit cũ pacto reuẽdendi,hoc uoluit Bal.
in conſ.303.in 2.dub. vel. 1.per l.intra vtilem, ff.
de mino.Cagnol.in l.2.q.24.num.147.C.de pact.
inter emp.& vend. Tiraq. de retract.conuen.§.7.
gl.1.nu.2.in fi.Gomeſ.de teſt.c.12.nu.40. vbi idẽ
dicit in hęrede,in marito,fructuario,colono,& poſ
ſeſſore maioratus,Nat.in conſ.256.nu.1.& ſeq.la-
tiſſimè omniũ Menoc.de recup.poſſ.rem. 15. nu.
500. & pluribus ſeq. vbi diſtinguit ad oẽs caſus,
ampliatque & limitat ſingulas cõcluſiones.& non
ſolum pro dictis expenſis datur retentio, ſed ſi fa-
cta ſit rei reſtitutio,poterunt condici, l.ꝗ ſi nulla,
ff.de leg.1.l.ſi in area,vbi not.ff. de cond.ind. cum
alijs apud Tiraq.d.§.7.gl.1.nu.7. Gomeſ.d.c.12.
nu.4. Menoc.d.nu.551.& eſt adeo hæc melioramẽ
torum repetitio fauorabilis, quod conductor qui
15 ea fecit ſi expellatur,† ꝙ penſionem non ſoluerit,
poterit tamen rei inſiſtere, donec pro melioratio-
nib. ſibi ſatisfiat,Soc.in conſ.15.col.6.vol.1.ſequi
tur Marſil.ſing.321.in fi.Alc.in conſ.20.nu.8. Me
noc.d.rem.15.nu.551.& quamuis regulariter poſ
ſeſſor bonæ fidei compenſare teneatur impẽſas cũ
fructibus, tamen eſt verum quando is non eſt do-
minus: at vbi eſt dominus, & meliorationes facit
16 in re ſua,fructus † habere debet pręcipuos,gl.ma-
gna in fin.l.emptor, ff.de rei vendi. vbi eam Bart.
multum commendat,eamq́; ſingularẽ dicit & vni-
cam Bal.in cap.grauis,de reſtitut.ſpoliat.& in l.in
ſulam,§.fructus,ff.ſolu.matrim.eam pariter ſingu
larem dicunt Bald. Ange. Caſtren. Imola,& Alex.
in d.l. domos, Tiraquel.d. glo.2.nume. quarto.
Cum infinitis alijs apud Menoch. d. caſu 15. nu-
me.507.& præter eos Neguſ. de pigno.in quarto
memb.quintæ par.nume.12.verſi. & illud proce-
dit,ubi dicit illam gloſ.ſing.Gomeſ.d.cap.12.nu-
me.40.vbi dicit illam gloſ.eſſe vnicam, & ſingul.

Bero.ſam.quæſt.22.nu.4.vbi ait eſſe bene notan-
dum, Nat.in conſ.256.nu.3.Concludendũ eſt igi
tur,quòd etſi fructuarius modicas impẽſas de ſuo
facere teneatur,&t ſi rei perpetuã cõcernãt vtilita-
tem,tñ qñ vſumfructum ex pacto conuento reſti-
tuit,poteſt impenſas omnes retinere vel repetere,
quia Doctores, qui dicunt impenſas vtiles & ne-
ceſſarias deduci vel repeti, non diſtinguunt inter
magnas & paruas,& quòd dicit paruas ad fructua
rium ſpectare,verũ eſt, quãdo non tenetur vſum-
fructum reſtituere,ſed vbi illum debet reuendere,
tunc detrahit impenſam,quamuis modicam.

Aliud dubium non modicã patitur controuer-
ſiã:nã etſi Bar.in l.Neſennius,nu.7.ff.de neg.geſt.
dicat quòd fructuarius tenetur ẽt magna impenſa
ædes reficere ſumptibus proprietarij, tñ non ape-
rit an proprietarius teneatur pecuniã erogare fru
ctuario ante ipſam refectionem, an verò fructua-
rius de ſuo impendat & repetat.Sed idẽ Bart.in l.
damni,§.ei cuius,nu.3.ff.de dam.inſ. dicit ꝙ ſem-
per onus refectionis incumbit fructuario,ſiue ma-
37 gna, † ſiue modica exigatur impenſa. Sed qñ eſt
magna cũ impenſa reficienda res,tunc fructuarius
illã repetit,ꝙ ſecus eſt qñ eſt modica,allegat l.hoc
amplius,§.fi.& l.inter fructuariũ,ff.eo.tit.de dam.
inſ.& dicit Bal.in l.cũ ad quem, C.de vſufr.per d.
l.damni,§.ei cuius.hanc ſententiã poſteriore loco
referẽs ſequi videtur Pract. Pap. in form.lib. quo
ad dot.& vſumfr.in ver.dedit, nu.7. in fi.vbi rela-
tis tribus opinionibus reſidet cum hac vltima, &
dicit ita tenuiſſe Bar.in l.quæro,ff.de vſufr.leg.vbi
tamen non loquitur de expenſa refectionis,ſed de
alijs oneribus.eidem hærere videtur Sali.d.l.cum
ad quem,nu.3.licèt relinquat cogitandum.ꝓ quo
adducit illam legem,quę loquitur de impenſa iam
facta per fructuarium,Bertr.in conſi.40.nu.14.&
ſeq.vol.2.vbi fortius dicit magnam impenſam nõ
repeti per fructuarium,niſi vſufructu finito.& an
te cum hoc voluiſſe uidetur Cum. in l.ſi proprie-
tarius,ff.de vſufr.accreſ.in l.damni,§.1.ff.de dam.
inſ.in l.domos, ff.de leg.1.& eum referunt apoſt.
ad Bar.in d.§.qui maximos,addit.vltima, & Dec,
ad Bal.in d.l.cum ad quem.

Contrariã tñ ſententiã veriorẽ exiſtimo, quia
vſusfructuatius cenſetur procurator in rem pro-
priã,l.1.in fi.& l.ſeq.ff.de ope.noui nũc. procura-
tor autem ad faciendũ opus,agere põt ad pecuniã
anteq̃ opus ſit factũ,nec tenetur de ſuo impẽdere,
l.ſi verò non remunerãdi,§.fi.& l.ſi mãdato meo,
38 ff.de procu.& ita per hanc rationẽ† cõcludit Bar,
in l.cotem ferro,§.qui maximos,n.15.ff.de publi-
can,& ſubdit,l.hactenus,quæ dicit dominum non
cogi ad refectionẽ,procedere quoad curã & perſo
nalẽ ſolicitudinem,non quoad expenſas magnas,
quia eas ſoluit proprietarius, & ſi recuſet, priua-
tur proprietate,d.l.q̃uis,& l.ſi proprietarius,& in
fert ad emptorẽ fructuũ,ſubdens,quòd proprieta
rius tenebitur etiam intereſſe ſoluere,ſi pecuniam
neceſſariam in refectione recuſet tradere,ſequitur
Ang.in l.hactenus,circa fi.ff.de vſufr.vbi dum tra
ctat quæſtionem, quã actione fructuarius repetat
quòd impẽdit,dicit poſt Bar. ꝙ fructuarius ponit
operam de neceſſitate, licèt non ponat ſumptum,
Imò.in c.fi.n.20.in prin.de pign. & hanc defendit
Caſtr.d.l.cum ad quem,nu.2.dicens, quòd durũ
eſſet fructuario magnã impenſam facere de ſuo,
& poſtea repetere,quia licet ſit procurator in rem
ſuã quo ad rei defenſionem & tutelam,non tñ co-
gitur lites & expenſas de ſuo ſuſtinere, & ſubdit
hoc eſſe veriſſimum,& menti tenendũ.addit quo-
que quòd tenetur fructuarius denunciare proprie
tario neceſſitatem refectionis,quia alias ꝓꝓ igno-
rantiã proprietarij imputaretur ipſi fructuario,&
ꝙ eſt bona limitatio,Are.in d.§.finitur,nu.4.verſ.
ſed an vſufructuarius,vbi in omnib. tenet cũ Bar.
cuius dictum appellat ſingulare. hãc ſententiã an-
te oẽs tenuit Azo in ſumma, C.de vſufr.n.6. in fi.
Ang.in l.1.§.fi.circa prin.ff.de op.noui nunc. vbi
dicit quòd ad fructuariũ pertinet oĩs cura & ſolici
tudo rei, qñ cura illa reſpicit vel vſumfructum ſo-
lũ,vel ſimul vſumfructum cum proprietate,nõ qñ
ſolam concernit proprietatem. Et primo caſu vſu-
fructuar. non tenetur magnum ſumptum facere,
ſed poteſt dominum requirere vt ſumptũ prę̃ſtet,
ſequitur Alc.nu.3.qui poſt Sali. & alios declarat,
quid ſit id,ꝙ dicitur fructuarium dici procuratorẽ
proprietarij,& quid operetur iſta procuratio.id ꝙ
etiam declarat Iaſ.ibi,nu.3.& nouiſſimè hanc ſen-
tentiam comprobat Pinell.d.l.1.par.2.nu.72.ver.
tandem ad d.l.hactenus,dicens hanc opinionẽ iu-
uari ratione & æquitate,quia non eſſet fructuario
bene conſultum impẽdere & condicere,& melius
eſt anteuertere q̃ fragilitati perſonalis actionis cõ
mittere ſe,l.cogi,§.ſi pater,ff.ad Trebell.ſubdit tñ
non præcisè cogi proprietarium numerare pecu-
niam erogandam fructuario,ſed poſſe eum per ſe
facere & expendere,& alterius fidei ſe non cõmit-
tere per ea,quę in parũ abſimili caſu notauit Abb.
in c.cum non ſint,nu.5.de decim.& in loco prædi-
cto probat ꝙ de denunciatione fienda proprieta-
rio affirmauerat Caſt.d.l.cũ ad quem,ſequitur Ca
ualcan.d.trac.de vſufr.mulie.relic.nu.161.vbi di-
cit,curam ſpectare ad fructuarium,niſi proprieta-
rius ipſe malit ſua cura domum reficere.hęc igitur
ſententia ſicuti pluribus, ita grauioribus firmatur
authoritatibus,& ea ratione innititur,q̃ Bar.addu
cit,d.§.qui maximos, quòd procurator qualis eſt
fructuarius,non tenetur de proprio impẽdere,ſed
poteſt a domino pecuniam petere, quam eroget
in vſum domini? Reſpectu verò viæ publicæ non
39 eſt dubium,quod ea venit ab vſufr.† reficienda,ſi
ex edicto ſuperioris quiſque cogatur reficere,pro
batur in l.ſi pendente,§.ſi quis cloacam,ff.de vſu-
fruc.& ponit Afflic.in tit. quæ ſint reg.in verſ.viæ
publicę,nu.27.vbi tractat etiã,quid in vaſallo em-
phiteuta & colono, & ante eum idem voluit Cæ-
pol.de ſeruit.ruſt.prædio.ca.3. de ſeru.viæ,quæſt.
25.circa fi. ver.item quid de vſufructuario,vbi ſi-
militer ponit,quid in emphiteuta,liuellario, con-
ductore,& ſimilibus perſonis.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta vxori relicta caſu quo non poſſit ſtare cum filijs, peti non poſſunt, quando ſtetit cum vno ex filijs. contra, nu. 11.*

2 *Conditio purificari debet antequàm diſpoſitio ſortiatur effectum.*

3 *Conditio, ſi deceſſerit ſine liberis, deficit, quando extat filia.*

4 *Indefinita æquipollet vniuerſali, etiã ſi ſit negatiua.*

5 *Negatiua vniuerſalis falſa in parte, redditur in totum falſa.*

6 *Conditio mixta habetur pro impleta, quando ſtat per aduerſarium, quominus impleatur.*

7 *Alimenta ſi relinquantur ſub conditione habitandi cum filijs, poteſt legataria eligere habitationem cum vno ex filijs, ſi ipſi per diuiſionem cœperint ſeorſum habitare.*

8 *Legata duo vbi facta ſunt vnum loco alterius, non poteſt legatarius partem vtriuſque capere.*

9 *Debitor diuerſarum rerum alternatiuè non poteſt partem vnius, & partem alterius capere.*

10 *Qualitas relicti, arguit voluntatem teſtatoris.*

11 *Alimenta relicta caſu quo non poſſit cum filijs habitare, peti poſſunt extra domum, quando ob diuiſionẽ inter filios non poteſt legataria cũ eis habitare.*

12 *Alimenta præterita peti poſſunt etiam per hæredes legatarij, quando debentur iure actionis.*

13 *Alimenta relinquens teſtator cum onere habitandi cum filijs, intelligitur collectiuè, & cõiunctim cum omnibus, non diſtributiuè.*

14 *Conditio plures reſpiciens perſonas, debet verificari in omnibus.*

15 *Conditio non poteſt diuidi, ſed debet in totũ impleri.*

16 *Indiuiduum ſi pluribus debeatur, peti non poteſt, niſi omnes conſentiant.*

17 *Conditio non diſponit.*

18 *Alimenta relicta caſu quo non poſſit ſtare cum filijs, non cenſentur relicta ſtando cum filijs.*

19 *Legatum factum caſu quo tale quid non detur, eſt vnicum; & primum peti non poteſt, ſed ſecundum.*

20 *Legatum pinguius factum caſu quo non poſſit ſtare cum filijs, debetur quando ſine culpa mater non poteſt ſtare cum filijs.*

21 *Prouiſio hominis, ceſſare facit prouiſionem legis.*

22 *Expreſſum, facit ceſſare tacitum.*

23 *Fauore alicuius inductum, non poteſt in odium retorqueri.*

24 *Solutio cenſetur facta ex præcedenti cauſa.*

CONSILIVM CLVI.

LEGATVM frumenti, vini, & aliorum, quæ nobilis Ioan. Antonius Boueria reliquit nobili Iacobinæ ſuæ vxori, conceptum eſt ſub conditione, caſu quo non poſſet ſtare, habitare, & viuere cum filijs & hæredibus ipſius teſtatoris: ideo cùm multis annis habitauerit cum nobili Bernardino altero ex eis, nõ poteſt medie-
1 tatem relicti ſibi facti petere, † aut conſequi ab hæredibus quondã Vincẽtij alterius filij: ita enim concludit Cuma. in conſi. 38. maritus, nu. 2. vſque ad finem, & eum ſequuntur Duran. de arte teſtã. tit. de leg. caut. 56. nu. 3. Ruy. in conſi. 81. nu. 11. in fi. n. 2. ſui verò dicti plures affert rationes. Primò, quòd cum legatum ſit conditionale, purificari de-
2 bet † conditio, vt debeatur, l. Thais ancilla, §. Stichus, ff. de fideicom. liber. Bar. in l. quibus diebus, §. Termilius, num. 6. ff. de cond. & demon. Alex. conſ. 119. nu. 1. vol. 1. Ruy. in conſ. 181. nu. 2. vol. 1. Natta conſ. 372. num. 4. cum ſimilibus. ſed dici non poteſt, quòd non ſteterit Domina Iacobina cum filijs, ex quo ſtetit cum vno ex eis, ſicuti non
3 poteſt dici ſine † liberis, qui habet filiam, l. pater Seuerinam, §. 1. ff. de cond. & demon. l. non eſt ſine liberis, ff. de verb. ſignific.

Secundò mouetur, quia illa verba, ſi nõ poſſit ſtare cũ filijs, licèt ſint negatiua: ſunt tñ indefinita,
4 & æquipollent † vniuerſali, ac ſi dictũ eſſet, cum oĩbus filijs, l. 2. in fi. ff. de verb. obli. Bar. in l. ſi pluribus, ff. de leg. 2. & idẽ eſt ac ſi dixiſſet, caſu quo cum nullo ex filijs habitet. vniuerſalis autem nega-
5 tiua in parte falſa, in totum eſt † falſa, l. ſi is, qui ducenta, §. utrum, ff. de reb. dub. Iaſ. §. in perſonam, nu. 28. Inſtit. de actio. Ripa in l. 1. num. 16. ff. de interd. Nat. in conſ. 624. num. 3. ergo pari modo erit falſa indefinita negatiua, & nõ erit verũ dicere, ꝙ non habitauerit cum filijs, qñ cum uno habitauit.

Tertiò adducit, quòd ubi ſtat per aduerſarium quominus conditio ſtandi & habitandi, quæ eſt
6 mixta impleatur, habetur pro † impleta, l. 1. C. de inſtit. & ſubſti. l. in teſtõ, & l. illis libertis, ff. de cõd. & demon. l. Meuia, in prin. ff. de annu. leg. Bar. in l. ſi quis arbitratu, nu. 2. ff. de uerbor. oblig. Ruy. in conſ. 166. nu. 12. uol. 3. Gram. deciſ. 102. num. 108. Natta in conſ. 282. nu. 5. Menoc. de arbitr. iud. q. 68. nu. 38. qñ autem hæredes diuiſerunt ſe, & cœperunt ſeorſum habitare, ita quod impoſſibile eſt matrem, & legatariam coniunctim cum eis habitare, ſtare dicitur per ipſos hæredes: ergo tanquã impleta ea conditione legatum debetur, quod factũ fuerat habitanti vxori cũ filijs, nõ aũt ſit locus alij legato facto, ubi nõ poſſit habitare cum filijs.

Quartò mater habitando cum altero ex hæredibus, uidetur primum, non ſecundum legatum agnouiſſe: quando enim non poteſt cum ambo-
7 bus ſimul habitare in eadem † domo, poteſt unũ ex eis eligere, cum quo habitet, l. 3. §. cum omnes, ff. ad Sillanian. Ruy. in conſi. 80. num. 11. uol. 2. & Iudex cogit alium conferre ſumptum pro ſua portione, l. ſolent, ff. de alim. & cibar. lega. probatur in l. cum hi, §. uult igitur, ff. de tranſact. Ruy. d. conſi. 81. nu. 4. & 12. Rol. in conſ. 89. nu. 17. uol. 3. agnito autem primo legato, non poteſt petere ſecundum, quod eſt ſubrogatum loco primi, l. Titiæ ſi non nupſerit, ff. de cond. & demonſt.

Quintò non poteſt legatario ex duobus diuer-
8 ſis legatis ſibi factis partem † unius capere, & partem alterius, ſed debet totum primũ habere, uel totum ſecundum, l. ſi ex toto, §. fi. ff. de lega. 1. gl.

in

in l.ſi ſterilis,§.fi.ff.de actio.emp.ideo dicunt Dy.
Bal.Imo.Flor.Alex.Iaſ.& Ripa in d.§.fi.l.ſi ex to-
to, quòd ſi ruſticus tenetur certas operas militi
præſtare in ſingulos annos,vel ſolidos quinque in
9 ſingulas operas, non poterit partem † operarum
præſtare, & partem pecuniæ ſoluere. in caſu autē
noſtro,mater, quæ partem primi legati recepit a
Domino Bernardino filio, a quo, & penes quem
recepit alimenta,non poteſt ab hęredibus alterius
filij conſequi partem ſecundi legati.
Sextò, qñ teſtator relinquit vxori vinum, frũ-
mentum, & domũ pro alimentis,caſu quo nō poſ
ſet ſtare cum filijs,videtur ſenſiſſe de caſu,quo cũ
neutro filio ſtaret,aut habitaret: alias enim nō re-
liquiſſet certam domũ, nectam pinguia reliquiſ-
ſet alimenta;& teſtatoris voluntas eſt illa, quæ re-
git conditiones teſtamentorum, l.in conditionib.
ff.de condi. & demon. & ex qualitate relicti colli-
10 gitur,quid † ſenſerit teſtator,l.plenum,§.equitij,
ff.de vſu & habi.l.ſed etſi ſuſceperit,§.1.ff.de iudi.
Sed his non aduerſantibus,ſentio rectè Domi-
nam Iacobinam petere ab hæredibus filij pro par
te alimenta ſibi a viro relicta: euenit enim condi-
tio,quia filij deueniēdo ad bonorum diuiſionem,
cęperunt ſeorſum habitare,& diuerſas ædes inco-
lere; quo caſu cum ex culpa,& facto ipſorum non
11 poſſit cum eis habitare, † ſit locus legato alimen-
torum, Cum.d.cōſ.38.Ruy.d.conſ.80.& 81.Rol.
conſ.22.vol.2.conſ.89.vol.3.Meno.de arbit.iud.
caſu 170.nu.16.Ioſeph. Ludo.deciſ.92.nu.19.Du-
ran.d.caut.56.Simon de Pret. lib.4. interpret.11.
nu.113. & qñ legata iure actionis debentur, vt qũ
ſunt in teſtō relicta, tunc peti poſſunt pro præteri
12 to tempore,ēt ſi aliunde legatarius † fuerit ea cō-
ſequutus, Bar.in l.libertis, quos, §.1.ff.de alim.&
cibar.leg. Bal.&alij in l.de alimētis, C.de tranſac.
Caſt.& alij in l.diuortio,in prin.ff.ſol.mat. Corn.
in conſ.286.in prin.vol.3. Bal.in conſ.481.nu.5.
vol.3. Bero. conſ.178.n.19. vol.1.conſ.32.nu.21.
vol.2.Meno.conſ.8.nu.20.conſ.81.nu.61. & peti
poſſent ēt ab hęredibus legatarię, Bart. in l.ſolent,
nu.9.ff.de alim.& cib.leg. Nat.in conſ.387.nu.3.
Non obſtat igitur, quòd negatiua conditio le-
gato adiecta nō ſit purificata, quia ſteterit cũ vno
ex filijs;quia reſpondeo intentionē teſtatoris fuiſ-
13 ſe, ꝙ ſimul copulatiuè † & coniunctim cũ omnib.
habitaret,non autē diſtributiuè, Ruy. d.conſ.80.
nu.4.vol.2.vbi dicit perinde eſſe, ac ſi teſtator mã
daſſet,ꝙ legatum ab hęredibus ſimul in cōmunio-
ne habitantibus præſtetur. idem dicit in conſ.81.
nu.10.& ſeq.eo.vol. Rolan.d.conſ.22.&conſ.89.
facit quod ponunt Doctores in ca.prudentiã, vbi
Abb.nu.27.& 16.de offic.deleg. & ratio eſt, quia
conditio reſpiciens ſimpliciter plures perſonas,
14 dēt in omnibus verificari, † nec ſufficit ꝙ implea-
tur in aliquibus,l.penul.ff.de iniuſto rup. teſtam.
vbi infert Bar. ꝙ ſubſtitutio vulgaris facta plurib.
indefinitè aut ſimpliciter,non habet locum niſi in
omnibus verificetur. idē uoluit in l. hæredes mei,
§.cum ita, ff.ad Trebell. vbi cum ſequuntur com-
muniter Doctores, vt inquit Ripa ibi,n.95.& cō-
munem dicit Soc.in d.l.pen.Caſt. in l.quidam te-
ſtamēto,ff.de vulg.Corn.in conſ.298.vol.3.Ruy.
in conſ.52. col.1.vol.3. Pariſ. conſ.18.in 2.dub.
vol.2. Zanc.in d.§.cum ita,par.4.nu.74. Mantica
de coniec.vlti.volun.libro 11.tit.5.num.3.
Confirmatur ēt, quia conditio nō ſufficit, ſi ex
parte impleatur; ſed in totum impleri debet. non
15 enim diuidi, aut † ſcindi pōt, l.qui duobus,& l.cui
fundus, ff.de cond.& demon.l.fiſtulas,§.per fun-
dum,ff.de contrah.emp. Cuma.in conſ.38.col.fi.
alios citat Tiraq.de retract.conſang.§.1.gl.2.nu.
13.vbi dicit rationem eſſe,quia conditio importat
formam,quæ eſt indiuidua.conditio itaque habi-
tandi cum duobus filiis, non impletur, ſi legata-
rius habitet cum vno; & ſimiliter habitando cum
altero, dicitur non habitare cum filiis. quod ergo
dicit Cuma.negatiuam non verificari, quando le-
gatarius cũ uno habitat, procedit in diuiduis, ſed
in indiuiduis, qui facit partē, nihil dicitur feciſſe;
& qui pluribus pſtare tenetur aliquid indiuiduũ,
16 non † cogitur niſi omnibus conſentientibus præ-
ſtare,l.2.§.ex his,ff.de verb.obli.vbi Barto. & alii
omnes,l.fi.ff.comm.pręd.ideo mater iuſſa cum fi-
liis habitare,non tenetur niſi cum omnibus ſimul,
non autem ſeorſum cum vno,aut altero.
Tollitur hoc modo, quod dicebatur negatiuã
falſam pro parte dici in totum falſam, quia in fa-
cto indiuiduo non datur pars conſiderabilis; ſed
hic mater,quæ tenetur ſimul cum omnibus habi-
tare,non dicitur cum omnibus habitare, quando
moratur cum altero ex filiis: ergo conditio non
morandi eſt in totum uera, quia eo ipſo quòd nō
ſimul coniunctimque cum omnibus habitat, dici-
tur non morari cum filiis, & purificatur conditio,
ſi non habitet cum filiis omnibus, præcipuè cum,
ut dixi, talis ſit mens,& intentio teſtatoris.
Nec mouet ꝙ conditio habeatur pro impleta,
qñ ſtat per aduerſarium,quominus impleatur,&
eo caſu legatũ debeatur, quod fuit relictũ ſub cō-
ditione,quæ nō fuit impleta: quia reſpondeo, qđ
hoc argumentũ, etſi in facto cum poſſet facere ad
propoſitũ, non conuenit facto noſtro. nam in fa-
cto Cuma.duo erant legata,unum ſub conditione
affirmatiua morandi cum filiis; alterum ſub con-
traria conditione, vbi ſcilicet mater nollet, vel nō
poſſet cum eis morari: ideo inquit Cuma. primũ
legatũ deberi,& peti poſſe, qñ per filios ſtat quo-
minus mater cum eis moretur, quia conditio mo-
rãdi habetur pro impleta, & hac ratione negat eſ-
ſe locum ſecundo legato.at in caſu noſtro vnicum
eſt legatum conceptum ſub conditione negatiua,
ſi nō poſſet mater ſtare cum filiis: ideo ſi dicamus
conditionem haberi pro impleta, habebimus in-
tentum; quia mater conſequetur legatum, atque
ita Cuma. argumentum retorquetur, quia debe-
tur legatum,ac ſi eſſet impleta conditio:non enim
hic agimus, an primo, uel ſecũdo legato locus ſit,
ut cōtingit in facto Cum.ſed an locus ſit vnico le-
gato facto,caſu quo non poſſet morari cum filiis.

Etſi

Et ſi dicatur: aduerte, quia teſtator videtur hic
quoque duplex feciſſe legatum, vnum ſtãdo cum
filijs; alterum, vbi non poſſet cum eis habitare. co
enim ipſo ꝙ dicit relinquere caſu quo nõ poſſit ſta
re cum filijs, videtur præſupponere ꝙ poſſit ſtare,
& habitare. Rñdeo hoc eſſe falſum, quia conditio
17 † illa, caſu quo non poſſit ſtare, &c. nihil diſponit,
l. ſi quis ſub conditione, ff. ſi q̃s omiſ. cau. teſt. Ale.
conſ. 24. nu. 7. vol. 3. Mant. de coniec. vlt. vol. lib. 5.
ti. 2. nu. 3. ideo dicimus, ꝙ filij in conditione poſiti
non ſunt vocati, gl. in l. Lucius, la 2. ff. de hæred. in
ſtit. cum alijs, quos citaui in conſi. 9 t. nu. t 1. & in
18 noſtris ferè terminis, quòd habitatio † poſita in cõ
ditione non ſit in diſpoſitione, voluit Corn. in con
ſil. 323. col. 2. verſ. & ſaltem procedit, vol. 1. & pro
batur hæc concluſio ex text. in l. ſi penum, in fi. ff.
quando dies leg. ced. vbi ſi relinquat teſtator decẽ
ab herede, ſi penum non dederit, vult quòd penus
non cẽſeatur legata, ſed ſolum illa decem. ad idem
eſt tex. in l. ſi cum ſine præfinitione, §. ſi ita ſcriptũ,
ff. eod. ti. & vtroque in loco dicitur vnicum eſſe le
gatum, idem dicit glo. in l. 1. vbi Bar. & alij eum ſe
quuntur, ff. de penu leg. volunt enim, quòd ſi quid
relinquitur ſub conditione, niſi tale quid detur v-
ni, cum ſit legatum, & id ſolum peti poſſit, licèt ſe
cus ſit, quando aliquid diſpoſitiuè legatur purè,
deinde ſub conditione, ſi id non detur, aliud lega-
tur, quia hoc vltimo caſu duo ſunt legata.

Secundò ad principale obiectum rñdeo, ꝙ ẽt ſi
duo eſſent legata, vnum. ſ. alimentorum in domo
pręſtandorum, alterum tradendi alimẽta extra do
mum, adhuc conditione primi legati habita ꝓ im
pleta, peti poſſet ſm. eſt tex. in l. 1. ff. de penu lega,
ubi ſi teſtator legat penũ & vbi non pſtetur, legat
19 decem, concludit † tex. primũ legatum penus non
poſſe peti, q̃a eſt ſolum in pſtatione, ſed petẽdum
eſſe legatũ ſecundo loco factũ. ad idem eſt tex. iun
cta gl. in d. l. cum ſine pfinitione, in prin. ff. qñ dies
leg. ced. ubi dicitur tẽtum peti debere, non aũt pe
num. idem voluit tex. in d. l. ſi penum, i prin. ff. eo.
tit. vbi fortius dicit, ꝙ legatum penus primo loco
factum, dicitur trãslatum in ſm legatum pecuniæ.
idem probat text. in l. 1. §. item ſi ita, ff. ad leg. falc.
vbi dicit, facta mora legatum penus transfuſum eſ
ſe in pecuniã, & ibi no. Bar. & alij oẽs, & per has ra
tiones in noſtris terminis concludit Caſtr. in conſ.
167. conſiderandum, per totũ, vol. 1. quod ubi duo
ſunt legata, primum ſub conditione morãdi cum
filijs, ſecũdum uerò ſub contraria conditione, qñ
cum filijs non poſſet morari, ſi ſtet p filios, uel ẽt
per ipſam matrem, cum iuſta tñ cauſa, ut ſi non po
teſt ſine ſcandalo cum ſit iuuenis, vel a caſu, ut q̃a
filij ſint mortui, uel per tertios, ut quia filiorũ uxo
20 res ſint rixoſæ, † poterit mater ſemper petere ſm
legatum pinguius, quia a teſtatore primum lega-
tum fuit ſub contraria conditione transfuſum in
ſm, & hãc declarationem ſimpliciter ſequitur Nat
ta in conſ. 387. nu. 8. Simon de Pret. lib. 4. interpr.
11. num. 113. inuenio etiam quod de illo conſilio
Caſtr. mentionem facit, ſed ad aliud propoſitum,
Crau. conſ. 268. col. 1. licèt ergo cõditio habeatur
pro impleta, qñ deficit facto aduerſarij, tñ ſi in ca-
ſum non ſequuti implementi teſtator aliud fecit le
gatũ, erit locus ſecundo legato, & peti poterit. Cõ
trarium aũt procedit, qñ nihil foret relictum ſub
contraria conditione, quia tunc cũ non aliter ſuc-
curſum ſit legatario, datur petitio legati: at vbi in
defectum conditionis, ſeu ſub contraria conditio-
ne teſtator facit aliud legatum, tunc caſu eueniẽn-
te licet ſecundum legatum etiam pinguius petere,
vt probatum eſt ſupra. & ratio eſt, quia prouiſio
21 † hominis, ceſſare facit prouiſionem legis, l. fi. C.
de pact. conuent. l. & habet, §. cum quis, & ibi glo,
ff. de precar. alios concordantes citat Salic. d. l. fin.
Soc. iun. in conſ. 120. nu. 200. vol. 1. Menoc. de re-
cup. poſſ. rem. 9. nu. 164. Ceph. conſ. 156. nu. 45. &
22 expreſſa † diſpoſitio facit ceſſare tacitam, l. cũ ex
filio, §. filio, ff. de vulg. & pup. Bero. conſi. 11. num.
21. vol. 2. vbi dicit, expreſſam hominis prouiſio-
nem tollere tacitam legis, & niſi ita intelligamus,
nunquam eſſet locus ſecundo legato facto ſub ea
conditione cõtraria, ſi non poſſet ſtare cum filijs.

Poſſet etiam rñderi, quòd petendo ſecundum
legatũ, uidetur primum petere, quod fuit transfu
ſum in ſecũdum, gl. Caſtr. & alij, in d. §. item ſi ita,
& probatur in d. l. cum ſine præfinitione, & d. l. ſi
penum. item uidetur idem eſſe cum primo, quia
eſt loco primi ſubrogatum, & primum legatum re
preſentat, l. ſi eũ, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis caut.

Quartò reſpondeo, quòd ubi per hæredem ſtat
quominus conditio impleatur, tunc primum lega
tum habetur pro non facto, & ſolum peti poteſt ſe
cundum, & vnicum uidetur eſſe legatum, d. l. 1. §.
item ſi ita, ubi Bar. Caſtr. & alij, in d. l. 1. ff. de penu
leg. ubi Bar. & alij, in d. l. cum ſine præfinitione, &
l. ſi penum. ergo tunc conditio haberi non poteſt
pro impleta quoad hoc, ut actio detur ad primũ,
& non ad ſecundum legatum.

Quintò rñdeo, ꝙ conditio habetur pro imple-
ta, ſi uelit is, cui legatum debetur: eſt enim hoc in-
ductum in ſuum fauorem. at ſecus ſi ipſe nolit uti
hoc fauore, poteſt enim illi renunciare, l. ſi quis in
23 conſcribendo, C. de pact. ne aliàs † redundet in o-
diũ, l. quod fauore, C. de legib. l. quod ob gratiã,
de reg. iu. in 6. D. Becius in conſil. 87. nu. 6. poteſt
ergo legataria eligere primum, uel ſecũdum lega-
tum. ita declarat in terminis Caſtr. in d. conſ. 167.
col. 2. uer. tunc eſt maius dubium: nã ſi uellet, ſed
ut uerũ fatear, ſi duo eſſent legata, ut dixi: non cre
derem eſſe locũ electioni; p ea, q̃ leguntur in d. l. 1.
de penu leg. d. l. 1. §. itẽ ſi ita, d. l. ſi penum, & alia iu
ra ſup. citata, ubi dicitur ultimũ tãtum peti poſſe.

Remouetur ex prædictis quartũ fundamẽtum,
quo dicitur, matrem agnouiſſe primũ legatum, qñ
recepit alimenta in domo unius ex filijs. Rñdeo
enim, ꝙ ſi unicũ extat legatum, non datur primũ,
aut ſm: ideo ſumendo à filio alimenta, non dici-
tur agnoſcere unum, uel alterum. poſſet autẽ pro-
cedere in caſu Cumani, ubi duo ſunt legata.

Secundò reſpondeo, ꝙ cum deficiat primum le
gatum

gatum factũ ſub vna conditione, & habeatur tunc pro nõ facto, & ſolum debeatur ſm, d.l.1.de penu leg.d.l.1.§.itẽ ſi ita, d.l.ſi penum, cũ ibi notat.non potuit primũ eligere, quod non erat debitum. & ſicuti deficiente conditione primi, nõ potuiſſet in iudicio illud primum petere, vti expreſsè dicitur in prædictis locis: ita non põt conſequi illud quod non eſt, cum nõ entis, nullæ ſint qualitates, l.eius, qui in Prouincia, ff.ſi cer.pet.& cum vnũ legatum transfundatur in ſequens, extinguitur primũ per transfuſionem. Perceptio igitur alimentorũ in domo vnius ex filiis, referri non põt ad exequutionẽ primi legati, quod fuit extinctũ, & quod nõ debebatur, ſed erit referenda ad ſm legatũ, qđ erat de-
24 bitũ, quia traditio † facta intelligitur ex p̃cedenti cauſa debiti, Bar. in l.triticũ, ff.de verb.obl.l.ſi ita fuero ſtipulatus, §.fi.n.3.ff. de nouat. hæc aũt ſunt ex abundanti, qnia hic vnicũ eſt legatum, nõ duo.

Eodẽ modo ſoluitur quintũ Cuma. argumentũ, tum quia hic vnicũ eſt legatũ, ita ꝙ non potuit legataria aliud cõſequi, & in ea nõ põt cadere cõſideratio, ꝙ non poſſit partem capere ex primo, & partẽ ex ſecundo: tum ẽt quia ſi duo eſſent legata, adhuc legataria non diceretur partẽ primi legati percepiſſe a filio, cũ quo habitauit, ſtãte quod primum non eſt debitum, ſed transfuſione extinctũ.

Poſtremò non obſtat, quòd teſtator apponendo conditionem, caſu quo nõ poſſet ſtare cum filiis, intellexerit qñ cũ neutro habitaret, quia hæc intelligẽtia eſt contra declarationẽ Ruy. in d.cõſ.8.nu.81.Rol.d.conſ.20.& conſ.89. Meno.d.cõſ. 170.nu.16.Ioſeph. Ludou.in deciſ.92.n.19. in 2. par.Simon, d.dubit.11.n.113. qui oẽs dicunt cõditionem intelligi collectiuè, & de ſimultanea, ac cõi omniũ filiorum habitatione, non ẽt diſtributiuè de ſingulari, & ſeparata. Præterea in caſu Cumæ. extabant aliqua verba id ſignificãtia, quia reliquit expreſsè pro vno ſeruiente alimenta, quæ tñ non erant neceſſaria, qñ habitaſſet cum vno ex filiis. item in conditione aderant verba illa bis prolata, caſu quo ſteterit ſeparatim a filiis, vt ĩ narratione facti videri põt. prior tñ ſolutio magis placet, quia ſi ẽt reliquiſſet expreſsè pro vna ſeruiente alimenta, nõ ex hoc deduceretur illa intelligẽtia, ex quo filius, qui matrẽ recepit in domũ, ſi debita matri præſtat ſeruitia, repetit nedũ alimẽta præſtita, ſed ẽt ſalarium ſeruientis. Rurſus pater loquendo de cõi habitatione matris, & filiorũ, non videtur cogitaſſe caſum diuiſionis: at ita caſum, ĩ quo mater ſeorſum habitaret ab oĩbus filiis. item ſi cõſiderauit caſum, quo mater ſeorſum ageret ab oĩbus filiis, non tñ ad illum ſe reſtrinxit, nec alios omnes noluit excludere. quare cõſtat, ni fallor, ex p̃miſſis, conſilium Cuma. non conuenire caſui noſtro, & omni caſu, non eſſe verum in ſuis terminis.

S V M M A R I V M.

1 *Mora non committitur ſine interpellatione.*
2 *Approbari poteſt quoad acquirendum exceptionem id, quod ſemel fuit reprobatum.*
3 *Approbari poteſt ad fauorem tertij, quod ſemel fuit impugnatum.*
4 *Pœna eſt actus annullatio.*
5 *Officio iudicis condicere poſſum rem meam, quæ ad te peruenit.*
6 *Condictio ob cauſam, datur ad repetendum legatum ſolutum, quando cauſa legati non eſt ſequuta.*
7 *Conditione deficiente actus habetur pro non facto.*
8 *Paria ſunt, non fieri, vel ſub conditione fieri, quæ nõ ſit purificata.*
9 *Conceſſum ſub vna conditione, cenſetur ademptum ſub contraria.*
10 *Approbari non poteſt, quod ſemel fuit reprobatum.*
11 *Iuramentum ſubire qui recuſauit, non poteſt iurare niſi volente aduerſario.*
12 *Conſenſus ſimultaneus requiritur ad eſſentiam contractus.*
13 *Paria ſunt, non fieri, vel inualide fieri.*
14 *Diſpoſitio refertur ad actum validum.*
15 *Facere promittens, tenetur taliter facere, quòd valeat de iure.*
16 *Ratificatione promiſſa, intelligendum eſt de valida.*
17. *Ratificatio fieri dẽt intra tp̃s, quo actus expediri põt. Et dum res eſt integra, & in eodem ſtatu. nu. 18.*
19 *Conditio, quæ ſemel deficit, non põt amplius impleri.*
20 *Conditionem ſemel fuiſſe impletam ſufficit licèt implementum non duret.*
21 *Oppoſitum id operatur in oppoſito, quod propoſitum in propoſito.*
22 *Recipiens literas, cenſetur eas approbare, ſi non contradicit.*
23 *Producens ſcripturam, fateri cenſetur omnia contenta eſſe vera.*
24 *Ratificare videtur, qui agit ex contractu.*
25 *Promittens alium ratificaturum, conſtituitur in mora ſine interpellatione.*
26 *Mora inducitur ex die tacita, ſicut per expreſſam.*
27. *Mora committitur ex ſolo implemento partis in contractibus vltro, citroq; obligatorijs.*
28 *Textus habens plures intellectus, non poteſt induci ad deciſionem cauſarum.*
29. *Priuatio non dicitur pœna, quando venit ex natura contractus.*
30. *Mora purgari non poteſt, quando oppoſitus eſt defectus implementi.*
31. *Emphyteuta non purgat moram poſt declaratam caducitatem.*
32 *Mora non purgatur poſt litis conteſtationem.*
33 *Mora purgatio non licet, lapſo biennio.*

CONSILIVM CLVII.

MAGNIFICVS Dominus Ioan. Paulus Iuſtinianus Genuenſis, creditor Benedicti de Benedictis, ceſſit nobil. Auguſtino Bacio Caſalenſi creditum prædictum, pro quo debitores ſcripſit hæredes quondam nob. Alberti Bacij, & certiorando de hac tranſlatione partitæ prædictum nob. Auguſtinum tranſmiſit ad eum literas huius tenoris, ſi hæredes quõdam Domini

Alberti

Alberti ratificabunt translationẽ partitæ,ero con-
tentus,ꝙ exigatis id,ꝙ mihi debet Benedictus, &
ita curabitis ꝙ fiat ratificatio,&c.interim nob.Au
guſtinus creditum exegit: interpellatus autẽ nob.
Bartholomæus frater vtrinque coniunctus & hæ-
res Alberti, dixit & proteſtatus eſt in iudicio, ſe
nolle ratam habere tranſlationem partitæ.qua de
claratione facta, & acceptata egit D. Iuſtinianus
contra nob.Auguſtinũ pro conſequutione crediti
per eum exacti:is verò multo poſt litem conteſta-
tam præſentat inſtrumentum ratificationis factæ
per Bartholomęum.contendit D.Iuſtinianus, nõ
prodeſſe ratificationẽ,attento quòd primus hęres
recuſauit ratificare,& quæſitum fuit quid iuris?

Prima quidem facie videtur dicendũ,quod D.
Iuſtinianus non poſſit agere, quia & ſi contractus
ceſſionis fuerit inter eum,& nob.Auguſtinum ce-
lebratus ſub cõditione ratificationis:tñ,quia con
ditio euenit per ratificationem ſubſequutam, ha-
bendus eſt pro puro,quia puri & purificati, idem
eſt iudicium,l.ſed & ſi de ſua,in fi.ff.de acq.hær.&
contractus a principio ſunt voluntatis,poſtea ve-
rò neceſſitatis,l.ſicut,C.de actio.& oblig.l.in com
modato,§.ſicut,ff.commod.l.quãuis, C.de trãſ.l.
de contractu,C.de reſcind. vend. & quamuis pri-
mo Bartholomæus recuſauerit ratificare, tñ hoc
non habet nocere nob.Auguſtino,ex pluribus.

Primò,q̃a nõ põt mora vel culpa aliqua impu-
tari nob.Auguſtino,ex quo nunquã interpellatus
fuit,vt curaret ratificari tranſlationẽ partitæ,& ſi-
1 ne interpellatione non committitur mora, †vel pę
na,l.ſi pęna,ff.qñ dies leg.ced.l.ſi q̃s filium, §.ſti-
pulatio, ff.de collat. bon.l.ſi ex legati cauſa, ff.de
verb.oblig.l.fideiuſſor obligari,§.fi.ff.de fideiuſſ.
& ante interpellationem non videtur ſtare ꝑ pro-
mittentẽ,quo minus faciat, ꝙ promiſit, l.1.§.non
exigit prætor,ff.vt in poſ.legat.Oldr.in conſ.242.
nu.4.& interpellationem requiri, vt conſtituatur
q̃s in mora,vel cõmittatur pęna,latè probat Dec.
in conſ.2.per totum,quem nonnulli ſunt ſequuti.

Secundò licèt quoad hoc,vt quæratur actio,nõ
poſſit approbari, ꝙ ſemel ſuit reprobatũ: tñ ſecus
2 eſt quoad acquirendum exceptionem,†quia eo ca
ſu valet approbatio,vt videtur tex.in l.quo enim,
§.1.ff.rem rat.hab.& ibi hoc voluit Bar.& idẽ Bar.
in l.diſpenſatorem,nu.2.ff.de ſolut.& in l.Pompo
nius,la ſeconda,nu. 11.ff.de neg.geſt.& in l.poſt le
gatum,nu.6.ff.de his,quib.vt indign.hic aũt ſuffi-
cit nob.Auguſtino quòd per ſubſequutam ratifi-
cationem liceat ſibi excipiendo, D. Iuſtinianũ re-
pellere ab repetitione crediti exacti,Ang.in l.pro-
curator,la ſeconda,§.1.ff.rem rat.hab.

Tertiò quamuis ad proprium commodum ac-
ceptati nõ poſſit ſemel impugnatũ, tñ id fieri põt
3 ad fauorem tertij, † vt videtur text. in dicta l.quo
enim,§.1.vbi qui promiſerat de rato ſub pęna, li-
beratur ſequuta ratificatione, ẽt ſi is qui ratifica-
uit primo contractũ impugnaſſet,& illum text.ita
intelligit Gloſ.& Bart.in dicta l.diſpenſatorem,in
ver.non puto,ff.de ſolut.& ibi etiã Caſt.nu.6.Fe-
der.Sen.in conſ.238.hoc verò caſu agitur ſolũ de
cõmodo nob.Auguſtini,& ideo ſatis videtur fuiſ-
ſe quòd aliquando ſequuta ſit ratificatio.

Nec dicatur ꝙ in dicto §.1.id procedat,q̃a aga-
tur de pęna vitanda, hic autem non de pœna tra-
ctetur, quia verũ eſt hoc quoque caſu tractari de
4 pęna,cũ agatur de annullatione actus,quæ † pęnã
continet,l.ad Senatus, ff.de contrab.emp.l.fi. ibi,
ne pœna præteritionis,C.de poſth.hære.inſt.Bar.
in l.ſanctio legum,ff.de pęn. Bar.Bal.Ale.& Iaſ.in
l.turpia,ff.de leg.1.Abb.& alij in cap.2.de conſtit.
Crot.in rub.ff.de ope.noui nunc.nu.14.in fine.

Quartò potuit nob.Auguſtinus curare ratifica
tionem, & ita quandocunque moram purgare,ex
quo ius partis non eſt effectum deterius,quia nũc
quoque æquè vt antea, poteſt Dominus Iuſtinia-
nus iura ſua exercere contra dictũ Bartholomęum
hæredem Domini Alberti, & in materia ratiha-
bitionis plurimum attẽditur intereſſe eius,qui ſti-
pulatus eſt rem ratam haberi, l.2.ff.rem rat.hab.
& vbi ius partis eſt illæſum, ſemper mora poteſt
purgari,l.ſi inſulam,ff.de verb.oblig.quia ſi ſtipu
lator agere noluerit ad pœnam,& replicare de mo
ra,obſtabit exceptio,tua non intereſt.

Sed iſtis non obſtãtibus concludo, nob.Augu
ſtinum teneri ad reſtituendum pecunias,quas exe
git a Benedicto de Benedictis, debitore Domini
Iuſtiniãni,quia ad eum peruenit pecunia Iuſtinia
5 ni ſoluta per eius debitorem,† vt eſt in ſpecie tex.
in l.ſi me & Titium, ff.ſi cer. pet. vbi quãuis nihil
inter te & me actum fuerit, ſi tamen pecunia mea
vel mihi debita ad te peruenit, poſſum illam a te
cõdicere, & illa lex fundatur ſuper generali æqui-
tate,ne quis cum alterius iactura locupletetur, vt
dicunt Hoſtien.& Io.And.in c.bonæ, de appellat.
Ale.in dicta l.ſi me & Titium, vbi ẽt Dec.nu.3.&
competit,ſecundum eos,quandocunque quis ha-
bet penes ſe rem meam, vel mihi obligatam, Pa-
riſ.conſ.131.nu.26.vol.4.Nat. in conſ.384.nu.7.
Præterea cogi poteſt nob. Auguſtinus ad reſtitu-
tionem dictarum pecuniarum per condictionem
6 ob † cauſam,vt eſt tex.in l.liberto,§.Lucius, ff.de
ann.leg. vbi a Ciuitate, quæ non obſeruet condi-
tiones a teſtatore appoſitas,repeti poteſt pecunia
legata tanquam ſoluta ob cauſam,quæ non eſt ſe-
quuta.ad idem eſt tex.in l.ſi hæres, ff.de cond. ob
cau.videtur etiam tex.in l.cum te,C.de pact.inter
emp.& vend.Bart.& Caſtr. in l.fin.ff.de cond.ob
cau.Ale.in conſ.102.nu.7.in fi.vol.1.Soc.in conſ.
83.nu.4.in fi.vol.3.eſt etiam tex.in l.ſi pecuniam,
in prin.ff.de cond.ob cau.& dicit Corn. in conſil.
74.nu.3.ver.& aliàs,vol.4.& in ver.ſequẽti,quod
etſi per traditionem rei dominium trãſferatur ex
contractu conditionali: tñ ſi conditio non eueniat,
poterit condici tanquam translatum ob cauſam
non ſequutam.& idem tenet Cagnol. in l.2. num.
172.in fi.C.de pact.inter empt.& vend.& hoc col
ligi poteſt ex verbis Bart.in l.ſub conditione, col.
vlt.ver.aduertatis,ff.de ſolut. & Bald.in l.contra-
ctus,num.15.C.de fide inſtr.fuit enim facta ceſſio
dicti

dicti crediti ſub conditione,ſi hęredes Domini Al
berti ratificaſſent.& hæc conditio deficit,quia re-
cuſauit nob. Bartholomæus hæres ratificare, &
7 ideo diſpoſitio† habetur pro non facto,l.pecuniã,
quam, ff.ſi cer.pet.vbi eſt text. de pecunia, quàm
quis eſt ſtipulatus ſub conditione, l.neceſſario,§.
quod ſi pendẽte,C.de per.& com.rei ven.l.ſi quis
fundum, ff.de contrah.emp.l.qui hæredi, §.Plau-
tius,vbi Bar.& Soc.ff. de cond.& demõ. Soc.iun.
in conſ.4.nu.16.& latius in conſ.165.nu.6.vol.2.
Pariſ.in conſ.8.n.25.vol.3.Dec. in conſ.485.nu.
4.& paria ſunt, quid non fieri,vel ſub conditione
8 fieri,quæ † non ſit purificata, vt dicit Ripa in cõſ.
81.nu.23.& ſemper deficiente conditione,deficit
diſpoſitio,Crau.in conſ.170.num.8.Tiraq. in l.ſi
vnquam, in ver.reuertatur,nu.277. C.de reuoc.
donat.Rol.in cõſ.58.nu.15.vol.3.Cæph.in conſ.
395.nu.20.ẽt ſi cõditio non ſit expreſſa,ſed tacita
& ſubintellecta,vt poſt Soc.iu.tenet Cęph.in cõſ.
9 56.nu.12.& conceſſum ſub vna † conditione,cen
ſetur ſub contraria conditione ademptũ, l.ſi lega-
tũ purè,ff.de adi.leg.l.aliquãdo,ff.de cõd.& dem.
l.quod purè,ff.qñ dies leg.ced.d.l.pecuniam,quã.
Ruy.in conſi.33.nu.3.& in conſ.170.nu.5.vol.3.
Natta in conſ.200.nu.5. Cæpba. in conſi.17.nu.
20.Deciſ.Ped.166.nu.4. cum igitur conditio de-
fecerit,repeti poterit creditum exactum.

Et ratificatio præſentata per nobilem Augnſti
num non releuat,quia Bartholomæus iam trãſla-
tionem partitæ reprobauerat, & proinde non po-
tuit mutato deinde propoſito illã ratam habere,
cũ diſplicere non debeat, quod ſemel placuit, c.ꝙ
ſemel,de reg.iu.in 6.& approbari nõ poſſit, quòd
10 ſemel fuit † impugnatum,l.diſpẽſatorem, vbi eſt
tex.not.ff.de ſolut.Bar.in d.l. Pomponius, nu.11.
& dicit Bal.in l.falſus,nu.23.C.de furt. quòd non
pôt dominus niſi in propriũ præiudicium appro-
bare geſta per procuratorem, quem antea reuoca
uerat,& ante eum hoc voluit Spec.in tit.de defen.
§.1.nu.1. & hoc multo magis procedit in contra-
ctibus,quibus per ſolam improbationem impedi-
tur natiuitas actionis: tunc enim non eſt licita ap-
probatio,vt inquit Bal.ĩ l.abſentis,nu.2.C. ſi cer.
pet.facit Iaſ.in l.licèt,nu.10.in 3.lim. C.de procur.
& hoc eſt certiſſimũ,qñ poſt improbationem ille,
11 qui actum geſſit,mutauit voluntatem,†quia tunc
ſubſequens ratificatio nibil releuat,niſi volẽte ad-
uerſario,vt eſt tex.in l.non erit,§.fi.iuncta l.ſeq.ff.
de iure iur. vbi qui iuramẽtum oblatum recuſauit
ſemel ſubire,non erit admittendus, ſi deinde velit
iurare, niſi qui ſemel obtulit de nouo conſentiat,
& per illum tex.dixit Ang.in cõſ.374.nu.4. quòd
qui ſemel recuſauit contrahere, non pôt pęnitẽtia
ductus contractum acceptare,niſi aduerſarius ve-
lit,& ipſe nouellum adhibere conſenſum, & eũ ſe-
quitur Crau.in cõſ.106. in fi. & ratio eſt, quia ad
perfectionem contractuum requiritur conſenſus
12 ſimultaneus,† l.1.ff.de pac.ita vt interuallũ vnius
diei vitiet ſtipulationem,l.ſi ex duobus,ff.de duo-
bus reis. per quam ita dixit gl.fi. in l.1.§.qui præ-
ſens,ff.de verb.oblig. vbi eam ſequuntur Docto-
res,præcipuè Iaſ.nu.9. & non ſufficiat, emptorem
acceptare venditionem altero die, ſi venditorẽ pę
nituit,vt voluit Alber. poſt Mart. Sillim.in d.l.nõ
erit,§.fi.& videtur de hoc tex. in c.licèt is,de pro-
cur.in 6.vbi dicitur,quòd procurator, q̃ ſemel di-
xit ſe nolle acceptare mandatũ, pôt illud nihilomi
nus ſuſcipere,quamdiu tñ mandãs perſiſtit in ea-
dem voluntate,& ita videtur ille tex.decidere,ꝙ ſi
mandans mutaſſet voluntatem, nõ potuiſſet pro-
curator acceptare mandatũ,& ita declarat ibi glo.
in verſ. quandiu , dicens quòd ſi dñs vel agendo,
vel alium conſtituendo, voluntatem mutet , aliud
erit.& gl.fi.ibi infert ad electum, qui poterit acce-
ptare,ſi eligentes perſeuerent in eadẽ voluntate,li
cèt prius recuſauerit. infert ẽt gl. quòd ſi in man-
dato dictũ ſit,conſtituo talẽ, etſi recuſauerit,con-
ſtituo Titiũ : tunc non erit locus pęnitentiæ , quia
ſtatim primo recuſante cenſetur mutata voluntas
& applicata ad ſecundo loco nominatum : & ideo
dixit ibi Io.Monac.quem gl.refert,ꝙ cum recuſat,
deſinit eſſe procurator: & qñ durante voluntate
acceptat mandatũ, dicitur onus reaſſumere, & ita
videtur nouus contractus celebrari inter mandan
tem, & mandatarium in tpe reaſſumptionis , non
aũt mandati.ita uoluit gl.fi. in c.ſi tibi abſenti, de
præb. in 6. quæ dicit, ꝙ abſens, cui fuerat collatũ
beneficium,licèt recuſauerit,pôt tñ illud accepta-
re, donec conferens permanet in eadẽ uoluntate,
& eã ſequitur ibi Io.And.declarantes tex. ibi, qui
loquitur ſolum in tacẽte,ut procedat ẽt in expreſ-
ſè recuſante, quãuis cõtrarium ibi tenuerit Arch.
hoc ẽt modo per prædictos tex.declarat Caſt.in l.
bonorũ,nu.5.& 6.ff.rem rat. hab. ubi dicit , quòd
ſemel recuſatum non pôt acceptari inuito eo , qui
actum geſſit, licèt eo durante in eadem uoluntate
poſſit.& ſubdit eſſe menti tenendũ,quia non tan-
gitur per Bart.apertius ẽt reſoluit Caſtr. in d.l.di-
ſpenſatorem,in fi.ubi diſtinguit hoc modo: aut ne
gocium non eſt perfectũ, ut quia pendet perfectio
ex uoluntate gerentis,& eius qui actum debet rati
ficare: & tũc licèt abſens a principio nõ acceptet,
pôt tñ mutare propoſitum,quouſque gerens actũ
permanet in eadem uoluntate,quia hoc caſu repe
ritur concurſus eiuſdem uolũtatis in idem: aut ne
gocium eſt perfectum,quia conſiſtit ex uoluntate
gerentis,& alterius cum quo erat geſtũ, & utriuſ-
que conuenit uoluntas , erat tñ in pendenti actio
ſeu acquiſitio quoad tertium , cuius nomine erat
geſtũ, & hoc caſu ſi ille tertius nult quod negociũ
efficiatur ſuũ , neceſſe eſt quod a principio ratifi-
cet: aliàs uerò cum ſemel a ſe abdicat reprobãdo,
non pôt amplius fieri ſuum.in propoſito igitur,ſi
capiamus primũ membrum huius diſtinctionis,
res erit clara, quia Dominus Iuſtinianus mutauit
uoluntatem , & ideo eo inuito non pôt Bartholo-
męus approbare tranſlationem partitæ ſemel im-
probatã: ſi uerò alterum attẽdamus, idẽ erit,quia
ſemel abdicauit a ſe negocium.attenta itaq; prio-
ri recuſatione , potuit Dominus Iuſtinianus uo-

luntatem

luntatem mutare, nec eo inuito licuit Bartholo-
mæo ratificare actum.

Quibus ſic, vt ſupra firmatis, non obſtat, quòd
conditio videatur eueniſſe, attenta ratificatione
ſubſequuta: quia reſpondeo, quòd talis ratifica-
tio non ſuſtinet contractum tanquam nulla inua-
lida, & facta per Bartholomæum tempore, quo nõ
poterat ratificare: quod enim nullum eſt, nullum
producit effectum, l.4.§.condemnatũ, vbi Docto-
res, ff.de re iudi.Rol.in conſ.49.num.29.vol.4. &
23 paria ſunt, non fuiſſe factam ratificationẽ, † vel fa
ctam fuiſſe inualidam, l.non putauit, §.nõ quęuis,
vbi Barto.ff.de bon.poſſeſ.contra tab.l.1.§.quod
autem, vbi Bal.ff.de offi.præfec.vrb.l.quotiẽs, vbi
Iaſ.ff.qui ſatiſda.cog.Neuiz.in conſ.7.num.15.&
24 ſemper † diſpoſitio refertur ad actũ validũ, Inno.
& Io.And.in c.dudũ, de decim. vbi Butr.dicit ali-
bi non reperiri, ſequuntur plures relati per Iaſ. in
conſi.1.nu.8.vol.1. qui dicit multum ſignandum,
Inno.in ca.3.de libel.oblat. vbi quod mentio mu-
tui intelligitur de valido, quod ſequitur Bart.in l.
2.nu.13.ff.de eden.& de inſtrumento loquens, idẽ
voluit Bart.in l.1.§.& parui, ff.quod vi, aut clam,
Rom.in conſi.42.nu.3. Ruy.conſ.78.nu.4.vol.4.
Cęphal.in conſ.370.nu.51. & verba diſpoſitionis
debent intelligi cum effectu, l.1. §.hæc verba, ff.
quod quiſq; iur.l.pen.§.pen.ff.ne quis eum, ca.fi.
vbi glo.de ſponſ.c.relatum, vbi gl.de cleri.non re-
ſiden.conſiderari enim debet effectus, & non cor-
tex verborũ, Bar.in l.3.C.de inſtit. & ſubſti. Dec.
in conſi.385.col.2.in fi.quia prævalet verbis, Inn.
in c.1.de bigam.Bar.in l.cotẽ ferro, §.q maximos,
ff.de publica.& cũ hęc ratificatio careat effectu, nõ
meretur ẽt nomen, Bald.in l.cum precibus, C.de
25 proba.& vbi quis aliquid promittit † facere, id ta
liter fieri debet, ꝙ valeat de iure, gl. in l.huiuſmo-
di, in prin.ff.de leg.1.& ibi not.Bar. Bald. Alex. &
Iaſ. Dec.in conſi.160.nu.5.ver.confirmatur, & in
conſ.77.nu.3.& in c.cum ſuper, n.4.de offi.deleg.
Cæph.in conſ.396.nu.21.& in terminis, ꝙ promiſ
26 ſio ratificationis † intelligatur de valida, & facta
legitimo tpe, voluit Bart.in l.ſi procurator, nu.3.
ff.de cond. indeb. quem ſequitur Horman. in l.4.
§.Cato, nu.372.ff. de verb.oblig. & ſicuti tpe fa-
ctæ huius ratificationis non potuiſſet fieri actus
principalis inter dominũ Iuſtinianum, & Baciũ,
pp mutationem voluntatis D.Iuſtiniani: ita non
potuit fieri ratificatio. debet enim interuenire tẽ-
27 pore, † quo actus poterat expediri, l.bonorũ, vbi
Bar.& alij, ff.rem rat.hab.l.vl.ff.quis ordo in bon.
poſſ.ſeru.l.1.in princ.ff.de appell.recip.Bart.in l.ſi
is, qui pro emptore, n.4.ff.de vſucap. Dec. & Ca-
gnol, in l.ſemper qui non prohibet, ff. de reg. iur.
Pariſ.in conſ.77.nu.38.& ſeq. vol.1. latiſſimè Ti-
raq.de retrac.conſang.§.1.glo.10.num.85.Deciſ.
Pedem.119.nu.23.facit Fely.ca.ex parte, col.3.de
reſcrip.& vt ratificatio ſit valida, dẽt fieri re manẽ
18 te in eodẽ † ſtatu, aliàs nullius eſt momenti, Bart.
in l.ſi vxor, §.ſi quis vxorem, ff.de adult. Deci. in
conſi.460.in fi.Neuiz.in conſ.15.num.19.Nat.in
conſ.315.nu.2.Rol.in conſi.78.nu.24.vol.3.& in
conſi.63.nu.53.uol.4.Cæph.in conſi.440.nu.46.
dicta Deciſ. Pedem.19. nu.24. Dominus Becius
in conſi.66.nu.24.ſed hæc non fuit facta, dum res
erat in eodem ſtatu, nẽpe durante uoluntate Do-
mini Iuſtiniani, ſed ea mutata, & ita deficiẽte vno
ex neceſſarijs extremis, nimirum itaque ſi non eſt
attendenda.

Secundò reſpondeo, quòd quidquid ſit in alijs
diſpoſitionibus, eſt firmiſſimum in iure, quòd cõ-
19 ditio, quę ſemel defecit, † non põt amplius imple
ri, quia quod ſemel repudiatũ eſt, reintegrari non
conceditur, ut dicit tex.in l.fi.C.de inſti.& ſubſti.
l.1.§.proinde, ff.ſi quid in frau. patro.l.pen. ff. de
cond.& dem. & hoc ẽt uoluit glo.magna in princ.
uerſi.uel fuit in mora, in l.1.C.de inſtit. & ſubſtit.
per quã inferunt ibi Doctores, ꝙ mulier cui fuit fa
ctũ legatum ſub conditione, ſi Titio nupſerit, pri-
uabitur legato, cũ primum interpellata recuſat il-
li nubere ob conditionis defectum, quamuis po-
ſtea pœnitentia ducta offerat ſe paratam illi nube
re, quod dicit no.Caſt.nu.4. ſubdens, ꝙ conditio,
quæ ſemel defecit, non põt reuiuiſcere. idẽ voluit
Fulg.ibi, & Ale.nu.1.& nu.10. uerſi. & in quantũ,
in prin. ubi refert Doctores dicere, quod illa glo.
eſt uera, Iaſ.nu.7.qui infert, ꝙ in cõditionibus im-
plendis non eſt licita purgatio moræ.hanc ẽt con-
cluſionem approbat Deci.nu.7.8. & 9. qui dicit,
ꝙ non purgatur ẽt incontinenti mora, & adducit
rõnem, quia conditionis implementum tendit ad
acquirendum actionem, & in fauorem actoris mo
ra purgari non põt, ſm Bar.in l.ſi inſulam, col.pe.
ff.de uerb.oblig.& dicit Ripa in d.l.ſi inſulam, nu.
315.quòd defectus conditionis remouet omnem
purgationem morę, & quod in diſpoſitione condi
tionali non ſit licita purgatio moræ, uoluit Bal.in
l.ſi ſuper poſſeſſione, in fi.C.de tranſac. & in c.du
dum, il ſecondo, num.8. de elect. Paris de Put. de
reint.feud.c.93.nu.35.& cum ſemel defecit cõdi-
tio, defecit ẽt diſpoſitio irreuocabiliter, ita quòd
non põt de cętero impleri, Bal.in l.totius, ff.de ex-
cu.tut.ubi dicit, ꝙ mulier, cui relictum fuit legatũ
ſub conditione, donec caſtè & honeſtè uixerit, ſi
ſemel committat adulterium, amittit legatum, ita
ut illud amplius non recuperet, quãuis poſtea in-
grediatur monaſterium, & cum ſequitur Bero.in
conſi.30.nu.2.uol.2.Soc.iun.conſ.57.n.3.uol.4.
propterea conditio ratificandi, quę ſemel defecit,
qũ hæres dixit, ſe aliquo modo nolle dictam parti
tæ tranſlationem ratam habere, non põt nunc im-
pleri, & ſicut ſufficit conditionem ſemel fuiſſe im-
20 pletam, ut locum habeat † diſpoſitio quamuis im
plementũ non duret, l.ſi quis hęredem, C.de inſti.
& ſubſt.l.in ſubſtitutione, ff.de uulg.l.hæredibus,
in prin.ff.ad Treb.l.quidam teſtamẽto, in fi.prin.
& l.rogo, ff.de fideicom.libc.Iaſ.latè in d.l.ſi quis
hæredem, nu.1.& in conſi.51.num.2.uol.3. Crot.
in conſi.4.nu.18.Neuiz. in conſi.31. nu.13. Alcia.
in conſi.177. nume.4. Caſſan. conſi.62. nume.11.
Gram.deciſ.96.num.102.Ruyn.conſi.89.num.9.
uol.4.

vol.4.Soc.iu.in conſ.29.nu.15.vol.4.Rol.cõſ.52.
nu.46.vol.2.& in conſ.56.nu.10.vol.3.ita vt deſi
ciat diſpoſitio, ſufficere debet conditionem ſemel
deſeciſſe, licèt defectus non duret, ſed purgetur:
21 idem enim operari † debet oppoſitum in oppoſi-
to,quod propoſitum in propoſito, l.fi. C.de ſent.
paſſ.Signor. in conſ.68.col.4. ſicut enim ſe habet
propoſitum in propoſito,ita oppoſitum in oppo-
ſito,vt dicit Ariſtot.quem refert Bald.in l.1.nu.4.
verſi.præterea ſiue ſit, C.quando lice.ab emp.di-
ſced.Pariſ.in conſ.25.nu.21.vol.2.Neuiz.in cõſi.
38.num.12.& in conſ.70.nu.24.Tiraq.de retrac.
conſang.§.12.gl.1.nu.16. Crau. in conſ.195.nu.6.
Et nõ mouet, quòd nob. Auguſtinus nõ fuerit
interpellatus ꝓ ratificatione partię,quia ẽt ſine in
terpellatione erat obligatus eã procurare: ex quo
enim acceptauit literas Dñi Iuſtiniani , in quibus
ei imponitur hoc onus curandi ratificationem, &
22 non contradixit, cenſetur approbare † oĩa in illis
contenta,vt voluit Bart. in dicta l.quo enim, §.1.
vbi dicit, ꝙ ſciẽtia ſi interueniat cum aliquo actu,
vt cum præſentatione literarum,tunc non impro-
bare eſt approbare, & idem dicit in l.ſi filiusfami-
lias,ff.ad Maced.Abb.in cle.1.de proc.Matheſi.in
not.23.vbi allegat Bar.in l.Publia,in fi.poſt gloſ.
ibi,ff.depoſ.& docet,quòd teſtes, quibus præſen-
tib.dabitur litera per nunciũ,habeant penes ſe co-
piam,& ſtent donec litera aperiatur,& inquit hũc
eſſe notabilẽ modum extorquendi confeſſionem,
& hoc dicit perpetuo notãdum, & menti tenendũ
Cæpol.cau.9.pone,quòd filius,Alc.in cõſ.78.nu.
1.vol.1.Fel.in proœmio decret.col.6.verſ.ſecũdus
caſus,Corn.in conſ.319.col.4.in fi.ver.ex quibus,
vol.3.Iaſ.in l.qua dotis,nu.91.& ſeq. ff.ſol. matr.
Soc.in conſ.291.n.13.vol.2.Dec.in cõſ.267.n.3.
Gozad.in conſ.67.n.6.vbi dicit,ꝙ literę acceptatę
obligant legentẽ,niſi ſtatim contradicat,Marſi. in
pract.crim.§.diligenter,nu.138.& latius in ſingu.
344.Pariſ.in conſ.47.nu.15.& in conſ.91.nu.2.&
3.vol.1.plures allegat Gabr.lib.1.com.opin.tit.de
pręſ.concl.2.nu.1.Menoc.in tract.de arbit.iud.ca
ſu 21.nu.1.& caſu 94.n.8.inducta ẽt fuit approba
tio contentorũ in dictis literis ex eo ꝙ nob.Augu-
23 ſtinus illas produxit,† & eis vſus eſt in Senatu,&
latè ponit Vant.in tit.quib.mod.ſen.null.def.poſ.
nu.103.in ptin. Tiraq.de conſtit. poſ.p.3.lim.30.
n.12.Crau.in conſ.73.n.14.Meno. in cõſ.23.nu.1.
Burſat.in cõſ.128.n.14. & ex quo vigore dictarũ
literarũ prædictus Auguſtinus exegit creditum a
Benedicto, cenſetur contẽta in literis approbaſſe,
24 q2 qui agit † ex cõtractu,illũ approbat, Bal.in cõſ.
34.n.1.vol.2.& in cõſ.14.vol.5. Dec.in conſ.297.
nu.2.Tiraq.d.lim.30.n.12. Bello.in cõſ.15.nu.11.
& ſtãte hoc præſuppoſito,ꝙ teneretur vigore lite-
rarum ratificationem procurare, nõ fuit opus ali-
qua interpellatione,quia q̃ promittit aliũ ratifica
turũ,videtur promittere curare,& facere:ideoq́ue
25 conſtituitur in mora † abſque interpellatione , vt
eſt deciſio Bal.in c.1.§.ad hæc, n.3.tit.hic finit lex
Feder.quę ſequitur Are.in conſ.142.col.4.verſ.ſi
verò fecit,Ale.in cõſ.157.n.2.& ſeq.vol.6.Ruy.in
conſ.42.n.26.vol.1.Pariſ.in conſ.109.n.25.vol.1.
Soc.iun.in cõſ.95.nu.6.vol.4.& cõem dicit Ripa
in l.4.§.Cato,nu.59. ff.de verb.obl. & magis cer-
tam Cran.in conſ.246.n.1.Cęph.in conſ.118.nu.
27.in quibus locis dicunt,talem promittentem te
neri hoc facere , cum primum poteſt : & videtur a
26 lege impoſita dies tacita,† quæ non minus conſti-
tuit debitorem in mora,ſicut dies expreſſa ab ho-
mine,l.continuus, §.item qui inſulam, ff.de verb.
oblig.gloſ.in l.ſi mota,ff.ſolu.matr.l.ſi inſulã , vbi
Doctores,pręcipuè Crot.num.4.ff.de verb.oblig.
Dec.d.conſ.2.col.pen.Iaſ.in l.2.num.35.C.de iu.
emph. Cra.in conſ.192.nu.17. ex quibus apparet
non eſſe attendendam opinionem Decij,cũ in con
trarium ſit communis.Secundò reſpondetur,ꝙ in
contractibus vltro,citroq; obligatorijs, qualis eſt
de quo ſit ſermo , ſtatim conſtituitur quis in mo-
27 ra,† cũ ſibi fuit per partem impletum, vt per Ale.
in l.quod te,col.5.ff.ſi cert.pet.per l.curabit,C.de
actio.empt. Natta in conſ.262. nu.19.
Nec multum mouet, quòd poſſit quis iam im-
probatum contractum approbare, ſaltem quoad
hoc , vt ſibi quæratur exceptio : quia reſpondeo ,
Bar.in hoc contradictores habere:contrariũ enim
tenuit Spec.in d.tit.de defenſ.§.1.Bal.ĩ d.l.falſus,
nu.20.in quibus locis negant poſſe fieri approba-
tionem poſt improbationem,præterquàm in præ-
iudicium approbantis,& ita tenet Caſt.in l.procu
rator,la ſeconda,nu.1.in fin.ff.rem rat.hab.vbi di-
cit,hanc opinionem eſſe veriorem.Secundò reſpõ
deo,contrarium poſſe procedere, quãdo durabat
voluntas eius,qui actum geſſerat , quia tunc pro-
pter concurſum conſenſus poterat inter eos oriri
actio & celebrari contractus.ſed aliud eſt,quando
gerens actum mutauit voluntatem,vt ſupra dictũ
eſt.Tertiò reſpondeo,illud non procedere in rati-
ficatione requiſita per uiam conditionis, quia fa-
cta ſemel recuſatione deficit conditio,quæ nõ po-
teſt de cętero reuiuiſcere, vt diximus ſupra in reſo
lutione prioris obiecti,& quando nobil. Auguſti-
nus ſemel recuſauit,deſijt res eſſe integra , & ideo
per ſubſequentem ratificationem non poteſt con-
ditio impleri,etiam ad effectum exceptionis quæ-
rendæ,vt optimè declarat Dec.in dicta l.1.nu.13.
in fi.C.de inſtit.& ſubſtitut.
Pariter non aduerſatur, quòd ſaltẽ in fauorem
tertij poſſit ratificari actus primo impugnatus, per
d.l.quo enim,§.1.ff.rem rat.habe.quia ex quo ille
tex.plures diuerſos,imò contrarios habet intelle-
28 ctus,non poteſt allegari ad deciſionem † cauſarũ,
Bar.in l.in ambiguo,ff.de reb.dub.Iaſ.in l.1.num.
21.ff.de tranſ. Deciſ.Pedem.22.nu.19. in d.enim
tex.§.1.l.quo enim,aliqui intelligunt,quod detur
exceptio creditori,qui ratum habuit aduerſus pro
curatorem,qui creditum exegit, & ſecundũ hunc
intellectum non facit illa lex ad propoſitum no-
ſtrum : alij vero,quod exceptio nõ datur credito-
ri, ſed debitori aduerſus creditorem petẽtem ſuũ
creditum , & ſecundum iſtum pariter nihil facit,

quia

quia potuit creditor, quo ad proprium præiudi-
cium ratificare exactionem iam impugnatã. alij ve
rò, quod detur exceptio procuratori, qui creditũ
exegit aduerſus debitorem exactum, qñ ageret ad
pęnam ſtipulatam, & ſm hunc ſenſum faceret con
tra D. Iuſtinianũ, & hos tres intellectus ponit glo.
ibi. ſed quartum addit Caſtr. in fi. vt ſcilicet detur
exceptio procuratori contra creditorem petẽtem
pecuniam exactam, per quam ex quo impugnauit
exactionem, repellatur a petitione crediti exacti,
& ſm hunc intellectum non obſtaret, ſed potius
hanc partem iuuaret. ſtantibus itaque diuerſis &
contrarijs opinionibus circa intellectum illius le-
gis, non eſt, quod pro deciſione adducatur. Rñde-
ri etiam poteſt, retento intellectu contrario, quòd
ideo ibi licita fuit acceptatio poſt improbationẽ,
quia durabat adhuc voluntas creditoris ſoluentis,
qui ex quo agebat ad pęnam contra procuratorẽ
exigentem, vtique videbatur perſeuerare in volun
tate, quod actus ſolutionis ratificaretur, & ideo
non mirum ſi datur exceptio: ſecus tñ eſt hoc ca-
ſu propter mutationem voluntatis. Tertiò rñderi
poteſt ideo ibi licuiſſe ratificare, quia tractabatur
de excludenda pœna, quæ eſt odioſa. ſed nos non
agere de pęna, ſed ſolum de defectu conditionis,
facit c. odia, de reg. iur. in 6. Nec verum eſt, quòd
hic de pœna agatur propter annullationem actus,
quia ob defectum conditionis non annullatur a-
ctus, ſed habetur pro non facto, vt dictum eſt ſu-
pra: & quod non eſt, non poteſt annullari, l. eius, q
in prouincia, ff. ſi cer. pet. & antequam conditio e-
xiſtat, nõ pertinet ad nos, l. ſi ita ſcriptum, §. ſi ſub
cõditione, in fi. ff. de leg. 2. & ita rñdet in ſimili Pa
riſ. in conſ. 8. n. 25. vol. 3. contraria procedunt, qñ
actus eſt purus, & contractus ex omni parte perfe
ctus: tunc enim ſi tractetur de eius annullatione,
erit pœna: ſed vbi perfectio totalis ipſius contra-
ctus pendet a futuro euentu conditionis, ſi ea defi
ciat, deficiet quoque diſpoſitio, non ob pœnam,
ſed ſecũdum naturam actus. facit, quòd dicit Bal.
in fortioribus terminis, in l. placet, n. 3. & in auth.
qui rem, nu. 4. C. de ſacroſ. eccleſ. vbi quod priua-
29 tio non dicitur pœna, † quando venit ex natura
contractus, ſequitur Butr. & Abb. in c. pen. de re-
lig. dom. Bello. in conſi. 54. nu. 10.

Poſtremò non obſtat, quod licuerit nob. Ang.
morã purgare, & procurare ratificationẽ. ad hoc
enim rñdeo primò non eſſe licitam purgationem
moræ in diſpoſitione conditionali, ſm glo. & alios
in d. l. 1. C. de inſt. & ſubſt. & alios ſupracitatos. Se
cundò non eſſe locum purgationi, poſtquã oppo-
30 ſitus eſt defectus implementi † non ſequuti, vt
per Caſt. in conſ. 70. col. 5. in fi. vol. 1. Alc. in conſ.
237. col. vlt. vol. 6. Crau. in conſ. 246. nu. 5. ver. ter
tio mora, & in conſ. 192. nu. 16. facit quod dicitur
de emphiteuta, qui licèt poſſit moram purgare ce
31 leri ſatisfactione, c. potuit, loca. tñ id facere † non
poteſt facta declaratione p dominũ, vt poſt Rom.
Alc. Cæpoll. & alios concludit Ripa in dicta l. ſi in
ſulam, nu. 38. Iaſ. in l. 2. nu. 79. C. de iure emph. &
in l. non ſolum, §. morte, num. 48. in fi. ff. de op. no.
nunc. Clar. de emp. q. 8. c. ſi. Tertiò, quia dies taci-
ta, a lege appoſita, vt ſupradictum eſt, ita impedit
purgari moram, ſicut expreſſa, Bar. d. l. ſi inſulam,
in quinta oppoſ. vbi Iaſ. nu. 18. idem Iaſ. in l. 2. nu.
73. ver. ego pro hac. Quartò, fuit iam biennio ela-
pſo conteſtata lis, & conteſtatio excludit purgatio
32 nem moræ, † ſiue factum ſit ius agentis deterius,
ſiue non: iſta enim deterioratio conſideratur ſo-
lum, qñ agitur de purgando moram ante conteſta
tionem, licèt forte poſt longum tempus: ſecus au-
tẽ poſt, vt per Doctores in d. l. ſi inſulam, vbi Iaſ.
nu. 8. & Ripa, nu. 16. Crot. num. 55. Poſtremò pur-
gari debet mora intra modicum tempus. & licèt
conſiſtat tempus in arbitrio Iudicis, vt per Meno.
de arbitr. caſu ſeptimo, nu. 13. Clar. d. quæſt. 8. in
33 fi. tamen Iudex non arbitrabitur de biennio, † vt
per Iaſ. in d. l. 2. n. 84. qui refert Anch. Dec. in cõſ.
138. col. 4. ver. nam ſecundum, Ripa, d. l. ſi inſulam,
nu. 36. & ante eos Bal. in conſi. 212. vol. 2. & dicit
idem Bal. in conſi. 250. vol. 3. tria concurrere de-
bere, vt poſſit purgari mora, quod lis non ſit con-
teſtata, quod fiat intra modicum tempus, & quod
ius aduerſarij factum nõ ſit deterius, quorum nul-
lum hic interuenit.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtes in teſtamẽto debẽt eſſe in cõſpectu teſtatoris. Etiam ſi notam haberent vocem teſtatoris, num. 2.*
3 *Lumen eſt neceſſarium, quando teſtamentum, vel contractus fit de nocte.*
4 *Teſtis dicitur falſus, qui dicit vidiſſe de nocte, licèt neque luceret luna, neque adeſſet lumen.*
5 *Teſtamentum conditum de nocte, eſt nullum.*
6 *Inſtrumentum celebratum de nocte, eſt ſuſpectum.*
7 *Luminaria tria requiruntur, quando teſtamentum, vel actus fit de nocte.*
8 *Sententia quando fertur de nocte, adeſſe debent tria luminaria. contra tamen, nu. 19.*
9 *Teſtamentũ nõ valet, quando teſtes non viderunt teſtatorem, etiam ſi habeat clauſulam codicillarem.*
10 *Teſtes ſeptẽ requiruntur ad probandũ ſubſtantiã teſtamenti, ſed duo ſufficiunt in probanda qualitate.*
11 *Teſtamentum fieri poteſt de nocte, ſicut de die.*
12 *Sententia ferri poteſt de nocte, partibus conſentientibus.*
13 *Lex vbi deficit, erubeſcimus.*
14 *Codicilli ſuſtinentur, licèt teſtes non videant teſtatorem.*
15 *Interpretatio fieri debet, per quam actus ſuſtineatur.*
16 *L. prima, §. tria lumina, ff. de vent. inſpicien. quomodo intelligatur.*
17 *Teſtes in contractibus non eſt neceſſe quòd videant teſtatorem. & ibi latè.*
18 *Bal. in c. 1. nu. 5. de fide inſtr. quomodo procedat.*
19 *Sententia de nocte ferri poteſt unico exiſtente lumine, contra Angelum.*
20 *Confeſſio probat codicillos, ſed non teſtamentum.*
21 *Teſtes in teſtamento debent eſſe rogati, ſecus in codicillis.*

CONSILIVM CLVIII.

TESTAMENTVM Dominici Bechi de Vico Triſlenguli, ditionis Caſtelleti, poſſet prima facie nullum videri, eo quod conditũ fuerit circa horam primam noctis, nec conſtat, aliqua lumina adfuiſſe: nam teſtes in teſtamento debent
1 † eſſe in conſpectu teſtatoris, l. ſi nõ ſpeciali, ibi, in conſpectu teſtatoris, & Doct. ibi, C. de teſtam. l. ſi vnus, ibi, coram teſtatore, C. eo. tit. Imo. & Abb. in c. 2. de conſuet. & nedum ipſi cognoſcere, & videre debent teſtatorẽ, ſed eos quoque teſtator cognoſcere debet, Raph. in d. l. ſi nõ ſpeciali, quem ſequitur Corn. conſi. 18. col. 1. vol. 3. in obſcuro aũt nõ poſſunt teſtes cognoſcere teſtatorẽ, vt inquit Bar. in l. non minorem, in fi. C. de tranſ. vbi ideo infert, ꝙ etſi cõtractus fieri poſſint de nocte, tñ adeſſe debent luminaria, & nox impedit agnitionem perſonę, vt probat gl. in l. ſi cum exceptione, §. in hac, ff. eo. quod met. cau. & teſtes teſtamentarij, qui propter obſcuritatem noctis nõ potuerunt videre, nõ probant, Bal. d. l. ſi non ſpeciali, in prin. vbi infert, quòd cęcus non poteſt eſſe teſtis in teſtõ, quia nõ poteſt videre teſtatorem, & ſequũtur Salic. Caſt. Alc. Iaſ. Rimin. Bened. de Plumb. & Cur. iun. in d. l. ſi non ſpeciali, & dicit Corn. in d. conſi. 18. col. 2. verſ. & ſolemnitates, quòd id requiritur ad euitandum fraudes, quæ plerumque in teſtamento committi ſolent: ideo decẽs eſt, ꝙ teſtes taliter adſint, ne poſſint decipi. & dicit Iaſ. in d. l. ſi non ſpeciali, nu. 5. quod teſtes debent oculata fide videre teſtatorem, aliàs fraus poſſet committi, Butig. in l. 1. in prin. nu. 48. ff. de verb. ob. vbi addit quòd teſtis nõ dicitur eſſe in cõſpectu teſtatoris, niſi eum videat, Duran. de arte teſtan. ti. 2. caut. 8. nu. 3. Clar. de teſta. q. 59. Ferd. Vaſq. in tract. de ſucceſ. creat. lib. 2, §. 13. requiſ. 9. nu. 1. & procedit, etiam ſi teſtis no-
2 tam haberet vocem † teſtatoris, & ita eſſet illi proximus, quod facile poſſet loquentem exaudire, quia nihiloſecius ſi quid intermedium prohibeat, vel impediat, ne teſtator ab eo conſpiciatur, ut ſi linteus ſit interpoſitus uel cortina, adhuc talis teſtis nõ probaret, vt cõcludit Cyn. in l. teſtium, C. de teſtib. & idẽ ipſe dicit in d. l. ſi nõ ſpeciali, ubi Alb. dicit fuiſse ideo Bononiæ caſsatũ teſtamẽtum, quia poſset aliquis uocẽ teſtatoris effingere. & ſubdit Cyn. cognouiſse quendã ita feliciter ſimulantem uocẽ mariti, vt eius ẽt vxorem poſset decipere, ſequuntur oẽs ibi cõiter, ut dicit Iaſ. num. 7. Rimin. nu. 3. Pariſ. in conſil. 33. nu. 3. uol. 2. Vaſq. d. §. 13. nu. 2. Clar. d. q. 59. ubi recitat egregiũ uxoris commentum. & in tantum teſtes uidere debent teſtatorem, quod etſi de nocte fieri poſſit teſtamentũ uel
3 contractus, tñ requiritur † lumen, ut agnoſcãt contrahentes, & teſtatorem, ut dicit Ang. in l. non minorem, C. de tranſac. ſequitur ibi Curt. iun. nu. 7. dicens, quòd alias actus factus in obſcuro, non ualeret propter defectum probationum, Iaſ. num. 4, ubi citat Bald. in tit. de emend. Iuſtin. Cod. dicere, quod teſtium fides vacillat propter noctis obſcuritatẽ. & hæc ſolemnitas, quod teſtes videant teſtatorem, & ab eo videantur, eſt inducta pro forma ad validitatẽ teſtamenti ea rõne, vt euitentur fraudes, & falſitates, quæ poſſent cõmitti ſupponendo aliũ, ꝙ ſimulat vocem teſtatoris, ideo adimpleri debet ſpecifice, vt cõprobat Pariſ. d. cõſ. 33. n. 2. & 4.

Cõprobatur ex his, quę ponit Bal. in l. Arethuſa, ff. de ſtatu homi. vbi inquit audiuiſſe a ſuis pręceptoribus, ſicuti Oldr. defendit quendam accuſa-
4 tum de homicidio, arguendo de falſo teſtes, † qui depoſuerant eũ vidiſſe occidentem de nocte, cum tamen luna non luceret, nec adeſſet lumen: quia, natura teſte, homines non vidert de nocte. idem referunt Bald. & Ang. in d. l. ſi cum exceptione, §. in hac, ff. quod met. cau. Bald. in c. 1. §. porrò, quę fuit pri. cau. benef. alios plures citat Iaſ. in conſil. 50. vol. 3. & in d. l. non minorem, nume. 4. vbi Curt. iun. nu. 7. & in terminis, quod teſtamentum
5 † de nocte ſit nullum, voluit Iaſ. in d. conſi. 50. per totum, vbi id cõfirmat plurib. rationibus, & idem conſuluit Dec. in conſi. 354. in primo dubio, Duran. de arte teſtan. ti. 2. caut. 8. num. 3. vbi dicit, teſtamẽtum nocturno tempore factum non valere, Decia. in conſi. 65. num. 20, vol. 2. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 2. ti. 8. num. 3. & eſt perpetuum in quocunque inſtrumento celebrato de nocte,
6 quia † redditur ſuſpectum, vt inquit Bal. in cap. 1. nu. 5. de fide inſtr, vbi monet notarios uti caueant a confectione inſtrumẽtorum nocturno tempore: nam etſi valida ſint, tamen redduntur ſuſpecta, Iaſ. d. conſi. 50. col. 2. in princ. & in d. l. non minorem, nu. 2. Dec. c. conſuluit, num. 5. de offi. deleg. quinimò non ſufficeret, ſi conſtaret lumen aliquod interfuiſſe, niſi tria lumina forent accenſa, per text. in l. 1. §. tria lumina, ff. de vẽt. inſpicien. ſi enim vbi
7 dubitatur de ſubiectione partus, tria adeſſe † debent lumina, vt ibi dicitur: certè tria erunt adhibẽda, quando dubitatur de falſitate, ſimulatione, vel dolo in teſtatore, in quo pariter vna perſona poteſt ad teſtandum ſupponi pro alia, quod ſi in contractibus tria lumina requirontur, vti vult Bar. in d. l. non minorem, C. de tranſ. dum allegat d. §. tria lumina. multo magis erunt neceſsaria in teſtamentis, in quibus agitur de maiori periculo, & maior verſatur falſitatis ſuſpicio, l. iubemus, C. de teſta. l. fi. C. de fideic. ita conſiderat Iaſ. d. conſi. 50. col. 1. Videmus etiam, quod in ſententia licèt aliquando ferri poſſit de nocte, adeſſe tamen debent tria lu-
8 mina, † vt cõcludit Ang. in §. omnis, Inſt. de verb. obl. nu. 8. per d. §. tria lumina, & ſubdit ſe practicaſse. idem dicit Viuius com. opin. lib. 2. opi. 248. col. 2. & in indiuiduo de teſtamento ponit Duran. d. caut. 8. nu. 3. dicens, vt teſtamentum nocte conditum ualeat, remedium eſse quod tria adhibeantur lumina. idem dicunt apoſt. ad Matheſil. no. 24. quæ vel id ferè totum mutuata ſunt a Duran. uel ab eis Duran. eſt mutuatus. idem enim uterque ferè formalibus uerbis dicit. idem tenuit Decianus in d. conſi. 65. num. 20. volum. 2.

Nec

8 Nec dicatur, quòd in teſtõ legitur illud ſactum
circa primã horam noctis, & ꝙ ideo põt eſſe quòd
non tãta eſſet obſcuritas, quæ poſſet uiſum teſtato
ris impedire, ſtãte natura illius dictionis, circa; q a
rñdet ad hoc Dec. d. conſ. 354. col. 2. nam ſi factũ
eſt circa primam horam noctis, ergo de nocte, &
intelligitur nox, quando ſunt tenebræ ita, vt homo
videri non poſſit, Ang. in l. r. C. de cuſtod. re.

Accedunt duo, quæ in propoſito conſiderat De
cian. d. conſi. 65. primum, quòd tanta non ſuberat
neceſſitas ordinandi teſtamentum de nocte, quæ
non permitteret differri in craſtinum, ſuperuixit
enim teſtator ferè tota ſubſequẽti die. Item teſtes
aliqui ſunt affines mulieris, quæ fuit in teſtamento
adhibita, id quod mouet nonnihil ſuſpicionis, vt
per eum, qui loquitur de notario.

Et nõ obſtat clauſula codicillaris poſita in teſta
mẽto, quæ operatur vt ſuſtineatur in vim codicil-
lorũ, in quib. non eſt neceſſe quòd teſtes ſint in cõ
ſpectu teſtatoris, vel illũ videant, ut voluit Mathe-
9 ſil. not. 24. quia rñdeo † Matheſil. malè loqui, & cũ
reprehendi a Dec. in d. conſ. 354. n. 3. ver. ideo ſup
plendo ad prædicta, quia quod dicitur in teſtamẽ-
to, locũ habet in codicillis, l. 2. ff. de leg. 1. l. Diuus,
§. pen. ff. de iure codicill. & ſcripta in codicillis, vi-
dentur ſcripta in teſtamento, l. 2. §. codicillorũ, ff.
de iure codicill. & diſpoſita a lege circa teſtamen-
ta, ſeruari dñt in codicillis, vt probatur in l. hac cõ
ſultiſſima, ver. quæ in eundem modũ, C. qui teſt. fa
cere poſſ. & in codicillis militat ea ſuſpicio fraudis
& ſubiectionis, quæ verſatur in teſtamento, ideo
eadem adhiberi debet prouiſio, ita Dec. in loco p̃-
dicto. & dicit Iaſ. in d. l. ſi non ſpeciali, nu. 8. ſe du-
bitare de illo dicto Matheſilani, & contra eũ incli-
nare videtur Crau. in rub. ff. de leg. 1. n. 40. & hanc
opin. latè cõprobãs tenet Corn. de quo Dec. non
meminit, in d. conſ. 18. col. 2. verſi. ſed quid in alijs,
vol. 2. & dicit Duran. d. cau. 8. boneſtati & iuri cõ
gruere, ꝙ notarius & teſtes videãt teſtatorẽ, & idẽ
ad verbum dicunt apoſtil. ad Matheſil. d. not. 124.

Prædictis tñ non aduerſantibus, arbitror iuſtio-
rẽ eſſe cauſam Margaritæ vxoris dicti Dominici,
quæ fuit a viro inſtituta hæres, & ꝙ teſtamentũ ſit
validũ, & ſolẽne, potueritq; ordinari & fieri de no
cte cũ uno lumine, prout dicta Margarita præſup-
ponit, ſe probaturã id, ꝙ fieri poterit per duos te-
10 ſtes tantũ, q a hæc † eſt cõis diſtinctio, quòd duo te
ſtes ſufficiant ad probandũ teſtamenti accidentia,
& qualitates, ſed ſeptem omnino ad probandum
ſubſtantiá, glo. in l. hæredes palã, §. ſi quid poſt, ff.
de teſt. ubi Bar. n. 4. idem in l. 1. n. 2. C. de codicill.
Bal. in l. q̃uis, n. 1. vbi Sal. n. 4. C. de impub. Sal. in
l. precibus, nu. 7. C. eo. tit. Are. in l. ideoque, in fi. ff.
de lib. & poſthum. Soc. in l. 1. n. 38. ff. de vulg. Cor
ne. in conſ. 174. n. 13. vol. 2. Pariſ. in conſ. 34. n. 36.
conſ. 94. n. 46. vol. 2. Cur. iun. conſ. 56. n. 10. Bero.
conſ. 127. n. 1. vol. 2. Crot. in trac. teſt. nu. 226. vbi
11 inſeruñt ad plura. & moueor in primis, q a † teſta-
menta fieri poſſunt de nocte, ſicut de die, l. ad te-
ſtium, §. poſſe, ff. de teſt. Bar. in l. nõ minorem, n. 2.
C. de tranſact. vbi dicit, quòd actus voluntarij fie-
ri poſſunt de nocte, ſicut de die, & nu. 1. dicit ꝙ tan-
tum valet actus de nocte, quantũ de die, & ibi poſt
alios dicit Iaſ. quòd actus q ſolo fiunt cõſenſu, ita
valent facti de nocte, ſicut facti de die, & Doct. ibi
ponunt exemplum in tranſactione, & in teſtamen
to. idem voluit Dec. in conſ. 354. in prin. & in c. cõ
ſuluit, n. 5. de off. deleg. vbi dicit quòd generaliter
oĩa fieri poſſunt de nocte, quæ non ſunt in ſpecie
p̃hibita, & ſatis dicitur factum de die, qñ aliquid
factum eſt de nocte, vt ibi per eum, qui poſt Bald.
Caſt. & alios dicit non eſſe falſum notariũ, qui in
inſtrumento facto de nocte dixit, actum tali die:
quia vbi dies artificialis in ſpecie non requiritur,
actũ de nocte, dicitur factũ de die, & idẽ dicit Cur.
iun. ibi, nu. 11. & plures alij, quos citat Tiraq. de re
tract. conſang. §. 1. gl. 11. nu. 8. & ideo Dec. in loco
proximè citato infert ad omnes contractus, ad te-
ſtamenta, ad laudum arbitratoris, ad collationem
beneficij. cum igitur teſtamentum fieri poſſit de
nocte, non poteſt dici nullum, ſi tria non ſint adhi-
bita luminaria, ſed ſufficit quòd tantũ lucis exta-
ret, quantum requiritur, vt teſtes poſſent perſonã
teſtatoris agnoſcere, & a teſtatore videri.

Secundò videmus, quòd etſi ſententia ferri nõ
12 poſſit de nocte, † & lata non valeat, vt per gl. Bar.
Bal. Alber. Ang. Caſtr. Ale. Iaſ. & alios in d. l. non
minorem, gl. & Doctores in l. more, ff. de ferijs, cũ
ſimilib. tamen ſi partes conſentiant, ferri poterit
nocturno tempore, & valebit, Cyn. in d. l. non mi-
norẽ, in fi. & ſequuntur omnes Doct. ibi, quinimo
non requiritur expreſſus conſenſus, ſed ſufficit ta-
citus: quia ſi partes ſint præſentes, & non contradi
cant, habentur pro conſentientibus, & ſententia
ſuſtinetur, ſecundum Salic. & Ale. in d. l. non mino
rem, ſequitur Iaſ. nu. 3. Cur. iun. nu. 20. & idem vo
luerunt Io. And. in Nou. Butr. Imola, & Abb. in d.
c. conſuluit. quare idem dicendum eſt in teſtamen
to, quod pendet a ſola teſtatoris uoluntate: & tan-
tum poteſt teſtator in rebus ſuis, quantum partes
concorditer contrahendo, vt probatur ex not. in
l. nemo poteſt, ff. de leg. 1.

Tertiò moueor, quia quòd teſtamentum factũ
ſit de nocte potius quàm de die, conſideratur ſo-
lum ad effectum, vt ſciri poſſit, an teſtes cognoue-
rint teſtatorem, prout tenentur. ita declarat Dec.
d. conſi. 354. num. 2. ver. & iſta obſcuritas, & nu. 4.
ver. & dato, quod eodem modo cõſiderat Iaſ. in d.
conſ. 50. & Bar. in d. l. non minorem, in fi. dũ vult,
quòd adſint luminaria, quando actus ſit de nocte.
reddit rationem, quia teſtes debent videre partes,
& non bene poſſunt diſcernere in obſcuritate, &
ita vult quod ratione obſcuritatis, & ad eã tollen-
dam adhibeãtur luminaria, & clarum eſt quod ad
ſubſtantiam & validitatem actus non requiruntur
lumina, ſed ad probationem, vt probat Gallia u. in
l. 1. in prin. nu. 46. ff. de verb. obl. ideo modo teſtes
viderint teſtatorẽ, nec obſcuritas conſpectũ prohi
beat, ſat eſt, nec refert ꝙ vnicũ adfuerit lumen, vel
plura adhibita ſint: quia dũ ſequatur effectus, non

curamus de modo,l.3.C.de inſtit.& ſubſt.& dicit
Gallia. in d.l. t. n.48.ꝙ ſufficit ſubſtãtialia actus in
teruenïſſe,quomodo aũt teſtes viderint,modo vi-
derint,nõ eſt curãdũ.& dicit ibi Ripa,n.50.ꝙ lumĩ
naria nõ requirũtur ad ſubſtãtiã actus,ſed ad pro-
bationẽ, vt teſtes poſſinr cognoſcere partes: ideo
ſm eum in contractibus non ſunt neceſſaria lumi-
naria, qñ aliter teſtes cognoſcunt contrahentes.

Quartò in materia ordinãdi teſtamẽti nulla eſt
lex,quæ dicat,tria luminatia requiri ad eius validi
13 tatẽ:ergo id nõ debet ſeruari,q̃a erubeſcimus† cũ
ſine lege loquimur,l.illã,C.de collat.& ꝙ expreſsè
ſancitũ nõ repetitur, nõ eſt ſuperſtitioſis inuẽtio-
nib. ꝓſumẽdũ,c.cõſuluiſti,2.q.5. Arch.in proœm.
ſexti,in ver.ſacroſanctę,col.pen.in fi.& qui ius al-
legat,tenetur ꝓbare, Bal.in conſ.340.in fi.vol.3.
alios citat D.Becius in conſ.35.nu.4.facit ꝙ in ſi-
mili dicit Anch.in conſ.223.in fi.ibi, tu qui dicis,
da mihi textũ,vel Doctorẽ.& non eſt veriſimile,ꝙ
id foret omiſſum a lege, ſi ad ſubſtantiam fuiſſet
neceſſariũ. & cũ de iure tria luminaria regulariter
non requirãtur,qui vult dicere, quod hoc caſu ſit
ſpeciale in teſtamentis,quæ nocte celebrantur,te-
netur probare,alias ſtandũ eſt regulę,l.omnis diffi
nitio,ff.de reg.iu.cũ alijs apud D.Becium in conſ.
93.nu.12.& nõ ſunt multiplicãda ſpecialia, l.1.cũ
ibi not.C.de dot.promiſſ. Crau.conſil.289.col.5.
Natta conſ.298.n.7.Tiraq. de cõſt.ampl.26.n.8.

Quintò iura ponunt in diuerſis locis formã ſer-
uãdã in teſtamẽtis ordinãdis,vt videmus in l.hære
des palã, ff.de teſt.& in plurib. alijs legibus eiuſdẽ
tit.& in l.hac cõſultiſſima,§.ꝑ nũcupationẽ,C.eo.
in §.ſi q̃s aũt,Inſt.de teſt.ord.hęc aũt ſolẽnitas, ꝙ
de nocte adhiberi debeãt tria luminaria,nõ reperi
tur poſita in dictis iuribus,in quibus leguntur oĩa
neceſſaria: ergo fatendũ eſt, eã nõ requiri ad vali-
ditatẽ teſtamẽti,q̃a ꝙ in lege nõ cauetur,in practi
ca nõ habetur,vt dicit Bal.in c.nihil,circa fi.de ele
ctio.& in ſimili ita arguit Imola in l.2.§.idem La-
beo,col.2.de aq.plu.arc.Iaſ.& Rimin.in d.l.ſi nõ
ſpeciali,Butig.in l.1.in prin.nu.56.ff.de ver.obl.

Sextò vbi omnia prædicta ceſſarẽt,ſuſtineretur
diſpoſitio dicti Dominici ex alio,q̃a cõtinet clau-
ſulã codicillarẽ: & ideo ſi non poſſet valere vti te-
ſtamentũ,valebit iure codicillorũ.in codicillis aũt
14 nõ requiritur ꝙ teſtes† videãt teſtatorẽ,vel a teſta
tore uideãtur:ſed eſt ſpeciale in teſtamẽto, vti ꝓ-
bat Matheſil.in not.124. vbi idẽ dicit in donatio-
ne cauſa mortis, ſequitur Ale.in d.l.ſi nõ ſpeciali,
n.6.in fi.ver.de materia.quia ſm eũ,non reperitur
tex.qui excepto teſtõ cõtrariũ dicat,Iaſ.n.7.vbi di
cit eſſe ſingularẽ limitationẽ,& multũ notãdã ꝑꝑ
codicillarẽ clauſulã,quę ſolet apponi in teſtamen-
tis.& licèt dubitet,tñ dicit,ꝙ hęc ſnĩa ſeruaretur in
practica,quia ad eã diẽ nõ erat cõtradictor,ſequi-
tur Rim.n.3.in fi.ver.& ꝑꝑ hoc,vbi dicit ꝙ in co-
dicillis,& donatione cauſa mortis, idem ſeruatur
ꝙ in cõtractibus,quia nõ reperitur expreſsè ꝓhibi
tũ,& ꝓbationes nõ ſũt anguſtãdę,l.1.ff. de teſtib.
& ſubdit ꝙ fuit de mẽte Imolę ĩ d.§.idẽ Labeo,dũ
dixit,ꝙ excepto teſtõ nõ reperitur iure cautũ,ꝙ te
ſtes debeãt eſſe in cõſpectu cõtrahẽtium, Vaſq.d.
trac.de ſucceſſ.creat.li.2.§.13.ĩ reg.9. n.6.& 7.vbi
n.10.dicit idẽ eſſe ĩ teſtõ, ꝙ cõtineat clauſulã codĩ
cillarẽ,quia ſuſtinetur, licèt teſtes non videant te-
ſtatorẽ.ꝙ ſi neceſſe nõ eſt teſtes in cõſpectu teſta
toris vel cũ videre,multo minus erit neceſſe ꝙ tria
adſint lumina,ſed ſat erit vnũ extare in loco,cuius
luce tollatur noctis obſcuritas,& tenebræ fugẽtur,
& teſtes poſſint teſtatoris perſonã diſcernere.

Poſtremò ita licet arguere,ſi teſtamentũ fuiſſet
conditũ eo tꝑe ꝙ mediũ eſt poſt ſolis occaſum &
noctis obſcuritatẽ, certè factum diceretur de die,
nec lumina forent neceſſaria,quia in dubio accipe
re debemus benigniorẽ partẽ qñ dubitatur, an ſit
nox,vel dies ſm Io.And.in c.ſi perfodiẽs,de hom.
vbi Anch.Card.Butr.& Abb.ſequuntur,Natta in
conſ.459.n.8.ſi igitur ſine lumine eo tꝑe ordina-
tum ſuſtineretur teſtamentũ, q̃uis nec tanta eſſet
claritas,quanta de die; nec tanta obſcuritas quan
ta de nocte,& in dubio iudicatur de die,vt teſtamẽ
tum ſuſtineatur,Dec.d.conſ.354.col.2. eodẽ mo-
do ſuſtineri debet,qñ conſtat lumen vnum adfuiſ-
15 ſe,quia in dubio fieri debet interpretatio, † per q̃
ſuſtineatur actus,& nõ pereat,l.quoties,ff.de reb.
dub.Alciat.in tract.præſump.reg.3.præſ.34.nu.1.
& ſeq.& ſumi debet interpretatio,per quam teſta
mentum ſuſtinetur, l.in teſtamentis,ff.de reg.iur.
Rol.conſ.30.in fi.vol.3. Cæphal.in conſi.294.nu.
44.Alba in conſ.85.nu.11.

Non obſtat igitur, quòd teſtes inducti ad pro-
bationem teſtamenti debeant vidiſſe teſtatorem,
quia hoc nõ eſt in cõtrouerſia,nec negatur a Mar-
garita hærede,ſed dicit ſufficere ꝙ teſtes viderint,
& cognouerint,vnico exiſtente lumine in camera,
vbi teſtator languens iacebat: non autem fore ne-
ceſſaria tria luminaria, quia hoc iure cautum non
reperitur:& quomodocunque teſtes uiderint, dũ-
modò viderint, ſatisfactum eſt legi requirenti, ꝙ
teſtes ſint in conſpectu teſtatoris.

Minus mouet id,ꝙ voluerũt Iaſ.d.cõſ.50.Dec.
& alij, qui tenent nõ valere teſtamentũ nocturno
tꝑe ordinatũ,quia Iaſ.& Dec. nõ dñt ꝙ tria requi
rantur lumina,ſed ſimpliciter dñt nõ valere teſta-
mentũ nocte cõditũ ſine lumine,& hoc eſt indubi-
tatũ.in pręſenti aũt caſu,nõ omnino deficit lumẽ,
ſed vnũ extabat,ꝙ tantum præbebat ſplendorem,
quantus erat neceſſarius ad diſcernendũ perſonas
exiſtentes in ea camera ſeu conclaui,& ideo cautè
Ang.in l.non minorem,loquitur de lumine in ſin-
gulari numero. Duran. aũt & apoſt.ad Matheſ.d.
ſing.124.non loquũtur de neceſſitate iuris,ſed cõ
ſulendo monẽt,ꝙ tria luminaria adhibeãtur,conſi
lium autem non obligat, & non dñt ꝙ ſi pauciora
ſint lumina, actus ſit nullus, ſed conſuluit ad tollẽ
dum omnem dubitationem,ꝙ tria extent lumina.

Textus verò in d.§.tria lumina,quo mouentur
omnes Doctores ad dicendum, quòd non habet
16 actus celebrari ſine lumine, † continet ſpecialem
in eo caſu diſpoſitionem propter magnum præiu-
dicium,

dicium, & propter rationem aſſignatã ibi in text.
ita reſpõdet Galliaula in d.l.1.in prin.nu.48.ff.de
verb.obl. ideo non debet trahi in conſequentiam,
l.ius ſingulare,ff.de legib.

Secundò,ꝙ ille text.continet ſingularẽ diſpoſi-
tionem,& minimè trahendã ad alios caſus,proba
tur,quia indiſtinctè requirit in conclaui tria lumi-
na,ſiue in die,ſiue noctu res agatur;& tñ neque in
contractibus,neque in vltimis voluntatibus dixe-
rit quiſquam ſanæ mentis tria lumina requiri, ſi
expediatur actus de die: ſicuti igitur diurno tpe
forma illius legis non recipitur,ita nec debet ſerua
ri tpe nocturno,& nõ mouet ꝙ ſi id fit in eo caſu,
eadem ratione fieri debet in teſtõ,quia in teſtamẽ
to non eſt tanta fraudis ſuſpicio,quanta in ventre
inſpiciendo,id ꝙ probatur, quia ſi teſtamẽtum fit
de die,non requiruntur lumina,ut requiruntur in
ventris inſpectione. Item non ita facilè ſupponi po
teſt vna perſona ad teſtandũ pro alia,ſicuti ſubijci
poteſt partus. Præterea lumẽ in teſtamento requi-
ritur ad effectum ut teſtes videant teſtatorem,ſed
modicũ lumen ſufficit ad perſonã teſtatoris agno-
ſcendam,& ſat eſt eã claritatem interfuiſſe,quę ad
hoc erat neceſſaria,pro quo facit,ꝙ vbi tanta ſupe
reſt claritas,qua diſcerni poteſt homo ab homine,
tempus illud iudicatur eſſe de die, c.ſi perfodiens,
de homic. Bal.in l.vnica,C.de emend.Iuſtin. cod.
vbi dicit quòd non dicitur nox,qñ non eſt obſcuri
tas,Dec.d.c.354.col.2.Nat.in conſi.469.nu.8.

Parum ẽt mouet doctrina Bar.in d.l.non mino
rem,dum vult in contractibus,qui nocturno tpe
fiunt, lumina requiri, quia ideo requirit vt teſtes
poſſint agnoſcere contrahentes:quomodocunque
autem agnoſcant,dummodo agnoſcant, nihil re-
fert.ita rñdet Galliaula loco pr̨edicto,n.48:qui tñ
per modum cõſilij laudat lumina adhiberi ad ma-
iorem cantelã, q̃uis non ſint neceſſaria, ita quoq;
reſoluit Ripa ibi,nu.50.qui ambo pro confirma-
17 tione adducunt id,quod † voluit gl.in l.2.§.idem
Labeo,in ver.audierint,ff.de aqua pluu.arcen.vbi
vult ꝙ in contractibus non ſit neceſſe ꝙ teſtes vi-
deant contrahẽtes,ſed ſufficiat ꝙ eos aliter cogno
ſcant, vt quia notã habeãt eorum vocem,& ſequi-
tur ibi Bar.Ang.Imola,Caſtr.Rom.& alij,Mathe
ſil.d.no.124. vbi additionator infinitos congerit
concordãtes,alios citãt Iaſ.in l.ſi non ſpeciali, nu.
9.Rimin.nu.3. C.de teſt.vbi dicunt communem,
eãdem quoq; communem dicit Pariſ. in conſ.33.
nu.21.vol.2.Gallia. d.l.1.n.46.in fi.Butig.nu.56.
Ripa,nu.50.& Iac.Nig.nu.37. Vaſq.d.lib.2.§.13.
nu.3.& infert Bal.in d.l.1.in fi.prin.quod in ſtipu
latione non requiritur viſus,ſed poteſt contrahi in
ter partes ſe inuicem non conſpicientes,allegat gl.
q̃ dicit ſingularem in §.itẽ verborũ,Inſt.de inutil.
ſtipulat.& dicit Ale.in conſ.12.n.5.vol.1.ꝙ cecus
põt donare & cõtrahere.idem dicit Galliaula,d.l.
1.in prin.n.43.Butig.n.56.qui dicit valere ſtipula
tionem, ẽt ſi intercedat paries vel cortina, vel ſit
nox,vel habeãt terga verſa,vel oculos clauſos,vel
quid ante oculos,ita ꝙ ſe inuicẽ nõ poſſint videre,
Iac.Nig.n.37.dicens ꝙ teſtõ excepto cęcus põt fa
cere quẽcunq; actũ,licet nõ poſſit eſſe aduocatus,
Ripa,nu.48.qui ait hãc eſſe ſingularem deciſionẽ,
& multũ notandã,& infert ad cęcũ,qui poterit ſti-
pulari poſtquã uiſus non eſt neceſſarius,Cur.iun.
d.l.non minorem,n.9.vbi de cęco idem dicit.& ita
q̃uis Bar.videatur requirere in contractibus lumi
na, tñ ſufficit ꝙ ẽt ſine lumine teſtes agnoſcãt par-
tes, vel ẽt partes non intercedente immediato vi-
ſu ſe inuicem cognoſcant,licèt non ſint in conſpe-
ctu.eodem ergo modo dicendũ eſt in teſtamento,
quod & ſi aliqui requirãt lumina, ſufficiat tñ,ꝙ te-
ſtes agnoſcant teſtatorem.puta,quia vnũ extet lu-
men,vel luna taliter luceat ꝙ ſolita noctis obſcuri-
tas viſum non impediat: nõ dico quod ſufficiat ha
bere notã vocem,vt in contractibus,ſed dico ſuffi-
cere ꝙ quoquo modo videant, licèt ẽt cũ aliquali
difficultate.& adduco,ꝙ ponit Bal.in d.l.ſi nõ ſpe
ciali,in prin.vbi inquit,ꝙ & ſi teſtis non probet te
ſtamentum,qñ cortina interpoſita impediebat ne
poſſent teſtatorem uidere,tñ hoc procedit,qñ nul
lo modo poſt cortinam teſtis uidere poterat,ſed ſi
aliquo modo poterat videre, ſed cum difficultate,
vel ẽt per rimulam, tũc teſtis probat.ſequitur Iaſ.
qui dicit ſing.in d.l.ſi non ſpeciali,n.7.facit ẽt, q.a
vbi ſimpliciter viſus requiritur, tũc ſufficit lumen
lunæ,ſm Oldr.quem referunt Bal.in l.Aretuſa,de
ſtatu hom. & alij ſupra citati pro alia parte. dicit
enim Oldr.reprobatos ſuiſſe teſtes,qui dixerãt vi
diſſe de nocte,quia luna lucebat,cum tñ eſſet pro-
batum,lunam non lucere.præſupponit autem eos
concludenter probauiſſe,ſi luna luxiſſet. & hoc ẽt
modo Oldr.dictum refert,& intelligit Bal. in d.c.
1.§.porrò,n.3.quę fuit pri.cau.benefi.amitt.& de-
clarat Galliau.d.l.prima,in prin.n.48. vbi fortius
dicit lumen lunæ ſufficere etiam quando lectura
ſufficeret, & tamen in obſcuro legi non poteſt. ſi
igitur lumen lunę ſufficit, vbi neceſſaria eſt lectu-
ra, utique ſufficit vnum lumen candelæ vel lucer-
næ in ordinatione teſtamenti,attento quòd maio
rem cauſant claritatem, quàm efficiat lunæ ſplen-
dor,a communiter accidentibus, & ab ipſa expe-
rientia videmus facilius lucente luna diſcerni, &
figurari hominis effigiem,quàm legi literas vel im
preſſas,vel manu ſcriptas.
18 Quod dixit † Bal.in c.1.n.5.de fide inſtru.red-
di ſuſpecta inſtrumenta,quæ de nocte fiunt, pro-
cedit qñ neceſſitas non ſubeſt, vt ipſemet eo loci
ſe declarat:ſed in præſenti caſu ſuberat neceſſitas,
quia morbus vrgebat,& de vita teſtatoris deſpera
batur,nec erat ſpes,quod in diem ſequentem ſupe
reſſet. nec id tollitur ex eo, quod dicit Decian.d.
conſ.65.nu.20.ver.adde.quia rñdetur, quòd & ſi
teſtator ſuperuixerit ferè vſque ad occaſum ſolis
diei ſequentis,tñ poſt conditum teſtamentum fuit
ferè ſemper in agonia, & quando condidit teſta-
mentum,in eo ſtatu erat, vt de eius vita non eſſet
ſperandum. cautè igitur & prudenter actum eſt
non expectare quod morbo grauatus, & mortis
cogitatione preſſus laboraret in extremis.

Preterea dictum Bal.locũ habet,qñ notarius in
exemplari,vel in exẽplo instrumenri non facit mẽ
tionem, ꝙ illud receperit noctis t.pe,ſed ſi id atte-
ſtetur in instrumento , tollitur omnis ſuſpicio, ita
ſe declarat Bal.in c.conſuluit, de offi.deleg. vbi eũ
ſequitnr Fel.& ita intelligit,& declarat Decian.d.
conſ.65.nu.21.vbi dicit ꝙ ad tollendum ſuſpicio-
nem notarius ponere debet in instrumento, ſicuti
illud fecit de nocte ; hoc vero ſeruauit notarins,q̃
fuit rogatus de teſtõ Dominici, atque iccirco ceſ-
ſat ſiniſtra quælibet ſuſpicio. ſed vt uerum ſatear,
Bal.Fel.& Dec. mihi nõ dicunt id,ad quod eos al
legat Decian. ſed hoc nihil ad præſentem quęſtio-
nem,ſufficit prima reſponſio, quæ eneruat dubiũ.

Nec refragatur id, quod de ſnĩa voluit Ang.in
d.§.omnis,nu.8.Inſti.de verb.obl.quod in ea pro
ferenda nocturno t.pe non ſufficiat vnum lumen,
19 ſed tria requiruntur;quia rñdeo† ꝙ Ang.loquitur
ſine lege,ratione,& authoritate:allegat enim d.l.1.
§.tria lumina,quę loquitur in alijs terminis,& po-
nit caſum ſpecialem , vt ſupra demonſtraui : citat
etiam Bar.in l.nõ minorem,qui vti diximus ex Ri
pa,& Gallia. in d.l.1.loquitur per modũ exempli,
non autẽ,quia velit omnino adeſſe luminaria, qui
nimo volunt Doct.quos ſupra citauimus,non eſſe
neceſſarium viſum,ſed ſufficere,ꝙ teſtes notam ha
beãt vocem contrahentium, & Ang.in d.l.non mi
norem,loqnitur in numero ſingulari de lumine,&
cõtra Ang.in d.§.omnis,facit,quod dixit Galliau.
d.l.1.nu.48.vbi vult,lumen Lunę ſufficere,quãdo
lectura etiã eſt neceſſaria , & propterea ſuper eius
dicto nullum conſtitui poteſt fundamentum.

Poſtremò non contradicit,quod etiam in codi-
cillis teſtes videre debeant teſtatorem,quia reſpõ
detur plurib. modis,& primò, quod ſi opinio Ma
theſil.eſſet falſa,tñ in terminis propoſitæ quæſtio-
nis eſſet ſeruãda,tum quia teſtamentũ ex clauſula
in eo poſita non ſolũ ſuſtineri põt in vim codicil-
lorũ,ſed ẽt in vim donationis cauſa mortis, in qua
nemo contradicit Matheſil. excepto Corn.in d.cõ
ſil.18.ſed eũ expreſsè ſequitur Iaſ.d.l.ſi nõ ſpecia-
li.tum ẽt q.a non cõtendimus in codicillis non eſſe
neceſſe ꝙ teſtes viderint teſtatorẽ, ſed dicimus ſuf
ficere ꝙ vnicum adſit lumen, nec plura requiri.

Secundò reſpondeo , doctrinam Matheſil. eſſe
veram, & a pluribus approbatam ; quamuis enim
in codicillis eadem fere ſuſpicio verſari poſſit & ti
mor fraudis qui in teſtamento,tamen multa vide-
mus in teſtamento ſpecialiter a lege inducta , quæ
in codicillis nõ ſunt neceſſaria, & præcipuè teſtes,
20 † qui in teſtamento ſunt neceſſarij ad illius ſolem
nitatem,& ſubſtantiam,l.fi.C.de fideicom.dixi in
conſi.129.nu.23. adeo vt ſi quis fateatur aliquem
condidiſſe teſtamentum, eius confeſſio non noce-
bit,nec probabit , ſi dicat confectum cum minori
teſtium numero, gloſ.in l.fin. C. de fideicom. vbi
fortius dicit , quod hæres approbando teſtamen-
tum minus ſolẽne,ſibi non præiudicat,dummodo
non ſoluat, Caſtr. in l.non dubium, C.de teſtam.
vbi ait, quod ſimplex approbatio partis, non effi-
cit ꝙ teſtamentũ carens ſolẽnitate inducta ad pu-
blicam vtilitatem ſuſtineatur vti teſtamentũ,Gal-
liau.d.l.1.in prin.nu.46.vbi dicit ꝙ cõfeſſio nõ no-
cet,quia teſtes requiruntur ad ſubſtantiã, tñ in co
dicillis teſtes non ſunt de ſubſtãtia,vt probat gl.q̃.
ibi ſequũtur Commen.in rub.ff.de iure codicillo.
& ideo cõfeſſio noceret & ꝓbaret codicillos,vti cõ
cludit Galliau.in loco prędicto, nu.46. eſt verũ ꝙ
Corn.in d.conſ.18.col.2.ver.ſed quid in alijs,vol.
2.vbi dicit quòd ſi pars confiteretur codicillos eſ-
ſe factos,ſed ſolum cũ quatuor teſtibus,huiuſmo-
di confeſſio non releuaret,quia nõ ſufficit veritas ,
niſi interueniat ſolẽnitas ad efficaciã vltimæ volun
tatis.verior tñ videtur opinio Gallia.qui ẽt infert,
quòd erit locus in codicillis iuramẽto litis decisi-
uo,licèt aliud ſit in teſtamento.& facit ꝙ poſt De-
cia.dixit Mantica de coniec.vlt.volunt.lib.3.tit.1.
nu.28.vbi inquit ꝙ confeſſio partis nihil oĩno pro
deſt,qñ agitur de inducendo fideicõmiſſo,de quo
non apparet.facit itẽ,quia in codicillis nõ requirũ
tur illæ ſolemnitates, quæ ſunt neceſſariæ in teſta-
mẽto,ideo quoad ordinationẽ nõ licèt arguere de
teſtamento ad codicillos,vt probatur in l.fin.Inſt.
de codicill.ponderãdo illã dictionem,refert,ad ſo
lemnitates teſtamentorũ.ſed melius eſt intelligere
tex.quoad eas ſolemnitates,quę ſunt de ſubſtãtia:
ſecus aũt quoad eas , quæ ad probationem requi-
runtur. Item videmus , quod in codicillis ſufficiũt
21 † fortuiti,l.fi.in fi.C.de codicil.vbi Cyn.Bar.Bal.
Salic.Iaſ.& alij , Pariſ.in conſ.32.nu.39.vol.2. &
tamen in teſtamento debent eſſe rogati, l.hęredes
palã,§.in teſtamento, ff.de teſt.l. cum antiquitas,
C.eod.tit.§.fi.Inſt.eo.Spec.in tit.de teſte,§.1.nu.
92.Azo.C.de teſtib.ver.ſunt autem neceſſarij te-
ſtes,Cyn.Caſt.& Iaſ.in l.hac cõſultiſſima,in prin.
C.dẽ teſt.ſimiliter in codicillis fœmina poteſt eſſe
teſtis,ſecundum glo.quam alij ſequuntur,in l.fin.
C.de codicill.& in l.qui teſtamento, §.mulier , ff.
de teſtam. quos dicit eſſe communiter approba-
tos Vaſq.de ſucc.creat.lib.2.§.15.num.43. plures
aliæ ſolemnitates recitari poſſent,quæ omnino ne
ceſſariæ ſunt in ordinatione teſtamenti , & tamen
non requiruntur in codicillis, & propterea a teſta
mento non bene infertur ad codicillos.

Nec dicatur,quod in codicillis idem ſubeſſet ti
mor,qui in teſtamento , ideo non minus cautè in
eis agendum eſt , quàm in teſtamentis ; quia re-
ſpondetur verum eſſe, ſed etſi eadem ſit ratio , ta-
men plus lex timet in teſtamẽtis,quàm in codicil-
lis,& in contractibus, ideo ſpecialiter in eis proui
dit,aliàs eſſet eadẽ ſolemnitas extendenda ad con
tractus , contra tamen communem omnium ſen-
tentiam,vt per Riminal.d.l.ſi non ſpeciali,num.3.
& licèt poſſit fraus fieri in codicillis, ſicut in teſta-
mento,tamen non præſumitur, vt inquit Bal.in l.
conuenticula,num.6. C.de epiſ.& cler.propterea
dictum in teſtamento,non debet extendi ad codi-
cillos,quidquid contra eam rationem dixerit Cor
ne.dicto conſi.18.col.2.nam videmus quòd in te-
ſtamentis , propter ſuſpicionẽ lex adhibet ſeptem
teſtes

teſtes,& tñ in codicillis cõtenta eſt,ꝙ quinq; adhibeantur,& in teſtamentis plures requirit ſolemnitates,quas remittit in codicillis. fatendum eſt igitur,ꝙ non tantũ ſuſpicatur in codicillis,quantũ in teſtamentis:aliàs ſi par eſſet ſuſpicio,eaſdem adhibuiſſet ſolẽnitates,& rationes omnes adductæ per Corn.conſiderantur a lege circa teſtamẽta,ſed nõ circa codicillos.& alia ratio diuerſitatis inter teſtamentum,& codicillos adduci põt,quare magis de fraude vereatur lex in vna, ꝙ̃ in alia diſpoſitione, qa ſcilicet cõmuniter in teſtamẽtis agitur de maiori partis prꝗiudicio ꝑꝑ inſtitutionem,& vniuerſalẽ bonorũ diſpoſitionẽ,quæ communiter fieri ſolet in teſtamento,non aũt in codicillis,atque ideo cautius ibi agit, quàm in codicillis, in quibus vt plurimũ homines diſponunt ſolũ de parte bonorum.& quamuis ẽt in codicillis poſſit fieri vniuerſalis diſpoſitio de omnibus bonis,tamen quia perrarò id fit, & frequentius contingit in teſtamentis diſponere homines de omnibus bonis,lex accommodauit remedium ad teſtamenta,vti ad ea, quæ frequentius accidunt, iuxta l.nã ad ea,ff.de legib.

SVMMARIVM.

1 *Tutor datiuus non admittitur,donec aliquis extat legitimus.*
2 *Tutor datiuus non datur, niſi citatis primo omnibus legitimis,& cauſa cognita.*
3 *Tutor legitimus admittitur ẽt ſi degat extra ꝓuinciã ſed põt ſe excuſare,tenetur tamẽ ſi ſe non excuſat.*
4 *Tutor datiuus v. detur, citari debent omnes legitimi,nec ſufficit citaſſe proximiorem.*
5 *Tutela defertur eo modo,quo hæreditas.*
6 *Tutori datiuo non eſt locus,quãdo proximior legitimus in totũ eſt inhabilis,ſed ſequẽs legitimus datur.*
7 *Tutori datiuo non eſt locus, quando mater tutorem non petijt in tempore legali.*
8 *Tutori legitimo eſt locus, qñ mater recuſat tutelam.*
9 *Mater præfertur quibuſcunque in tutela filiorum,eſt legitima tutrix,& præfertur vtrique auo.*
10 *Mater non admittitur ad tutelam, ſi minor ſit vigintiquinque annis.*
11 *Tutor datiuus admittitur,quando legitimus eſt inhabilis, ſed ſperatur quòd fiat habilis.*
12 *Tutor datiuus admittitur, quando legitimus eſt minor, ſed eſt futurus maior ante finem tutelæ.*
13 *Tutor datiuus ſemper admittitur, quando legitimus non eſt admiſſus propter impedimentum.*
14 *Tutor datiuus decernitur, quando in legitimo remanent aliqua reliquia tutelæ.*
15 *Tutor datiuus admittitur,quando mater eſt minor.*
16 *Tutela data legitimo tutori,matre ignorãte,nõ valet*
17 *Tutor legitimus ſemel admiſſus, non remouetur ſine culpa,ẽt ſi alius ſuperueniat proximior,vel æqualis.*
18 *Tutor datus propter impedimentum temporale,remouetur ceſſante impedimento.*
19 *Tutor datiuus decernitur,quando legitimus eſt debitor,& debitum breui diſſolui poteſt.*
20 *Tutor datiuus eſſe nõ põt,qui non eſt ſubditus Iudici.*
21 *Tutores legitimi excluduntur, ſi intra quadrimeſtre non petunt tutelam.*
22 *Tutor datiuus admittitur,donec legitimus eſt extra prouinciam,& non petit.*
23 *Tutor non datur,ſed curator filio, qui eſt in ventre.*
24 *Tutori poteſt Iudex ſalarium conſtituere ex cauſa,vt ibi declaratur.*

CONSILIVM CLIX.

NON videtur, quòd filijs infantibus quondã Illuſtr. Dñi Caroli Scarãpi Comitis Camini, dari poſſit tutor datiuus a Senatu excellentiſ. ſiue cũ inquiſitione, ſiue ea omiſſa, qa legitimi tutores nõ fuerũt oẽs citati, & ꝑcipuè Comes Riuibouis, q eorũ eſt patruus magnus,& auus maternus, atque alij per maternã lineã coniuncti:eſt enim cõis regula, ꝙ datiuo nõ eſt locus,
1 donec legitimus aliquis † extat,l.ſi ſororis,C.q datut.poſſ.auct.matri,& auiæ,C.quan.mul.tut.offi. fun.poſſ.l.ſi tutor republicę,§.1.ff.de tut.& rat.diſtrah.Inſt.de Attili.tut.in prin.latè Alc.in cõſ.161. nu.1.& ſeq.vol.5.& decretũ nõ valet, niſi cognouerit Iudex, ꝙ legitimi ceſſãt in petẽda tutela,d.l. ſi tutor petitus,vbi Bar.dicit nõ minus dationẽ eſſe eo caſu nullã,ꝙ̃ vbi Iudex tutorẽ dat ei,qui aliũ habet.ſequitur Alc.d.conſ.161.nu.3.vbi ampliat, & alijs medijs cõfirmat,id ẽt ponit Are.de Attilia. tut.in prin.dicẽs,ꝙ nõ valet datio,tutore teſtamentario vel legitimo nõ excuſato:iccirco monet legitimos,vt cauti ſint,quia ad eos ꝑtinet adminiſtrationis periculũ,& ſubdit eſſe notãdũ, quia nõ oẽs aduertũt,nec prouidẽt imminẽti periculo: quinimo ſi talis detur tutor minus legitimè,& abſtineat ab adminiſtratione,non tenetur,d.l.ſi ſororis,& l. 1.C.de teſt.tut.vbi Bal.& alij.antequã locus ſit tu
2 tori datiuo citari debẽt oẽs † legitimi:quin ẽt vicini,quia nõ datur ſine inquiſitione,& cauſæ cognitione,quæ præſupponit citationẽ,l.in cauſę,§.cauſa aũt cognita,ff.de minor.Bar.in l.ſcire,§.ſi.ff.de tuto.& curat.dat.ab his.facit quod ponit Bal.in l. omnem,nu.6.C.ad Tertullia.dicens, ꝙ tunc dicitur datus cum inquiſitione,qñ citantur citandi, & loquitur in tutore, qui datur matre tranſeunte ad ſecũda vota,ſequitur Bero.in cõſ.123.n.5.& 24. vol.3.vbi dicit, citationẽ eſſe neceſſariã in tutore datiuo,licèt concludat contrarium in eo, qui non eſt merè datiuus,ſed participat de teſtamentario.

Et non obſtat, quòd prædicti affines ſint extra prouinciam, & eorum aliqui vitam agant in Mediolanenſi ditione,alij in Vercellenſi:quia cum eis
3 tutela deferatur a lege, † quæ vbique exercet ſuã poteſtatem,l.fin.C.de pręſcrip.longi temp.notat. in l.ex ea,ff. de poſtula.non poſſunt inuiti excludi,licèt ea de cauſa,ſi velint,excuſentur,l.teſtamẽto,C.de excuſ.tuto.l.illud,l.propter litem,§.licet, ff.eod.titu.quinimò tales tutores legitimi,ſi excuſationem non interponant,remanent obſtricti,eo ꝙ non geſſerint, l.2. C.de excuſ. tut. §. qui enim, vbi glo.in ver.fuerint,Inſtit.eod.& ideo per hęc & alia iura concludit Alex.d.conſi.161.col.2. tutelæ

decretũ fore nullum, quia non conſtiterat Iudici, quòd tutores legitimi quantumuis in alia prouincia degentes, forent in mora.

Nec mouet q voluit Nat. in cõſ. 334. nu. 1. vbi
4 dicit, † quòd etſi nõ poſſit a Iudice dari tutor, niſi citatis legitimis: tñ ſufficit proximiores citari, etſi illi non curent tutelã aſſumere, tunc liceat extraneum dare. ad hoc enim rñdeo, Nattæ opinionẽ eſ
5 ſe falſam: tutela † enim eo modo defertur quo hæreditas, §. placebat, Inſt. de leg. agnat. tute. & Inſt. de leg. patro. tute. in prin. Bar. in l. 1. ff. de legit. tut. & in l. 1. C. de leg. tutel. Sal. in l. fi. in fi. C. de leg. hæred. Alc. in l. 1. ff. ſi cer. pet. Are. in rub. ff. de acquir. poſſeſ. Cur. ſen. in conſ. 47. ſuper controuerſia, Gozad. in conſ. 54. n. 7. Nat. in cõſ. 514. n. 3. ſucceſſio aũt proximiore repudiante defertur ad ſequẽtem in gradu, l. 3. & in l. quãdiu, la 3. ff. de acqu. hæred. cum multis apud Dominum Becium in conſi. 26. nu. 1. ergo eodem modo ſi primus ſe excuſet admittetur ad tutelam is, qui proxime ſequitur.
6 Secundò probatur, quia vbi proximior † eſt in totum inhabilis, nec ſubeſt ſpes, quòd efficiatur habilis; tunc nõ eſt locus tutori datiuo, ſed legitimus admittitur, q magis poſt eũ gradum attinet, vt qñ proximior eſt fœmina, quæ nõ gerit tutelã, l. 1. §. interdum, & l. pen. ff. de legit. tut. Inſt. de leg. patr. tute. in fi. Salic. in auct. ſicut, nu. 2. C. de legit. tut.

Tertiò facit, q voluit Bar. in auct. matri & auiæ, n. 18. in fi. C. qñ mul. tut. offic. fun. poſſ. vbi inquit,
7 quòd matre excluſa † tpe, vt quia non petijt tutorem, non deuenitur ad datiuum, ſed ad legitimum: quia cum mater excluditur a lege per moram, nõ eſt locus datiuo, ſequitur ibi Sal. in fine.

Quartò adduco, quia licèt mater ſit tutrix legitima, tñ ſi adeat Iudicem, & recuſando tutelã, aliũ petat dari tutorem, erit locus non datiuo, ſed legi-
8 timo, † Bar. in auct. ſacramentũ, n. 2. in fi. C. quãdo mul. vbi idem dicit, qñ mater tutrix ad ſecunda uota cõuolauit, nec curauit de filijs, & eius dicta probat Sal. ibi, col. 2. ver. hodie verò, quia his caſibus mater excluditur non a Iudice, ſed a lege, & p hãc rationem concludit Bar. in l. ſi quis ſub cõditione, n. 2. ff. de teſtam. tute. q ſi tutor legitimus deſijt eſſe tutor ſine facto Iudicis, admittitur ſequens in gradu. idem dicit, nu. 1. in tutore legitimo, qui deceſſerit, quia ſubrogatur alius legitimus, non datiuus. & cum diſtinctione præmiſſa tranſit quoque Bal. in d. auct. ſacramentum, cõcludens in duobus caſibus matre ſubſiſtente admitti legitimum, non datiuum. Primò, qñ mater nunquam fuit tutrix, quia ex quo noluit tutelã acceptare, ſed eam repudiauit, tutori legitimo non obſtat: perinde enim eſt atque ſi non eſſet in medio. Secundò, qñ aſſumpſit quidẽ tutelã, ſed non curans de filijs tranſiuit ad ſecunda uota, quia tunc remouetur a tutela ex legis diſpoſitione. apparet igitur ſuſtineri nõ poſſe dictum Nattæ, quia ſi proximior repudiet tutelam, vel ſe excuſet, habetur ac ſi nõ eſſet in rerũ natura. & idem eſt, qñ mater ipſa repudiat: vtroque enim caſu ſuccedit legitimus tutor, non datiuus.

Re tamen diligẽtius conſiderata, arbitror dari poſſe tutorem extraneum, qui non ſit legitimus, nec ab inteſtato ſucceſſurus: citati enim fuerunt Illuſt. Domini fratres Adurni, Illuſt. Dominus Bernardinus Scotia, & Illuſt. Dominus Comes Octauianus Languſcus, affines pupillorum, nec in hac patria alij extant agnati, vel cognati, & hi legitimis quidem cauſis ſe excuſarunt ab onere tutelæ: proinde vbi legitimi non extant, deueniendum eſt ad datiuũ, d. l. ſi ſororis, cũ alijs iuribus ſupra citatis.

Secundò, quòd ſit locus tutori datiuo, nõ autẽ legitimo, probatur, quia extat Illuſt. D. Iſabella,
9 pupillorum mater, cui a iure tutela † defertur, & quæ in ea præfertur quibuſcunque agnatis, & cognatis, auct. matri, & auiæ, C. qñ mul. tut. offi. & dicitur tutrix legitima, vt ibi, & ĩ l. 1. C. q b. mod. pig. taci. contr. & excludit auum paternum, Afflict. in deciſ. 183. & patruum, Corne. conſ. 91. nu. 9. vol. 3. ſed quia eſt minor annis uigintiquinque, non po
10 teſt † interim admitti, l. fi. C. de leg. tut. §. fi. Inſtit. de fiduciar. tut. §. minores, Inſtitu. de excuſat. tut. Bal. in auct. eiſdem pœnis, nu. 1. C. de ſec. nupt. vbi fortius dicit, quod ſi tutela fuiſſet de facto decreta non pateretur pœnas illius legis, ubi Iacobin. & Io. de Garron. nu. 9. Bertr. in conſ. 381. num. 1. vol. 2. Boer. in deciſ. 124. nu. 7. & 8. vbi tñ limitat Alcia. in tracta. præſump. reg. 1. præſ. 52. nu. 7. Caualc. in tract. de tuto. & curat. nu. 184. quinimo nec curatrix bonorum conſtitui poteſt, Dec. in conſil. 575. nu. 4. ſtante autem impedimento matris, quod nõ eſt perpetuum, ſed temporale, quia cum agat uigeſimum annum, erit infra triẽnium habilis: dandus eſt filijs tutor nõ legitimus, ſed datiuus, ut probatur ex multis. primò, quia qñ præcedens legitimis
11 eſt inhabilis, ſed ſperatur, † quod intra tempus duraturæ tutelæ efficiatur habilis, tunc non eſt locus ſequenti legitimo, ſed datiuo, l. non ſolum, §. ſi libertus, ff. de excuſ. tut. qui tex. loquitur de inhabilitate proueniente ex minori ætate. ad idẽ eſt text. in l. ſi tutor reipublicæ, §. primo, ff. de tute. & ratio. diſtrahen. & dicit in l. prima, C. de teſtamen. tute. in glo. fi. quod donec ſperatur legitimus tutor, eſt locus datiuo. & idem dicit, quando legitimus eſt tutor ſub conditione, quia interim admittitur datiuus, & ita quoque intelligit Bal. ibi, in fi. hanc regulam conſtituit Bar. in auth. ſacramentum, in fi. C. quando mul. tut. off. fun.

Tertiò probatur ex eo, quod ponit Ioan. Fab. in §. fi. Inſtit. de fidu. tut. vbi dicit, quòd ſi proxi-
12 mior † legitimus ſit minor, non erit locus ſequenti legitimo, ſi eſt ſpes, quòd is tutor perueniat ad perfectam ætatem antequam pupillus efficiatur pubes, licèt ſecundum eum aliud ſit, quando ſpes illa ceſſaret, & eum ſequitur ibi Aret. nu. 7. idem dixit Sali. in auth. ſicut, num. 2. C. de legit. tut. vbi licèt deſcendat ad inhabilitatem, quæ prouenit ex minori ætate, tamen primò loquitur de quacunque inhabilitate, quæ non ſit perpetua. hoc po
13 nit in omni impedimento † Barto. generaliter loquendo in d. l. ſi quis ſub conditione, num. 2. ff. de teſtam.

teſtam.tute. dicens, quòd ſi tutor legitimus nun-
quam fuit propter impedimẽtum, quod ſperatur
ceſſare, tũc eſt locus datiuo. & idem dicit ibi, nu. 1.
in tutore teſtamentario, qui ſi nunquam fuit, & ſit
impeditus ad tp̃s, interim eſt locus datiuo, quod
voluit ẽt Aret. Inſtit. de Attilia. tuto. in princip.
Quintò facit, quia vbi in tutore legitimo rema
nent aliquæ reliquiæ tutelæ, tunc datiuo, non le-
14 gitimo eſt locus, † Bal. in d. auct. ſacramẽtum, cir-
ca med. ſequitur Sali. col. 2. Bero. famil. q. 66. nu.
7. per quam rationem tenent Doctores commu-
niter, quòd mater, quæ ad ſecunda vota tranſeun-
do petijt tutorem, licèt deſinat eſſe tutrix, tamen
non admittitur ſequens legitimus, ſed datiuus, q a
remanent in ea reliquiæ tutelæ præcedentis.
Sextò in matre minore, quæ ideo non põt eſſe
tutrix, quòd non faciat locum ſequenti legitimo,
ſed durante minore illius ætate ad datiuum deue-
15 niatur, † voluit Bal. in l. nemo, nu. 3. C. de legit. tu.
vbi dicit ſe ita conſuluiſſe, quamuis aliqui tenerẽt
contrarium; nam vbi ætas non affert impedimen-
tum perpetuum, eſt locus datiuo, non legitimo tu
tori. hoc idem voluit in matre Bero. in conſi. 124.
nu. 2. & 19. vol. 3. vbi eodem modo diſtinguit, vt ſi
mater nolit eſſe tutrix, vel ſit tp̃e excluſa, tunc ſit
locus legitimo: ſed qñ non põt per ætatem, admit-
titur datiuus, & cum hac videtur quoque tranſire
Bar. in d. auct. ſacramentum, in fi. licèt non audeat
firmare, Corne. in conſi. 284. in 1. dub. vol. 3. vbi
examinat totam quæſtionem. & non obſtat, ꝙ tu-
tela legitima, quæ pendet a voluntate, non impe-
diat aliam legitimam: quia reſpondetur, contra-
rium eſſe verius: nã videmus, quòd ſi matre igno-
16 rante Iudex tutelam deferat † ſequenti legitimo,
erit nullum decretum, & ſuperueniens mater obti
nebit tutelã, ſi non fuit in mora petendi, quia ſem
per eſt legitima dum vult, & negatiua eius uolun-
his, quę fuerunt attentata ante deſertionẽ iudicij,
quia propter deſertionẽ deſinit eſſe Iudex, & ideo
non põt ſuper attẽtatis iudicare, Egid. deciſ. 420.
& ita quoque tenet Vãt. in ti. quoties & intra qđ,
n. 48. Marant. d. uerſ. quandoque appellatur, nu.
199. ubi tñ nihil allegat, alios plures citat referens
ita fuiſſe iudicatum, Lancello. d. tracta. parte ſecũ-
da, c. 12. limit. 1. nu. 8. præcipuè ſi introductũ fuit
judicium attentatorum poſt cauſam deſertã nul-
litatis, ut contigit in hoc facto, prout diſtinguit
idem Lancello. d. ampliat. 1. num. 17. & ſeq.

Quinimò cauſa illa nullitatis fuit etiam ſubla-
ta per tacitam renunciationem partis, quæ cau-
ſam inſtituit: nam poſt Iudicium nullitatis, cum
eſſet domino Riſico delegata cauſa criminalis cõ-
tra teſtes, qui p Dñis de Ripis depoſuerãt, & con-
tra Dominos de Ripis, eo q; produxiſſent atq; uſi
fuiſſent falſis teſtibus, fuiſſentq; Domini de Ripis
abſoluti reſeruato iure D. Caſtodengo agẽdi pro
ſuo intereſſe, appellauit Caſtodengus, & petijt Ri
pas priuari de falſo & ſe reſtitui in integrũ aduer-
ſus ſñiam Prætoris Albæ, tanquam latã ex falſis
teſtib. eamq; ſñiam dicto remedio reſcindi: nam

petendo ſententiã reſcindi & ſe reſtitui aduerſus
ſnĩam, videtur receſſiſſe a nullitate, quã propoſue
59 rat contra eandem ſnĩam. ſententia † enim lata ꝑ
ſalſos teſtes, non eſt nulla, ſed venit reſcindẽda, l.
ſalſam. C. ſi ex falſ. inſtr. & eſt cõmunis ſnĩa, vt in-
quit Vant. in tit. de nullitate ex defec. proceſs. nu.
60 132. & reſtitutio præſupponit † validitatem, nec
datur qñ competit nullitas. l. in cauſę cognitione,
etiam in prin. ff. de min. & ſententia, quæ eſt nul-
la, non eget reſciſſione, l. 2. & fi. ff. quæ ſen. ſine ap
pell. reſcind. l. ſi tutor. C. in quib. cau. in integr. re
61 ſtit. non eſt neceſ. & quod eſt nullum, nõ † põt rũ
pi. l. obligari. §. tutor. ff. de autho. tuto. l. nã ſi ſub
cõditione, ver. poſt defectum, vbi gl. ff. de iniuſto,
rupt. teſta. quia priuatio ſeu reſciſſio pręſupponit
præexiſtentẽ validitatẽ, argumẽto l. decem. ff. de
verb. oblig. ver. Titio vſuſfructus. ff. de condit. &
demonſt. & dicit Bal. in l. licèt, in 3. oppo. C. loca.
ꝗ carentiæ ſunt babentium, Dec. Pede. 95. nu. 12.
vbi autem tacitè vel expreſsè eſt renunciatum ap
62 pellationi, vel nullitati, tunc non datur † attenta-
torũ remedium aduerſus ea, quæ geſta ſunt poſt
appellationem. ita declarat Franch. in c. ſępe, nu.
30. in gl. in ver. rata. in fi. de appel. Lancel. d. c. 12.
ampl. 2. nu. 13. vbi allegat Lap. Egid. & Lanfran.

Diluitur etiam facilè, quod opponitur contra
teſtes Dominorum de Ripis: nam non eſt quærẽ-
dum de eorum conditione, fide, vel probatione,
ſed eſt indagandum circa probationes Caſtoden
gi actoris, quia in iudicijs actore nõ probãte, reus
abſoluitur, etiã qui nihil præſtiterit. l. qui accuſa-
63 re, C. de eden. & ius metimur † ex perſona actoris,
Bar. in auth. hoc locum, nu. 12. ver. tertio. C. ſi ſe-
cun. nup. Bal. in c. cęterum, nu. 12. de iudi. & non
eſt quærendum de iure poſſeſſoris, ſi non conſtat
de iure petitoris. l. Paulus, in fi. ff. quib. mod. pig.
vel hipoth. ſol. l. fi. vbi gl. citat concordantes, &
ſequitur Bal. C. de rei vẽd. Felin. in c. 1. col. 3. ver.
quod autẽ, de accuſat. Dec. in l. qui accuſare, n. 14.
Deciſ. Pedem. 144. n. 5. Cagn. in l. in pari, in prin.
64 nu. 1. ff. de reg. iur. & ſatis eſt reo † offuſcare pro-
bationem actoris, Bal. in conſil. 79. nu. 7. volu. 2.
Crau. in conſ. 6. num. 127. Natta in conſ. 32. in fi.
& intentio actoris fundari debet in iure proprio,
non in excluſione iuris rei, vt not. Bal. in l. cũ mu-
lier, colũ. 10. verſ. de tertio dubio. ff. ſolu. matr. ſe
quitur Ruin. in conſil. 48. nu. 12. volu. 4. ſed Ca-
ſtodengos, qui deduxit remedium attẽtatorum,
& non probauit ea, quæ ſunt de ſubſtãtia iudicij,
debet ſuccumbere, etiamſi Dñi Ripæ nihil omni
nò adduxiſſent ad probandum ſuam poſſeſſionẽ.

Secundò reſpõdeo, quod teſtes producti a Ri
pis concludenter probãt poſſeſſionem eorum. &
licèt aliqui ex ijs fuerint condẽnati, tamen tot alij
ſuperſunt inuulnerabiles, qui ſoli ſufficerẽt ad ꝓ-
bationem, & ex eis nonnulli deponunt ſe tenuiſ-
ſe prædia viuente Bergogno, & ea coluiſſe illius
nomine, donec vixit, & poſt mortem continuaſſe
nomine hæredum, & dum de proprio atteſtantur
facto, ad alterius vtilitatem, maiorem merentur
65 † fidem, Butr. in c. cum cauſam, de teſtib. Aret. in
conſ. 71. colũ. 2. ver. ſecundò coniungitur. & alios
citat Meno. de arbit. iud. caſu 99. nu. 11. ubi nu. 8.
dicit quòd ſi talis teſtis ſit vilis perſona, faciet eã
fidem, quã alius fide dignus & honeſtus faceret, ſi
de alieno commodo teſtaretur. Et qui fuerunt de
ſalſo condemnati, non officiunt Ripis, quia cõdẽ-
natio ſequuta eſt propter cõtumaciam, & ſnĩa la-
66 ta eſt in abſentes, proinde neq; condemnatos † in
famat, Bar. in l. ictus fuſtium. ff. de his, qui not. in-
fam. Alb. in l. ex ea. ff. de poſtul. Alex. in conſ. 114.
volu. ſecũdo, Alciat. de præſump. reg. 3. præſ. 22.
67 nu. 4. neq; nocet alij, etiam cui alioquin † præiudi
caret. l. qui repudiantis, in fi. ff. de inoff. teſtam. l.
& ideo. ff. de euictio. Alciat. loco prædicto, n. 8. &
comprobat latè Rolan. in conſ. 29. nu. 21. & ſeq.
volum. 3. Cęphal. in conſ. 442. nu. 49. & ſnĩa falſi
68 lata contra teſtes † non nocet parti producẽti, vt
poſt Ricar. Malum. & Cin. tenuit Bar. in l. ſi vete-
ris. C. de fi. inſtr. Abb. in c. 16. col. 2. volu. 2. & cõ-
probat Rol. in conſ. 13. nu. 10. 14. & ſeq. volum. 2.
vbi idem dicit in ſententia lata cõtra partem, quę
non nocet teſtib. allegat tex. in l. Lucius. ff. de his,
qui not. infam. Præterea, vt dictum eſt, alij teſtes
probant poſſeſſionem, cõtra quos nulla fuit obie-
cta falſitas, & ita ſuſtinetur ciuile iudiciũ ex alijs,
ſi aliquorum fides eſſet per dictam ſententiam la
befactata, & ſufficit hoc per ea, quæ ponit gl. in c.
69 in ſumma, 6. q. 1. vbi vult quod cauſa † falſi crimi
naliter mota cõtra teſtes, & partem producentẽ,
non ſuſpẽdat ciuilem, quæ ſuſtinetur ex alijs quã
ex teſtibus delatis, ſequitur Bal. in l. 1. C. qui ac-
cuſ. non poſſ. Peruſ. in c. ſuper eo, col. 2. de appel.
alios citat Rolan. d. conſ. 13. nu. 27. non eſt ergo
curãdum, quòd duo teſtes ſint damnati, ſi ex alijs
remanet probata poſſeſſio.

Non obſtant etiam, quæ dicuntur de confeſſio
ne facta a Ripis in ſuis cedulis, & præcipuè in ce-
dula incipiente, commentitiæ, folio 32. vbi dicũt
Dñum Caſtodengum occupatorem: nam in eadẽ
cedula ſe ipſos declarant, dum petũt ſe in ſua poſ
ſeſſione manuteneri & præcipi Caſtodengo occu
patori, ne ſe moleſtent, & pro eo dicũt occupato-
rẽ, quod clam & ſine Iudicis miniſterio ingreſſus
eſt bona non proinde, quod eum conſtituere velint
poſſeſſorem: ſi enim videãtur ſingulæ cedulæ, nul
la extat, in qua non dicãt ſe poſſeſſores legitimos,
non petant ſe manutenendos, Caſtodengũq; co-
gendũ, vt deſiſtat a moleſtia, & ſe aſſerant poſſide
re, & velle cõtinuare in ſua poſſeſſione. fieri ergo
70 debet interpretatio, † ne videãtur ſibi ipſis cõtra
rij, & ſeipſos corrigere. l. nõ ad ea legata, vbi gl. &
Doct. ff. de cõd. & dem. cõprobat latè Alc. in tra-
cta. præſ. reg. ſecũda, præſ. 28. nu. 1. & ſeq. Pręte-
rea dum Ripę dicũt, Caſtodẽgum occupatorem,
intelligi debẽt de occupatione naturalis poſſeſſio
nis: nã duæ ſunt poſſeſſiones, naturalis ſcilicet, &
71 ciuilis, & qui ciuiliter poſſidet † agere põt interdi
cto, vti poſſidetis, contra naturaliter poſſidẽtẽ, vt
deſiſtat a turbatione, & reſtituat naturalẽ, vt pro

bat tex. cum gl.& Doct.in l.clam poſſidere, §.qui ad nundinas, ff.de acq.poſſ.& declarat optimè Caſtrē.in conſ.234.n.1.vol.2.vbi a repugnātia ſaluat
72 libellum, in quo petit quis ſe manuteneri † in poſſeſſione, licèt in narratione dicat ſe poſſediſſe ſp, præterq̃ ab an.1429.citra; quia ſm eum intelligi debet libellus ꝙ ante dictum annum poſſedit naturaliter & ciuiliter; poſtea vero poſſedit ciuiliter ſolum, ſequitur Nat.in conſ.572.nu.21. vbi infert ſuſtineri libellū, in quo narrat q̃s ſe ſpoliatū, & petit ſe manuteneri in poſſeſſione, quia ſit interpretatio, ꝙ ſit ſpoliatus naturali poſſeſſione, & ſm eum interdictum vti poſſidetis, licèt principaliter tendat ad conſeruandum poſſeſſionem, eſt tñ incidenter reſtitutoriū. ita in propoſito Ripę appellarunt Caſtodengum occupatorem habito reſpectu ad clandeſtinum illum poſſeſſionis ingreſſum. addo, ꝙ idem nulla facta Caſtrenſis mentionem, tenuit Ruy.in conſ.5.n.11.vol.4. vbi dicit, quod diuerſis reſpectib. poſſeſſorium recuperandæ, & retinendę, cumulari pñt in eodem libello, nēpe recuperandę ratione naturalis poſſeſſionis clā occupatæ, & retinendæ ratione ciuilis: Nam ēt petendo ſe reintegrari, dicitur quis agere vti poſſidetis, aduerſus eū qui clam naturaliter poſſidet; cū non poſſit aliter deſiſtere a turbatione niſi naturalem dimittat. & ita quoque reſoluit Calc. in conſ.75.nu.6. & ſeq. defendit libellum a cōtrarietate, quam videbatur continere, deducēdo poſſeſſorium reintegrandæ, & retinendæ. hoc idem ptobauit Menoc.in tract. de adipiſc.poſſ.rem.2.nu.109.vbi per eandem rationem poſt Caſtr.in conſi.79.vol.2.ſuſtinet libellum, in quo agit quis iudicio retinendæ & adipi-
73 ſcendæ; & clarum eſt quòd iudicium, † vti poſſidetis, competit etiam ei qui ſolum poſſidet ciuiliter, glo.in l.1.§.fi.in ver.poſſidet, vbi etiam Barto. num.2.ff.vti poſſid. Bal.in l.1.nu.8. vbi Salic.col. 6.verſ.circa exemplum, C.eo.ti.ſequitur Ioā.Fab. Alc.Ang.Aret.Soc.Bero.Nat.& Rebuſ.quos citat Meno.de retin. poſſ. rem.3. n.22. vbi nu.26.dicit interdictū vti poſſidetis, mixtā habere naturā, retinendæ.ſ.ciuilis poſſeſſionis, & reintegrandę naturalis, quam aduerſarius obtinet, & in eo fertur ſententia, per quam condemnatur conuentus ad deſiſtendum a moleſtia.& quia tueri non pōt in ciuili, niſi habeat naturalem, ex quo ciuilem turbare non deſinit, qui naturalem nō reſtituit, l.ſi duo, in principio, ff.vti poſſid. mandat etiam Prætor naturalem reſtitui. non ergo Caſtodengus deſumere poteſt aliquod fundamentum a confeſſione Riparum, quæ nullū ei ius tribuit, nec efficit poſſeſſorem dicendo occupatorem.

Declinatur ēt id, quod deducit Caſtodengus a confirmatione primę ſnīæ; nam non eſt verum, ꝙ Prætor Albæ confirmauerit primum illud ordinatum, quo dixerat Caſtodengum non eſſe moleſtādum, ſed cum ſtatuiſſet vtrique parti terminum ſex dierum ad fidem faciendū de ſua poſſeſſione, & poſtea interloqueretur ſup admiſſione poſitionum, dixit ſe inhærere ordinatis, id eſt non vt Caſtodengus manuteneretur, ſed ꝙ vtraq; pars fidē faceret de poſſeſſione; illud.n. fuerat ſupra proxi-
74 mè ordinatū, & relatio † fieri debet ad proxima, non ad remota, l.talis ſcriptura, §.vlt. ff. de leg.1. quod ſi verba Prætoris referrētur ad manutentionē Caſtodengi, vtiq; Prætor correxiſſet ſe, & eſſet cōtrarius, quia facta ordinatione in fauorē Caſtodengi & co.. parentib. poſtea Ripis, ſuſpendit ſuā ordinationem, & ſtatuit terminū vtrique parti ad probādum ſuā poſſeſſionē, & ita cępit cognoſcere vtra poſſideret, ſed ante cognitionem cōſtituiſſet Caſtodengum poſſeſſorem, ſi ad primū ordinatū referenda foret illa ordinatio, & vbi induceretur
75 correctio, † repugnantia, vel contrarietas, non fit relatio ad mediate præcedentia, l.ſi idem cum eodem, §.fi. vbi glo.& Doct.ff.de iuriſ.om.iud.declarat Bart.d.l.talis ſcriptura, §.fi. Natta, qui alios citat, in conſ.403.nu.7.Meno.conſ.98.nu.8.

Secundò rñdeo, ꝙ ſi intētio Prætoris fuiſſet cōfirmare primū ordinatū, adhuc Caſtodengus non aſſequeretur intentum, quia primū ordinatū erat
76 nullū ex cauſis ſupra deductis, & ſnīa † nulla non pōt cōfirmari, l.eos, C.de appel. Imo. ī l.ſi expreſſim, ff.de appel. Fran. ī c.dilecto, q.41.eo.ti. & dicit Iaſ.in l.præſes, nu.1.verſ.idē, qñ ſnīa, ff.de re iud. ꝙ ſicuti ſnīa continens expreſſum iuris errorē, eſt nulla; ita erit nulla ſnīa illius confirmatoria. cū.n. ſecunda ſnīa referatur ad primam, error qui eſt in prima, cenſetur etiā ineſſe ſecundæ, & propterea corruit ſecūda eodem morbo, quo prima, vt poſt Cyn.declarant Bart.Alc.& Iaſ.in l.1. C.de errore calculi. comprobat Vant. in ti.de nullit. ex defec. proceſſ.nu.131.& ꝙ ſnīa confirmatoria ſit nulla, qñ prima laborat vitio nullitatis, voluit ēt Ruy. in conſ.74.nu.10.vol.4. & quod eſt nullū, non pōt confirmari, l.obligari, §.tutor, ff.de auth.tut. Deciſ.Ped.39.nu.12.& ideo dicunt Doct. ꝙ tenuta,
77 quæ fuit nulliter † data, non pōt, nec debet a Iudice cōfirmari, licèt is foret de iure mittēdus in poſſeſſionem, ſed debet de nouo immitti, vt conciliādo cōtrarias ſententias volunt hi, quos citat Oſaſ. in Ped.deciſ.34.per totam, præcipuè nu.25.

Poſtremò nō refragatur, ꝙ ſnīa Prętoris lata in fauorē Riparum, per q̃ declarauit eos eſſe manutenēdos in poſſeſſione, ſit interloquutoria, & poſſit reuocari: nā nō video quo tēdat huiuſmodi deductio. clarū eſt.n. ꝙ ab ea non fuit appellatū, proinde prætextu iniuſtitiæ reuocari non poterit. quin
78 mò ſi eſſet interloquutoria, † per lapſum decem dierum feciſſet tranſitum in iudicatum, l.arbitrio, ff.qui ſatiſd.cog.c.non ſolū, de appell.in 6.& pars poſt decem dies non poteſt petere reuocationem interloquutoriæ, licèt quoad Iudicem ſit ſemper reuocabilis, Doct.in l.quod iuſſit, vbi Ripa, num. 32.ff.de re iud. Bertr.in conſ.209.nu.3.conſ.307. nu.6.vol.2.& conſ.136.nu.9.vol.8.

Sed falſum & erroneum eſt, quòd ſentētia prędicta ſit interloquutoria: nam de poſſeſſione fuit inter partes non incidenter, ſed principaliter totis viribus diu diſceptatum, & negocium latè diſcuſ-

ſum:& ideo cum diffiniuerit totũ negocium prin-
cipale, nõ poteſt dici interloquutoria, quia fertur
79 interloquutoria inter finem, & principium † cau
ſæ,glo.in clemen. 1. in ver.diffinitiua, de ſequeſtr.
poſſ.Rom.in rub.ff.de re iud.num.2.vbi Alex.nu.
6.Felyn.In rub.extra co.ti.colum. 2.ſed in præſen-
ti quæſtione fuit omne negotium ſublatum,quod
pendebat,& in terminis quòd ſententia lata ſuper
80 interdicto , vti poſſidetis , † ſit diffinitiua , voluit
Bartol.in l. prima, nu.4.C. ſi de mom.& in l. poſt
ſententiam,num.2. vbi Bal.nu.3. C.de ſenten. &
interloquut.Bero. latè in c. licet cauſam, num.68.
de probat.in famil.quæſt.52.nu.8.alios plures re-
fert,& ſequitur Meno. de retinen.poſſ.rem.3.nu.
839.latè cumulando idem probauit Contard.qui
cõem dicit in dicta l.vnica,in ſecũda ratione deci-
den.nu.10.& ſeq.ex quib. infertur non licere vlte-
rius illã reuocare, l.Iudex poſteaquã, ff.de re iud.

Sed & ſi ex præmiſſis tutiſſima ſit Riparum cau
ſa,reſolutis maxime ijs omnibus, quæ pro Domi-
no Caſtodengo facere videbantur; tamen ne quid
penitus ſuperſit dubitandi locus , iuuat nonnulla
adducere , quæ in eo iudicio difficultatem non pa-
tiuntur. & primo aduertendum arbitror, quòd &
ſi per ingreſſum ſeu apprehenſionem factam a D.
Petro Caſtodẽgo videatur probari poſſediſſe Ca-
ſtodengum tpe allegati ſpolij, ſeu attentationis fa
81 ctę per Ripas,ex quo qui † ſemel poſſedit , prę̨ſu-
mitur ẽt nũc poſſidere,Bar.& alij in l.ſiue poſſide-
tis,C.de probation. cũ multis apud Alci. in tract.
præſump.reg.2.præſ.21.nu.1. Afſl.deciſ.394. Ri-
pa in c.cum eccleſia,num.23.de cau.poſſ. & prop.
Deciſ. Ped.40.nu.9.& deciſ.99. in fi.id quod ſuffi
cit etiam, qñ certi & determinati temporis poſſeſ-
ſio requiritur , vt in hærede qui agit ad ſucceſſio-
nem,ponunt Aret.& Iaſon,quos ſequitur Alc. lo-
co prædicto,nu. 5.in fi.& idem eſt in interdicto vti
poſſidetis, Bart. in l.prima,§.vlt.nu.18.ff. vti poſ-
ſid.tñ hoc non ſufficit,qñ in pręſenti facto conſtat,
Ripas poſſediſſe poſt aſſertum ingreſſum & appre
henſionem tam miniſterio colonorum,quia conti
nuarunt in cultura agrorũ, quam etiã per ſeipſos,
quia perceperunt fructus,qui è dictis fundis pro-
uenerunt,& pręcipuè frumentum,fę̨num,& ligna,
quia erat probanda a Caſtodengo vera, & non p̃-
ſumpta poſſeſſio, tpe attentatorum, ex quo Ripæ
præſumuntur iure cõi eſſe in poſſeſſione ex cauſa
iuſta tãquam hæredes Bergogni. ita voluit Inn.in
c.dilecti,de maior. & obed. vbi inquit , conceden-
dam non eſſe attẽtatorum reuocationem, niſi qui
82 agit, † probet verè ſe poſſediſſe tpe attentatorũ,
ſi qui attentauit præſumitur iure cõi poſſidere ex
vero ſimili aliqua cauſa, Dec.conſ.103. col.2.ver.
& in propoſito . & hoc probarunt Rota, & Felyn.
quos citat , & ſequitur Natta in conſ.606. nu.10.
Veſtrius lib.8.c 4.nu.18.ver.niſi forte, Lancello.
d.tract.par.3.cap.26.in princ.num.35.& ratio eſt
ſecundum eos,quia nõ dicitur attentaſſe,ſed con-
tinuaſſe ſuam poſſeſſionem is , qui cum præſuma-
tur poſſidere,perſeuerat in iure ſuo. & pro hoc fa-
cit,quia licèt continuatio poſſeſſionis pręſumatur
de pręterito in pręſens tempus, tñ fallit,qñ medio
83 tpe † alius p̃batur poſſediſſe, Lanſran.in rub. de
cau.poſſ.& prop. col.8.ver. ſecunda concluſio de-
claratoria, Afſl. deciſ.394.nu. 1.& 2.vbi refert ſic
iudicatũ fuiſſe, Pract. Papi.in form.libel.pro turb.
poſſ.in ver.hodie tenet,nu.2. alios multos cumu-
lat Meno.de retinen. poſſeſ.rem.3.n.557.nõ ergo
obtinebit Caſtodengus , qui non probauit veram
poſſeſſionem tempore,quo dicit Ripas attentaſſe.

Secundò cenſeo animaduertendum , quòd in-
ter Caſtodengum & Ripas agebatur iudicium ſu-
per interdicto vti poſſidetis . Vtraque enim pars
prætẽdebat ſe poſſidere,& eſſe in poſſeſſione ma
nutenendam : ideo ſi quid factũ fuit per Ripas eo
iudicio pendente,non debet ante omnia reuocari
vel attentatum: quia vt diximus ſupra , qui conti-
nuat ſuam poſſeſſionem,nõ dicitur innouare, ſed
ſuo iure vti ; & cum pendente iudicio ignoretur
vtra partium poſſideat,vel ſit manutenenda , non
põt ẽt cognoſci,vel iudicari, an quod factũ eſt per
alterã,ſit attentatum vel non. poterit.n.eſſe, ꝙ qui
dicitur nũc attentaſſe, obtinebit in eo iudicio prin
cipali,quo caſu nõ diceretur innouaſſe, & per hãc
rationem Capie.in deciſ.72.dicit, iudicatum fuiſ-
84 ſe ꝙ geſta † per alterũ ex litigatorib. pendente iu-
dicio vti poſſidetis, non reuocentur per viã atten-
tatorum, ſed expectãdum eſſe finem illius iudicij,
& illã deciſionem allegat,ad alium tñ finem, Lan-
cello.in d.tract.p.2.c.4.lim.1.nu.3.eſt verũ, quod
in cõtrarium facere videtur, quod ponit Inno. in
c.bonæ,num.3.verſ. nec contradicit , de appellat.
vbi ait,quod reuocantur attentata , qñ eſt dubiũ,
quis poſſideat,appellans, vel appellatus. ſequitur
Alc.in conſ.99.nu.3. ver.præterea, vol.5. Dec.in
conſ.103.col.fi. in princ.ſed loquitur Inn.qñ neu
trum conſtabat poſſidere , ſed vbi conſtat eũ poſ-
ſidere,qui dicitur attentaſſe, non conceditur reuo
catio.ita Inn.ibi ſeipſum declarat,dicens ꝙ Abbas
iuris præſumptione poſſidebat, ideo non erat im-
pediendus lite pendente in ſua poſſeſſione .

Tertiò conſtat ex actis,quod fuit in cauſa prin-
cipali cõcluſum tũ ex forma decreti Ducalis , quo
diſponitur concluſionem induci ipſo iure lapſo bi
meſtri : tunc etiam, quia emanauit ad inſtantiam
partium aſſignatio peremptoria ad ius, & vtraque
pars petijt & cõſenſit ſententiã proferri. hęc enim
85 † cauſant concluſionem in cauſa, vt per Meno.de
arbit. iud.q.35.num.4.vbi poſt Felyn.& alios do-
cet,tribus modis concludi in cauſa.certum eſt au-
tem , quòd attentata non poſſunt reuocari , poſt-
86 quàm eſt in cauſa concluſum ; quia per † conclu-
ſionem negocium videtur eſſe finitum,c.paſtora-
lis,de cau.poſſ. & propr. clem.2. vt lite pend.& a
pari procedunt, quòd ſit lata ſententia , uel quòd
87 ſit in cauſa † concluſum, l.qui pene, verſic. diuus
quoque,ff.de manum.l.ſi rem,§.vltimo, ff.de cul-
ctio.alios citat Meno.de arbitr. iud.caſu 51.num.
88 23.& continet † tacitam renunciationem omniũ
probationum,glo.in c.cum dilectus, de fide inſtr.

.Maran.

Maran.de ord.iud.p.6.verſ.fit etiam concluſio,in
actu 15.per totum.& in terminis, quòd poſt con-
89 cluſionem† in cauſa non reuocentur attentata,vo
luit Rota in deciſ.306.in antiq.& deciſ.57.in no-
uis.intelligendo tñ de his,quæ attentata ſunt ante
concluſionem,Afflict.in deciſ.352.in prin.nu.1.&
3.vbi ita diſtinguit.idem ꝓbat Franc.in c.dilecto,
il terzo,col.2.de appel.declarat,& ſequitur Veſtr.
d.lib.8.c.4.n.14.Maran.d.p.6.ver.& quandoque
appellatur,nu.403.Menoc.de recup.poſſ.rem.17.
nu.38.vbi allegat Io.And.Gemin. Anch.Sal.Iac.
Nigr. Vantium,& Didac.Lancello.in d.tract.par.
3.c.23.in prin.nu.15.& 41.vbi multos allegat di-
ſtinguendo,nu.43.inter attentata ante, & ea quæ
attentantur poſt concluſionem. in propoſito autẽ
non probauit Caſtodengus quicquam Ripas in-
nouaſſe poſt concluſionem, ergo reijci debet pe-
titio attentatorum tam ſero nimis producta.

S V M M A R I V M.

1. *Dominus prohibere cuiq; poteſt ingreſſum ſui fundi.*
2. *Venari licet non ſolum in proprio, ſed etiam in alieno,& in vijs publicis,niſi dominus prohibeat.*
3. *Venator ſuam non facit feram captam in fundo alieno,cuius ingreſſus fuerat a domino prohibitus. ſed contra,num.7.*
4. *Ligna delata impetu fluminis, nõ efficiuntur capientis.limita,num.8.*
5. *Derelictum quid non præſumitur a domino,& quando habere quis præſumatur pro derelicto.*
6. *Vaſallus non poteſt ſtatuere contra ius commune.*
7. *Venator ingreſſus fundum,prohibente domino, facit feram ſuam.*
8. *Fluminis impetu ablata efficiuntur capientis,ſi dominus ea habeat pro derelictis.*

CONSILIVM CLXI.

IVSTA ratione fundari videtur edi-
ctum, quòd iusdicens Sãcti Seba-
ſtiani publicari fecit in eo loco in-
ſtãtibus Dñis Apolonio,& fratrib.
de Rubeis,ne qs in eorum prædijs
capere,atque inde audeat exportare ligna,vel qc-
quã aliud delatũ a flumine Padi,q a dñus prędij ꝓ
1 hibere † poteſt, ne quis fundũ ſuum ingrediatur,
§.plane,Inſt.de rer.diuiſ.vbi id dicitur ẽt procede-
re,qñ quis vellet ingredi cauſa piſcãdi,aucupãdi,
vel venãdi; quãuis iure cõi liceat venari nõ ſolũ in
2 ꝓprio, † ſed ẽt in alieno fundo, quinimò & in vijs
publicis,§.qui foueã, ff.ad leg.Aquil.l.in laqueũ,
ff.de acquir.rer.dom.Aluar.in c.1.§.nemo retia,de
pace tenen,& poſt Iac.de Rauen.dicit Imo.in l.3.
§.Nerua, in fi.ff.de acq.poſſ.ꝙ & ſi poſſit quis ve-
nari in alieno,tñ intelligitur niſi dñs loci ꝓhibeat,
l.Diuus,vbi gloſ.ff.de ſeru.ruſt.præd.& monet vt
dominus publicè proclamari faciat, ne præſumat
aliquis venari in eo loco, argu.l.ſed ſi pupillus,§.
proſcribere,ff.de inſtito.& hoc in tantũ verum eſt,
3 vt ſi poſt prohibitionẽ venator † feram capiat,non
facit eam ſuam,ſm gl.in d.§.feræ,in ver.ingredia-
tur.& idem tenet Florian.in d.l.Diuus.ſaltem,qñ
fructus fundi cõſiſtunt in venatione, l.venationẽ,
ff.de vſur.ſequitur Are.d.§.feræ,num.1.Præterea
clarum eſt,quòd receptans ea,quæ proueniunt ex
incendio,vel naufragio,tenetur,niſi ea recipiat vt
dño reſtituat,vt in toto titulo de incendio, ruina,
& naufrag.in ff.& furtum committit occupans ta-
lia bona,l.quotiens,§.fi.& l.quæcunque, ff.de ac-
quir.rer.dom.& per has rationes concludit ferè in
terminis Fed.Senen.in cõſi.107.per totum,quòd
4 ligna ablata † impetu fluminis, & in feudum pri-
uati delata,non efficiuntur capientis,ſed dño ſunt
reſtituenda.& infert non valere communem con-
ſuetudinem,ꝙ ea occupans lucrifaciat,ſed eſſe re-
probatam,per l.deprecatio,vbi gl.ff.ad leg.Rhod.
de iac.& ꝙ res flumine delapſæ in priuatum fundũ
vendicari poſſint a dño, nec poſſit poſſeſſor fundi
ea occupare,eſt tex.expreſſus in l.hoc amplius, §.
1.ff.de dam.inf.vbi Caſt.in fi.dicit eſſe caſum hu-
ius quæſtionis. & miratur, ꝙ Feder.de Sen.illum
tex.non allegет,ſeq.Ale.nu.2. qui probat conſiliũ
Senen.quòd ſcilicet dominus fundi moneri faciat
dominos rerum, vt eas exportent intra breuẽ ter-
minum a Iudice ſtatuendum, quia niſi amoueãn-
tur in tpe,poterit illas retinere,Cępol.de ſeru.ru-
ſtic.pręd.tit.de litore,in fi.& in tit.de flumine,col.
3.verſ.ſed nunquid,ſi flumen.vbi adducit Bald.in
rub.ff.de rer.diuiſ.nu.22.in fin.qui dicit,quòd li-
gna & trabes nõ acquiruntur per alluuionem, q a
non ſunt concreta, & coniuncta, ſed reſtituantur
ſuis dominis,allegat l.ſi quis nec cauſam,§.fi.ff.ſi
cer.pet.& Bal.ſequitur Are.in §.præterea,n.5.In-
ſtit.de rer.diuiſ.eandem ſententiam probarunt in
d.l.ſi quis nec cauſam, §.fi.Iacobin.n.1.Iaſ.nu.4.
& Dec.nu.5.& nouiſſimè Natta in conſ.331.per
totum,quibus addo Afflict.in tit.quæ ſint regalia,
in verſ.ripatica,nu.10.in præſenti autem caſu ne-
dum concurrit iuris communis diſpoſitio,ſed etiã
Iudicis prohibitio,quæ operatur ne rerum capta-
rum dominium transferatur in capientem, l.qui
fundum,§.qui ſciens, ff.pro empto. vt in ſimili de
aue capta a venatore poſt Iudicis prohibitionem
dicit Ioan.Fab.in d.§.feræ.

Sed his non obſtantibus concludo, proclama
prędictum eſſe nullum,& ſaltem omnino reuocan
dum ratione rerum,quas defert flumẽ Padi, ſi eas
domini non inſequuntur,& habent pro derelictis:
nam quod eſt in nullius bonis,id conceditur occu
panti,d.§.feræ,Inſtit.de rer.diuiſ.l.1.ff.pro dereli.
& quamuis in dubio dominus rerum non præſu-
5 matur † habere pro derelicto,l.falſus,§.ſi iactũ,ff.
de fur.l.qua ratione,in fi.ff.ad leg.Rhod.de iactu.
Feder.d.conſi.107.nu.3.Natta,d.conſi.331.num.
1.tamen hoc fallit,quando ex coniecturis apparet
de volũtate domini,vt dicit Senen.loco prędicto,
& ſatis dicitur dominus habere rem flumine dela-
pſam pro derelicto,quando poſt caſum tacet, nec
eam perquirẽdo perſequitur per ſe,vel per alium,
vt eſt tex.in l.qui leuandæ,in prin.ff.ad leg.Rhod.
de iactu.& dicit Senen.d.conſ.107.in fi.quòd ille

textus imponit dño neceſſitatem ſtatim perquirendi rem deiectam, aliàs ſi taceat, ceſſat illa prima pſumptio, ꝙ non cenſeatur uelle amittere; & inſurgit alia, ꝙ negligendo & non perquirendo uoluerit perdere. alijs etiã modis cognoſcitur, ꝙ res pro derelicto habeatur, ut poteſt uideri apud Bar. & alios in l. falſus, §. qui alienũ, ff. de furt. gl. Ang. & alios in l. alia ſanè, Inſt. de rer. diuiſ. & committitur arbitrio Iudicis, quanto tpe habeatur pro derelicto, Iaſ. l. 1. col. fi. C. de ſer. fug. Vaſq. illuſtr. quęſt. c. 76. n. 6. & cũ res in eo eſt ſtatu, vt acquiratur capienti, non eſt differentia, ꝙ occupetur in proprio vel in alieno ſolo, ſed ubique capi poteſt, uti diximus ſupra de fera, quæ ſiue in priuato, ſiue in publico loco capiatur, eſt capientis, d. §. ferę. idem uidemus in theſauro, qui caſu inuenitur in alieno, ſpectat enim pro medietate ad inuentorem, §. theſauros, Inſt. de rer. diuiſ. & multa alia adduci poſſent exempla. quare ſi ligna illa nullius ſunt, non poſſunt aliqua ratione prohiberi homines, ne illa apprehendãt: & cũ iure cõi id omnib. liceat, nõ po
6 tuit ſtatuto interdici, q a uaſallus † non põt facere ſtatutum contra ius cõe, ſm Bald. poſt Io. And. & Fed. Sen. quos refert Caſtr. in conſ. 20. col. fi. uerſ. conſtat autem, uol. 2. Ale. in l. nemo poteſt, n. 4. ff. de leg. 1. Soc. in conſ. 272. nu. 5. uol. 2. Iaſ. in l. omnes populi, in 1. lect. nu. 23. ff. de iuſt. & iure, Dec. in l. 1. nu. 20. ff. ꝙ quiſq; iur. Ruy. in conſ. 177. nu. 3. uol. 2. Gram. in conſ. 83. n. 3. Rol. in conſ. 4. nu. 30. uol. 3. Nat. in conſ. 179. quod ſi non poteſt ita diſponere faciendo legem generalem, multo minus poterit faciendo particularem prohibitionem quandoquidem multo facilius permittitur lex generalis, quam præceptum ſingulare, vt dixi pro Camera ducali contra uaſallos in cauſa edicti publicati contra collectores ſalnitri.

Et non obſtat, ꝙ dominus fundi prohibere poſſit illius ingreſſum, quia hoc uerum eſt: ſed in pręſenti caſu iuſdicens non interdixit ingreſſum hominibus, ſed prohibuit exportationem rerum delatarum a flumine, id ꝙ fieri nõ potuit: quia, ut eſt dictum, cuique licet capere etiã in alieno ligna ablata impetu fluminis, ſi dñi non ea proſequãtur, & ita in ſimili rñdet Nat. in conſ. 375. n. 5. attenditur enim finis & intentio Iudicis prohibentis, ut cognoſcatur, an prohibitio ſit ualida, uel nulla. aliud autem eſt prohibere ingreſſum proprij, aliud prohibere, ne ablata ui fluminis capiantur: nã etiã prohibito ingreſſu ſi quis talia ligna uel alia a dñis
7 derelicta capiat, † illa efficientur capientis, quidquid tenuerit gl. in contrarium allegata in d. §. ferè. ita enim uoluit glo. in l. 3. ubi Bar. ff. de acquir. rer. dom. & in d. l. Diuus, ff. de ſeru. ruſtic. pręd. ubi Bar. Ang. Caſt. & Flor. Anan. in c. 2. de cle. uenato. & hæc opinio communiter tenetur, ut dicit Cæpolla de ſerui. ruſt. præd. c. 21. de aucupatio. in princ. ubi etiã ſubdit, ꝙ uenator non poteſt in alieno prędio retineri, donec reddat quod accepit, licet dominus fundi agere poſſit actione iniuriarum contra eum, qui inuito dño ingreſſus eſt fundum, & ibi etiam dicit, quod dominus poteſt de facto reſiſtere uolenti ingredi, l. quemadmodũ, circa principiũ, ff. ad leg. Aquil. gl. ĩ l. 3. §. planè, ff. de acqui. rer. dom. idem per omnia tenuit Bald. in d. §. ferè, ubi dicit eſſe notandum, & addit ꝙ leges allegatæ per gl. ibi non faciunt ad propoſitum, Nat. d. conſ. 375. nu. 6. ubi reſpondet ad dictum Io. Fabri, ſupra allegatum. & ratio eſt, quia priuata prohibitio non impedit acquiſitionem dominij, & quia feræ, ſeu res, nullius ſunt: ideo etiam prohibito ingreſſu, fiunt occupãtis, d. l. 3. quę ratio procedit etiam ſi prohibitio fiat a Iudice: nam ſi legis prohibitio non impedit, multo minus impediet prohibitio Iudicis, vt aduertit Natta in loco citato.

Minus mouet, quòd ligna ui fluminis delata in alienum fundum non ſint occupantis, quandoquidem ea procedunt, qñ dominus rem ablatam a flumine proſequitur per ſe, uel per alium; ſecus autẽ eſt, qñ dominus eam derelinquit, nec ulterius requirit, vt ſunt regulariter ligna, quæ minutim conciſa defluunt per flumen: ſi enim quis, ea vti ſolet, vel dum deferuntur a flumine, vel dum ab eo in
8 prædijs relinquuntur capiat, † efficiuntur capientis, vt ſupra dictum eſt ex Feder. d. conſ. 107. & Afflicto, d. ver. ripatica, ſeqtur Frater Ang. de Clau. in ſua ſumma, in uer. inuenta, in prin. & idem probauit Sãctus Thomas, quem refert, & ſequitur Tabie. in ſumma, in ver. reſtitutio, §. 27. quo fit, vt etiam in foro conſcientiæ talia bona poſſint retineri: quia cum quis rem propriam hẽt pro derelicto, amittit illius dominium, & efficitur occupantis, l. 1. ff. pro dereli. & ita intelligi debet dictum illud Aug. ſi quid inueniſti, & non reddidiſti, rapuiſti. habetur in c. ſi quid inueniſti, 14. q. 5.

S V M M A R I V M.

1 *Reditus ſignificatio plus importat, quàm fructus.*
2 *Prouentus vocabulum, eſt generaliſſimum.*
3 *Emolumentum habet ſignificationem latiſſimam, & includit omnem vtilitatem.*
4 *Cenſus annuus duobus modis formatur, tradendo ei rẽ, qui cenſum ſoluit, & cõſtituẽdo ſuper re ppria.*
5 *Cenſus impropriè dicitur, quando fit inter priuatos.*
6 *Cenſus eſt penſio, qua de prouentibus ſoluitur.*
7 *Emptio fructuum vnius prædij valet.*
8 *Vſufructuarius poßidet naturaliter rem ſibi aßignatam, & habet quaſi ciuilem poſſeßionem.*
9 *Cenſus perſonali petitur actione, non reali, niſi res ſit expreßè obligata.*
10 *Super, dictio, importat obligationem rei.*
11 *Cenſus. Res cenſu affecta tranſit cum onere, & obligatione in quemcunque poſſeſſorem rei.*
12 *Excußio non eſt neceſſaria, quãdo agitur ad cenſum contra tertium poſſeſſorem rei cenſualis.*
13 *Vſusfructus eſt ius in corpore conſiſtens, & vſufructuarius habet ius in re.*
14 *Vſufructuarius dicitur cõſtitutus procurator in rem propriam, & poteſt exercere omnes actiones, & exigere a creditoribus, & intentare rei vendicationẽ, quantum ſua intereſt ratione vſusfructus.*

Fru-

15 *Fructuum futurorum obligatio habet tacitam conditionem, ſi naſcantur.*

16 *Cenſus auctis facultatibus non augetur, & eis diminutis non minuitur.*

17 *Cenſus perimitur re perempta in totum, vel in parte, & pro rata.*

18 *Emphiteuta poteſt renunciare rei emphiteuticæ, quando res facta eſt in totum infructifera.*

19 *Cenſus ſolui debet, licèt res obligata non reddat fructum culpa eius, qui præſtare tenetur.*

20 *Cenſus ſuppleri debet ex alia re, quando obligata non reddit quantũ pro eo ſufficiat, præcipuè ſi præcedentibus, vel ſequentibus annis põt ſuppleri, vt nu. 23*

21 *Cenſus non minuitur, quando poſt conſtitutionem res cœpit minus reddere, quàm importet cenſus.*

22 *Foller. in praxi cenſua. §. huiuſmodi cenſus, nu. 120: reprobatur.*

23 *Penſio præſtanda ex fructibus vnius rei, non minuitur diminutis fructibus, quando res appoſita fuit gratia demonſtrationis, & non taxationis, & quomodo hoc dignoſcatur.*

24 *Cenſus pro cenſu conſtituto ſuper aliqua re, non ſunt obligati fructus rei a ſolo ſeparati.*

25 *Vſufructuarius tenetur ad collectas.*

26 *Cenſus venditor remanet dominus, & poſſeſſor rei cenſuatæ, & ſoluit collectas.*

27 *Collectam ſoluit poſſeſſor rei.*

28 *Collecta eſt onus fructuum.*

29 *Penſionarius tenetur pro rata ad ſubſidium charitatiuum, & ad collectas.*

30 *Collecta imponitur ei, qui deſcriptus eſt in æſtimo.*

31 *Vſufructuarius dicitur is, cui pertinent fructus rei, ſi tamen data eſt facultas capiendi eos propria authoritate. & ibi declaratur, quando videatur legatus vſusfructus, vel non.*

32 *Cenſus emptor non poteſt ſe ingerere in fructibus fundi cenſuarij.*

33 *Cenſus poſſeſſor tertius rei cenſuatæ non poteſt conueniri perſonali actione pro cenſu.*

34 *Cenſus conſtitui poteſt ad cẽtum pro decem, & aliàs ſecundum regionis conſuetudinem.*

35 *Incertitudo facit contractum licitum, qui aliàs eſſet illicitus.*

36 *Emptio fructuum ad vitam valet.*

37 *Fructus, & reditus ſunt ſinonima.*

38 *Cenſus emi poteſt non præſente pecunia, ſi tamen verum debitum vertatur in ſolutione cenſus.*

39 *Nau. de vſur. nu. 89. gl. 4. n. 88. & n. 121. reprobatur.*

40 *Solutio dicitur quidquid ſatisfacit creditori.*

41 *Datio inſolutum, vicem obtinet emptionis.*

42 *Debitum ex vna cauſa, põt voluntate partium transfundi in aliam cauſam, & non dicitur ſimulatio.*

43 *Depoſitum confeſſatum habet priuilegiũ veri depoſiti, quãdo aliud debitũ fuit verſum in depoſitum.*

44 *Exceptio pecuniæ nõ numeratæ non datur cõtra confeſſionẽ mutui, qđ verſum fuit ex alia cauſa vera.*

45 *Fraus non ita facile præſumitur in datione in ſolutũ, ſicut in venditione.*

46 *Conſtitutum transfert verã poſſeſſionem, licèt actus ſit fictus.*

Lib. II. Conſ. Io. Petri Surdi.

47 *Bulla Pij V. ſuper conſtitutione cenſuum, eſt exorbitans a lege communi.*

48 *Cenſus incertus conſtitui poteſt reſpectu quantitatis.*

CONSILIVM CLXII.

MEMINI nonnulla ſcripſiſſe de natura contractus, cuius in hac ciuitate frequens eſt vſus, cum paſſim videamus vendi fructus reditus, & emolumenta domus, ſuſtinuique eo modo in emptorem trãſire vſumfructũ domus: nunc venit in contentionem, an contractus ille ſubiaceat legibus, quas Pius V. Max. Pontifex impoſuit ementibus annuum cenſum, atque inter cæteras, an in venditione domus fructuum emptor cũctis præferatur, & an emptio fructuum non aliter ſuſtineatur niſi præſente pecunia, vel ſufficiat debitum ex alia cauſa conuerti in pretium fructuum. Ego ſanè; & ſi malim in re vt pluribus videtur ancipiti aliorum ſñías audire, q̃ meum interponere iudicium, eam ſemper amplexus ſum partem, quæ inter eiuſmodi contractus maximum conſtituit diſcrimen. Et pro clariori explanatione quæſtionis, præmitto in propoſito nõ differre, ꝙ in emptione fiat mentio emolumẽtorum, fructuum, redituum, vel prouẽtuum: quia quoad hoc habẽtur pro ſinonimis, licèt inter ſe aliqualiter differant, quia redi-
1 tus † quid plus continet, quàm fructus, ſm glo. fi. in c. generali, de electio. in 6. gl. pen. in clem. 1. de reb. eccleſ. non alien. vbi Cardin. in 4. not. Spec. in ti. de locato, §. 1 alios citat Paul. Picus in l. Titia, §. Titia cum nuberet, n. 110. ff. de leg. 2. prouentus ve-
2 rò, † vocabulum eſt generaliſſimum, Inno. in c. pa-
3 ſtoralis, de donat. ſicut etiã emolumenti, † Cuma. conſ. 162. poſt principium, & includit oẽm vtilitatem, Card. in clem. ſtatutũ, in princ. de elect. & de verbo, reditus, introitus, prouentus, & obuentionis, ponit Bero. in conſ. 51. nu. 5. vol. 2. Bertr. conſ. 119. nu. 4. vol. 3. & latiſſimè in conſ. 275. nu. 1. vol. 2. vbi tractat de prędictis fere oĩbus, Petrus Follerius in praxi cenſua. §. huiuſmodi cenſus ſuper rebus, nu. 46. ſolio mihi 135. Præmitto quoque, ꝙ & ſi cenſus poſſit donatione, teſtõ & alijs plurib. modis conſtitui; tñ quod attinet ad rem noſtrã duob.
4 principaliter modis formatur. Primò, † qñ dñus rei illã transfert in alium, qui tñ eius nomine quid annuũ ſoluere vel præſtare promittit, vt eſt tex. in c. conſtitutus, vbi glo. de relig. dom. Bar. in l. 1. §. 1. ff. de publ. Soc. in conſ. 167. col. 1. & 2. vol. 2. Secundo verò, qñ conſtituit quis cenſum ſuper re propria, & illud alij vendit certo conuento pretio. ita declarat Crau. in conſ. 217. nu. 4. Foller. d. praxi cenſu. §. huiuſmodi cenſus ſuper rebus, n. 5. Rodoa. in tract. de reb. eccle. non alien. in rubr. de conſtit. annui cenſus, nu. 2. & 6. Primus aũt modus apud nos abſoleuit, & ſecũdus inualuit, qui cũ fiat
5 inter priuatos impropriè nomen cenſus † aſſumpſit, glo. in cap. prohibemus, vbi Abb. nume. 3. de cenſib. Felyn. in cap. ad audientiam, de præſcript.

col.7.verſ. pro differentia, Didac. variar. reſolut.
lib.3.c.7.nu.1.circa finem,verſ. hinc tandem, Ro-
doan.d.rubr. de conſtitut. annui cenſus, nu.6. eſt
verum quòd Soc. in conſ.162.nu.6. vol.ſecundo,
& Pariſ. in conſi.75.nume.28.vol.4.poſt Bald. in
tit.de pace Conſtan.in verſ. pactiones, in fine, di-
cunt cenſum propriè dici,qñ ſoluitur alicui pro re
propria: ſed intelligo ego ad differẽtiam canonis,
qui ſoluitur in re cognitionẽ dominij. & quamuis
cenſus ſit in multiplici differentia,quia aliquando
pro tributo,aliqñ pro collecta, aliqñ pro fictu ſeu
canone accipitur, vt poſt alios declarat Boniſac.
6 de Vitalin.in rub.clem.de cenſib.in fi.tñ † cenſus,
de quo verba facimus,eſt quædam penſio, quę de
prouentib. ſoluitur, c.quæſitum.1.q.3. vel cenſus
dicitur quidquid annuatim ſoluitur in quantitate
vel ſumma,l.ætatem, cum duab.ſeq. ff.de cenſib.
Summa Angelica in verſ.cenſus,& Tabiena in eo.
verbo,& ponunt omnes Doct. in rub.de cenſib.

His verò ſic præhabitis, ſtanteque præſuppoſi-
to,quod in alijs ſcriptis firmaui, quòd emptor fru
ctuum, redituum,prouentuum,vel emolumento-
7 rũ domus, dicatur vſufructuarius, ex quo † valet
emptio fructuum vnius prędij, vt poſt Pet.& Cy.
voluit Salic.in l.ſi ea pactione,C.de vſur.Natta in
conſ.497.nume.13. imò ipſe quoque vſuſfructus
emi poteſt, l.neceſſario,§.vlt. ff. de periculo & cõ.
rei vend.Didac.d.lib.3.c.7.nu.2.verſ.contrariam
ſanè.prima infertur differentia, quòd emptor fru-
ctuum, isque vſufructuarius rem poſſidet natura-
8 liter,cuius † emit fructus, l.naturaliter, in prin.ff.
de acq.poſſeſ.vbi gloſ.dicit, quod deiecto conce-
ditur interdictum vnde vi,l.3.§.vnde vi, & §.per-
tinet,ff.de vi,& vi arm.probat Bar.in l.1.§.interdi-
ctũ aũt hoc,ff.de vi, & vi arm. Doct. in l.1.in prin.
vbi Ripa,nu.34 ff.de acq.poſſeſ.vbi dicunt, quod
habet ẽt quaſi ciuilẽ poſſeſſionem, alios citat Me-
no.de recup.poſſeſ.rem.1.nu.70.vbi infert dari in
terdictum vnde vi, Boer.deciſ.199.nu.8.quod ſe-
cus eſt in emptore cenſus,qui rem non poſſidet ci-
uiliter aut naturaliter, qñquidẽ principalis actio,
9 q̃ datur ad cẽſum, eſt perſonalis,† vt inquit Bertr.
qui tñ nihil allegat, in conſ.104.nu.7.vol.2. adde
Crau. in conſ.217.nu.4.qui ait pro cenſu, quem
conſtituit quis in re propria, iuxta modum ſecun-
do loco ſupra a nobis recitatum, non dari hypo-
thecã, ſed actionem perſonalem, niſi expreſsè res
cenſuaria ſit obligata,id quod voluit quoq; Bertr.
in conſ.20.nu.5. & 6.vol.4. dicens ad cenſum agi
perſonali actione,l.1. C.de iure emphit. quæ non
ſequitur rei poſſeſſorem,l.fi.ff.de contrah.emp.&
tunc dicitur res obligata, quando cenſus conſti-
10 tuitur ſuper ipſa re, quia dictio, ſuper, † importat
obligationem, Alex.in conſi.156.nu.3. volum.6.
Afflict.in deciſ.162.nu.2.Crau. in conſ.20.nume.
10.Natta in conſ.141.nume.6.& ante eos Bar.in
l.fundus,quem,ff.de annu.leg.vbi dicit legatis de-
cem in annos ſingulos ſuper tali fundo,cenſeri fun
dum ipſum obligatum. & in l.codicillis, §.inſtitu-
to,ff.de leg.2.Faber.in §.item Seruiana,col.fi. In-
ſtitu.de actio.Alber.in l.Caius,ff.de annu.lega. &
in terminis cenſus latè proſequitur Foller.d.§.hu-
iuſmodi cenſus ſuper rebus,nu.113. & tali caſu res
cenſuata tranſit in quemcunq; poſſeſſorem, cum
11 onere ſoluendi cenſum,† quo res affecta eſt,clem.
1.vbi gl.de cenſib.l.reſcripto,§.ſciendũ, ff.de mu-
ne.& hono.Spe.in ti.de locato,§. nũc aliqua,verſ.
86.Inn.in c.verum, de foro comp. vbi fortius vult
procedere etiã, qñ res peruenit ad eccleſiã, quod
tenuit pariter Hoſti.in ſumma,ti.de iure immu.§.
a quibus, propè finem, Corn.in conſ.264. col.2.
vol.4.Rom.in conſ.417.col.2.multos citat Crau.
d.conſ.217.nu.5.Foller.d.§.huiuſmodi cenſus ſu-
per rebus,nume.96. & ſequen. Rodoan.d.rub.de
conſti.annui cenſus,nu.62.Bero.in conſ.150.nu.
24.vol.3.Hiero.Gabr.conſ.47.nu.6.in quib.locis
affirmãt præteriti temporis nedum futuri cenſum
exigi poſſe a rei cenſuatæ poſſeſſore,quinetiam ne
12 gant excuſſionem † principalis venditoris præmit
tendam eſſe, vt ex Guido. Papæ & Caſſan.firmat
Didac.d.c.7.nu.6. loquendo etiã in ſingulari ſuc-
ceſſore rei, Crau.in conſ.217.n.5.in fi.Rodoan.lo
co prædicto,nu.66.Io.Baptiſta Lupus in l.2.n.67.
C.de pact.inter empt.& vend.ſed etſi res hoc caſu
dicatur obligata ꝓpter onus hipothecę impoſitũ;
tñ præcipua obligatio ad ſolutionem cenſus per-
ſonalis eſt, hipotheca autẽ venit acceſſoriè, vt eſt
tex.in d.l.fundus, quem, vbi Bart. ff.de annu. leg.
& ita declarat Didac.d.c.7.num.5.verſi.quartò ſi
cõtractum, Rodoan.d.rub.nu.53.atq; ita ſubſiſtit
differentia,q̃ conſtituimus inter emptorem, cen-
ſus,& vſusfructus, ut ſcilicet primus nullã habeat
poſſeſſionem, ſecundus aũt naturalem habeat, &
quaſi ciuilem,quia hipotheca,& obligatio quę ac-
quiritur cenſuario,non eſt principalis,ſed acceſſo-
ria; & vbi etiam principalis eſſet, non tamen ideo
emptor cenſus dicitur illius vigore poſſidere.

Ex his ad aliam infertur differentiã, quod em-
ptor cenſus nullum ius habet in re, inſpecta origi-
nali & præcipua obligatione, licèt acceſſoriè ha-
beat hipothecam in re obligata pro cenſus ſolu-
tione, vt ſupra dixi; verum vſufructuarius ſeu em-
ptor fructuum ius habet in re, quia vſusfructus
13 † eſt ius in corpore conſiſtens, Inſtit. de vſufr. in
prin.l.2.ff.eo.titu.& vſusfructus eſt pars dominij,
l.4.ff.eod. ideo prohibita rei alienatione, ne vſuſ-
fructus quidem poterit alienari,l.fi.C.de reb.alie.
non alie. ibi, ſed vſusfructus dationem, Cardi. in
cle.1.§.fi.q.2. de reb.eccl. non alie. Boet. in deciſ.
199.nu.4. & vſufructuarius dicitur habere man-
14 datum, & conſtitutus procurator in rem † ſuam
circa res, in quibus vſusfructus eſt conſtitutus, l.
1.§.fi.cum l.ſeq.ff.de ope.noui nun.vbi Doctores
dicunt, quòd poteſt nouum opus nunciare, idem
dicitur in l.1.§.fi. ff.vſufruct. quemadm. cau. vbi
vſufructuarius ſine mandato domini intentare po
teſt rei vendicationem; intelligendo tamen, qua-
tenus ſua intereſt ratione vſusfructus.& dicit Frã.
de Albergo. in l. uxori uſumfructum, ff.de uſufr.
leg. quòd uſufructuarius omniũ bonorum habet

exerci-

exercitium omnium actionũ hæreditariarum, &
põt exigere a creditoribus hęreditarijs, cum refert
& ſequitur Soc. in conſi. 131. nu. 13. vol. 1. Dec. in
conſi. 418. nu. 7. & ſeq. & quod vſufructuarius ſit
procurator in rem propriam, ponit Aret. Inſti. de
vſufructu, in prin. n. 8. Iaſ. in l. naturaliter, in prin.
nu. 11. latè Caualca. in tract. de vſufru. mulic. reli.
nu. 7. vbi declarat, quomodo procedat, poſt Ariũ
Pinell. in l. 1. par. 2. nu. 68. verſ. ſimiliter eſt differẽ-
tia, C. de bon. mater. quinimo Gugliel. in l. 2. C. de
vſufr. vult quod proprietatius non poſſit alienare
rem, in qua habet proprietatem, niſi cum conſen-
ſu vſufructuarij, de quo tamen poſt Caſt. ibi vidẽ-
dus eſt Ruy. in conſ. 48. n. 8. vol. 2. ſtat igitur cõclu
ſio, quod emptor fructuũ habet ius in re, inſpecta
principali obligatione, ſed non emptor cenſus.

Tertia eſt differentia, quia emptor fructuũ eos
recipit, ſi naſcantur: at ſi nõ naſcantur, nullos per-
cipit, & nullum pro eo anno percipit commodũ,
25 quia fructuũ futurorũ promiſsio, obligatio, † vel
emptio tacitam habet conditionem, ſi naſcantur,
l. interdum, ff. de verb. oblig. l. 1. ff. de cond. & de-
monſtr. & ideo illis non natis deficit contractus,
Bal. in rub. C. de periculo & com. rei vend. nu. 7. &
in l. licèt, nu. 7. C. locati, Caſtr. in l. ex conducto, §.
ſi vis tempeſtatis, col. 1. ff. locati, Natta in conſi.
86. nu. 3. & eſt text. in l. nec emptio, ff. de contrah.
ẽmp. Ant. Gomeſ. de contract. c. 2. n. 7. vbi inquit,
emptionẽ reſolui fructibus nõ natis: at in emptio-
ne annui cenſus aliud eſt, quia ſi res ſuper qua eſt
conſtitutus vno anno ſit inutilis, & fructum caſu
aliquo fortuito contingente non reddat, cenſus ni
hilominus erit ſoluendus: Nam ſicuti cenſus non
26 augetur auctis reditibus, † ita non minuitur illis
diminutis, ſm Abb. poſt gl. in ca. prohibemus, nu.
3. & ſeq. de cenſib. quem ſequitur Bertr. in conſi.
238. nu. 4. vol. 2. diſtinguit namq; inter penſionẽ,
quæ ſoluitur pro conductione, & cenſum: vt enim
cenſus extinguatur, neceſſe eſt quod res ipſa peri-
27 matur in totum, vel in parte, † vti ſancitum eſt in
prædicta Pij V. bulla, & a iure quoque cõi, ſm Io.
de Ligna. in c. in ciuitate, & in ca. vlt. quæſtio. 1. de
vſur. Laur. de Rodul. in c. conſuluit, in 2. par. q. 12.
de vſu. & ſequuti ſunt Abb. Arc. Angelica, & Caſ-
ſan. quos citat & probat Didac. d. c. 7. li. 3. variarũ
reſolut. nu. 5. Pariſ. in conſ. 75. nu. 31. vol. 4. Folle.
in d. pract. cen ſua. verſ. huiuſmodi cenſus, nu. 20.
Rodoan. in prædicto trac. tit. de conſtit. annui cẽſ.
nu. 48. quod ẽt procedit, qñ res effecta eſt ſterilis,
& deſijt eſſe frugifera. bulla enim parificat, quòd
res efficiatur inutilis & infructifera in totũ, vel in
parte, vel quod pereat tota aut pars, & id quoque
videtur eſſe ſm cõmunem diſpoſitionẽ iuris; quia
28 emphiteuta † poteſt tali caſu rem domino renun
ciare, ſm Lucam de Pen. in l. ſancimus, la prima,
in fi. C. de Conſubb. lib. 12. per tex. in l. antiquitas,
C. de vſufr. Tiraq. de retrac. conſan. §. 34. gl. 1. nu.
4. dicitur autẽ in propoſito frugifera res, quæ etſi
fructum non ferat, apta tñ nata eſt fructum ferre,
argumento l. ſilua cędua, ff. de verb. ſignifi. c. quid
per nouale, eo. tit. Nauar. in commentario de vſu.
compoſito ſuper c. 1. nu. 117. q. 13. 14. q. 3. & ideo
ſi res fructum non redderet culpa domini, qui eã
aptè non colit, vel in alio deficit, præſtatur nihilo-
19 minus cenſus. † & non dicitur res infrugifera, ſm
Bellencin. in trac. de ſubſid. charit. q. 34. per l. pen.
ff. ſol. ma. & eum ſequitur Gigas in tract. penſion.
q. 62. nu. 8. quinimo de iure communi, & ſi res ſu-
per qua cenſus fuit conſtitutus, non reddat quan
tum ſufficiat pro cenſu, ſuppleri ille debet de fru-
20 ctibus alterius rei, † & inſurgit perſonalis obliga-
tio, c. illo vos, de pign. l. Lucius, ff. de alim. & ciba.
leg. Io. Fab. in l. ſi quis argentũ, in prin. C. de don.
allegatur ẽt Laur. de Rodul. in d. ca. conſuluit, nu.
46. ſed ibi ego eum non inuenio, Guid. Papæ q. 8.
per totam, Foller. d. §. huiuſmodi cenſus, num. 44.
Rodoan. d. rub. de conſtitu. cenſ. nu. 40. & ſeq. & ſi
dicatur, aduerte quia res, ſuper qua cenſus conſti-
tuitur, debet ſaltem tot reddere fructus, qui ſuffi-
ciant ad ſolutionẽ cenſus, & hoc eſt, quod voluit
Bulla, dum exigit quòd res ſit frugifera, vt expreſ-
sè declarat Nauar. d. cõmen. de vſur. nu. 85. circa
finem. item Laur. de Rodul. in loco prędicto vide-
tur dicere, quòd talis cõtractus non ſit licitus, &
Caſſan. relatus a Foller. & Rodoa. inquit, ſupradi-
cta ſolum procedere, qñ venditor cenſus dixit rẽ
eſſe frugiferã, & aptam ferendo cenſui, aliàs ſecus.
Reſpondeo, hæc omnia procedere qñ a principio,
tpe conſtitutionis res non poterat talem portare
cenſum, vel qñ fit in totum inutilis & infructuoſa;
ſed ſi poſt ipſam conſtitutionem & venditionẽ res
minus reddat, quam antea conſueuerat, per hæc
cenſus nõ minuitur, ſed venditor, vel alter conſti-
21 tuens † cenſum tenetur ſupplere. ita in terminis lo
quitur Gui. Papę d. q. 8. atque ita quoque loqui vi
detur Caſſan. a prædictis relatus: proinde Nauar.
loco prædicto nu. 117. quæſt. 23. inquit, quòd res
nõ dicitur deſinere eſſe frugifera eo ſolo quòd nõ
reddat tantum, quantum reddebat venditionis &
conſtitutionis tpe, & in quæſt. 24. infert, cenſum
non extingui, licèt fundus per multos annos ſteri-
lis efficiatur. & quamuis ipſe nõ dicat, tñ extat de-
ciſio Gui. Papæ in loco prædicto, & ſanè ſi voluiſ-
ſet bulla cenſum minui diminutis fructibus, id ex-
preſsiſſet, ſicuti expreſsit cenſum minui, qñ res pe
rit, vel fit infructuoſa: eſt verum, quòd Foller. in
dicta praxi, §. huiuſmodi cenſus, nu. 120. diſputan
do quęſtionem, an propter ſterilitatem duorum,
vel triũ annorum minui debeat penſio, in ea fuit
opinione, q diſtinguatur inter magnum, modicũ,
& mediocrem cenſum. ſed, vt dixi, eius opinio eſt
22 contra † ſniam Nauarri paulò ſupra allegati. eſt
ẽt contra Nattam in cõſ. 49. n. 14. & ſeq. vbi vult,
quòd nõ fiat remiſsio emphiteutæ pp ſterilitatẽ,
licèt penſionem ſoluat æqualem fructibus. Præte-
rea poſſet ea ſententia tolerari, quando cenſus eſt
conſtitutus ſecundum primum modum ſupra re-
latum, transferendo ſcilicet dominium in alium,
qui promittat cenſum. ſed alius eſt, quando do-
minus rei cẽſum ſuper ſua re conſtituit certo pre-
tio

tio conuento. Nã hoc caſu non tam partes uiden-
tur reſpectum habuiſſe ad fructus percipiẽdos ex
re, quam vbi res ipſa fuit tranſlata. mihi ergo ve-
rior videtur diſtinctio, quã fecit Caſt. in cõſ. 339.
col. 3. ver. pro intellectu huius dubij, vol. 1. vbi di-
cit, quod aut vnica oratione exprimitur quid ſol-
23 ui debeat, † & ex quibus ſolui debeat, & ſanè id ſa
ctũ videtur ad taxandum quantitatem, & debitor
non cõpellitur vltra, quàm vires fructuũ patiãtur,
l. nomẽ debitoris, §. vnum ex hęredibus, ff. de leg.
3. aut in vna oratione diſponitur de quantitate p̃-
ſtanda, & in alia, vnde ſit præſtanda, & iſto caſu vi
detur gratia demõſtrationis facta diſpoſitio, atq;
ideo ſi ex fructibus vnius fundi ſolutio non poteſt
fieri, dẽt ex alio ſuppleri, l. quidam teſtamentis, in
prin. ff. de leg. primo. idẽ dicit Fely. in c. ad audien
tiam, il 2. col. 5. verſi. ſexta conditio, de reſcript. &
loquũtur prædicti Doctores in penſione, quæ fuit
conſtituta a ſummo Pontifice ſuper fructibus be-
neficij. eandẽ concluſionem probarunt Bellencin.
& Goza. quos citat & ſequitur Gigas in tracta. de
penſio. q. 62. per totam, Nat. in conſ. 86. per totũ,
in hoc autem Caſt. Felyn. & Gigas conueniunt cũ
10 nuptias † conuolãti,vt cõcludit Bertr.in conſ.58.
nu.10.vol.1.vbi tenet ꝙ tutor cõſentiens matri trã
ſeunti ad ſecunda vota,videatur remittere pęnam
dicta legis.tñ quia tutor impedire poteſt,ne poena
committatur,tum etiam quia in quærendis poteſt
tutor præiudicare pupillo,ſicuti prælatus præiudi
cat eccleſiæ,ſequitur Gabriel.d.conclu.1.nu.40.
Pari modo nõ obſtat,ꝙ aurei ducẽti,quib. ma-
ritus auxit dotes D.Lucretię, videãtur prouenire
ex donatione p̱p̱ nuptias,& cõſequenter ẽt ceſſan
te trãſitu ad ſecũda uota ſint reſtituendi hęredibus
primi viri, & quia ſoluto matrimonio donatio re-
uertitur ad donantem,gl.1.in fi.in auth.ſiue a me,
C.ad Velleian.quia rñdetur primo,ꝙ illud augu-
mentũ nõ fuit donatio propter nuptias,ſed augu-
mentũ dotis, quia partes in inſtrumento illud ap-
11 pellarũt augumẽtũ dotis,& cõtractus † talis eſt iu
dicãdus,qualem partes nominarũt,Abb.ĩ cõſ.15.
in fi.uol.1.Alc.in conſ.3.col.1.vol.1.Soc.in cõſ.88.
nu.1.vol....vbi dicit,cõtractũ cognoſci ex uerbis,
Dec.in conſi.32.col.1.vbi inquit, ꝙ qualitas con-
tractus iudicatur ex tenore verborũ, latiſſimè D.
Becius in conſ.35.nu.9.& non videtur poſſe nega
ri,ꝙ maritus poſſit vxore de proprio dotare, quia
probatur in Exodo,c.22.& in c.1. de adult.ibi,qui
virginem ſtuprauit,cogitur eã ducere in uxorem,
& dotare.Itaque non eſt augumentum dotis reſti-
tuendum hæredibus mariti, ſicuti reſtituenda eſt
donatio propter nuptias,pręſertim ſi attendamus
cauſam augumenti,quę eſt, vt ſit competenter do
tata.ſed quomodo eſſet mortuo primo viro cõpe-
tẽter dotata,ſi illud augũmentũ eſſet reſtituendũ?
Rñderi ẽt põt ꝙ maritus in propoſita quęſtio-
ne promiſit dotẽ illã reſtituere vxori in omnem ca
ſum,& euentum dotis reſtituendę:& ideo vbi ẽt eſ
ſet donatio p̱p̱ nuptias,vxor lucrata eſt eam. Va-
12 let enim pactũ,ꝙ ſoluto matrimonio vxor† dona-
tionẽ lucretur,gl.in auth.dos data,C.de don.ante
nup.Bal.d.auth.ſiue a me,& in l.2.C.de ſec.nupt.
Alba in cõſ.68.n.3.Rol.in cõſ.62.in prin.vol.1.&
13 poteſt fieri tale pactũ lucrãdæ donationis, ẽt † qñ
matrimoniũ diſſolueretur morte vxoris,ſuperſtite
marito,ut uoluit gloſ.in l.ꝙ ſcitis,in ver.ex matre,
C.de bo.quæ lib.q̃ Bal.ibi reputat mirabilẽ,& ſe-
quitur Cy.& Caſt.eãdem probarũt Cum.& Are.
in l.2.in prin.ff.ſol.matr.vbi Iaſ.n.9.& Ripa,n.18.
Alba in d.conſ.68.n.3.in fi.Nat.in conſ.391.nu.4.
& in terminis, quòd ſoluto matrimonio donatio
propter nuptias non redeat ad donantem, ſed re-
14 maneat vxori,quando maritus † promiſit eam re-
ſtituere in omnem caſum, & euentum dotium re-

ſtituen-

ſtituendarum,voluit Gozad.in conſ.47.col. pen.
Cremen.ſing.vlt. Neuiz.in Silua nup.lib.2.n.74.
Nat.in conſ.391.n.3.& ſeq. Alba in d.conſ.68.nu.
3.Rol.in d.conſ.62.in prin.D.Becius in conſ.43.
nu.20.& procedit hoc etiam ſi ex primo matrimo
nio extent liberi,vt cõcludunt Nat.Alba,& Rol.ĩ
locis præcitatis,id ꝙ confirmat Nat. ex eo ꝙ ponit
Rom.in conſ.44.in 3.dubio,vbi dicit ſtante ſtatu
to,quòd maritus lucretur dotem,omni caſu erit lo
cus lucro,etiam ſtantibus liberis ex primo matri-
monio. ſed magis ad propoſitum facit, quod uo-
luerunt Caſt.Ale.Soc.& Iaſ.in l.2. in princ.ff.ſol.
15 mat. ubi concludũt, † ſtatutum ꝙ maritus lucre-
tur dotem, locũ habere etiam ſtãtibus communi-
bus liberis; ergo idem erit in pacto,quia ualet ar-
gumentũ a ſtatuto ad pactum, vt ſunt iura vulga-
ria. ſtante itaque pacto prædicto lucratur mulier
donationem propter nuptias,nec tenetur eam re-
ſtituere hæredibus viri,diſſoluto matrimonio.
Hęc etſi valde vrgentia ſint,tñ eis non obſtanti
bus,arbitror contrariam ſententiã eſſe ueriorẽ,di-
ctos nẽpè aureos trecentos ſeptuaginta quinq; in
ſolidũ ſpectare ad filias prioris matrimonij.& pro
elucidatione infra dicendorũ præmitto, quòd illi
aurei ducẽti,quos D.Io.Frãciſcus primus uir ad-
didit paulo ante contractum matrimoniũ,dicũtur
conſtituere donationem ꝑꝑ nuptias,nõ aũt dotẽ;
quia quidquid maritus dat uxori habito reſpectu
16 ad dotem,dicitur donatio † ꝑꝑ nuptias,l.cũ mul-
tę,in prin.& in §.ſancimus,& in §.ſi igitur dote,C.
de don.ante nup.& hoc procedit etiã ſi partes ap-
pellent augumentum dotis; qa ſi a marito proue-
nit,dicitur nihilominus donatio propter nuptias,
17 ut † per Crau.in conſ.185.Nattã in conſ.147.n.4.
Ant.Sol.tit.de feu.decreto blanche gl.unã,primæ
par.n.8.Albam conſ.22.n.4.& conſ.68.nu.1.Ideo
uidemus ꝙ indiſtinctè Doct.donationem propter
nuptias appellant augumentũ dotis,ut uideri põt
apud Nattam in conſ.391.in prin.& cõſ.466.nu.
4.Rol.d.conſ.62.nu.2.Neuiz.d.lib.2.nu.74.& in
conſ.45.n.2.17.& pluribus ſeq.& qñ a marito fit
donatio in inſtrumento dotali,nõ eſt dubiũ,quin
ſit propter nuptias,etiam ſi non dicatur, d.l.mul-
tę.§.ſin a ſit donatio talis,declarat Alba d.conſ.22.
nu.7.ubi fortius uult procedere, licèt maritus di-
cat,ꝙ facit ex liberalitate,uel propter merita,quia
poſſunt ſimul ſtare, quòd ſit donatio propter nu-
ptias,& quòd facta ſit propter merita,uel maritus
ad donandũ moueatur ex meritis, & ſubdit nu.8.
ꝙ eiuſmodi donationes appellantur paſſim augu-
mentũ dotis,& nu.5.inquit,quòd & ſi differãt au-
gumentũ dotis ex parte uxoris, & donatio ꝓpter
nuptias ex parte mariti,tamen ſi utrunq; a marito
proueniat,nihil differũt. Nihil.n. aliud eſt maritũ
augere uxoris dotẽ, quã propter nuptias donare.
Stante itaque hoc præſuppoſito,quòd ſit dona-
tio ꝓpter nuptias, ſequitur ꝙ ſoluto matrimonio
redire debuit ad hæredes mariti donãtis,quia ubi
matrimoniũ ſoluitur, ſicuti dos redit ad dotantẽ,
18 ita donatio † propter nuptias ad donantem, gl.in
auth.dos data,C.de don.ante nup.c.ſi. de don.in-
ter vir.& vxo.gl.in §.ſi.Inſt.de don.gl.1.in ſi.in au
thẽ.ſiue a me,C.ad Velleian.Bar.in §.1.ĩ 2.not.in
Auth. de ęqual.dot.& don.propter nup, Bal.ĩ l.2.
C.de bon.quę lib.Ange.in §.eſt & aliud,Inſtit. de
don.Pariſ.in cõſ.59.col.ſi.vol.2.Neuiz.ĩ ſyl. nup.
d.lib.2.n.74.Bellon.in cõſ.17.n.1.& in cõſ.31.nu.
2.Nat.in conſ.391.n.3.Alba in d.cõſ.68.nu.2.&
Rol.d.cõſ.62.in prin.& procedit quomodocunq;
ſoluatur matrimoniũ,ſiue per mortẽ viri, ſiue per
mortẽ vxoris,qa tranſmittitur ad hæredes, vt vo-
luit Abb.d.c.ſi.in 3.not.de don.inter vir.& vxo.
Secundò id multo magis procedit in propoſita
quæſtione,qa D.Lucretia tranſiuit ad ſecunda vo
ta:quo caſu etiã ſi alioquin donationẽ propter nu
ptias fuiſſet lucrata,tenetur tñ illius proprietatem
reſeruare filijs ex primo viro,retento ſibi ſolo vſu
fructu in vita ſua.quicquid enim ex bonis primi vi
19 ri † peruenit ad vxorem, amittitur quoad ꝓprie-
tatem per tranſitum ad ſecunda vota,ut probatur
in l.fęminę,l.cum alijs,& l.generaliter,C.de ſecun.
nup. Bal.in l.ſi liberis,C.de ſec.nup. Dec. in conſ.
87.n.3.& in cõſ.230.n.1.Nat.in cõſ.466.n.1.Rol.
in cõſ.62.n.10.vol.1.hęc aũt adeò vera ſunt,vt vẽ
dicent ſibi locũ,ẽt qñ ex pacto,ſtatuto,vel conſue
tudine vxor lucratur donationẽ propter nuptias,
uel maritus dotẽ,qa quiſq; eorũ tenetur id, ꝙ lu-
cratur,reſeruare filijs ex primo matrimonio, ſi ad
20 ſecũda † vota tranſeat. ita Bal. in auth.ex teſtamẽ
to,C.de ſec.nup.n.6.quia ſm eum,lucrum differ-
tur propter matrimonium,& qui contra matrimo
nium delinquit,eo priuatur,& ſtatutum recipit ẽt
interpretationem, dummodo ſecundo nõ nubat.
idẽ uoluit in auth.uxore,C.eo.tit.& ita tenuerunt
Rom.Sal.Caſt.Ale.Corn.Soc.Cremen.Iaſ.Dec.
Ripa,Alc.Io.de Garron.Arelat.Ruyn.Io. Lup.&
Boer.quos oẽs citat, & ſequitur eorum ſententiã
defendẽs Rol.in tract.de lucro dot.q.86.per totã,
ubi dicit cõem.alios citat Phan.ĩ eo.trac.§.8.n.13.
Alba in conſ.68.nu.4.& probatur in l.fęminæ,ubi
uult tex.quod acquiſita iure ſponſalium ſint reſer
uanda filijs, & ita præſupponit, quod etiam id ſit
reſeruandum,quod uxori, uel uiro fuit acquiſitũ.
21 & procedunt hæc quoque in dote † conſtituta a
marito,quia uenit filijs reſeruanda,Caſtren.conſ.
149.& conſ.150,uol.2.Ripa in l.fęminæ, nu.50.
Tertiò ceſſante ẽt tranſitu ad ſecunda uota ex
alio dicti aurei ducenti donati ꝑꝑ nuptias ſunt re
ſtituẽdi filiabus primi uiri:qa,quidquid ſit de iu-
re Digeſtorũ & Codicis,diſpoſitũ fuit iure Authẽ
ticorũ nouiſſimo,ꝙ lucrũ dotis, & donationis ꝑꝑ
22 nuptias factũ ab altero † ex coniugibus reſeruetur
filijs communibus,eſt tex. in §.propterea,in auth.
neque uirũ quòd ex dote,&c.vbi notant omnes,ꝙ
per illum tex.corriguntur iura,quæ uolunt, quòd
lucrum pleno iure ſpectet uxori uel marito,qñ nõ
tranſit ad ſecunda uota,& procedit ſm Doctores
ille tex.ſiue morte,ſiue diuortio, ſiue bona gratia
matrimonium ſoluatur. ad idem eſt text.in auth.
uxore,C.de ſec.nup.ubi omnes Doctores, & po-

nit Salic.in l.ſi quis prioris, §.talem,nu.4.in fi.C.
de ſecun.nupt.vbi dicit,ꝙ in reſeruatione proprie-
tatis non conſideratur iniuria, quæ infertur filijs
per tranſitum ad ſecunda vota: quia ẽt ſi coniunx
non nubat ſecundo loco tenetur proprietatem rei
lucratæ reſeruare filijs cõibus, Rom.in conſ.405.
nu.5.ver.primo,quia videmus,Alex.in conſ.162.
nu.3.in fi.vol.6.Soc.in l.2.in prin.nume.4.ff.ſolu.
matr.Arelat.in l.generaliter,num.70.C.de ſecun.
nup.Ripa in l.fœminę,nu.34.C.de ſecun.nupt.& in
l.ſi vnquã,nu.48.C.de reuoc.don.Crau.in conſ.
56.nu.30.ver.tertiò principaliter, inter conſ.Syl-
ua.Natta in conſ.391.num.11.Phan.de lucro dot.
glo.8.nu.15.& iuta prędicta nedum locum habẽt,
qñ vxor ex pacto lucratur donationẽ propter nu-
ptias,ſed ẽt qñ lucrum prouenit ex ſtatuto,vt pro-
bat Bal.in d.auth.vxore,C.de ſecun.nupt.quia ſta
tutum videtur inter coniuges quoddã tacitum pa
ctum, & contrahendo vidẽtur ſe conformaſſe eum
ſtatuto,eo ipſo ꝙ aliter non ſtatuerunt,nec conue-
nerunt.habent igitur filiæ primi viri intentionem
ſuam fundatam ſuper partis iuribus,quib. proba-
tur donationẽ p p nuptias eſſe quoad proprietatẽ
reſeruandã ſibi,ſiue mater ad ſecunda vota tranſi
uerit,ſiue non. quod ſi hæc reſeruatio fieri debet,
qñ manet in prima viduitate, multo magis id erit
dicendum,qñ conuolauit ad ſecundas nuptias.

His ergo ſic firmatis, nõ obſtat quod augumẽ-
tum prædictum ſit factum in remunerationem iu-
uentutis, & ita ex cauſa oneroſa proinde reſeruã-
dum non ſit,vt concludit Ripa in d.l.fœminæ.quia
reſpondeo primò non eſſe verum quòd ſit factum
in recompenſationem iuuentutis,& licèt in dubio
præſumatur ex ea cauſa factum, tamen in pręſenti
caſu dignoſcitur non ea ex cauſa,ſed alia,ideſt pro
pter nuptias maritum addidiſſe illos aureos du-
cẽtum:præceſſit enim promiſſio contrahendi ma-
trimoniũ,& præceſſit dotis cõſtitutio ex parte D.
23 Lucretiæ.Dos aũt data donationem † p p nuptias
meretur, auth.dos data,C.de don.ante nup.adeo
vt maritus,qui recepit dotem,cogi poſſit ad faciẽ-
dam donationẽ propter nuptias cõditione illius
legis, vt voluit ibi glo.1. quã ſequitur Odofr. Bar.
Bal.Ang.& alij.Ang.in §.1.in Auth.de ęqual.dot.
Sal.in l.fi.in fi.C.ſi maior fact.alie.rat.hab.Affl.in
deciſ.242.col.1.Bal.nouel.in tract.dot. par.6.pri
uil.16.in prin.Campeg.in eo.tract.p.1.q.61.Ruy.
in conſ.110.nu.2.vol.5. quinimo ſi conſueuit do-
natio fieri de certa quantitate,vt de decem pro cẽ-
tenario,habetur pro facta, ẽt ſi de ea nõ appareat,
Neuiz. conſ.45.nu.17.& 18. Lancello, Gallia. in
conſuet.Ale.in ver.viginti,n.51.cum aũt teneatur
maritus facere donationem propter nuptias, & id
fieri conſueuerit,præſumitur illud augumentũ fa-
ctum in exequutionẽ obligationis, & conſuetudi-
24 nis præambulæ,quia † factũ id præſumitur, quod
conſuetum eſt fieri, ſm Bald.in rub. C.de fide in-
ſtrum.nu.8.in fi.alios plures citat Felyn.in c. cum
M.Ferrarienſis,num.5.de conſtit.Alex.ad Bart.in
l.in bello,§.factæ,ff.de capt.Lup.in c. per veſtras,
ver.vnum tñ non eſt,n.2.de don.inter.vir.& vxo.
folio mihi 123.Natta in conſ.146.nu.8. pręcipuè
qñ, vt hoc caſu, conſtat de principali facto, vt de-
clarat Sapia in l.ſi emancipati,nu.30. C.de collat.
25 & factum quid præſumitur ex † ea cauſa, ex qua
fieri debebat, vt in ſnĩa dicimus, quæ præſumitur
lata ex ea cauſa,ex qua ferri debebat,Caſtr.in cõſ.
136.col.fi.vol.1.Crau.in cõſ.23.nu.2.& Iudex p̃-
ſumitur in dubio pronunciaſſe, prout tenebatur
de iure,Bar.in l.ſi fundus,§.in vendicatione,ff.de
pign.Crau.in cõſ.74.nu.9.& in conſ.188.nu.9.&
vbi etiam poſſet dici ſubeſſe meritum in D.Lucre
tia ratione iuuentutis,clarum tamen eſt,quòd D.
Io.Franciſcus non potuiſſet compelli ad remune-
randum: contra vero compelli potuiſſet ad donan
dum propter nuptias.vbi ergo duæ præcedſit cau-
ſæ, vna neceſſaria, alia non,ſemper actus ex cauſa
26 † neceſſaria factus p̃ſumitur, l.fin. vbi Bart.C.de
alim.pup.pręſt.Barto. in l.eum ſeruus,ff.de verb.
oblig.Sign.in conſ.103.n.6.Crau. qui alios citat,
in conſ.106.nu.8.& in conſ.135.nu.12.& in conſ.
270.nu.4.& ſoluere in dubio quis præſumitur in
cauſam neceſſariam potius,q̃ in voluntariã, l.pri-
ma,cũ ſeq.ff.de ſolu.& alienatio, quæ põt eſſe ne-
ceſſaria,& voluntaria,præſumitur potius neceſſa-
ria,l.fideicommiſſa,§.ſi rem,ff.de leg.3.& actus di
27 citur ex neceſſitate,†nõ ex volũtate proceſſiſſe,qñ
compelli is poterat ad faciendũ, Io.And.in c.p̃te-
rea,in ver.extorquẽtes,de iure patr.Bal.in l.nouiſ
ſime,ff.quod falſo tut.auth.Dec. q alios addit, in
l.velle non creditur,n.2.ff.de reg.iur. latiſſimè Ca
gnol.in l.ſi quis maior, nu.67. C.de tranſact. ean-
dem concluſionem probat Menoc.in conſ.56.nu.
29.vbi concludit,ꝙ ſi legatum poterat compenſa-
ri cum dotibus,& cũ bonis paraphernalibus, cen-
ſetur teſtator in dubio uoluiſſe, ꝙ fieret compen-
ſatio cũ paraphernalibus, quia eorũ reſtitutio ne-
ceſſaria magis erat,& actus ambiguus refertur ad
cauſam,quæ illo actu indigebat,ſm Bar. in l.1.§.ſi
parens, ff.ſi quis a par.fuer.man.Alba. in cõſ.109.
nu.18.Dicẽdum ergo eſt,ꝙ in primis voluerit ma
ritus debitum exoluere,pro quo poterat conueni-
ri,quã iuuentutem vxoris recompenſare, id quod
nullo iure facere tenebatur:in neceſſitatibus.n.ne
mo liberalis exiſtit, l.rem legatã, ff.de adim.leg.l.
ſi ſeruo,ff.de hær.inſtit.& dici poteſt, ꝙ magis de-
bitũ pręſtitit quàm quod uxori beneficiũ contule
rit,vt dicitur in l. proximè, ff.de ritu nup. & id ſo-
lum donatum videtur, quod nullo iure cogente
cõceditur,l.donari,ff.de donat.l.donari,ff.de reg.
iur.& non eſt donatio, quãdo id quod datur pote
rat peti,vt dicitur de uxore, quæ vltra dotes pro-
mittit uſuras, l.ſi quis pro vxore, §.ſi uxor, ff.de
don.inter vir.& vxo.Tiraq.in l.ſi unquam, in ver.
largitus,nu.106.Iſta aũt obligatio ad antidora,le-
28 uis † eſt ponderis, quia non producit actionem,
nec retentionem,ut dicunt Dec.& Cagnol.in d.l.
donari,de reg.iur. & non eſt potens ad cõpenſan-
dũ,vt voluit Ang.in Auth.de nõ eligẽ.ſecun.nub.
in prin.num.1.Iaſ.in l.ex hoc iure,nu.73.ff.de iu-
ſti,

ſti.& iu. & non cauſat intereſſe, per ꝙ liceat alteri
ſtipulari,l.ꝙ dictũ,vbi Bal.Ang.& Fulg.ff.de pact.
Iaſ.d.l.ex hoc iure,n.64.& q̃uis in marito concur
rere potuerit vtraq; conſideratio,donandi ſcilicet
ꝑꝑ nuptias,vti tenebatur,& remunerandi iuuen-
tutem vxoris:tũ quia cauſa matrimonij eſt ea,quę
originaliter,& principaliter eum mouit,vel mouiſ
ſe præſumitur,illa potius attẽdenda eſt,quàm cau
ſa remunerationis,quę eſt acceſſoria:ſemper enim
29 originalis cauſa † attendi debet,l.tutor datus, ff.
de fideiuſſ.l.ſi id ꝙ,in prin.ff.de don.Crau.in cõſ.
131.nu.15.& cauſa matrimonij ſemper præſumi-
30 tur † finalis,quãdo aliquid in nuptijs datur,Cyn.
Alber.& Sal.i l.generaliter,C.de epiſc.& cler.Ne
uiz.in conſ.45.n.27.alios citat D. Becius in conſ.
20.nu.18.& cauſa finalis dicitur illa,ſine qua non
31 erat † quis facturus actum,Bald.in conſ.340.col.
2.uol.3.cum alijs per Crau.in conſ.142.n.9.D.Be
cius d.conſ.20.nu.10.Cauſa aũt finalis attendi de
32 bet, † non alia,quia ea dicitur principaliter conſi
derata,& ſm eã diſpoſitio regulatur, Bal.in conſ.
215.col.2.vol.1.Dec.in conſ.46.Crau.in cõſ.137.
nu.14.Alba in conſ.52.n.7.Nec dicatur,quòd nõ
ſoleant mariti donare propter nuptias quantitatẽ
quæ æquiualeat dotibus,vt fecit D.Io.Frãciſcus:
Quia rñdeo,ꝙ de iure donatio propter nuptias de
bet eſſe æqualis dotibus,ut in auth.æqualitas, C.
de pact.conuen.quæ lex loquitur prohibitiuè; er-
go ei non poteſt renunciari,ẽt cũ iuramento,ut ꝓ
bat Crau.d.conſ.56.n.5.inter conſ.Silua. & q̃uis
ex conſuetudine aliter ſeruari poſſit,ſm gl.Bar.&
Sal.in d.auth.æqualitas, & alios apud Nattam in
conſ.391.n.5.tñ conſuetudo in his,quæ ſunt uolũ
tatis,non ligat inuitos, ſed poteſt quilibet renun-
ciare fauori ſuo,l.ſi q̃s in cõſcribendo, C.de pact.
& beneficium non confertur in inuitum. uoluite-
nim maritus non quantitatem dotis promiſſæ re-
ſpicere, ſed propriam conditionem attendere in
donando. Præterea ſatis etiam latè deduximus in
principio,ꝙ illa dotis augumentatio dicitur dona
tio propter nuptias,& quòd nil aliud eſt maritum
augere dotes uxoris, quàm propter nuptias dona
re. Si igitur eſt donatio propter nuptias,non autẽ
remuneratio iuuentutis,ſequitur quòd ea eſt filijs
reſeruanda,per d.l.fęminæ, & alia iura ſupra alle-
gata in ſecundo fundamento huius partis.

Secundo rñdeo, ꝙ ẽt ſi illi ducenti aurei eſſent
donati in recompenſationem iuuentutis D.Lucre
tiæ,tñ adhuc eſſent reſeruandi filijs, quia donatio
propter merita,ſeu remuneratoria ,eatenus gau-
det priuilegio,quatenus ſe extendunt merita; ſed
in quantum res donata excedit merita,nõ dicitur
33 remuneratio,† ſed ſimplex,& gratuita donatio,ut
ꝓbatur in l.ſi ſponſus,§.circa,ff.de don.inter uir.
& uxor.Ang.& Imola in l. Attilius Regulus,ff.de
don.Corn.in conſi.45.col.fi.uol.4. Bertr.in conſ.
46.in fi.uol.2.Ripa,in l.ſi unquam,nu.28. & in l.
fin.nu.149.C.de reuoc.don. & alios plures refert
Tiraq.in d.l.ſi unquã, in uer.donatione largitus,
nu.148.& latius nu.79.Pariſ.in conſ.90.n.14.uol.
3.Caſſan.in conſ.7.nu.11.Cotta in memor.incip.
donatio facta filio,Clar.in §.donatio,quæſt.3.nu.
3.Menoc.de arb.iud.caſu 132,n.5.In præſenti au-
tem controuerſia non poteſt dici quòd augumen-
tũ dotis factũ ſit in recompenſationem iuuentu-
tis,quia lõgè,quinimo in totum excedit interitum
iuuentutis: Nam & ſi D.Io.Franciſcus quinqua-
genarius eſſet,tñ cum eſſet diues,inueniſſet vxorẽ
cum dotibus aureorum mille: proinde ſi maluit
D. Lucretiam ducere cum dote ducentorum au-
reorum, ſatis dicitur iuuentutem remuneraſſe, ſi
eam cum parua dote eligendo prætulit alijs, quæ
congruam erant dotem præſtaturæ. quare nega-
bit nemo,quin condignè iuuentus D.Lucretię fue
rit remunerata abſque eo, quòd quid vlterius pro
iuuentutis recõpenſatione donaret. Iudex igitur,
cuius arbitrio committitur quæſtionis deciſio, an
34 merita † æquiualeant donationi, vt voluit Soc.in
conſ.295.col.3.ver.circa ſm,vol.2.Iaſ.Curt.iun.
& Purpur. quos citat, & ſequitur Menoc. d.caſu
132. nu.7. videat num ſatis compenſata fuerit iu-
uentus,quæ eaſuit per D.Io. Franciſcum æſtimata
aureis octingentis. & non eſt dubium,quod inue-
niſſet vxorem æquè iuuenem,vt erat D.Lucretia,
cum aureis quingentis. hoc autem ſtante quòd il-
lud augumentum excedat meritum iuuentutis,ſe-
quitur ꝙ venit omnino filijs reſeruandum,q̃a do-
natio etiam facta in remunerationem meritorum
35 reſeruatur filijs,quatenus exuperat † merita,vt cõ
cludit Ripa in l.fęminæ,nu.43.C.de ſec.nup.& de
donatione facta a viro ſene vxori iuueni, vel no-
bili ab ignobili,ꝙ non ſuſtineatur tamquam remu
36 neratoria,ſi non eſt tanta inæqualitas, † quæ me-
reatur illam donationem,voluit Bal.in l.ſi volun-
tate,in fi,in 2.lect.C.de dot. promiſſio. idẽ voluit
Bal.nou.in tract.dot.p.10.col.5.ver.tñ retẽta, vbi
dicit contrariam opinionem non procedere,quan
do dos confeſſata eſſet ſuperexceſſiua, adeo ꝙ ſm
arbitrium boni viri eſſet magna inęqualitas,& ma
gna compenſatio habito reſpectu nobilitatis , vel
iuuentutis ad talem donationem: Tunc enim qua
tenus eſt inæqualitas,non valet,& cum ſimpliciter
ſequitur Bertr.in conſ.46. in fi.vol.2. idem voluit
Io.Lup.in d.rub.de don.inter vir.& vxo.§.32.nu.
9.vbi infert, quòd ſi ruſticus valde diuęs vxorem
ducit nobilem,ſed pauperem,ea inæqualitas con-
ditionis non faciet valere donationem,quia nobi-
litas vxoris compenſatur cum diuitijs mariti. ita
in propoſito iuuentus Dominę Lucretiæ paupe-
ris,& quæ exiguas habebat dotes,compenſatur cũ
mariti diuitijs:quia quod dicitur de nobilitate mu
lieris,locum habet quoque in eiuſdem iuuentute,
& nouiſſimè id comprobat Lancello.Gallia, ſuper
conſuet.Alc.in ver.viginti, nu.132. poſſet itaque
agi de recompenſatione iuuẽtutis,quando D.Lu-
cretia dediſſet competentes dotes; ſed cũ exiguas
dederit,dotium exiguitas detrahit iuuentutis me-
rito;ſatis enim compenſatur iuuentus, ſi uices ſu-
ſtinet cõgruæ dotis abſque eo quòd etiam merea-
tur pinguem donationem.

Tertiò rñdeo, quòd contrariũ poſſet ꝓcedere, qñ donatio eſſet alio titulo facta, quã p p nuptias, vel in augumentum dotis, vel tpe nuptiarũ: ſed cũ in caſu noſtro facta ſit ſub titulo donationis ꝓpter nuptias, vt ſuſtinui ſupra, in primo rñſo, vel ẽt ſub augumento dotis, venit omnino filijs reſeruanda, ſiue ad ſecundas nuptias trãſiuerit vxor ſiue non, iuxta d.§.propterea, in Auth. neque virũ quòd ex dote, & auth. vxore, C. de ſec. nup. ẽt ſi ex cauſa oneroſa facta ſit donatio, quia illud ꝙ dicitur, donationem factã ex cauſa vel in remunerationem nõ dici donationem, & ideo non eſſe reſeruandã filijs non procedit in donatione propter nuptias, vel in
37 dote: Nã donatio propter † nuptias ſemper dicitur ob cauſam, nẽpè matrimonij, vt declarat Dec. in auth. ſi qua mulier, nu. 17. C. de ſec. nup. Ripa in d.l.ſi vnquã.n.48.& tñ reſeruatur filijs, quãuis mulier nõ tranſeat ad ſecunda vota, vt d.§.propterea.& auth.vxore. igitur l.fœminę, dũ loquitur de munifica liberalitate, intelligi debet, quoad alia lucra, non aũt quoad donationẽ propter nuptias, & dotem: nã donatio propter nuptias non procedit ex liberalitate viri, ſed ex neceſſitate, auth. dos data, C. de pac. conuen. & dixi ſupra, & tñ eſt reſeruãda vt ſupra: propterea ſi donatio eſt reſeruãda vbi non trãſit mulier ad ſecundas nuptias, multo magis reſeruabitur, qñ ſit tranſitus ad ſm virum. Et ſi dicatur, quę eſt ratio diuerſitatis inter lucrũ dotis, & donationis propter nuptias, & alia lucra? Reſpõdeo, maximã eſſe differentiã: nã dos, & donatio ꝓpter nuptias dari videntur principaliter cõtemplatione
38 † filiorum, vt probatur in §.ſoluto. in Auth. de nupt. ibi, tanquã ex cauſa illorũ ſibimet acquiſitas. ideo fortius reſeruantur filijs, q̃ lucra alio titulo acquiſita, in quibus nõ cadit filiorũ principalis conſideratio, ita tradit Rom. in cõſ.405.n.3.& melius Arelat. in l.generaliter, n.19. C. de ſec. nup. ea verò ratione videmus, ꝙ etſi mulier trãſiens ad ſecunda vota non teneatur filijs reſeruare lucrum, ꝙ habuit contemplatione viri, nõ ab ipſo viro, ſed ab alijs, vt in l.fœminæ, cum alijs apud Gabr. lib.3. tit. de ſec. nup. concl.1.n.42. tñ ſi extraneus fecit cõ
39 templatione viri donationẽ propter † nuptias, illa eſt omnino reſeruanda, vt in Auth. de nup. §. ſi verò, & in auth. donatione, C. de ſec. nup. & in l. generali, ver. nec intereſt, C. eo. tit. ponit Rom. in d. cõſ. 405. in 1. dubio, per totum. vbi infert, quòd a lucro donationis propter nuptias non licet arguere ad alia lucra, quia ſuper eis diuerſimode diſponitur, Ripa in d.l.fœminę, nu.34. vbi reprehendit Bertr. q̃ contrarium tenuit, & ſubdit hanc eſſe ſpecialitatis rationẽ, quia lucrum donationis propter nuptias, prçſumitur magis ex cauſa filiorum acquiſitum, q̃ alia lucra: ideo dos, & donatio tanquam factæ contemplatione filiorũ, videntur magis debitę filijs. Id ipſum cõprobat Arelat. d.l. generaliter, n.68.& ſeq. ſimiliter videmus, ꝙ dos, & donatio propter nuptias prouenientes a ſecundo viro reſeruantur
40 filijs ſecũdi matrimonij † inſolidum. Alia verò lucro ab eodem ſecundo viro prouenientia communicantur filijs primi, & ſecundi matrimonij, §.nec illud, in Auth. de nup. l.ſi quis prioris, §.talem, C. de ſec. nup. vbi Doct. Rom. d. conſ. 405. nu. 6. Rip. d.l.fœminę, n.34. Arelat. in d.l. generaliter, n.70. lucra igitur acquiſita in nuptijs vel matrimonij contemplatione nõ patiuntur illam diſtinctionem, an ex cauſa oneroſa vel gratuita procedãt, ſed ex quacunque cauſa proueniant ſunt reſeruanda filij, vt poſt Dec. & Calcan. concludit Phan. in tract. dot. gl.8.nu.13. in ſi. hinc videmus quòd lucrum dotis a ſtatuto delatum reſeruatur filijs, ſicut ẽt lucrum ex pacto acquiſitum, ſm Bal. in auth. ex teſtamento, C. de collat. cum alijs ſupra adductis in 2. fundamento huius partis, & tñ tale lucrum dicitur ha
41 beri ex cauſa † oneroſa, id eſt propter onera matrimonij, glo. in l.ſi donaturus, ff. de don. cau. da. vbi Alc. & Iaſ. allegant concordantes, & dicunt communem, infinitos allegat Tiraq. in d.l.ſi vmquam, in ver. donatione largitus, nu. 217. & ſeq. latiſſimè Rol. de lucro dot. quæſt.4.n.10.& per totã, Phan. in eodem tract. gl.8.nu.13. cum igitur iura loquuntur de lucris nuptialibus, non debent reſtringi ad ea quæ ex coniugum ſimplici liberalitate proficiſcuntur, quia aliàs neque dos, neque donatio propter nuptias reſeruarentur, ex quo nunquam proueniunt a liberalitate, ſed annexam ſemper habẽt oneroſam cauſam matrimonij. Concludo igitur aureos ducẽtum additos tempore matrimonij reſeruandos eſſe filijs atque ad eos inſolidum ſpectare, etiam ſi D. Io. Franciſcus motus eſſet ex cauſa remunerationis, quia donatum occaſione matrimonij reſeruatur filijs, nulla habita diſtinctione, quod procedat ex liberalitate, vel neceſſitate.

Quartò rñdeo, quòd augmentũ dotis, de quo verba facimus, non poteſt ſuſtineri tanq̃ donatio remuneratoria, quia ex inſtrumento dotali cõſtat quòd a principio conuentum eſt tpe matrimonij contracti, quòd D. Io. Frãciſcus augeret dotes aureis ducentum. Ita loquitur inſtrumentum dotale, vbi legitur, ꝙ factum fuit matrimonium cum infra ſcriptis conuentionibus: ſtante autem cõuentione & pacto deſinit eſſe remuneratio, quia beneficij remuneratio non eſt a iure naturali taxata, nec ab aliqua ratione intellectus. quapropter deducere voluntatem ad neceſſitatem, & obligationem informem ad obligationem formalẽ non eſt ſm metam naturalis iuſtitiæ, nec ex debito iuſtitię, licèt ſit ex debito amicitiæ. ita dicit Beatus Thomas, quẽ refert & ſequitur Bal. in rub. C. de vſur. n.1. in ſi. vbi infert, quòd & ſi poſſit quis beneficium remune-
42 rare, † tñ erit vſura, qñ obligat ſe ad remunerationem. & dicit gl. ſi. in c. ſi fœneraueris, 14.q.3. quod
43 obligatio naturalis ad antidora, † non poteſt deduci in pactum, & infert quòd erit vſura, ſi mutuo tibi gratis centũ, pacto appoſito, quod totidem poſtea mihi mutues gratis. & dicit gl. in cle. 1. in verſ. onere, de vſur. ꝙ nõ licet obligationem naturalem deducere in ciuilem, & infert non valere Bergomẽ ſe ſtatutum, quod repetens vſuras teneatur vſurario mutuo dare tantam pecuniam, quantam rece-

pit

pit ab eo, & pro eodẽ tpe allegat Ioan. & Goſre.
ſeq. Anch.ibi, nu.4. augetur enim, ſm eum, obli-
gatio & is compellitur, qui aliàs cogi nõ poterat,
Vitalin.nu.139. Hoſtien.in ſum.de vſur.§.qua pę
na, ver. quid ſi tibi, vbi inquit, q & ſi quis ſit ad
antidora obligatus, tñ ea eſt obligatio naturalis,
quæ non põt ad ciuilem deduci: & ideo ſi mutuo
decẽ, ita q totidẽ mihi mutuare tenearis, eſt vſu-
ra; & quamuis arguat in contrarium, tñ in fi. ſub-
dit hanc eſſe tenendã, Butr. in c. ad audientiam, il
ſecondo, ver. & hęc, de reſcrip. Lanr. de Rodul. in
tract. de vſur. ſuper c. conſuluit, col.1. in 2. oppoſ.
vbi dicit, quod antidorum non eſt ſimpliciter de-
bitũ, ideo nõ põt ex pacto fieri debitor, qui prius
nõ erat, nec põt naturalis obligatio deduci in ciui
lẽ ex pacto, Abb. d. c. conſuluit, n.8. de vſur, Rom.
in conſi.500. nu.9. Barba. in c. illo vos, de pigno.
Iaſ. in l. ex hoc iure, n.65. ff. de iuſt. & iure, Beatus
Thomas in ſecunda ſecũdæ, q.77. ar.2. circa med.
Cũ igitur obligatio naturalis, qualis eſt hæc anti-
doralis, trãſit in ciuilẽ, iã non eſt amplius remune-
ratio, ſed obligatio, & non valet vti remuneratio.
Non ẽt reſiſtit q D. Lucretia tranſiuerit ad ſe-
cunda vota de conſenſu magnifici Dñi A. qui erat
tutor filiarum prioris matrimonij, quia negatur
Dñum A. conſenſiſſe: quãuis enim fuerit præſens,
qñ factum fuit inſtrumentum dotiũ iam ante ma-
trimonium contractum promiſſarum, tñ non fuit
pręſens, qñ matrimonium fuit cõtractum, nec qñ
dotes fuerunt verbo promiſſæ. Vlterius ſola præ-
ſentia non inducit conſenſum, qñ ſumus in præiu
44 dicialibus, ſed talis pręſens † videtur contradice-
re, l. procurator, ff. rem rat. hab. l. qui vis, §. veta-
re, ff. de furt. l. filiusfam. §. inuitus, ff. de procur. gl.
Dyn. & alij in c. is, qui tacet, de reg. iu. in 6. Bar. in
l. quæ dotis, nu.11. ff. sol. mat. ibi Iaſ. n.97. & 104.
Pariſ. in conſi.93. nu.46. vol.1. conſi.21. num.51.
vol.4. Socin. iun. in conſi.46. nu.1. vol.2. vbi in iu-
re pſonali dicit eſſe cõem, quãuis talis eſſet actus,
quem ipſe contradicendo poſſet impedire, Ioan.
de Amic. in conſi.76. nu.8. Bero. in conſ. 190. nu.
30. vol.1. Bellon. in conſi.9. nu.4. conſi.57. nu.7.
Natta in conſi.231. nu.3. & 4. Ceph. in conſi.110.
nu.13. & in conſi.235. nu.29. Præterea illa præſen
tia non fuit adhibita ratione tutelæ, quam Dñs A.
gerebat, ſed ratione affinitatis, quæ intercedebat
inter eum, & D. Lucretiam: erat enim ei frater, &
actus in dubio factus præſumitur proprio potius
nomine, quàm alieno, l. & magis, ff. de ſol. Tiraq.
de retrac. conſang. §.10. gl.1. nu.3. ibi quod tutor
dẽt nomine propriò agere, pręcipuè cum nulla ſit
facta mentio officij, & actus ille contrahendi ma-
trimoniũ poſſet æque proprio nomine ad ſe per-
tinere atque ad tutorem. Nec dicatur quod hic
non interuenit ſimplex præſentia, ſed etiam actus
cooperatiuus, ideſt ſolutio, & promiſſio dotis fa-
cta per Dñum A. vti tutorem. Ad hoc enim reſpõ
deo, quòd tunc præſentia cũ poſitiuo aliquo actu
inducere põt conſenſum, qñ actus, cui quis inter-
uenit eſt talis, quod præſens poterat cum contra-
dicendo impedire, aliàs ſi non poterat impediri
45 per contradictionẽ, tunc præſentia † & actus non
operatur conſenſum, vt probatur ex tex. in l. Ca-
ius, iuncta gl. magna, circa medium, ff. de pignor.
actio. ibi, qui ſcribit teſtõ, in quo legabatur tertio
ſua res, non videtur legato coſenſiſſe: quia, vt in-
quit gl. contradicendo impedire non poterat, ne
teſtator legaret rem alienam. & illa ſolutio appro-
batur ab omnibus, vt dicit ibi Bar. idem dicit gl. in
c. nonne, de præſumptio. & gl.1. in c. plerumque,
2. q.7. Bart. in d. l. quæ dotis, nu.22. & ibi Iaſ. nu.
95. Corne. in l. cum proponas, la prima, col.2. vbi
Iaſ. nu.11. & Cur. iun. nu.2. C. de pac. & gl. in d. l.
Caius, dicit eſſe communiter approbatam Cur.
iun. in conſi.34. nu.5. ſequitur Crot. in l. filiusfa.
§. Diui, nu.148. ff. de leg.1. Pariſ. in conſi.93. nu.
45. vol.1. Bero. in conſi.64. nu.13. vol.1. Tiraq. de
retract. conſang. §.1. gl.7. nu.147. ſed D. A. vti tu-
tor nõ poterat impedire ne D. Lucretia matrimo-
nium contraheret, quia matrimonia ſunt libera, c.
Gemma, de ſponſal. & ſua contradictione nõ ob-
ſtante potuiſſet Domina Lucretia ſecundo nube-
re, ergo taciturnitas non operatur conſenſum.
Secundò reſponderi põt, quod illa ſolutio do-
tium, & promiſſio legatorum facta per D. A. vti
tutorem Dominę Lucretiæ, qñ ſm matrimonium
contraxit non inducit conſenſum, ex quo pupillę
tenebantur ſoluere, & ad id compelli poterant vti
hæredes patris, qui dotes receperat donationẽ fe-
cerat ꝓpter nuptias, & aureos illos centũ ſeptua-
ginta quinque legauerat. promiſſio ergo & ſolu-
tio facta ab earum tutore, nõ põt trahi ad appro-
bationem ſecundarũ nuptiarum, quia conſentire
nõ dicitur, qui actum facit, ad quod cogi poterat,
l. velle non creditur, vbi Dec. & Cagnol. ff. de reg.
iur. & latius dixi in 1. reſolutione primi obiecti. &
46 qñ actus aliquis fieri põt citra † ius, & nomen ap-
probationis, vel ratificationis, tunc per eũ non in-
ducitur approbatio, vt per Corne. in conſi. 269.
vol.4. Crau. in conſi.204. nu.14. Burſat. in conſi.
118. nu.19. hic verò actus promittendi, & ſoluen-
di dotes, & legatum potuit fieri alia mente quàm
vt approbarentur ſecundæ nuptiæ, ergo conſenſũ
47 non inducunt. & facit, quia tacita voluntas, † quę
colligitur ex aliquo actu, eatenus extenditur, qua-
tenus ex actu infertur de neceſſitate, Bar. in l.1. §.
hoc interdicto, ff. de itin. actuq; priu. Dec. in conſ.
72. nu.5. Nat. in conſ.77. nu.14. D. Becius in cõſ.
106. n.46. at ex dicta ſolutione, & promiſſione nõ
infertur neceſſario ad cõſenſum, quia fieri potuit
ob pręcedentem obligationem: ergo, &c. Ideo di-
cimus quòd additio nõ inducitur ex actu, qui põt
48 ſe habere, † & non habere ad aditionem, Bar. in l.
gerit, ff. de acq. hæred. Crau. in conſ.197. n.4. & li
cet poſſidendo quis rẽ hęreditariam, videatur adi-
re, l. pro hęrede, in prin. ff. de acq. hęred. tñ non in-
ducitur aditio, qñ ſubeſt alia cauſa, quàm hæredi-
taria, ex qua põt poſſidere, Bart. dicta l. gerit, nu-
mero 21. Bald. & Caſtren. in l. prima, C. de repud.
hæred. Corne. in conſi.147. colum.1. vol.1. Crau.

in conſ. 35. nu. 11. & cũ approbatio ſecũdi matri-
monij, & cõſenſus importent renunciationẽ pro-
prietatis bonorũ a patre habitorũ, quæ erat filijs
reſeruanda, nõ eſt in dubio præſumendũ, ꝙ tutor
voluerit renunciare dictę proprietati, quia renun-
49 ciatio non † præſumitur, Bald. in l. 1. in vl. no. C.
de edi. Diui Adr. toll. & numquã pręſumi dẽt re-
nunciatio iuris, qñ capi põt alia coniectura, Hoſt.
Io. And. & But. in c. accedẽtibus, extra de priuile.
Bal. in l. Labeo, §. ſed ẽt, col. 1. ff. de pac. cũ plurib.
apud Tiraq. in l. ſi vnquã, in pfatio. n. 128. & ſeq.
Tertiò poſito ꝙ ex pſentia, & pmiſſione, ac ſo-
lutione facta p D. Annibalem induceretur cõſen-
ſus; adhuc idem eſſet, quia non eſt verum ꝙ mater
ſecundo nubens cũ conſenſu tutoris non teneatur
reſeruare filijs proprietatem bonorũ quę habuit a
50 primo viro. Nam tutor † non põt remittere iura
pupilli, l. pactũ curatoris, C. de pac. concordantes
allegat Rom. in conſ. 28. n. 3. ubi dicit procedere
ẽt ſi fieret remiſſio cũ decreto Iudicis, Tiraq. in l.
ſi vnquã, in uerſ. donatione largitus, n. 196. & hãc
quęſtionem determinat Bal. in conſ. 22. vol. 5. vbi
loquendo de l. hac edictali, C. de ſecũ. nup. dicit,
51 conſenſum pupilli, ſeu tutoris, † non pręiudicare,
qñ mater ad ſecunda vota tranſiuit. & in noſtris
terminis ꝙ non ſufficiat tutoris conſenſus, nec is
tollat pęnã l. fęminæ, voluit Io. de Garron. in rub.
C. de ſecun. nupt. vbi cõprobat alijs medijs. Et nõ
obſtant fundamenta Bertrandi. Et primo ꝙ tutor
piudicet pupillo in quærendis, licèt non in quæſi-
tis: quia rñdeo, ꝙ ẽt in quærendis non pręiudicat,
qñ pxima eſt ſpes acquiſitionis. & ideo tutor re-
52 pudiare non põt hæreditatem pupillo † delatam,
nec bonorũ poſſeſsionem, l. tutor. ff. de bon. poſſ.
ubi Bar. Bal. in l. bonorũ, in 3. q. C. qui adm. Dec.
in l. pactũ curatori, n. 7. C. de pac. Tiraq. de retrac.
conſang. §. 1. gl. 7. nu. 82. Cagnol. in l. eius eſt, nu.
5. ff. de reg. iu. Dec. in l. fi. nu. 3. C. de bon. poſſ. cõ-
tratab. & quamuis tutor impediat pęnam cõmit-
ti, vt in l. qui Romæ, §. cohæredes, ff. de verb. obl.
tñ hoc non procedit ex facto tutoris, ſed ex inter-
pellatione facta a debitore, quæ idem eſſet opera-
53 ta contra maiorẽ, & tutor † delinquendo nõ pręju-
dicat pupillo, l. meminerint, C. vnde vi, vbi Bar.
& alij, Abb. in c. 1. nu. 14. de dolo, & contum. Ale.
in l. 2. §. ſi procurator, nu. 2. ff. ſi quis iuſd. nõ ob-
temp. & ibi Iaſ. Neuiz. in conſ. 17. n. 49. põt ẽt di-
ci, ꝙ tutor põt in omittendo nocere pupillo, ſecus
aũt in committendo, vt diſtinguũt in ſimili Doct.
oẽs, pręcipuè Iaſ. & Dec. in l. 1. C. qui adm. & ra-
tio differentiæ eſt, quia in omiſſione concurrit fa-
ctum legis, quę operatur ſine miniſterio hominis,
in cõmittendo verò ſolum factũ tutoris interue-
nit. & hac ratione dicimus, quod vbi ſola ſcientia
54 præiudicat, tũc ſcientia † tutoris, dicitur ſcientia
pupilli, l. cum filiuſfamilias, §. in hac, ff. de verb.
oblig. vbi Caſtr. Bero. in conſi. 122. nu. 12. & 15.
vol. 3. Neuiz. in conſi. 20. nu. 34. hic vero agimus
de facto tutoris, quod in committendo conſiſtit.
Poſtremò rẽſponderi põt, ꝙ vbi etiã tutor po-
tuiſſet pupillo præiudicare, daretur nihilominus
reſtitutio in integrum aduerſus conſenſum præſti
tũ a tutore; quia non minus reſtituitur minor ad-
uerſus ea, quæ ſolus tutor geſsit, quàm aduerſus
ea, quæ ipſe cũ tutoris author. fecit, l. tutor vrgen-
tibus, ff. de minor. l. ẽt, C. ſi tutor interue. & eſt in
55 arbitrio minoris, † vel agere contra tutorẽ, vel pe
tere reſtitutionem in integrum, d. l. ẽt, ubi Bald. &
Saly. notant, alios citat Rolan. in conſ. 72. nu. 47.
vol. 3. D. Becius, qui latius agit, in conſi. 12. num.
77. quinimò poſſet ipſemet tutor petere pupilli
nomine reſtitutionem in integrũ, argumento gl.
in c. 1. §. contractum, de reſtit. in integr. in 6. quæ
vult ꝙ ſi ex contractu Prælati eccleſia eſt læſa, põt
56 prælatus reſtitutionem in integrum petere, text.
& gl. in c. ſi quis præsbiterorum, de reb. eccleſ. nõ
alien. Abb. in c. 3. de iureiur. alios plures citat Pi-
nel. in l. 1. par. 3. nu. 73. C. de bon. mat. Phanuc. in
tract. de inuen. par. 8. nu. 171. Bero. in conſ. 88. n.
11. vol. 1. & in ſpecie, ꝙ tutor poſſit nomine pupil-
57 li petere † reſtitutionẽ aduerſus actũ, quem ipſe-
met geſſit, tenuit Bero. in conſ. 32. nu. 41. vol. 2. &
fam. q. 27. per totã, vbi fortius vult id procedere,
quamuis tutor promiſiſſet cum iuramento a[illegible]
non cõtrauenire, quia iuramentũ eſt illicitum, &
contra iuramentum, quod præſtitit, qñ aſſumpſit
tutelam, & Bero. in quęſt. fam. 28. concludit hoc
caſu non eſſe neceſſarium, quod tutor petat abſo-
lutionem a iuramento, quia abſolutio non eſt ne-
ceſſaria, qñ iuramentum non eſt obligatorium: eo
etenim caſu ſperni poteſt propria auctoritate.
Sed nec aliud aduertatur, quo dictũ eſt augu-
mentũ illud aureorum ducentum non eſſe dona-
tionem propter nuptias, ſed augumentũ dotis. ſu-
pra enim in principio huius partis fuit abũdè oſtẽ
ſum, ꝙ non eſt augumentum, ſed donatio propter
nuptias, & latius confirmaui in prima reſolutione
primi obiecti, Addo nunc quod maritus non põt
58 augere † dotes vxoris, neç vxori dotẽ conſtituere,
quia hoc eſſet donare, l. fi. §. ſi a ſocero, ff. de his,
quæ in frau. cred. l. ex promiſſione, ff. de actio. &
oblig. Nat. in conſ. 147. n. 3. Donatio aũt eſt pro-
hibita inter virum, & vxorem. & in ſpecie, ꝙ ma-
ritus non poſſit dotare vxorem, eſt tex. in l. ſi quis
vxori ea cõditione, ff. de don. inter vir. & vxo. qui
& ſi loquatur, qñ maritus dotauit conſtante ma-
trimonio, & aliud ſit qñ id fecit ante nuptias, ex
59 quo non prohibetur ſponſus donare † ſponſæ, l.
inter eos, & l. cũ hic ſtatus, §. ſi quis ſponſam, ff. de
don. inter vir. & vxo. Bal. in l. cũ in te, C. de donat.
ante nup. Ioã. Lup. in rub. de don. inter vir. & vxo.
§. 3. nu. 4. latè Lancello. Gallia in conſuetud. Ale-
xandrinã, in ver. maritus, q. 1. n. 17. & ſeq. vbi am-
pliat, tñ conſtat ex illo inſtrumento quod fuit cõ-
tractum matrimonium cum illa promiſſione au-
gendi dotes, & ita augumentatio illa fuit collata
in tempus matrimonij, ideo non valet, perinde ac
ſi facta fuiſſet poſt matrimonium, quia paria ſunt
ꝙ fiat donatio tempore prohibito, vel fiat tem-
60 pore licito, & conferatur in tempus † prohibitum,
l. quod

l.quod ſponſæ, C.de don.ante nup.c.de vxore, de
ſepul. Bar. in l.ſi ſponſus,§.ſi vxor, ff.de don.inter
vir. & vxo. Arelaten. in l.generaliter,nu.75.C.de
ſecun.nup.Io. Lup.in dicta rub.§.30.nu.2.& ſeq.
vbi refert Barbat. tenere q etiam non valeat con-
ſuetudo, quamuis ipſe contrarium teneat: & ibi
ampliat etiam,quando maritus donaret extraneo
ad effectum, vt is dotaret propriam donãtis vxo-
rem, l.ſi extraneus, ff.de don.inter vir. & vxo. vbi
igitur diceremus, D. Io.Franciſcum non donaſſe
propter nuptias,ſed dotaſſe, actus ille dotandi eſ-
ſet nullus, & ad tex. Exodi allegatum in contra-
rium,reſpondet Io.Lup.d.§.30.nu.3.

Poſtremò non refragatur, q maritus promiſe-
rit dotem cum augumento reſtituere in omnẽ ca-
ſum dotis reſtituendæ,& ideo ſoluto matrimonio
dos non redeat ad dot.ntem,ſed eam lucretur mu
lier ex pacto: qñquidem dici poteſt hoc pactum lo
cum non habere, qñ ex eo matrimonio ſuperſunt
61 filij,† quia tunc vxor nõ lucratur donationem,vt
per plura contra Nat. & Albam in eodẽ caſu con-
ſuluit Crau. in conſil.56.per totum,inter conſilia
Siluani,ſequitur Lancell.d.tract.in conſuet.Alex.
in ver.vxori, q.4.nu.14.ſed quia multi contrariũ
tenent, rñdeo aliter, quòd.ſ.illud pactum opera-
tur quidẽ, vt vxor ſoluto matrimonio habeat do-
nationem, nec eam teneatur ſtatim reſtituere, vt
tenebatur circumſcripto pacto,ſed decedẽte vxo-
re cum filijs ex primo matrimonio,donatio illa re
62 dit ad filios,† & vxor tenetur eam filijs reſeruare,
ita reſpondet Crau.in d.conſi.56.num.30.ver.3.
principaliter,vbi id ſuſtinet,ſiue tranſeat ad ſecun
da vota, ſiue non. & idem tenuit Natta in conſil.
391.nu.11. vbi ſtante pacto de quo ſupra, vult q
vxor etiam quæ non conuolauit ad ſecundas nu-
ptias, teneatur filijs primi viri reſeruare donatio-
nem propter nuptias, quamuis Alba in conſi.68.
nu.4.non ſit auſus decidere quæſtionem.

Hæc autem plana ſunt reſpectu aureorum du-
centorum,de quibus in inſtrumento dotali: reſpe
ctu verò aureorum centum ſeptuaginta quinque
relictorum in teſtamento in iuuentutis recompen
ſationem,multa ſupra dicta ſunt,q tollunt difficul
tatem,præcipuè quatenus in ſecunda reſolutione
primi obiecti latè demonſtrauimus, quod nõ erat
opus recompenſatione,ex quo ſatis D.Io.Franci-
ſcus remunerauerat meritum iuuentutis D. Lu-
cretiæ,qñ eam duxit cum modica illa dote aureo-
rum ducentorum,cum tamen inſpectis facultatib.
& eius conditione facilè poſſet vxorem inuenire
cum dotibus aureorum mille,vel paulominus.

Secundò rñdeo, quod ex quo a principio tem-
pore contracti matrimonij tractatum, & conuen-
tum fuit inter D.Io.Franciſcum, & D.Lucretiã,
ſeu eius affines, de augendo dotes aureis ducẽtis,
ſatis dicitur recompenſata iuuẽtus abſque eo qđ
aliud quid relinqueretur in teſtamẽto, nec poteſt
63 vxor aliam quęrere † remunerationem, quia repli
cabit maritus, non facio tibi iniuriam: non ne ex
denario conueniſti mecum? ita in terminis decla-
rat Plot.in conſ.168.nu.77.inter conſi.vlt. volũt.
vbi infert ſtante ſtatuto, ne maritus poſſit aliquid
uxori relinquere, licèt poſſit maritus ſenex, uel
ignobilis relinquere uxori iuueni, uel nobili: tamẽ
hoc non procedit,qñ tempore contracti matrimo
nij conuentum eſt de faciendo certo augumento,
ſequitur Lancel.Gallia. in prædicto tract. in uerſ.
uiginti, nu.133. in propoſita autem controuerſia
fuit a principio conuentum de augendo dotes, ut
legitur in dotali inſtrumento,ideo non poteſt dici
legatum eſſe factum in recompenſationem.

Et quamuis inter perſonas, quæ poſſunt liberè
diſponere ſtãdum ſit ſimplici aſſertioni donantis,
cum dicit ſe donare propter merita, nec aliunde
illorum exigatur probatio,ut dictum eſt ſupra pro
contraria parte: tamen hoc procedit quoad effe-
ctum, ut ualeat, uel non ualeat, quia ad ualidita-
tem ſufficit ſola aſſertio.ſed ubi quærimus, an do-
64 natio † ſimplex ſit, uel ob cauſam, tunc inſpici-
mus an merita ſubſint uerè, uel non, ita declarat
Menoch. de arbit.iud.caſu 132.nu.8. In propoſi-
to igitur, licèt maritus non prohibeatur uxori le-
gare in teſtamento: tamen legatum factum pro-
pter merita dicitur ſimplex legatum, & continet
abſolutam donationem, quando de meritis aliter
non apparet, quàm ex illius aſſertione.

SVMMARIVM.

1 *Hæres reputatur eadem perſona cum defuncto.*
2 *Simulationem non allegat, qui iurauit contenta in inſtrumento eſſe vera. fallit, vt nu.7.*
3 *Iuramentum tranſit ad hæredem, quoad obſeruantiam: ſecus quoad periurium, vt nu.8.*
4 *Exceptio rei iudicatæ eſt litis finita.*
5 *Capitula omnia in dubio ſunt admittenda.*
6 *Simulationẽ allegat cõtrahẽs cõtra participẽ fraudis.*
7 *Iurans omnia eſſe vera allegat ſimulationem impetrata iuramenti relaxatione.*
8 *Periurium non tranſit ad hæredem iurantis quoad vinculum animæ. ſupra, nu.3.*
9 *Hæres iurantis poteſt ſine abſolutione contrauenire, quando contractus erat nullus, vbi latè.*
10 *Contractus fœneratitius eſt nullus, & non confirmatur iuramento.*
11 *Exceptio rei iudicatæ vt obſtet, tria requirit, vt ibi.*

CONSILIVM CLXV.

AD impediendum ne capitula produ
cta p magnificos Dños de Groſſis
a Ripa propè Cherium admittãtur
Dñæ ſorores de Cupis oppoſuere
duas exceptiones. prima eſt, quòd
ſunt omnino ſuperflua, quia ex quo Dñi Carolus,
& Io.Iacobus fratres de Groſſis uendendo bona,
de quibus eſt controuerſia, iurarunt omnia con-
tenta in inſtrumento eſſe uera: Dñi nũc agentes,
qui ſunt illorum hæredes, non poſſunt nunc alle-
gare contractum eſſe ſimulatum, & fœneratitium,
1 uti deducitur in capitulis. hæres enim † eadem re-
putatur perſona cum defuncto, §.1. in Authen.de
iureiur.

iureiur.a morien.præſt.& factum hęredis habetur
pro facto defuncti, l. vxorem, §.agri plagam,ff.de
lega.3.Ang.in conſi.185.Brunellus.authores aũt
ſi viuerent ſtante iuramento prædicto nõ poſſent
2 allegare † contractum eſſe ſimulatum, vel ſęnerati
tium, ſm Butr.in c.cum contingat, verſi.octauus
caſus,de iureiur.vbi ait,ꝙ iurans omnia eſſe vera,
nõ poteſt allegare ſimulationẽ, ſequitur ibi Abb.
& idem voluit Imola in l.nemo poteſt,ff.de leg.1.
& in c.ad noſtram,in fi.de emp.& vend.quia alle-
garet propriam turpitudinem, & audiri nõ dẽt, l.
tranſactionem,C.de tranſa.eandem ſnĩam proba
uit Alex.in l.Seius & Angerius,col.pen.in fi.ff.ad
leg.Falc. & in conſi.36.col.2.nu.2.ver.plus vide-
tur,vol.2.& plures alij, quos citat Rol.in cõſi.93.
nu.22.vol.1.Soc.iun. conſi.50.nu.2.vol.1.& vo-
lunt Doctores ſaltem petendam eſſe habilitatio-
nem,ſeu abſolutionem a iuramento; nec dicatur ;
quod vis iuramenti non afficiat hæredẽ, quia hoc
verum eſt quoad reatũ periurij, ſed benè hæres iu
3 ramento defuncti ligatur ad † obſeruantiã contra
ctus,& promiſſionis,quam fecit defunctus, Bal.in
auth.ſacramenta puberũ,C.ſi aduerſ.vend.Chri-
ſtoph.Port.in §.extraneis,Inſtit.de hær.qualit. &
differ.Crot.in conſ.56.nu.8.Pariſ.conſi.54.num.
13.vol.1. Soc.iun. in conſi.67.nu.36.vol.2.Brun.
in conſi.33.nu.3.& in cõſi.39.nu.2. Gram.conſi.
ciuili 100.nu.75.Menoc.in conſi.24.nu.2.

Secunda eſt exceptio,quia cum aliàs ijdem hę-
redes egiſſent pro redimendis bonis, de quibus in
actis, latæ fuere contra eos tres ſententiæ confor-
4 mes; atque ita obſtat res iudicata,quæ † eſt exce-
ptio litis finitæ, Bar. in l.nam & poſtea, in prin.nu.
5.de iureiur. & in l.fratris,C.de tranſact.Socin.in
conſi.1. in 7.q.princ. in 1. exceptio. extra de litis
conteſt. Io.de Amic. in conſi.122.nu.6.Blanc.de
comprom. in 4. princ.q.nu.16.audiri autem non
debet quis in re iam pluribus ſententijs ſopita.

Non tñ credo minus admittenda eſſe capitula:
5 nam de iure omnia capitula in dubio † ſunt admit
tenda,ſecundum Hoſt.& Io. And. in c.per tuas,de
teſtib. Iaſ. in l.1.col.3.in fi.ff.ſi quis caut. Dec.in
conſi.162.col.2. & ita ſeruat communis ſtilus om
nium iudiciorum, quod capitula indiſtinctè ad-
mittãtur ſaluo iure impertinentium,& non admit
tendorum,vt inquit Curt. in l.2.§.quod obſerua-
ri,in 9.breuiloq.C.de iureiur. prop.cal.Curt.ſen.
conſi.70.col.pen.verſ.primò, Neuiza.in Silua nu
ptia.lib.6.nu.47.Alcia. in conſi.378. in fi.Rolan.
conſi.34.nu.1.vol.3.Menoc.conſi.2.num.360.in
quibus locis dicunt ea præſumi pertinentia, & cũ
prædicti Domini actores intentionem fundatam
habeant ſuper iuris communis diſpoſitione, non
eſt vlterius elaborandum,niſi vt diſſoluãtur, quæ
ſupra in contrarium allegantur.

Non itaque obſtat exceptio ſimulationis,quia
rñdeo, quòd ſi contrahẽtes viuerent poſſent ſimu
lationem allegare,qñ tractatur de ſolo illius pręiu
6 dicio,qui eſt fraudis † ſeu ſimulationis particeps,
licèt ſecus ſit qñ allegatur in dãnum tertij, Bart.in
l.poſt contractum, nu.6.verſ.ſed an vẽditor,ff.de
donat. & in l.filius,C.de reuoc.his, quæ in fraud.
cred.cuius opinionis fuere Io.And.Bald. Caſt. &
Dec.quos citat,& ſequitur Tiraq.de retract. con-
ſang.§.1.gl.2.nu.17.Aret. in conſi.95.nu.5.in 3.
dub.Alba in conſ.9.nu.10.& inquit Bald. in l.ac-
ceptam,col.pen.nu.33.C.de vſur. quod vbi con-
tractus redditur nullus ratione mutuæ culpę,tunc
contrahens poteſt allegare nullitatem, ſequitur
Deciſ.Pedem.180.nu.3.& licèt iuramentum pręſ-
ſtitum a contrahente impediat eiuſmodi exceptio
nem, vt ſupra in contrario dictum eſt: tñ qñ con-
7 trahens † impetrat abſolutionem poteſt contra-
ctum dicere ſimulatum,vt poſt Bar.in q.5.dicunt
Caſtr.Alex.Iaſ.& alij in d.l.nemo poteſt, Bal.Sal.
Alex.Curt.ſen. & Afflict. quos ad id vocat Pariſ.
in conſi.54.nu.84. vol.1. Deciſ.Pedem.42.nu.5.
& in terminis Abb.c.1.nu.12.de iureiur.in pręſen
ti autem caſu, licèt abſolutio non fuerit impetra-
ta,tñ cũ iurans deceſſerit, virtus iuramenti quoad
8 periurium extincta eſt,quia † periurium non trã-
ſit ad hæredem,Inn.in c.veritatis,de iureiu.Gem.
in c.2.in fi.de iuram.calum. & ideo hæres non ha-
bet neceſſe petere abſolutionem a iuramẽto; qua
ratione Bal. in l.3. col.1.ver.quærit gl.C.plus va-
le.quod agit.dicit quod ſi apparet venditionis in-
ſtrumentum,cum tñ verè contractus mutui cũ pi-
9 gnore fuerit celebratus,hęres † iurantis poterit ſi-
ne alia abſolutione contrauenire, & allegare ſęne-
ratitium eſſe contractum,quia uinculum iuramen
ti, quatenus ligat animã, eſt morte ſopitum, ideo
hæres non eget abſolutione, & in auth. ei qui,nu.
47.verſ.occurrit quæſtio, C.de bon.autbor.iud.
poſſid.inquit,quod ſi fœnerator petendo ſuũ cre-
ditum iuratum,impetrauit primum decretum,po
ſtea verò mortuo debitore impetrauit ſm contra
illius hæredem,poterit hæres ſubuertere ſecundũ
decretum tanquã conceſſum pro credito non exi-
ſtente; ſed non impugnabit primum, quia debitũ
ſuſtinetur propter iuramentum, cui debitor tunc
viuens non poterat contrauenire, ſequitur Alex.
in conſi.129.nu.22. vol.6. vbi allegando Hoſt.&
Io. And. dicit hæredem eius, qui cum iuramento
promiſit, non allegare quod aliquis eſſet ſpurius,
poſſe contrauenire promiſſioni,quia in hęrede nõ
eſt relaxatio iuramenti, idem Alex.in conſi.151.
nu.10.vol.7.vult quòd hæres minoris, qui nõ ſer
uatis ſolemnitatib. alienauerat, poſſit contraueni
re,licèt id non poſſit minor propter iuramentum:
& ſubdit quod hęres habetur ac ſi iurans viueret,
foret a iuramento habilitatus, & Corn. in conſil.
72.colum.2. verſi. quod quidem procederet, vo-
lum.3. vbi pariter loquendo de hærede minoris,
ait quod hæres ſine habilitatione impugnare id
poteſt,quod defunctus reprobare potuiſſet,ſi im-
petraſſet diſpenſationem a iuramento: eſſet enim
abſurdum,quòd hæres, qui non eſt iuramento li-
gatus diſpenſatione egeat, & idem vult in conſil.
quitur l. fi. C. vbi in rem actio. & ca. fi. de foro cõp.
ita declarat Alcia. in conſ. 55. nu. 13. Quartò con-
ueniri quis põt actione reali in loco rei ſitæ, quan-
54 do ibi inuenitur, at non inuentus † trahi non põt
ad eum locum, vt declarat Caſtr. in d. l. fi. nu. 2. C.
vbi in rem actio. Cæpha. in conſi. 263. num. 9. ſed
Dominus Io. Franciſcus ibi non fuit inuentus, er-
go ibi non potuit conueniri. Quintò reſpondeo,
quòd & ſi Dominus Ioan. Franciſcus forũ ſortire
tur ratione rei ſitę, non tñ ideo dari potuiſſet ſibi,
vel eius bonis curator, quia non ſufficit quòd forũ
ſortiatur vt dari poſſit curator, ſed requiritur ꝙ ſit
ſubditus, vt dixi ſupra, ver. primo non fuit, in fine.
& licèt aliquando forum quis ſortiatur in vno lo-
55 co ratione † rei ſitæ contractus aut delicti, tamen
nõ ideo efficitur ſubditus, gl. in clem. prima, ĩ verſ.
ſubditos, de foro compe. gl. in c. a nobis, il primo,
de ſen. excom. Fely. in c. dilectus filius, il ſecondo,
de reſcrip. col. pen. ver. pro hoc, ſecundum Domi-
num Rol. in trac. de lucro dot. quæſt. 15. num. 5.

Poſtremò non aduerſatur, ꝙ exequutiuè proce
datur in exactione collectarum, quia hoc ita verũ
eſt, dummodo ſeruentur ſolemnitates neceſſariæ,
56 aliàs res vendita pro collectis † reuocatur, vt eſt
tex. in l. 1. & 2. C. de fide inſtru. & iure haſtæ fiſca.
lib. 10. & in l. 1. C. ſi propt. public. penſitat. Rol. in
conſ. 32. nu. 17. vol. 1. & dicit Feſtaſ. de collect. par.
3. nu. 22. & ſeq. quod exequutori iniuſtè exequẽti
põt de facto reſiſti. & licèt procedatur ſummariè,
tñ ſubſtantialis ordo iudicij nõ remittitur, Bart. in
extrauag. ad reprimendũ, in ver. & figura, Georg.
Nat. in clem. ſępe, de verb. ſign. & nõ ꝓceditur ex
abrupto, Crau. conſ. 111. n. 19. & quod ſolemnita-
tes ſeruandæ ſint, ponit Boſſ. ti. de Principe, n. 131.

Secundò reſpõdeo, ꝙ pro futuris collectis pro-
57 ceditur exequutiuè, † ſed nõ pro præteritis. Ceſ-
ſat enim in præteritis ratio fauoris, ita Deciſ. Pe-
dem. 86. in fi. pro quo facit, quod dicimus de ali-
mentis,

mentis,in quibus non datur appellatio, ſi agimus
de futuris.at ſecus eſt quando agimus de præteri-
tis, ſecundum Ioan. Andr. in addit.ad Spec.in tit.
de appella.§.in quibus,ſequitur Aret. in conſ.97.
in fi.vbi etiam dicit,quod feriæ non ſeruantur, qñ
agitur de alimentis futuris,licèt non de præteritis.

Tertiò reſpondeo , quód & ſi regulariter bona
poſſint capi & vendi pro collectis,l.vnica,vbi gl.in
verſ.diſtrahatur,C.de vend.re.fiſcal.li.10. & non
ſolum pro collectis, ſed ẽt pro pœnis impoſitis cõ-
tra non ſoluentem, ſm Bald.in l.fin.C.ſi adu.fiſc.
Alc.ad Bar.in l.creditor,in princ.ff.de actio.emp.
Neguſ.de pign.in 4.mem.2.par.nu.125.Cotta in
memor.incip.collecta,in fin. tñ hoc eſt verum,qñ
bona deſcripta ſunt in æſtimo, & ſunt vnius ſubdi
58 ti: ſed qñ ſunt vnius forenſis,& non ſunt † deſcri-
pta, non poſſunt vendi. Sed ſoli fructus capi poſ-
ſunt,ſm Caſtr.in l.inter debitorem,col.2.ver.poſ
ſent tñ,ff.de pac.& eum ſequitur Parpal. in l.pla-
cet,nu.94.C.de ſacroſ.eccleſ. vbi dicit eſſe notan-
dum. in propoſito autem bona, vt dixi , non ſunt
regiſtrata , & Dominus Ioan. Franciſcus erat ſo-
renſis,ergo bona nõ potuerunt capi pro collectis.

SVMMARIVM.

1 Confeſſio nocet confitenti, & ſuis heredibus.

*2 Confeſſio facta in teſtamento, vel alia vltima volun-
tate, nocet heredibus.*

*3 Confeſſio facta in teſtamento, reuocari quidem po-
teſt, ſi fiat expreſſè : ſecus ſi in ſecundo teſtamento
non fiat mentio de ea, quia nõ cenſebitur reuocata.
ſed contra,num.*

*4 Confeſſio facta in teſtamento,non probat,nec eſt obli
gatoria. vbi ponuntur rationes.*

*5 Confeſſio facta in teſtamento non ſuſtinetur in vim
legati,niſi teſtator vlterius procedat legando , vel
aliter diſponendo.& ibi,an ſit verum.*

*6 Teſtamentum ſecundum tollit primum , licèt de eo
non faciat mentionem.*

*7 Teſtamento reuocato, tolluntur legata , & omnia in
eo diſpoſita.*

*8 Confeſſio facta in teſtamento nõ probat etiam in ca-
ſibus , quibus abſente parte probaret ſi facta eſſet
inter viuos , puta ſi eſſet facta fauore animæ , vel
pro exoneratione conſcientiæ.*

*9 Confeſſio facta in teſtamento probat, ſi eſt iurata,vel
acceptata.*

*10 Confeſſio in teſtamento facta non probat verum de-
bitum.& infertur ad multa.*

*11 Confeſſio facta in teſtamento , nullo modo probat id,
quod teſtator confitetur.*

CONSILIVM CLXIX.

HAEC controuerſia, meo iudicio,mo
dicã habet difficultatem , licèt ma-
gnificus Dñs Gallaratus contrariã
partem tueatur: ſed vt petenti ſa-
tisfaciam , non grauabor eam exa-
minare,& primo motu videtur,ꝙ confeſſio,quam
Petrinus Rubeus de Maxio fecit in primo teſtõ,
dum dixit,ſe debitorem Georgij ſui fratris,nõ fue
rit reuocata ex ſecundo teſtõ, quia clarum eſt,ꝙ
1 confeſſio nocet † confitenti,& ſuis hęredibus, Bal.
in conſ.89.col.1.vol.1.Ruy. in conſ.32.nu.6.vol.
1.Crau.in conſ.125.nu.2.Rol. in conſ.71.nu.45.
& in conſ.82.nu.40.vol.2.Cęph.in conſi.276.nu.
75.& pręiudicat ẽt ſingulari ſucceſſori, Are.in cõſ.
111.col.2.in fi. Ruy.in conſi.32.num.6.vol.1.& in
conſ.76.nu.14.vol.5.Crau.in conſ.29.nu.1. Me-
noc.in conſi.2.nu.373.& procedit quoque in cõ-
2 feſſione facta in teſtamento,† Barto.in l.cum quis
decedens,§.codicillis, in 1.oppoſ.ff. de leg.3.Cę-
phal.qui alios citat,in conſ.297.nu.1.& idem eſt,
ſi fiat in quacunque vltima voluntate , ſecundum
Florian.in l.de ætate,ff.de probat. quod ẽt tenent
Butr.& Abb.in ca.ſi cautio,vbi Fely.nu.9.de fide
inſtru.& ratio eſt, quia nõ pſumitur quod moriẽs
mentiatur,c.parochiano,de ſepul. ponit Soc. iun.
in conſ.90.nu.4.vol.2.& quamuis confeſſio emiſ-
ſa in teſtõ poſſit reuocari a teſtatore ſuperuiuen-
te,l.4.ff.de adim.leg. tñ hoc procedit, qñ conſtat
de voluntate reuocantis,& apparet,ꝙ teſtator vo-
3 luit talem confeſſionẽ reuocare.† ſed in præſenti ſa
cto dictus Petrinus cõdidit quidem ſecundum te-
ſtamentum , uerum in eo nullã fecit mẽtionem de
confeſſione,quam emiſerat in primo teſtõ, & non
prohibetur ſtare , quod non reperitur correctũ, l.
præcipimus,C.de appel. & confeſſio facta in teſta
mento non reuocatur ipſo teſtamento reuocato ,
ſed ſuſtinetur, Oldr.in conſ.114. factũ tale, Bal.in
l.ſi auia,in prin.C.de iure delib. Dec.in conſ. 293.
nu.2. cum alijs ſimilibus. & ꝙ reuocatio expreſſa
hoc caſu requiratur,tenuit Cy.poſt Pet.quem re-
fert in l.generaliter,nu.10. C. de non nume.pecu.

Contrariam tñ ſnĩam amplector tanquam ue-
riorem, & concludo , hæredes dicti Georgij nullũ
conſtituere poſſe fundamentũ in ſupracitata con-
feſſione contenta in teſtamento Petrini patris, at-
tento ꝙ per ſequens teſtamentum cenſetur reuo-
4 cata: nam confeſſio † facta in teſtamento; non ꝑ-
bat,nec eſt obligatoria,ut ꝑbat tex. in auth.quod
obtinet,C.de probatio.l.Lucius,§.quiſquis, il ſe-
condo,ubi Barto.& alij omnes, ff.de leg.2.l.2.ubi
Salic. C.de fal.cau.adi.leg. l.Aurelius, §.fina.ubi
Bar.ff.de lib.leg. Bar.in d.l.cũ quis decedens, §.co
dicillis,ff.de leg.3.per tex.ibi,qui duos excipit ca-
ſus,qñ ſcilicet pars erat pręſens , & qñ teſtator iu-
rauit.& comprobat latè Bero. in conſi.15.nu.2 p.
uol.3.Gomeſ.de teſtam.c.12.num.8 1.uerſi; item
quarto, an & quando, Duran. de arte teſtan.tit.6.
caut.6.Eman.a Coſta in l.ſi ex cautione, in 12.li-
mit.nu.2.C.de non num. pecun. Vaſq. de ſucceſ-
ſio.creatio. lib.1.§.9.nu.30. Phanuc. de inuentar.
par.7.nu.118.Menoc.in conſi.39.num.49.& ſeq.
in quibus locis dicunt talem confeſſionẽ non pro-
bare uerum debitum, niſi aliter cõfirmetur inſtru
mento,teſtibus,uel qua ſimili probatione,& dicit
Bald. in l.ratione , colum.1. C.de probatio.quod
per confeſſionem factam in teſtamento non pro-
batur contractus,nec diſtractus: aliàs ſequeretur,

quòd

quòd teſtator non poſſet illã mutare, ꝙ tñ eſt fal-
ſum.& dicit idẽ Bal.in cõſ.262.col.2.vol.3.quòd
talis confeſſio non probat contractum inter viuos
præceſſiſſe:alia ratione adductus, quia ſi probaret
verum debitũ,nõ ſuſtineretur in vim legati, vt di-
cunt vbiq; iura,& Doct.creditori enim nõ põt le-
gari,quia legatũ ei nullũ afferret emolumentũ,l.ſi
creditori,ff.de leg.1.& quamuis Doct.cõiter non
ponant,credo rationem eſſe, quia ꝓꝑ naturã vlti-
mę voluntatis nõ præſumitur in dubio quòd teſta
tor velit contrahere,vt inquit Arc.in l.hæredes pa
lam,§.ſi.circa ſi.ff.de teſt.& verba ſunt intelligen-
da,ſm naturam actus ad quem teſtator ſeparauit,
l.1.§.ſin autem,ff.de hęred.inſtit.quem ad hoc ci-
tat in notabili quæſtione Io.Fab.in §.1.Inſt.de le-
gat.cum igitur defunctus deſtinauerit teſtamentũ
condere,& de ſuis bonis per vltimã volũtatem di-
ſponere,nõ eſt credendum quòd velit cõfiteri ani-
mo ſe obligãdi vltra quam ferat natura vltimę vo-
luntatis.interunt autem prædicti Doctores, quòd
ſi teſtator poſt cõditum teſtamentum ſuperuiuat,
non poterit conueniri vigore talis confeſſionis.

Et in tantum verum eſt, ꝙ confeſſio non pro-
bat debitum, quòd ſi teſtator ſolum confiteatur,
5 † nec vlterius procedat relinquendo,non ſuſtine-
bitur talis cõfeſſio in vim legati, vel fideicõmiſſi,
ſed erit penitus nulla,vt probarunt Bal.Capra, &
Bero.quos citat, & ſequitur Phan.in d.tract.p.7.
n.119.& ſeq. & eum refert approbãdo nouiſſimè
Lancel.Gallia.in cõſuetud.Alexan. in ver.legare,
n.40.& in ver.viginti,n.20.ſed apertius,& melius
cęteris ita declarat Caſt.in d.l.Lucius,§.quiſquis,
ver.item vltima pars,ff.de leg.2.dicens,quòd con
feſſio facta in teſtamẽto valet in vim legati,qñ ha-
bet annexam diſpoſitionem, vt quia teſtator man
dat ſolui:aliàs ſi ſolum confitetur, non probat vt
debitũ,quia pars abeſt,nec valet vt legatum, quia
teſtator non diſpoſuit.idem tenuit Ang.in l.gene-
raliter,n.9. C. de non num.pecun. quãuis Cuma.
in d.§.quiſquis,in ſi.dubitauerit,nec auſus ſit fir-
mare.eſt verũ,quòd vt verũ fatear,verior videtur
eorũ opinio,qui tenuerunt,ꝙ ſemper diſpoſitio fa
cta in teſtamento inducat legatũ vel fideicommiſ-
ſum,ꝗuis teſtator vlterius nõ diſpoſuerit,& ita te
nuit poſt Pet.Cyn.in d.l.generaliter, nu.11.in 8.
quęſt.qa licèt ſm eũ nõ extet expreſſa diſpoſitio,
ſubeſt tñ tacita,& idẽ eſt ac ſi teſtator poſt confeſ
ſionem dixiſſet,& ideo dari volo: idẽ tenuit Dyn.
quẽ refert,& ſequitur Caſt.in d.l.generaliter, nu.
5.vbi vult quòd inducatur legatũ,quãuis expreſ-
sè teſtator non legauerit,nec ſolui iuſſerit.& hanc
partem plures allegando authores tuetur Eman.
Coſta in d.l.ſi ex cautione,in 12.limitatio.nu.6.&
idem tenet Gomeſ.de teſt.c.12.tit.de leg.nu.81.&
Bal.in d.conſ.14.vol.2.quem Phanuc. allegat pro
ſe,tenet meo iudicio aduerſam partem,quia qñ te
ſtator confitetur,& non legat,diſtinguit ibi, an ſit
inter perſonas prohibitas, vel non, quia ſecundo
caſu præſupponit ſuſtineri confeſſionem.

Stante igitur præſuppoſito,ꝙ confeſſio facta in
teſtamento non probet, ſed ſuſtineatur in vim le-
gati,infertur ꝙ reuocato teſtamẽto, in quo cõfeſ-
ſio continetur, ipſa quoque cõfeſſio cenſentur re-
6 uocata: nã ſm † teſtamentum tollit ipſo iure pri
mũ,l.ſi iure,ff.de leg.3.l.ſi quis priore, ff.ad Tre-
bel.§.poſteriore,Inſt.quib.mod.teſtam.infirm.&
hãc regulã multis ampliationibus exornat Didac.
in rub.de teſt.p.2.nu.1.& ſeq.Clar.de teſt.quæſt.
94.& procedit ẽt ſi in teſtamento ſecũdo nihil di-
catur de reuocatione primi, ſecundũ Bal.in l.fin.
nu.42.ver.aut cõtradictor, C.de edicto diui Adr.
vbi dicit ſemper ſubintelligi clauſulam,caſſans,&
irritans,&c.& dicit Ang.in conſ.159.n.2.quòd te
ſtamentũ habet tacitam conditionẽ,quòd valeat,
niſi ſiat ſecundum,ſequitur Iaſ.in l.pacta nouiſſi-
ma,n.3.C.de pact.Nat.in auth.hoc inter liberos,
nu.1.C.de teſt.& non ſolum per ſecundũ teſtamẽ
tũ cenſetur reuocata inſtitutio hęredis facta in pri-
mo,ſed ẽt tollũtur legata,fideicõmiſſa,& quęcũq;
7 in primo † diſpoſita,vt probatur in l.3.§.pen. vbi
gl.in ver.ſcriptus,ff.ſi cui plus quam per leg.Falc.
& l.hæredes palã,§.ſi quid poſt,in uerſi.omnia,ff.
de teſt.& dicit Bal.in d.l.hæredes,§.ſi.in ſi.ꝙ caſſa
to teſtamẽto quoad hæredis inſtitutionem,cætera
quoq; ſingularia caſſantur. & fortius vult quòd ſi
teſtator dicat,ſi nõ valet iure teſtamenti,valeat vt
donatio inter viuos: tali caſu licèt pars ſit præſens
reuocato illo teſtamento, cenſebitur quoq; reuo-
cata illa donatio.& ſubdit eſſe multũ notandũ tan
quã nouum dictum, ſequitur Nat.in d.auth. hoc
inter liberos,nu.88.Mant.de coniectu.vlt.volun.
lib.12.tit.1.n.36.& dicit Curt.iun.in conſ.163.nu.
15.ꝙ reuocato primo teſtamento,cenſentur reuo
cata omnia contenta in eo, niſi repetantur, & nu.
17.dicit,ꝙ primum teſtamentum non declarat ſe-
cundum,ſed a primo intelligitur receſſum quoad
omnia.& ad id probandum adducit Bart.Alex.&
alios, & eſt ſpeciale in codicillis, vt relicta in pri-
mo non cenſeantur adempta in ſecundo, vt poſt
Spec.tenet Cæpol.in caut.87.vbi conſulit,vt quis
curet legatum fieri ſibi non in teſtamento, ſed in
codicillis,ſequitur Natta in d.auth.hoc inter, nu.
89.& ferè in terminis videtur hoc voluiſſe Bal. in
conſi.488.vol.4.vbi dicit,quòd ſi confeſſio ſit fa-
cta in primo teſtamento, acceptante parte licebit
reuocato teſtamento agere ex illa confeſſione:ta-
men quando confeſſio non foret acceptata, præ-
ſupponit quòd tunc non liceat agere, ſed confeſ-
ſio cenſeatur reuocata cum ipſo teſtamento.

Non obſtat igitur,quòd confeſſio noceat con-
fitenti,eiuſq; hæredi, & ſucceſſori ſingulari, quia
procedit quando eſt acceptata a parte,vel iurata,
vti dictum eſt ſupra in princ.& ita qñ emanauit ꝑ
modum contractus ſeu inter viuos, vt diſtinguit
Bal.in conſ.262.circa ſi.vol.3. quamuis moriens
non præſumatur mentiri:tñ qñ nullus acceptat cõ
8 feſſionem pro abſente, † non conſideratur fauor
animæ,vt ibi dicit Bal.col.2.& dicit Eman.Coſta
in d.l.ſi ex cautione,nu.3.in 12.limitat.quod con
feſſio facta in teſtamento,non probat etiam in his
caſibus,

caſibus,in quibus,ſi facta eſſet inter viuos proba-
ret,veluti qñ facta eſſet pro exoneratione conſciẽ-
tiæ,allegat Arc.& Fel.nam etſi hæres teneatur con
ſcientiã defuncti exonerare , & debitum defuncti
ſoluere,tamen eſt verum hoc,quando debitũ pro-
batur,vt dicit Ruy.in conſi.120.nu.6.vol.5.

Nec mouet, quod expreſſa requiratur reuoca-
tio,quia reſpondetur, falſum eſſe : nãque ſicuti re
uocantur legata primo teſtamento reſciſſo vel mu
tato:ita reuocatur confeſſio,quæ ſuſtinetur ſolum
in vim legati,& diſpoſitio l.præcipimus,nõ habet
locum in his,quæ diſponuntur in teſtamẽto, quia
licèt expreſsè non retractentur , ipſo iure cenſen-
tur correcta mutato teſtamento, vt per Curt.iun.
in conſi.163.nu.15.

Minus mouet dictum Oldr.in d.conſi.113. & a-
liorum,qui eum ſequuntur,quia procedit in con-
feſſione iurata a teſtatore vel acceptata a parte: ea
9 enim,quia tranſit in contractum, non † reuocatur
mutato teſtamento:quinimò expreſsè ẽt reuocari
non poteſt,quibus addo Bened. in c. Raynutius,
nu.33.extra de teſt. Titaq.de legib.cõnubia.gl.5.
nu.102.Ripam in l.nemo poteſt,nu.35.ff.de leg.1.
Nat.in d.auth.hoc inter,nu.77. Cẹph.in conſ.61.
nu.31.ſecus tñ eſt,qñ neque teſtator iurauit,neq;
pars acceptauit , vel erat præſens : tunc enim ma-
net in puris terminis legati,& non probat debitũ,
10 & dixi † ſupra . & ideo licèt hæres grauatus reſti-
tuere,poſſit ex fideicommiſſo detrahere id , quod
teſtator ſibi debebat:tñ ſi teſtator relinquat vxori
dotes ſuas,quas dicat eſſe centum,& deinde inſti
tuta vxore hærede eam grauet reſtitutionis one-
re,non poterit de fideicommiſſo deducere illa cen
tum , niſi aliter probet ſe dotes vxori dediſſe . ita
Bar.in l.qui vxore,in prin.ff.de auro & arg.leg.ea
dem ratione Bar.in l.Lucius,§.maritus,ff.ad Tre-
bell. dicit quòd & ſi debita prælegata nõ veniãt in
reſtitutione fideicõmiſſi,tñ hoc procedit,qñ debi-
tum probatur aliter,quàm per confeſſionem teſta
toris factam in teſtamento. idem erit de tali debi-
to, ꝙ de ſimplici legato dicendum . ex hoc pariter
infert Bald.in d.conſi.14.vol.2.ſi teſtator fateatur
ſe ab vxore recepiſſe centum pro ſuis dotibus , &
eos leget , ꝙ ſi vxor decedat ante virum , relictum
efficitur caducum , nec vxoris hæredes petent do-
tes,ſi de eis alia non extat probatio præter teſtato
ris confeſſionem.idem Bal.d.conſi.262.vol.3.cõ-
cludit teſtatorem non probari vſurarium, licèt fa-
teatur ſe vſuras exegiſſe a tali & tali, nec teneri ad
reſtitutionem,ſi reuocauit illud teſtamentum. in-
fert per eandem rationem Ale. in conſ.122.nu.3.
vol.7.quòd etſi dos data primo cenſeatur repetita
in ſecundo matrimonio, tñ hoc fallit qñ non pro-
batur dotem datam fuiſſe primo viro,niſi per con
feſsionem primi mariti emiſſam in teſtamento,ſe
quitur Rol.in tract.de lucro dot.q.80.nu.9.Phan.
in eod.trac.gl.10.n.35.Cẹph.conſ.101.nu.16.& di-
cit Bellon.in conſ.19.nu.18.quòd etſi in computa
tione falcidiæ detrahendum primo veniat ęs alie-
num,tñ non deducetur dos vxoris , quæ probatur
ſolum per confeſsionẽ mariti legantis.& dicit Ri-
pa in l.fęminæ, nu.50. C.de ſecund.nupt.quòd in
omnibus caſibus, in quibus confeſsio dotis rece-
ptæ habet vim legati vel fideicommiſsi,vt quando
non probatur vera numeratio,ſemper eſt locus di
ſpoſitioni dictæ l.hac edictali,cod.titu.

Poſtremò non aduerſatur dictum Pet. & Cyni
in d.l.generaliter,dum volunt quòd confeſsio pro
11 bet, † quia illud reprehendunt Bar.in d.l.Lucius,
§.quiſquis,il ſecõdo,ff.de leg.2. Bal.in d.l.genera
liter,nu.15.q.a ſm eum,non poſſunt ſimul ſtare,ꝙ
confeſsio probet,& poſsit reuocari, & idem tenet
Bar.in ea.l.generaliter,nu.12.Bal.in l.1.nu.1.C.de
cõfeſſ.& in l.1.n.11.C.de falſa cau.adiecta legato.

S V M M A R I V M.

1 *Tutor tenetur rationem adminiſtrationis reddere,*
non obſtante lapſu temporis.
2 *Pactum vni factum, alij non prodeſt, nec nocet.*
3 *Liberatio vni facta, non prodeſt alijs.*
Etiam inter plures reos debendi , qui tamen non ſint
ſocij, num. 4.
5 *Tranſactio cum vno ex pluribus tutoribus , non pro-*
deſt alijs.
6 *Solutio vnius tutoris, liberat alios.*
7 *Acceptilatio vni ex tutoribus facta, prodeſt alijs .*
Fallit, quando eſt limitata ad illius portionem, nu. 8.
9 *Acceptilatio facta poſt tranſactionẽ, nõ prodeſt alij.*
10 *Tutores plures licèt inſolidum teneantur, non tamen*
conueniuntur inſolidum .
11 *Tutores plures tenentur inſolidum , quando admini-*
ſtratio non eſt a teſtatore, nec a iudice diuiſa .
12 *Tutores plures cenſentur inſolidum conſtituti.*
13 *Tutores plures vbi ſunt, ille primò conuenitur, qui ad*
miniſtrauit. & ibi latè.
14 *Donatio in teſtamento facta alicui præſenti, & acce*
ptauit, an ſit legatum vel donatio .
15 *Liberatio per pactum facta tutori , qui adminiſtra-*
uit, prodeſt alijs.
16 *Tutor, qui conuenitur pro culpa alterius, habet bene-*
ficium ceſſionis.
17 *Ceſſio tutori fit in totum vel pro parte , prout ipſe in*
totum vel pro parte non poterat conueniri .
18 *Tranſactio cum eo, contra quẽ erant cedendæ actio-*
nes, liberat alios .
19 *Legatum latè interpretatur , quando ſit coniuncta*
perſona .
20 *Tutor vnus ſi per acceptationem liberatur , proderit*
cæteris ea liberatio .
21 *Pactum vni tutorum factum prodeſt alij , non mero*
iure, ſed per exceptionem, & indirectum .
22 *Inſtrumentum non probat, niſi in fauorem eius , qui*
rogauit: probat tamen rem fuiſſe geſtam .
23 *Acta iudicij probant in fauorem tertij , quod ſic res*
geſta ſit .
24 *Liberatio perſonalis non prodeſt alij.*
25 *Liberatio facta vni ex pluribus reis, prodeſt alij, quã*
do alias liberatio non eſſet proficua .
26 *Tutores plures quando geſſerunt , tunc liberato vno*
poſſunt alij conueniri pro ſuis portionibus.

Tran-

27 *Tranſactio facta cum vno ex tutoribus, non prodeſt aliјs, quando vel omnes geſſerunt, vel nullus geſſit.*
28 *Liberatio facta tutori, qui geſſit de mãdato aliorum, non prodeſt alijs.*
29 *Ceſſionis beneficium non competit tutori doloſo.*
30 *Beneficiũ diuiſionis, quando competat tutori doloſo.*
31 *Exceptio excuſſionis vel ordinis, ei ſoli datur tutori, q cõuenitur p culpa facto vel negligentia alterius.*
32 *Fulgoſ. in conſi. 135. reprehenditur.*
33 *Liberatio per acceptilationem facta poſt tranſactionem tutori, qui poterat inſolidum conueniri, licèt habèret aliquod beneficiũ, prodeſt alijs tutoribus.*
34 *Tutores quãdo iuuãtur liberatione facta vni ex eis, tũc pcedit liberatio, etſi liberatus nõ eſſet ſoluendo.*
35 *Exceptio cedendarum obſtat etiam quando ceſsio cõtra eum fieri debet, qui non eſt ſoluendo.*

CONSILIVM CLXX.

BONIFACIO Iberto filio hęredi in
ſtituto Io. Dominicus pater tres tu
tores teſtamento dedit, D. Ioannẽ
Franciſcum Sannazarium, D. Ioſe
phum Cotium, & D. Mattheũ Ga-
iam. ex his ſolus Gaia adminiſtrauit, librum ratio-
num compoſuit. & cum eſſet rationem redditurus
deceſſit Bonifacius iam adultus, qui condito teſta
mento prædictum Gaiam præſentem, & acceptan
tem quitauit; liberauit & abſoluit ab omni onere
rationis reddendæ pro adminiſtratione totius hæ
reditatis ipſius teſtatoris, ita liberè & expeditè, vt
nulla moleſtia ei inferri poſſet, pro omni & toto
eo, in quo poſſet reperiri debitor ratione admini-
ſtrationis, quia ita diſpoſuit, iuſſit, & ordinauit.
Nunc per hęredem Bonifacij moleſtantur prædi-
cti Sannazarius & Cotius cõtutores: quęritur ita-
que, num ea liberatio eis aliquo modo proſit? Et
quãuis tpis anguſtia pmat, nec ſuppetat otiũ oĩa
exactè rimãdi, dicã tñ ex tpe quæ mea ſit ſentẽtia.
Primo itaque aſpectu videretur dicendum, dictos
duos cõtutores teneri omnino rationem reddere:
ſciuerunt enim ſe datos fuiſſe tutores, qa erãt præ
1 ſentes teſtamento, & tutor † tenetur rationẽ redde
re, §. impuberes, in fi. ff. de adm. tut. Spec. in tit. de
iud. §. 2. ver. ſequitur nunc videre de actione tute-
læ, & lapſus lõgi tpis eũ excuſat, vt no. in l. omnes,
ff. de adm. tut. l. tutores, vbi Doct. ff. arb. tut. Boer.
deciſ. 59. nu. 1. & non ſolum tenetur pro admini-
ſtratis, ſed etiam pro neglectis. nec eis prodeſt pa-
ctũ prædictum, ſiue velimus illud ſuſtineri tanquã
legatum liberationis, ſiue tanquã pactũ: nã ea eſt
2 natura † pactorum, vt tertio nõ proſint, neque no
ceant, l. ſi vnus, §. ante omnia, ff. de pact. l. & hære-
di, §. fi. ff. eo. tit. vbi loquitur, qñ ex eadẽ cauſa plu
res ſunt inſolidum obligati. idẽ probatur in l. Im-
peratores, in prin. ff. de tranſac. Caſt. Alc. & Iaſ. in
l. ſi actione, C. de pact. Caſtr. in l. planè, §. ſi duob.
ff. de leg. 1. Ruy. in conſ. 11. nu. 8. vol. 1. Crot. in cõſ.
3 89. nu. 9. eodem modo liberatio † facta vni, non
prodeſt alij, l. ſi quis reum, & l. non ſolum, §. tale, ff.
de liber. leg. l. exceptiones, in princ. ff. de exceptio.
l. qui cum tutoribus, in prin. ff. de tranſac. Pariſ. in
conſ. 100. nu. 61. & 63. vol. 1. Alba in conſ. 3. n. 13.
Cęph. in conſ. 317. nu. 15. & eſt text. in l. fi. §. Titia,
in fi. ff. de lib. leg. vbi ſi vni ex tutoribus relicta eſt
liberatio, ea non prodeſt alijs. & facit, quia plures
tutores videntur quaſi plures rei debendi, l. ſi pu-
pillus, §. 1. ff. de adm. tut. Bar. in l. ex duobus, in 6.
quæſtio. ff. de duobus reis, Cuma. in conſ. 24. col.
2. liberatio autem facta vni ex pluribus reis deben
4 di, † qui non ſint ſocij vel omnium bonorum, vel
eiuſdem negocij, non prodeſt alijs, vt eſt tex. in l. li
berationem, §. nũc de effectu, ff. de lib. leg. vbi etſi
is, cui relicta eſt liberatio, inter alia remedia poſſit
petere ſe per acceptilationem liberari ab hæredi-
bus: tñ ex quo ea acceptilatio ſolet prodeſſe cor-
reis, vult tex. quòd hæredes non teneantur libera-
re per acceptilationem, ſi extent correi, qui nõ ſint
ſocij, ſed ſufficiat eum liberari per pactum, quod
nõ prodeſt correis, vt declarant Bar. & alij ibi. idẽ
eſt in pacto facto vni ex pluribus reis, qa illud non
prodeſt correo, q non eſt ſocius, l. eandem, §. 1. ff.
de duob. reis. & tã in pacto, quàm in legato libera-
tionis, hoc voluit Capel. Tholoſ. in deciſ. 263. vbi
Anſre. in addit. pari modo videmus quòd tranſa-
5 ctio facta cum vno † ex pluribus tutoribus, nõ pro
deſt alijs, vt probatur in l. 1. C. de trãſact. id, quod
procedit, ſiue omnes geſſerint, ſiue nullus ex eis,
ſiue aliqui tantum; vt per Doctores ibi, præcipuè
Sal. & Arc. in prin. & procedit ſine dubio ille text.
qñ adminiſtratio eſt inter tutores diuiſa a teſtato-
re vel a Iudice: quia cum quilibet teneatur ſolum
pro portione, quæ in diuiſione obuenit, l. 2. §. 1. C.
de diui. tut. tranſactio liberat ſolum pro parte, quę
ſibi fuit aſſignata. ita glo. in d. l. 1. vbi Cyn. num. 2.
Bar. nu. 1. qui dicit limitari in caſibus notatis in d.
l. 2. Caſtr. nu. 2. dicens, quòd eo caſu procedit ſine
ſcrupulo, quia vnus ex tutoribus non poteſt con-
ueniri pro mala alterius adminiſtratione, Iaſ. nu.
8. dicens, quòd res eſt clara, & omnes fatentur, &
nu. 7. verſi. primus caſus, dicit perinde fore ac ſi eſ-
ſent tres diuerſi tutores, Iacob. nu. 10. Cur. ſen. nu.
6. & Cur. iun. in prin. & nu. 6.

Præterea vbi etiam trãſactio facta cum vno ſui
natura prodeſſet alij tutori, tamẽ procederet quã-
do in tranſactione veniſſet integra adminiſtratio,
& ita quando trãſactio ad ſolidam adminiſtratio-
nem eſſet relata. Sed vbi trãſactio referretur ad id
ſolum, quod per eum debetur, cum quo fit tran-
ſactio: tunc non liberat ſocium, quin poſſit conue
niri, & hoc probatur hoc modo. clarum eſt enim,
6 quòd ſicuti ſolutio † vnius ex pluribus tutoribus
liberat alios in totũ, ſi pro toto; vel in parte, ſi pro
parte facta eſt, l. ſi ex duobus, ff. de tut. & ratio. di-
ſtrah. l. Modeſtinus, ff. de ſolut. l. 1. C. de cõtra. iud.
tut. Bar. in dicta l. 1. in princ. C. de tranſac. ubi etiã
alij, præcipuè Cur. ſen. num. 5. Cur. iun. nu. 4. Dec.
num. 5. Cuman. in conſ. 24. colum. 2. verſi. in con-
trarium, Fulgoſ. in conſi. 135. col. 1. Corn. in conſ.
323. colum. penult. volum. 1. ſimiliter confeſſio, vt
per Cuman. conſi. 24. Dec. dicta l. 1. num. 5. vbi li-
mitat

mitat,& ſnīā in fauorē vnius ex tutorib. lata liberat alios, Cy.d.l.1.in fi.vbi Alb. & Io.Fab. Boe.in deciſ.59.nu.8.& idem in laudo, vt per Cor.d.cōſ. 323.vol.1.intelligendo tñ, ſm quod prędicti Do
7 ctores diſtinguunt: ita acceptilatio † vni tutorum facta alijs omnibus prodeſt, l.ſi ex pluribus, circa
8 mediū,ff.de acceptilat. & tñ ſi acceptilatio † ſit limitata ad portionē, quæ ei eſt aſſignata, qui fuit liberatus, tunc non prodeſt alteri: quemadmodum enim ſolutio partis debiti nō diſſoluit totā obligationē, l.ſi ſtipulatus, §.qui decē, ff.de ſolut. ita nec acceptilatio.& ita concludit Fulg.d.conſ.135.col. 2.verſ.cæterum ſi vni, dicens ꝙ vbi alicui accepto fertur id ꝙ dēt, talis actus non liberat alium æquè obligatū. pro quo facit ꝙ voluit Bar. in l.ex duob. nu.23.ff.de duob.reis, ver.ſed ſi poneres pactum, vbi dicit, ꝙ & ſi pactū factū vni ex ſocijs proſit cōſocio, qñ in caſu moleſtiæ poſſet contra eū habere regreſſum: tñ hoc fallit, qñ pactum eſſet factū pro parte ſocij tantum. pōt enim vnus ita liberari, vt correi remaneant obligati, vt probatur in l.liberationem, §.nunc de effectu, ff.de lib.leg. Iacob.d.l. 1.nu.7.& Cur.iun.ibi, nu.35. qui declarat. quini-
9 mo ēt ſi liberatio per † acceptilationē non eſſet expreſsè limitata ad partem illius, nihilominus non ꝓdeſſēt alij, qñ ex coniecturis cognoſci poſſet eſſe reſtrictā ad partem illius tantum, vt qñ facta eſſet acceptilatio poſt tranſactionē: quia ſicuti in tranſactione venit ſola portio tranſigentis, ita illa acceptilatio reſtringitur ad portionē, ſuper qua fuit trāſactū, vt cōcludit Bar.d.l.1.in fi.ſequitur Caſt. in fi.dicens rōnem eſſe, quia acceptilatio intelligi dēt ſm naturā tranſactionis, ſuper qua fuit interpoſita: & ideo nihil magis operari pōt, quàm ipſa tranſactio. idē tenet Fulg.limitans, qñ poſt tranſactionē acceptilatio fieret expreſsè ſuper toto debito, Alc.nu.8. qui dicit eſſe veriſſimū, Iacob. nu.7. Cur.ſen.n.6. Curt.iu.nu.35.& Dec.n.9. in pſenti aūt caſu videtur, ꝙ liberatio facta dño Gaię, ſit limitata & reſtricta ad perſonā ſuā, & ad id qđ ipſe debebat, quia dicit, ꝓ omni & toto eo in quo poſſet reperiri debitor rōne adminiſtrationis.& ideo reſpexit ad id, ꝙ erat debitū per ipſum Gaiā, non per alios contutores, & in terminis hoc ponderat Fulg.d.conſi.135.col.3.ver.ſupereſt igitur.proinde non debet extendi ad portiones contutorum.

Nec dicatur ꝙ plures tutores tenētur inſolidū, quia rñdeo, ꝙ & ſi ita ſit, tñ habent inter ſe & contra pupillū plura beneficia: nempe diuiſionis, ordinis, ceſſionis, & vtilis actionis ſine ceſſione, & ho-
10 rū vigore conuenitur quilibet † pro ſua portione tantū: & ideo quāuis obligatio cuiuſq; ſit inſolidū concepta, tñ in effectu nō conueniſtur inſolidum, vt cōcludit Bar.d.l.1.n.3.C.de trāſact. & dicit ibi Iaſ.nu.8. ꝙ conſiderato effectu, nūquā tutor vnus cōuenitur vltra ſuā portionē, & ipſe cōprobat hāc concluſionē ꝑ exēpla relata ad ſingulos caſus, de quib. in ea gl.& dicit Cur.ſen.ibi in princ. ꝙ ſi plures tutores de rigore teneantur inſolidum, tñ de æquitate iura ꝓuiderūt eis de prędictis beneficijs, quorū auxilio quiſq; pro ſua portione cōuenitur.

Hęc etſi colorata ſint, & plurimū vrgere videātur, tñ haudquaquā mihi probantur conſiderata facti cōtingentia: quinimo eis non obſtantibus firmiter teneo D.Sānazariū & Cotiū minimè moleſtari poſſe pro reddenda rōne tutelæ dicti Bonifacij Iberti.& ad euitandā hanc moleſtiā duplici via his vtēdū eſt. Primo.n.ſi verū eſt, vt in facto pſupponitur, ꝙ ſolus Gaia bona minoris adminiſtrauerit, excipiēdo alij tutores poſsūt ſe defendere hoc
11 modo. nā etſi plures tutores † inſolidū teneantur verſus pupillū, qñ adminiſtratio non eſt a Iudice, nec a teſtatore inter eos diuiſa, licèt fortè ſit per ipſoſmet tutores inter ſe facta diuiſio adminiſtrationis, q a ea diuiſio non valet in pupilli præiudiciū, vt eſt tex.apertus in l.2.in fi.C.de diui.tute.& ibi gl.& Doctores dicunt, ꝙ ſi adminiſtratio a nullo eſt diuiſa, vel eſt diuiſa ab ipſis tutoribus, quilibet tenetur inſolidū, ſiue oēs adminiſtrauerint, ſiue nullus, l.tres tutores, §.1.ff.de admi.tu.& voluerunt Cy.in d.l.1.n.2.in fi. Bar.n.1.q alleg. tex.in l. 1.§.nunc tractemus, ff.de tute. & ratio.diſt.qui tñ mihi id non probat.idē tenuit Bal.n.8.in fi. qui dicit ꝙ hoc caſu dicitur diuiſum nudū miniſterium, non aūt poteſtas, nec exercitium, vti qñ diuiſa eſt a Iudice vel teſtatore, Caſt.n.2.ī fi.q adducit tex. in l.Diuus, ff.de adminiſtr.tuto.& vult hoc procedere, ſiue oēs geſſerint, ſiue nullus, ſiue vnus geſſerit & alter nō.item ſiue is fecerit doloſè, ſiue ex ſola culpa, quia ſemper mero iure tenetur inſolidū, Iaſ.nu.7.verſ.ſecundus caſus. dicens, ꝙ ea diuiſio non piudicat pupillo, & habetur æquè ac ſi nō eſſet facta, ſed quiſque tenetur ad totū damnum pupilli, Iacob.n.17.& Cur.ſen.nu.7.Fulg.in cōſ.135. col.1.Boc.in deciſ.59.nu.2.& horū ratio eſt, quia qñ plures a teſtatore vel a Iudice dantur tutores,
12 † tunc quoad exercitiū quilibet ipſorum cenſetur inſolidū conſtitutus, l.Lucius, §.1.l.tutores, §.curatores teſtō, ff.de adm.tut.l.fi.C. de autho.præſt. l.1.C.ſi ex plur.tut.gl.& Doctores in l.ſi pluribus, in fi.ff.de procu. Bar.in l.1.§.ſi plures, in 1.oppoſ. ff.de procu. Pract.Pap. in forma libel. ad redden. rat.ver.& curatores, in prin.nō mirum itaq; ſi oēs inſolidum obligantur, qñ oēs inſolidum cēſentur conſtituti, quinimo diuiſa inter ipſos tutores adminiſtratione, nō cenſetur diuiſum ius tutelæ, ſed illud remanet inſolidū penes vnumquēque, l. inter tutores, ff.de admi.tut.& ibi Bart.& alij, ſequitur Alc.in conſ.31.in fi.vol.1. tñ qñ vnus ex pluribus tutoribus ſolus adminiſtrauit: tunc licèt oēs
13 ſint inſolidum obligati, ille primò † eſt conueniēdus & excutiendus antequàm conueniri poſſint alij, qui nō adminiſtrarunt, l.tutores, q poſt, §.in eū, ff.de adm.tut.l.2.C.ſi tut.non geſſe.l.fin.C.de diui.tute.l.cū interdictę, §.1. C.arbi.tute.l. tres tutores, ff.de adm.tut.l.1.C.ſi tut.reipub.glo.& Doctores in l.1.C.de tranſact.& ibi expreſsè Bar.nu. 4.qui tñ limitat, quando vnus geſſiſſet dę mandato aliorū.quia tunc qui mandant, videntur geſſiſſe per alium, & tenētur inſolidum omnes, Bal.nu.3,

dicens

diçens,quòd nõ gerẽs,non põt conueniri, niſi excuſſo gerente.& n.12.dicit eſſe introductũ natnrali ęquitate,vt primitus rationem reddat,qui adminiſtrauit,Aret.col.2.circa med. Caſt.nu.3. Iacob. nu.25.qui limitat, qñ vnus geſſit de mãdato aliorũ,Sal.n.6.q̃ dicit hoc procedere omni caſu,qñ diuiſio non eſt facta a Iudice,neca teſtatore,q̃ uis vnus geſſerit ex negligẽtia, aut permiſſione aliorũ, vel ẽt inter ipſos tutores diuiſa ſit adminiſtratio. id ipſum probauit Are.in conſ.29.nu.4.Ang.in §. actionũ,n.58.Inſt.de act. Cor.cõſ.323.col.3.ver. circa fin,vol.1.vbi intelligit,niſi is geſſiſſet de mãdato aliorum,Pract. Papien.in d.lib.ad redden.ratio.vet.dictã rationẽ,n.3.Marſi.ĩ rub.ff.de fideiuſſo.n.371.Boer.in deciſ.59.n.5.& ſeq.Nat.in conſ. 134.n.10.Maran.de ordi.iud.in procem.nu.18.& prædicta procedunt non ſolũ qñ tractatur de geſtis,ſed ẽt qñ agitur de neglectis,quę tñ ſunt annexa geſtis. Nã nihilominus excutitur primò qui geſſit, quia tunc neglectorum & geſtorũ idẽ eſt iudiciũ,vt ponunt prædicti Doct.pręcipuè Bar.Caſtr. Iacobin.Ang.Franc.Are.Corn.& Boer.in locis ſupra citatis:qui tñ volũt quòd qui non geſſit,teneatur pro his,quæ neglexit,ſi nõ ſunt geſtis annexa. & q̃uis,qui non geſſit, poſſit mero iure inſolidum conueniri:tñ dicimus ſimpliciter eum nõ poſſe cõueniri antequã excutiatur is qui geſſit, quia ſi cõueniatur opponere põt exceptionem ordinis, per q̃ remanet tutus ne conueniatur,niſi in ſubſidiũ, vbi ſcilicet is qui geſſit,non eſt ſoluendo,vt prædicti omnes tenent in dicta l.1.C.de trãſac.vbi Cyn. Bar.Bal.Sal.Caſt.Alc.Are.Iacobin.Iaſ.Cor.ſen. Purpur.Dec.& Cur.iun.latè declarant,volentes, q̃ oppoſita ordinis exceptione,is qui nõ geſſit, ſit tutus,nec in præſenti quæſtione tractãdum eſt,an cõueniri poſſit in ſubſidiũ,quia cõſtat dñm Gaiã, qui adminiſtrauit,eſſe ſolnẽdo:& vbi ẽt nõ fuiſſet ſoluendo,eſſet omnino idẽ,vt inferius declarabo.

Stante itaque præſuppoſito,quòd Gaia,qui ſolus adminiſtrauerat,conueniendus eſſet,primo loco infertur quòd liberatio eiuſdẽ tutoris,de qua ĩ teſtamẽto dicti Boniſacij,prodeſt alijs,qui propterea moleſtari non poſſunt, nec compelli ad rationem reddendum pro his,quæ non adminiſtrarũt,

14 ſiue ea dici poſſet legatum,† ex quo facta eſt in teſtamento,vt voluit Io.Fabri in §.1.Inſt.de leg.vbi concludit,quòd ſi in teſtamẽto teſtator Titio præſenti,& recipiẽti donet fundum,erit legatũ & non donatio: quia etſi contractus fieri poſſit in teſtamẽto,tñ contractns interpretãdi ſunt ſm materiã, ad q̃ agens ſe præparauit:& ideo vult q̃ teſtatori liceat relictum illud quãdocunq; reuocare tanq̃ vltimam voluntatẽ,ſequitur Nat. in conſ.73.n.11. & conſ.94.n.3.ſiue ſit pactum,q̃ magis videtur & probatur per dicta Bar.in l.non ſolum,§.ſi liberationis,ff.de lib.leg.vbi vult q̃ ſi in teſtamento relinquatur liberatio alicui præſenti & acceptanti ſuſtinetur in vim pacti.& dicit Are.in §.legatum,nu.1. ver.quęrit hic,Inſt.de leg. q̃ ſi teſtator donet certũ quid in teſtamẽto Titio præſenti & acceptãti, erit donatio inter viuos, & conſequenter irreuocabilis,non aũt legatũ,& ibi improbat dictum Io.Fab. ſupra relatũ,& eum ſequitur Bero.in cõſ.45.n.14. vol.2.vbi propriè loquitur in liberatione in teſtamẽto relicta adminiſtratori præſenti & acceptãti; & hanc ſententiã defendit aduerſus Io.Fab.& plurib.cõprobat rationib. Crot.ĩ rub.ff.de lc.1.n.20. & ſequitur ipſemet Nat. in conſ.90.nu.3.Si enim dicamus eſſe pactũ,certũ eſt,q̃ liberatio facta p̃ pactum ei tutori,qui ſolus adminiſtrauit,liberat cæ-

15 teros † oẽs,qui non geſſerunt, vt eſt text.in l.ſi pupillus,vbi gl. ff.de adm.tut.ĩ quo dicitur,q̃ pupillus,qui vnũ ex tutorib.liberauit,non põt eo nomine alios moleſtare.& gl.ibi intelligit,qñ eũ liberauit,qui ſolus geſſerat.ita quoq; intelligit ibi Bart. & hanc ſententiã probauit gl.in d.l.1.C.de trãſac. vbi vult,q̃ liberatio vni tutori facta p̃ trãſactionẽ, prodeſt alijs omnibus,ſi illi non geſſerũt,ſequitur Cyn.n.7.in prin.quia eo caſu tutor,qui non adminiſtrauit,excipiendo dicet,conuenias eũ,qui geſſit;& ſi rñdebit pupillus,non poſſum,quia cum eo trãſegi;replicabit tutor,tibi imputes ſi eũ liberaſti, Bar.n.5.vbi ait,q̃ ſi minor tranſegit cũ eo,qui erat primo conueniendus,non poterit peruenire ad alios. & ſubdit text. ibi non includere hunc caſum, Bal.n.3.quia qui non geſſit,conueniri non poteſt, niſi eo excuſſo qui geſſit;ſed is qui geſſit, non põt excuti,cũ nec poſſit condemnari, ex quo eſt tranſactione liberatus;ergo minor repellitur exceptio ne excuſſionis;licèt ſecus ſit ſm eũ,qñ tutores renunciaſſent exceptioni prædictæ,Salic.nu.5. & 6. Caſt.n.3.licèt enim mero iure conueniri poſſit is, qui non geſſit; tñ vbi competit beneficiũ ordinis, habet exceptionem in totum, qñ facto ipſius minoris excuti non poteſt is, qui primo erat conueniendus.& ſi contrarium poſt Bal.ibi dicat,qñ minor tranſigendo liberauit eum, qui nihil geſſit, Are.col.1.ver. ſed ſi e contra, quia non ſolum ei, qui non geſſit,competit beneficiũ ordinis, ſed ẽt cedendarum; & ideo ſi minor cedere non poteſt, quia tranſigendo liberauit eũ,contra quem ceſſio fieri debebat,repellitur ab agendo,l.mulier,ff.qui pot.in pign.habe.idem dicit,col.2.verſi.2.fallit,& col.1.in prin.vbi tñ limitat duobus modis. Primò, quando tales ſunt tutores, quibus non competit beneficium diuiſionis,ordinis,vel ceſſionis.

Secundò,qñ illi tutores ſuſcipiendo tutelam renunciaſſent dictis beneficijs;tunc.n.tranſactio facta cum eo,qui ſolus geſſerat,nõ prodeſt alijs. Et ideo ſm eum cautela eſt,q̃ tutores renuncient omnibus beneficijs ſibi competentibus,hoc tñ intelligendum eſt,q̃uis ipſe non dicat,vt conueniri poſſit,quatenus minor non recepit in tranſactione,& nõ vltra,vt per Bar.& Caſt.ibi,n.3.& idẽ Are.ibi, in col.1.in ſi.ver.ſed ſi nunquid in hoc caſu,dicit eũ, q̃ tenetur cedere,debere cautũ eſſe, ne obligationẽ diſſoluat cõtra illũ, contra q̃nẽ tenetur cedere; quia aliàs cum eo non poteſt vtiliter cedere,non põt eũ cõuenire,cui de iure cogitur cedere.idem tenet Alc.in prin.& nu.6.vbi dicit,q̃ creditor, qui non po-

poteſt cedere,non põt etiã conuenire, qñ tenetur
cedere.idem tenet Iacob.n.26. dicens ꝙ ſi tranſa-
ctio facta eſt cum gerente,tũc tertius,qui nihil geſ
ſit, & qui habet exceptionem ordinis, nõ poterit
cõueniri.& dicit Cur.ſen.nu.10.quòd in hoc caſu
glo.ibi approbatur ab omnibus,Dec.n.5. & Cur.
iun.nu.14. qui dicit quòd omnes in hoc tranſeũt
cum Bar.idem voluerunt gl.& Doct. in l.1.§.nũc
tractemus,ff.de tute.& ratio.diſtrah.Corn.in cõſ.
323.col.pen.in prin.ver.& conſultius,vol.1.vbi in
quit,hanc eſſe concordiret communem opinionẽ
gl.Bar.& Doct. vt pactũ ſeu tranſactio facta a mi-
nore cum vno ex tutoribus proſit alij, quotieſcun
que per tale pactum tutor qui conuenitur, vti nõ
poteſt aliquo ex ſuis beneficijs, vt ceſſionis, ordi-
nis,& diuiſionis.in propoſito ergo cum & Sãnaza
rio & Cotio competeret remedium ordinis,faten
dum eſt,ꝙ pactum factum cum Gaia, prodeſt eis,
nec poſſunt ab hæredib.dicti Boniſacij moleſtari.

Nec verò planiſſima ſunt eo conſiderato,quòd
non ſolum his tutoribus competit beneficiũ ordi
nis,ſed ẽt ceſſionis.nã ſi conueniretur vel exigere-
tur in aliquo,id eſſet pro culpa & adminiſtratione
illius Gaię,qui ſolus adminiſtrauit: qñ verò vnus
ex tutoribus conuenitur pro culpa vel facto alte-
26 rius,tũc habet beneficiũ † ceſſionis,vt probatur l.
ſi plures,ff.de adminiſt.tut.l.1.§.nunc tractemus,
ff.de tute.& rat.diſtrah.& ponũt omnes ĩ d.l.1.C.
de trãſac.& hoc remediũ datur ꝓ ea parte, ꝓ qua
tutor conuenitur ex alieno facto vel culpa. & ſi ex
ꝑſona propria,ad nihil tenetur & cõdemnatur in
ſolidũ, eſt ei actio inſolidũ cedẽda;ſi vero tenetur
27 pro parte tantũ, fit ſibi ceſſio pro illa parte, † pro
qua exigitur,cũ tñ nõ teneretur.ita declarat Cyn.
in d.l.1.n.6.Bar.n.8.qui citat l.1.C.de duob.reis,
& l.Modeſtinus,ff.de ſolutio. Bal.n.9.Caſt.nu.3.
ver.in primo caſu,Alc.n.6.Iaſ.nu.7.ver. tertiũ eſt
beneficiũ,Iacob.n.19.Cur.ſen.n.1.ver.tertium eſt
beneficiũ,Aret.col.1.ver.ſecunda aũt. efficit autẽ
hoc beneficium ceſſionis,vt trãſactio facta cũ vno
cõtra quẽ erãt cedendę actiones, proſit alij tutori;
quia cũ per pactum nõ poſſit minori cedere,nõ po
teſt ẽt alios moleſtare.& ideo concludunt Doct.in
28 d.l.1.quòd tranſactio † facta cum eo,cõtra quem
minor tenetur actiones cedere,alios liberat pro ea
parte,pro qua ceſſio contra illum fieri debebat.ita
Bar.ibi,nu.9.poſt Cyn.nu.7.Caſt. qui optimè de
clarat,nu.4.Aret.d.col.1.ver. ſecunda autem, Ia-
cob.d.nu.19.Curt.iun.nu.3.& 26.& Alc.num.7.
Corn.d.conſi.323.col.pen.ver.& conſultius.

Si verò dicamus liberationẽ,de qua in dicto te
ſtamento,eſſe legatum,& nõ pactum,idẽ erit om-
nino: q̃a ſi pactũ factũ cũ eo tutore,qui ſolus om-
nia adminiſtrauit, prodeſt cęteris tutoribus, non
obſtante ꝙ pactũ ſit ſtricti iuris,& ſtrictè intelliga.
tur,ita cõtutoribus proderit liberatio,ſi fiat per le
gatum cõiunctę perſonę,qualis eſt dictus Gaia, q̃
erat Boniſacio auunculus:legatũ enim qñ ſit con-
29 iunctæ † perſonę,latè interpretatur, l.ſeruus plu-
rium,§.vlt.ff.de leg.1.Dec. in conſ.69.nu.5.& in
conſ.92.Gozad.in conſ.82.n.12.Pariſ.in conſ.87.
nu.22.vol.1.Soc.iun.in cõſ.98.n.22.vol.1.Crot.in
conſ.14.n.21.Bero.ſam.q.29.col.2. Nat.in conſ.
296.n.6.& in cõſ.626.n.20.Rol.in conſ.16.n.38
vol.3.Menoc.de arb.iud.q.99.nu.15.& in ſpecie.
de legato liberationis,eſt text.in l.Aurelius,§.Ti-
tius,ff.de lib.leg.qui & ſi loquatur in patre,tñ pro
cedit ẽt in alia perſona cõiuncta,vt in fratre,ſecũ-
dum Dec.in d.cõſ.69.nu.5.Soc.iun. in d.cõſ.98.
n.22.Cęph.in cõſ.192.n.14.& in legato liberatio-
nis eadem eſt ratio,quæ in pacto vel tranſactione:
nã ꝑ tale legatũ impeditur beneficium ordinis &
ceſſionis,ꝙ his tutoribus competit,qui nõ admini
ſtrarunt,iuxta ea quę ſupra dicta ſunt. cũ vero nõ
poſſint hęredes cedere ſtante legato liberationis,
non poſſunt ẽt eos conuenire,q̃a opponent tuto-
res exceptiones prædictas, vt in d.l.1.declaratur
per Doct.Quinimò legatũ liberationis eſſet omni
no inutile Gaię tutori,qui adminiſtrauit,ſi eo non
obſtante poſſent hęredes minores cõuenire alios
tutores,qñ quidem alij cõuenti poſſent indemni-
tatem petere ab eo,qui ſolus adminiſtrauit,nec hi
poſſent repelli,eo ꝙ is qui geſſit liberatus ſit: Nã ſi
ea liberatio nocere quidem põt minori,ſed nõ cre
ditoribus,quia factũ vnius alij nõ nocet,l.id quod
noſtrum eſt,ff.de reg.iu.vt igitur legatum ſit lega
tario proficuum,debet ea liberatio prodeſſe cæte
ris,vt probatur in l.ſi quis reum, & in l.liberatio-
nem,§.nunc de effectu.ibi,alioquin, &c.ff.de lib.
leg.& dicam infra,ver.quod autem dicitur.

Poſtremò adeſt tutiſſimũ remedium, ꝙ ſcilicet
tutor,qui fuit liberatus,agat cõtra hæred. Boniſa-
cij,vt virtute legati ſibi facti eum liberent ab one-
re reddendę rationis:vbi enim quis legat alij libe-
rationẽ,operatur ea diſpoſitio,vt legatario triplex
competat remedium. Primò enim datur ei exce-
ptio:ſecundò agere põt vt liberetur per acceptila-
tionẽ:tertiò datur officium Iudicis, & pronuncie-
tur eũ nõ debere,vel imponatur hæredi perpetuũ
ſilẽtium,l.Aurelius,§.centum,ff.de lib.leg. decla-
rat Bar.ĩ l.liberationẽ, §.nũc de effectu, n.2.ff.eo.
tit.licet ſecus ſit,qñ liberatio debetur ex cõtractu,
ſm eũ ibi.cum verò Gaia erit liberatus ꝑ accepti-
20 lationem,nulli dubiũ quin ea liberatio † proſit ẽt
alijs tutoribus: nã acceptilatio eſt ficta ſolutio, vt
dicitur in d.§.nunc videndũ.& probatur prędicta
cõcluſio in l.ſi ex plurib.circa med.ff.de accept.&
ideo inquit Cyn.in d.l.1.C.de trãſac.in fi. ꝙ quid
quid ſit in pacto,ſi vnus ex tutorib.ſit acceptilatio
ne liberatus,proderit ea liberatio cęteris omnibus
ſi liberatus tenebatur inſolidum.& idem tenet ibi
Rayn.ſequuntur alij omnes, pręcipuè qñ facta eſt
gratis,& non ex cauſa oneroſa, vt per Caſtr.nu.6.
Alc.nu.8.Iacob.nu.6.Dec.nu.9.& Cur.ſen.nu.6.

Quibus ſic ſe habentibus, nõ obſtat quòd pa-
ctum liberatorium factum vni,nõ proſit alij:quia
reſpondeo, contrarium verum eſſe quoad hoc
vt competat alij exceptio pacti; ſed quia alij ha-
bent duas exceptiones,ordinis ſcilicet,& cedẽda-
rum,licèt eis pactum mero iure non proſit, tamen
prodeſt

21 prodeſt conſiderato effectu; † opponēt etenim de tali beneficio ordinis,& ceſſionis,& cū agens non poſſit ſtante liberatione conuenire tutorem Gaiā, qui ſolus adminiſtrauit,nec poſſit aduerſus eū cedere actionē, repelletur ab agendo ope huius exceptionis,per dictā l.ſi pupillus,ff.de admin. tuto. & ita non repelletur exceptione pacti, ſed alia exceptione.ita declarat Caſt.d.l.1.n.1.in fi.C.de trāſac.& ante eū id uoluit Bal.n.3.dicens,ꝙ nō repellitur minor vi tranſactionis immediatè,ſed per indirectum propter exceptionem ordinis & ceſſionis.idē dicit,nu.4.in fi.eodē modo loquitur Aret. col.1.dicēs,quòd tranſactio facta cū vno ex tutoribus,eſt per indirectum proficua alijs;quia cū nō cadat ceſſio,nec poſſit fieri diſcuſſio,cōuentus neceſſariò repellit agentē,allegat l.Stichū,§.placet, ff.de ſolu.& d.§.nūc tractemus.cōfirmat Iacobin. nu.22.ver.ſed aduertite,dicēs Doct.inepte loqui, dum dicunt trāſactionē prçiudicare pupillo; nam nō datur cōtra eū exceptio tranſactionis, ſed ceſſionis & ordinis.& ſubdit plurimum referre,quod tranſactionis exceptio cōpetat,vel non, quia primo caſu poſſet opponi nō ſolū ante litem conteſtatā ad proceſſum, ſed ēt poſt conteſtationē ad merita.ſecundo verò caſu opponi debeant ante litē cōteſtatam,& ante eum,Aret.col.pen. verſi.circa tñ prædicta,Corn.d.conſ.323.col.pen.ver.iſtis autē caſibus.& ita licet pactum nō extendatur,nec contutores vi pacti liberentur,tñ repellere poſſunt minorem vel eius hçredes ab agēdo per exceptiones prædictas.& ſimilem facit diſtinctionē Bar. in dicta l.1.nu.5.dum vult,quòd ſi minor tranſigendo cū eo,qui erat ſecundo loco cōueniendus,aliquid recipiat,proderit tranſactio alijs pro ea parte,quā minor recepit,non quidem vigore tranſactionis, ſed vigore ſolutionis,ſequitur Curt.iun.num.14. Dec.nu.5. Et per hoc fuit quoque reſponſum ei, quòd fuit obiectum de tranſactione.

Non mouet etiam,quòd liberatio facta vni,nō profit alij,quia ex prędictis colligitur reſponſum. Nam alij tutores nō recipiunt commodum ex illa liberatione, ſed excipiendo de ordine & ceſſione repellunt minorem agentem,eo quod neque excutere pôt tutorē, qui adminiſtrauit, neq; aduerſus eum poteſt actionem cedere. proinde contutores non vtuntur liberatione,neque eam ad ſe referūt, ſed excipiunt de proprio iure, ideſt de ceſſione & ordine. & pro hoc facit, quod dicimus de inſtrumento,ꝙ & ſi non profit eis qui notarium de con-
22 tentis non rogarunt,† ſecundum Bal.in rub.C.de fide inſtr. Alc. in conſ.110.vol.2. Iaſ.in l.cum aliquis,nu.4.C.de iure delib.Ruy.in conſ.115.nu.5. vol.5.Nat.in conſ.266. nu.6.conſ.531.nu.23. tñ bene probat ēt in fauorem cuiuſuis tertij abſentis rem ſic fuiſſe geſtā, vti continetur in inſtrumento ipſo,vt concludit Bart.in l.cum lite mortua,nu.4. ff.iudic.ſol. Didac.pract.quæſt.c.20.circa fin.ver. his verò,vbi alios addit.& hoc eſſe generale in omnibus actis,quæ quantūuis agitata contra tertios,
23 probant † tamen rem ſic fuiſſe geſtam,vt in eis dicitur,Bar.dicta l.cum lite mortua,idem Bart. in l. 2.nu.12.C.de eden.vbi Bal.nu.18.ver. ſed ſuper, Alc.nu.14. vbi dicit omnes tranſire cum hac opinione,Dec.nu.51.Purpur.nu.80.& Ripa, nu.33. Fel.in c.cauſam,quæ,il ſecondo,nu.25. de teſtib. Crau.in conſ.65.nu.6.Natta in conſi.98.nu.5. & in conſi.309.nu.5.Cæph.in conſi.215.nu.56.non ergo innituntur hi tutores beneficio illius liberationis, ſed dicunt ex ea probari quòd minor, ſeu eius hæres non poteſt excutere bona eius, qui ſolus adminiſtrauit, nec aduerſus eum actiones cedere,& ita iuuantur ipſo facto.

Tex.aūt in l.ſi quis reum, nedū contrariā partē nō probat,ſed cōfirmat partē noſtrā.dicitur enim ibi, ꝙ liberatio relicta reo principali prodeſt fideiuſſori,exceptis caſibus, in quibus fideiuſſor non habet regreſsū aduerſus principalē, vt qñ ex cauſa donationis fideiuſſit, vel qñ pecunia ad eū peruenit.& ratio eſt,quia eſſet inutile legatum liberationis,ſi ad fideiuſſorem non extenderetur,quandoquidem principalis a teſtatore liberatus cōueniretur alia ratione a fideiuſſore, ꝙ ēt debetur, vt inquit gl. ibi, in ver.conuenitur.in prçſenti aūt caſu eadē omnino eſt ratio,quia niſi ea liberatio prodeſſet,ēt cōtutorib. eſſet penitus inutilis,quia tutor liberatus moleſtaretur ab alijs cōtutoribus.ad tex.in l.nō ſolū,§.tale,rñdeo quòd loquitur, qñ li-
24 beratio eſt relicta † perſonaliter vni,& limitata eſt quoad eum,vt ibi uideri pôt, & probatur ex ratione adiecta ibi,quoties enim cohæret perſonæ,&c. eodē modo loquitur tex.in l.exceptiones, in prin. ibi,quæ perſonæ cuiuſq; cohærent, &c. declarant gl.in dicta l.ſi quis reum,in ver. pacto, & procedit ēt,qñ ſui natura liberatio erat trāſitoria ad ſoci ū, vt per Ange.in l.ex duobus,vbi Aret.col.11.ff.de duob.reis.nos autem nō ſumus in relicto,ꝙ ſit reſtrictum ad perſonā,ſed eſt indefinitum. Non reſiſtit etiam tex.in l.qui cum tutoribus,in princ.quia loquitur,qñ tranſactio eſt facta pro portione liberantis vel tranſigentis tantum, meritò non extenditur ad portionem fratris:& ſecundum prędictas declarationes intelligi debent,qui dicunt ſimpliciter,quòd liberatio facta vni, non prodeſt alij.

Quod autem dicitur,plures tutores videri correos,non eſt verum: Nam non ſunt correi, nec de eis iudicādum eſt,vti de duobus reis,vt inquit Salic.in dicta l.1.nu.2.Aret.col.2.circa med.ideo dicta in correis,non procedunt in pluribus tutorib. hæc tamen reſolutio,vt ingenuè fatear,non eſt tuta, quia plures tutores videntur correi,vt per Cuman.in conſil. allegato in contrarium,& per Baldum dicta l.prima, num.11. & admittit Angel. & poſt eum,Alexand.num.9.ideo reſpondeo,quod
25 etiam in pluribus reis liberatio † facta vni, prodeſt alijs, quando alias non eſſet proficua liberato, vt probatur in dicta l.liberationem, §.nunc de effectu, ubi ſi plures rei ſunt ſocij, tenetur hæres liberare per acceptilationem, vt ea liberatio ad ſocium tranſeat; alioquin dicit text. dum a correo petitur, ego inquitor. & gloſ. magna ibi

ſbi vult, quòd quandocunque correus poteſt con-
tra reum habere regreſſum, ſemper liberatio vni
relicta, alij prodeſt pro ea parte, pro qua regreſ-
ſum habere pōt, &t ſi nō ſit ſocius, & ſequitur Bar.
ibi, nu. 1. verſi. tu cōfitearis. & nu. 6. & hoc proce-
dit etiam in pacto, quia extenditur ad alium, qui
poſſet habere regreſſum aduerſus eum, qui pacto
fuit liberatus, vti probat Bart. in l. ex duobus, nu.
2 a. verſi. hoc præmiſſo, & verſi. declaro primò, &
num. a 3. verſ. & ideo, quia non poteſt, ff. de duob.
reis, vbi vult hoc vendicare locum, ſiue ſint ſocij,
ſiue non, ſequitur Aret. col. 1 2. verſ. ſecundò ad-
de, & eſt regulare, quòd pactum factum cum vno,
porrigitur ad alium, qñ id paciſcentis intereſt, l. fi-
deiuſſoris, & l. idem in duobus, ff. de pact. Alc. in
d. l. 1. nu. 1. C. de tranſactio. & ibi Iacobin. n. 1. hęc
igitur proficiunt caſui noſtro, quia cum tutor libe
ratus geſſerit ſolus, tenetur cæteris tutoribus, qui
nō geſſerunt, indemnitatem prǽſtare: ergo ne inuti
lis ſit liberatio, debet alijs tutoribus prodeſſe.

Quod verò attinet ad text. in l. fin. §. Titia, ff. de
liber. lega. reſpondeo, quòd ille procedit, quan-
do duo tutores ambo geſſerant: tunc enim, quia
eorum vnuſquiſque beneficio diuiſionis tenetur
pro ſua portione, liberatio vni relicta non prodeſt
alij, quominus pro ſua portione conueniri poſſit,
ſiue inter eos diuiſa ſit adminiſtratio a teſtatore,
ſeu a Iudice, vt probatur in l. 1. C. de trāſactio. vbi
notant omnes Doctores, prǽcipuè citati ſupra, nu-
me. 5. ſiue ab ipſiſmet tutoribus facta ſit diuiſio,
26 † vel ēt ſine diuiſione ambo geſſerint, quia vtro-
que caſu liberatio facta vni, non prodeſt alij, niſi
pro portione eius, qui fuit liberatus, vt ponit gl. in
d. l. 1. ī primo caſu, Cyn. n. 7. ver. ſecūdo caſu, Bar.
nu. 7. Bald. nu. 8. in fi. Caſt. nu. 4. Salic. nu. 5. Aret.
col. a. verſ. circa tñ prǽdicta, Alc. n. 7. in fi. Iaſ. n. 7.
& 8. Iacobin. nu. 17. Curt. ſen. nu. 1 o. & Cur. iun.
nume. 21. prædicto enim caſu ſecundus conuen-
tus pro portione propria, & pro eo quod geſſit,
nullum habet beneficium ordinis, diuiſionis, vel
ceſſionis: & regula eſt apud Doctores in dicta l. 1.
quòd nunquàm tranſactio ei prodeſt, cui nullum
ex dictis remedijs competit. quod autem ille tex.
procedat modo, quo ſupra, ſatis patet, quia dicit
quòd Mæuius tutelam geſſit cum Lucio Titio.

Nec aduerſatur, quòd tranſactio facta cum v-
no ex tutoribus, non proſit alijs, quia eſt vnum ad
effectum, vt competat exceptio tranſactionis, ſed
non vt per exceptionem alij ſe non tueantur, vti
ex Baldo, Caſt. Aret. & alijs diximus ſupra, verſic,
quibus ſic ſe habentibus. Præterea illud procedit
in multis caſibus, qui non conueniunt facto no-
ſtro. Et primò, quando diuiſa eſt inter tutores ad-
miniſtratio a teſtatore vel a Iudice, vt in contrario
dictum eſt. Secundò, quādo omnes geſſerunt, aut
27 nullus ex eis geſſit: tunc tranſactio † facta cū vno,
non prodeſt alij, niſi quoad illius portionē, vt per
Cyn. in illa l. prima, nu. 3. & ratio eſt, quia ſi pro il-
la virili contra alios agere vellet, non poſſet actio-
nes cedere, ita glo. ibi, quam hoc modo declarat
Salic. nu. quinto, Alc. nu. 5. & hoc eſt, quod dicit
Bart. nu. ſeptimo, quod ſi tranſactum eſt cum eo,
qui conueniebatur pro communi culpa, tunc mi-
nor non agit contra alium, niſi quatenus per be-
neficium diuiſionis deberet agi contra eum, cum
quo eſt tranſactum, Curt. ſen. nume. 1 o. vbi dicit,
quod hic caſus approbatur ab omnibus, Cur. iun.
nume. 29. & ſequ. vbi vult, quod tranſactio proſit
ſolum pro portione eius, cum quo fuit tranſactū,
etiam quando nullus adminiſtrauit, vt quando
omnes doloſè adminiſtrarunt. & dicit in hoc vlti-
mo glo. eſſe communiter reprobatam, impugnat-
que Cyn. & Caſt. qui tenebant contrarium.

Tertiò procedit, quando aliqui tantum geſſe-
runt, ſed de mandato aliorum: tunc enim quia alij
videntur geſſiſſe mediante illorum perſona, tranſa
28 ctio † cum eo qui geſſit, non prodeſt alijs qui non
geſſerunt, vel omnes tenētur. ita declarat ibi Bart.
numero 4. Salic. nume. 6. Caſtr. nume. 3. verſi. prǽ-
dicta tamen, Cur. ſen. nu. 10. verſ. ſecundus caſus,
Iacob. nu. 25. verſ. quod intelligatis, & Curt. iun.
numero 1 3. Corne. d. conſil. 3 23. colum. 3. verſ. &
hoc niſi tutor.

Quartò, quando omnes quidem geſſerunt, ſed
doloſè, & unus conuenitur pro communi dolo:
hoc enim caſu tranſactio facta cum vno non pro-
deſt alij, ſecundum Barto. d. l. 1. num. 6. & 7. Bald.
num. 4. & ſequen. Salic. num. 8. Caſtr. num. 4. vbi
tamen intelligit, quando is non eſt ſoluendo, cum
quo eſt tranſactum, Iaſ. nume. 1 o. qui intelligit,
quando non ſunt omnes ſoluendo: vult etenim
eo caſu tranſactionem prodeſſe pro illius parte,
ſed non pro parte aliorum, & Curt. iun. nume. 17.
& ratio eſt, quia prædicto caſu non competit tu-
tori cōuento beneficium ceſſionis, nec diuiſionis
non ceſſionis; quia non datur his qui geſſerunt do
29 loſe, † ut per Doct. in l. 1. §. ſi tractemus, ff. de tu. &
ration. diſtrah. Bart. d. l. 1. nu. 7. Bald. num. 4. Salic.
num. 6. verſ. reuertor, vbi dicit quò nemo dubitat,
Caſt. nu. 3. veſ. ſecundò eſt videndum, & verſ. ſed
quæ eſt ratio, Ale. nu. 4. Iaſ. nu. 1 o. Iacobin. nu. 27.
& ſequen. Cur. iun. nu. 23. diuiſionis aūt benefi-
30 cium, licèt competat doloſo, † ſecundū opinionē
Hugo. quam ſequūtur ferè omnes prædicti, prǽci-
puè Bar. num. 6. & Bal. num. 6. & dicit Salic. num.
6. uer. reuertor, quod ita tenent communiter Do-
ctores. eandem communem eſſe atteſtatur Alex.
num. 4. & magis communem Iaſ. num. 1. verſi. his
præmiſſis. & communem dicit Iacobin. num. 28.
& magis communem Cur. ſen. nume. 1 1. eandem
inquit communem Aret. in §. ſed ſi ex teſtamen-
to, num. 7. Inſtit. de ſatiſd. tuto. & Corne. d. conſi.
323. col. 3. in fi. uerſi. & iſta duo beneficia. tamen
non hbet locum, quando alij non ſunt ſoluendo,
vt per Iacobin. d. l. 1. nume. 29. & Cur. iun. nume.
21. poſt Barto. nume. 7. & plures alij ſunt caſus,
quibus minor poteſt uno ex tutoribus per tranſa-
ctionem liberato agere contra alios. ſed nos non
ſumus in aliquo illorum, quinimò ſumus in ca-
ſibus exceptis a d. l. prima: nam dictus Gaia, qui
fuit

fuit liberatus, adminiſtrauit ſolus, & erat ante a-
lios excutiendus;& ſi alij duo conuenirentur,poſ-
ſent opponere exceptionem ordinis ſeu executio-
nis; item & ceſſionis.Ipſe autem minor neque po-
teſt Gaiam excutere, qui eſt liberatus, neque ad-
uerſus eum actiones cedere.ergo ab omni actione
repelli poteſt,ut ſupra dixi.

Pariter non contradicit,ꝙ ex Fulg.in conſ.135.
eſt deductum,nẽpe liberationem relictã Gaiæ tu-
tori,eſſe limitatã ad portionẽ ipſius Gaiæ. rñdeo
enim hoc eſſe omnino falſum, quia liberatio fuit
legata ab omni & toto eo,ꝙ debere poſſet ex admi
niſtratione totius hęreditatis.quibus verbis datur
intelligi, ꝙ liberatio refertur nõ ad portionem ip-
ſius Gaię,ſed ad totã adminiſtrationem hęredita-
tis,vt probatur ex his quę ponit Rol.in trac.de lu-
cro dot.quęſt.38.per totã,vbi cõcludit,quòd ma-
ritus promittens totã dotẽ reſtituere, cenſetur re-
nũciare lucro dotis delato ꝑ ſtatutũ;& allegat plu
res deciſiones,quę faciunt ad propoſitum, præci-
puè cũ liberatio contineat uerba generalia,nempe
pro omni & toto eo,quę verba in dubio referri de
bent ad totũ,ut tenuit Cuma.in conſ.24.col.fi.cir
ca mediũ,uer.tutius tñ uidetur,ubi dicit ꝙ liberan
tis mens uidetur eſſe talis, qñ utitur generalibus
uerbis;& loquitur in fortioribus terminis,qñ libe-
rato cõpetebat exceptio diuiſionis,quia is nihilo-
minus poterat inſolidum cõueniri,& dici poterat
debitor totius,quãuis exceptionẽ poſſet oppone-
re.eo magis,cũ ea exceptio nõ elidat obligationẽ,
ſed reſpiciat modũ exigendi.hęc aũt planiora ſunt
in caſu noſtro, in quo is,qui fuit liberatus,nõ ha-
bebat aliquã exceptionẽ,neq; excuſſionis,neq; di
31 niſionis,neque ceſſionis.exceptio enim † ordinis
ſeu excuſſionis datur ei,qui cõuenitur pro geſtio-
ne dolo,culpa,vel negligẽtia alterius,nõ ei qui ſo-
lus geſſit,& pro culpa propria cõuenitur,ut decla-
rãt Bar.in d.l.1.nu.4.Bal.nu.12.Sal.nu.6.uer.ſed
quid ecõtra, ubi ait, ꝙ gerens nõ habet beneficiũ
ordinis,Caſtr.nu.3.uer.ſed ecõuerſo,Aret.col.1.
uerſi.primo caſu,Ale.nu.7.Iacobin.nu.20.& ſeq.
Cur.iun.nu.12.Corn.d.conſi.323.col.3.ꝙ & eſt
ueriſimile.ſimiliter ei,qui ſolus adminiſtrauit, nõ
datur beneficiũ diuiſionis & ceſſionis, ut ponunt
Bar. Bal.& alij omnes,præcipue Caſtr.qui dicit ꝙ
gerens nullum habet beneficium contra nõ geren
tem.& ex his conſtat nõ bene fuiſſe loquutũ Fulg.
32 d.conſ.135.† dum uult, quòd liberatio facta pro
omni & toto eo,&c. per acceptilationem non pro
ſit alijs,nec referatur ad ſolidum debitũ,uerum ad
ſolam partem;nã Cum.d.conſ.24.tenet cõtrariũ,
etiam quãdo liberato competeret aliquod bene-
ficium,quia mero iure tenetur inſolidum, & libe-
ratio in dubio refertur ad id, quod mero iure de-
bebat,licèt eſſet exceptione tutus,& id ipſum uo-
luit Caſtr.d.l.1.nu.6.quando non eſt facta libera-
tio ex cauſa tranſactionis,ſed gratuito;quia ſecun
dum eũ acceptilatio habet uim ſolutionis pro to-
ta illa quantitate,ad quam mero iure tenetur,po-
ſito quod in effectu teneretur ſolũ pro parte uir-
tute alicuius ex dictis beneficijs,ſequitur Iacobin.
nu.5.& id de pacto gratuito tenet quoque Cuma.
d.conſi.24.col.pen.in fi.& Caſtr.d.l.1.nu.8.

Et quamuis Bar.in d.l.1.dicat,acceptilationem
non prodeſſe alijs tutoribus,qñ facta eſt ſuper trã
ſactione,quia ad id reſtringitur de quo fuit tranſa-
ctum,& eum ſequũtur ibi omnes,pręcipuè Caſtr.
nu.6.Alex.nu.8.Dec.nu.9.Iacobin.& alij,tñ eius
33 dictum debet † intelligi, qñ tranſactio erat cũ eo,
qui nõ poterat teneri,niſi pro parte,vt quia tute-
lę adminiſtratio eſſet a teſtatore vel Iudice diuiſa.
ſed vbi is poterat pro toto teneri,vt q a eſſet obli-
gatus inſolidum, licet aliqua exceptione defendi
poſſet:tũc ẽt ſuper tranſactione acceptilatio refer-
tur ad totum,& alijs prodeſt.ita diſtinguit Cyn.&
poſt eum Rayner.in d.l.1.in fi.& hoc voluit Fulg.
ibi,qñ dicit ꝙ ſi poſt tranſactionem interponitur
acceptilatio ſuper toto,liberat alios,ſequitur Ale.
nu.8.Iacob.n.7.Cur.ſen.n.6.ita quoque expreſsè
declarat Cuma.d.conſil.24.col.pen.in fin.dicens,
quòd dictum Bar. procedit,qñ tranſactio eſt cum
eo,cum quo nõ poterat eſſe quęſtio de toto debi-
to:ſed vbi is poterat teneri de toto debito,vt in ca
ſu noſtro, quia is ſolus geſſerat, vult ꝙ acceptila-
tio poſt tranſactionem proſit alijs,ita quoque vo-
luit Cur.iun.d.l.1.nu.35.vbi dicit,ꝙ vbi trãſigens
erat vnus ex pluribus obligatis, acceptilatio cum
eo facta cæteros liberat, & ita concludit quòd opi
nio Bart. non procedat, qñ plures ſunt inſolidum
obligati: ſed intelligatur in duobus caſibus. Pri-
mò,qñ plures erant pro parte tantum obligati: Se
cundò, quando licèt ſint plures obligati inſolidũ,
acceptilatio tamen non refertur ad trãſactionem,
nec ad obligationem,ſed ad liberandum pro ſum-
ma promiſſa in tranſactione. Non omitto tamen,
quod tex.in l.ſi ex pluribus,ff.de acceptilat.quem
Cur.iun.allegat,non contradicit Bar.quia non lo-
quitur ſi præcedat tranſactio,vel non.

Poſtremò eſt aduertendũ,quia non dicit Bar.ꝙ
acceptilatio ſuper tranſactione non proſit alijs,ſed
dicit quòd nõ extenditur vltra quàm ſe extendant
vires tranſactionis,& dicit Caſt.in fi.ꝙ acceptila-
tio nõ proderit, niſi eo caſu quo ẽt pactũ prodeſ-
ſet:quia ſecũdũ naturã actus intelligitur,ſuꝑ quo
interponitur,eo modo loquitur Ale.nu.8. dicens,
quòd nõ extẽditur acceptilatio vltra quàm ſit trã-
ſactionis natura:& ideo in propoſita quæſtione,ſi
acceptilatio eſſet poſt tranſactionem facta,prodeſ
ſet alijs,quia etiam pactum prodeſſet eo ſtante, ꝙ
ſolus ille adminiſtrauit,cui fuit acceptolatum,iux
ta ea quę ſupra dicta ſunt,& ita res remanet expe
dita atque omni prorſus caret dubitatione.

Supereſt tamẽ difficultas,quid iuris ſit, ſi Gaia
tutor,qui fuit liberatus,nõ fuiſſet ſoluendo;ſed &
ſi eam ſuperfluam exiſtimẽ, pręſupponitur enim
in facto,eum fuiſſe & eſſe locupletem,& facultati-
bus abundare.tamen,vt petentiũ uoto obſequar,
concludo eam liberationem prodeſſe nihiloſecius
alijs tutoribus,argumento text.in l.vir ab eo,ff.de
iure dot.vbi ſi maritus accepto ferẽs ab eo, qui cũ

teneretur dotes ſoluere,non erat ſoluendo, remanet obligatus:& per illũ tex.dicit in terminis Cyn. in d.l.1.C. de tranſact.nu.7.in fi. quòd in caſibus,
34 vbi tranſactio facta cum vno † prodeſt alijs tunc alij liberantur,etiam ſi is non eſſet ſoluendo, cum quo fuit tranſactum , ſequitur Rayner.ibi.& ratio eſt, quia tranſigendo videtur eum pro idoneo approbare , vt dicit Alex.nu.2. qui hanc inquit notabilem decisionem,& loquitur in proprijs terminis noſtris,quando eſt tranſactum cum eo,qui ſolus adminiſtrauerat,& erat primò conueniendus. & infert,quòd etſi vbi diuiſio eſt facta a teſtatore , vel a Iudice,teneatur vnus tutor pro alio , quando illum ſuſpectum non fecit remoueri , quando is ſuſpectus non eſt ſoluendo;tamen ſi minor cum illo ſuſpecto tranſigat , non poterit poſtea conuenire illum qui tenebatur in ſubſidium, quia tranſigendo cenſetur illum approbaſſe pro idoneo.idem tenet Fulgoſ.quoad primum caſum, Iacobin.nu.15. nu.26.& apertius,num.30.vbi dicit, quòd minor non poterit dicere,ego tranſegi cum eo, qui ſolus geſſit, quia ſciebam eum non eſſe ſoluendo , Dec. nu.5.& 6.Cur.iun.n.14.facit Bar.in l.ſi ſtipulatus, §.ſi ex duobus,nu.4.ff.de fideiuſſo.vbi dicit quòd liberando videtur recepiſſe pecuniam,& donaſſe. & prædictorum ratio eſt, quia licèt qui non geſſit, conueniri poſſit in ſubſidium , ſi is , qui geſſit non eſt ſoluendo : tamen non gerens habet exceptionem cedendarum . & quia tranſigens non poteſt cedere, repellitur exceptione , iuxta ea quæ ſupra dicta ſunt.& ſi opponat quòd nõ intereſt eius ceſſionem fieri contra illum,qui non eſt ſoluẽdo, reſpondebitur intereſſe, quia poterit forte ceſſus effici ſoluendo, & ditari , & propterea exceptio ceſ-
35 ſionis † nocet:& quando fieri debet contra , eum qui non eſt ſoluendo,vt concludit Bar.in l.ſi ſtipulatus,§.ſi ex duobus , nu.4.ff.de fideiuſſo. & idem dicit Caſtr.in d.l.1.nu.3.ver.item beneficium ceſſionis , vbi dicit quòd ceſſionis beneficium datur ei, qui ſoluit pro illius culpa, qui nõ eſt ſoluendo, Alexan.nu.7.dicens vtilem eſſe ceſſionem,ſi prior perueniret ad pinguiorem fortunam, Iaſ.num.7. ver.tertium eſt beneficium, Iacobin.num.31.ver. & ſi dicas,& Cur.iun.nu.14. quare ẽt ſi tutor, qui geſſit,nõ foret ſoluendo, ex quo tamẽ Bonifacius eum liberauit, non poſſunt nũc ſui hæredes moleſtare alios,quia eis non poſſunt actiones cedere .

S V M M A R I V M.

1 Donatio cauſa mortis , reuocatur per alienationem bonorum donatorum .

2 Donatio inter virum et vxorem,reuocatur alienatione rei donata ,

3 Confiſcatio non trahitur ad bona prohibita alienari .

4 Donatio cauſa mortis,euaneſcit per ſententiam capitalem latam contra donantem ,

5 Donatio cauſa mortis, non valet inter virum , & vxorem .

6 Donatio inter virum & vxorem , non confirmatur morte,niſi facta traditione .

7 Idem eſt in donatione cauſa mortis,facta vxori .

8 Donatio cauſa mortis,facta vxori, confirmatur morte ſequuta .

9 Mors ciuilis æquiparatur naturali,quando ex ea idẽ omnino oritur effectus .

10 Bannitus pœna capitis & cũ bonorũ confiſcatione,habetur pro mortuo,æquiparatur deportato,et amittit iura cõia,& ciuilia quoad ciuitatẽ a qua bannitur.

11 Donatio cauſa mortis facta vxori, confirmatur morte ciuili mariti,vt ſi capite alter banniatur .

Idem eſt in donatione inter viuos facta vxori.n.12.

13 Delinquens non dicitur voluntarie alienare .

14 Glo.in c.licet vndique,de offic.deleg. eſt communiter reprobata .

15 Donatio cauſa mortis, valet inter virum, & vxorẽ .

16 Donatio inter virum & vxorem, confirmatur morte donantis .

17 Dominium transfertur ſine traditione in donatione cauſa mortis,facta vxori .

18 Donatio inter virum & vxorem vt confirmetur, ſufficit conſtitutum.

Vel quid aliud, quod vicem obtineat traditionis,nume.19.

20 Conſtitutum expirat morte conſtituentis . ſed limita vt ibi .

21 Cõſtitutum collatum poſt mortem nihil operatur. ſed fallit,vt ibi .

22 Clauſula,ex nunc prout ex tunc, & econtra , operatur vt diſpoſitio retrotrahatur .

23 L.donationes quas parentes, C.de don. inter virum & vxo.quomodo procedat .

24 L.ſi mortis cauſa,la ſeconda,ff de don.cau.mort.quomodo procedat .

CONSILIVM CLXXI.

QVI partes fiſci tuentur plura adducunt ad demonſtrandum ſpectare fiſco bona vxori donata cauſa mortis per virum condemnatũ in amputatione capitis & bonorũ oĩum publicatione. Et primò,quòd donatio cauſa mor-
1 tis reuocatur † per alienationem bonorum donatorum, Dyn.in l.Stichum, qui meus erit, ff.de lega.1.cuius dictum tanquam vnicum & alibi non repertum extollit ibi Bal. & ſequitur Imo. Aret. Cum.Alc.& Iaſ. Rom. in l.Marcellus, §.Paulus, ff.de don.cau.mor. Alc.in l.2.col.fi.vbi Iaſ.nu.15. ff.de leg.1.& ſingulare dicit Alc.in l.nõ oĩs,ĩ prin. ff.ſi cert.pet. quia donatio cauſa mortis magis accedit vltimæ voluntati,q̃ contractui, & ideo reuocatur per volũtariam alienationem, ſicuti legatũ, l.rem legatam,ff.de adim.lega. l.fideicommiſſa,§. ſi rem, ff.de lega.3. & per eandem rõnem ſubdit, quod reuocatur per ſuperuenientes inimicitias,ſequitur Marſi.ſing.136.& communem dicit Alc. in d.l.non oĩs,Gomeſ.de contract.c.4.num.18.verſ. decimò infero. Didac.in rub.de teſta.par.3.nu.19. qui tamen intelligit , quando alienatio continet in ſpecie rem donatam, quandoquidẽ non ſufficeret generalis diſpoſitio,vt eſt inſtitutio , & omniũ bono-

bonorum obligatio,ſecundũ Bar.in d.l.rem lega-tã,Iaſ.in l.3.in 2.limit. C.de leg. & confirmatur,
2 quia idẽ eſt in donatione inter † viuos, quã vir fa-cit vxori:nã & ſi confirmetur morte, tñ reuocatur per ipſius rei donatæ factã alienationẽ, l.cum hic ſtatus,§.ſi maritus,ff.de don.inter vir.& vxor.l.ſi maritus,la ſeconda, C.eod.titu. Lupus io rub. de don.inter vir.& vx.§.69.uer.intellige,qđ,n.3. vbi declarat modo prædicto,& §.88.in prio.cum igi-tur per alienationem reuocetur donatio, uidetur quod ſit reuocata per delictũ a uiro commiſſum, quia delinquens uidetur alienare,l.1.§.beſtias,ff. de poſtul. & quæ non poſſunt alienari,nõ poſſunt
3 etiam confiſcari, † Bar.Ale.& alij in l.ſi finita,§.ſi de uectigalib.ff.de dam.infec.l.Imperator,ī prin. & ibi no.Bar.ff.de fideicom.liber.Ale.in conſ.23. col.2.uol.1.Ruy.in conſi.24.nu.10.uol.1.

Secundo adducitur,quia ſequuta condẽnatio-ne capitali,euaneſcit donatio cauſa mortis,tãquã imperfecta,licèt ante cõmiſſũ delictũ facta fuerit,
4 ut † eſt tex.in l.ſi aliquis,ff.de donat.cau.mor.ubi not. Doct.quia eſt ſimilis ultimę uoluntati, quę per delictũ capitale reuocatur, & effectũ nõ ſortitur. & dicit ibi Caſt.ſufficere ꝙ crimẽ ſit capitale,ꝙ̃uis bona non fuerint confiſcata: debet tñ crimen tale eſſe,ꝙ inferat pęnã confiſcationis,& in hoc differt a donatione inter uiuos,quia ea nõ reuocatur per delictũ,niſi facta ſit ſuſpitione pęnę. Et hãc ſenten tiã teneut Bar.in l.poſt cõtractũ,n.10.ff.de donat. ſequitur ibi Caſt.in fi.Rom.n.8. Ang.in l.res oxo-ris,C.de don.inter uir.& ux.reuocatur.n.ad irritũ ſicut quęlibet ultima uoluntas,l.eius,qui, ff.de te-ſtam.gl.in d.l.res, quæ,Salic.in l.ſi quis poſthac, C.de bon.proſcrip.declarat Io.Annib.in d.l.poſt contractũ,n.21 t. ubi loquẽdo in noſtris terminis de donat.cauſa mortis facta uxori,dicit eã reuoca-ri ſequuta capitali ſentẽtia, ſiue facta ſit ante deli-ctum cõmiſſum,ſiue poſt,Boſs. in ti. de publicat. bon.nu.361.in fi.ubi dicit,nedum non confirma-ri talẽ donationem per ſententiã capitalem,ſed in firmari, & hoc intereſse inter ciuilem & naturalẽ mortẽ.& de hoc ſubdit eſse tex. in l.cũ hic ſtatus, §.ſi maritus uxori,in fi.ff.de don.inter uir.& ux.& hanc cõem dicit Didac. de teſtam.par.3. num.4. uer. cum tñ donatio,Eman.a Coſta in c.ſi pater, in uer.legauit,nu.6.in fi.extra de teſtam. ubi dicit hanc eſse regulã,Nat.in conſ.549. nu.12. & dicit expreſsè gl.magna.in fi.in c.licet undique, de offi. deleg.quòd donatio morte naturali confirmatur, nõ ciuili. & pro hoc facit, quia mors ciuilis nun-quã morti naturali exequatur, niſi in caſibus a iu-re expreſſis,ut poſt Eman.a Coſta declarat Vaſq. de ſucceſs.creat.lib.3.§.21.limit.10.ou.172.

Tertio cõfirmatur,quia donatio cauſa mortis,
5 non ualet inter uir. † & uxorem, ſecundũ glo.in l. 2.in prin.in uer.legatũ,ff.de dote præleg.quia ma gis accedit contractui in hoc,quã ultimæ uolunta ti.& d.gl.ſequuntur Docto.in l.2.ff.de leg.1.& il-lam gloſ.dicit ab omnibus approbatam Didac.d. rub.de teſtam.par.3.nu.2.ubi reprehẽdit Rip.qui in d.l.2.tenuit, donationem cauſa mortis valerẽ eandem communẽ dicit Clar.de donatio. quæſt. 9.nu.2.Si igitur a principio non valet,fruſtra de il lius cõfirmatione tractatur, ſiue per mortem,ſiue per bonorum publicationem ſequutam.

Quarto res videtur planior attentis his,quæ in præſenti facto cõcurrũt:nã nõ cõſtat de aliqua tra ditione rerum donatarũ, & ea deficiente non põt donatio morte confirmari ciuili vel naturali.Id e-nim ſeruari videmus in donatione inter viuos fa-cta vxori a viro,quę etſi confirmetur morte,tñ in-
6 telligitur ſi pręceſſerit † traditio,l.1. iũcta gl.C.de don.inter vir.& vxo.l.Papinianus,& ibi glo.ff.eo. tit.Bal.in l.1.nu.18.C.de ſum.Trinit.& hãc cõmu nẽ dicit Caſt.in conſ.138.vol.1.Iaſ.in l.frater a fra tre,col.pen.ff.de cond.indeb.Ferd.in l.filiusfami-lias,§.Diui,nu.3 a.ver.ad vnũ iñ,ff.de leg.1.Pariſ. in conſ.90.n.16.vol.3.Io.Annib.d.l.poſt contra-ctũ,n.203.Didac.d.rub.de teſt.p.3.nu.3.Eman.a Coſta d.c.ſi pater,in ver.legauit,nu.1.Clar.de do nat.q.9.nu.6.Gab.lib.3.tit.de donat.cõcl.3.n.27. Bertr.l.hac edictali,in prin.n.60.C.de ſec.nup.& id obtinet quoq; in donatione cauſa mortis facta
7 vxori, quę traditionẽ † requirit,l.ſed interim,p to tã,ff.de don.inter vir.& vx.& ita tenet Bal.in l.exe quutorẽ,n.30.C.de exeq.rei iud.& ſeq.Iaſ.i auth. ſi qua mulier,n.30.C.de ſacroſ.eccl.Marſil.i ſing. 316.Didac.d.p.3.n.2.Boſſ de publica.bon.n.36. in quibus locis dicunt, ꝙ & ſi donatio cauſa mor-tis facta vxori confirmetur banno capitali, tñ hoc procedit,ſi rerum donatarum facta ſit traditio a marito.& hoc ioquit Eman. a Coſta, d.ver.lega-uit,nu.7.eſſe ſpeciale,qñ confirmatur morte ciui-li, licèt ſecundum eum regulariter in doõatione cauſa mortis facta vxori non requiratur traditio.

Hęc ꝗ̃uis colorata, non tñ adeò vrgẽt quin ve-rior ſit contraria pars contra fiſcũ, nõ poſſe ſcili-cet publicari bona donata vxori cauſa mortis: nã dooatio cauſa mortis licet a donante donec viuit
8 reuocari poſſit,tñ ſequuta morte † confirmatur & ſumit effectum,l.1.l.Senatus,§.1.l.non videtur, ff. de don.cau.mor.Bal.Caſtr.Imo. Aret.Cum.Ale. Soc.Iaſ.Ripa,& alij in l.2.ff.de leg.1.Bal.in l.cum hi,in prima lect.col.fi.& ibi not.cæteri,ff. de tran-ſact.quia & ſi reſpectu formę & ordinationis pluri mum habeat contractus,reſpectu tñ effectus & cõ firmationis ęquiparatur vltimæ voluntati, vt per Doct.ſupra relatos, & hanc reſolutionẽ compro-bant Didac.in d.rub.de teſtam.p.3.n.1.& 15.Go meſ.de contract.c.4.n.16. in quibus locis inferunt ad plures notabiles deciſiones: & ſicuti morte na-turali confirmãtur,ita confirmari debent morte ci uili,quia mors ciuilis æquiparatur naturali,qđ ex
9 ciuili idẽ oritur effectus,qui ex naturali oriri † ſo-let,vt eſt gl.in clem.2.in ver.morte, de electio. in c.beneficium, de reg.iur.in 6. in l.1.§.penul.ff. de contra tab. Docto.in l.ex facto,§.ſi quis rogatus, & in §.ex facto,ff.ad Trebel. Imola in rubr. extra de teſtamen. Abb.in cap.cum eſſent, in fi.de præ-ben. Socin. in conſil.92. colum.1.& 2. volum. 1.

Felyn. in c. licèt vndique, de off. deleg. Crot. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de lib. & poſth. alios ſefert Lup. d. rub. de don. inter vir. & vxo. §. 71. nu. 2. quando verò maritus condemnatur pęna capitali, & eſt bannitus cum confiſcatione bonorum,
10 tunc habetur pro mortuo, † gl. in §. relegati, Inſt. q. b. mod. ius pat. pot. ſol. & in c. dño Guerram, bie ſin. lex Fed. Spe. in tit. de inſtr. edit. §. compendioſe, ver. quid de bannito, & ibi Io. And. Bal. in l. ſi qua pęna, in prin. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. Alc. in conſ. 23. nu. 15. vol. 1. Ruy. in conſ. 26. nu. 5. vol. 5. Marſi. in pract. crim. §. aggredior, n. 88. & in l. qui duob. n. 15. ff. de falſ. Cotta in mem. incip. teſtamentũ, in quo & æquiparatur deportato, gl. d. §. relegati, Bal. in l. amiſſione, §. qui deficiunt, ff. de cap. dim. Caſtr. in cõſ. 212. n. 2. vol. 2. Corn. in conſ. 55. col. 3. vol. 2. Alc. in conſ. 116. nu. 2. & ſeq. vol. 2. Neuiz. in conſ. 72. nu. 2. Gram. voto 19. nu. 10. & quoad bona, quæ sũt ſub ciuitate, a qua fuit bannitus, amittit non ſolũ iura ciuilia, ſed ẽt cõia, Caſtr. in l. 1. in fi. C. de hær. inſt. vbi dicit, hunc caſum fuiſſe a Bar. omiſſum, Imo. in l. Gallus, §. ille caſus, ff. de lib. & poſt. & ĩ l. ex facto, §. ex facto, ubi ẽt Alc. ff. ad Treb. Alc. in cõſ. 23. n. 16. vol. 1. Iaſ. in conſ. 166. col. 3. vol. 2. Ruy. in conſ. 49. nu. 4. vol. 4.

Secũdò extat in indiuiduo deciſ. Bal. in d. l. exequutorem, num. 30. C. de exeq. rei iud. qui dicit, ꝙ ſi maritus qui uxori fecerat donationẽ cauſa mortis, ponatur in banno æris & perſonæ, vxor poterit
11 aduerſus fiſcum tueri bona donata, † quia quoad ſuam ciuitatem tale patitur exilium, quo nullum maius eſſe poteſt. & ideo donatio quaſi mortuo donante confirmatur per tex. quem dicit vnicum in iure, in l. ſed ſi mors, ff. de don. inter vir. & vx. & ſubdit quòd poterit nihiloſecius maritus bãnitus reuocare donationem: ſed ſi eam reuocet, non applicabitur fiſco, ſed penes ipſum remanebit, quia non venit in confiſcatione, l. deportati ſeruo, ff. de leg. 3. & hoc dicit ſingulare Caſtr. in l. poſt contractum, in fi. ff. de donat. inquiens quòd per cõdemnationem ſequutam non infirmatur donatio cauſa mortis facta vxori ante commiſſum crimen, ſed cõfirmatur ſi maritus per talem cõdemnationem factus ſit ſeruus pœnæ: ſi verò non eſt factus ſeruus, ſed ſolum perdit ciuitatẽ, donatio ſtat in pendenti, & mors naturalis expectatur: interim vero neque irritatur, neque confirmatur: & ſi maritus reuocabit, remanebit donatio penes eum, nec veniet in confiſcatione, quia eſt tanquam ſi de nouo eſſet quæſita, quod bannitus facere poteſt, l. ſi tibi, §. is, cuius bona, ff. mand. idem tenet Rom. d. l. poſt contractum, num. 8. & dicit de hoc eſſe tex. in l. res uxori, C. de don. inter virum, & vxo. & ſubdit hanc eſſe cautelam, ut qui præcogitauit delinquere, donet vxori cauſa mortis bona ſua longe antequàm committat crimen, Alexan. ad Bar. d. l. ſed ſi mors, Iaſ. in l. ſi ſtipulatus fuerim, §. cum ſtipulamur, nu. 7. ff. de verb. obli. vbi ait, hoc idem tenuiſſe Bal. in d. l. ſed ſi mors. idem Iaſ. in auth. ſi qua mulier, nu. 30. C. de ſacroſ. eccl. vbi extollit dictũ Bal. tanquã ſingulare, & ſubdit ex eo ſe colligere cautelam, q̃ nunquam uidit aut legit, per quam fiſcus fraudari poterit bonis delinquẽtium, & ampliat idem eſſe, ſi maritus donaret uxori ſub hac forma, ut donatio cõfirmetur deportatione, quod tñ pro nũc nõ firmo, ſed ibi Iaſ. dicit idẽ eſſe ſi ſub tali forma pater donaret filio, quia nihilominus fiſcus excluderetur, ſicuti per donationẽ cauſa mortis factã uxori, id quod uoluerunt ante eum Bal. d. l. exequutorem, Imo. d. l. poſt contractum, Rom. nu. 9. Io. Annib. nu. 213. Boſſ. de public. bon. nu. 36. & p̃dictam deciſionem circa donationem factã vxori, Marſil. probat in ſing. 316. Didac. d. rub. de teſtam. par. 3. nu. 4. vbi tñ damnat extẽſionem datam per Iaſ. in d. auth. ſi qua mulier, Lup. in rub. de don. inter uir. & uxor. §. 71. nu. 1. dicẽs quòd ſicuti confirmatur naturali morte, ita & ciuili. & infert ideo poſt Bal. in l. Deo nobis, col. 4. C. de epiſ. & cler. quòd pari modo hæc donatio confirmabitur per ingreſſum viri in religionẽ, id qđ ipſe latè ꝓſequitur Eman. a Coſta, §. ſi pater, in uerbo legauit, nu. 6. Natta in conſi. 549. nu. 13. vbi tñ refert ſolum Bal. & Caſtr. Pban. in tract. de lucro dotis, in uer. per mortem, nu. 7. vbi addit Caſſan. Cotta mem. inci. donatio cauſa mortis. ex quibus omnib. manifeſtè conſtat, hanc eſſe communem opinionem & ſequendam.

Quæ confirmatur, ut nedum procedat in donatione cauſa mortis, ſed ẽt in ea quæ fit inter uiuos
12. † coniuges, l. res uxori, C. de dona. inter uir. & ux. Bar. d. l. poſt contractum, nu. 11. ubi inquit ꝙ donatio inter uiuos facta uxori nõ reuocatur p. ꝑ ſnĩam condemnatoriã, niſi in caſib. quib. damnatur memoria propter criminis immanitatẽ, & qñ ob ſceleris conſcientiã mortem maritus ſibi conſciuit, l. cũ hic ſtatus, §. ſi maritus uxori, ff. de do. inter vir. & uxor. Imo. in d. l. poſt contractum, col. 2. Caſtr. in fi. Rom. n. 9. & Io. Annib. nu. 213. Imo. in l. ſi aliqs, ff. de don. cau. mort. Didac. d. rub. de teſta. par. 3. nu. 4. & Boſſ. de public. bon. nu. 36. Non mirum igitur, ſi donatio mortis cauſa cõfirmatur ꝑ ſnĩam capitalem, cum idem fit in donatione inter uiuos.

Nõ obſtat igitur ꝙ donatio cauſa mortis reuocetur per alienationem rei donatę, quia hoc eſt uerum, qñ eſt alienatio uolũtaria, & procedẽs a libero alienantis conſenſu: at ſecus eſt, qñ nõ eſt uolun-
13 taria alienatio, ut in delicto: nã delinquens † neq; uerè, neq; p̃ſumptiuè uidetur conſentire, Bar. in l. ſi tibi decem milia, §. quædam, in prin. ff. de pact. ubi dicit, actiones q̃ ex maleficio deſcendunt, non cauſari a conſenſu, & ſequitur Ang. Caſtr. & Iaſ. qui dicunt conſenſum delinquẽtis eſſe fictũ, Curtiu. cõſ. 4. col. 7. uer. pręmiſſa concl. poſt tract. feud. & dicit Bal. in §. feudum ſi ea lege, ſi de feu. fuer. contr. quod alienatio, q̃ fit per delictũ, nõ eſt propria datio, & talis alienatio quæ fit per confiſcationẽ, procedit a lege, nõ ab homine, Imo. c. ex parte, col. 24. de feu. & ideo q. põt alienare, nõ põt delinquẽdo p̃iudicare, ut cõcludit Bal. d. §. feudũ, in t. opp. vbi loquitur de feudo dato ꝓ ſe, & quib. dederit. Idẽ tenet ibi Affl. col. vl. ver. nono & vlt. Tiraq.

de leg.connub.gl.5.nu.158. Cum igitur alienatio,
quæ fit per delictum, non procedat ex volũtate ve-
ra, vel præſumpta delinquentis, nõ erit apta ad re
uocandum donationem, quando ceſſat voluntas
donantis, quæ eſt cauſa propter quam inducitur
reuocatio: eo enim ipſo quòd alienat, vult donãs
alium habere quam donatarium, & qui vult con-
ſequens, cenſetur velle omne neceſſarium antece-
dens, l.ad rem mobilem, ff.de procurat.

Nec aduerſatur ſm, quod ſcilicet donatio cau-
ſa mortis ſequuta capitali ſentẽtia euaneſcat, quia
hoc verum eſt regulariter, ſed fallit in donatione
quæ a viro fit vxori: ea enim confirmatur, non au
tem infirmatur, vt eſt tex. in d.l.ſed ſi mors, & d.l.
res vxori. & quamuis contrarium tenuerint gl. in
d.c.licèt vndique, & Io. Annib. d.l.poſt contractũ.
34 tñ contra eos † ſtat communis cæterorum ſnĩa, q̃
vt dictum eſt, procedit nõ modò in donatione cau
ſa mortis, ſed ẽt ĩ donatione inter viuos facta vxo-
ri: & quia cõis eſt ſententia, ideo tenẽda eſt. ratio-
nem autem diuerſitatis inter donationem factam
vxori, & eam quæ fit extraneo, difficile eſt excogi-
tare. & licèt refugium ſit miſerorum, allegare ſpe-
cialitatem, iux. glo. in l.filium quem habentem, C.
fam.erciſ. tamen hic caſus eſt ſpecialiſſimus, vt ſci-
licet maiori fauore ſuſtineatur donatio inter virũ
& vxorem, alioqui prohibita, quam facta extra-
neo, quę regulariter eſt valida & a iure approbata.

Tertium quoque declinatur, quia etſi Docto-
res in contrarium citati dicant cõmunem eſſe opi
nionem, quòd nõ valeat donatio cauſa mortis in-
35 ter virum & vxorem, tñ crebrior † & verior eſt ſen
tentia, illam valere, & eſt tex. expreſſus, qui dicit
donationes inter virum & vxorem eſſe a iure re-
ceptas, in l.ſi eum ſeruũ, §.fin. ff.de dona. inter vir.
& vxo. & in l.ſed interim, §.1. ff.eo.tit. l.vbi ita do-
natur, verſ.ideoque, ff.de dona. cau. mor. Lup. in
d.rub.de dona. inter vir. & vxo. §.77. nu.2. Eman.
a Coſta d.c.ſi pater, in verſ.legauit, nu.1. de teſta.
Ripa d.l.2. ff.de leg.1. Gomeſ. de contract. c.4. nu.
18. verſ.nonò quia. & ratio eſt, quia exequatur vl-
timæ voluntati; & ideo ſicuti põt per legatum in-
ſtitutionem hæredis & vltimã volũtatem maritus
relinquere vxori, ita eidẽ poteſt cauſa mortis do-
nare. & hanc ſententiam quòd valeat donatio cau
ſa mortis inter virũ & vxorem, tenuit gl. in l.quod
ſponſæ, in fi. C.de donat. ante nup. quia confertur
in tempus licitum, nẽpe ſoluti matrimonij, Caſtr.
in l.ſi ſocer, §.Lucius, nu.3. ff.ſol.matr. vbi Rom.
nu.44. dicit, rationem eſſe, quia cum talis donatio
poſſit reuocari pro libito, dicitur eſſe modici præ-
iudicij, ſequitur Bal. Nouel. in l.1. nu.440. ff.eo.ti.
ſumit enim effectum de tempore mortis, & tunc
ceſſat illa ratio, q̃ ſolet impedire, ne vir donet vxo
ri, & rõne ceſſante, ipſa quoque ceſſat diſpoſitio.

Reſponderi etiam poteſt, quòd ſi a principio
non valeret, tamen poteſt ſequuta morte confir-
mari, vt ſeruari videmus in donatione inter viuos
facta inter coniuges; quæ etſi a principio ſit nulla,
36 tamen confirmatur morte † donantis, l.Papinia-
nus, vbi gl. Bar. & alij, ff.de don. inter vir. & vxo. l.
cũ hic ſtatus, vbi no. oẽs, ff.eo.tit. Bal. Alber. Fulg.
& Sal. ĩ l.1. C.de don. ante nup. alios allegat Lup.
in d.rubr. §.69. & §.70. vbi latè tractat hanc quæ-
ſtionem, Gomeſ. qui dicit hanc eſſe cõem opinio-
nem, d.c.4. nu.23. verſ. aduertendum, adducens
rationem, quia illo tempore ceſſat ratio impediti-
ua, & vnus coniugum põt liberè alterum inſtitue-
re, & legata, vel fideicommiſſa relinquere, Alciat.
in conſ.141. num.6. Clar. de donat. q.9. num.6. &
proinde non eſt bona cõſequentia, donatio a prin
cipio non valet, ergo morte non confirmatur: ſed
conſequens põt ſtare cũ antecedenti, quia põt do
natio eſſe inualida a principio, & validari morte.

Poſtremò non aduerſatur, q̃ in præſenti caſu
nõ interueniat traditio, & ideo donatio cauſa mor
tis facta vxori non valeat. Reſpõdeo enim primo,
quod non eſt verũ, traditionem eſſe neceſſariã in
donatione cauſa mortis, quia cũ æquiparetur vlti
mæ uolũtati quoad effectum & confirmationem,
17 dominium rei donatæ recta via † tranſit in dona-
tarium ſequuta morte donantis, ſicut videmus fie
ri in legato, l.a Titio, ff.de fur. & ita probat tex. iun
cta gl.1. in l.2. ff. de publican. quem ad hoc repu-
tant vnicũ & ſingularem, Bal. & Ang. ibi, Bal. Sal.
& alij in l.2. C.ſi quis alt. uel ſibi, Bal. Caſtr. Ale. &
alij in l.2. ff.de leg.1. Rom. in l.ſi donatione, nu.19.
C.de colla. ubi dicit donationem cauſa mortis fa-
ctam filio in poteſtate, non requirere traditionẽ,
quia magis accedit legato quàm contractui. & ſi-
cuti abſque traditione legatum morte confirma-
tur, ita & donatio. allegat Bal. in l. ſi mortis, C.ad
leg. Falcid. ſequitur Arct. in conſ.74. col. pen. uerſ.
uenio ad quartum, Lupus qui plures addit, d.rub.
de dona. inter uir. & uxo. §.76. nu.1. & §.77. nu.2.
ubi infert ad plura, Didac. d.rub. de teſtam. par.3.
nu.16. vbi concludit, q̃ dominium rei cauſa mor-
tis donatæ tranſit in donatariũ abſque traditione
ſtatim morte ſequuta, plures alios cumulat Go-
meſ. d.c.4. n.17. uerſ. item cum reſpectu. & præter
eos id tenuerũt Ale. Iaſ. & Dec. in l.traditionibus,
C.de pactis, Alcia. in conſ.116. num.7. & idipſum
& tanquam regulare admittit Eman. a Coſta, d.c.
ſi pater, in uer. legauit, n.3. apparet igitur traditio-
nẽ non eſſe neceſſariã in donatione cauſa mortis.

Et hoc quidem verũ eſt, qñ morte naturali con
firmatur donatio: ſed quando morte ciuili confir
matur, quia Bald. in d.l. exequutorem, & alij ſu-
pra relati, uolunt requiri traditionem. ideo reſpõ-
deo in præſenti caſu ſatis dici tradita bona per
conſtitutum quod interuenit in ipſa donatione,
quia per illud transfertur dominium & poſſeſſio,
l.quædam mulier, ubi gl. Bar. & alij, ff.de rei uend.
l.quamuis, §.1. ubi Ange. ff.de acq. poſſ. latiſſimè
Tiraq. de conſt. poſſ. par.1. num.2. & in propoſito,
18 quod ſufficiat conſtitutum ad hoc, † ut donatio
morte confirmetur, uoluit Ang. in l.2. in 1. not. C.
de inoffic. donat. Alex. in conſ.7. col.1. uol.6. Dec.
in conſ.202. col.4. uerſ. tertiò etiam. & alios cu-
mulat Tiraq. in d.tract. par.1. nu.49. vbi num.50.

idem dicit quoad confirmationem donationis ſa-
ctæ a patre filio in poteſtate, Socin. in l. 1. §. ſi vir,
col. 3. ver. quarta & vltima concluſio, ff. de acqui.
poſſ. Clar. alios addit de donat. q. 9. num. 6. latius
Ferdin. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 15. requiſi.
17. n. 100. vbi allegat gl. Cy. Bar. Bal. Ang. Alber.
Salic. Caſtr. Florian. Rom. Corne. & Tiraq. & ſuf-
ficit ad confirmationem donationis aliquid inter-
19 uenire † quod vicem obtineat traditionis, gl. Cy.
Bar. Bal. Ang. & alij, in l. 2. C. de dote cau. nõ num.
& Bar. & Bal. ibi dicunt, id eſſe mirabile, ſequitur
Tiraq. alios addens, dicta parte prima, num. 51.

Nec dicatur quòd conſtitutũ extinguitur mor
te conſtituentis, Rom. in conſi. 189. in primo dub.
in fi. Corn. in conſ. 190. nu. 5. vol. 1. Ruy. conſ. 127.
nu. 8. vol. 5. Grat. conſi. 63. col. 4. vol. 2. & ideo nõ
videtur donataria poſſidere tempore, quo dona-
tio ſortiri debet effectum, ideſt tempore quo do-
nans decedit. ad hoc enim facilis eſt reſponſio: nã
etſi morte conſtituentis extinguatur, tamẽ id pro-
cedit quoad hoc, ne videatur conſtitutarius licen-
tiam poſſidendi conceſſiſſe hæredi illius conſtituẽ
20 tis, ſed bene conſtitutarius † retinet ſuam ciuilẽ.
ita declarat Claud. Aqu. in l. exitus, ff. de acqui-
renda poſſeſ. Gozad. in conſi. 42. num. 18. Craue.
in conſi. 107. num. ſecundo, Tiraq. de conſtit. par.
1. num. 66. & par. 2. ampl. 13. num. 3. Menoch. de
recuper. poſſ. remed. 14. num. 67.

Similiter non obſtabit, ſi dicatur hoc procede-
re, quando conſtitutum eſt appoſitum ſuper con-
tractu puro, & qui effectum ſortitur tempore, quo
quis ſe conſtituit poſſidere: ſecus quando contra-
ctus executio confertur poſt mortem: tunc enim
conſtitutum nihil operatur, quia confertur in tem
pus quo conſtituens non poteſt poſſidere. Ideo di
21 cimus conſtitutum collatum † poſt mortem, ni-
hil operari, l. vniuerſas, §. quod per colonum, l.
cum hæredes, in princ. ff. de acq. poſſ. quam con-
cluſionem exornat & pluribus confirmat autho-
ritatibus Tiraq. de conſtit. poſſ. par. 3. limit. 2. nu.
1. & ſeq. Natta in conſi. 189. nu. 1. quandoquidem
ad hoc quoque extat reſponſum, vt non procedat
in præſenti caſu, in quo donans conſtituit ex nũc
prout ex tunc, & econtra, ſe nomine vxoris poſſi-
22 dere: quæ verba † operantur, vt diſpoſitio retro-
trahatur ad tempus actus, gl. Ange. & alij in l. pri-
ma, C. de codicil. glo. Cardin. & Imola in clem. no
lentes, de hæret. cum infinitis apud Tiraq. de re-
tract. connu. §. 2. gl. vnica, nu. 85. & ideo conſtitu-
tum effectum habet, licet collatum ſit in tempus
mortis, ſecundum Alexan. in conſi. 83. colum. 3.
verſi. confirmatur hoc, quia, volum. 3. Guido Pa-
pæ deciſ. 268. Iaſ. Neguſ. Ripa, & Caſſan. quos re-
fert & ſequitur Tiraquel. de conſtit. in tertia par.
d. lim[illegible]cunda, num. 15. Silu. in conſ. 97. num. 3.
Natta in conſi. 453. num. 6. quamuis contrarium
tenuerint Raph. Clau. & Grat. quos refert Tiraq.
in loco prædicto, & præter eos Dec. in conſi. 247.
quem ſequitur Natta in conſi. 189. num. 1. Alba
conſi. 103. Alciat. conſi. 75. num. 3.

Concludo igitur, fiſco nullum ius competere
ad bona vxori donata cauſa mortis, non tamen di
co vt cõtendit Dominus aduocatus vxoris, quod
eidem debeãtur fructus per maritum percepti an-
te condemnationẽ, quia id abſurdum reputo: nam
dictum eſt, donationem cauſa mortis, quoad effe-
ctum æquiparari vltimæ voluntati & legato, non
autem contractui. & ſicuti legatum debetur ſine
fructibus, ita donatio cauſa mortis: non enim vi-
res ſumit donatio a die donationis factæ, ſed a die
mortis, ſicuti teſtamentum, codicilli & aliæ vltimę
voluntates. & tex. in l. donationes, quas parentes,
C. de don. inter vir. & vx. qui adducitur in contra-
23 rium, procedit in donatione † inter viuos facta
vxori. ea enim confirmatur morte mariti & retro-
trahitur ſequuta morte ad tp̃s traditionis quoad
fructus, ſed non quoad dominium, ſecundum gl.
& Doct. ibi communiter, gl. fi. in l. talis ſcriptura,
ff. de leg. 1. vbi Caſtr. nu. 4. & Alc. nu. 8. atteſtantur
de communi Bar. in l. nec vtilem, col. 2. ff. ex quib.
cau. maio. latè proſequitur Lup. d. rub. §. 72. nu. 1.
& ſeq. communem dicit Gomeſ. d. c. 4. nu. 24. ver.
item infertur, Didac. d. rub. de teſtam. par. 3. nu. 5.
Clar. de dona. q. 9. in fi. & quamuis tex. in l. ſi mor
tis cauſa, la ſeconda, ff. de don. cau. mor. dicat, do-
24 nationem ſequuta morte † trahi ad tempus quo
facta fuit, tamen glo. Caſtren. & alij ibi intelligũt,
quando donans promittit non reuocare. & ita nõ
ſtetit in puris terminis donationis cauſa mortis,
quicquid tenuerit Didac. in d. par. 3. num. 5.

S V M M A R I V M.

1 *Iuramentum fidelitatis præſtatur non ſolum ab ori-
ginarijs, ſed etiam ab habitatoribus.*
2 *Iuramentum fidelitatis continet quatuor, vitam,
membrum, mentem, & honorem.*
3 *Iuramentum fidelitatis extenditur ad ea, quæ Impe-
rator iurat Pontifici.*
4 *Iuramentum aſſecurationis, quomodo differat ab eo,
quod præſtatur pro feudo.*
5 *Originarij alibi tamen habitantes, non tenentur iu-
rare fidelitatem.*
6 *Fidelitatem iurant tanquam vaſalli, & tanquam ci-
ues, qui feudum habent, & degunt in iuriſdictione
Domini.*
7 *Fidelitas non poteſt iurari per procuratorem, & quid
in vniuerſitate.*
8 *Subditi vaſallorum tenentur iurare Principi fideli-
tatem.*
9 *Fidelitatis iuramentum poteſt Princeps alij conce-
dere.*
10 *Dominus poteſt recipere a vaſallis, & ſubditis iura-
mentum fidelitatis per procuratorem.*
11 *Fidelitatem iurat vaſallus ei, qui feudi proprieta-
tem emit.*
12 *Fidelitas, an ſit præſtanda ſubditis genuflexis.*
13 *Debitor tenetur debitum ferre ad domum creditoris
ſi talis eſt cui debeatur reuerentia.*
14 *Subditi poſſunt leuibus plagis caſtigari, & æquipa-
rantur liberis.*

CON-

CONSILIVM CLXXII.

HOMINES Verduni non iuſtè recu
ſant fidelitatē iurare perilluſtri Se-
natori D. Bernardino Scotiæ eius
loci pro parte dño tā virtute dona-
tionis ſibi factę a D. Benedicto Cer
rato, quam ceſſionis, & gratioſę conceſſionis factæ
a Sereniſſimo Dño Duce Mantuæ, & Mōtisferra-
ti. non enim ſoli vaſalli tenentur dño fidelitatē iu-
rare pro feudo, ſed etiā domeſtici, & multo magis
1 originarij loci, & alij, qui in loco † & finibus morā
trahunt, vt eſt tex. in c. 1. qual. vaſall. iura. debe. fi-
delit. dom. vbi ponunt glo. Iſer. Bal. Alua. & alij, de
clarat Bal. in tit. de pace Conſtan. in ver. vaſalli no
ſtri, in prin. vbi dicit, quòd aliqui iurant tanquā va
ſalli, alij tanquā ciues, ꝙ ante eum dixit Iacob. de
Ardizo. in ſumma, tit. de feu. c. 142. ver. iurant aūt
vaſalli, Bal. in conſ. 327. nu. 7. vol. 1. Guido Papæ
q. 307. vbi alleg. Hoſt. & ſubdit quod fecit ſibi iu-
ramentum præſtari ab hominibus ſancti Albani,
qui ſibi erant ſubditi, Afflict. in deciſ. 299. nu. 11.
in c. 1. qual. vaſal. iura. debe. fidelit. nu. 19. & c. 1. §.
inueſtitura, de noua form. fidelit. vbi dicit deberi
fidelitatem ꝑ ꝑ iuriſdictionē, q̄ dominus habet in
toto ſuo territorio. & hanc rationem innuit Bal. in
d. c. 1. ver. & fortè familiaris, qual. vaſall. iur. debe.
fidelit. dum dicit domeſticos ideo debere iurare
fidelitatē dño, quia dominus habet ſuper eos quā
dam iuriſdictionem, puta quādam cohertionem.
& hanc cōcluſionem, ꝙ debeatur fidelitas à ſubdi-
to ratione iuriſdictionis etiam qui nihil recogno-
ſcat feudale, tenuit Iacob. de Sancto Georg. in ſua
inueſtitura, in ver. qui quidem inueſtiti, nu. 8. vbi
dicit, ſolam habitationem eum obligare. idem Ia-
cob. in tract. de homag. nu. 33. vbi quòd omnes ha
bitantes in territorio alicuius dñi, tenentur fideli-
tatem iurare, etiam ſi nihil habeant ab eo, Brun. in
conſ. 35. n. 2. vbi dicit, omnes habitantes teneri ad
fidelitatis iuramentum. & poſt Aluar. & alios ſub-
dit, quòd etiam frater dñi tenetur iurare, Dec. in
conſ. 413. nu. 1. & 7. Bertr. in conſ. 219. nu. 8. & in
conſ. 240. nu. 8. vol. 3. Pariſ. in conſ. 25. nu. 44. vol.
1. Parpal. in l. placet, nu. 64. C. de ſacroſ. eccleſ. vbi
dicit, ꝙ ratione ſolius habitationis compellitur ēt
forēſis, q̄ nulla poſſideat bona in territorio, Gram.
deciſ. 105. n. 26. Crau. in conſ. 27. n. 1. & ſeq. Nat.
in conſ. 367. nu. 18. conſ. 598. n. 11. conſ. 528. nu.
1. conſ. 636. nu. 34. Rol. in conſi. 53. num. 2. & ſeq.
vol. 2. Cæph. in conſi. 176. nu. 1. & ſeq. Alba in cōſ.
64. nu. 13. vbi dicit, quòd receptio huiuſmodi iu-
ramenti plurimum confert ad probandum iuriſdi
ctionem, Hippol. Riminal. in conſi. 6. num. 93. ſed
præter hos allegatur, ſic voluiſſe Bar. in extrauag.
ad reprimendum, in gloſ. 3. qui tñ in eo loco nihil
dicit, ſed eum citat Alcia. in conſi. 172. nu. 6. & in
conſ. 199. nu. 35. vbi quia poſſit fidelitas a ſubdito
præſtari ratione ſolius iuriſdictionis, infert quòd
reſeruatio fidelitatis facta in conceſſione Princi-
pis, non arguit conceſſionem feudalem. & hoc etiā
ante eum voluit Soc. in conſi. 257. col. 3. ver. præ-
terea aduertendum, vol. 2. vbi dicit, quòd per tale
iuramentum purgatur omnis ſuſpicio, quæ labo-
rat contra ſubditum. & addit quòd magis obligat
quàm iuramētum, quod præſtatur a vaſallo, Ruy.
qui infert ad excluſionem feudi, in conſ. 42. nu. 7.
ver. nec obſtat præſtatio, vol. 1. latè Rube. in conſi.
21. ferè per totū, Capic. deciſ. 9. nu. 5. & 6. vbi pro-
priè loquitur in dominis Terrarū, Menoc. in conſ.
2. nu. 267. vbi & ipſe infert quòd nō inducitur prę
ſumptio feudi, licèt fidelitatis iuramentum reſer-
uetur: continet autem huiuſmodi iuramentū qua-
2 tuor, † vitam ſcilicet, membrum, ſeu (vt aliqui le-
gunt). mortem, & rectum honorem, quorum ver-
borum importantiam videre licet apud Iacobinū
in d. tract. de homag. nu. 32. qui ſingula declarat,
Bertr. in d. conſ. 240. nu. 8. Nat. in conſ. 598. num.
11. Imo extenditur iuramentum ád ea omnia, quę
3 Imperator iurat † Pontifici, & quæ recenſentur in
c. tibi Dño, diſt. 63. ita poſt gl. ponunt Iſern. & Al-
uar. in d. c. 1. in prin. qual. vaſal. iura. debe. fidel. &
amplius Iſern. vult, quòd extendatur ad ea, quæ
continentur in c. 1. de noua forma fidel. ſed eum re
probant Alua. & Prępoſ. ibi, Iacob. de homag. nu.
33. vbi reſoluit attēdendam eſſe conſuetudinem,
& ea ceſſante iurandum eſſe ſecundum formam di
cti c. 1. qual. vaſal. de quo etiam Bertr. d. conſ. 219.
& d. conſ. 240. Natta d. conſ. 598. nu. 11. qui allegat
etiam Gram. d. deciſ. 105. nu. 26. voluit enim lex fa
cere differentiam inter iuramentum, quod præſta-
tur pro feudo, & illud quod offertur pro iuriſdi-
ctione, vt inquiunt prædicti Doctores, & nonnul-
4 las differentias † recenſet Bal. in d. conſ. 327. nu. 7.
vol. 1. quem ſequitur Natta in conſi. 367. nu. 19. &
d. conſi. 598. nu. 11. hæc autem fidelitas, quia ra-
tione ſubiectionis & habitationis præſtatur, nō de
betur ab ijs, qui etſi ſint originarij, tamen habitant
5 in alio loco, † Iſern. d. c. 1. in prin. qual. vaſall. iura.
debe. fidelit. prout eum citat Afflict. in deciſ. 384.
nu. 11. ſicuti etiam non debet præſtari ab ijs, q. poſ
ſident quidem bona ibi, ſed alibi habitant, Iacob.
d. ver. qui quidem inueſtiti, nu. 9. & quamuis ali-
qui appellant hoc iuramentum aſſecurationis; ta-
men dicitur etiam fidelitatis, vt probat tex. in d. c.
1. & tenet Afflic. in conſt. regni, incip. de aſſicurat.
dominorum, Rol. in conſ. 53. nu. 16. vol. 2. qui etſi
dicat, impropriè appellari fidelitatis, tamē hoc eſt
erroneum, quia ſemper eſt fidelitatis, ſiue a vaſal-
lo, ſiue a ſubdito ratione iuriſdictionis præſtetur:
nam vtroque caſu promittitur fidelitas, & vterq;
iurat ſe eſſe fidelem. Bene verum eſt, quòd per an-
tonomaſiam, ſiue per excellentiam, loquendo de
iuramēto fidelitatis, intelligimus de eo, quod prę-
ſtatur a vaſallo, & dicitur obligatio legalis, ſecun-
dum Doctores locō prædicto, & Crau. in d. conſi.
27. nu. 6. & permanens ac ſucceſſiua, non aūt mo-
mentanea, vt per Gul. Cun. in l. ex hoc iure, ff. de iu
ſtit. & iure. declarat Natta in conſ. 544. nu. 6. Rol.
in conſ. 44. nu. 8. vol. 2. & non ſolùm præſtandum
eſt a ſimplicibus ſubditis, ſed etiam ab ijs, qui feu-

dum

dum habent, & degunt ſub iuriſdictione domini,
6 quia tales iurant † vt vaſalli & vt ciues. ita Bald. in
tit. de pace Conſtan. in ver. vaſalli noſtri, n. 1. quia
cum diuerſæ ſint qualitates, diuerſo etiam modo
iurare debent. ſubdit tñ, quod vnico iuramento iu
rat vt vaſallus, & vt ciuis, ſequitur Iacobin. in d.
verſ. & qui quidē inueſtiti, nu. 6. Marin. Frecc. de
ſeud. li. 2. de auth. Baron. auth. 4. n. 7. & hoc habet
ſpecialitatis, quod non pōt præſtari per procura-
torem, licèt ſecus ſit in iuramento vaſalli: eſt enim
proprietas actibus hominum approprīata, ſecun-
7 dum quam ſubſiſtunt, † vt inquit Bal. in l. vnica, §.
ne autem, nu. 20. C. de caduc. tollen. ſequitur Iaco
bin. d. ver. qui quidem inueſtiti, nu. 22. in fi. Rimi-
nal. d. conſ. 6. nu. 14. Bal. c. 1. §. niſi iuſta, nu. 7. quo
temp. mil. Frecc. de auth. Baron. auth. 4. num. 11.
fol. 252. quibus oſtenditur malè ſenſiſſe Grāmat.
qui in d. deciſ. 105. num. 27. tenet huiuſmodi iura-
mentum non præſtari a ſingulis, ſed ab Vniuerſi-
tate, ſeu eius ſindicis, quod etiam probauit Natta
in conſ. 598. in fi. ſed eorum dictū intelligo, vt pro
vniuerſitate iuret ſindicus, ſed ſinguli iurent pro
ſe ipſis: quiniuio per iuramentum pręſtitum a ſin-
gulis, conſeruatur domino ius exigendi ab alijs ſi-
mile iuramentum. ita Crau. in conſi. 27. nu. 2. Ri-
minal. d. conſi. 6. num. 70. & quando debitum eſt,
tunc particulares tenentur iurare, ſicut ſindici iu-
rant, qñ vniuerſitas tenetur iurare, Iacobin. d. ver.
qui quidē inueſtiti, nu. 27. & paucis abhinc diebus
idē cōſului requiſitus ab vniuerſitate Creſcētini.

Confirmatur hæc ſentētia, quia Principi tenen
tur fidelitatē iurare nedum ij, qui ſibi ſunt immo-
diatè ſubiecti, ſed illi etiam qui ſunt ſubiecti va-
ſallis ab ipſo Principe inueſtitis: nam cum loca in-
feudata ſint de Ducatu Montisferrati, remanent
homines ſub generali iuriſdictione Principis tan-
quā domini, & Ducis totius ſtatus, & ratione hu-
ius generalis iuriſdictionis, quam ita appellat Spe
cul. in tit. de feu. §. quoniam, nu. 28. quia tenentur
8 ipſi quoq; † Principi iurare fidelitatem, vt conclu
dit Bal. in tit. de pace Conſtan. in ver. hæc ſunt no
mina, nu. 1. ſeu (vt aliqui citant) in verſ. exeunte Ia
nnario, quem ſequitur Iacobin. in ſua inueſtitu.
ver. qui quidem inueſtiti, nu. 14. Brun. in conſ. 32.
nu. 2. Nat. in conſ. 487. nu. 21. Rol. nu. 1. num. 79.
Anto. Sola in conſtit. Pedem. in tit. de foro comp.
in decreto, ſubditos, gl. 1. nu. 7. ſolio 4. ſi ergo fide-
litas Principi eſt præſtanda, nulli dubium quin ēt
ſit vaſallo præſtanda, quē Princeps inueſtiuit ex-
preſsè cū homagio, & fidelitate hominum: poteſt
enim Princeps concedere alij ius recipiēdi fideli-
9 tatem, ſi id expreſsè faciat, † vt concludit Iſern. in
d. c. 1. in addit. col. 1. qual. vaſall. iur. debe. fidelit.
ſequitur Natta in conſ. 544. nu. 8. ſicuti pōt conſti
10 tuere procuratorē ſpecialem † ad recipiendum fi-
delitatem, & faciendū inueſtituras, c. 1. §. ſed vtrū,
per quos fiat inueſtitu. Iacobin. in verſ. qui quidē
inueſtiti, nu. 54. & hoc caſu vaſallus, cui ceſſum eſt
fidelitatis iuramentum, dicitur procurator in rem
propriam. tenentur itaque homines ei iurare fide-
litatem, tanquam habenti ceſſionem a Principe.

Addo ꝙ homines prędicti iurarunt aliàs fideli-
tatem Dño Benedicto: ergo tenentur eā pari mo-
do iurare Dño Bernardino, qui mediāte donatio-
ne ſucceſſit in locum Dñi Benedicti, argumento l.
oēs, §. fi. ff. vſufr. quemad. cau. per quē tex. dixit Ia
cob. de Ardizo. in ſum. ca. 142. verſ. item minor, in
fi. quod ſi dñs licitè vendidit proprietatē, vaſallus
11 † tenetur emptori fidelitatem iurare, & hoc idem
voluit glo. fi. ibi, & not. Bal. ſequitur Nat. in conſi.
382. in fin. & per eundem tex. dixit Spec. in tit. de
loca. §. nunc aliqua, verſ. 165. nu. 191. quod vbi ius
dominij mutatur in alium, peti pōt renouatio. &
infert ꝙ emphiteuta, qui ſucceſſit in locū alterius,
cogi pōt ad nouam recognitionem, Nat. in conſi.
382. in fi. & dicit Ange. in l. ſi in rem agat, ff. de rei
vend. ꝙ poſſidens fundū meum, cogitur mihi oſtē
dere nouos confines, ſi antiqui ſunt mutati, Ruy.
conſ. 50. nu. 5. vol. 1. & quāuis in contrariū faciat
gl. Goffred. Hoſtien. Io. And. & alij, in c. veritatis,
de iureiuran. vbi volunt ꝙ moriente dño non te-
neantur vaſalli nouum pręſtare iuramentum, & ſe
quūtur alij multi, quos citat Silua. de recogn. feu.
q. 88. tñ illud ꝓcedit in domini ſucceſſore, & vni-
uerſali: ſecus autem, qñ quis ſuccedit ex contractu
vel ex aliu ſingulari titulo, quia tunc nouo domino
nouū eſt præſtandum iuramentum, per ea, quæ ſu
pra dicta ſunt: & feudum eſt nouum, qñ habitum
fuit ex noua cauſa, vt dixi ſuper hoc eodem feudo
contra Dominos Horatium, & Mercurium Cerra
tos. Præterea contrarium procedit, quando iura-
tum eſt domino pro ſe, & ſucceſſoribus: ſecus, qñ
ſimplex eſt præſtitum iuramentum, vt contingit
in præſenti facto: ita declarant Doctores prædicti,
ſecundum Silua. d. quæſt. 88. col. 1. in fine.

Quo verò ad id, quod quęritur, an teneātur ge-
nuflexi fidelitatem iurare, uel id facere poſſint ſtā-
teſè non inuenio Doctorem in ſpecie tangentem:
tñ Bal. in l. 1. quæſtio. fi. nu. 45. dicit, ꝙ hoc iuramē
12 tum habet † annexam reuerentię exhibitionē, &
Iac. Bel. in tit. per quos fiat inueſtitura, §. fin. verſ.
quæritur in gl. dicit, ꝙ humiliter, & curialiter dēt
vaſallus petere a dño inueſtituram, & iurare fide-
litatem, & tex. in ca. 1. circa med. in quib. cau. feud.
amitt. dicit, ꝙ vaſallus coram dño debet humiliter
& deuote cōparere. illum tex. citat Iacobin. d. ver.
qui quidem inueſtiti, n. 56. & Silua. in trac. de feu.
recognitio. c. 107. in fine, dicit in practica ſeruari,
ꝙ vaſallus ad petendam inueſtiturā ingreditur ca
meram dñi genuflexus, & cum reuerentia: quod
ſi hæc fiunt per vaſallos, qui vt plurimum ſunt no
biles, multo magis fieri debent a ſubditis non no-
bilibus: crederem tamen inſpiciēdam in hoc qua-
litatem ſubditi iurantis, & domini recipientis, vt
conſiderāt Doctores, quādo quærunt, an debitor
teneatur debitum portare ad domum creditoris
13 † exiſtentis in eadem ciuitate, vt per Bald. in l. fin.
C. de cond. inſert. Ange. & Imol. in l. cum filius, §.
fi. ff. de uerb. oblig. Nattam in conſi. 513. num. 4.
14 & huiuſmodi ſubditi non ſunt plenè † liberi, ſed

æquipa-

æquiparantur libertis,& poſſunt leuibus plagis caſtigari,vt poſt Cardi.& Iaſ. concludit Neuiz. cõſ. 12.nu.101.inter cõſ.Bruni. & in plus obligantur, quàm vaſallus dño,Bald.conſ.270.vol.3. Marin. Frec.de author.Baro.autho.4.num.7.poſt tñ hæc ſcripta vidi Craue.contrarium tenentem in conſi. 517.per totũ,cuius tñ ſnĩam probare non poſſum, niſi vbi conſuetudo extaret , quam in hoc ſeruandam inquit Iacobin.in tracta.de Homag.nu.15.

SVMMARIVM.

1 *Falſi ſuſpicio in ciuilibus habetur pro falſitate.*
2 *Falſi ſuſpicio cauſata a vitio viſibili , fidem adimit inſtrumento.*
3 *Falſi ſuſpicio orta ex vitio patenti , ſufficit ad condemnationem in criminali.*
4 *Falſi ſuſpicio orta ex vitio latente , ſubuertit fidem inſtrumenti.*
5 *Falſitas probatur coniecturis.*
6 *Coniectura dua ſufficiunt ad inducendum ſuſpicionem falſitatis.*
7 *Falſa præſumitur ſcriptura continens recentes literas in charta antiqua.*
8 *Remedium l. fin. de edicto diui Adria. non competit pro inſtrumento,cuius matrix eſt vitiata.*
9 *Euidentia falſi ſuperat omnes probationes , ſemper admittitur etiam poſt concluſionem in cauſa , & quando omnis exceptio a ſtatuto reijcitur.*
10 *Teſtes publicatis atteſtationibus poſſunt produci , quando ante publicationem pars fuit a iudice impedita producere.*
11 *Notarius non poteſt lacerare notam originalem inſtrumenti, ſed tenetur eam cuſtodire.*
12 *Confeſſio poteſt diuidi , quando contra confitentem militat præſumptio.*
13 *Apoſtilla poſita in loco ſubſtantiali, reddit inſtrumentum ſuſpectum.*
14 *Dolus arguitur ex mendacio.*
15 *Dolus pſumitur in eo,qui ſcienter facit rẽ prohibitã.*
16 *Acta agitata in vna cauſa,probãt ſemiplenè in alia, & infertur ad ſententiã latã pro falſo inſtrumento.*
17 *Falſitas ſcripturæ arguitur , quando teſtes in ea deſcripti ſunt omnes mortui.*
18 *Falſum arguitur inſtrumentum , quod fuit celebratum extra locum habitationis.*
19 *Falſum præſumitur, quod non eſt veroſimile.*
20 *Falſa pſumitur ſcriptura, quã pars diſtulit pducere.*
21 *Fama mala notarij detrahit fidem inſtrumento.*
22 *Auaritia eſt radix omnium malorum.*
23 *Malus in vna ſpecie delicti,habet contra ſe ſuſpicionem in alia ſpecie.*
24 *Malus qui nunc eſt, præſumitur retro quoque malus fuiſſe.*
25 *Inſtrumentum præſumitur falſum , cuius matrix non inuenitur.*
26 *Inſtrumentum redditur ſuſpectum, quando continet rem poſſibilem quidem, ſed non veroſimilem.*
27 *Interpretatio fieri debet , per quam partes non videantur feciſſe actum eluſorium.*
28 *Duo vincula magis ligant.*
29 *Inſtrumentum non probat , dum diſceptatur de eius viribus.*
30 *Inſtrumentum iuratum habet exequutionem paratã.*
31 *Inſtrumentum habet pro ſe præſumptionem, quod ſit verum & ſolemne , & ſcriptum de voluntate partium.*
32 *Falſi probatio debet eſſe concludens.*
33 *Præſumptio iuris operatur , vt aduerſarius teneatur probare fortioribus probationibus.*
34 *Falſitas in dubio non præſumitur.*
35 *Bonus quilibet præſumitur.*
36 *Donatio facilè præſumitur inter ſanguine cõiunctos.*
37 *Falſum non præſumitur inſtrumentum factum ad fauorem coniuncti.*
38 *Teſtamentum præſumitur factum tempore ſanitatis a demente, qui habet interualla,ſi eſt factum in fauorem eorum, qui erant ſucceſſuri ab inteſtato.*
39 *Amor licitus operatur multos effectus, remiſſiue.*
40 *Falſitatis præſumptio ceſſat poſſibili veritate in eſſe poſita.*
41 *Fama bona notarij excludit ſuſpicionem falſi.*
42 *Notarius confitendo ingenuè veritatem facti, excludit dolum reſultantem ex actu, quem geſſit.*
43 *Pluralitas actuum ſeu inſtrumentorum , non præſumitur.*
44 *Pluralitas inſtrumentorum præſumitur ad excludendum falſitatem.*
45 *Teſtium ſingularitas non nocet in probanda confeſſione, vel alio actu reiterabili.*
46 *Teſtes ſingulares admittuntur ad probandum certum quid in genere.*
47 *Teſtes in dubio præſumuntur conteſtes.*
48 *Teſtes ſingulares faciunt indicium ſufficiens ad torturam.*
49 *Falſitatis præſumptio excluditur per confeſſionem teſtium inſtrumentariorum.*
50 *Falſum non dicitur,quod habet primordiũ veritatis.*
51 *Res inter alios acta probat rem ſic fuiſſe geſtam etiã quo ad tertium.*
52 *Confeſſio extraiudicialis plenè probat in his , quæ pendent ab animo.*
53 *Interpretatio fieri debet , per quam excludatur falſitas.*
54 *Falſitatis ſuſpicio ceſſat , quando ſcripturæ fides imponitur ex alijs.*
55 *Inſtrumentum laborans vitio viſibili , comprobari poteſt ex alijs probationibus.*
56 *Inſtrumentum ſuſpectum ob vitium patens, coadiuuatur ex indicijs,& coniecturis.*
57 *Suſpiciones contrariæ in eodem facto ſe inuicem confundunt.*
58 *Coniectura pro inſtrumento præualent ijs,quæ adducuntur contra inſtrumentum.*
59 *Reo ſatis eſt offuſcare probationes actoris.*
60 *Falſi ſuſpicio habetur pro falſitate, quando oritur ex validis coniecturis, ſecus ſi ex fragilibus.*
61 *Protocollum vitiatum poſt deſumptum autheticum non minuit fidem inſtrumenti.*
62 *Animus qualis fuerit in præcedentibus , declaratur ex his, quæ ſequuntur.*

Nota-

63 *Notarius an fecerit per errorem, vel per dolum, cognoſcitur ex ſua depoſitione.*

64 *Inſtrumentum vitio patente laborans, comprobatur dicto vnius teſtis.*

65 *Falſitas vt excludatur, ſufficit dictum vnius teſtis.*

66 *Probatio dubia admittitur fauore defenſionis.*

67 *Confeſſio qualificata non poteſt diuidi, quando qualitas eſt probata, licèt dubia probatione.*

68 *Teſtis dictum non poteſt diuidi, ſed debet in totum acceptari, vel in totum reprobari.*

69 *Confeſſio qualificata non poteſt diuidi, quãdo qualitas minuit delictum, ſed non tollit in totum.*

70 *Notarius poteſt authoritate propria facere ſibi nouã matricem.*

71 *Præſuppoſitum eſt probandum.*

72 *Lege ſancitum quod non reperitur, non eſt ſuperſtitioſis inuentionibus præſumendum.*

73 *Vitium viſibile tollit fidem inſtrumenti etiam ſi vnicum ſit.*

74 *Vitium inſtrumenti dicitur patens, quando oculis videri poteſt.*

75 *Legi nõ dicitur, quod oculis corporeis nõ perſpicitur.*

76 *Concluſio in cauſa eſt terminus omnium probationum excluſiuus.*

77 *Iudex non dicitur negligens, niſi contra eum ſit proteſtatum.*

78 *Iudicis negligentia non excuſat partem, quæ potuit recurrendo ad ſuperiorẽ remouere impedimentũ.*

79 *Apoſtilla fidẽ inſtrumẽti tollit in ea parte, nõ in alijs.*

80 *Confeſſio vnius non nocet alteri.*

81 *Notarius ſi dicat feciſſe inſtrumentum falſum, non nocet parti.*

82 *Sententia lata occaſione falſi inſtrumenti facit aliqualem præſumptionem contra alium non vocatũ.*

83 *Exceptio rei iudicatæ non nocet, niſi eadem res ſit & eadem cauſa agendi.*

84 *Nemo debet prægrauari alterius facto.*

85 *Pœna non egreditur perſonam delinquentis.*

86 *Notarius poteſt lacerare primã imbreuiaturam, poſt quam eam extenſam poſuit in libro protocolli.*

87 *Inſtrumentum non præſumitur falſum, licet teſtes ſint mortui, ſi longum tempus eſt lapſum.*

88 *Argumentum a ſolitis, eſt validum.*

89 *Conſuetudo patris familias attenditur.*

90 *Doctori ſibi contrario non creditur.*

91 *Confeſſio cedentis non nocet ceſſionario.*

92 *Teſtis primum dictum attenditur ſi magis ſit veriſimile, quàm dictum ſecundum in tortura.*

93 *Obliuio inducitur curſu decem annorum.*

94 *Notarius negans inſtrumentum recepiſſe, quod tamẽ recepit, excuſatur ſi longum tempus lapſum eſt.*

95 *Ignorantia præſumitur.*

96 *Ignorans ſibi non præiudicat.*

97 *Citatio per edictũ nõ ligat, quando perſona eſt certa.*

98 *Nemo cogitur agere.*

99 *Tacens ſibi non præiudicat, ſi ſciebat ius ſuũ durare.*

100 *Sententia lata per contumaciam non infamat, nec in alia cauſa præiudicat condemnato. & alia ibi adducuntur.*

101 *Inſtrumentum non præſumitur ob malos mores notarij, ſi non deliquit circa officium.*

102 *Falſitas inſtrumenti non debilitat fidem inſtrumẽtorũ, quæ notarius receperat ante condemnationem.*

103 *Conditio teſtis conſideratur de tempore iuramenti.*

104 *Caſtr. conſi. 103. vol. 0. reprobatur.*

105 *Malus qui ſemel fuit, non præſumitur etiam nunc malus, ſi bene vixit per triennium.*

106 *Poßidere hodie non præſumitur, qui olim poſſedit, ſi aliud medio tempore probatur poſſediſſe.*

107 *Fama ex parte rei præfertur famæ, quæ fuit probata ex parte actoris, vbi confirmatur.*

108 *Inſtrumentum probat, licèt protocollum non inueniatur, ſi tamen probetur aliquando extitiſſe.*

109 *Inſtrumentum non eſt ſuſpectum, licèt protocollum non inueniatur.*

110 *Donans omnia bona præſentia & futura, reſeruato vſufructu, poterit teſtari de fructibus.*

111 *Renunciatio facta l. ſi vnquam, non nocet filijs procreatis ex alia vxore ſuperinducta.*

112 *Ignorans non conſentit, nec ius ſuum remittit.*

113 *Duo vincula non magis ligant, quando vnumquodque de per ſe nihil ſtringit.*

114 *Inſtrumentum non habet exequutionem paratam.*

115 *Inſtrumentum iuratum non habet exequutionẽ paratam, niſi iuramentum ſit delatum a parte parti.*

CONSILIVM CLXXIII.

CAVSA, quam Florina de Vlla inſtituit contra Mattheũ, & alios Vllenſes, eſt grauis nedum ratione valoris bonorum, de quibus agitur, & inſpecta perſonarum qualitate, ſed ratione quoque actionis, quæ conſequutiuè venit in controuerſiam. Cum enim Florina vigore teſtamenti, & donationis ſibi factæ a Iacobo Vlla marito præſupponeret bona hæc omnia ad ſe ſpectare; Mattheus autem, & alij contenderent, nulli alij quàm ſibi in eis ius competere, produxerunt inſtrumentum donationis aliàs ab eodem Iacobo ſibi factę in loco Rochę de omnibus ſuis bonis pręſentibus & futuris, reſeruato vſufructu, & certa quantitate pro facultate teſtandi, receptũ per egregium Ioan. Antonium Donam notariũ Morani, vſque de anno 1561. & ita vigeſimo anno antequã donaſſet Florinæ. At Florina videns excludi ſe ab eo inſtrumẽto anteriori, propoſuit eam donationem eſſe falſam, vel adeo ſuſpectam de falſo, ut ei non ſit adhibenda fides, quia ciuili in iudicio ſu-
1 ſpicio † falſitatis, habetur pro falſitate, Archid. in c. in memoriam, circa fi. 19. diſt. ubi eum ſequitur Domin. & ita quoque tenet Anan. in rub. de crim. falſi, col. fi. Alc. in conſi. 77. col. 2. vol. 1. Cur. ſen. in conſ. 74. ſuper memorata, col. fi. Fely. in c. afferte, col. 4. de pſump. Iaſ. in conſi. 168. nu. 2. uol. 4. Dec. in conſ. 175. nu. 4. & in conſi. 448. nu. 28. Pariſ. in conſ. 158. in fi. uol. 4. Soc. iun. in conſ. 45. num. 11. volum. 3. Gram. in conſi. 30. nu. 5. Natta in conſi. 124. num. 4. Cæphal. in conſi. 287. nu. 7. & procedit non ſolum, quando ſuſpicio oritur ex uitio ui-
2 ſibili, quod operatur, † ne fides adhibeatur inſtru

mento

mento,gl.in l.iubemus, C.de probat.Spe. in ti.de
inſtr.edit.§. reſtat videre, col.1.Caſtr.in d.l.iube-
mus,Dec.in conſ.189.Nat.in conſ.633.n.8.Boſſ.
3 in tit.de falſ.nu.6.13.& 14.† & ſufficit ad condem
nandum producentem criminaliter, vt inquit tex.
cum glo.in d.l.iubemus,& probat Nat.in d.conſi.
633.in princip. ſed etiam, qñ vitium eſt latens &
occultum,quia in ciuilibus,ſi vrgeat ſuſpicio ſub-
4 uertitur † fides inſtrumenti,Dec.in conſ.189.col.
1.& iuribus ac rationibus, hanc partem defendit
Nat.in d.conſi.633.n.9.& ſeq. & latè deducit Al-
ba in conſ.99.per totum,dicens ꝙ etſi propter ex-
trinſecas ſuſpiciones inſtrumentum non in totum
reijciatur, poteſt tñ Iudex ei fidem non adhibere,
ex quo omnis probatio eſt Iudici arbitraria, l.3.
ff.de teſtibus,Dec.in conſi.650.ẽt ea, quæ fit per
inſtrumentũ,Bal.in l.ſcripturę,col.2.de fide inſtr.
Alba loco prædicto,nu.7.& clarum eſt, quòd falſi
5 tas †probatur coniecturis,Barb.in conſ.43.col.6.
vol.1.Anan.in cõſ.49.Iaſ.d.conſ.168.nu.2.Mar-
ſil.in conſi.27.nu.8.Crau.d.conſ.134.nu.39.Ne-
6 uiza.in cõſ.27.nu.18.† & duæ ſufficiunt coniectu-
ræ,Anan.d.conſ.49. Crau.in conſ.134.n.39. De-
cian.in conſ.109.nu.76.vol.2.& multo magis cõ-
uincitur falſitas,qñ plures concurrunt,Fel.in cap.
afferte,de pſump.Afflict.in deciſ.13. in fin.Marſi.
Calcan. & Crau.quos citat Cęph. in d. conſ.287.
in fi.Deciſ.Pedem.117.in fi. in præſenti autẽ caſu
plures,& quidẽ efficaces cõcurrere videntur cõie-
cturæ,quia compertũ fuit,matricem huius inſtru-
menti conſcriptam eſſe de recenti in antiqua pa-
7 pyro,† cum tñ deberet fuiſſe ſcripta iam annis vi-
ginti, & doloſè videtur notarius vſus fuiſſe papy-
ro antiqua,& contrectata,non autem pura & mũ-
da,vt videretur matricem ſcripſiſſe de tpe,quo di
citur rogatus, hanc coniecturam deducit text. ad
probãdũ falſitatẽ,in c. Inter dilectos, de fide inſtr.
Crau.in conſ.28.nu.3.ſed ante eum Anch.in cõſ.
431.Ruy.conſ.68.nu.5.vol.4.idem Crau. in cõſ.
134.nu.28.Menoc.de arbitr.iud.caſu 187.nu.37.
latè ponderat Decian.in conſ.100.nu.17.nn.2.&
hoc videtur eſſe vitium patens,cum oculis inſpici
& videri poſſit,qđ ideo ſolum ſufficit ad deſtruen
dum fidẽ inſtrumenti, vt probatur ex tex. & gl. in
d.l.iubemus,& not.Doc.in l.fi. C. de edicto Diui
Adr.toll. Alba d.conſ.99.& non refert quòd hoc
vitium ſit in matrice, non in inſtrumento leuato,
& in actis producto,nã originale eſt radix authen-
tici. vbi autem radix eſt infecta,non põt authenti-
cum dici mundum,& vitium quod eſt in matrice,
deſcendit in authenticum. & ideo Bal.in conſ.14.
vol.4.dicit,quòd remedium l.fi.C.de edicto Diui
8 Adr.toll. non datur † ei qui produxit teſtamentũ
non ſuſpectum,nec vitiatum,ſi eius matrix erat vi
tiata,refert & ſequitur Iaſ.in l.fi.nu.7.vbi addit ra
tionem. Nam qñ dubitatur de inſtrumẽto produ-
cto,quia cõtradicat protocollo,ſtatur potius pro-
tocollo:ideo ſi protocollum continet vitium,non
poteſt fidem imponere inſtrumento leuato.idem
voluit Zuccard.ibi,nu.94.& plures alij,quos citat
Menoc.de adipiſ.poſſ.rem. quarto, numero 701.

Et non obſtat, ꝙ in proceſſu ciuili non fuerit fa
cta viſitatio matricis; atque ita non conſtet de re-
centia ſcripturæ:qa reſpondetur ſat eſſe, quod fa-
cta fuerit in cauſa criminali: itẽ dicitur quod cum
hæc probatio fiat per rei euidentiam, põt ẽt nunc
9 admitti & inſpici protocollũ,quia probatio, † quę
deſcendit ab euidentia facti, ſemper admittitur,l.
confeſſionib. ff.de interrog.actio. Azo in ſum. C.
ad leg.Aquil.& dicit Bal.in rub.C.de prob. quòd
nulla legis virtus põt excludere probationem,quę
fit p rei euidentiã. & inquit idem Bal. in l.1. nu.5.
C.de ædil.actio.ꝙ res magis demonſtratur per fa-
cti pręſentiã,quàm vocis expreſſione. & dicit Bal.
ꝙ facti euidẽtia ſuperat oẽs probationes,in l.1.C.
ꝗ ſenten. reſcin. non poſſ. & ideo ſi per euidentiã
facti cõſtat,ſnĩam eſſe vel nullã,vel iniquam,ſem-
per retractabitur,ẽt ſi in rem tranſiuiſſet iudicatã,
ca.fraternitatis,vbi Inno.& alij oẽs,de frig.& ma-
lefic.Abb.in c.2.de purg.vulg.Ale.in conſ.63.nu.
17.vol.4.latè pſequitur Bar.& alij in l.1.in prin.
ff.de op.noui nun.vbi Iaſ.nu.10.verſi.circa aliud,
multos congerit authores. & huiuſmodi probatio
admittitur, qñ a ſtatuto omnis exceptio excludi-
tur,ſm Imo.in l.fi.col.11.ff.a quib.appell.non lic.
& licèt poſt tres ſnĩas conformes non opponatur
nullitas,clem.1.de re iud. tñ admittitur, & impe-
dit exequutionem,ſi ea appareat ex ipſius ſnĩę in-
ſpectione,ut poſt Oldr. tenuit Bal.in l.1.C.ne lice.
tert.prouoc.vbi ẽt Sali.& hæc probatio multa ha-
bet in iure priuilegia, multa ſpecialia, ut latiſſimè
videri põt apud Marſi.in rub. C.de proba.nu.157.
& multis ſeqq.Ruy.in conſ.68.nu.22.vol.1.Pariſ.
in conſ.13.nu.60.vol.2.conſ.99.nu.56.uol.3.Bal-
bus in l.Celſus,nu.48.& ſeq.ff.de uſucap. Coraſ.
in l.admonẽdi,nu.22.ff.de iureiu.Maran. de ord.
iud.p.6.in 15.actu,uerſ.& fiat concluſio, nu.6.la-
tiſſimè Tiraq.de retract.conſang. §.4.gl.1. nu.36.
& ſeq.Cotta,qui multos cõgerit, in memo. incip.
damnum datum,Nat.in conſ.269.nu.6. Neuiza.
in conſi.100.in fi.Alba in conſ.97.num.31.Rol.in
conſi.2.nu.128.uol.1.Cæph.in conſ.34.n.30.præ-
cipue cum uſque a principio Florina requiſiuerit
illam matricem uiſitari,quod ſi fuit omiſſum Iudi
ci, non parti eſt imputandum. facit quod dicunt
Doctores poſſe teſtes recipi publicatis atteſtatio-
10 nibus, quando pars fuit a Iudice † impedita eos
producere ante publicationem,Bal.in ca.ex parte
Adæ,num.17.de teſtib.But. in ca.tam literis,in 3.
notab.eo.tit.Fely.in c.fraternitatis, nu.5.in fin.de
teſtib.alia ſimilia adduxi in conſ.8.num.5.& ſeq.

Non etiam obſtat ſi dicatur, quòd notarius ex
iuſta cauſa nouam fecit matricem, & antiquã di-
lacerauit, quia ſcilicet antiqua fuerat oleo & atra-
mento caſu profuſo conſperſa, ita ut difficile ſcri-
ptura poſſet legi, ut ipſemet notarius dixit in ſuo
conſtituto cauſæ criminalis. Quandoquidem ea
cõfeſſio notarij diuidi poteſt & acceptari in ea par
te,in qua dicit antiquam matricem laceraſſe,& eã
de nouo ſcripſiſſe, quę fuit inter eius ſilcias inuen

ta,

ciendum de iuribus quicunque in eius bonis prætenderent ſibi ius competere: & tñ Vllenſes nihil vnquam oppoſuerunt, nec cõparuernnt, aut allegarunt donationem, quã nunc produxerunt. & nõ eſt veriſimile, quod donator ita ſuiſſet ꝓteſtatus,
19 & quòd non eſt veriſimile, † habet falſitatis imaginẽ, Bal. in l. 1. col. 4. C. de ſer. fug. Fely. poſt Inno. & Abb. c. auditis, nu. 28. de præſcrip. Tiraq. latè in præfat. l. ſi vnquam, nu. 60. C. de reuoc. donat. & falſitas arguitur contra ſcripturam, quã pars mul-
20 tum diſtulit producere, † vt eſt tex. in l. ſi quis fortè, §. 1. ff. de pœn. Oldr. in conſi. 183. col. 2. Caſtr. in conſ. 281. col. 1. vol. 1. Crau. in conſ. 28. nu. 6. verſ. ex qua etiam, Deciſ. Pedem. 117. num. 9. Cæphal. in conſ. 287. nu. 32. vbi id ex alijs comprobat.

Sexta coniectura trahitur a mala fama notarij, qui dicitur condemnatus de furto, & quod colludendo cum alijs, & furtum cum eis diuidendo, cũ eſſet Caſtellanus Caſtiglioni, occultauerit pecunias, quę fuerant ſubtractæ cuidam presbytero, &
21 mala fama † notarij detrahit plurimũ de fide inſtrumento, vt voluit gl. in l. iubemus, C. de proba. & in l. ſi quis ex argentarijs, §. 1. ff. de eden. Spec. in tit. de inſtr. edit. §. inſtrumentum, ver. item opponitur, qđ notarius, Bal. l. Caſſius, col. 2. ff. de Sena. Anan. in conſ. 49. Ruy. in conſi. 35. num. 10. vol. 4. vbi dicit procedere, ẽt ſi contra notarium nõ eſſet lata ſententia, vel receptum nomen inter reos, dũ tñ per teſtes probetur eum malè audire, Pariſ. in conſi. 57. nu. 36. vol. 4. Neuiza. conſi. 8. num. 72. Crau. in conſ. 134. nu. 34. Deciſ. Pedem. 117. nu. 11. Decian. in conſ. 100. nu. 43. vol. 2. Sola in d. tit. de protocol. product. circa finem. & quamuis mala hæc fama non verſetur circa officium notariatus, tñ officit fidei notarij, cum ſit circa furtum. auari-
22 tia † enim eſt radix omnium malorum, vt inquit Apoſt. ad Timot. c. vlt. & cupiditatem omniũ malorum arcẽ conſtituebat Diogenes Sinopeus, quẽ citat alios addendo Tiraq. de legib. connub. l. 9. num. 156. quę enim auri ſacra fames hunc impulit notarium ad furtum, eundem facilè potuit corrumpere ad falſum fabricandum inſtrumentum. & ſicuti ſine vtilitate vel commodo non præſumi-
23 tur falſitas, Marſi. in conſi. 77. col. 2. Rube. conſi. 15. Craue. conſi. 75. nu. 17. quia nemo delinquit, niſi ſpe lucri. latè Dominus Becius, qui alios citat, conſ. 78. nu. 27. ita ex ſpe lucri ſurgit doli & falſitatis præſumptio, & non eſt niſi malè præſumendum contra notarium adeo lucri appetentem, vt in publicum furti crimẽ lapſus ſit, & habent inter ſe vitia maximam connexitatẽ: ideo qui eſt malus
24 in vna † ſpecie delicti, habet contra ſe magnã ſuſpicionẽ in alia ſpecie, c. ſi gẽs Anglorũ, 56. diſtin. declarat Alcia. in trac. præſ. reg. 2. pſump. 7. n. 2. in fi. facit, q̃a ex multis particularibus fit habitus ad vniuerſalia, & vnũquodque vitium ita animũ inficit, vt in futurũ ſit ad peccandum magis procliuis.

Nec dicatur, quòd mala notarij fama nõ reſpiciat tẽpus, quod dicitur factum inſtrumẽtum, ſed ſuperuenerit poſt motam litem: quia reſpõdetur ex malis moribus præſentis tẽporis argui ad malos mores temporis retrofluxi, vt in propoſito dicit Caſtr. in conſi. 103. verſ. puto tamen, vol. 2. dicens ꝙ etſi inſtrumenta recepta a Notario antequã condemnaretur de falſo, nõn vitientur ob falſitatem poſtea commiſſam, tamen redduntur aliqualiter ſuſpecta, ſequitur Ferran. Garg. in conſi. 126. nu. 61. & ſeq. inter conſi. Crimin. diuerſ. quia ſecundũ eos ex præſenti præſumitur in præteritũ.

Septima conſtituitur coniectura ex eo, ꝙ nullũ eius inſtrumenti reperitur protocollũ, vnde fuerit deſumptũ: illa enim ſcriptura, q̃ cõperta eſt inter filcias notarij, non eſt originalis, quia fatetur notarius laceraſſe originalẽ notam, q̃ parti & teſtib. recitauerat, & ꝑterea eã quoque q̃ inde cõſcripſe-
25 rat, & falſum præſumitur inſtrumentũ, † cuius matrix non inuenitur, §. fi. in Auth. de tabellio. Bal. in l. Caſſius, col. 2. circa principium, ver. itẽ eſt inſtrumentũ, ff. de Senat. Didac. prac. queſt. c. 19. nu. 3. ver. quartò erit obſeruandũ, vbi dicit maximã ſubeſſe falſitatis ſuſpicionẽ, qñ inſtrumentum producitur, cuius tñ matrix non inuenitur inter notarij filcias, Natta in conſ. 633. num. 19. vbi allegat Gram. Deciſ. Ped. 117. nu. 12. Menoc. d. caſu 187. nu. 31. & ſeq. latius de adipiſc. poſſ. rem. 4. n. 735.

Octauò oritur ſuſpicio, quia poſt aſſertam donationem Iacobus donator cõdidit teſtamẽtum, in quo hæredes inſtituit eoſdem Vllenſes, quibus omnia bona donauerat. quorſum autẽ teſtõ his relinquere, quos firmiore titulo irreuocabilis donationis honorauerat? non eſt enim hoc veriſimile, atque ideo redditur donatio ſuſpecta de falſo. per ea, q̃ ponit Bal. in l. ſcriptura, circa mediũ, C. de fide inſtr. vbi inquit, ꝙ inſtrumenta redduntur mul
26 tum ſuſpecta, † qñ id quod continent, eſt quidem poſſibile, ſed non veroſimile, ita ꝙ Iudicis motus cũ ipſo non concurrit, quia in probationibus veriſimilitudo multum attenditur, l. de ætate, ff. de probat. ſequitur Cur. iun. in conſ. 17. nu. 6. Crau. in conſ. 28. in prin. vbi allegat Oldr. & Abb. idem Crau. in cõſ. 56. n. 19. & in cõſ. 134. n. 36. in quib. locis dicit ꝙ in conſiderãda falſitate ſcripturę plurimũ attẽditur veriſimilitudo, Menoc. i cõſ. 199. n. 12. Deci. in cõſ. 100. n. 24. & ꝑter eos dicit Alc. in cõſ. 84. col. 1. vol. 7. ꝙ ſcriptura non continens veriſimile, non caret ſuſpicione. & dicit Socin. in conſi. 28. nu. 9. vol. 3. ꝙ falſitas inſtrumenti probatur nõ ſolum per impoſſibile, ſed etiã per non veriſimile. & plures qui ſequuntur Bal. d. l. ſcriptura, allegat Tiraq. in pręfat. l. ſi vnquã, n. 48. C. de reuo. dona.

Augetur autem ſuſpicio, quia in pluribꝰ. quę cõdidit teſtamẽtis, & in donatione quã deinde fecit Florinæ ſuæ vxori Iacobus, nullã vnquã fecit mẽtionem de huiuſmodi donatione, quamuis inter eum & Mattheum vnum ex donatarijs interceſſerint graues inimicitiæ, per quas Mattheũ furti inſimulauit, in carceres detrudi curauit, & contra eũ criminaliter procedi; & ſanè vix poteſt cadere in mentẽ ſenſati, ꝙ ſi facta fuiſſet donatio, Iacobus eſſet eã ita ſecreto ſilentio celaturus, vt nullo vn-

quam tēpore de ea mentionem fecerit, præcipuè
ſuborta contentione, & inimicitia, quæ ſolet ſe-
creta expromere, & extorquere.

Nonò plurimum fidei huius donationis nocere videtur inſtrumentū pmutationis, q̄ fecit Iacobus donator cū Vllenſibus donatarijs de quodam prædio; ad quid enim cū eis permutare, quorū omnia erant vigore donationis, & tā data in cauſam permutationis, quam recepta pertinebant ad donatarios? ideo enim fit permutatio, q̄a malit quis rem vnam habere, quàm aliam. at ſi vtraque erat Vllenſium, ad quid permutare? certè fatendū eſt, quòd Iacobus tunc non cogitauerit de donatione, & ſi non cogitauit oritur ſuſpicio, quod nō extaret, quia veriſimiliter cogitaſſet, ſi fuiſſet in rerū natura: actus enim permutationis, ſtante donatione, erat omnino fruſtratorius; & in dubio inter-
27 pretatio illa fieri debet, † per q̄ nō cenſeantur partes facere voluiſſe actū inutilem & fruſtratorium, l. ſi prætor, ff. de iud. & fit extenſio contra iuris regulas, ne diſpoſitio ſit eluſoria, Gozad. conſ. 5. nu. 6. latè Dominus Becius conſi. 41. nu. 20.

Poſtremò, quia Florina habet pro ſe inſtrumētum donationis, q nullo laborat vitio, habet item inſtrumentū teſtamenti non abolitū, nec cancellatum; ideo videtur, quòd ea duo inſtrumenta ſint huic præferenda donationi, quæ tot patitur defe-
28 ctus, tum quia duo † vincula magis ligant, auth. itaque, C. commun. de ſucceſ. D. Becius conſ. 24. nu. 26. tū etiā, quia inſtrumentum dictę donationis non habet exequutionem, cum non reperiatur inter filcias notarij eius protocollum ſeu originalis nota, per ea quæ poſt Didac. ponit Menoc. in trac. de adipiſ. poſſeſ. rem. 4. nu. 735. & ſeq. vbi dicit, q̄ exequutio teſtamenti ſuſpenditur, qñ in ſcripturis notarij nulla de protocollo ipſius fit mētio. magna enim oritur ſuſpicio, & pro hoc facit, q di-
29 cimus, inſtrumentum nullā fidem facere, † dū de eius viribus diſceptatur, Imo. in l. 1. in princ. 1. col. in fi. ff. de operis noui nunc. idem Iaſ. nu. 10. Ruy. nu. 43. Horma. nu. 38. Butr. & Anch. in c. cum contingat, in 3. not. de reſcrip. Soc. in conſ. 266. n. 3. & 4. vol. 2. Dec. in cōſ. 474. n. 3. Crot. in cōſ. 137. n. 9. Ruy. in cōſ. 128. n. 13. & in cōſ. 37. n. 10. vol. 4. Nat. in conſ. 51. nu. 19. Rol. in conſ. 40. nu. 40. vol. 2. Cępħal. in conſil. 241. nu. 34. Deciſ. Pedem. t 29. nu. 7. Dominus Becius, conſi. 52. nu. 91. & ſeq.

Nec dicatur, q dicta per Meno. d. nu. 735. pcedunt in inſtrumento teſtamenti, q habet exequutionē, quę ideo exequutio impeditur pp quodcūque vitium, at ſecus eſſe videatur in inſtrumento donationis: quia reſpondetur idē omnino eſſe in omni inſtrumēto iurato, quia habebit exequutio-
30 nem † paratam, vt per Bar. Fulg. & Alc. in l. iuſiurandum, ff. de iureiur. idem Bar. in l. ſed & ſi poſſeſſori, §. fi. ff. eo. ti. & ibi pariter Sal. Fulg. & Alc. Dominus Becius in conſi. 17. nu. 7. ver. quę etiam. Prętcrea ſi minimum vitium impedit exequutionem teſtamenti, quod eſt magis fauorabile: multo magis impedict exequutionem donationis, quæ minus eſt fauorabilis, & non habet paratam exequutionem, auth. multò magis, C. de ſacroſ. eccleſ.

Hæc verò quamquam plurimū vrgere videantur, in contrariam tñ diſcedo ſententiā tanquàm veriorem, magis fauorabilem, & fortioribus fulcitam coniecturis, & fundamentis. Et primò, quia
31 inſtrumētum † habet pro ſe præſumptionē, quòd ſit verum & ſolemne, Bal. in c. 1. §. inſtrumentum, de not. feud. Soc. in conſ. 213. nu. 7. vol. 2. Dec. in conſ. 36. col. 4. verſi. ſecundo præſupponitur, & in conſ. 587. nu. 1. Alc. in trac. præſump. reg. 3. præſ. 13. nu. 9. Gram. deciſ. 45. nu. 10. Franciſ. de Marc. deciſ. 51 t. nu. 1. Anch. mod. ſam. quæſt. lib. 2. q. 3. nu. 16. & ſecundum Bal. in conſ. 437. nu. 5. vol. 5. habet & tertiam pręſumptionem, quod quæcunque in eo leguntur, ſcripta ſint de volūtate partiū, Soc. iun. in conſi. 189. nu. 14. vol. 2. Neuiz. in conſ. 79. nu. 10. Rol. in conſi. 96. nu. 18. volum. 3. & facit rem certam, Bar. in l. 1. in princ. nu. 8. ff. de ope. noui nunc. Bald. in l. 2. col. 2. C. quando fiſ. vel priu. Dec. in conſi. 302. col. fi. Ruy. in conſi. 128. num. 1. vol. 4. Pariſ. in conſ. 104. num. 64. vol. 1. Neuiza. d. conſ. 79. nu. 10. & latiſſimè Tiraquell. de retract. conſang. §. 2. glo. 1. num. 20. Crot. in conſi. 47. nu. 31. Natta in conſ. 543. nu. 28. Alcia. d. præſ. 13. nu. 8. Rolan. in conſ. 57. num. 2. & 3. vol. 3. Cæphal. in conſ. 335. num. 10. multos citat D. Becius in conſ. 52. nu. 4. & in conſ. 74. nu. 19. & in dubio ſtandum eſt inſtrumento, niſi plenis, & concludentibus demonſtrationibus contrarium appareat, l. cum precibus, vbi glo. C. de proba. Bero. in conſ. 151. in fi. vol. 1. Gram. in conſi. 65. nu. 14. Cæph. in conſ. 169. nu. 8. Rolan. in conſil. 100. nu. 42. vol. 4. & loquendo de inſtrumento donationis, dicit Bero. in conſ. 147. nu. 34. vol. 2. ſtandum eſſe inſtrumento, niſi apertiſſimis, plenis & concludentibus probationibus contrarium oſtendatur, quod ſi probatio falſi
32 ſemper † debet eſſe concludens, vt poſt Bal. Alc. Dec. Gram. & alios probat D. Becius in conſi. 78. nu. 11. multo magis talis eſſe debebit, quando falſitas allegatur contra inſtrumentum: nam præſumptio iuris, quæ pro inſtrumēto militat, efficit ut opponens falſitatem fortioribus grauetur probatio-
33 nibus, † glo. & Doct. in l. tranſactione, C. de tranſac. Abb. in capit. quia veriſimile, in 2. not. de præſump. & eſt tex. in l. ſi extraneus, vbi Alber. Fulgo. & Iaſ. in 6. not. ff. de cond. ob can. Pariſ. in conſil. 235. nu. 12. vol. 4. Marſi. ſing. 451. col. 2. Crau. in conſ. 75. nu. 12. conſ. 134. nu. 10. & in conſil. 198. nu. 3. & in crimine falſi, Dec. conſ. 175. Dominus Becius conſ. 78. nu. 10. & ſeq.

Secundò facit, quia falſitas eſt delictum, & in dubio nemo præſumitur delinquere, l. meritò, ff.
34 pro ſocio. & falſitas † non pręſumitur, c. in præſentia, de renun. d. l. cū precib. vbi Bal. C. de probat. Cępol. in conſ. 38. nu. 13. D. Becius in conſ. 78. nu. 10. & ratio eſt, quia præſumitur quilibet bonus,
35 † c. dudū, de præſump. glo. in c. 1. de ſcrutin. & in l. cū pater, §. rogo, ff. de leg. 2. & naturaliter quilibet eſt bonus, gl. in l. fi. ff. ꝗ met. cau. Ang in l. ſciēdū, in fi.

in fi.ff.de verb.oblig.Alcia.in tract.præſump.reg.
3.præſ.2.nume.1.

Tertia eſt coniectura, quia Mattheus & alij Vl-
lenſes ſunt donatoris nepotes ex fratre, & donatio
36 facile præſumitur inter † ſanguine coniunctos, vt
probat Alc.in tract.præſump.reg.1.pręſ.32.nu.1.
& dicit Soc.in l.cum quid, in 2.limit.ff.ſi cer.peta.
quòd etſi donatio regulariter non præſumatur, tñ
fallit inter ſanguine coniunctos, & ita affinitatem
37 conſiderat Neuiz.ad excludendum falſitatē, † in
conſ.8. nu.50. Decian. in conſ.100.nu.41.vol.2.
præcipuè, cum donatarij eſſent ſucceſſuri ab inte-
ſtato Iacobo donatori: quilibet enim cenſetur ſibi
proximiores diligere, atque eos vocare ad ſucceſ-
ſionem, argumento l.conficiuntur, ff.de iure codi-
cil. ideo qñ teſtamentum cōditum eſt a demente,
qui habebat dilucida interualla, & ignoratur, an
tpe dementiæ, an ſanitatis factum ſit, præſumitur
38 factum tpe † ſanitatis, ſi inſtituit venientes ab in-
teſtato, vt ſeruatum fuiſſe Romæ a Senatu refert
Valer.Max. quem citat Bal.in c.1.in prin.titu. per
quos fiat inueſt.& ſequitur Ang. & alij, præcipuè
Caſt.Alex.& Iaſ. in l.furioſum, C.qui teſtam. fa-
ce.poſſ. vbi dicunt citando plures alios, quod ex
qualitate actus dijudicatur, an teſtamentum factū
ſit in dementia: ita in propoſito nō erit pręſumen-
da falſitas donationis, quæ facta fuit ijs, qui erant
ab inteſtato ſucceſſuri.

Augetur argumētum. Nam pręter affinitatem
Iacobus eos intenſe diligebat Vllenſes, vt fuit per
teſtes probatum, & oſtenditur etiam ex duobus
teſtamentis per eum conditis poſt prædictam do-
nationem, in quibus eos ſubſtituit filijs naſcituris
ex ipſo Iacobo, & in vtroque teſtamento excludit
Florinam vxorem, quæ nunc ex donatione poſte-
riore prætendit bona Iacobi, & huiuſmodi amor
plurimum conſideratur a iure, & multos ſingula-
39 res operatur † effectus, quos longum eſſet recen-
ſere. ſed ſat erit Tiraq. allegaſſe, qui infinitos citat
in l.ſi vnquam, in ver.libertis, nu.95.& ſequen. C.
de reuoc.don. vbi poſt Soc. diſputat, an donatio fa
cta valde amico reuocetur per filiorum ſuperue-
nientiā? etſi verior ſit pars affirmatiua, tñ multo ꝓ
contraria parte alleguntur, quæ faciunt ad propo-
ſitum pſentis controuerſiæ, quia nō videbitur ad-
modum alienū a facti veritatē, & a veriſimilitudi-
ne, ꝙ patruus iam ſenio affectus donauerit bona
ſua nepotibus, quos enixè diligebat, & ſępius ſub-
ſtituit ſucceſſores vniuerſorum ſuorum bonorū.

Quarta eſt coniectura, quia egregius Dona no-
tarius eo anno 1561. quo facta fuit donatio, præ-
turam exercebat in loco Rochæ, vbi facta fuit do-
natio, & in eius filcia comperti fuere multi actus
eodem tpe facti; probatum etiam fuit cōſueuiſſe
Iacobum Vllam donatorē ſingulo anno accedere
ad monaſterium Montis Syon, qđ nō longè abeſt
a loco Rochæ, atque ita redditur oīno poſſibile,
quod Iacobus in eo loco fecerit hanc donationē,
& de ea rogauerit hunc notariū; ſi oīa iungātur, ꝙ
eſſet patruus, ꝙ diligebat nepotes, ꝙ accedere ſole
bat ad dictū locū, ꝙ in eo loco aderat notarius hic,
40 ceſſat aūt falſitas † poſſibili veritate in eſſe poſita;
vt dicit gl.in l.iuriſgētium, §.quòd ferè, ff.de pact.
vbi Iaſ.num.7. plures addit concordantes, Iac.de
Are.in l.2.§.quod obſeruari, vbi & Cyn.q.12.C.
de iuram.cal. Bal.in c.1.§.notandum, de not.feud.
vbi dicunt quòd teſtis qui dixi heri, neſcio, pōt ho
die dicere, quod ſcit. & hanc dicit in materia falſi
eſſe notabilem concluſionem Boſſ.in ti.de falſ.nu.
133. D.Becius in conſi.78.nu.11.in fi.

Quinta deducitur ex bona fama notarij, qui
fuit ſemper legalis & fidelis, nec vnquam de eius
fide, præſertim circa notariatus officium, dubita-
tum fuit, & de ea deponunt multi teſtes producti
ſuper vltimo capitulo. bona autem notarij fama
41 † plurimum confert ad tollendum oēm falſitatis
ſuſpicionem, vt voluit gl.in l.2. vbi eam ſequitus
Bal.C.de falſ.& dicit Alc. in conſ.93.col.fi.vol.5.
quod ceſſat ſuſpicio falſi, qñ cum præſumptione
inſtrumenti concurrit qualitas & bona fama nota
rij, & ita quoque ad ſuſtinendum inſtrumentū ar-
guit Crau. in conſ.65.in fi. & in conſil.75.nu.12.
ſed ante eum idem voluerūt Bar. Cępoll. Ale.Iaſ.
Ang.Arim.Corn.Riminal.Ruy.& Rube. quos ci-
tat D.Bec. in conſ.78.nu.26. addo Boſſ. in tit. de
falſ.nu.58. Nattam in conſ.394.nu.36. vbi allegā-
do Spec.& alios probat, bonam famam notarij de
ſtruere oīa indicia, & ſuſpiciones falſitatis, Neui-
za.in cōſ.27.nu.25. latiſſimè conſ.68.n.31.& ſeq.
ubi oīno videndus eſt: & dicit Crau.in d.conſ.75.
nu.12. ꝙ in fauorem inſtrumenti, & notarij leuio-
res probationes requirūtur, ex quo habent pro ſe
iuris pſumptionem. & ſicuti mala fama notarij vr
get plurimum ad detrahendū fidem inſtrumēto,
d.l.iubemus, cum alijs, quæ ſupra in contrarium
allegata ſunt: ita bona fama debet inſtrumentum
iuuare, vt contrariorū eadem ſit diſciplina, vt poſt
Aret.in ſimili arguit Crau.d.conſ.75.n.12.in fine.

Sexta eſt cōiectura, quia ſępius Iacobus de Vl-
la donator, profeſſus eſt ſe donaſſe bona ſua Mat-
theo & nepotibus Vllenſibus, atque de eis ita di-
ſpoſuiſſe, quòd nemo poterat ab illorū manibus
ſuam ſubſtantiam extrahere, & quòd ipſemet nō
potuiſſet alij concedere, & atteſtantur de præmiſ-
ſis Franciſcus de Regibus, Stephanus de Capſi-
nis, Paſquinus Canis, Petrus Vicinus, & Petrus
Perronus, qui de iterata & multis vicib. facta con-
feſſione deponunt ad diuerſos effectus, dum viue-
ret prima vxor, & per annos duodecim anteq̄ de-
cederet. Item & quatuor annis ante mortē; Item
eo met anno, quo poſtea donator deceſſit, & pręci
puè paulo poſt q̄ fecerat donationem Florinę, aſſe
rat.n.ſe non potuiſſe donare Florinę bona ſua, qa
iam diſpoſuerat in fauorem Vllenſiū. hæc autem
42 confeſſio † confirmat ita ueritatem donationis, vt
nulla oīno ſupereſſe poſſit ſuſpicio, ut in terminis
probat Pariſ.in conſ.33.nu.42.& ſequen.volum.
2. dicens, quòd teſtamentum caret omni ſuſpi-
cione falſitatis, quando extat teſtantis confeſſio
facta extra iudicium, quod fecerit teſtamentum,

quia talis confeſſio tollit omnem coniecturam, &
præſumptionẽ, quæ poſſet adduci, vel quod alius
fuerit ad teſtandũ ſuppoſitus, aut vox fuerit ſimu
lata, & reddit nos certos ꝙ ille teſtamentum con-
diderit, qui confeſſus eſt condidiſſe, & meo iudi-
cio nihil poteſt allegari quod magis faciat ad pro-
poſitum, & loquitur in fortiori caſu, quando ſcili-
cet teſtes non viderunt teſtatorem, & vult nihilo-
minus quod ſuſtineatur teſtamentum, ex quo di-
cta confeſſio teſtantis reddit Iudicẽ certum, quod
ipſe, non alius, illud fecerit teſtamentum, & hoc
ẽt conſiderat Crau. in conſ. 65. nu. 7. verſ. quartò
probatur, vbi ad excludendum ſuſpicionem falſi-
tatis contra teſtamentum, adducit confeſſionẽ fa-
ctam a teſtatore extra iudicium, & teſtibus proba
tam. facit quod voluit Menoc. de arbitr. iud. dicto
caſu 187. nu. 33. vbi inquit, quod ſi in protocolli
libro non inueniatur aliquod inſtrumentũ, ſed in-
ueniantur inſtrumenta præcedentis, & ſequentis
diei, non poterit leuari inſtrumentum de ſcriptu-
ra eiuſdem notarij reperta in filcia, ſi non reperi-
tur in protocollo, ẽt ſi notarius ſub ea ſcriptura at
teſtetur de rogitu: ſed ſecundum eum aliud eſt, ſi
alia reperiretur ſcriptura dicti notarij defuncti au-
thentica, in qua faceret mentionẽ de illo inſtrumẽ
to: nam tunc poterit leuari, licèt non ſit in proto-
collo, atque ita declarat Anchara. quem citat.

Et non deſtruitur hæc coniectura ex eo, quod
Iacobus non expreſſerit nomen notarij, quem ro-
gaſſet de donatione, nec diem, aut locum factę do-
nationis, & ita non poſſit ea cõfeſſio trahi ad præ-
ſentem donationem, ſed referenda ſit ad aliam;
43 quia reſpondetur, quod pluralitas † actuũ, ſeu in-
ſtrumentorũ non præſumitur, l. omniũ, C. de teſt.
Doct. in c. cum Ioannes eremita, de fide inſtr. vbi
Fely. nu. 79. & ſeq. latè Iaſ. in l. eum, qui, §. in popu
laribus, nu. 17. & ſeq. ff. de iureiur. vbi dicit nõ prę-
ſumi pluralitatem teſtamentorũ, ſententiarum, &
aliorũ actuũ, licèt ſecus ſit in rebus, Gram. in cõſi.
66. nu. 37. Nat. in conſ. 53. nu. 4. & in conſ. 97. nu.
16. Crau. in conſi. 6. nu. 35. Cæph. in conſ. 170. nu.
45. D. Becius in conſ. 47. nu. 7. & in propoſito no-
ſtro hoc voluit Pariſ. d. conſi. 33. num. 42. dicens,
quod cũ pluralitas actuum non pręſumatur, ſi cõ-
ſtet de vno teſtõ, erit præſumendũ eſſe illud quod
teſtator dixit ſe condidiſſe, Ruy. conſi. 44. nu. 11.
in 4. vol. Neuiza. in conſi. 24. nu. 14. vbi ita arguit
ſtante confeſſione alicuius, qui dixit talem deceſ-
ſiſſe teſtatum, præcipuè autem id locum habebit
ad excludendũ falſitatem, quandoquidem vide-
mus quod vt excludatur falſitas præſumitur plu-
44 ralitas † actuum & inſtrumẽtorum, quæ tñ eo ceſ-
ſante reſpectu non præſumeretur. ita Spec. in titu.
de teſte, §. iã de interrogatorijs, verſ. quid ſi vnus,
Bar. in l. 1. §. ſi quis neget, ff. quemad. teſta. aper.
Cardi. in c. cum tu, in prin. de teſtib. Gram. d. cõſi.
66. nu. 38. Ruy. in conſ. 51. nu. 20. vol. 5. vbi dicit
hoc procedere non ſolum ad euitandum falſum,
ſed ẽt inducendum probationẽ, allegat Bal. Ang.
Butr. Imo. & Abb. Gram. conſi. crim. 23. nu. 1. mul

to ergo magis pſumenda nõ erit pluralitas actuũ,
quando per talem præſumptionem excluditur fal
ſitas, cum cæteris paribus facilius inducatur præ-
ſumptio ſecundum ius, quàm contra ius.

Nec officit allegata ſingularitas teſtium depo-
nentium de cõfeſſione Iacobi, quia cõfeſſio actus
eſt reiterabilis, glo. in l. ob carmen, §. fi. ff. de teſtib.
Innoc. in c. qualiter & quando, de accuſat. & ideo
45 vbi actus eſt reiterabilis, ſingularitas † teſtium nõ
eneruat probationem, d. glo. & in terminis ita vo-
luit Caſtr. in conſ. 381. Iudex eſt, col. fi. vol. 1. Alex.
in conſi. 53. nu. 6. vol. 1. Dec. in conſ. 650. n. 10. vbi
refert dictum Caſtr. conſilium Pariſ. in conſi. 57.
nu. 46. vol. 1. Bertr. in conſi. 175. nu. 4. vol. 2. Crau.
in conſi. 73. nu. 32. in fi. Rol. in conſi. 82. num. 45.
vol. 2. vbi allegat Corne. Marſi. & alios, & hanc di-
cit cõem & receptiſſimam ſententiam Ioſeph Lu-
douic. in deciſ. Peruſ. 9. nu. 15. vbi addit Curt. iun.
Emil. Ferre. & Port. Imo. & quamuis in hoc con-
trarium teneant, tñ hæc opinio eſt indubitata, quũ
cum confeſſione concurrunt alia adminicula, vt
poſt Caſtr. & alios dicit Rol. in loco præcitato: hic
autem multa alia concurrunt, vt cognoſci poſſit
ex ſuprapoſitis, & infra dicẽdis fundamẽtis, Gab.
lib. 1. tit. de teſtib. concluſio. 2. num. 76.

Secundo reſpondeo, quod non agimus princi-
paliter de probando confeſſionem Iacobi, ſed de
probando quod donatio de qua eſt controuerſia,
fuit verè facta; ideo teſtes deponentes de diuerſis
46 confeſſionibus, non dicuntur ſingulares, † cum
tendant ad eundem rei finem: non enim ſingula-
res dici poſſunt teſtes, quando agitur de proban-
do certum quid in genere, Iaco. de Are. in l. teſtiũ,
C. de teſtib. quem ſequuntur plures citati a Crau.
d. conſi. 73. num. 32. Pariſ. d. conſi. 57. num. 43. &
ſeq. Ant. Gabr. comm. opin. lib. 1. tit. de teſtib. cõ-
cluſ. 2. num. 19. vbi infert ad plura, & in ſpecie de
confeſſione ponit Caſtr. d. conſi. 381. col. fin. quia
non tam agitur ad probandum confeſſionẽ, quàm
ad probandum principalem exceptionem, ſeu de-
ductionem, vt eſt debitum, vel in noſtro caſu do-
natio, Dec. d. conſi. 650. nume. 10. vbi dicit quod
vnus adminiculatur alteri, Bertran. loco prędicto,
quia ſufficit quod teſtes concordent in eundem
rei finem, licèt diſcordent in tempore, & ſat eſt
quod de eadem re deponant, latè Rol. qui loqui-
tur in confeſſione, d. conſi. 82. num. 42. vbi infini-
tos cumulat authores.

Tertio reſpondeo, quod teſtes prędicti nõ ſunt
omnes ſingulares, quinimò ſunt conteſtes: nam
Paſquinus Canis, & Petrus Vicinus inuicẽ ſe no-
minant, & deponunt de eodem loco: nempe in lo-
co Varengi, & vbi ius reddi ſolet; & de eodem tẽ-
pore, id eſt de anno 1568. & licèt alij teſtes nõ ſcri-
47 ptos referant, tamen in dubio præſumuntur † cõ-
teſtes, & fieri debet interpretatio vt teſtes concor
dent, Bald. in l. de quibus, ff. de legib. Dec. d. conſi.
650. num. 8. Crau. in conſi. 79. nu. 9. & conſi. 151.
num. 15. addo Fely. in cap. licèt ex quadam, col. 5.
de teſtib. Brun. in tract. de form. folio 86.

Poſtremò

48 Poſtremò vbi eſſent ſingulares, facerent † oĩ ca
ſu indicium, vt probat Alc. in conſ. 77. in fi. vol. 1.
ẽt ad torturam, vt dicit Soc. in conſ. 54. col. 1. vol.
3. quẽ defendit Crau. in cõſ. 73. nu. 4. addo Gram.
in conſi. 57. nu. 12. vbi dicit ꝙ teſtes ſingulares fa-
ciunt præſumptionem, & probant plura indicia,
quæ deinde ſufficiunt ad torturam, allegat mod. in
tract. de indic. & tortu. idem voluit Gram. in deciſ.
34. nu. 30. & 35. Carrer. in l. 2. nu. 108. C. quor. ap
pel. non recip. Natta in conſil. 369. in fi. vbi dicit,
quod teſtes ſingulares, de diuerſis indicijs depo-
nentes, ſufficiunt ad reũ torturæ ſubijciendum.

Septima in medium affertur cõiectura ex con-
feſſione facta a teſtibus, qui leguntur deſcripti in
inſtrumento donationis: hi etenim ſæpe dũ viue-
rent, dixerunt, ꝙ Iacobus Vlla donauerat per in-
ſtrumẽtum omnia bona ſua Mattheo & alijs eius
nepotibus de Vlla, & de ea confeſſione deponunt
Franciſcus Mezanus, folio 447. Antonius de Pa-
trinis, folio 452. Paſquinus Canis, folio 395. Pe-
trus Vicinus, folio 502. qui omnes dicũt audiuiſ-
ſe hæc ab Vbertino Bollo, & dicti Paſquinus &
Vicinus allegãt ſe inuicem in conteſtes. Itẽ Fran-
ciſcus Mezanus, fol. 447. & Stephanus de Capſi-
nis, folio 524. dicunt audiuiſſe a Gulielmo Oglia-
cio, qui pariter erat teſtis inſtrumentarius. Franci-
ſcus quoque de Regibus, folio 432. dicit audiuiſſe
a Bartholomæo Rubeo, pariter inſtrumentario te
ſte. quibus omnibus non obeſt ſingularitatis vi-
tium, per ea, quæ latè dixi circa præcedentem con-
iecturam, & ad excludendum falſitatem atque ad
49 comprobandum inſtrumentum † plurimum con
ferunt dicta teſtium inſtrumentariorum, qui fa-
teantur factum eſſe inſtrumentum. ita arguit Ne-
uiza. in conſ. 8. nu. 40. & 49. ita quoque Crau. in
conſ. 65. nu. 6. ver. rurſus probatur. qui & ſi loquã
tur, quãdo teſtes depoſuerunt in iudicio, tñ idem eſſe
videtur, qñ extra iudicium depoſuiſſent. Natta in
conſ. 315. nu. 13. ver. accedit eodem, quinimò ad
probandum ueritatẽ inſtrumenti conſiderat Ruy.
in conſi. 144. nu. 11. vol. 4. quod notarius fecerat de
eo mentionem in alia quadam ſcriptura, quod ẽt
cõſiderat Menoc. quem citaui ſupra de arbitr. iud.
caſu 187. nu. 33. & ante eos Anch. in conſ. 242. nu.
2. verſ. ſecundò hoc coadiuuatur. dicit quod ceſſa
bit omnis ſuſpitio falſitatis contra inſtrumentum,
ſi idem notarius de eo mentionem fecit in alia ſcri
ptura, Ruyn. dicto conſ. 144. nu. 9. in fi. Bero. conſ.
90. nu. 6. & 8. in fi. vol. 3.

Ecce ergo quòd inſtrumentum hoc donationis
50 habet primordium veritatis, † proinde non põt di
ci falſum, l. cum filius, §. hæres, vbi Bart. Alber. &
Imola, ff. de leg. 2. Corn. in conſ. 26. nu. 15. vol. 2.
Cagnol. in proœm. ff. in princ. nu. 41. Gram. voto
26. nu. 12. Crau. in conſ. 46. nu. 4. Foller. in pract.
crim. in 2. par. ſecundæ part. princ. ver. item quod
commiſit falſitatem, nu. 35. Clar. in pract. crim. §.
falſum, nu. 34. Natta in cõſ. 132. nu. 6. vbi dicit nõ
eſſe falſum, quod habet veritatem ſuffragantem.

Nec dicatur, quòd confeſſiones Iacobi & te-
ſtium prædictorum, qui interfuerunt donationi
ſunt oẽs extraiudiciales, quæ ideo probant ſemi-
plenè tantum, non ẽt plenè: qñquidem eſt aduer-
tendum, quod hic non agimus de probãdo dona-
tionem cum ſuis qualitatibus, ſed ſolũ de proban-
do in genere, quod Iacobus donauerit, & ideo vt
conſtet quid eſſe geſtum, ſufficit ſemiplena proba
tio: hinc videmus, quod & ſi res inter alios acta nõ
noceat tertio, nec probet niſi ſemiplenè in fauorẽ
51 vel odium tertij: tamen bene probat † plenè, rem
ſic fuiſſe geſtam, l. geſta, C. de re iud. Bart. in l. 2.
nu. 12. C. de eden. vbi Bald. nu. 18. Alex. num. 14.
Dec. nu. 51. Purpur. nu. 80. & Ripa, nu. 33. Felyn.
in cap. cauſam quæ, il ſecondo, nu. 25. extra de te-
ſtib. Natta in conſ. 98. nu. 5. in conſi. 309. nume. 5.
Didac. qui loquitur de inſtrumento inter alios ce-
lebrato, pract. quæſt. nume. 20. in fi. ver. his uero.
Crau. in conſil. 65. num. 6. Cæphal. in conſil. 215.
num. 56. & Iacobo dicenti ſe donaſſe credendum
eſt, quia in his quæ pendent ab animo, confeſſio
52 extraiudialis plenè † probat, Bar. in l. certum, §.
ſi quis abſente, num. 3. ff. de confeſſ. Bal. in l. gene-
raliter, num. 16. C. de non num. pecun. Alexan. in
conſi. 110. volu. 7. conſil. 187. nume. 12. uolum. 2.
Afflict. in deciſ. 175. nu. 4. Marſi. in rub. C. de pro-
bat. nu. 93. Pariſ. in conſi. 92. nu. 28. uol. 1. Maran.
de ord. iud. in 6. par. §. quintus actus, nu. 17. Rol.
in conſi. 82. nu. 38. uol. 2. Gabriel. comm. opin. lib.
1. tit. de confeſſ. concluſ. 1. nu. 51. & ſanè cum aga-
mus de comprobatione donationis, negari non
poteſt, quin talis confeſſio Iacobi & teſtium, maxi
mum conferat adiumẽtum, & iam ſupra allegaui
Doct. qui ad excludendum falſitatis ſuſpicionem
utuntur dicta confeſſione, pcipuè cum inſtrumen
tum alioquin de falſo ſuſpectũ comprobari poſſit
indicijs, coniecturis, & præſumptionibus.

Poſtremò facit, quia in dubio fieri ſemper de-
53 bet interpretatio, † per quam falſitas excludatur,
Bald. d. l. iuriſgentium, §. quod fere, ff. de pact. Ale
xan. in conſi. 74. nu. 11. uol. 4. Iaſ. in l. ſingularia,
num. 48. ff. ſi cert. pet. Pariſ. conſil. 28. num. 50. in
2. uolum. poſt Dec. conſi. 175. nu. 5. multos alios
citat D. Becius in conſi. 78. num. 10. & 44. Foller.
in pract. crimin. in 2. par. ſecundæ par. uer. item ꝙ
commiſit falſitatem, num. 12. & latiſſimè probat
Alex. Sciat. in conſi. 117. nu. 38. & ſeq. inter conſil.
crim. diuerſ. quia, ut dixi, falſitas eſt delictum, &
in dubio fieri debet interpretatio excluſiua deli-
cti, d. l. merito, Ale. i conſ. 15. vol. 3. exornat Alcia.
in tract. præſ. reg. 3. præſ. 1. n. 2. & ſeq. Tiraq. de re-
tra. conſang. §. 26. gl. 1. n. 32. Crau. in conſ. 9. n. 20.
Accedat, Vlleuſes ſunt rei, & poſſeſſores, in quorũ
fauorẽ cæteris paribus, iudicandũ p iura vulgata.

His uerò omnibus coniecturis & probationi-
bus ad fauorem inſtrumenti laborantibus ſimul
coacervatis, infertur omnino ſtandum eſſe inſtru-
mento, etiam ſi contra illud aliquæ ſubeſſent ſu-
ſpiciones, quia per eas fides eſt impoſita inſtru-
mento. Nam etſi inſtrumentum de falſo ſuſpectũ
fidem non faciat; tamen hoc fallit, quando fides

in præſenti caſu dubitari poterat de ſanguinis cõ-
fuſione,vel prolis incertitudine,cum matrimoniũ
cõtraxerit octauo menſe a morte viri.& dicit Bal.
in l.decreto,C.ex quibus cau.inſa.irrog.quòd ti-
24 mor permixtionis ſanguinis † ceſſat poſt tres aut
quatuor menſes a morte viri, allegat ſic voluiſſe
Rayner.de Forliu.& Paul.de Leaz.Boer.in deciſ.
186.col.3.ver.ſed in terminis. licèt fortè aliud ſit;
qñ intra menſẽ nuberet,per ea,quæ ponit Didac.
d.c.3.§.9.nu.6.in fi.ſed quidquid ſumus extra om
nem dubitationem, & cũ prædicta ſit cõis opinio,
curandum non eſt de his, qui contrariũ tenuerũt.

Si verò priuandam matrẽ contendit filius pro
inde quod ſecundũ cõtraxerit matrimoniũ nullo
petito tutore, res erit in fauorem matris ẽt clara,
quia nõ ideo mater eſt priuãda donatione ꝓpter
nuptias,& legatis ſibi a marito factis: ea.n.ſola im
poſita eſt pęna,ꝙ nõ poſſit ſuccedere filijs,quib.tu
25 torẽ dari nõ † petijt,ut eſt tex.expreſſus in l.credẽ
dũ,in §.ſi uerò maritus, ff.qui pet.tut.vbi dicitur,
matrẽ negligentẽ in petẽdo tutorẽ dari filio, amit
tere quidẽ ſucceſſionẽ inteſtati filij, ſed conſequi
poſſe

poſſe fideicommiſſum, ꝙ maritus in ſuo teſtamen
to poſt morte filij reliquit, & ibi hoc notat gl. & ra
tio ſecundũ Iacobũ de Are. & Pet. quos citat, & ſe.
quitur Bar. quia mater nõ deliquit circa bona ma
riti, propterea in eis nõ debet puniri, ſed bene in
bonis filij, in quibus nõ petendo tutorem, videtur
delinquere, Bar. in l. 2. n. 9. ff. eo. tit. vbi dicit, quòd
mater non excluditur a ſubſtitutione fideicõmiſ-
ſaria propter non petitum tutorẽ, quia eã conſe-
quitur ex bonis mariti, non filij: ſecus autem eſſet
in pupillari, quæ bona defert tanquam filij, Bal. in
l. omnem, in prin. C. ad Tertul. vbi idem dicit in le
gato facto per maritum, vbi Caſtr. nu. 3. & ibi hoc
voluerunt Cyn. Alb. Sal. & Corn. Sal. in d. l. ſciãt,
nu. 13. & 14. C. de legit. hæred. vbi loquitur de le-
gato & de fideicõmiſſo, & ſequitur ibi Corn. col.
2. hanc quoque opinionem in legato vſusfructus
probauit Aret. in conſi. 40. in fi. vbi dicit priuari ſo
lum ſucceſſione filij. addo glo. fi. in l. cum a matri-
bus, C. qui pet. tuto. quę loquitur in fideicõmiſſo,
ſequitur Aret. in §. fi. nu. 3. ver. in glo. ſcituris, Inſti
tu. de Senatuſconſ. Tertull. qui loquitur tam de le
gato, quàm de fideicõmiſſo, Neuiz. in Silua nup.
lib. 2. n. 53. in fi. ver. limita decimoquarto, Maran.
d. l. is poteſt, nu. 181. ff. de acqui. hæred. vbi dicit eſ
ſe ſingularem limitationem per rationẽ, q̃ poſuit
Bar. in d. §. ſi vero maritus, Capra in conſi. 70. nu.
7. vbi explicitè dicit, quòd etſi priuetur filij ſucceſ
ſione, tñ non priuatur legatis ſibi factis a marito,
Eman. a Coſta in c. ſi pater, in 2. par. in ver. ſuper-
ſtite matre, nu. 22. de teſtam. Anto. Gabr. d. concl.
9. nu. 24. quare cum hic non agamus de filij ſucceſ
ſione, ſed de donatione ꝑꝑ nuptias, & de legatis
ſactis a viro, non erit dubitandum de priuatione.

Quinimò ſi caſus dediſſet, ſuccederet D. Barba
ra filio: nã etſi tutorẽ ille non petierit, tñ non ideo
priuãda foret, quãdoquidẽ tunc mater tenetur tu
26 torem filio petere, qñ nullus extat † teſtamenta-
rius vel legitimus, vt dicitur expreſsè in l. 2. §. his
illud, C. quan. muli. tute. off. fun. poſſ. & habenti tu
torem, neque dari, neque peti poteſt tutor, l. cum
iure, C. qui pet. tuto. Soc. in conſi. 20. nu. 4. vol. 1.
& in terminis, quòd non imputetur matri ſi non
petijt tutorem, qñ extabant teſtamentarij, hoc vo
luit Bal. in cõſ. 403. vol. 4. & in l. omnem, nu. 8. C.
ad Tertul. vbi dicit, quòd ſi mater babet contuto-
rem teſtamentarium, poteſt ei rationem reddere
alio non petito tutore, quia ille remanet tutor in-
ſolidum; & ita vult non eſſe petendum tutorem,
quando adeſt teſtamentarius, idem tenet Soc. d.
conſi. 20. nu. 4. & id præcipuè verum eſt, quando
contutores erant ſufficientes adminiſtrandæ tute-
læ, vt per Bal. in conſil. 489. col. 1. vol. 4. qui dicit
non eſſe neceſſe quòd tutor petatur, Dec. in conſi.
246. in fi. Neuiz. d. lib. 2. nu. 52. Pariſ. in conſi. 41.
nu. 59. vol. 2. Soc. iun. in conſi. 16. num. 6. & 10. &
ſeq. vol. 2. vbi per multa probat, quòd tunc ſolum
tenetur mater tutorem petere, quando locus eſt
tutori datiuo, & ita quando deſunt teſtamentarij
& legitimi. & concludit excuſari matrem, quando
ſolus extat legitimus, quia ſi de tutore prouiſum
eſt a lege, vel ab homine, non eſt curandum, quòd
mater eam fecerit vel non fecerit diligentiam, alle-
gat Bar. Alc. Corn. & alios, ſubdens eſſe commu-
nem opinionem, Soc. in conſ. 153. num. 38. vol. 2.
Plot. d. tract. de in lit. iu. §. 5. nu. 25. Maran. in d. l.
is poteſt, nu. 201. uer. decimo ſextò limita, vbi lo-
quitur de tutore teſtamentario. & nu. 193. vbi in
legitimo, Aſcan. Clem. d. trac. patr. poteſt. c. 4. nu.
36. Gab. d. concl. 9. n. 33. vbi ſolum allegat Guid.
Papæ, Port. Imo. commu. opin. lib. 5. concl. 4. lim.
13. & limit. 17. in pręſenti autem facto extabãt Do
mini Io. Mattheus Gaia, & Hieronymus Canis, ſo
rorius primi mariti, qui eos dedit tutores in ſuo te
ſtamẽto, propterea nõ erat opus ꝙ mater alios pe-
teret tutores, cum præſertim alij dari non poſſent.

Eſt verũ, ꝙ ſi ageretur de ſolis legitimis tutori-
bus, neceſſe fuiſſet matrẽ expreſsè renũciare tute-
lę, q̃a ipſa pręfertur omnibus, auth. matri, & auiæ,
C. quan. mul. tute. off. & donec ipſa declarat, an ve
27 lit † vel nolit tutelã aſſumere, filius nullũ habet tu
torem legitimũ, ita Bar. in l. 2. nu. 3. ff. qui pet. tut.
idem dicit in l. 2. §. qui ſi pater, ff. ad Tertul. q̃a nũ-
quã poteſt legitimus adminiſtrare, niſi poſtquam
mater recuſat tutelam. & infert ideo matrem pri-
uari ſucceſſione, ſi tutelam non ſuſcepit, neque re
cuſat, etiã ſi legitimi extent tutores, Bal. in d. l. om
nem, nu. 5. C. ad Tertul. vbi dicit quòd ſi pupillus
habet vel alium legitimum tutorem, poteſt mater
illi rationem reddere, dũmodo renunciet tutelam,
alias nõ excuſatur, idẽ Bal. in l. precibus, n. 18. ver.
ſed quid ſi mater non adminiſtrauit, C. de impub.
vbi dicit, matrẽ debere publicè apud acta remitte
re tutelam, quia hoc modo via legitimis aperitur
adminiſtrãdi. & ſubdit gl. in d. l. matres, quæ dicit
matrẽ excuſari ꝑꝑ legitimos, intelligi, qñ via ad-
miniſtrationis eſt legitimis aperta, quia mater tu-
telæ renũciauit, alias ſecus, Soc. in d. cõſ. 16. nu. 19.
Nã cũ pręcedat mater, nemo eſt legitimus, & ita
declarat Maran. in d. l. is põt, nu. 193. dicẽs eſſe cõ
munẽ intellectũ ad gl. in d. l. matres. eſt enim ma-
28 ter tutrix nõ neceſſaria, † ſed volũtaria, & poteſt ſi
vult tutelã ſuſcipere: verũ ad id cogi nõ põt, d. au-
thẽ. matri & auiæ, Bar. ĩ d. l. 2. n. 3. & 10. ff. qui pet.
tuto. Soc. iun. d. cõſ. 16. n. 21. quia quòd mater poſ
ſit eſſe tutrix filiorũ, inductũ fuit nouo iure in eius
fauorẽ, ꝑpterea nõ debet in odiũ trahi, vt fieret ſi
mater cogeretur, Bero. fami. q. 66. n. 8. Maran. d. l.
is põt, n. 194. Gram. cõſ. ciuili 51. nu. 6. alios citat
Aſca. Clem. d. tract. de patr. poteſt. c. 14. n. 32. con
ſtare ergo debet de eius voluntate, vt ſit locus tu-
torib. legitimis. quinimò nõ ſufficit, ꝙ taceat & pa
tiatur legitimũ de facto, & ſine decreto adminiſtra
re, q̃a ꝑ hoc nõ videtur recuſare tutelam, vt decla-
rat Bal. in d. l. precibus, n. 18. ver. ſed quid ſi mater
nõ adminiſtrauit. licèt ĩ hoc cõtrariũ teneat Sal. in
l. ſciãt oẽs, C. de legit. hęr. quẽ ſequitur Soc. iun. d.
cõſ. 16. n. 21. ſed in caſu noſtro hęc nõ obſtãt, quia
mater non excuſatur hic propter exiſtentiã legiti-
mi, ſed teſtamẽtarij tutoris, qui remanet inſolidũ

tutor matre tranſeunte ad ſecũda vota:nec impeditur adminiſtrare propter matrem, etiã ſi mater non tranſiret ad ſecunda vota:q̃a etſi mater in tutela præferatur legitimis,nõ tñ teſtamentarijs pręfertur,vt expreſsè dicitur in d.auth.matri & auiæ.

Præterea in facto,de quo agimus,mater tranſiuit ad ſecunda vota intra annum, & ideo abſque
29 eo quòd tutelę renunciauerit,ipſo iure † deſijt eſſe tutrix,cũ alium non petierit tutorẽ, auth.ſacramentum,C.quando mul.tut.off.fun.& ibi omnes notant. & triplex eſt ratio, prima p̃p inhoneſtos mores, ſecunda propter matris affectionem erga filios,tertia propter ſuſpitionẽ dilapidationis. ita Corn.in conſ.113.col.3.ver.nam licèt ſit communis,vol.4.vbi ſubdit,matrem tranſeuntem ad ſecũda vota,haberi prọ mortua quo ad tutelam. idem Corne.in conſ.13 a.nu.7.vol.a.Dec.in c.ex parte, de appellat.vbi alios citat, Bero.d.quæſt.66.nu.5. ver.ſecundus caſus, vbi poſt Salic. dicit matre tutrice ad ſecunda vota tranſeunte non eſſe locũ tutori datiuo,ſed legitimo,quia definit ipſo iure eſſe tutrix,Neuiz.d.Silua nup.par.a.n.50.vbi quid ſi non nupſit,ſed animum habuit nubendi. & ponit,quid ſi pœnituit,vel ſi deceſſit ſecũdus vir, an poſſit reaſſumere tutelã, Boer.in deciſ.124.nu.12. vbi loquitur in matre teſtamentaria tutrice, & in deciſ. a66.nu.4. vbi an reaſſumat tutelam q̃ amiſit;item an eam perdat per ſola ſponſalia,Maran. d.l.is poteſt,nu.203.Caualca. in tract.de tuto. & curat.nu.184.&nu.307. vbi loquitur etiam in teſtamẽtaria, de quo Gabriel.alios addens d.concl. 9.nu.6.Aſcan.Clem.d.c.4.nu.33.vbi nu.39. an illam reaſſumat,ſi pœniteat,vel decedat ſecũdus vir, Mantua in conſ.159.nu.17.vol.1.& Tiraq.plures cumulat in tract.ceſſan.cauſa,limitat.12. nu.8.& ſeq.cum ergo fuerit per tranſitum ipſo iure priuata tutela, non deſijt filius ſine tutore ſtãtibus alijs duobus teſtamentarijs, & eodem modo excuſare tur,ſi extitiſſent legitimi.

30 Demum clarum eſt,ꝙ mater habet † annum ad petendum tutorem,l.ſciant,C.de legit.hęred.§.fi. Inſtit.ad Tertullia.& licèt in l.2.§.ſi mater, ff. ad Tertul.dicatur,quòd mater debet confeſtim tutorem petere,tamen illa dictio declaratur per ius nouum,de quo in d.l.ſciant,vt ibi declarat Bald.Sal. & alij,& hanc dicit communem Aret.in d.§.fi.nu. 1.dicens eſſe tenendam hanc opinionem tanquã magis æquam,Corn.in cõſ.101.nu.9.vol.3.Dec. in d.c.ex parte, Ruy.conſ.8.nu.16.vol.3.Soc.iun. conſ.119.nu.13.& conſ.8.nu.16.vol.1.vbi infert, quòd ſi pupillus moriatur intra annum,mater excuſatur, Maran.qui idem dicit in d.l.is poteſt, nu. 189.vbi ſubdit poſt Bal.quòd ita cõmuniter practicatur,ſecundum ius nouũ,Aſcan.Clem.d.trac. c.4.nu.41.ſed intra annum nupſit atque ita finita eſt ſua tutela, quæ inſolidum remãſit penes alios teſtamentarios tutores,vt ſupra dictum eſt,atque non opus fuit alium petere tutorem.

Nec moueat quod mater teneatur curare nedũ dari tutorem, ſed etiam quòd tutor rectè tutelam ſuſcipiat,& adminiſtrationem gerat;quia reſpondeo matrem etiam moroſam, & quæ defecerit in his omnibus,non ea pœna plecti vt perdat legata, atq; alia,quæ lucratiuo titulo eſt cõſequuta a marito,ſed ſola priuatur filij ſucceſſione,de qua nunc non agitur,vt ſupra demonſtrauimus. Secundò reſpondeo,quod ſi ageretur de ſucceſſione filij, idẽ eſſet, quia dictũ eſt ſupra matre tranſeunte ad ſecunda vota totelam inſolidum remanere apud teſtamentarios tutores: ſed mater eos ſolos tutores compellit ad faciendum inuentarium, & ſolemniter adminiſtrandum, quos petijt dari pupillo; & ita contrariũ procedit in tutoribus,qui dantur ad matris petitionem,l.fin.§.perſonis,C.de adm.tu-
31 to.in teſtamentarijs † autẽ non reperitur iure cautum,vt inquit ibi Bar.in fi.ergo non eſt ad eos inferendum,l.illam,C.de collation.præcipuè cũ d.l. ſciant,ſit pęnalis,& cõſequenter non extendenda, c.odia,de reg.iu.in 6.vt in terminis d.l.dicit Ang. in conſi.37.in fi.Aret.§.fi.nu.5.Inſtit. ad Tertull. Soc.iun.conſi.16.nu.31.vol.a.& latius idem probat Bar.in l.2.ff.qui pet.tuto.nu.3.vbi dicit quod mater non compellit legitimũ tutorem ad adminiſtrandum, nec punitur ſi hoc non facit, quia cura legitimi tutoris non eſt ſibi iniuncta,& l.ſciant, non imponit matri neceſſitatem petendi vel agendi,vt ſupra,quando lex uel teſtator facit aliquem tutorem, Bal.in l.matris pietas,C.qui pet.tut.vbi ait eſſe menti tenendũ, ꝙ mater nõ habet ſe intromittere de legitimo vel teſtamentario tutote,& in d.l.precibus,nu.18.dicens,ꝙ mater non debet eſſe ſolicita,niſi circa petitos a ſe:prouidentia enim teſtatotis matrem excuſat,vt ſciat ſe non babere intromittere de perſona pupilli, quæ principaliter venit in tutela:ita nec in adminiſtratione,quæ venit acceſſoriè,& in conſi.403.vol.4.Soc.d. conſil. 20.nu.4.vol.1.idem voluit Salic. poſt Cyn.in d.l. fi.§.perſonis.& dicit Corn.in d.l.ſciant omnes, ꝙ eſt communis opinio,eamq́;comprobat multis rationibus,& defendit ab omni impugnatione Soc. iun.in conſ.16.nu.28.& ſeq.vol.1.quia lex id oneris matri iniungit,quando pupillus nullum habet tutorem teſtamentarium vel legitimum, & quando habet vnum ex eis,ſat eſt pupillo cõſultũ, quia tutor tenetur non ſolum de adminiſtratis,ſed etiã de neglectis, & ſemper pupillo obligatur, q̃uis nõ adminiſtret, & reprehendit Bal.qui contrariũ tenuit in quodam conſilio:ita quoque declarat Maran.in d.l.is poteſt,nu.180.quod tamen procedit ſolum,vbi allegat Corn.in conſi.40.vol.3.qui mihi id non dicit.quare cum ex prædictis hæc deprehendatur communis opinio,non eſt curandum ꝙ in vno loco Bal.cõtrarium tenuerit,qui alibi ſemper hanc eſt ſequutus.non etiam eſt curandum de gl.in l.2.§.ſi mater,ff.ad Tertullia.& in d.l.matris pietas,C.qui pet.tuto.quia vt declarat Salic.in d. l.ſciant,loquatur in tutore petito a matre, quamuis diuerſam tenens ſententiam Aret.in §.fi.nu.5. Inſtit.ad Tertull.dicat ſe ſecundum dictas gloſſas eo anno conſuluiſſe Pergami.

Parum

Parum ĕt contradicit glo. in d.l.2.§. quid ſi pa-
32 ter,ff.ad Tertullia. quia loquitur, † qñ mater tu-
torem legitimũ præcedebat, & non declarauerat
velle ſe habere, vel recuſare tutelã: tunc enim, quia
ante matris declarationem nemo eſt legitimus, vt
dixi ſupra ver.eſt verum,ꝙ &c̄.adminiſtratio legi-
timi ĕt matre ſciente non eam excuſat, ſed quan-
do mater in tutela non procedit legitimum, vt qñ
tranſiuit ad ſecunda vota, quo caſu idem eſt ac ſi
mater eſſet mortua vel non extaret, vt ſupra in lo-
co prædicto: vel quando extat teſtamentarius, tũc
ſiue adminiſtret, ſiue nõ, ſemper mater excuſatur,
& ita loquitur Bald.d.l.precibus,num.18.ver.ſed
quid ſi mater, in fi.ubi expreſsè dicit,ꝙ ſi mater re
nunciauit tutelæ, excuſatur, ex quo per eius renun
ciationem aperta eſt via legitimo. in præſenti au-
tem caſu fuit locus teſtamentarijs tutoribus inſoli
dum propter matris tranſitum ad ſecunda vota.

Quòd ſi priuãdam arguit matrem eo quòd an-
te ſecundas nuptias non reddiderit rationem an-
tea geſtæ adminiſtrationis, & non reſtituerit reli-
qua, qua ratione mater non ſolum efficitur inca-
pax ſucceſſionis filialis, ſed ĕt priuatur omni reli-
cto, atque his omnibus, q̃ habuit ex mariti libera-
litate, ſ'm iura ſupra allegata in contrarium, in ter-
tio capite, erit quod aduertatur: Nã Domina Bar
bara quamuis a marito relicta fuerit tutrix cũ pr̨
dictis Dñis Ioan.Mattheo, & Hieronymo, tamen
non ſuſcepit tutelam, nec curauit ſibi adminiſtra-
tionem decerni, nec fecit inuentarium, aut alia ſo-
lemnia, & clarũ eſt, quòd fuit in poteſtate matris
tutelã non aſſumere, quia officium tutel̨ quod in
cæteris eſt neceſſarium, eſt in matre uoluntarium,
d.auth.matri & auiæ, & dixi ſupra, uer. eſt verum,
iura autẽ, quæ mandant matrẽ debere renunciare
tutelæ, rõnem reddere & reliqua reſtituere ante-
quàm tranſeat ad ſecunda vota, loquuntur de ma
33 tre tutrice, † non de ea, quæ non aſſumpſit tutelã,
vt declarat Bald.in conſ.366. & in conſi.403.vol.
4.& in auth.eiſdem,nu.2.C.de ſecun.nup. ubi di-
cit, quòd matres, q̃ non gerunt tutelam, nullã pa-
tiuntur p̨nam, ſi tranſeuntes ad ſecundas nuptias
non petunt tutorẽ dari filijs, nec rationem reddũt
adminiſtrationis, præterquam ꝙ priuantur ſucceſ
ſione filiorum. idem voluit Caſtr. in conſ.417.nu.
2.uol.1.dicens, non puniri matrem, qų non ſuſce-
pit tutelã, ſi non reſtituit reliqua. & probatur opti
me in d.l.omnem, C.ad Tertullia. ubi conditiona-
liter priuatur, ſi ſuſcepta tutela ad ſecundas nu-
ptias conuolauit, nõ ſeruatis his de quibus ibi, de-
ficiẽte conditione, nõ eſt locus priuationi ordina-
tè in d.l. hanc ĕt ſententiam ſequutus eſt Firmian.
in ſuo reper. in uerbo, mater ſecundo nubens, uer.
30.dicens, quòd mater nõ tutrix ſucceſſione filio-
rum priuatur, ſi ad ſecunda uota tranſeundo tuto
rem non petit, & non reſtituit reliqua, ſed alias nõ
patitur p̨nas, Io.de Garron. qui idẽ tenet d.auth.
eiſdem,nu.8. ſubdẽs hanc eſſe notabilẽ limitatio-
nem. Et prædicta procedunt ĕt in matre, quæ ad-
34 miniſtrauit bona † filiorum, quia ſi non ſuſcepit
tutelã, non perdit relicta ſibi a viro, q̃a iura loquũ
tur de matre tutrice: non ergo verificantur in ea,
quæ tutelã non geſſit, quoad priuationem relicto-
rum, licèt perdat ſucceſſionem, & ita loquitur gl.
in d.§.ſed ſi pater,ff.ad Tertullia.& Bal. in d.l.pre
cibus,nu.18.dũ dicit, quòd talis adminiſtratio nõ
eſt tutelaris, ſed apertius declarat Bal.ĩ d.l.omnẽ,
nu.9.C.ad Tertullia. vbi ait quod ſi mater minor
adminiſtret bona filij, & tranſeat ad ſecunda vo-
ta, tutore non petito, ratione nõ reddita, & nõ re-
ſtituto reliquatu, non punitur per illã legem, quia
eſt rigoroſa, & p̨nalis; & loquendo in tutrice nõ
habet locũ in protutrice, & clarius idem Bal.in l.
cum oportet,§.fi,nu.4.ver. modo ergo incidẽter,
C.de bon.quæ libe.vbi concludit, quòd mater, q̃
tutela filij nõ ſuſcepta adminiſtrauit, licèt perdat
filij ſucceſſionem, ſi tranſiuit ad ſecunda vota nõ
petito tutore, & non reddita ratione: tñ alijs p̨nis
non plectitur, quoniã qų tutelam nõ ſuſcepit, nõ
dicitur eam ſpreuiſſe vel nupſiſſe contra fidem of-
ficij, ſequitur Caſtr.in d.l.omnẽ,nu.5. vbi intelli-
git gl.in d.§.quod ſi pater, loqui, qñ mater nõ pe-
tijt tutorem, vt ſcilicet eo caſu priuetur ſucceſſio-
ne filij, non autẽ patiatur alias p̨nas, quia admi-
niſtrauerit, idẽ tenet Fel.in d.c.eccleſia ſanctæ Ma
riæ,nu.32.de conſtitu. dum allegat Bal. limitantẽ
in d.§.fi.Dec.in conſ.591.nu.4.& 5.vbi adducit,
ꝙ lex p̨nalis loquens in tutore, non extenditur ad
protutorẽ, l.fi.C.de interd.matrim.Io. de Garro.
d.auth.eiſdem,nu.8.Soci.iun.in conſi.8.nu.11.&
ſeq.& in conſ.9.num.2, & ſeq.vol.1.& nouiſſime
Gabriel.d.tit.de ſecun.nup.concluſ.9.num.27. &
mouentur omnes ea ratione, quia l.omnem, & §.
35 ſinautem tutelã, ſunt p̨nales, odioſæ, † & rigoro-
ſæ, ideo non extenduntur vltra caſus, & terminos,
de quibus in eis, Bal.d.l.omnem, nu.9.Garron.d.
auth.eiſdem,nu.9.Dec.d.conſi.591.Socin.iun.d.
conſi.8.nu.13.d.conſi.9.nu.4.& in conſi.16.num.
34.volum.2.& per rationem Bal.d.l. omnem, in-
36 fert ad matrem minorem, † quæ licèt ſuſcipiat tu
telam, & adminiſtret: quando tamen tranſit ad ſe-
cunda vota, non reddita ratione, non patitur pœ-
nas dictæ l̨gis, quia de iure non potuit admitti ad
tutelam, ſequitur ſimpliciter alios non allegans
Socin.iun.d.conſi.8.num.10.& ſeq. & d. conſi.9.
vbi addit Bart.& Alex.Garron.in d.auth.eiſdem,
nu.9.Dec.d.conſi.591.num.4.& ſeq. quod pro-
37 cedit etiam ſi facta maior † nullã redderet ratio-
nem, per ea, qų ponit Iaſ.in l.minoribus,nu.7.C.
de his, quib.vt indign.vbi refert ſe ita conſuluiſſe,
Neuiz.in Silua nup.lib.2.nu.53.ver. limita nonò,
Maran.d.l. is poteſt,nu.191.Gabriel. qui alios ci-
tat, d.concluſ.9.nu.34.dum dicunt, quòd ſi minor
erat mater, quando ſecundas contraxit nuptias,
excuſatur, licèt tutorem non petierit, quamuis ma
ior facta ſit durante pupillari ætate.

His verò non obeſt, quod l.omnem, procedat
etiam in matre, qų non ſuſcepit tutelam, ſed ad-
miniſtrauit nõ ſeruatis ſolemnibus, ſecũdũ Caſtr.
& Bruu.ſupra in contrarium citatos.ad hoc enim,

in

in quo tota reſidet difficultas præſentis conſulta-
38 tionis,reſpondeo primò,quòd Caſtr.† loquitur,
quando mater acceptauit tutelam, ſed non fecit
inuentarium, nec alia fecit ſolemnia: tunc enim
iuſtè priuatur relictis ſibi factis a viro,& ita oſten-
dunt eius verba,colum.2.ver.nec debet iſta,dum
facit mentionem de tutela minus legitimè decre-
ta,ſed apertè Caſtr. ſeipſum declarat in fi.2. col.
verſ.ſi enim tutelam, dum expreſsè dicit, quòd ſi
mater non aſſumpſiſſet tutelam,non pateretur pę-
nas l.1.C.de ſecund.nup. quia non reperitur hoc
cautum in iure,niſi quando aſſumpſit tutelam.ec-
ce ergo quòd in ſuo caſu præſupponit, quòd ma-
ter tutelam agnouerit,& ſi non fuerit ſibi legitimè
decreta.in propoſita aũt quęſtione mater nõ agno
uit tutelam;& licèt adminiſtrauerit, tñ id fecit de
facto,& non tanquã tutrix, nec geſſit pro tutrice.

Reſpondeo ſecundò, ꝙ hæc Domina Barbara
rationem reddidit, & in ea compertum fuit, nihil
habuiſſe reliqui, propterea etiam ſecundum Caſt.
in d.conſi.154.non punitur mater priuationis pę-
na,quia vbi nihil erat reſtituẽdum,non erat etiam
reddenda ratio,ut per eum.

Tertiò rñdeo, quod Caſt.in loco prædicto non
habet pro firmo,quòd mulier, quæ non legitimè
ſuſcepta tutela adminiſtrauit, priuetur relicti ſibi
a viro, vel patiatur pœnas, de quibus in d.l. oẽm,
ſed tranſit ad aliam reſolutionem,vt ſcilicet inſpi-
ciatur euẽtus calculorum,ſm proxime dicta,& ita
quoque rñdet Io.de Garron.in d.auth. eiſdẽ,n.9.

Poſtremò reſpondeo, quòd dictum Caſtr. eſt
falſum, & contra eum tenet Bal. in d.l. cum opor-
tet,§.fin.& alij ſupra in proximè pręcedenti verſi-
culo citati, qui volunt,quod mater, quæ admini-
ſtrat,ſi tamen non legitimè ſuſcepit tutelam, non
patitur dictas pœnas. faciunt etiam contra eum,
quæ de matre minore dicta ſunt, cui fuerit decre-
ta tutela,quia non punitur.

Rationes aũt,quib.Caſtr. mouetur,non ſatisfa
ciunt,& primò,ꝙ adminiſtrans minus ſolemniter,
non debeat melioris eſſe conditionis q̃ ea, quæ ad
miniſtrat ſolemniter: nam ſi dicamus eam admini
ſtraſſe non vti tutricem,res erit clara, quia nõ di-
citur minus legitimè adminiſtraſſe gerens aliena
negocia,p̃cipuè domino ſciente vel eius tutore;&
minus legitima adminiſtratio conſideratur in eo
qui gerit tutelam. quare huic matri quæ non fuit
tutrix, non conuenit hoc Caſtr. fundamentum. ſi
verò velimus eam geſſiſſe tutelam, ſed non legiti-
me, ut quia non fuerit ſibi decreta adminiſtratio,
nec fecerit inuẽtarium, adhuc nõ obſtat rõ Caſtr.
quia non eſt mirum ꝙ minus puniatur mater,quę
minus erat obligata,hoc eſt,quæ nihil promiſerat
Iudici circa filij adminiſtrrtionem,& quæ erat pu-
pillo obſtricta ſola legali obligatione, quæ vult ꝙ
tutrix teneatur rõnem reddere, & reliquatum re-
ſtituere,q̃ ea,quæ magis erat obligata, ideſt quæ
vltra prædictam legis obligationem tenebatur ex
propria ſui oris promiſſione facta Iudici,quando
39 ſibi decreta fuit tutela:duo †enim vincula magis
ligant,auth.itaque,C.com.de ſucceſ.c.1.de tregua
& pace. Præterea cum d.l.oẽm,ſit pęnalis, rigoro-
ſa,& odioſa, non debet extendi vltra ſuos termi-
nos ẽt ex identitate rõnis, vt ſupra diximus ex Bal
do & alijs. & facit in infligendis his pęnis plurimũ
ꝙ ab Imperatore conſideratur promiſſio quam fa-
cit mater ſuſcipiẽdo tutelam,vt legitur in d. §.ſin-
autem tutelam.ibi,iurans non ad ſecundas venire
nuptias, deinde contemnens,&c. & rurſus ibi, vt
etiam hoc ipſo iuſiurandum negligeret, &c. mox
neglectis Deo, &c. & quamuis imponantur il-
læ pœnę ẽt matri, quæ non iurauit ſecundas non
contrahere nuptias,vt dixi ſupra, in ver.tertia ra-
tione,in fi.quia hodie non eſt neceſſariũ iuramen-
tum,nec ſolent matres ſuſcipiẽtes tutelam iurare:
tñ hoc procedit ꝓp promiſſionem, quam faciunt
ſine iuramento,vt per Garron.d.auth.eiſdem,nu.
27.& ꝓpter obligationem, quã contrahunt pro-
mittentes Iudici facere ſolemnia, & vtilia mino-
rum,&c. quæ omnia ceſſant, qñ hæ obligationes
non interuenerunt. Secunda quoque rõ, quòd ſi-
cuti mulier ſuſcipiens tutelam & adminiſtrans ſi-
ne debitis ſolemnitatibus filiorum ſucceſſione pri
uatur, ita debet alijs pœnis prędictis puniri, non
eſt ſufficiens,quia nõ ſequitur, vnam patitur pœ-
nam,ergo debet pati plures. Item non eſt mirum,
ſi perdit filij ſucceſſionem, quia non legitimè ad-
miſtrando peccat circa rẽ pupilli, ſed non eadem
eſt rõ priuandi eã legatis factis a viro, & rebus ab
illo donatis, quia non peccat in maritum nõ rectè
adminiſtrãdo,vt dicũt Bar.Bal.& alij ſupra relati
in ver. ſi verò priuandã.item facilius tolli põt ſpes
ſucceſſionis filij,q̃ bona auferri donata,ſeu relicta
40 a marito, quia facilius tollitur ius† quærendum,
q̃ ius quęſitũ,glo.& Doct.in l. ſeruus, C.de pact.
& difficilius deſtruitur quod iam factũ eſt, quàm
41 qđ † eſt in fieri,l.patre furioſo, ff.de his, qui ſunt
42 ſui, vel alieni iur. & turpius eijcitur, † q̃ non ad-
mittitur hoſpes, c.quemadmodũ, §. alioquin, de
iureiur. Anan.in conſ.63.nu.1.in fi. Tiraq. de con
ſti. poſſ.par.3.limit.7.nu.43.Cur.iun.in cõſ.108.
nu.23.& videmus, quod ꝓp non petitum tutorẽ,
mater priuatur ſucceſſione filij, ſed non priuatur
his,quæ habuit a viro,vt dixi prædicto verſi. ſi ve-
ro priuandam. non valet ergo argumentum ita de
ductum,perdit mater ſucceſſionem filiorum,ergo
alias quoque patitur pœnas. Nec releuat ſolutio,
quę per Io. Garron.d.nu.9. & per Bru. in d.tract.
de poten.& aff.form. datur ad deciſionẽ Bal.in d.
l.oẽm,n.9. quòd ſcilicet mater minor minus pu-
niatur, quia ſine culpa ſua non rectè adminiſtrat:
at ſecus ſit in maiore, quæ adminiſtrat non ſerua-
tis ſolemnibus, cum ſit in culpa, & a ſua culpa ꝓ-
ueniat inhabilitas, quia non per eam rõnem excu
ſatur minor, ꝙ non ſit in culpa; quinimo eſt in cul-
pa,cum ſciens ſe minorem & conſequenter inha-
bilem,acceptauerit tutelam.ſed per aliã quia ſcili-
cet l.oẽm,loquitur de tutela legitimè ſuſcepta, &
de ea quæ põt eſſe tutrix,ſm Socin.iun.in d.conſ.
8.& conſi.9.ſeu verius ideo excuſatur, quia l.om-
nem,

nem,tanquam pęnalis & rigoroſa, ſuos non egreditur terminos,& loquendo de tutrice, non debet extendi ad protutricem, ſecundum Bal.in d.l.omnem,num.9. & ita Bal. non mouetur ex eo quòd ſit ſine culpa, ſed ex eo ꝙ diſpoſitio d. l.omnem, non trahatur extra ſuos terminos.

Remanet igitur ex prædictis firma concluſio, quòd ius foueat Domina Barbara contra filium & eius tutores pro conſequenda donatione propter nuptias facta a primo marito, nec poſſit aliqua ratione excludi quòd nupſerit intra annum luctus, quòd non petierit tutorem dari filio, vel ꝙ ſecundas contraxerit nuptias nulla adminiſtratorum ratione,& reſtitutione reliquorum facta.

Porrò cum adminiſtrauerit,non eo inficias,teneri eam rõnem reddere,quia regulare eſt,vt quicunque aliena geſſit negocia,rõnem reddat, & in matre eſt gl.fi.in l.ſi quis prioris,§.fi.C.de ſecun. nup.cum alijs apud Iaſ.in cõſ.157.col.fi.in fi.vol. 4.Dec.in conſ.591.nu.1. Ruyn. pulchrè in conſi. 212.nu.17.& 18.vol.1.vbi loquitur in matre,quę geſſit ſe pro tutrice, & vult quòd bona eius ſint filio obligata a lege pro rõne reddẽda,& reſtitutione reliquatus,Cæphal.in conſ.363.nu.9. Menoc. in tract.de arbit.iudi.caſu 209.nu.6.ſed id euincere conatus ſum,ꝙ non ideo patiatur pęnas d.§.fin. aũt tutelã,& d.l.oẽm,& l.primæ,C. de ſecun.nup.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtes publicatis atteſtationibus recipi poſſunt ſuper eiſdem, vel contrarijs capitulis, ſi pars producens non didicit teſtificata.*

2 *Teſtes publicatis atteſtationibus admittuntur, ſi nõ fuerunt didicita teſtificata,etiam ſi pars, qua vult teſtes producere,petijſſet publicationem,vel illi conſenſiſſet.ſed contra,nu.4.*

3 *Teſtes publicatis atteſtationibus non licet producere ſuper eiſdem,vel contrarijs capitulis.*

4 *Teſtes publicatis atteſtationibus,quamuis non didicitis,producere non poteſt,qui publicationem petijt vel illi conſenſit.*

5 *§.quia verò,in Authen. de teſtibus,quomodo intelligatur.*

6 *Teſtium productioni renunciare videtur, qui petit teſtes publicari.*

7 *Teſtes publicatis atteſtationibus produci non poſſunt,quando pars renunciauit productioni,licèt nõ didicerit teſtificata.*

8 *Teſtes publicatis atteſtationibus non producuntur, ſi eſt dubium,an ſint didicita teſtificata.*

9 *Teſtes publicatis atteſtationibus non producuntur, etiam ſi pars vellet iurare,& alia facere,de quibus in c.vltra tertiam,de teſtibus.*

10 *Iuramento alicuius non eſt ſtandum, quando contra eum militat præſumptio ſcientiæ.*

11 *Teſtes publicatis atteſtationibus nõ recipiuntur,etiã ſi primi fuiſſent nulliter recepti, quando pars, qua nunc vellet teſtes producere, inſtitit publicationẽ.*

12 *Approbare quis nõ videtur receptionẽ teſtiũ minus legitimè factã, quando petit eos teſtes publicari.*

CONSILIVM CLXXVI.

NON obſtante publicatione teſtium, videtur licere magnifico Domino Matthiæ Octauio nouos teſtes producere ſuper antiqua materia contra Dñum Euſebium Euſibionũ, quia ſola teſtium publicatio non excludit productionem,ſed neceſſaria eſt atteſtationum percon-
1 ctatio: quia vbi pars non didicit teſtificata, † non ſubeſt timor ſubornationis,qui eſt in cauſa,quòd non admittantur alij teſtes,ita gloſ.fi. in c. conſtitutis,il ſecondo,de teſtib.Spec.in ti.de teſte,§.ſatis vtiliter,num.9.verſi.quod aſit dixi, vbi inquit, qđ etſi publicatis atteſtationibus noui teſtes non recipiantur, tñ id intelligitur ſi partes didicerunt teſtificata,c.veniens,§.2.de teſtib.alias ſi non fuerunt didicita teſtificata, nec probationibus renunciatũ,poterit vna partiũ teſtes producere, licèt altera fortè perconctata ſit teſtium victa, Bal.in authen.at qui ſemel,num.4.C. de probat. vbi dicit, hoc tenuiſſe Io.And.in clem.de teſtibus. eandem ſententiam probarunt Gul. de monte Laud. Zen. & Steph.necnon Butr. in c. fraternitatis, de teſtibus,quos refert,& ſequitur Ale.in conſi.84.nu.4. vol.4.Corn.in conſi.27.col.5.verſ.nec obſtant adducta in contrarium, vol.3. & ad hoc plures citat Anto.Gabriel.com.opin.lib.1.tit. de teſtib.concl. 21.nu.28. & videtur hæc opinio probari ex tex.in §.quia verò,in Auth.de teſtibus, vbi vltra publicationẽ requiritur, quod pars legerit dicta teſtium, vt excludatur ab vlteriori productione.

Et quamuis prædicti Doct.loquantur indiſtinctè,videntur tñ idẽ velle, qñ publicatio eſſet facta
2 volente,vel ſaltẽ non contradicente † illo,qui vult alios teſtes producere, quia publicatio nõ eſt illa, quæ impediat productionem, ſed timor ſubornationis,qui ex eo naſcitur, ꝙ publicatis atteſtationibus pars præſumitur dicta teſtium legiſſe & didiciſſe: proinde vbicũque ceſſat perconctatio, ceſſat timor,& ſemoto timore admittitur noua teſtiũ ꝓductio, & in ſpecie hoc voluit Ang. in d.§. quia vero,nu.24.in fi. & hanc partem pluribus defendit Ale.in d.conſ.84.nu.4.vol.4.quia vbi ceſſat timor ſubornationis, tunc publicatio teſtium non nocet,& eam ſequitur Bonif. Vital. in clem.2.nu. 117.de teſtib. dicens, quòd ſiue publicatio facta ſit partibus inſtantibus,ſiue contradicentibus, ſiue vna volente,alia contradicente, ſemper ille qui nõ habuit notas depoſitiones teſtium,poterit nouos ꝓducere ẽt ſi eſſet ille, quo inſtante facta fuit publicatio,quia ſufficit, quod non habuit ſcientiã atteſtationum,licèt aliqui contrarium dixerint,& malè,ſecundum eum. & non obſtat quòd debeat eſſe aliquis finis producendi teſtes,quià reſpondetur alijs pluribus modis præcludi partibus viam producendi teſtes, nempe ſtatuendo terminũ, intra quem producat quaſcunq; probationes, quia eo lapſo non licebit vlterius probare. Item a iure præfinita fuit quarta productio teſtiũ,vltra quam

non

non admittantur,c.vltra tertiã,de teſtib.§.quia ve
rò,in Auth.eo.tit.ideò nõ fuit opus nouã exquire
re viam impediendi probationes,cum multæ aliæ
paterent. Minus monet,quòd pars, quæ vel petit
teſtes publicari, vel conſentit publicationi requi-
ſitę ab aduerſario,videatur renunciare vlteriori te
ſtium productioni:quia ad hoc reſpõdetur, quod
expreſſa partis renunciatio ſi non didiciſſet teſtifi
cata,vti probauit Azo.in ſumma,C.de teſtib.cir.
fin.multo ergo minus debet nocere tacita,quæ re
ſultat ex petita publicatione vel conſenſu pręſtito
ad ipſam publicationem.hanc partem tuentur ad
ditio.ad Fel.in d.c.fraternitatis,nu.11.quia in du-
bio probatio debet admitti,non autem impediri.

Verum tamen prædictis,& alijs nõ obſtãtibus,
quæ in contrariũ adduci poſſent,arbitror non lice
re D. Matthię in propoſito caſu,producere nouos
teſtes,ſtante publicatione teſtium ſuper eadẽ ma-
3 teria productorum,quia in contrarium facit † cõ-
munis regula,ꝙ publicatis teſtibus non licet vlte-
riores teſtes producere,quia probatur in c.frater-
nitatis,& in c.intimauit,de teſtib.clem.fin.eo. tit.
§.quia,in Auth.eo. & in auth. at qui ſemel, C.de
probatio.& licèt communis videatur opinio, hoc
procedere quando vltra publicationẽ cõſtat par-
tem percontatam fuiſſe atteſtationes; ſecus verò
eſſe,quando pars,quæ vult nouos teſtes examina-
re ea eſt,quę petijt teſtes a ſe productos publicari,
& petendo publicationem,videtur vlteriori teſtiũ
productioni renunciare,proinde alios non poteſt
producere,& ita cõmunis opinio,de qua pro par-
te cõtraria dictum eſt,procedit,quãdo publicatio
facta eſſet eo abſente, vel inuito, qui nunc tentat
alios teſtes producere;ſed quando eo conſentien-
4 te & petente publicatæ † ſunt atteſtationes,nõ ad-
mittitur ad producendum alios teſtes. ita contra-
rias Doctorũ ſentẽtias concordat Io.And.in c.cõ-
ſtitutis,in fi.de teſtib. dicẽs, quòd ſi publicatio fa
cta eſt altera parte inſcia, vel inuita, non impedit
productionẽ,ſed ſi fiat ea volẽte,viã præcludit ꝓ-
ductioni.eandẽ diſtinctionẽ ꝓbauit Bart.in auth.
at qui ſemel,nu.17.C.de probatio.quia vbi parte
petente vel conſentiente fit publicatio,tunc vide-
tur pars didiciſſe teſtificata, & quo ad partẽ con-
ſentientem dicta videntur eſſe aperta, & loquitur
in ꝓprijs terminis noſtris,qñ publicatio fit ea par
te petente, quæ poſtea vellet nouos teſtes produ-
cere.hanc quoque diſtinguendo tenuit Bal.in l.ꝑ
hanc,nu.16.C.de temp.appel.idẽ voluit Anch.in
conſ.223.per totum,vbi dicit, hanc ſententiã eſſe
conſonã æquitati probari iure,& ſibi maxime pla
cere,& loquitur qñ pars petijt teſtes publicari, &
ſubdit fortius hęc locũ habere,quamuis petens pu
blicari teſtes proteſtetur in ipſa publicatione, ꝙ
non vult diſcere teſtificata,quia huiuſmodi prote
ſtatio tanquam facto contraria,non releuat:peten
do enim publicationem, fateri videtur ſe habere
notas depoſitiones, & ſcire teſtificata. qui ergo
vult contrarium tenere,det textum vel Doctores,
qui limitent hanc regulam.ita Anch. in loco præ-
citato,cũ hac conciliatione tranſit, Card.in clem.
2.de teſtib.eam tenet,& multis comprobat Abb.
in c.fraternitatis, nu.6.de teſtib. & ibi Fel.nu.11.
qui limitat nonnullis modis. huius ſententiæ fuit
quoque Sal.in dicta auth.at qui ſemel,nu.9. dum
ſequendo Io.And.dicit,licere teſtes producere de
nouo,quando publicatio facta fuit ipſo inſcio:pręſ
ſupponit enim quòd ſi facta ſit eo petente, impe-
diat productionem,ſequitur Crot. in tractatu te-
ſtium,par.7.n.268. ver.octauo fallit,vbi dicit,cõ
munem eſſe opinionem,quod teſtes de nouo non
recipiantur,quãdo publicatio facta fuit parte præ
ſente,licet expreſsè non conſenſerit. nouiſſimè cũ
hac opinione pertranſit Purpur.in conſ.59.vbi lo
quitur, quando pars petijt copiam atteſtationum
poſt publicationem, petendo enim copiam, cenſe
tur approbare publicationem factã,& conſequen
tur excluditur ab alia productione.

Hæc verò ſententia probatur ex textu, §. quia
5 verò,in Authen.de teſtib.quem † ad hoc citat Bar.
in d.authen.at qui ſemel. & quamuis ipſe non in-
ducat, tñ meo iudicio probat ineuitabiliter, dum
dicit, ꝙ ſi pars, quæ vult nouos teſtes producere,
edictum acceperit,ideſt publicationem,& apertu-
ram teſtium acceptauerit, non admittitur ad aliã
productionem: & ita vult quòd ſi pars conſentit
publicationi, excludatur.legũt ibi aliqui editum;
alij verò codices habent edictum;ſed vtcũque ſit,
importat teſtium aperturam,ſecundum gl.& Bar.
ibi,nec dicat quis cum tex.loqui copulatiuè,partę
ſcilicet concludente,& edictũ accipiente: proinde
vtrunq; concurrere debere, nec alterum ſufficere:
quia rñdeo,hanc obiectionẽ tolli ex eodem tex.in
ver.ſi verò,dũ dicit,neque ſuſceperit edictum,ne-
que perlegerit atteſtationes.quibus verbis apertè
declarat excludi a probatione eum, qui etſi nõ ſit
percõnctatus dicta teſtium, tñ conſenſit publica-
tioni.Confirmatur,quia in eo tex. dubium facie-
bat,non quòd pars didiciſſet teſtificatã,ſed quod
conſenſiſſet publicationi: nam ſi conſtitiſſet, par-
tem,quę teſtes producere nolebat,vidiſſe teſtifica
ta,ſine dubio fuiſſet excluſa nedum a tertia produ
ctione,de qua ibi tractatur, ſed a ſecunda quoad
eadẽ capitula,vt probatur in illo tex.ver.illud du-
biũ,&c.tractatur ergo ibi de ſimplici partis cõſen-
ſu in publicatione teſtium.poſtquam enim tex.tra
ctauit de concluſione in cauſa, de renunciatione,
& de conſenſu adhibito in publicatione,ſubdit ex
cluſionem eſſe indubitatã,ſi pars didiciſſet teſtifi-
cata.Probatur itaque quod ſolus conſenſus exclu
dit,licèt pars non perlegerit dicta teſtium. & hoc
eſt clarum, quia iura quæ loquuntur de tertia pro
ductione concedenda cum legali ſolemnitate, nõ
procedunt, quando teſtes ſunt publicati; facta e-
nim publicatione non admittitur etiam cum illa
ſolemnitate,vti dicit Anchar.d.conſi.223.in fi.ſe-
quitur Fel.in c.in cauſis,col.3.de teſtibus.

Secundò cõfirmatur hęc opinio ratione,quan-
6 doquidem clarum eſt, quod qui petit teſtes † a ſe
productos publicari, videtur renunciare vlteriori

produ-

productioni, quia non poſſunt ſimul ſtare, quòd
producti publicentur, & quòd ſuper eodem arti-
culo alij producantur: ad quid enim conſentit pu-
blicationi, ſi nouos intendit producere, ut inquit
Abb. in d. cap. fraternitatis, & eſt quod imputatur
parti, quæ conſenſerit publicationi cum nouerit,
quòd illa eſſet cauſa, propter quam præcluderetur
ſibi poteſtas teſtium producendorum, vt in ſimili
quæſtione dixit Soci. in d. c. fraternitatis, in 4. con
cluſ. nu. mihi 36. ſicuti enim expreſſa renunciatio
excludit, c. conſtitutis, in fi. de teſtib. & in c. de te-
ſtibus, in fi. eo. tit. ita excludere debet tacita, cuius
par eſt virtus cum expreſſa, l. cum quid, ff. ſi cer. pe
ta. & non obſtat quòd renunciatio expreſſa non
excludat a productione, niſi cõcurrat ſcientia vel
perconctatio atteſtationum, vt voluit Azo in con-
trarium allegatus; quia reſpõdeo ſalſam eſſe eius
7 opinionem, & ſolam renunciationem † ſufficere
ad præcludendum viam productioni teſtium, vt
probatur d. c. cõſtitutis, de teſtib. probatur etiam
in d. §. quia verò, vbi ponitur de per ſe concluſio,
quam ibi gl. & Bart. exponunt pro renunciatione:
& glo. ibi poſt Ioan. gloſſatorem antiquũ, quẽ ci-
tat, tenet quod non requiratur perconctatio, ſed
ſufficiat renunciaſſe, & improbat contrariam ſen-
tentiam, idẽ tenuit Spec. in ti. de teſtib. §. ſatis vtili
ter, nu. 9. & in §. fi. nu. 4. vbi ſtante renunciatione,
vult ꝙ non liceat teſtes producere, ẽt ſi ea pars nõ
didiciſſet teſtificata, gl. & Doct. in d. c. de teſtibus,
Anch. d. conſi. 223. Felyn. d. c. conſtitutis, in fi.

Tertiò accedat, ꝙ debet eſſe finis aliquis produ
cendi teſtes, & poſt publicationem non ſolum re-
pelluntur teſtes, quia ſubſit timor ſubornationis,
ſed ẽt vt finis productioni imponatur, vt per Ioã.
And. Abb. & alios ſupra relatos. Nec reſiſtit ꝙ ali-
ter finis producendis teſtibus imponatur a lege:
quia rñdetur ꝙ etſi multis modis finis imponi poſ
ſit, tñ hic eſt vnus ex illis, & non inconuenit ꝙ ad
eundem finem prodita ſint a iure plura remedia,
ita ferè rñdet Abb. in d. c. fraternitatis, nu. 6. in fi.

Secundò reſpondeo, ꝙ tunc ſola publicatio nõ
impedit nouam teſtiũ productionem, qñ conſtat
producentem non didiciſſe teſtium dicta; ſed vbi
eſt dubium, an didicerit vel non, tunc ſola publica
8 tio † impedit, quia ea facit præſumi, quod pars di-
dicerit. ita tenet Butr. in c. fraternitatis, de teſtib.
quem ſequitur Abb. n. 6. quia ex publicatione ori
tur præſumptio, ꝙ partes teſtificata didicerint, &
ideo iura canonica ponderant ſolam publicatio-
nem, non aũt perconctationem. & hoc eſt, quod
voluit Bar. in d. auth. atqui ſemel, nu. 17. dũ dicit,
quòd ſi publicatio fit parte volente, iam videtur
attentaſſe quòd didicerit teſtificata, id quod pon
derat etiã Anch. d. conſ. 223. & Ant. Butr. refert,
& ſequitur Alc. in d. cõſ. 84. nu. 4. vol. 4. vbi diſtin-
guit vt ſupra, Corn. In conſ. 27. col. 5. verſ. nec ob-
ſtant adducta, vol. 3. vbi dicit quòd ex publicatio-
ne præſumitur, ꝙ teſtificata ſint didicita, & ideo
ſubeſt timor ſubornationis, qui impedit ꝓductio
nem; ſed ſi conſtet atteſtationes non fuiſſe lectas,
non prohibetur pars alios teſtes producere hoc
etiam modo intelligit Soci. omnia iura prohiben-
tia teſtium productionem poſt publicationem, vt
ſcilicet procedant, qñ dubium eſt, an fuerint didi-
cita teſtificata; ſed ſecus ſit, qñ certum eſt ꝙ nõ fue
runt lecta, ita ipſe in c. fraternitatis, nu. 44. ver. non
obſtant iura. ſed apertius hoc dicit, nu. 46. ver. de-
cima concluſio, vbi dicit, quòd etſi in dubio creda
tur iuramento partis aſſerentis ſe non didiciſſe te-
ſtificata ad effectum vt nouos producat teſtes: tñ
tunc dicimus caſum eſſe in dubio, qñ pars, quæ
vult teſtes producere, tale quid probat, propter ꝙ
Iudex efficitur dubius, an perlectæ ſint atteſtatio-
nes: eo enim caſu licet plenè id probatum non ſit,
põt Iudex iuramentum deferre parti; ſed qñ pars
nihil probaret, tunc res non diceretur dubia, quia
magna eſt præſumptio poſt publicationẽ, ꝙ pars
viderit depoſitiones teſtium, & ita docet ſecun-
dum eum experientia. latius idem, nu. 140. & per
9 hoc facit, quod † voluit Anchar. d. conſ. 223. in fi.
vbi dicit, quòd facta publicatione teſtium non ad
mittitur vlterior productio, etiam ſi pars vellet iu-
rare, & alia facere, de quibus in c. vltra tertiam, de
teſtib. & in auth. atqui ſemel, C. eo. ti. quia contra
taliter iurantem militat timor ſubornationis, qui
deſcendit ex publicatione, quæ inducit præſum-
ptionem ſciẽtiæ, ſequitur Fel. in c. in cauſis, col. 3.
de teſtib. nouiſſimè Gabriel. d. concluſ. 21. nu. 29.
& 30. & facit, quia etſi regulariter in his, quæ pen-
10 dent ab animo alicuius, ſtetur illius dicto † iura-
to, ſecundum gl. in §. ſed iſtæ, Inſtit. de action. ta-
men fallit, quando cõtra eum ſubeſſet aliqua præ-
ſumptio, gl. in c. propoſuiſti, in verſic. non proba-
tur, 82. diſtin. Bart. in l. inter omnes, §. recte, verſi.
quæro circa voluntatem, ff. de furt. Ruyn. in conſ.
13. nu. 4. volum. 5. alios plures citat Natta in con-
ſil. 238. nu. 10. Cæph. in conſi. 314. nume. 31. Me-
no. de arbit. iud. caſu 186. nume. 7. in quibus locis
inferunt ad ignorantiam, quæ etſi probari poſſit
ſimplici iuramento, tñ fallit, qñ contra iurantem
aliqua extaret præſumptio vel coniectura. & ſi Do
ctorum verba diligenter obſeruentur, dignoſce-
tur oẽs cum miniſterio loqui, qñ certum eſt, quòd
quis non didicit teſtificata, vt tunc liceat nouos te
ſtes producere, quare non licebit ulterius proba-
re, quando ſumus in dubio, an fuerint didicita, uel
pars, quæ nouam affectat probationem, non pro-
bat uerè uel præſumptiuè ſe non legiſſe dicta te-
ſtium, alias ſi res ſit dubia, impeditur probatio.

Erit igitur concluſio, quòd etſi regulariter ſm
cõem opinionem ſola publicatio nõ impediat no-
uos teſtes produci ſuper antiquis capitulis, tñ id
locum non vendicabit in præſenti caſu, in quo nõ
eſt certũ ꝙ magnificus D. Matthias non didicerit
teſtificata: id. n. neque probauit, neque probare
tentauit: in dubio aũt nullis factis probationibus,
ꝑſumitur eum vidiſſe atteſtationes, & ideo quaſi
ſubſit timor ſubornationis, erit ꝑcluſa uia ꝓbãdi.

Secundò non procedit, quando publicatio eſt
(vt in caſu propoſito) facta de conſenſu eius, qui

nunc

nunc vellet teſtes producere, quia illæ conſenſus
11 inducit renunciationem. quinimo fortius † voluit Zenzel. in d.clem.2. de teſtib. quòd præcluſa ſit via probationum, etiam ſi teſtes fuiſſent nulliter recepti: quia ſi ſint publicati parte inſtante, non erit locus vlteriori productioni. eſt verum q̃ contrarium tenuerũt Butr. & alij, quos ſequitur Soci.in d.cap.fraternitatis, nu.32.& meo iudicio opinio Zenzel. non eſt vera, quia petendo publi-
12 cationem, non videtur pars approbare † receptionem teſtium minus legitimè factam. ita concludit Innoc.in c.ſignificauit, nume.1.ver. item videtur quod etiam, de teſtib. ſequitur Bal.in auth.ſi quis in aliquo, num.2. C.de eden.& Maran. de ordin. iudic.par.6.in actu 11.nu.5.ubi dicit eſſe notandũ, quia quilibet diceret contrarium,& hãc concluſionem ampliat Abb.in c.per tuã, de teſtibus, vt procedat etiam qñ pars proteſtaretur petere ſaluo iure alios teſtes producendi, vt ponit Gabriel. dicta concluſ.21.nu.114.& Anchar.d.conſi.223.

S V M M A R I V M.

1 Auus põt quouis titulo relinquere nepoti legitimo ex filio ſpurio. vide tamẽ, n.18.& 22.et n.20.vbi lim.
2 Nepoti legitimo ex filio ſpurio põt auus relinquere, ſiue filios habeat legitimos, ſiue nõ. cõtra, n.18.et 22.
3 Auus legare poteſt nepoti ex filio ſpurio, prohibendo ne patri quæratur vſusfructus.
4 Vſusfructus non acquiritur patri ſpurio in bonis filio relictis ab auo.
5 Auia poteſt nepoti ex filio ſpurio relinquere quantũ vult, etiã ſtante legitima ſobole. ſed contra, nu.30.
6 Naturalis verè & propriè, quis dicatur.
7 Filius præſumitur in dubio naturalis, non ſpurius. ſed contra, num.40.
8 Iuramento eius ſtandum, a cuius animo factum dependet. limita, vt nu.44.
9 Confeſſio extraiudicialis abſente parte plenè probat in his, quæ pendent ab animo confitentis.
10 Auus in dubio cenſetur relinquere contemplatione nepotis non filij. fallit tamen, vt nu.43.
11 Aduentitia dicuntur, quæ nepos habuit ab auo.
12 Spurius, quis dicatur.
13 Spurio nihil relinqui poteſt præter alimenta ex æquitate Canonica.
14 Spurio relictum non applicatur filio, ſed legitimis filijs, vel hæredibus.
15 Naturalis non poteſt habere ex teſtamento niſi vnciam, ſtante prole legitima.
16 Naturalis filius non ſuccedit in aliquo patri ab inteſtato.
17 Naturalis vel ſpurius non põt habere vltra vnciam, ſiue ex teſtamẽto, ſiue ex donatione, aut alio titulo.
18 Auus nihil poteſt relinquere nepoti ſpurio, ſtante legitima ſobole.
19 Affectio non cadit in incognitum.
20 Auus nihil poteſt relinquere nepoti ex ſpurio cõtemplatione filij, etiam exiſtente legitima ſobole.
21 Doctoris dictum intelligi debet ſecundũ legẽ quam allegat.
22 Nepos legitimus ex filio ſpurio non poteſt habere ab auo vltra vnciam, ſtante prole legitima.
23 Nepos ex filio ſpurio non ſuccedit auo ab inteſtato.
24 Capic.deciſ.181.declaratur.
25 Duran.de arte teſtan.tit.1.cau.14.nume.12.reprobatur.
26 Nepos naturalis ex filio naturali, non poteſt ab auo conſequi vltra vnciam, extante prole legitima.
27 Nepos legitimus ex præmortuo filio non poteſt accipere ab auo vltra vnciam, ſtante ſobole legitima.
28 Nepos ſpurius ex filio legitimo non conſequitur vltra vnciam ab auo, ſi extant filij legitimi.
29 L.fin.C.de natur.lib. quæ ſit ratio.
30 Caſtr.in l.Gallus, §.quod ſi is, nu.6.ff.de lib.& poſthu. reprobatur.
31 Extenſio eſt licita in correctorijs, quando ratio eſt ſcripta.
32 Extenſio eſt licita in pœnalibus, quando ratio eſt ſcripta.
33 Lex noua intelligitur ſecundum antiquam, quando loquitur de eadem materia.
34 Lex noua diſponens in vno ex æquiparatis a lege antiqua, intelligitur etiam diſponere in alio.
35 Argumentum regulatur ſecundum principale.
36 Bero.famil.quæſt.127.declaratur.
37 Nepos ex filia ſpuria capit ſolum vnciam ab auo ſtantibus filijs legitimis.
38 Auus & auia iure antiquo poterant inſtituere nepotem ex ſpurio.
39 Mater poteſt inſtituere filium naturalẽ vel ſpurium.
40 Capic.deciſ.181.in fi. reprobatur.
41 Spurius in dubio præſumitur non naturalis.
42 Confeſſio in prohibitis non probat.
43 Auus relinquendo nepoti legitimo naſcituro ex ſpurio, videtur contemplatione filij relinquere.
44 Iuramento alicuius non ſtatur, quando contra eum eſt præſumptio.
45 Contemplatione patris non videtur facta inſtitutio, quando dictum eſt quòd patri nihil quæratur.
46 Contemplatione alicuius relictum, dicitur duobus modis.
47 Argumentum a conſequẽti deſtructo, eſt validum.

CONSILIVM CLXXVII.

POSITA veritate donationis, q̃ nobilis Horatius Cocarella præſuppo nit, magnificũ D.Franciſcum Bociũ feciſſe Angelæ filiæ naturali, donec filiũ haberet maſculum, ita ut poſtq̃ filiũ peperiſſet ea donatio cederet commodo filij primogeniti ipſius Angelæ, cuius contemplatione Dñus Franciſcus proteſtatur eam feciſſe; ortum eſt dubium ſuper eiuſdem donationis uiribus: Contendit enim dictus Cocarella, donationem ualere, & eius uigore poſſe conſequi a magnifico D.Horatio Bocio maſſaritium caſtri Merlini. Nã etſi filio naturali regulariter nihil a patre relinqui poſſit præter alimenta pro eius uita, tñ nepoti legitimo ex filio uel filia naturali admitunt oẽs, poſſe auũ q̃dquid placet quouis titulo dare, ſiue

1 ue inſtitutionis,† ſiue legati, ſiue donationis,vt ꝑ
Bar. in l.fi.n.7.ff.de his,quib.vt indig. vbi inquit,
patrem poſſe filio ſpurio fundũ relinquere in cau
ſam alimentorum pro eius vita,ita ꝙ poſt mortem
ſit filiorum ipſius ſpurij,quibus nõ prohibetur re-
linquere,& hic vnus eſt modus relinquendi ſecun
dum eum,qui fuit omnino in præſenti facto ſerua
tus,& cum ſequitur Bald. Nou. in trac. dot. par. 7.
priuileg. 16. prout eum refert Cap. deciſ. 181. nu. 4.
ſed in meo libro nõ inuenio, & hoc ẽt tenuit Bar.
in conſi. 118. Oducius Corneti, vol. ● dicens hanc
eſſe veritatem,quam probauit ẽt Arch. per eum al
legatus,& loquitur in vniuerſali inſtitutione,alle-
gat plures rõnes & pręcipuè quia vitiũ patris no-
cet filio in ijs ſolum,quæ ex patris perſona deſcen
dunt in filium,l.3.ff.de interd. & releg. ſed nepos
non capit a patre,ſed ab auo. Item videmus,quod
etſi deportatus non ſit capax ſucceſſionis, eius tñ
filius põt capere ex teſtamento, l.1. §. filius, ff. de
bo. poſſ. cõtra tab. idem eſt in filio hæretici, vel in-
fidelis, qui põt auo fideli ſuccedere, licèt patri ſit
prohibitũ,l. cognouimus,& auth. idem de Neſto-
rianis, C. de hære. & qualitas patris nõ nocet filio,
qñ de his tractamus, quæ filio non quæruntur per
patrem,ſed per ipſum filium,l. quæritur, ff. de bo.
lib. & ibi multa alia adducit ad comprobationem
huius ſñiæ,quam pariter tenuit Bal. in conſi. 146.
nu. 5. vol. 1. & in conſi. 363. nu. 4. vol. 5. vbi ait inſti
tui poſſe nepotẽ ex ſpurio,quia nulla lex id prohi-
bet. hanc quoque partem tenuit diſputando Bart.
in l. Gallus,§. quod ſi is,ff. de lib. & poſthum. & di-
cit poſſe ſpurium inſtitui conditione ſibi adiecta,
ꝙ ſi ex aliqua cauſa non põt capere, hæreditas ꝑ-
ueniat ad nepotem ex eo legitimum & naturalem,
atteſtatur ſe habuiſſe in facto,& ſic fuiſſe conſultũ
per magnos omnes Doctores, & ita fuiſſe iudica-
tũ a Rayner. de Forliu. & Iacobo But. quibus cau
ſa erat cõmiſſa, Bal. in l. ſi ſeruus, la ſecõda, in prin.
ff. de acq. hęr. vbi dicit,ꝙ nulla alia eſt lex,quæ ad
id melius poſſit allegari, Corne. in conſi. 1. col. 14.
ver. his tñ non obſtantibus, vol. 1. mouetur rõne,
quia quilibet põt inſtitui, qui nõ reperitur expreſ
sè prohibitus: nepos autem non reperitur prohibi
tus,ergo debet poſſe capere ex teſtõ. & ſubdit hãc
eſſe communem opinionem,a qua in deciſiuis nõ
eſt recedendum, Ripa in l.1. nu. 69. ff. ſoluto matr.
Boer. in deciſ. 127. nu. 16. vbi refert ita omnes tene
re,& hanc ẽt communẽ dicit eſſe additio ad Bart.
in d. conſi. 118. Duran. de arte teſtan. tit. 1. cau. 14.
nu. 12. vbi dicit communem,& poſt Bald. ꝙ nulla
melior via poteſt inueniri, & Bero. in familia. qõ.
127. in princ. ait, hoc teneri magis communiter,
Crau. in conſ. 184. nu. 1. verſ. quinimò Bal. Clar. de
teſtam. q. 32. in princ. vbi refert eſſe communem,
Cæph. qui ſubdit eſſe magis communiter receptã
in conſ. 103. nu. 21. vbi allegat Ang. Signo. Feder.
de Sen. Crapam, Ludou. de Sard. & Guid. Papæ
eiuſdem ſententiæ teſtatus,cum qua etiam tranſi-
uit quidam Alexan. Tertius inter diuerſo. conſi.
vltim. volunt. conſi. 162. numero 21. Mantica de
coniect. vltim. volunt. libro 8. titu. 5. numero 15.
Et quãuis voluerint aliqui diſtinguere,an auus
prolem habeat legitimã vel non, vti diſtinguitur
in l. fi. C. de natur. lib. tñ opinio hæc videtur indi-
2 ſtinctè procedere,ſiue proles † legitima extet,ſiue
non;& ita videtur velle Bar. in d. l. fi. ff. de his,qui-
bus vt indign. vt probat eius verba inducendo Ca
pic. in deciſ. 181. col. fi. quod placuit Duran. in d.
caut. 14. nu. 12. qñ tamen nihil quæri poteſt patri
ſpurio, quia tunc ẽt ſi proles extet legitima, valet
inſtitutio, allegat Corne. in conſ. 25. vol. 1. hic au-
tem eſt caſus noſter, quia mater non habet filium
in poteſtate, & ei nihil ex tali inſtitutione põt ac-
quiri, vt conſiderauit Corneus d. conſi. 25. circa
fi. & idem videtur, ac ſi eſſet nepos legitimus ex fi-
lio ſpurio, & auus legando prohibuiſſet acquiri
3 † vſumfructum patri,quia tunc valet inſtitutio, &
remouet omnis ſuſpicio fraudis,vt cõcludit Bart.
d. conſi. 118. & eius conſilium laudat Bal. d. conſi.
146. nu. 5. Corne. d. conſi. 1. & conſi. 25. vbi conſi-
derat ẽt, quòd parentes talis nepotis inſtituti erãt
iam defuncti, & Crau. in conſi. 184. in princ. dicit
hoc eſſe clarũ in nepote ex filia ſpuria, quia filius
non acquirit matri, quinetiam idem eſt qñ non eſ-
ſet facta illa prohibitio, q̃a nihilominus patri ſpu-
4 rio † non acquiritur vſusfructus bonorum ab auo
relictorum nepoti legitimo, quia filius ſpurius nõ
poteſt directè vel per indirectum capere a patre,
& ita probauit Bar. d. conſ. 118. nu. 5. ver. præterea
cum patri ſpurio, Caſtr. d. §. quod ſi is, nu. 6. in fin.
Dec. in conſi. 463. nu. 21. & hanc eſſe magis com-
munem teſtatur Arius Pinell. in l. 3. nu. 22. C. de
bon. matern. Præterea rationes adductæ a Bart. &
alijs ſupracitatis, æquè concludere uidentur, quã-
do proles extat legitima, ſicuti quando non extat,
quia utroq; caſu militant, ergo utroque caſu ne-
pos legitimus & naturalis poteſt ſuccedere.
Item facit quęſtionem dubiã, quia l. fi. eſt odio-
ſa & reſtringibilis, quæ emanauit non ad ampliã-
dum facultatem relinquendi in teſtamento, ſed ad
eã tollendum, ut inquit Caſtr. d. §. quod ſi is, nu. 6.
circa med. ubi dicit ponderandum id eſſe multũ,
& in odioſis maſculinum non concipit fęmininũ,
l. quicũque, ubi no. C. de ſeruis fugi. & ideo Caſt.
ibi, nu. 8. concludit, eam legem non procedere in
5 auia,† quia ea licèt habeat legitimã prolem, pote-
rit ſpurio nepoti ex filio legitimo relinquere q̃d-
quid uoluerit, & dicit Bero. in famil. qõ. 127. com
munem eſſe opinionem, quod nepos ex filia ſpu-
ria poſſit inſtitui, & Caſtr. ab oppugnationibus
Aret. defendit Ripa conſi. 191. per totum.
Quòd ſi prædicta procedunt in nepote ex filio
ſpurio, multo magis locum uendicabunt in nepo-
te ex filia uerè naturali, qualis erat Angela: nam in
eo inſtrumento donationis enunciatur, eam na-
tam eſſe ex concubina unica maritali affectione
in domo retenta, quo caſu dicitur non ſpuria, ſed
6 naturalis† uerè & propriè, §. ſi quis autem defun-
ctus, in Auth. quib. mod. natur. effician. ſui, l. 3. ff.
de concubin. Specul. in tit. de ſucceſſio. ab inteſt.

§. 1.

§.1.ver.nunc de naturalium, Io. And. ad Specu. in
rub. qui filij ſint legit. in prin. Bar. in l. fi. ff. de con-
cub. Ripa in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, nu. 4. ff. ad
Trebell. Didac. in epitom. de ſponſal. par. 2. c. 8. §.
4. nu. 2. Alciat. in tract. præſump. reg. 2. præſump.
5. nu. 4. vbi additio plures cumulat concordantes,
Natta in conſi. 421. nu. 3. & vbi etiam non extaret
patris aſſertio, idem eſſet, quia filius, qui non eſt le
gitimus & naturalis, præſumitur in dubio natura-
7 lis, † non autem ſpurius, Bal. in conſ. 44. nu. 4. vol.
1. Io. Fab. in §. fi. Inſtit. de adop. Bero. in conſi. 19.
nu. 19. & 20. vol. 2. Crau. in conſ. 138. nu. 1. & cõſi.
166. nu. 1. Simon de Præt. in tract. vltim. volunt. li.
3. dubit. 3. interpret. 1. ſolut. 2. num. 12. vbi allegat
Menoc. qui tamen in meo libro hoc non dicit, &
ratio eſt, quia ſemper pręſumẽdum eſt minus ma-
lum, voluit etiam Cæph. in conſi. 48. num. 11.

Nec dicatur, quòd in præſenti caſu ſuſtineri nõ
debeat donatio; quia cum facta ſit filio Angelę na
ſcituro, videtur donatio facta contemplatione, &
intuitu matris. ad hoc enim reſpõdetur, quòd do-
minus Franciſcus donator proteſtatus eſt in eodẽ
inſtrumento, ſe contemplatione non Angelę filiæ,
ſed nepotis, & eius declarationi ſtandũ eſt, quia in
8 his quæ pendent ab animo † alicuius, ſtatur illius
dicto, ſm gl. in §. aliæ, Inſtit. de actio. vbi Iaſ. latè,
Ale. in conſi. 127. nu. 15. vol. 4. vbi dicit procedere
etiam in delictis, Iaſ. in l. cum quædam puella, nu.
12. ff. de iuriſd. omn. iud. Marſi. in rub. C. de pro-
batio. nu. 122. cũ ſimilib. & cõfeſſio extraiudicialis
9 plenè probat in his, quę pendent a voluntate † cõ-
fitentis, Bar. in l. certam, §. ſi quis abſente, nu. 3. ff.
de confeſſ. Bal. in l. generaliter, num. 16. C. de non
num. pec. Ale. in conſi. 110. vol. 7. & in conſi. 187.
nu. 12. vol. 2. Afflict. deciſ. 175. nu. 4. Pariſ. in cõſi.
90. num. 28. volum. 1. Rol. in conſi. 82. nume. 38.
volum. 2. cum infinitis, qui poſſunt adduci.

Secundo ceſſante prædicti Domini Franciſci
declaratione, idẽ eſt dicendũ, quia auus in dubio
10 cenſetur nepotem inſtituere † propria, non autẽ
filij cõtemplatione, l. fi. C. de vſufr. l. ſi verò, §. 1. ff.
mand. Bar. in d. l. Gallus, §. quod ſi is, circa fi. verſ.
tertius caſus, ff. de lib. & poſthum. & in d. conſ. 118.
cõmunem opinionem dicit Iaſ. in d. §. quod ſi is,
nu. 19. poſt Imol. Ale. & Aret. ibi. & ratio eſt, quia
in dubio capi debet præſumptio, per quã excludi-
tur fraus & delictũ, l. merito, ff. pro ſocio. ita quo-
que tenuit Dec. in conſ. 463. nu. 18. & ſeq. Didac.
d. c. 8. §. 4. nu. 13. verſ. ſecunda concluſio. Clar. de
teſtam. q. 32. nu. 2. vbi dicit cõem, nouiſſimè Pa-
leot. in tract. de noth. & ſpur. c. 53. num. 6. id quod
procedit ſine dubio, ſtante eo quod hodie quęcũ-
11 que nepos † acquirit ab auo, dicuntur aduentitia,
non profectitia, ſecundum gloſ. communiter ap-
probatam in l. qui in aliena, §. interdum, vbi Bart.
& alij, ff. de acq. hær. & in l. quæſitum, ff. de lega. 1.
vbi Barto. & Ange. Iaſ. d. §. quod ſi is, num. 22.

Attamen contrariam partem amplector, & in-
dubitanter teneo in præſenti facto, donationem
de qua tractatur, non fuiſſe validam ſaltem vltra
vnam vnciam. aut enim dicimus Angelam fuiſſe
12 ſpuriam eo quòd nõ ſit nata ex concubina, † quæ
ſola in domo retineretur in figura vxoris, Bart. in
l. fi. ff. de his, quibus vt indig. Abb. in c. tanta, & ca.
per venerabilem, qui fil. ſint legitim. declarat latè
Cacialup. in auct. ſi qua illuſtris, nu. 2. & ſeq. C. ad
Orfician. Didac. d. c. 8. §. quinto, nu. 1. & ſeq. Alcia.
in tract. præſump. reg. 2. præſumpt. 5. nu. 4. & ſeq.
Paleot. in d. tract. c. 16. nu. 1. & ſeq. & tunc certum
eſt, quòd ei præter alimenta ex æquitate canonica
13 debita nihil põt quouis † titulo relinqui, §. fin. in
Auth. quibus mod. natu. effi. ſui, l. 1. & auth. licet,
C. de nat. lib. auct. ex complexu, C. de inceſt. nup.
Bar. in d. l. fi. ff. de his, quib. vt indign. Didac. d. ca.
8. §. 5. nu. 3. Duen. in reg. 366. in prin. Nat. in cõſ.
402. Cla. q. 31. nu. 2. & poſſent in hanc ſententiã ci
tari infinitæ authoritates, ſed non expedit: dicunt
autem Doctores relictũ ſpurio non reuocari a fi-
ſco, ſed haberi pro non ſcripto, & filijs applicari
14 legitimis, & naturalibus, † quod ſecus eſt qñ reli-
ctum alicui quæritur, licèt indigno, Bar. in l. fi. nu.
8. ff. de his, quib. vt indign. & in l. hæreditas, nu. 1.
C. eo. tit. Bal. & Salic. in l. 1. C. de natu. libe. com-
munem dicit Ale. in d. l. hæreditas, idẽ voluit Iaſ.
in l. 2. C. de hæred. inſtit. Gomeſ. de teſta. c. 10. nu.
29. ver. & idem eſt, ſi inſtituatur. Didac. d. §. 5. nu.
3. ver. quod ſi pater. aut volumus eã fuiſſe natura-
lem, vti in aſſerto inſtrumento nominatur, & tunc
ẽt certum eſt, ꝙ ſtante legitima ſobole, quã habe-
bat D. Franciſcus, erant enim ei duo filij maſculi,
Domini ſcilicet Hieronymus, & Vincentius, ac ẽt
nonnullæ filiæ legitimæ & naturales, & non pote-
15 rat relinquere vltra vnam † vnciã, vt in §. nos igi-
tur, in Auth. quib. mod. natur. effician. ſui, l. 2. cum
auct. ibi poſita, C. de naturalib. lib. Pariſ. conſi. 1.
nu. 29. vol. 2. Rol. conſi. 67. nu. 76. vol. 3. & ea de-
ciſio non eſt nunc correcta, vt inquit Clar. de teſt.
d. q. 31. nu. 1. & illam ſententiam, quod non poſſit
naturalis quicquã conſequi vltra vnam unciam,
probauit Didac. d. c. 8. §. 4. nu. 11. Paleot. in d. trac.
c. 38. nu. 3. vbi teſtatur eſſe adhuc in vſu iura præ-
16 dicta, ab inteſtato autem nihil omnino † cõſequi-
tur filius naturalis, d. auct. licet, C. de natur. lib. in-
telligendo, qñ extat proles legitima, ut ibi. quini-
mo idem eſt, qñ filios haberet adoptiuos, ſecun-
dum Ang. in §. fi. in Auth. quib. mod. natu. efficiã.
ſui, Paleot. d. ca. 38. nu. 5. & quod dictum eſt filio
naturali ſolam vnciam relinqui poſſe in teſtamen
to, procedit ẽt in quouis alio titulo, puta donatio-
17 nis † inter viuos, ut probat Natt. in conſ. 402. nu.
23. qui etſi loquatur de ſpurijs, tñ idem eſt in na-
turalibus, ex quo in eis quoque conſiderauit lex
rõnem, licèt non tam urgentẽ frenandæ paternę li
bidinis, & in terminis hoc probat in filio naturali
tex. in l. 2. C. de natu. lib. ibi, largiendi, vel relinquẽ
di, ſed apertior text. in §. nos igitur, in Auct. quib.
mod. natu. effician. ſui, ubi bis dicitur donari, uel
relinqui. & ſanè cum lex abneget patri poteſta-
tem relinquendi, eſſet uerbis impoſita, ſi reſtrin-
geretur prohibitio ad ultimas uolũtates, cũ alio-

quin

quin ſoleat latior homini facultas concedi in vlti-
ma voluntate diſponendi, q̃ inter viuos, tanquam
primus modus minus præiudicet, ꝓinde quod eſt
reuocabilis, hæc volui omittere, quia vidi eximiũ
Iuriſconſultum Dñum Guidum Pancirolam ali-
qñ dubitare, an liceret patri donare filio naturali.

His uerò ſic ſtantibus, infertur, quòd Horatio
Cocarellæ nepoti ex Angela filia fieri non potuit
donatio tam egregia eius maſſaritij, quod nõ vnã
vnciam capit bonorum, quæ Dominus Frãciſcus
habebat, ſed integrum quadrantẽ & vltra: ſi enim
dicamus Angelam eſſe naturalẽ, fiet locus diſpo-
ſitioni, l. fi. C. de natu. lib. quæ extendit ad nepotes
ex liberis naturalibus prohibitionem, quæ erat fa-
cta ne poſſent parẽtes vltra vnciam relinquere ip-
ſis filijs, ibi in naturalibus filijs ſtatutũ in nepotem
extendimus. cum ergo ſtante legitima ſobole poſ-
ſit naturalis filius habere ſolum vnciam, idem erit
in nepote ex eo: ſi vero dicamus Angelam fuiſſe
ſpuriam, erit omnino incapax donationis, eaque
nec etiam in vncia ſuſtinebitur; quia etſi non ſtan-
tibus filijs legitimis & naturalibus aliquid nepo-
18 ti legitimo † ex filio ſpurio relinqui poſſit, tñ vbi
legitimi extãt filij, nihil oĩno dari põt huiuſmodi
nepoti. ita enim voluit glo. in d. l. fi. C. de natu. lib.
q̃ ibi ſequitur Odofr. Cyn. Rayn. & Salic. Iac. Bel-
uiſ. in §. fi. q. vlt. in Auct. quib. mod. natu. effic. ſui.
& in diſpu. quam poſuit poſt l. 1. C. de nat. lib. in 2.
q. Imo. & Caſtr. in d. l. Gallus, §. qđ ſi is, ff. de lib.
& poſthum. vbi Iaſ. nu. 24. verſi. limita iſtam, dicit
eſſe cõem opinionem, Bal. quoque in l. Gallus, §.
quidam rectè, ff. de libe. & poſthum. tenet indiſtin
ctè quod nepos legitimus ex ſpurio nihil põt con-
ſequi ex teſtõ, vel aliter ab auo, & ita tenuerũt mul
ti quos infra citabo in reſolutione motiuorum.

Accedat quòd in præſenti caſu res videtur ma-
gis clara, quandoquidem auus donauit primoge-
nito naſcituro ex ipſa Angela, ꝓinde videtur hãc
donationem feciſſe contemplatione Angelæ filiæ:
quia cum nepos non eſſet teſtatori, nec eſſe poſſet
cognitus, ex quo nondum natus, nec potuerit pro
mereri aut demereri, nõ poteſt dici quod teſtator
aliquam erga eum affectionẽ habuerit, niſi intuitu
Angelæ matris, quæ erat ſibi cognita, & coniun-
cta. ita in ſimili probatur in l. ſi quis in ſuo, in fi. C.
19 de inoffic. teſtamen. & affectio † non cadit in igno
tos, argumento l. cum ita, §. in fideicommiſſo, l. pe-
to, §. fratre, ff. de leg. 2. l. ſi cognatis, ff. de reb. dub.
& inuiſa quidem poſſumus diligere, ſed incognita
nequaquam, vt dicebat quidem Sanctus. clarum
eſt aũt quòd nepoti legitimo ex filio ſpurio ſeu na
turali relinquere non poteſt auus contemplatione
20 † filij, quia cenſetur fraudem facere legi, & per in-
directum relinquere filio, l. 1. C. de natur. libe. ita
Bart. in d. l. Gallus, §. quod ſi is, ff. de liber. & poſt-
hum. vbi eum ſequuntur oẽs, ꝑcipuè Iaſ. Bald. in
l. ſi ſeruus, ff. de acquir. hæred. vbi dicit nõ reperiri
textum illo meliorem, Dec. in conſ. 463. num. 20.
Ripa in l. 1. nu. 69. in fi. ff. ſolut. matrimo. Didac. d.
c. 8. §. 8. nu. 13. Soc. iun. in conſil. 16. nu. 4. & ſeq.
uol. 4. Bero. q. famil. 127. nu. 1. Craue. in conſi. 184.
nu. 1. Clar. de teſtam. q. 32. nu. 2. dicens, quòd in
hoc nemo dubitat. quidquid enim alicuius contẽ-
platione relinquitur, illi ſoli quæritur, cuius con-
templatione eſt relictum, l. ſed etſi plures, §. in ar-
rogato, vbi Bar. ff. de vulga. & pupilla. nec refert, is
cui relictũ eſt, ſit vel non ſit in poteſtate, ſecũdum
Barto. in d. §. in arrogato, Bero. d. q. 127. nu. 1.

Prædictis verò non aduerſantur Bartol. & alij
qui ſimpliter dixerunt, nepoti legitimo ex filio ſpu
rio, vel naturali poſſe relinqui, ex quo deficit in eo
macula natiuitatis, quia illi oẽs allegant pro ſuo
fundamento l. fi. C. de natur. lib. quæ loquitur, qñ
auus non habet prolem legitimam, ideo ipſi quo-
21 que intelligendi ſunt ſ'm terminos † legis, q̃ alle-
gant, per doctrinam Bart. in l. nõ ſolum, ff. de libe.
lega. Bal. in auct. ſed iam neceſſe, C. de donat. ante
nup. Salic. in l. ſi ex cautione, C. de non nu. pecun.
Alc. in l. ſicut certi, col. fi. C. de teſtam. milit. Iaſ.
in §. rurſus, num. 32. Inſtitu. de actio. Dec. in conſi.
189. nu. 1. ſed illa l. fi. C. de natu. libe. diſponit, q; nõ
plus poſſit nepoti legitimo relinqui, q̃ filio, qñ ex-
tat proles legitima, & extẽdit ad nepotes iura, quæ
de filijs loquebantur. proinde ſic quoque intelligi
debent Bartol. & alij prædicti. hanc enim diſtin-
ctionem ſequuti ſunt omnes Doctores. ita Barto.
in d. conſi. 118. nu. 1. & 6. volum. 1. & alij ſupra ad-
ducti per me in ver. his verò ſic ſtantibus. quibus
addo Sali. in d. l. fi. q. 2. nu. 4. vbi inquit, quod exi-
22 ſtente legitima ſobole, nepos † legitimus non po-
teſt ab auo conſequi vltra vnam vnciam. hãc ſen-
tentiam comprobat multis Alex. in conſil. 74. nu.
3. & ſequen. volum. 3. ubi latiſſimè agit de hac re,
& teſtatur de communi, eandem dicit commu-
nem Iaſ. in l. hæreditas, num. 8. C. de his, quibus ut
indign. inquiens, quòd ſi auus habet legitimam
ſobolem, nihil poteſt nepoti legitimo ex filio ſpu-
rio relinquere: ſecus ſi caret legitimis filijs. com-
munem quoque dicit Dec. in conſil. 463. nu. 17.
& ſequen. ubi tranſit cum illa diſtinctione, Capra
in conſi. 2. num. 18. Ruyn. in conſi. 70. & 71. uol. 3.
Capic. in deciſ. 181. nume. 4. Ruyn. in conſil. 72.
nume. 41. & 45. uolum. 3. Socin. iun. in conſil. 16.
num. 16. uolum. 4. Duran. d. cau. 14. num. 12. qui
affirmat eſſe communem, Crau. in conſil. 184. nu.
1. Didac. d. §. 5. nu. 13. ubi alleg. Bart. Imol. Ale.
Aret. Signorol. & alios, Duenuas in reg. 366. in 2.
limitatione, ubi allegat Roderic. Suarez, Boer. Be-
ned. Bermon. Didac. del Caſtil. & Caſſan. aſſeren-
do communẽ eſſe opinionem, & ſubdit quòd &
ſi Caſſan. in loco per eum citato uideatur contra-
rium tenere, tamen uerè tranſit cũ hac parte, quia
intelligi debet ſtante prole legitima, cum eadem
diſtinctione tranſit Clar. d. q. 32. num. 3. ubi atte-
ſtatur de communi, & allegat Corne. hanc etiam
diſtinctionem ſequutus eſt Arius Pinell. in l. 3. nu
me. 20. C. de bon. matern. nouiſſimè Paleot. in d.
tract. c. 53. nume. 9. uerſ. ſecunda limitatio. ubi ait
non poſſe in dubium reuocari, quando extat auo
legitima ſoboles. & ſubdit procedere, etiã ſi auus

non baberet filios legitimos, ſed ſolum nepotem
legitimum ex filio legitimo, quia is ſuccedit in lo-
cũ patris, Eman. Soar. in Theſ. recep. ſenten. ver.
ſpurius, num. 171. Simon de Pret. in tracta. de cõ-
iect. vlt. vol. lib. 3. interpret. 1. dub. 3. ſolutio. 2. nu.
10. vbi reſidet cũ hac diſtinctione, & allegat mul-
tos. hanc etiam diſtinctionem probauit latiſſimè
examinando quæſtionem Franciſcus Vegius in
conſi. 66. nu. 180. & plurib. ſequentibus, quicun-
que aũt dicunt poſſe relinqui nepoti legitimo ex
filio ſpurio loquuntur qñ proles legitima non ex-
tat. ita reſoluit Alc. in d. conſ. 74. n. 5. & dicit Paul.
de Caſt. ibi, nu. 6. quòd Bart. omiſit caſum legiti-
mę ſobolis. & rõ eſt, quia excluſo filio, multo ma-
gis excludi debet nepos, qui auo coniungitur per
medium filij inhabilis. hinc videmus, quòd ſicuti
filius ſpurius non ſuccedit auo ab inteſtato, ita &
23 excluditur nepos ex† eo, quãuis legitimus, Anch.
in conſ. 189. viſis, col. 1. cum alijs apud Dec. conſ.
85. nn. 8. Crau. in coſi. 184. nu. 2. & remotior non
debet eſſe conditionis melioris, quàm ſit proxi-
mior, ſed primo excluſo, ipſe quoque cenſetur ex-
cluſus, Bar. in l. 2. §. videndum, ff. ad Tertull. Bald.
in l. maximum vitium, C. de liber. præter. & vide-
tur hoc indigniſſimum, vt inquit Bald. in cõſ. 406.
num. 2. ver. mihi hoc, vol. 3. & ſanè ſi Doct. in con-
trariũ relati intelligerentur abſolutè vt liceat auo
habenti legitimã ſobolem relinquere quantũ vult
nepoti legitimo ex filio naturali, vel ſpurio, eſſet
eorum dictum falſum, & contra tex. in d. l. fi. C. de
natur. lib. vbi dicitur expreſsè, ꝙ ſubſiſtenter legi-
tima ſobole prohibitio ſtatuta circa filium exten-
ditur in nepotem: non enim idem ſeruaretur in ne
pote, quod in filio, cum in filio ſtatutum ſit quòd
exiſtẽte ſobole, non poſſit ei vltra vnciã relinqui.
Et quod Doct. ꝑdicti hoc modo intelligendi ſint,
hoc ipſo argumẽto demonſtratur, quia oẽs illi lo-
quuntur in nepote ex filio ſpurio, non aũt in nepo
te ex filio naturali, & hoc modo ſtat controuerſia,
quæ inter Bart. & Bald. & prius inter antiquiores
diu eſt agitata, an ſcilicet non extante legitima ſo-
bole, liceat auo relinquere nepoti legitimo ex fi-
lio ſpurio. nam Bar. tenuit iure eum inſtitui poſſe,
Bald. verò id negabat: ſed vbi extat ſoboles legiti-
ma, res erit ſine dubio, quia ſi tũc nepos legitimus
ex naturali filio, qui eſt legib. minus odioſus, non
poteſt inſtitui niſi in vncia, vt in d. l. fin. C. de nat.
lib. id quod non habet dubiũ, vt per Caſtr. d. §. ꝙ
ſi is, nu. 6. quanto minus poterit inſtitui nepos ex
ſpurio, qui eſt peroſus legibus. ita Salic. d. l. fi. nu.
7. & nu. 8. verſi. ex prædictis, Aretin. omnino, di-
cto §. quod ſi is, col. 4. in princip.

Et quæ ſupra dicta ſunt contra præcedentem
diſtinctionem, non faceſſunt negocium. Nam Ca
24 pic. † d. deciſ. 181. ſtat pro hac parte, dum vult ꝙ
ſicuti nepoti ex filio naturali ſola vncia poteſt re-
linqui inſpecta deciſione, l. fi. ita & nepoti ex ſpu-
rio: expreſsè enim concludit ꝙ ſola relinqui poſſit
vncia. Quod verò dicit Duran. d. cau. 14. num. 12.
ex Corne. in cõſil. 25. volum. 1. eſt omnino falſum
25 † quinimo Corne. loquitur non extante legitima
ſobole, vt poteſt videri, col. 2. uerſ. his tamen non
obſtantibus. ibi tamẽ additio facta a Frãciſco, &c.
niſi fortè literam Cornei haberet corruptã, vti in
aliquibus vidi codicibus, vbi legitur, non obſtan-
te legitima ſobole, cum tamen legi debeat, nõ ex-
tante, alias malè citaret glo. ibi, quando enim legi-
tima extat ſoboles, tunc nõ poteſt relinqui nepo-
ti vltra vnciã, & nõ fit illa diſtinctio, an poſſit uſuſ-
fructus quæri patri, vel non: quia ſiue fuerit prohi-
bita acquiſitio, ſiue nõ, ſemper eo priuatur pater,
vt dixi ſupra in ver. & quãuis aliqui. addo Bar. in
d. l. Gallus, §. quod ſi is, in fine, latè probat Franc.
Vegius d. conſi. 66. nu. 170. & nu. 187.

Accedat quod diſtinctio l. fin. C. de natur. li-
26 be. ſeruatur etiam in nepote naturali † ex filio na-
turali, vt ſcilicet is non poſſit inſtitui ſtante legi-
tima ſobole, ſecus autem ea non extante. ita dicit
glo. d. l. fin. quam ſequitur Bal. in fi. & ibi in princ.
dum dicit, quòd naturali nepoti ex filio naturali
non extante legitima ſobole, poteſt hodie relin-
qui, Salic. q. 2. nu. 4. & licèt Ang. ibi contrarium te
neat, tñ Imo. in d. l. Gallus, §. qđ ſi is, tenet quòd
ſiue ſit ſpurius, ſiue naturalis, nepos ex filio ſpu-
rio, nnquam poſſit inſtitui extante legitima ſobo-
le, niſi ſm terminos, d. l. fi. ſequitur Alc. d. §. quod
ſi is, nu. 8. verſi. plus dicebat, vbi ait quod Ang. de-
buit erubeſcere loquens ſine lege. hanc quoque
ſnĩam amplexus eſt Ruyn. in conſ. 70. col. 1. & ſeq.
& conſ. 71. nu. 41. vol. 3. vbi idem dicit in nepote
ſpurio, vel naturali ex filio legitimo, Pinell. d. l. 3.
nu. 22. C. de bon. mat. Paleot. d. c. 53. in fi. Franc.
Vegius d. conſi. 66. nu. 187. vbi dicit Angelũ cõi-
ter reprobari, & tñ in tali nepote non põt cadere
conſideratio, quòd vſusfructus vel commoditas
quæratur patri, cum non ſit ſub patria poteſtate,
vt prædicti omnes animaduertunt. Confirmatur,
quia ubi filius naturalis uel ſpurius eſt præmor-
27 tuus, † licet eo caſu non poſſit quicquã illi acquiri
mediante perſona nepotis, tamen idem omnino
uolunt Doct. ut ſcilicet diſtinguatur, an auus ha-
beat legitimam ſobolem, uel non, ut per Salic. d.
l. fi. nume. 4. Vegius d. conſi. 66. nume. 176. uerſi.
& hoc ſecundum Alexandrum conſil. 74. nume. 5.
uerſic. non obſtat etiam quod ſpurius, uolum. 3.
Caſtr. d. §. quod ſi is, num. 6. uerſi. aut non habe-
bam prolem, Ruyn. conſil. 101. nume. 2. circa fin.
volum. 3. & eadem ſeruatur diſtinctio quando tra
28 ctamus de nepote ſpurio † ex filio legitimo, quia
ſtante prole legitima auus non poteſt ei relinque-
re, Doctores in d. l. fi. vbi Bald. in princip. Salic. in
ſummario, Caſtr. d. §. quod ſi is, nu. 7. Bertr. conſ.
287. nu. 4. verſ. nec opponat, vol. 3. Paleot. dicto
c. 53. in fi. Aretin. dicto §. quod ſi is, col. 4. verſic.
tangit etiam.

Et quod dicebatur non attendi diſtinctionem
prædictam, quando filio naturali, vel ſpurio nihil
acquiri poteſt mediãte perſona nepotis, eo quod
tunc licèt extet legitima ſoboles, eadem militet ra
tio, quia Doctores mouentur, quãdo ſoboles nõ

extat,non ſubſiſtit;quia licèt eàdem ſemper ſit ra-
tio,non tñ idem eſt diſponendũ, quia ꝙ exiſtente
legitima ſobole nepos ex filio naturali poſſit ſolũ
habere vnciam,inductũ fuit per extenſionẽ in d.l.
29 fin. vt ibi declarant Doct. ergo cum extenſio † ſit
præciſa,non eſt quęrenda alia ratio.ita rñdet Ale.
d.conſ.74.quem citat apertius loquendo Vegius,
d.conſ.66.nu.171.& nu.192.ante eos Caſtr.d.§.ꝙ
ſi is,nu.6.circa med.fauore enim legitimæ ſobolis
inductũ eſt,ne plus relinqui poſſit,ſecundũ Alex.
loco prædicto,nu.4.in fi.& nu.5.& Vegius, locis
prędictis dicit,rationem quoque diuerſitatis eſſe,
quia nepos habetur pro extraneo,quoad ſui odiũ
non autem quoad fauorem.ſed hæc ratio fuit Ray
ner.& eum refert Ale.d.conſi.74.nu.4.in prin.ſed
meo iudicio non concludit, quia ſi ea attendere-
tur,nihil poſſet relinqui nepoti,etiam vbi ceſſat le
gitima ſoboles.Melior ergo eſt ratio quod diſtin-
ctio inducta ſit fauore legitimæ ſobolis, quæ ratio
non ceſſat etiam quãdo nihil poſſet acquiri filio.

Ex his poſſet dici ſublatum fundamentũ,quod
vt audio fit, eo quòd agamus hic de nepote ex fi-
lia,qui nõ eſt in poteſtate matris,& ꝑ quem nihil
matri quęri põt: Nã ſupra,ni fallor,apertè proba-
ui,non attendi ꝙ extet legitima ſoboles, an patri
quæri poteſt,vel non;q̃a ẽt ſi nihil quæratur, non
tñ poteſt ei plus vncia relinqui:ea enim diſtinctio
an poſſit quæri vel non,fit a Bar. & alijs, quando
ſoboles non extat legitima:& ita quando liberum
eſt auo totum,vel quantumlibet relinquere, quia
tunc inſpicitur,an patri quæri poſſit,& ita omnes
loquuntur:qui ideo,vt ſupra demonſtraui,ſtante
prole legitima volunt, quòd ẽt patre præmortuo
non poſſit plus relinqui nepoti, & idem quando
eſſet nepos naturalis ex ſpurio, vel ſpurius ex na-
turali,vel ẽt ſpurius ex legitimo, quamuis in præ-
dictis caſibus nihil omnino patri quæri poſſit per
filiũ.& quamuis Caſtr. & Ripa in auia tenuerint
30 contrarium,tñ dictũ Caſtr.non eſt verum,† & cũ
merito reprehendit Aret.d.§.ꝙ ſi is,col.4.verſi.&
vltra Bar.quærit hic,&c. quia ſecundum eum,l.fi.
non eſt odioſa,ſed fauorabilis inſpecta eius cauſa
vt ſcilicet inuitentur homines ad contrahendum
matrimonium.& vbi ẽt poſſet dici odioſa in quan
tũ prohibet nepoti relinqui,eſt tñ odiũ rationabi-
le,quia hæreditatem in legitima prole conſeruat,
quæ eſt honorabilior quam ſpuria vel naturalis:&
in materia odioſa maſculinũ concipit fęmininum,
qñ odiũ rationabile eſt,ſecundũ Bar. in l.prima,
C.de verb.ſignif.& Aret.ſequitur Ruy.in cõſ.72.
num.13.vol.2.Simon de Pret.d.lib.3.interpret.1.
dub.3.ſolu.2.nu.10.quæ opinio poteſt etiã cõpro
bari,quia l.fi.ideo nepotes ſtante legitima ſobole
excludit,vt refrenetur paternum vitium. hæc au-
tem ratio ita militat in auia,& in filia, ſicut in auo
& filio,ergo idem ius.in correctorijs enim licèt re
31 gulariter ex identitate rationis † non detur exten-
ſio, fallit tamen quando ratio eſt in diſpoſitione
reſcripta,Bald.Ale.& Iaſ.in auct. quas actiones,
C.de ſacroſan.eccleſ.gloſ. in clem.1.vbi Eleaz. de
elect.Ale.conſi.113.col.2.vol.6.Cur.iun. in conſi.
54.col.3.Crau.in conſ.113.num.3.Rol.conſ.27.
32 n.6.& ſeq.vol.1.Nat.cõſ.109.nu.3.idem † eſt in
pęnalibus,Domin.in c.ſi ciuitas, §.1. in princ.de
ſent.excom.Dec.in l.factum cuique,§.in pœnali-
bus,nu.15.Crau.de antiq.temp.§.4.ſectio. incip.
videamus,nu.18.

Addo ꝙ in d.l.fi.dicitur,quòd ſtatutum in filijs
extenditur ad nepotes:at in filijs certũ eſt diſpoſi-
tionem includere fęminã,ſicut maſculos, quia nõ
minus pater prohibetur filiæ relinquere naturali,
quàm filio vltra vnciam ſtante legitima ſobole, vt
in l.2.C.de natu. lib. vbi expreſſa mentio fit de fi-
lia,ergo extenſio debet non minus intelligi de ne-
pote ex filia, quàm de nato ex filio.lex enim noua
33 intelligitur † ſecũdum antiquam, qñ loquitur de
eadem materia,de qua loquebatur antiqua, gl.in
§.ſed hodie,Inſt.de ſatiſd.& in §.ſuſcepto,ĩ Auct.
de exhib.reis,& in auct.offeratur, C.de lit.cõteſt.
& in l.ſciendum,in prin. vbi Doctores, præcipuè
Iaſ.nu.4.& ſeq.ff.qui ſatiſd.cog.facit etiam,q̃a di
ſpoſitio l.fi.determinat indefinitè id,quod fuerat
diſpoſitũ in antiqua, q̃a ſimpliciter dicit ſe ad ne-
potem extendere id ꝙ de filijs dixerat in antiqua;
ſed in antiqua idem dictũ fuerat de filia, quod de
filio, ergo hoc quoq; modo intelligi debet noua,
quia eadem determinatio; reſpiciens plura debet
omnia æqualiter determinare,l.cum qui ædem,ff.
de vſucap.Itẽ a lege antiqua quoad facultatem,q̃
habet pater relinquendi filio naturali,parificãtur
filius & filia, vt ꝓbatur in d.l.2.C.de natu.lib.&
d.§.nos igitur,in fi.ver.non aũt differentiam faci-
mus,in Auth.quib.mod.nat.effic.ſui.lex igitur no
34 ua † diſponẽs in vno ex caſibus ęquiparatis in an-
tiqua,intelligitur ẽt diſponere in alio,gl.in l.ꝙ ve
rò cõtra,ff.de legib.in l.ſi q̃s ſeruo ꝑſuaſerit,C.de
fur.facit tex.in c.trãſlato,vbi Abb.de conſtitutio.

Addo quòd lex antiqua quę fuit per nouã ex-
tenſa,perinde habenda eſt, ac ſi fuiſſet in ipſa lege
noua,ergo intelligi debet cum omnibus ſuis qua-
litatibus,quia relatum eſt in referente cum omni-
bus ſuis qualitatibus,l.aſſe toto,ff.de hære.inſt.fa
ciunt quæ Doctores dicunt in l.1.ff.de leg.1.ſuper
ver.per omnia.& lex interpretata intelligitur ſecũ
dũ terminos interpretati,§.fi.in Auth.de fil.natu.
aut inſtr.dot.Neuiz.conſi.50.num.33.& lex fi.ve
nit ad augendum diſpoſitionem d.l.2. & d.§. nos
igitur.ergo de ea dicendum eſt, quod de l.2.& de
§.nos igitur. vt ita loquatur etiam de nepotibus
35 ex filia, quia idem ius † eſt de augumento, quod
de principali ipſo,l.etiam, vbi Barto. Bald. & alijs
C.de iure dot.l.inter ſocerum,§.cum igitur, in fi.
ff.de pact.dotal.l.fi.vbi Ang.ff.ſolu.matr.l.ſi con-
uenerit, l.2.§.ſi nuda,ff.de pign.actio.& extenſio
intelligi debet ſecundum terminos extenſi.& nul-
la eſt ratio, quare magis relinqui poſſit nepoti ex
filia, quàm nepoti ex filio; quinimò eſſet contra
l.maximum vitium,C.de libe.præter.& contra d.
§.nos igitur, verſic.non autem differentiam, & l.
fi.indiſtinctè loquitur de nepotibus, ideo non mi

nus referri debet ad nepotes ex filia,quàm ad ne-
potes ex filio,l.precio,ff.de publicia.in rem actio.
36 & Bero.in d.quæſt.127.non facit vim,† q nepos
ſit ex filia vel ex filio, ſed an fuerit patris aut ma-
tris contēplatione inſtitutus,aut potius ipſius ne-
potis intuitu. & nu.3.&4. loquitur promiſcue dé
ſpurio & ſpuria; quinimo id pręſupponit nepotē
ex ſpúria eſſe ſub diſpoſitione l.fina.dum in prin.
quæſt.& in diſcurſu ſemper allegat illam legē.hoc
37 etiam in nepote † ex filia voluit Gemin. in conſil.
29.nu.3.ver.item dato,vbi dicit,talem admitti ad
ſuccedendum ex teſtamēto,ſecundū l.fi.C.de na-
tur. lib. & ita tenet q ea lex includat nepotē ex fi-
lia,& ita quoq; tenet Capic.dicta deciſio.181.vbi
vult quòd ſola vncia poſſit relinqui nepoti ex filia
ſpuria,Crau.in conſ.184.vbi loquendo de nepote
ex filia ſpuria, dicit eum admitti non exiſtente le-
gitima ſobole, & Gemin. in loco prædicto ſequi-
tur Iaſ.in dicto §.quod ſi is,nu.24.ver.adde ēt. &
q ſupradictum eſt de auia, vt poſſit nepotem inſti
tuere,ſecundū Caſtr.& Rip.non nocet,q̄a contra-
rium tenuerunt Aret.Ruy.& Simon,& cum eis vi
detur tranſire Alc.conſ.139. in prin.vol.1.ſed etſi
eſſet verum,non noceret,quia procedit ꝑ ꝑ ratio-
nem diuerſitatis inter eam & auum:nam auiæ per
miſſum eſt antiqua lege naturalem filiam ēt ſtan-
te legitima ſobole inſtituere,q non eſt in patre vel
auo:non autem,quia in l.fi.maſculinum non con-
cipiat fœmininum,vti dicebat Caſtr.& licèt Ripa
in loco prædicto non dicat,tñ ratio eſt,quia nepo
ti ex ſpurio non erat aliàs prohibitū auo relinque
re etiam ſubſiſtente prole legitima, ſed tam auus,
38 quàm auia eum poterant † inſtituere,vt dicitur in
l.fi.in prin.C.de natur.lib.declarat Caſtr.dicto §.
quod ſi is,nu.6.ver.& fuit hoc introductum, Alc.
in cōſ.74.nu.4.in fi.ver.iſtā diſtinctionem,vol.3.
Franc.Vegius d.conſ.66.nu.167.prohibitio autē
inducta fuit in d.l.fina. ſed in ea non generaliter
prohibetur nepotum inſtitutio, ſed prohibitio a-
liàs facta in filijs extenditur ad nepotes, vt ibi ex-
preſsè dicitur. verumtamē antiqua prohibitio nō
includebat auiam, quia ei ſemper ſicut matri per-
miſſum fuit etiam ſtante legitima ſobole filium,&
39 nepotem reſpectiuè inſtituere, † auct. ſi qua illu-
ſtris,vbi glo.& omnes Doct.C.ad Orfician.Spec.
in titulo de ſucceſſio.ab inteſt.§.ſed nunquid ſpu-
rij,Salic.dicta l.fi.nu.6.in fi.Ripa d.conſ.191.nu.
4.cum ergo in auia nulla extaret prohibitio,ea nō
potuit extendi,quia non entis nullæ ſunt qualita-
tes,l.eius,qui in prouincia, ff.ſi cert.petat. & non
prohibetur ſtare,quod non reperitur correctum,
l.præcipimus, C.de appellatio. & hoc modo me-
lius euitatur meo iudicio illius l.fina. diſpoſitio,
quàm ſecundū argumentationem Ripę, qui ideo
non poteſt allegari ad caſum noſtrum,in quo ceſ-
ſant omnia iſta, ex quo prohibitio erat tam erga
filias,quàm filios.per hęc conſtat male loquutum
Antonium de Roſell.de ſucceſſ.ab inteſt.nu.38.

Non opus eſt etiam quærere,an Angela ſit na-
turalis vel ſpuria,quia vtroque caſu, vt dixi,ſtan-
te legitima prole nō potuit inſtitui. eſt verū quod
ſi eſſet naturalis,haberet vnciam,ſecūdum l.2. C.
de natur.libe. ſed ſi eſſet ſpuria,non valeret in ali-
quo donatio facta a patre & auo reſpectiuè,ſecun
dum gl.& Doct.in d.l.fi.& in d.§.quod ſi is,& ali-
bi,vt dixi ſupra,in ver.prædictis non aduerſantur.
40 & licèt Capic. in deciſ.181. in fi. † velit quod etiā
nepoti ex ſpurio relinqui poſſit vncia ſtante legiti
ma ſobole, tamen alij omnes tenent contrarium,
& eius inductio probat,quia vbi etiam l.fi.loquēs
de filio naturali,trahatur ad ſpurium, non tamen
infertur quòd ſpurio vncia dari poſſit vti naturali
quia lex illa nihil mandat dari naturali; ſed ſimpli
citer dicit diſpoſita in filio procedere in nepote;
proinde cū nihil relinqui poſſit filio ſpurio, nihil
etiam poterit relinqui nepoti ex eo;extenſio enim
vt dixi, fieri debet ſecundum terminos legis anti-
quæ,quæ extenditur.

Quod ſi tractandum foret de qualitate Angelę,
fortè non eſſet inconueniens dicere quod ſit ſpu-
41 ria non naturalis: talis † enim in dubio præſumi-
tur,vt latè probat Alciat.in tract.præſump.reg.2.
pſump.5.& idē voluit Paleot.in d.tract. de noth.
& ſpur.c.20.nu.8.quia ad faciendū quòd filius ſit
naturalis,multa debent concurrere, quæ in dubio
adfuiſſe non præſumuntur, & pulchrè diſſerendo
Natta in conſil.421.nu.8. & ſeq.quia qui allegat
concubinatum, tenetur probare, & reſpondet ad
conſilium Bal.in contrarium allegatū.& hæc mul
to magis procedere debent noſtris temporib. qui
bus ſeuerè,vt par eſt, coercetur ab eccleſiaſticis
Iudicibus concubinatus,nec cuique impunè per-
mittitur. Cōfeſſio autem Domini Franciſci quòd
eſſet naturalis,non ſpuria,tempore donationis,at
42 tendi non debet,cum ſumus † in prohibitis,ſecū-
dum doctrinam Bar.in l.ſi fortè,ff.de caſtr.pecul.
quæ eſt communis. Dec.in conſi.132.nu.2.Crau.
in conſ.175.nu.5.Alciat.in conſi.14.nu.8.Tiraq.
in l.ſi vnquam,in uer. donatione largitus,nu.87.
& ſeq.C.de reuoc.donat.quidquid tamen ſit,ſuſ-
ficit quòd vltra vnciam nō licet relinquere etiam
naturali.

Remouetur quoque id, quod vltimo loco fuit
allegatum, donationem de qua agimus, factam
fuiſſe contemplatione primogeniti nepotis, non
autem matris, & in dubio ita præſumi: quia re-
ſpondeo verum quidem eſſe, quod in caſu dubio
præſumptio ita ſe habeat: at nos non eſſe in caſu
dubio; ſed in caſu claro, quandoquidem vt dixi
ſupra, in verſi.accedat quod in præſenti,&c. do-
natio facta fuit naſcituro nepoti, in quo neque
merita, neque demerita conſiderari poſſunt, &
qui cum non eſſet in rerum natura,& conſequen-
ter eſſet auo incognitus, non cenſetur etiam dile-
43 ctus. & in terminis in nepote naſcituro ita † con-
cludūt Bero.fami.qō.123.per totum.vbi dicit cō
trariam Bar.& aliorum ſententiam locum vendi-
care in nepote iam nato,qui in dubio propria con
templatione fuiſſe inſtitutus præſumitur.at in na-
ſcituro inquit rem nō dubiā,ſed claram, q cenſe-

tur

tur inſtitutus contemplatione parentis, & latiſſimè proſequitur Socin. iunior in conſ. 16. nu. primo, vſque ad 14. vol. 4. vbi vult quod ſimus in dubio, quando nepos erat natus: ſecus autem, quando non erat natus. & reſpondent hi duo ad oĩa cõtraria fundamenta, & non curo de aſſertione Dñi Franciſci, quia ea non probat, nec attenditur in prohibitis, vt dicebam paulo ſupra. & facit etiam,
44 quia non ſtatur alicuius † iuramẽto, quando is habet contra ſe præſumptionem, vel quando aſſertio eſt ſuſpecta, glo. in cap. propoſuiſti, in verſic. non probatur, diſtinctio. 82. Bart. in l. inter omnes, §. rectè, ff. de furt. cum alijs apud Nattam in conſilio 238. nume. 10.

Poſſet tamen opponi, quòd in præſenti facto ceſſat omnis præſumptio cõtemplationis, ex quo nepos eſt ex filia, qui cum non ſit in poteſtate matris, non poteſt eius organo aliquid matri acquiri per ea, quæ pro contraria parte dixi in principio, verſ. & quamuis. nam vbi patri non poteſt quæri vſusfructus, vt q̃a auus ꝓhibuerit, videtur Doct. habere pro abſoluto, quod tunc non dicatur inſti
45 tutio † facta cõtemplatione patris: ita enim voluit Bart. in d. §. quod ſi is, nu. 2. verſ. prætetea, qñ teſtator, vbi Caſtr. nu. 6. Aret. col. 4. verſ. vel potes dicere. & idem probat ũt ibi Alex. Iaſon, Bart. d. conſi. 118. Oducius. Bald. d. conſi. 146. nu. 5. in fi. & in matre ſpuria dicit Crauet. non eſſe dubium, quia ei nihil acquiritur per filium.

Item dici poſſet quòd duplici modo conſidera-
46 tur contemplatio, † primo ſcilicet vt patri quæratur, ſecundo quia affectione patris motus ſit ad diligendum filium. in propoſito autem licèt vnus nepotem diligat ex cauſa patris, non tamen ideo dicitur relinquere nepoti ea contemplatione, vt quæratur patri. ita Bar. in d. §. quod ſi is, nume. 3. & d. conſil. 118. nume. 6. ſed reſpondeo, quòd etſi non videatur relictum contemplatione patris, qñ ita relinquitur, ne patri quæratur; tñ aliud eſt, qñ nihil dicit auus: nam tunc etſi talis ſit perſona, cui per filium non quæratur, tamen ſi patris contemplatione relinquatur, acquiritur patri, l. ſed ſi plures, §. in arrogato, ff. de vulg. l. aditio, ff. de acquir. hæred. quæ vera procedunt etiam ſi nepos eſſet emancipatus, vt inquit Caſtr. d. §. quod ſi is, nu. 6. poſt medium, & Docto. omnes in d. §. in arrogato, extẽdunt ad maritum, & vxorem, licèt vni per alterum nihil acquiratur. licèt ergo quando prohibetur acquiſitio, ceſſet præſumptio, quòd factum fuerit contemplatione patris, tamen aliud eſt, qñ prohibitio non eſt facta, & ideo licèt matri nihil per filium quæratur, tñ poteſt filio relinqui contẽplatione matris, & matri acquiritur, ſicuti etiam acquiritur extraneo. & ſi illa ratio eſſet vera, inferretur quòd nepoti naturali vel ſpurio ex naturali, aut ſpurio filio poſſet relinqui, ex quo patri non quæri poteſt, cum non ſit in poteſtate patris, & tamen hoc eſt falſum, vt demõſtraui ſup. verſ. & quæ ſupradicta ſunt, &c. ergo falſum quoque eſt an-
47 tecedens; valet † enim argumẽtum a conſequenti deſtructo, l. ſecunda, §. mutui datio, ff. ſi cert. petatur, Euerard. loco 97. in principio, vbi multos citat.

Conſideratio autem Bart. circa duplicem contemplationis ſpeciem poſſet habere locum in nepote iam nato, cui vtraque ſpecies contemplationis poteſt conuenire; ſed in naſcituro, cui non æquè conuenit ſecunda ſicut prima, non habebit locum, nam non poteſt nepos poſthumus diligi propter patrem, quia erat incognitus, & dilectio non cadit in incognitum. proinde ſi in eo prima ſola ſpecies contemplationis cadere poteſt, dicendum eſt donationem fuiſſe factam illi, ſecundum primam ſpeciem.

SVMMARIVM.

1. *Hæres inſtitutus cum onere ſubſtituendi vnum de familia, ſi non ſubſtituit, omnes admittuntur.*
2. *Voluntas teſtatoris ſola attenditur in vltimis voluntatibus.*
3. *Fideicommiſſum inducitur quibuſcunque verbis.*
4. *Electus quis videtur à teſtatore, nõ a grauato, quando eligit hæres de ordine teſtatoris.*
5. *Inſtitutio eſt titulus honorabilis.*
6. *Inſtituti vbi ſunt plures, & non conſtat in quibus portionibus, intelligimus eos æquales.*
7. *Inſtituti quando ſunt vnus frater, & filij alterius fratris, tunc frater habet dimidium.*
8. *Plures quando collectiuè vocantur, & vnus nominatim, ille tantum habet, quantum omnes alij.*
9. *Plures vocati copulatiuè habent ſolum dimidium, quando alius eſt nominatiuè inſtitutus, etiam ſi dictum ſit, æquis portionibus, quando ſunt poſiti in diuerſa oratione.*
10. *Hæredes ſi inſtituantur plures collectiuè, & vnus nominatim, qui non ſit de incluſis in collectiuo, tantũ capit ille ſolus, quantum omnes alij.*
11. *Filij fratrum ſuccedunt patruo in ſtirpes; non in capita.*
12. *Fideicommiſſum regulatur ſecundum ordinem ſuccedendi ab inteſtato.*

CONSILIVM CLXXVIII.

FORMA teſtamenti, quòd Dominus Ioannes Thea Iuriſcõſultus condidit, ea eſt, vt me in maximam admirationem adducat, quòd non ignarus quantum dubij in profunda legum ſcientia afferat teſtatorum non ita explicita voluntas, ſuam ipſe intẽtionem apertè nõ expreſſerit: vxorem enim inſtituit cũ onere ſubſtituendi poſt mortem vnum, vel plures ſi ſibi placuerit ex filijs Dñi Iacobini fratris ipſius teſtatoris, & p̃ſertim, quod debeat D. Proſperum nepotem ex altero fratre admittere ad honorabilem portionẽ hæreditatis a qua fuerat ſuperiore teſtamento excluſus; & contigit vxorem nullam feciſſe ſubſtitutionẽ, propterea dubitatur, quis ſuccedat, & quã portionem conſequatur Dominus Proſper? Et quia non datur otium immorãdi, inſtatque receſ-

ſnrus Conſultor, dico breuiter filios domini Iaco-
bini oẽs eſſe admittẽdos cum dño Proſpero. mo-
ueor ex l. vnum ex familia, §. rogo, ff. de leg. 2. l. ſi
quis Titio, §. fin. l. cum quidam, §. idem ait, ff. eod.
1 tit. vbi ſi hæres inſtitutus cũ onere † reſtituẽdi vni
ex pluribus, quẽ elegerit, decedat nulla electione
facta, oẽs vocãtur, declarat Caſtr. in d. l. vnũ, §. ita-
que, in fi. Tiraq. de retract. conſang. §. 11. glo. 6.
nu. 7. & ratio eſt, quia etſi electio cõmittatur hæ-
redi iam tñ eligendi, illi erant a teſtatore deſtina-
ti ad ſuam ſucceſſionẽ: quapropter defectus hære-
dis non aufert teſtatoris voluntatem ſatis clare ex-
2 plicitam, quæ † ſola attenditur in teſtamentis, l. in
conditionib. ff. de conditio. & demonſt. & pcipuè
in fidcicommiſſis, l. pen. ff. de leg. 1. relinquuntur
3 enim fideicommiſſa verbis † quibuſcũque, l. fidei-
commiſſa, io prin. ff. de leg. 3. Ale. in conſ. 100. nu.
7. vol. 4. & qualiſcũque teſtatoris ſermo accipitur
pro fideicõmiſſo, d. l. vnum ex familia, §. fi. & pro-
bat tex. in d. l. fideicõmiſſa, §. hæc verba, vbi teſta-
tor rogãs hæredem, curam agere prædiorũ, vt ad
filios perueniãt, videtur fideicõmiſſum inducere,
Dec. conſil. 23. nu. 2. Gozad. conſ. 64. nu. 14. Pariſ.
conſ. 63. nu. 10. vol. 2. & vbi teſtator aliquem hære
di commendat reſpectu certæ rei, cenſetur illi fidei
commiſſum relinquere, l. verba, vbi gl. ff. de alim.
& cibar. leg. l. 2. C. comm. de lega. in præſenti aũt
caſu eſt quid pluris, quia teſtator non rogauit, vel
commẽdauit, ſed onerauit, quia inſtituit cum one
re ſubſtituẽdi, & fideicommiſſum ppriè eſt onus,
l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulga. ideo reijcitur
a legitima, gloſ. in l. ex tribus, C. de inoff. teſtam.
& in tantum eſt perfecta diſpoſitio, & a teſtatore
depẽdet, ꝙ etſi hæres elegiſſet, videtur ſubſtitutus
4 † babere a teſtatore, non ab hærede, l. ſi hæres te-
ſtamento, ff. de actio. emp. eſt tex. in d. l. vnũ ex fa-
milia, §. ſi de ſalcidia, & §. ſed ſi duos, vbi gl. in ver.
hæreditario. latè Crau. in conſ. 144. nu. 1. Infertur
igitur, ꝙ nulla electione facta ab hærede oẽs ſub-
ſtituti vocantur, ẽt Dñus Proſper: quia ſi erat ad
honorabilem hæreditatis portionem admittẽdus,
dicitur ſubſtitutus in quota hæreditatis: inſtitutio
enim titulus eſt honorabilis, ideo filios lex man-
dat inſtitui, §. aliud quoque capitulum, in Auth. vt
cum de appellat. cognoſci. quia titulus inſtitutio-
nis non ſolum eſt plenior, ſed ẽt honeſtior & ho-
5 norabilior, vt inquit text. in l. filiũ, §. ſed etſi por-
tio, ff. de leg. pręſt. vbi gloſ. in ver. pleniore, Cyn. in
auth. nouiſſima, in 1. quæſt. vbi Bart. & alij, C. de
inoff. teſta. & portio deferenda Proſpero oon põt
eſſe, niſi hæreditatis, tum quia dicitur expreſsè, tũ
ẽt quia teſtator fecit mentionẽ de portione, a qua
fuerat excluſus. ſed excluſus fuerat in ſecundo te-
ſtamento ab hæreditate, ad quam in primo fuerat
vocatus, ergo in tertio admitti debet ad portionẽ
hæreditatis. Prętcrea cum primò dicat quòd vxor
ſubſtituere teneatur filios Domini Iacobini, &
præſertim admittere Dominum Proſperum, &c.
intelligi debet, ad portiooem ſubſtitutionis.

His ſtantibus videretur dicendum, quòd Do-
minus Proſper ſuccedere debeat ſolum pro virili
& ęquali portione cum filijs Domini Iacobini, per
6 ea, quæ † ponit Bal. in l. ſi quis ita ſcripſerit hære-
dem, ff. de hæred. inſtit. vbi inquit, inſtitutionem
intelligi factam æquis portionibus, qñ teſtes dicũt
plures inſtitutos fuiſſe, ſed non recordari de por-
tionibus, & ſubdit eſſe perpetuò notandũ. ſequũ-
tur ibi Angel. Imo. in fi. Iaſ. in l. nõ hoc, nu. 15. ver.
nonò fallit, C. vnde leg. Dec. in conſ. 252. nu. 3.
verſ. nec obſtat quod, & conſ. 412. col. 2. in princ.

Contrariam tamen opinionẽ amplector, quod
Domino Proſpero medietas debeatur: perinde
enim eſt ſtantibus prædictis, ac ſi teſtator expreſ-
sè ſubſtituiſſet filios Domini Iacobini, & Domi-
num Proſperum, ex quo oẽs vocantur: filij autem
Dñi Iacobini dicuntur collectiuè vocati, ideo oẽs
filij Dñi Iacobini capiunt vnam dimidiam, & Do
minus Proſper aliam dimidiã, vt eſt tex. in l. inter
dum, ff. de hęred. inſtit. vbi dicitur, quod inſtituto
7 primo † & filijs fratris, primus habet ſemiſſem, &
filij fratris tantundem, niſi dictum ſit, æquè, vel
æqualibus portionibus eos inſtitui. ad idem eſt
tex. in l. ſi liber homo, §. Titius, il primo, ff. eod. tit.
& dicit Imola d. l. interdum, ꝙ coniũctio, quę indu
citur per collectiuam plus ſtringit, quàm ea, quæ
inducitur per copulam. ideo plures per collectiuã
coniuncti habentur pro vno ſolo. & in d. §. Titius,
inquit, quod tãtum habẽt duo coniuncti, quantũ
vnus de p ſe inſtitutus. & Ang. vtroque in loco in
fert, quod ſi vniuerſitati & rectori tribuatur pote-
ſtas eligendi notariũ, tantam vocẽ habebit rector
ſolus, quantam tota vniuerſitas, ad idem eſt tex. in
l. ſi pater filio impuberi, ff. de vulg. & pupill. vbi
Bart. & Doct. eſt etiam text. in l. fi. C. de impuber.
vbi glo. Bar. & alij omnes, Alex. conſi. 55. nume. 3.
volum. 4. Afflict. deciſ. 309. nume. 2. & eſt genera-
8 lis regula, quod vbi plures † collectiue vocantur,
& vnus ſpecialiter, tantum habet ille ſolus, quan-
tum illi plures, vt inquit Iaſ. d. l. fin. nu. 4. vbi dicit
hanc eſſe regulam firmam. & idem cõfirmat Dec.
in conſi. 122. nu. 2. & ideo Iaſ. in d. l. fi. nu. 5. infert
ad plures notabiles deciſiones.

Non obſtat quod in dubio videãtur æqualibus
portionibus vocati, quia rñdeo hoc procedere, ni-
ſi eſſent aliqui collectiue; alius vero per nomen
propriũ vocatus, vt proxime declaraui. quinimo
in præſenti caſu ſi dixiſſet teſtator quod hæredes
eſſent æquis portionibus, adhuc Dñs Proſper ha-
beret medietatem, ex quo ſunt diuerſis orationib.
vocati, declarat Caſtr. in d. l. interdum, in prin. nu.
3. ff. de hęred. ioſtit. vbi inquit, quod ſi teſtator di-
9 xerit, primus † hęres eſto, & filij fratres æquè hære
des ſunto, tũc primus habebit ſemiſſem. & ſubdit
eſſe magnam limitationem & menti tenendam, &
ſequitur Dec. in conſ. 597. nu. 8. & 9. vbi loquitur
expreſsè, qñ dictum eſt, quod ſuccedãt ęqualibus
portionibus, Mantica de coniect. vltim. volunt.
lib. 4. tit. 9. nume. 6. quamuis Imola in d. l. inter-
dum, in princ. tenuerit contrarium, Caſtr. tamen
ſequitur Ruyn. conſi. 164. nume. 3. in fi. volum. 2.

Alex.cõſ.55.nu.3.vol.4.ſed quidqnid ſit, in caſu
noſtro nulla extat dictio æqualitatis ſignificatiua,
hæc opinio multo magis procedit, attento quòd
D.Proſper non continetur ſub collectiuo nomi-
10 ne † filiorũ Domini Iacobini, quo caſu ſemiſſem
habet, ſecundum text. in l.antepen.§.Lucius, il pri
mo, ff.de leg. 2.ſecundum primum intellectum gl.
& Fulgoſ.ibi, Iaſ.in l.fi.nu.9.verſ.quartò ſingula.
C.de impub. vbi dicit illum tex.eſſe ſingularem,
idem dicit nu.4.ver.vnde inuenio.

Confirmatur hęc opinio, quòd Dominus Pro-
ſper ad ſemiſſem admittatur, qa ſi tractaretur de
ſucceſſione inteſtati, filij D.Iacobini haberent ſe-
miſſem, & D. Proſper item ſemiſſem, ex quo filij
fratrum in ſucceſſione patrui ſuccedunt in ſtirpes,
11 & † non in capita, gl.in authen.ceſſante, & in l.le-
ge duodecim, C.de ſuis & legit. cũ infinitis apud
Tiraq.de retract.conſang.§.11.gl.12.nu.5.Coraſ.
in l.hæres inſtituta, nu.12.C.de impub.Crot.conſ.
76.nu.3. Io.de Ligna.conſ.76.nu.3. inter conſil.
Bruni, Caſſan.conſ.47.nu.26. Bertr.l.hac edicta-
li, ver.quam obſeruationem, num.4.C.de ſecund.
nupt.Alba conſi.29.nu.22.ergo eodem modo vi-
detur teſtator ſubſtituiſſe, quia fideicommiſſum
12 regulatur ſecundum ordinẽ ſuccedendi † ab inte-
ſtato, gl.in l.cum ita, §.in fideicommiſſo, ff.de leg.
2.Caſtr.l.fi.num.5.C.de verb.ſignif.dixi in conſ.
320.nu.3.Mantica lib.8.tit.12.nu.10.ita arguit fe
rè in terminis Ale.conſ.55.nu.5.vol.4. & non fa-
ciunt ad propoſitum, quæ ponunt Dec.Socin. &
Ruy.citati a Mantica, d.tit.9. nu.11.Afflic.deciſ.
309.& Capic.deciſ.208.quia loquuntur, quando
in eadem oratione inſtituuntur frater, & fratrum
filij: item quando vocantur ſub appellatiuo nomi
ne: hic vero diſtincta eſt oratio, & vſus eſt teſtator
proprijs nominibus.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum eſt probatio probata.*
2 *Stipulari poteſt quis alij cum iuramento.*
3 *Abſenti quæritur actio ex alterius ſtipulatione, quã-do eſt iurata.*
4 *Interpretatio ſumi debet, per quam vtrique parti conſulitur.*
5 *Acceſſoria non alterant principalem diſpoſitionem. limita, vt nu.58.*
6 *Verba poſita poſt perfectam orationem demonſtrant, non limitant.*
7 *Accidens poteſt adeſſe & abeſſe præter ſubiecti corruptionem.*
8 *Mens contrahentium magis inſpicitur, quàm conceptio verborum.*
9 *Dos propriè eſt vxoris, non mariti.*
10 *Puri & purificati, idem eſt iudicium.*
11 *Conditione impleta habetur actus ac ſi ab initio fuiſſet purus.*
12 *Clauſula, ex nunc prout ex tunc, retrahit diſpoſitionem ad tempus actus.*
13 *Venditio perfecta non poteſt retractari.*
14 *Semper, dictio, denotat cõtinuationẽ, & perpetuitatem temporis, & ſignificat omni tpe, & omni caſu.*
15 *Contraria non poſſunt ſimul ſtare, ſed vno poſito, remouetur alterum.*
16 *Semper, dictio, importat quidem omni tempore, ſed non omni caſu.*
17 *Omnis, dictio, nihil excludit, imò continet, quæ aliàs non venirent.*
18 *Geminatio arguit præciſam & enixam diſponentis voluntatem.*
19 *Pactum vnius, non prodeſt alij, nec etiam conuentio facta cum vno, prodeſt alteri ad actionem vel exceptionem.*
20 *Renunciatio facta vni, non prodeſt alij.*
21 *Abſenti ius non quæritur ex contractu, niſi interueniat nuntius, vel epiſtola.*
22 *Stipulari alij nemo poteſt; præcipue quando verba exequutiua diriguntur in ſtipulantem.*
23 *Donatio propter nuptias ſoluto matrimonio remittitur ad donantem, ſicuti dos ad dotantem.*
24 *diſpoſitio generalis, quæ in vno tantum verificari poteſt, habetur pro ſpeciali. & ibi late.*
25 *Corrigere ſeipſum incontinenti nemo cenſetur.*
26 *Diſpoſitio interpretari debet, ne contineat contradictionem.*
27 *Duo poſſeſſores eiuſdem rei eſſe non poſſunt eodem tempore.*
28 *Contractus perfectus, & exequutus non reſoluitur, niſi interueniat actus retroſimilis.*
29 *Dos eſſe non poteſt ſine matrimonio.*
30 *Aeſtimatio facit emptionem.*
31 *Dotalis nõ eſt res, quæ fuit ꝑ dotibus in ſolutũ data.*
32 *Mulier ſecundo nubens non cenſetur ſecundo viro dare in dotem bona, quæ habuit inſolutum ab hæredibus primi viri.*
33 *Actus referri magis debet ad cauſam neceſſariam, quàm ad voluntariam.*
34 *Pretium arguit, quid venerit in venditione.*
35 *Penſio arguit, quid venerit in conductione vel emphiteuſi.*
36 *Onus adiectum declarat diſpoſitionem.*
37 *Venditione reſoluta, vterque contrahentium recuperat quod ſuum erat.*
38 *Verba cui non conueniunt, ei nec conuenit diſpoſitio.*
39 *Præſuppoſitum eſt ſemper verificandum.*
40 *Qualitas adiecta diſpoſitioni eam reponit ſub diuerſa ſpecie.*
41 *Qualitas adiecta reſtringit, & declarat diſpoſitionem. vbi latè.*
42 *Subiecta talia ſunt, qualia prædicata demonſtrant.*
43 *Feudi qualitas cognoſcitur ex ſignis.*
44 *Interpretatio capi debet, quæ eſt magis veroſimilis.*
45 *Interpretatio ſumi debet, quæ eſt magis iuri conformis.*
46 *Vniuerſalis diſpoſitio geminata hominis, non recipit reſtrictionem de habilitate.*
47 *Declaratio verbis non conueniens, non eſt ſumẽda.*
48 *Verba clara non recipiunt interpretationem.*
49 *Verba debent intelligi cum effectu.*
50 *Veniſſe non dicitur, qui non ſtetit.*
51 *Actus qui non durat, non conſideratur a iure.*

52 *Verba intelligi debent ſecundum naturam actus & ſubiectam materiam.*

53 *Vniuerſalis diſpoſitio reſtringitur ad ea, quæ ſunt de natura actus.*

54 *Contractus a principio ſunt voluntatis, poſtea verò neceßitatis.*

55 *Venditio perfecta non reuocatur etiam ſi venditor vellet reddere pretium duplicatum.*

56 *Præcedentia declarant ſequentia. vide infra, nu. 61.*

Præcipue quando præcedentia ſunt determinata, & ſequentia incerta, nu. 57.

58 *Clauſula acceſſoria declarat diſpoſitionem.*

59 *Accidentia conferũt ad cognoſcendũ quod quid eſt.*

60 *Pars vna ſcripturæ declarat aliam, etiam ſi diſpoſitiones eſſent ſeparatæ.*

61 *Sequentia ſi ſunt certa, reſtringunt præcedẽtia, quæ ſunt dubia.*

62 *Verba ſunt mentis noſtræ teſtimonium.*

63 *Verba in dubio capi debent in ſignificato proprio.*

64 *Iuramentum non extendit diſpoſitionem, ſed eam in ſuis terminis confirmat.*

65 *Conſtitutum dicitur acceßorium ad contractum.*

66 *Conſtitutum non prodeſt abſenti.*

CONSILIVM CLXXIX.

CONDEMNATO Domino Marco Antonio Guiſcardo ꝓ capitali crimine, eiuſque bonis publicatis Ducali fiſco Montisferrati, medietas maſſaritij nuncupati della Paueſia, data fuit inſolutum magnificæ Dominę Laurę Bazanæ eius vxori pro aureis mille tercentum a ſole ſibi debitis pro dote & donatione ꝑ ꝑ nuptias: exinde D. Laura in omnem caſum, in quem D. Marcus Antonius eius maritus præmoreretur D. Laura ſuperſtite, vel vbi Dña præmoreretur, & eius hęredes poſſent aliquo iure ſuccedere in ſuis dotibus, & donatione propter nuptias, vel de eis aliquo modo diſponere, ſemper & omni caſu promiſit dictam dimidiã vendere D. Chriſtophoro eius ſororio pro eodẽ pretio, pacto tñ appoſito, quòd ille contractus haberetur ꝓ non facto, vbi D. Marcus Antonius reſtitueretur in gratiam Sereniſſimi D. Ducis Mantuæ, & Mõtisferrati, vel vbi D. Laura decederet cũ filijs ex dicto Dño eius marito, ita vt in prædictis caſibus D. Marcus Antonius dicta bona teneat & poſſideat pro ſuis & pro bonis dotalibus æſtimatis, & ſibi ſoli incumbat onus dotes & donationẽ ꝑ ꝑ nuptias reſtituere Dominę Lauræ vxori. mortua poſtea D. Laura, nec non Domino Chriſtophoro prædicto, hęredes Dominę Laurę venditionis inſtrumentũ fecerunt de dicta parte maſſaritij hæredibus D. Chriſtophori: ſed paucis ab inde annis D. Marcus Antonius reſtitutus ad priſtinos honores inſtituit iudiciũ ꝓ conſequẽdo maſſaritio. & prima quidẽ conſideratione videtur fundatam eſſe eius petitionem ſuper inſtrumẽto prædicto, quo diſponitur expreſsè, quòd in caſu reſtitutionis teneat, & poſſideat dictum maſſaritium, &

1 inſtrumentum † facit fidem indubiam, & eſt probatio probata, Bal. in l. intereſt, in 1. not. C. de ſolu. & reddit rem certam, Bar. in l. 1. in prin. nu. 8. ff. de oper. noui nunc. & habet pro ſe tres pręſumptiones, i. ꝙ ſit verum, ꝙ ſit ſolemne, & quod in eo omnia ſcripta ſint de partium voluntate, ſecũdum Bal. in conſ. 437. nu. 5. vol. 5. Neuiz. in cõſ. 79. nu. 10. & inſtrumẽtum publicũ vim habet diffinitionis cauſę, ſecundum Bal. in conſ. 233. vol. 1. & poteſt dici ꝙ eſt caſus inſtrumẽti, Bal. in conſ. 215. col. 2. in fi. vol. 2. & quamuis D. Marcus Antonius non eſſet præſens inſtrumento, nec illud pactũ acceptauerit: tñ quia eſt iuratum, tribuitur ex eo ius abſenti, nam iuramentum ſupplet partis abſentiã,

2 & operatur quòd ex alterius ſtipulatione † quæratur actio, vt eſt glo. in c. quoties cordis oculus, 1. q. 7. per q̃ Doct. dicunt, ꝙ licet ſtipulari alij, Bart. in l. ſi quis pro eo, quæſt. 6. num. 12. ff. de fideiuſſo. Doct. ferè omnes in l. ſtipulatio iſta, §. alteri, & §. ſi ſtipuler, ff. de verbo. oblig. præcipuè Alc. nu. 9. & Iaſ. nu. 4. idem Alc. in conſ. 31. col. pen. & in conſi. 66. nu. 25. vol. 6. infinitos ad hoc citat Gab. cõm. opin. lib. 3. tit. de verb. oblig. concl. 1. nu. 69. Rol. qui plures alios addit in cõſi. 19. nu. 31. & ſeq. vol. 2. & non ſolum hoc procedit in eo, qui alij ſtipulatur, cui ideo datur quòd per viam euangelicæ denũciationis poſſit agere & promiſſum petere, ſecũdum Imo. in c. ſi cautio, de fide inſtru. quia oritur naturalis obligatio, pro qua datur denunciatio, c. nouit, cum ibi no. per Innoc. de re indi. vel ẽt agat recta via ad obſeruantiam promiſſorum, Bart. loco prædicto, But. & Imo. in c. cum contingat, de iureiu. quia vbi iuramentum ſeruari poteſt ſine periculo ſalutis, ſemper iurans cogitur ſatisfacere, c. ſi verò, de iureiu. ſed etiam locum habet in abſente,

3 pro † quo alius eſt ſtipulatus, quia is poterit agere, glo. in d. c. quoties cordis oculus, Bal. in auct. ſacramenta puberum, col. vlt. C. ſi adu. vendi. Butr. in d. c. cum contingat, de iureiu. vbi Imo. car. 13. dicit, illam glo. eſſe ſingularem ad hoc, eandem ſententiam tenuerunt Spec. Anch. Rom. & alij, quos citat & ſequitur Prępoſ. in d. c. quoties, nu. 6.

Et non obſtat præcedens diſpoſitio, in qua Domina Laura promittit vendere Domino Chriſtophoro, vbi ipſa præmoriatur, & ſui hæredes poſſint ſuccedere in dotibus, quia illa promiſſio debet intelligi ſecundum pactum paulo poſt appoſitum, ideſt niſi Dominus Marcus Antonius reſtitueretur in gratiam, quia vna pars conuentionis declarat aliam, l. vtrum, ff. de petit. hęred. aliàs pateretur contrarietatem, quæ non eſt admittenda, l. vbi repugnantia, ff. de reg. iu. vel etiam intelligi debet quòd venditio ſortiatur quidem effectum; ſed vbi maritus foret reſtitutus, poſſet bona rehabere a Domino Chriſtophoro, vel eius hæredibus, & hoc modo vtrunque conuentionis capitulum ſuum operatur effectum declarando, quod teneatur quidem Domina Laura vendere Domino Chriſtophoro, ſed venditio eo vſque tantum & non vltra ſuſtineatur, dum Dominus Marcus Antonius reſtituatur, & hoc modo ſatisfit vtri-

4 quc parti.ea rero interpretatio † eſt ſumenda, per
quã conſulitur vtrique parti,& eſt minus oneroſa
cõtrahentibus,Caſt.l.1.n.3.ff.ſi quis cautio.Dec.
in conſ.162.nu.1.Dñs Becius conſi.99. nnm.26.

Minus mouent alia verba inferius vltimo loco
poſita,dũ dicitur, ita vt ea habeat D. Marcus An-
tonius pro ſuis & pro dotalibus, & alia, &c. quæ
videntur innuere quòd Domina Laura ſenſerit de
reſtitutione concedenda marito ante ipſius Do-
minæ Lauræ obitum: quia reſpondetnr, quòd illa
5 ſunt verba acceſſoria † & poſita in exequutiuis,
ideo non debent alterare vel reſtringere pręceden
tem diſpoſitionem, quæ eſt principalis, ſecundum
glo. in clem.1.de præben. Alex. in l.qui Romæ, §.
duo fratres, vbi Ripa, nn.45.ff. de verb. obli. Fely.
in c.licet, de offi.ordin. Dec. in conſi.413.in fin.&
in l.non omnis, in prin. nu.11.ff.ſi cer.peta. alios
citat Dominus Becius in conſi.111.nn.25.vbi poſt
Bar.in l.1.q.6.in fi.ff.de iure codicill.inqnit ratio-
nem eſſe, quia huiuſmodi clauſulæ cenſentur ap-
poſitæ præter mentem diſponẽtis, Simon de Pręę-
tis de coniect.vlt.volun.lib.4. interpret.1.dubi.7.
nu.33.id quod confirmatur, quia ante dictã clau-
ſulam extat perſecta diſpoſitio, quod eueniente di
cto caſu contractus prædictus habeatur pro nõ fa-
cto, vel pro reuocato: quando autem poſt oratio-
nem perfectam ponitnr aliquid in oratione ſepara
6 ta, † cenſetur illud adiectum gratia demonſtrãdi,
non limitandi, vt probat Bal.in l.ſi cui legetur, cir-
ca finem principij, & in l.quidã, in prin.ff.de leg.1.
Caſt.in conſi.339. quia exceptiones, num.3.ver.
pro intellectu, vol.1. Natta in conſi.34.num.6.ac-
7 cidentia enim poſſunt adeſſe & abeſſe † præter ſu-
biecti corruptionem, vt probatur in l. pro volup-
tarijs, ff.de impen. in reb.dot.fact. Gomeſ. in §.in
perſonam, num.14.Inſtit.de actio. Menoc.conſi.
37.num.98. vbi citat Coraſ. & Zaſium, ideo non
immutãt ſnbſtantiam, l.generaliter, §.proinde, ff.
de fideicom.liber. Gomeſ.loco præcitato.

Vlterius videtur hic clara mens & volũtas con-
trahentium fuiſſe, quòd maritus impetrata reſti-
tutione haberet hæc bona, non autem eius frater,
8 proinde illa attendi debet, nec verba, † quibus vſi
ſunt cõtrahentes, l.ſed Celſus, §.fundus, ff.de con-
trah.empt.l.vlt.C.quæ res pign. oblig. vbi dicitur
mentem contrahentiũ magis inſpiciendam, quàm
verbornm conceptionem, Bald.in l.ita ſtipulatus,
§.itẽ ſi qnis ita ſtipulatur, ff.de verb.oblig.& dicit
tex.in l.promittendo, in prin. ff.de iure dot. quòd
magis res quàm verba intuenda ſunt, multos alle-
gat Tiraq.in l.ſi vnquam, in ver. libertis, nnm.49.
& 59.C.de reuoc. donat. & manifeſtus ſenſus di-
ſponentis præualet verbis, l.3.C.de lib.præter.

Et illa verba ꝙ Dominus Marcus Antonius ha
beat ea bona pro ſuis & pro dotalibus æſtimatis,
uidentur æquè connenire, quando reſtitutio cõ-
ceditur poſt mortem Dominæ Lauræ, ac ſi eſſet
conceſſa ea uiuente, quia etiam poſt mortem di-
citur dos, vt toto tit.cum rub.ff.ſolut.matr. quini-
mò verè dicuntur ſua poſt mortem vxoris, quia ea
9 viuente dos † propria non eſt mariti, ſed uxoris.

Sed his & alijs, quæ plura poſſent adduci, non
obſtantibus, exiſtimo contrariam opinionem eſſe
magis ſuſtentabilem, quòd ſcilicet Domino Mar-
co Antonio nullum ius competat ad illa bona. Pri
mò, quia ea pleno iure fuerſit ceſſa & uendita Do-
mino Chriſtophoro per Dominam Lauram, ut
eſt uidere ex inſtrumento conuentionis, ubi ipſa
præmoriente in tali ſtatu, quòd ſui hæredes poſ-
ſint ſuccedere in dotibus, & donatione propter
nuptias, promittit ea bona uendere, & ex nunc ce
dit, uendit, &c. ea uerò conditio euenit, quia Do-
mina Laura prædeceſſit, & maritus tunc exulabat
incapax omnis ſucceſſionis, imò & acquiſitionis,
ita quòd dos & omnis hæreditas ꝑuenit ad ipſius
Dominæ Lauræ ſororem, quæ in omnibus bonis
ſucceſſit, & ideo purificata conditione factus fuit
locus uenditioni, non minus quàm ſi purè ea bo-
na ſine aliqua conditione uendidiſſet, quia puri
10.† & purificati idem eſt iudicium, l.ſed & ſi de ſua,
prope fi.ff.de acq.hæred. Iaſ.in l.quoties in diem,
col.3.ff.de uerb.oblig. Ruy. in conſ.31.nu.4.vol.
4.Cæph.qui alios citat, in conſi.272.nu.60.& cõ-
11 ditione impleta habetur contractus † perinde ac
ſi ab initio purus fuiſſet, l.fi.§. primo, vbi Alex.ff.
de vulg. Ruy.conſi.224.nu.12.uol.1.Pariſ. in cõſ.
48.nu.12.uol.1.Socin.iun. in conſi.35.nu.2.uol.
1.Crotus in conſi.49.nu.28.Tiraq.de retrac.con-
ſang.§.1.glo.2.nu.26. & glo.10.nu.49. Neuiza.in
conſi.78.nu.6. Neguſ.de pigno. in 1.mem.5.par.
princip.nu.12.& ſeq. & Deciſ. Pedem. 145.nu.3.
ſtatim ergo purificata conditione, perfecta fuit uẽ
ditio ſtante præſertim illa clauſula, ex nunc prout
12 ex tunc, cuius natura † eſt retrahere diſpoſitionẽ
ad tempus actus, ſecundum gl. Ang. & alios in l.1.
C.de codicill.gl.Cardin.& Imola in cle.uolentes,
de hæret. Tiraq.qui alios citat, de conſtitu. pat.3.
limitat.2.nu.16.Natta in conſ.453.nu.6. perfecta
13 itaque uenditione † nõ poteſt res reuocari de ma
nu emptoris, l.de cõtractu, & l.nõ eſt, C.de reſcin.
uend.Cæphal.in conſi.335.num.13.& ſeq.

Secundò hæc ſententia, quòd uenditio ſemel
perfecta non poſſit, nec debeat in pręſenti caſu re-
tractari cõfirmatur, quia in inſtrumẽto dicitur ꝙ
ea pręmoriente in eo ſtatu rerũ quòd dos ſpectat
ad eius hęredes, vult ſemper teneri & obligata eſſe
14 uendere. ea enim dictio, ſemper, † denotat tempo
ris perpetuitatem & cõtinuationem, l. ſeruitutes,
ff.de ſeruitut.tit.generali, l.1.ff.ſoluto matri.ubi fe
rè oẽs Doctores hoc ponunt, Soci.in conſi.11.nu.
5.uol.1. ubi ait, quòd huiuſmodi dictio æquipol-
let uniuerſali, & allegat id quod cantat eccleſia, &
nunc & ſemper.idem Soc.in conſi.54.nu.10.uol.
4.Bero.in conſi.80.nu.9. uol.2. ubi inquit, quòd
excludit omnem temporis pręfinitionem, Camil.
Viſitar.in d.l.1.nu.164.ff.ſol.matrim.& de hac di-
ctione ponit ad ſatietatem Boer. in deciſ.158.n.1.
& ſeq. ubi dicit quòd importat ſucceſſiuũ tẽpus,
perpetuitatem, & continuationem. & dicit Ruy.
in conſ.101. num.26. uolum.1. quòd etſi prohibi-

ta alienatione non cenſeatur prohibita ea quæ fit
ex cauſa neceſſaria ; tñ hoc fallit, quando teſtator
mandat ꝙ bona remaneant ſemper in familia, &
hęc dictio, idem, importat, quod omni tpe, & om-
ni caſu, ut probat Alber. in ſuo diction. in uer. ſem
per, ſequitur Pariſ. in conſ. 90. nu. 28. uol. 2. & hoc
ēt uoluit Boer. in deciſ. 158. num. 4. & de dicta di-
ctione loquentes, plures citat Menoc. in conſi. 38.
nu. 43. & in conſi. 44. nu. 11. ſi ergo eueniente di-
cto caſu Domina Laura uoluit teneri omni caſu
& omni tempore ad nendendum dicta bona; ergo
certum eſt, ꝙ non uoluit licere Domino Marco
Antonio conſequi ea, qñ reſtitueretur poſt ipſius
uxoris mortem, quia hæc eſſent inuicem contra-
15 ria, quæ non poſſunt ſimul ſtare, ſed uno † eorum
poſito remouetur alterum, l. ſi inter me & te, ff. de
excep. rei iudi. l. Pomponius, §. ſi is, in fi. ff. de pro-
curat. l. hæc uerba, ille aut ille, ff. de uerb. ſignific.

Tertiò licèt poſſet ſuper ea dictione, ſemper, ſu
beſſe aliquod dubiũ, ex eo quod uoluit Iaſ. in l. 1.
nu. 35. ff. ſol. matri. uerſi. adde ꝙ dictio, ubi inquit
eam importare quidem generalitatem & perpe-
16 tuitatem reſpectu temporis, † ſed non reſpectu
caſuum: quia ſecundum eum non importat idem,
quod omni caſu, in quo tñ contrarium tenuerunt
Alber. Pariſ. & Boer. ſupra citati, tñ contrahentes
in facto noſtro remouerunt omne dubiũ, quia nõ
contenti dixiſſe, ſemper, addiderunt, omni caſu,
quæ dictio uniuerſalis omnia comprehendit, & ni
17 hil excludit: hæc enim eſt natura † illius uniuer-
ſalis dictionis, l. 1. ff. de leg. 1. & ſub ea ueniunt q̃
aliàs non uenirent, Bart. in l. omnia priuilegia, C.
de epiſc. & cler. Abb. in c. ſi. ne cle. uel mona. Dec.
in conſi. 597. nu. 1. ubi ait, quod non eſſet uerum
dicere omnia, ſi ab eis aliqua excluderentur, alios
plures citaui in conſ. 73. nu. 62. & ſeq. quod ſi Do
mina Laura uoluit teneri ad uendendũ omni ca-
ſu, ergo uoluit etiã teneri eo caſu, quo Dominus
Marcus Antonius gratiam impetraſſet poſt eius
mortem, aliàs non fuiſſet obligata pro omni caſu.

Quartò accedit uirtus geminationis, quinimo
triplicationis: Nã in principio dicit, in omnem ca
ſum, in quem, &c. poſtea uerò dicit, teneatur ipſa
Domina Laura ſemper, &c. & rurſus omni caſu.
18 huiuſmodi autem geminatio † arguit præciſam &
enixã uoluntatem contrahentiũ, argumento l. ba-
liſta, ff. ad Treb. Bart. in l. cũ ſcimus, C. de agricol.
& cenſ. li. 11. Corne. in conſi. 249. nu. 4. vol. 4. Dec.
in conſi. 1. nu. 6. & multos congerit ad hoc D. Be-
cius in conſ. 24. nu. 24. & geminatio excludit om-
nem extẽſionem, & omnem interpretationem, vt
voluit gl. in clem. 1. ſ. ver. diœceſanis, de iure patr.
Iaſ. in l. ſi cõſtante, nu. 83. ff. ſoluto matri. Gozad.
in conſi. 4. nu. 25. Menoc. alios de natura illius di-
ctionis ponit in conſi. 63. nu. 13. & procedit etiam,
qñ vnico verborum cõtextu, & ſine temporis in-
teruallo proferuntur, quia nihilominus demon-
ſtrant præciſam diſponentis voluntatem, vt pro-
bat Bart. in repet. l. 1. col. 4. C. de ſacroſ. eccl. alios
citat Tiraq. in l. ſi vnquam, in verſ. reuertatur, nu.
50. C. de reuoc. dona. Pariſ. in conſ. 58. nu. 10. vol.
3. latè Simon de Pretis de coniec. vltim. volun. lib.
2. interp. 3. dub. 1. ſolu. 4. nu. 22. & ſeq. folio mihi
158. vbi inter alia dicit, ꝙ geminatio nunquã eſſe
debet ſine effectu operãdi, allegat Bal. in conſ. 46.
nu. 1. vol. 1. ad quid autẽ tot verba inculcata fuiſ-
ſent, ſi noluiſſent contrahentes, ꝙ quandocunque
D. Marcus Antonius impetraret gratiã, poſſet cõ-
ſequi hæc bona? & ad quid dicere, omni caſu, &
omni tpe, niſi eorum fuiſſet intentio, quod eueniẽ
te caſu mortis Dñę Lauręante virum, & vbi dotes
ſuę poſſent tranſire ad hæredes, venditio horũ bo-
norum cẽſeretur ita firmiter & irreuocabiliter fa-
cta, quod nullo modo de manibus Dñi Chriſto-
phori, vel hęredũ ſuorum poſſent, quicunque cõ-
tingeret caſus, uendicari? ſi enim aliter ſenſiſſent
partes, facile eis erat dicere quòd fieret venditio,
ita tñ quòd Dño Marco Antonio reſtituto liceret
recuperare hęc bona a Domino Chriſtophoro. cũ
ergo omiſerint, haberi debet hic caſus pro omiſſo,
l. vnica, §. ſin autem ad deficientis, C. de cadu. toll.

Quintò moueor, quia ex conuentione prædi-
cta nullum ius potuit acquiri Domino Marco An
19 tonio abſenti: regulariter enim pactũ vnius † non
prodeſt alij, l. ſi vnus, §. ante omnia, ff. de pact. & fa
ctum cum vna perſona, non habet locum cũ alia,
l. ſi tibi decem, §. ſi pactus ſim, ff. pact. vbi ſi con-
ueniam, ne a me, ne ve a Titio aliquid petas, talis
conuentio non proderit Titio abſenti: ideo dicunt
Caſtr. Alex. & Iaſ. in l. ſi actionẽ, C. de pact. quòd
ſi ſoror faciat vni ex fratribus pactum de non pe-
tendo paternam hęreditatẽ, poterit nihilominus
ab alijs fratribus petere portionem ſuã. idẽ voluit
Caſtr. in l. planè, §. ſi duobus, ff. de leg. 1. Crot. in
conſi. 89. nu. 9. id, quod procedit nedum ad effe-
ctũ vt uni quæratur actio ex pacto alterius, ſed ēt
ne exceptionẽ habeat, vt probatur in d. l. ſi actio-
nem, ſm Iacob. de Raue. Pet. Cy. & Sali. ibi, quos
citat, & ſequitur Tiraq. de retract. conſang. §. 1. gl.
9. nume. 127. & idem uidemus in renunciatione,
20 † quę non prodeſt alij, l. iubemus, C. ad Velleian.
Caſt. in conſi. 70. uol. 2. Rom. in conſ. 472. in prin.
Confirmatur hoc, quia in cõtractibus, qui conſen
21 ſu perficiuntur, non quæritur ius abſenti, † niſi nũ
tius vel epiſtola interueniat, l. conſenſu, cum glo.
in ver. conſentire, ff. de actio. & oblig. l. abſenti, vbi
latè Bar. ff. de dona. §. conſenſu, Inſti. de oblig. quę
ex cõſen. naſcun. & in ceſſione actionum facta ab-
ſenti, quòd non ualeat ſine nuntio, uel epiſtola, uo
luit Ioan. And. ad Spec. in tit. de ceſſio. actio. §. 2.
in 1. addit. Bal. in l. per diuerſas, q. 14. C. mandati,
& hanc concluſionem multis comprobat authori-
tatibus D. Becius in conſi. 65. nu. 4. & ſeq. & hoc
uendicat ſibi locum eo etiam caſu, quo quis eſſet
pro abſente ſtipulatus, quia abſenti non quæritur
actio ex alterius ſtipulatione, ex quo nemo poteſt
22 alij † ſtipulari, l. ſtipulatio iſta, §. alteri, ff. de uerb.
oblig. l. debitor, §. ſi. ff. ad Trebell. §. ſi quis alij, In-
ſtit. de inuti. ſtipul. Doct. in d. l. ſtipulatio iſta, §. al-
teri, & l. quod dicitur, ff. de uerbor. obliga. præci-

puè,

pue, quando nedum promiſſiua, ſed etiã exequu-
tiua verba diriguntur in ſtipulantem, non in eum
pro quo ſtipulatur, l. quæcunque gerimus, ff. de
actio.& oblig. gl.in l.huiuſmodi, ff.de leg.1.Rom.
in conſi.441.num.5. Alex.d.§.ſi ſtipuler, num.6.
Iaſ.d.§.alteri, num.11.Dec. in l.quo tutela, §.nec
paciſcendo,num.1.ff.de reg.iur.

Quibus hoc modo firmatis, nõ obſtat pactum
in eodem inſtrumento poſitum,quod vbi D.Mar
cus Antonius reſtituatur, ipſe teneat & poſſideat
hæc bona. ad hoc enim reſpondeo, ꝙ illud pactũ
intelligitur in caſu, quo reſtitutio concessa fuiſſet
viuente Domina Laura,non autẽ vbi fuiſſet con-
ceſſa ea iam defuncta,id quod deducitur ex pluri-
bus,& primò ſi intelligeretur de reſtitutione con-
cedenda poſt mortẽ Dominę Laurę,eſſet omnino
contrarium pręcedenti conuentioni,per quã pro-
miſit bona hæc vendere Dño Chriſtophoro, qñ
ante virum decederet in eo ſtatu, in quo ſui hære-
des poſſent diſponere de ſuis dotibus & donatio-
ne ꝑꝑ nuptias: hoc enim pactũ idem omnino im-
portat,ac ſi expreſsè ſictum fuiſſet in eo caſu quo
maritus ipſa viuente nõ reſtitueretur: nullo enim
alio caſu poterant hæredes ſui diſponere de doti-
bus & donatione propter nuptias, niſi ea deceden
te ante reſtitutionẽ viri,q̃a ſi tp̄e eius mortis ma-
ritus fuiſſet reſtitutus,ad eum pertinuiſſent dotes
vxoris,ſtante ſtatuto,ꝙ vxore pręmoriente ſine fi-
lijs maritus lucretur dotem. item marito reſtituto
hæredes vxoris prædefunctę non poterant diſpo-
nere de donatione propter nuptias,q̃a ſoluto ma-
trimonio,ſicuti dos reuertitur de iure cõi ad dotã
23 tem,ita ẽt donatio † redit ad donantem,gl.1.in fi.
in auth.ſiue a me, C.ad Velleian.& in authen.dos
data,C.de donat.ante nup.Bar.in §.1.in Auth.de
æqual.dot.& dona.prop.nup.in 2.notab. alios ci-
tat Rolan.in conſi.62.in prin.vol.1.cum ergo ca-
ſus,in quem promiſit Domina Laura hęc bona vẽ
dere Domino Chriſtophoro, non poſſit aliter ve-
rificari,quàm vbi ipſa decederet antequam mari-
tus reſtitueretur,perinde eſt ac ſi expreſsè dictum
eſſet quòd fiat venditio ſi tp̄e mortis ſuæ maritus
24 nõ eſſet reſtitutus; quia generalis diſpoſitio,† quę
non põt verificari niſi in vno, habetur pro ſpecia-
li,& ille caſus habetur pro expreſſo, l.2.ff.de libe.
& poſthu.& ideo dicit Bar. in l.qui Romæ, §.duo
fratres, q.1.ff.de verb. obl. quod etſi per generalẽ
renunciationem non cenſeatur quis remittere ius
fideicommiſſi, tñ hoc fallit, quando renunciatio
nullum aliud ius poſſet comprehendere. ſequun-
tur alij ibi, & præcipuè Crot.nu.127. & Ripa nu.
79.Bal.in conſi.440.col.2.vol.3.Ale.in conſi.11.
nu.13.verſ.prædicta bene facit, vol.2.Tiraq.de le-
gib.connub.glo.7.nu.134.& ſeq.latiſſimè Domi-
nus Becius in conſi.34.nu.14.& additio ad Iaſ. in
conſ.15.nu.2.vol.1. latè etiam Craue.in reſp. pro
genero,nu.343.in quibus locis dicunt, paria fore
quòd fuerit aliquid expreſſum verbis ſpecialibus,
vel quod ſit expreſſum generalibus,quæ non poſ-
ſint verificari, niſi in eo caſu. eadem ratione in-
quit Soc.in conſi.150.nu.12.vet.pondeto ẽt,vol.
2. quod etſi in generali diſpoſitione non veniat le
gitima,tñ fallit quando non poſſunt generalia ver
ba ad aliud referri. idem voluit Soc.iun. qui tamẽ
non meminit de Socino ſenio.in conſi.136.nu.18.
vol.1.quem citat D.Becius in d.conſ.34.nu.14.in
fin. ſed præter eos hoc ẽt voluerunt Capra & De-
cius,quos citat,& ſequitur Crau.d.reſpon.pro ge
nero,nu.344.Menoc. in conſi.71.nu.23. Ant.Ga
briel.commun.opin.lib.6.tit. de legitim. concluſ.
8.nu.16.Mantica de coniect.vltim. volun.li.7.tit.
8.nu.11.& poſſunt ad dictæ concluſionis cõproba
tionem infinita cogi exempla. ſicuti itaque diſpo-
ſitiones,& pacta prædicta eſſent contraria,ſi in pri
mo eſſet ſpecialiter dictum ꝙ Domina Laura de-
cedente ante viri reſtitutionẽ, bona hæc pertineãt
ad Dominũ Chriſtopborum: ita ẽt ſunt cõtraria,
quamuis dictũ ſit ea præmoriente in ſtatu quo ſui
hæredes poſſint diſponere de dotibus,& donatio-
ne propter nuptias. ſtante autem contrarietate,di
cendum eſt, ꝙ in ſecundo pacto non ſenſerit Do-
mina Laura de reſtitutione concedenda poſt mor
tem ſuam,ſed de ea quæ concederetur ipſa adhuc
viuente; ſm quem intellectum pacta reducuntur
ad concordiam: in dubio enim non eſt credendũ,
25 quòd Domina Laura † voluerit incontinenti ſe
ipſam corrigere,l.non ab ea legata dumtaxat, vbi
gl.& Doct.ff.de cond.& dem.Alciat. in tract.præ-
ſump.reg.2.præſ.28.nu.1. & in dubio interpretari
26 ita debet diſpoſitio,ne ſibi contradicat,† ca.inter
dilectos,de fide inſtr. & in contractibus dicit Bar.
in l.fi.§.idem quęſijt,ff.de cõd.indeb.Dec.in l.vbi
repugnantia,nu.4.ff.de reg.iur. vbi dicit hoc pro-
cedere in contractibus,in inſtrumento,in poſitio-
nibus,in ſtatuto,& in alijs diſpoſitionibus, & latè
comprobat Simon de Pret.de coniect.vlti.volun.
lib.1.interpret.1.dubit.4.ſolut.7.nu.3.vbi dicit ra
tionem eſſe, quia duo accidentia cõtraria nõ poſ-
ſunt informare idem ſubiectũ,& uerba quantum-
uis vniuerſalia reſtringũtur, ne inducatur contra-
rietas,l.fi.in verſi.omnes effectus, iuncta gl. C.de
donat. cau. mort. ẽt ſi ſint uniuerſalia negatiua,l.
1.§.denique, iuncta l.prohibere, §.ſed ſi permiſe-
rit,ff.quod vi, aut clam.latè Crau.in conſi.70.nu.
15.& in conſi.144.nu.14.ſed latius in reſpon.pro
genero,nu.301. & ſeq.vbi nu.305. dicit eſſe ſem-
per fugiendam contrarietatem vbicunq; fieri po-
teſt,diſtinguendo uel diuidendo,& nu.310.quòd
toleratur offenſio verborum pro tollenda contra-
rietate. & dicit Riminal.in conſi.94.nu.63.in fin.
uer.nec illa uerba,& in conſi.103.num.33.& ſeq.
uol.1.ꝙ pro euitanda cõtrarietate,uniuerſalia uer
ba reſtringuntur,ſecundũ præcedentia,quod plu-
rimum facit ad noſtrum propoſitum. conueniunt
ergo inuicem dicta pacta, ſi ſecũdum intelligatur
de reſtitutione concedenda uiuente Domina Lau
ra, poſtquam ea non conceſſa in eius uita, uoluit
bona poſtea peruenire ad D.Chriſtophorum.

Hic ſenſus demonſtratur etiã ex ijs, quæ in eo-
dem inſtrumento continentur poſt ſecundum pa-
ctum:

ctum: ea enim omnia conueniunt caſui, quo con-
ceſſa ſit reſtitutio Domina Laura viuēte,& econ-
tra non cōueniunt alij,qñ foret conceſſa poſt eius
mortem.dixit enim ita, vt Dñs Marcus Antonius
ea bona teneat & poſſideat, & non dicit quòd Do
minus Marcus Antonius ea auocete manibus Do
mini Chriſtophori, prout neceſſe ei eſſet, vbicun-
que reſtitueretur poſt mortem, ideſt poſtquā ven
ditio Domino Chriſtophoro facta eſt ſortita effe-
ctum. cum ergo dixerit, teneat & poſſideat, præ-
ſupponit quòd non ſit recuperatione opus; & ſa-
nè non poteſt ea tenere quæ non habet,neque poſ
ſidere ſi ab alio poſſidentur. quia eodem tempore
27 † duo non poſſunt eiuſdem rei eſſe poſſeſſores, l.
ſi vno,§.ſi duobus vehiculum,ff.commoda.
Secundò dicit, quòd eueniente caſu reſtitutio-
nis,ille contractus habeatur pro non facto, & pro
reuocato; ſed non dicit quod Dominus Chriſto-
phorus teneatur reſtituere bona Domino Marco
Antonio, prout neceſſe erat, ſi in caſu reſtitutio-
nis conceſſę poſt mortem Domina Lauræ voluiſ-
ſent partes bona ſpectare ad Dominum Marcum
Antonium,& prout dixiſſet Domina Laura, ſi ita
voluiſſet: ſciebat enim,vel ſcire debebat,quòd vbi
actus eſt perfectus, ad illius reſciſſionem non ſuf-
28 ficient † uerba, ſed actus requiritur retro ſimilis,
l.ab emptione,vbi Bartol. & alij,ff.de pact.l.1.ubi
Bal.& Sali.C.quando lice.ab emupt.diſced. Deciſ.
Pedem.35.per totam, dixi in conſi.136.num.25.
Tertiò diſponit Domina Laura q in caſu reſti
tutionis Dñs Marcus Antonius habeat illa bona
pro dotalibus.hæc autē uerba prꝑſupponunt q re
ſtitutio concedatur viuente Domina Laura, non
autē ea mortua,quia dos dicitur conſtante matri-
29 monio,† & non pōt eſſe ſine matrimonio,l.3.ff.de
iure dot.l.fi.C.de donat.ante nup.§.penul. Inſtit.
de nupt.Iaſ.Niconit. & Ripa in rub.ff.ſol.matr.
Quartò addit,q ea habeat pro dotalib.æſtima-
tis; hęc aūt qualitas q bona dotalia ſint æſtimata,
vel inæſtimata, & hæc diſtinctio erat ſolū neceſſa-
ria,vbi cōcederetur gratia viuente uxore,alias ue-
rò non. Nā ſiue bona dotalia forent æſtimata,ſiue
non, ſemper maritus ea fuiſſet lucratus cōceſſa re
ſtitutione poſt mortē. ſiquidem ſi fuiſſent inæſti-
mata, fuiſſet lucratus vigore decreti, quo lucrum
dotis defertur marito,qñ uxor deceſſit ſine filijs: ſi
30 verò fuiſſent æſtimata,ſtatim dominium † tranſi-
uiſſet in maritū,perinde ac ſi ea emiſſet, quia æſti-
matio facit emptionem, l.1.§. æſtimatorum, & §.
æſtimatas,C.de rei vxo.Corne.conſ.92.col.3.vol.
4.cum multis, quos citaui in conſ.1.num. 102.
Quintò confirmatur, quia illa pactio quòd ea
bona cederent in dotem, erat neceſſaria conſtan-
te matrimonio, nam aliàs maritus non ea potuiſ-
ſet habere, etiam ſi fuiſſet reſtitutus viuente uxo-
re,quia ceſſante pacto non cenſetentur data in do
tem, per ea, quæ poſuit Corne. in d.conſi.92. col.
3. vbi inquit, quòd bona mulieri in ſolutum pro
31 ſuis dotibus † nō ſunt dotalia, idem uoluit Corn.
in conſi.162.in 4.dub.volum.2.ubi dicit hoc verū
eſſe quoque in bonis, quæ ſecundus vir habuit ab
hæredibus primi uiri in ſolutum pro dotibus vxo-
ribus, q̃a ea non efficiuntur dotalia, ſequitur Pha
nuc.in trac.dot.gl.10.n.31. & proinde dixit Corn.
in d.conſ.172.in 4.dub.quòd etſi regulariter mu-
32 lier ſecundo nubens † uideatur dare ſecundo uiro
dotes, quas dederat primo, tñ non cenſetur dare
bona, quæ pro reſtitutione dotis habuerat in ſolū
tum ab hęredibus primi uiri, ſequitur Phanuc.d.
gl.10.nu.31.verſi.modo declarandum.Cum igitur
pactio eſſet neceſſaria conſtante matrimonio, cen
ſeri debet facta in caſum, in quem reſtitutio con-
cederetur conſtante matrimonio,quia actus refer
33 ri † ſemper debet ad caſum neceſſarium, magis
quā uoluntariū, Bal.in conſ.35.col.2.uol.2. Abb.
in conſ.116.in fi.vol.2. Craue. in conſ.149.nu.13.
Sextò id ipſum oſtenditur ex eo q ſubiungitur
poſt prędictū factū, quòd Dñs Marcus Antonius
teneatur dotes prædictas & donationem propter
nuptias reſtituere.hæc autem reſtitutio non pote-
rat fieri niſi Dño Marco Antonio pręmoriente ſu
perſtite Domina Laura,quia Domina Laura præ
moriente non erat locus reſtitutioni, ſed maritus
dotem,ut dixi, lucratur ad formam decreti ſeu ſta
tuti. Item præmoriente ea non debet fieri reſtitu-
tio donationis propter nuptias: quia ut prædixi,
reuertitur ad donantem,d.gl.in auth.ſiue a me,C.
ad Velleian.Rol.d.conſ.62. Cum ergo caſus reſti
tutionis dotis,& donationis non poſſit conſidera-
ri,niſi conſtante matrimonio,intelligendum eſt q
prædictū pactum factum fuit pro caſu, quo gratia
concederetur conſtante matrimonio,id quod alio
quoque inducitur. Nā Domina Laura in caſum
impetratæ gratiæ imponit marito onus reſtituen-
di dotes. hæc autem reſtitutio non pōt, nec debet
de iure fieri,niſi conſtante matrimonio; ergo gra-
tia quoque fuit neceſſaria conſtante matrimonio,
aliàs ſi impetraretur matrimonio ſoluto non poſ-
ſet onus impleri: qualitas enim oneris impoſiti
oſtendit,quid uenerit in diſpoſitione, ut dicimus
34 de pretio † rei, cuius quantitas declarat quod in-
cludatur in uenditione,glo.in l.1.§.qui ſuperficiē,
ubi Bar.ff.de ſuperfic. Bar.in l.patronus,§.1.ff.de
leg.1.Ang.in l.quidquid aſtrigendæ, circa fi.ff.de
verbo.oblig.Ange.in l.1.nu.5.C.qui teſtam. fac.
poſſ.Neuiza.in conſ.38.nu.4.Rol.conſi.82.n.52.
vol.2. & poſſent infiniti Doctores citari. idem eſt
35 in penſione, quia ex eius quantitate † deprehen-
dimus quantum venerit in locatione uel emphi-
teuſi,ſm Spec.in tit.de locat.§.nunc aliqua,n.75.
& 79.& ibi ſequitur Bal.ī additio. Paris de Puteo
in trac.de ſeu.reintegr.c.81.nu.4.ubi idem conclu
36 dit in feudo, & quod onus † appoſitum declaret
diſpoſitionē,eſt tex. in l.Proculus, ff.de vſufr. ubi
propter onus ſeruitutis impoſitum intelligitur le-
gata proprietas,licèt uerba ſonent in uſumfructū,
& illum ad hoc notant ibi Bart. Bald. Alber.Ang.
& Fulgoſ. & dicit Bart.in l.ex hac ſcriptura, nu.3.
ff.de donat.quòd diſpoſitio ampliatur,quādo ali-
ter onus non poſſet impleri, Alex. in l.ſi conſtan-
te,

te,nu.2.ff.ſoluto matrim. & illum tex.dicit ſingu-
larem Galiaula in l.centurio,nu.465.ff.de vulg.cō
cordantes citat Arius Pinell. in l.1.p.3.nu.41. C.
de bon.matern.Ferdinan. Vaſq.illuſtr.q.c.51.nu.
75.ver.ſecundò facit.& in pręſenti caſu non eſt ve
riſimile quòd Domina Laura impoſuerit onus,ꝙ
non poſſet impleri, q͂a eſſet facere actū fruſtrato-
riū,cōtra l.ſi præter,ff.de iud.Crau.cōſ.35.nu.25.

Septimò hanc fuiſſe uoluntatem Dominę Lau
ræ deprehenditur ex eo,quòd in inſtrumento di-
citur,teneri Dominum Marcum Antonium in ca
ſu gratiæ reſtituere dotes prædictas non hæredi-
bus Dominæ Lauræ,ſed ipſi Dominæ Laurę. Ve-
rum illi non poſſunt reſtitui poſt mortem ,ergo
ſenſerunt contrahentes de gratia impetrata viuen
te Domina Laura, poſtquam voluerunt, quòd in
caſu impetratæ gratiæ dotes ſoluantur Dominæ
Lauræ: non enim aliter poterat illi fieri ſolutio,
niſi tunc viueret.

Octauò clarum eſt, quòd vbi D. Marcus An-
tonius impetrata gratia poſt mortē Dominę Lau
ræ admitteretur ad hæc bona ex mente contrahē-
tium teneretur eo caſu reddere D. Chriſtophoro
aureos mille tricentum , quos ipſe ſoluiſſet hære-
dibus Dominæ Laurę pro pretio bonorum:reſo-
37 luto enim contractu uenditionis, † vterque con-
trahentium recuperat quod in contractu contule
rat,l.1.C.de reſcind.vend. & l.1.C. quando liceat
ab empt.diſced.l.ab emptione,ff.de pact.ſed in eo
pacto non extat conuentio,quòd pretium redda-
tur Domino Chriſtophoro, cui erat reddendum,
& qui iam numerauerat , ſed imo contraria extat
pactio,quòd ſcilicet dotes ſoluātur Dominę Lau-
rę . euidens ergo coniectura inſurgit quòd partes
ſenſerint de gratia impetranda viuente Domina
Laura,poſtquam ei conueniant dotes ſolui,nō au
tem de impetranda poſt eius mortē,attento quòd
nulla fit mentio de pretio reſtituendo Domino
Chriſtophoro, cui tamē neceſſe erat illud reſtitue
re, ſi partes voluiſſent ꝙ Dominus Marcus Anto-
nius reſtitutus in gratiam poſt mortem Dominæ
Lauræ poſſet hęc bona conſequi .

Quibus omnibus argumētis ſic ſtantibus infer
tur,ex quo verba pacti prædicti non conueniunt ,
nec aptari poſſunt reſtitutioni , quę concederetur
pręmoriente D. Laura,quòd nec pactū ipſum po
38 teſt hoc inferre:cui enim † verba non conueniūt,
& ipſa quoque diſpoſitio non conuenit , l.4.§.to-
tiens,ff.de dam.inſecto,l.ſi ſeruum,§.non dixit,ff.
de acquir.hęred.Rom. in conſ.44.nu.2. infinitos
cumulat Tiraq.in l.ſi vnquam,in ver.libertis,nu.
2.C.de reuocan.donat. D. Becius conſ.3.nu.41.

Inſertur etiam,cum dictum pactum pręſuppo
nat Dominam Lauram uiuere tempore impetrā-
dę gratię, quod non habeat locum pactum ſi gra-
tia impetretur poſt illius mortem:vbi enim diſpo
39 ſitio unum cōtinet,& aliud pręſupponit,† nō ha-
bet locū diſpoſitio niſi uerificetur pręſuppoſitū ,
glo.in l.mancipia,in uer.auocādum, C.de ſeru.fu
git. ubi Bartol. dicit quòd ſtatutum puniens tur-
bantem aliquem in ſua poſſeſſione pęna cētum,&
ad reſtitutionem ablatorum, non habebit locū in
quocunque turbatore,ſed in eo ſolo , qui abſtulit
poſſeſſionem , ſequitur Rom. in ſing.495. vbi ait
eſſe ſingulare dictum, Dec.in conſi.90.num.2. D.
Becius conſi.62.num.5.concordantes allegaui in
conſi.150.num.78.& procedit,etiam ſi diſpoſitio
aliquid obiter præſupponat,quia nihilominus nō
habet locum niſi verificato præſuppoſito , vt pro
bat Ange.in conſ.158.vbi ait,ſtatutum diſponens
quòd maritus partem dotis lucretur,& partem re
ſtituat,non habebit locum niſi in dote data , quia
hoc pręſupponit,quādo dicit,quòd maritus reſti
tuat: non enim poteſt reſtituere quod nō recepit,
Iaſ.in d.l.ſi donaturus,§.1.num.14.ff. de cond. ob
cau.facit Bald.in conſi.333.nu.4.vol.4.ubi quòd
ſtatutum aſſignans marito partem dotis a quocū-
que fuerit data,nō habet locum in promiſſa, quia
præſupponit datam,alios citat D. Becius in conſi.
58.num.8.& ſeq.Socin.iun.in rubr.ff.ſoluto ma-
trim.nu.54.dixi conſi.45.num.21.

Inſertur & tertiò, qđ & ſi verba pacti in princi
pio poſſent importare nedū reſtitutionē concedē
dam viuēte D.Laura,ſed etiam ea quæ poſt illius
mortem concederetur : tamen ex quo per clauſu-
las ſubſequentes adduntur qualitates , quæ non
poſſunt verificari niſi in reſtitutione impetranda
dum viueret D.Laura,principale ipſum pactū de
bet intelligi,& reſtringi ad reſtitutionem impetrā
40 dam ea viuente: qualitas † enim adiecta diſpoſi-
tioni,illam diuerſificat,& cōſtituit in diuerſa ſpe-
cie,d.c.ſtatutum,iuncto c.canon , de electio. in 6.
Bar.in l.ſi quis poſthumo,§.ſi filius,in fin.vbi Iaſ.
nu.51.ff.de lib.& poſthum.& dicit Imo. in l.palā,
§.ſi quis poſt,ff.de teſtam. ꝙ qualitatem adijciēs,
videtur declarare, Crot.in conſi.50.nu.8. Marſil.
in ſing.520.Gomeſ.§.in perſonam,nu.16.Inſtitu.
de actio.Menoc.de arbitr.iud.quæſt.12. nu.13. &
conſil.35. nu.13.& quod ex qualitate adiecta de-
41 claretur & reſtringatur diſpoſitio , † probatur ex
eo quod voluit Bar.in l.4.§.prætor ait,num.26.ff.
de dam.infecto.vbi dicit , ſtatutum diſponens de
quolibet contractu inſtrumentario ſoluantur pro
gabella ſex denarij pro libra,non habere locum in
contractu celebrato ſuper re inæſtimabili,vel non
continente intereſſe æſtimabile,ſequitur Fel.in c.
nonnulli,nu.102.& 104.de reſcrip.vbi dicit idem
eſſe, quando pęna diſpoſitioni appoſita non con-
ueniret,quia diſpoſitio habebit ſolummodo locū
in caſu,in quo poſſit quoque cōuenire pęna,alios
citat Cępbal.in conſ.149.nu.14.& ſeq.vbi hoc de
clarat inquiens , ꝙ diſpoſitio habet locum ſolū in
caſu,in quo verificari poſſunt omnia, quæ dicun-
tur in ſequentibus, id ꝙ ego confirmaui in conſil.
45.nu.25.adducendo doctrinam Bal. in l.Procu-
lus , ff. de vſufr.qui dicit , legato vſufructu venire
proprietatem , quando legatarius fuit prohibitus
alienare,& dictum Cuma.in conſi.121.num.3.qui
ait proprietatem includi in legato vſusfructus,
quando conceſſa fuit alienandi facultas.

Inſertur

Inſertur quartò, quòd cum pactum prędictum
prædicetur,& loquatur ac diſponat de multis,quę
fieri debent viuente Domina Laura,vt eſt reſtitu-
tio dotis,& donationis,poſſeſſio bonorum pro do
talibus,& aliæ quæ non æquè ẽt fieri poſſunt mor
tua Domina Laura,intelligi iure merito debet de
reſtitutione, quam impetraret maritus Domina
42 Laura viuente,quia ſubiecta talia † ſunt qualia p̃-
dicata demonſtrant,Old.in conſi.60.Iaſ.in l.ſtipu
latio,§.hi qui,nu.1.ff.de verb.oblig. Soci. in conſ.
3.nu.4.vol.4.vbi dicit,vſumfructum,nõ proprie-
tatem videri legatum,quando teſtator paulo poſt
legatum dicit,ꝙ poſſit vti & frui:quia ea verba,vti
frui,non proprietati conueniunt,Neuiza.in conſ.
92.num.4. vbi ex ea regula arguit ad cognoſcen-
dum naturam contractus,dixi in conſi.36.nu.40.
& dicit Soci. in conſi.67.num.18.volum.1. quod
43 ex ſignis † dignoſcitur, qualis ſit conceſſio feudi.
ita ergo dicendum in præſenti facto.

Idipſum oſtẽditur,quia certum eſt, quod ſi bo
na hæc fuiſſent dotalia, non aliter potuiſſet mari-
tus ea lucrari,niſi fuiſſet reſtitutus viuente Domi-
na Laura vxore: aliàs enim cum eſſet bannitus, &
tanquam hoſtis patriæ, habereturq; pro mortuo,
nõ potuiſſet gaudere beneficio decreti,quod mu-
liere decedente ſine filijs defert marito lucrũ do-
tis, ut ſupra dixi. cum ergo diſpoſuit vxor ꝙ hæc
bona habear pro dotalibus, intelligi debet eo ca-
ſu, quo poſſet dotes lucrari, tum quia hæc inter-
44 pretatio † eſt magis veroſimilis,Bal.in conſ.343.
in prin.vol.1.Dec.in c.propoſuiſti,nu.16.de pro-
bat.Crau.in conſi.135.nu.33.Cæph.in conſ.149.
nu.17.Menoc.in conſi.80.nu.38.tum etiam, quia
45 eſt magis † iuri conformis,c.paratus,23.quæſt.1.
Crauc.in conſi.259.num.8.verſ.& poſito.

Secundò non obſtat quòd primum pactum de
vendendo hæc bona Domino Chriſtophoro, in-
telligi debeat cum moderatione, de qua in ſecun-
do pacto, vt ſcilicet locum habeat, niſi Dominus
Chriſtophorus reſtitueretur in gratiã Principis,
ex quo vna pars ſcripturæ aliam declaret. Reſpon
deo enim,quòd hic ſenſus nõ debet recipi,ex quo
ſecundum pactum verificari nõ poteſt in ſuis præ
ſuppoſitis & qualitatibus, niſi maritus reſtituatur
viuente uxore,ut paulo ſupra dictum eſt.

Secundò reſpondeo quòd hanc interpretatio-
nem non patiuntur uerba primi pacti, ubi dicitur
ꝙ decedente Domina Laura marito nõ reſtituto:
ſic enim ſupra declaraui intelligi pactũ illud, Do-
mina Laura teneatur ſemper & omni caſu vẽdere
ea bona Dño Chriſtophoro. non enim ſemper te
neretur uendere,ſed ſolum qñ maritus non impe-
traret reſtitutionem; nec teneretur omni caſu uen
dere, ſed eo ſolo caſu quo maritus non reciperet
gratiã Principis. verba enim prædicta, vniuerſa-
46 lia & geminata † poſita in diſpoſitione hominis,
non patiuntur reſtrictionem de habilitate, Bal.in
l.fi.nu.1.uer.doctrina,C.ſine cen.uel reliq. Alc.in
l.ſi patroni,in prin.nu.15.ff. ad Treb. Iaſ.in l.2.§.
prætor ait, nu.4.ff.qui ſatiſd. cog. Ruyn. in l. 1.§.
nunciatio,nu.26. vbi Crot.nu.53.ff.de ope. noui
nunc. Ripa in l.1.nu.17.ff.de interdic. Nat.in cõſ.
159.nu.7.& in conſi.525.nu.12.Cępha.in conſi.
257.nu.37.Deciſ.Pedem. 169.num.5.D. Becius
conſ.28.nu.10. huiuſmodi itaque declaratio cum
47 verbis non conueniat,recipienda † non eſt,ſecun
dũ Bar.in l.ab executore,nu.7.in fi.uerſ. item ſi
verba,ff.de appellatio. & ibi eum ſequitur Imola,
& Ang.Aret. Dec.in conſi.338.col.2.num.2.verſ.
pro declaratione,uol.1.& propemodum infinitos
in hanc cõgerit ſententiam Tiraq.in d.l.ſi vnquã,
in verſ.libertis,nu.13.C.de reuocan.donat. & ra-
tio eſt, quia uerba clara non recipiunt interpreta-
48 tionem,† l.ille, §.cum in uerbis, ff.de leg.3.l.iam
hoc iure, §.ſed hoc ita, ff.de vulg. atque id multis
confirmat Tiraq. loco prædicto,nu.5.Crauc.pro
genero,nu.282. Dominus Becius in cõſ.21. n.32.

Et ſi dicatur quod omni caſu poſt mortem Do
minę Laurę debebant hæc bona uendi, ſed dico ꝙ
ſi poſt uenditionem reſtitutus Dominus Marcus
Antonius potuit bona conſequi. Reſpõdeo,quòd
hunc quoq; ſenſum uerba non admittunt, ex quo
in eo pacto nullum poſitum eſt uerbum de pretio
reddendo Domino Chriſtophoro, nullum uerbũ
de recuperando bona a manibus Domini Chri-
ſtophori, quinimo contrariæ qualitates appoſitæ
id onus reſtituendi nõ ſolum dotes,ſed et iam do-
nationem propter nuptias. item ordinata fuit re-
ſtitutio in fauorem Dominæ Lauræ,non in fauo-
rem Domini Chriſtophori, vt ſupra conſideraui.

Præterea qñ conuentũ fuit quòd Domina Lau
ra teneatur omni caſu & ſemper vendere,intelligi
dẽt conuentio cũ effectu, ideſt quod uenditio du-
49 ret,& ſit irreuocabilis, tũ quia verba † ſemper in-
telligi debent cũ effectu,l.1.§.hæc uerba, ff. quod
quiſque iur.l.pen.§.pen.ff. ne quis eũ, c.relatum,
ubi gl.de cle.non reſiden. quia partes cõſiderarũt
effectũ,non uerba,Bar.in l.3.C.de inſti. & ſubſti.
Dec.in conſ.385.col.2.in fi. & paria ſunt nõ fieri,
uel non habere effectũ,l.1.§.nihil,ff.inoff.teſtam.
multis cõprobaui in conſ.3.n.27.& ſeq. id qđ cõ-
firmatur multis modis a Tiraq. l.ſi vnquã, in uer.
libertis,nu.172.& ſeqq.& hæc bona non diceren-
tur perueniſſe ad Dominũ Chriſtophorũ, ſi Dñs
Marcus Antonius ea potuiſſet recuperare, argu-
mento l.perueniſſe, ff. de uerb. ſign. facit vulgatũ
uerbum more procuratorũ, quòd non dicitur ue-
50 niſſe,† qui nõ ſtetit,c.1.de iud.& alij apud Tiraq.
in d.l.ſi unquã,uerſ. libertis,nu.176. & a iure non
51 conſideratur actus,† qui non durat,l.cogi,§.hi,q
ſolidũ,ff.ad Treb.l.nõ uidentur,in prin.ff.de reg.
iur.l.qui ſic, ff.de ſolut. cum alijs per me citatis in
conſ.116.nu.62.tum ẽt quia uerba debent intelli-
gi ſecundum naturam actus,de quo partes diſpo-
52 nunt,& ita ſm ſubiectam † materiã,l.Proculus,ff.
de uſufr.l.inſulã,ff.de præſcrip.uerb.Bal.in l.data
opera,nu.29.in fi.C.de his,qui accuſ.non poſſ.la-
tiſſimè Neuiz.in conſ.92.nu.16. Natta pulchrè in
conſ.416.nu.3.& ſeq.Bello.conſi.21.nu.11.Cæph.
in conſi.176.nu.37. Deciſ. Pedem.95.nu.37.Me-
noc.

noc.de arbitr.iud: caſu 199.num.2.etiam impro-
priando, vt latè probat Tiraq.d.l.ſi vnquã, in ver.
reuertatur, nu.37. Natta in conſi.94.nu.1. Neui-
za.in conſi.90.nu.5. imò etiam ſi redderentur inu
tilia, ſecundum Inno.in c.ex literis, de iure patro.
Bal.in rub.C.de contrah.empt.nu.9. Ruyn.conſi.
109.nu.4.vol.1. Caſſan.conſi.55.nu.6. Crau.cõſ.
245.nu.5. Natta conſi.582.nu.16.& procedit hoc
etiam ſi verba eſſent prægnantia, ſecundum Alex.
in conſi.35.nu.9.in fin.& num.10.vol.4. ſequitur
Dec. in l.quoties idem ſermo, nu.3.ff. de reg.iur.
Tiraq.d.ver.reuertatur, nu.38. Neuiza.d.cõſ.92.
nu.27. ſed ante eos Bald.in l.a procuratore, col.1.
in fi.ver.non obſtant, C.manda. quem citat, & ſe-
quitur Nat.conſ.475.nu.17. quantumuis ſint pręe
ciſa, Dec.in conſ.281.in fi. Ruy.in conſi.8.nu.11.
vol.3. Rol.in tract.de lucro dotis, q.35.nu.5.& in
conſi.61.nu.56.vol.2. quinimò quando ſunt vni-
uerſalia, adhuc reſtringũtur ad ea, quæ ſunt de na-
53 tura † actus, ſecundum Bal.in conſi.67.nu.1.in fi.
vol.3. Cottam in memor. incip. quandocunque,
Tiraq.de retract.conſang.§.1.gl.7.num.26. in fi.
Crau.in conſi.144.num.7. Rol. in conſi.74.num.
54.vol.1. Deciſ.Pedem.169.nu.11. natura autem
venditionis, quæ tractabatur inter Dominã Lau-
ram, & Dominum Chriſtophorũ, eſt quòd ſit irre-
54 uocabilis, vt ſunt omnes contractus, † qui vbi ſe-
mel facti ſunt, reuocari non poſſunt, l.ſicut, C.de
actio.& oblig.l.in commodato, §.ſicut, ff. commo
55 dati. & in venditione † eſt text. in l. de contractu,
C.de reſcind.vendit. etiam quando venditor vel-
let reddere duplicatum pretium, l.non eſt proba-
bilis, C.eo.tit. Caph.in conſi.393.num.38.& ſeq.
ergo promiſſio vendendi facta a Domina Laura,
intelligi debet de venditione irretractabili.

Tertiò reſpondeo non eſſe verum quòd præce-
dens promiſſio vendendi reſtringatur per ſequẽs
pactum; ſed contrarium verius eſt, ꝙ ſequens pa-
ctum intelligatur ſecundum pręcedẽtem promiſ-
ſionem, id eſt dummodo reſtitutio concedatur vi-
56 uente Domina Laura. præcedentia † enim decla-
rant ſequentia, l.ſi fuerint, §.fi.ff. de reb.dub.l.ille
aut ille, §.cum in verbis, ff.de leg.3. Alex. in conſi.
47.num.18.vol.1. vbi id maximo verum dicit pro
tollẽda correctione, hoc verò procedit ſine dubio
in caſu noſtro, quia præcedens promiſſio venden-
di eſt certa & determinata in caſu certo, quando
ſcilicet Domina Laura præmoreretur viro non re-
ſtituto, vt ſupra dixi, quia tunc ſequens pactum
generale, & quod non diſtinguit, an reſtitutio cõ-
cedatur viuente Domina Laura, vel ea iam defun
57 cta, reſtringitur † ſecundum præcedentem pro-
miſſionem. ita poſt Cyn. Bal.in l. legatorum peti-
tio, §.vlt.in fi.ff.de leg.2. vbi ait quòd præcedens
diſpoſitio expreſsè reſtringit ſequentem indeter-
minatam, Iaſ.in l.ſi ſeruus plurium, §.fi.nu.3.ff.de
leg.1. Mantica de coniec. vltim.uolun.li.6.tit.13.
nu.4. Simon de Pret.in eo.tract.lib.2.interpret.3.
dubit.1.ſolu.3.nu.42.& ſeq.folio mihi 146.

Remouetur item quod tertio loco dicebatur,
verba illa, pro dotibus, pro bonis dotalibus æſti-
matis, & alia, eſſe exequutiua, & acceſſoria, proin-
de nõ reſtringere præcedentẽ diſpoſitionem: quia
reſpondeo pactum poſitum ad fauorem Domini
Marci Antonij reſtringi ad caſum prædictũ, & ad
formam præcedentis promiſſionis, etiã ſi non ex-
tarent ſubſequẽtia illa verba, ut proximè deduxi.

Reſpondeo ſecundò, quod etiam verba exe-
quutiua & clauſulæ acceſſoriæ licèt non reſtrin-
58 gant diſpoſitionẽ, tamen eam declarant, † & de-
monſtrant, qualiter ſit intelligenda, ut probaui ſu
pra uerſ.6. idipſum oſtenditur, ubi dixi ex onere
impoſito cognoſci, quid uoluerit diſponens. dixi
etiam ſupra in ver.infertur & tertiò, quòd diſpoſi-
tio declaratur per qualitates adiectas. & pręedicta
procedunt facilius, quãdo aliter onus impoſitum
non poteſt habere locum, vel qualitas verificari;
ſed in ſpecie quod clauſulæ acceſſoriæ declarent
præcedentem diſpoſitionem, uoluit Bal.in l.eam,
quã, nu.36.C.de fideicommiſ. Curt. ſen. in conſi.
42.nu.52. Soc.in conſi. 272.col.fi.ver.item in de-
creto, vol.2. Dec. in conſi.193.nu.6. D. Becius in
conſi.38. nu.50. & non mirum: Nam accidentia
59 † plurimum conferunt ad cognoſcendum quod
quid eſt, ut inquit Ariſtot. in 1. de anima, text.2.
quem poſt Bald.refert Barbat.in conſi.17.nu.10.
vol.1. Cagn.in l.omnis diffinitio, nu.25.ff. de reg.
iur. alios citaui in conſ.106.nu.32.& ſignatum co
gnoſcitur ex ſignis, l.ſtigmata, C.de fabricen.lib.
11. Franch.in c.ſi Iudex, §.idem, de ſenten.excom
munic.in 6.dixi in conſi.61.nu.28.& ſequen.

Nec reſiſtit, quod eodem loco dicitur ea, quæ
ponuntur poſt perfectã orationem, non limitare
præcedentia, ſed cenſeri adiecta gratia demonſtrã
di, quia ex ſupradictis colligitur reſponſio; ſed vl
terius dico, quod etſi non limitent, tñ declarant ſe
60 cundũ ſupradicta. una enim ſcripturæ pars † aliã
declarat, l.utrum, ff.de petit. hæred.l.1, ff.de reb.
dub.l.qui filiabus, ubi Iaſ. ff. de leg.1. etiam ſi di-
ſpoſitiones eſſent ſeparatæ, ſecundum Soc.in cõſ.
51.col.1.uol.1.& in cõſ.242.col.3. uol.2. Zuccar.
in l.fi.nu.71. C.de edicto diui Adriani, Crauet.in
conſi.pro genero, nu.336.& nu.358.

Demum reſpondeo, quòd ubi diſpoſitio præce
dens eſt certa, tunc non reſtringitur per ſequen-
tem; ſed qñ eſt dubia, tunc declaratur ex ſequenti,
ſecundum Crot.in conſ.45.nu.11. pactum autem
in fauorem mariti erat dubium, quia non explicit,
an ſufficiat eum reſtitui poſt mortem uxoris, uel
neceſſe ſit quòd ea uiuente reſtituatur. accedat ꝙ
61 ſequens † diſpoſitio certa reſtringit etiam præce-
dentem dubiã, ſecundum Bal.in d.l.legatorum pe
titio, §.ultimo, in fi. Imola in l.cum in teſtamento,
§.fi.ff.de hæred.inſtit. Simon de Pretis d.trac.li.3.
interpret.3.dubit.4.ſolu.3.nu.13. folio mihi 337.

Negatur autem, Dominam Laurã uoluiſſe ꝙ
marito poſt eius mortem reſtituto applicẽtur hęc
bona; non enim aliter mentem eius colligere poſ-
62 ſumus, quam ex uerbis, quæ illius † dicitur teſti-
monium, l.Labeo, ff.de ſupell.leg. Bald. in l.ſed &

repro-

reprobari,in princ. ff.de excuſ. tuto. & l.generali-
ter,in t.not.C. de non num. pecun. Tiraq.d.uerſ.
libertis,num. 17.& ſeq. ſed vt ſupra liquidò oſten
di, uerba ſtant in ſauorẽ huius partis, ergo etiam
voluntas & mens.

Quod uerò dicebatur, uerba pro bonis dotali-
bus poſſe item uerificari poſt mortem Dominæ
Lauræ, procedit impropriando ſenſum: †ſed pro-
priè intelligendo dos dicitur conſtante matrimo-
nio,ut per Doctores in rub.ff.ſolu.matr. in dubio
63 autem uerba capi debent in ſuo proprio †ſignifi-
cato,l.quidquid aſtringendæ,ff.de uerb.ſignifica-
tionibus,l.prima,§.ſi is,qui nauem,ff.de exercito.

Sed non quoq; aduerſatur, quod dictum fuit,
pactum de quo eſt ſermo, fuiſſe iuratum, ideo ex
eo ſuiſſe acquiſitum ius Domino Marco Antonio
abſenti: Nam ſi attẽdamus promiſſa, facilè id cõ-
cédi poterit: quandoquidẽ licèt fuerit ei ius quæ-
ſitum, tamen id intelligitur ad limites diſpoſitio-
nis,ut ſcilicet non minus ea poſſit ſe iuuare,quàm
ſi præſens interfuiſſet contractui, ne abſentia plus
operetur quàm præſentia: ſed ut dixi diſpoſitio il-
dotis,& excluſionis,quæ matrem excludebat. ſed
in pręſenti caſu Cęſar venit ad ſucceſſionē aui ma-
terni ex propria perſona, atq; ideo non repellitur
ex iure,quod matri obſtabat,& voluerunt Barto.
Bal.Salic.Ale. Dec. & alij, quos citat Dñs Becius
d.conſi.107.nu.16.& quāuis talis nepos intret gra-
dum matris, ſed non vtatur iure matris, tñ pluri-
mum refert, ꝙ veniat ex propria perſona, vel ex ꝑ-
ſona matris:& īter alios effectus hic eſt maximus,
ꝙ vbi nepos venit ad ſucceſſionem aui ex propria
38 perſona, tunc non imputat ſibi in legitimā † ma-
ternas dotes,ſed vbi cum patruis concurrat, & ita
aſſumit gradū matris,tūc tenetur maternas dotes
imputare in legitimā, vt voluit Bal. in l.illā, C. de
collatio. Ange.in l.in quartā,vbi ēt Imo.ff. ad leg.
Falci.Imo.in l.poſt dotē,ff.ſol.mat.Corne.in cōſi.
190.col.3.verſi.poteſt rñ ex ęquitate, vol. 2. alios
plures citat Ripa in d.l.in quartam,nu.198. Picus,
nu.227.& ſeq. Bereng.in 3.c.nu.111. & Ruyn. nu.
58. quamuis igitur nunquam ſuccedat nepos ex
iure matris,tamen deterioris eſt conditionis, quā
do venit ex gradu matris, quàm vbi venit ex pro-
pria perſona. hoc tamē volui dixiſſe ex abundāti,
qa priora fundamenta ſunt tutiora,& eis inhęreo.

Quartò reſpondeo, quod ſi Cęſar fuiſſet a de-
creto excluſus,haberet nihilominus legitimā ī bo
nis auitis decretum excludit a petitione. ſed in ca
ſu noſtro Cęſar non petit legitimā,ſed ab eo inſti-
tutus vult retinere in reſtitutione fideicōmiſſi, &
prohibitus petere,non prohibetur retinere,ca.in-
telleximus,iuncto c.cū inter,ff.de exceptio.& no-
tatur in l.amplius non peti,ff.rem rat. hab. & per
hanc rōnem concludit in terminis Capra in conſ.
19.nu.9.& ſeq.quod filia quę a ſtatuto eſt excluſa
39 † ab hęreditate patris, ſi ſit īſtituta & grauata one
re reſtituendi,detrahit legitimā, & cum ſequitur
Dec.in cōſ.264.col.1.& ī cōſ.257.col.pe.vbi dicit
idē eſſe in trebellianica, quia eadē ratio verſatur ī
ea. & quāuis Capra nihil dixerit de trebellianica,
tamen ideo omiſit,quia fideicommiſſum erat reli-
ctum Eccleſię, aduerſus quā trebellianica detrahi
non poteſt. eandem deciſionem ſequutus Dec.in

l.pre-

l.precibus,nu.24.C.de impub. & al.ſubſt. vbi ſe-
quitur Cur.Iun.nu.74. Ripa in l. centurio, nu.46.
ff.de vulg.& pup.& ratio eſt,q̄a ſtatutũ nõ prohi-
bet quominus pater poſſit filię excluſæ relinquere
quidquid vult: quinimo in caſu noſtro decretum
id expreſsè diſponit,dum dicit,niſi parentes aliud
voluerint ordinare.& vbi ẽt non dixiſſet,ſatis erat
a iure expreſſum,quia ſtatutum nõ excludit a ſuc-
20 ceſſione † ex teſtamento, vt voluit Bart.in l.fi.nu.
4.ver.pro hoc induco, C.de pact.vbi infert ꝙ filia
cum dotatur,põt ex pacto reſeruare ſibi ius ſucceſ
ſionis ab inteſtato,ſequitur ibi Ang.& Iaſon,alios
refert D.Becius in conſi.107.nu.8. Vaſq. qui alios
citat,de ſucceſſ. creatio.li.2.§.18.requiſiti.29.nu.
290. cum ergo pater inſtituit filiam excluſam, re-
cedere cenſetur a diſpoſitione ſtatuti,vt in propo-
ſito conſiderat Soc. in conſi.150.nu.29.vol.1. D.
Becius d.conſ.107.nu.20.vbi poſt Pariſ. quem ci-
tat,vult ꝙ attendatur iuris cõis diſpoſitio, qñ filia
excluſa à ſtatuto, fuit ex teſtamento vocata. & fa-
cit quod voluit Rom.in l.ſtipulatio hoc modo cõ-
cepta,ff.de verb.oblig. & in l. pactum quod dota-
li,C.de colla.vbi dicit,ꝙ etſi filia renunciauerit cũ
iuramento ſucceſſioni paternæ, tam ex teſtamẽto,
quã ab inteſtato , poterit nihilominus ex teſtõ ca-
pere quidquid a patre ſibi relictum eſt,quia relin-
quendo cenſetur pater remittere,& relaxare iura-
mentum.& poſtquam pater viã teſtandi eligit, eſt
locus omnibus legibus loquẽtibus de ſucceſſione
ex teſtõ,vt dicit Soc.d.conſi.150.nu.28. qui enim
facit actum , cenſetur obligare ſe ad oẽs leges lo-
quentes de illo actu, Bal.in l.ſi duo,ff.de acq.hær.
Nat.in conſ.49.nu.22. & quod inſtituendo teſta-
tor videatur remouere impedimentũ, quod alio-
quin obſtabat, ꝓbatur ex l.nõ putauit,§.in adop-
tione,ff.de bon.poſſ.contra tab. vbi dicitur,quòd
etſi filius adoptiuus non ſuccedat ab inteſtato, ſi
tñ inſtituatur,& alius edictum committat, poterit
contratabulare teſtamentum.ſimiliter filius emã-
cipatus, qui nõ põt ſuccedere ab inteſtato niſi cõ-
ferat,ſuccedit tamen per contra tabulas, l.filiũ, §.
videamus, ff.eod. tit. & quod nepos quantumuis
excluſus poſſit legitimam detrahere, quando fuit
inſtitutus & grauatus reſtituere, probatur ex eo,
quod voluit Rein. de Saba. quem refert & ſequi-
tur Io.de Garron.in auth.ex teſtamento,num.25.
circa fi.C.de ſecun.nup.vbi dicit, quòd filia, quæ
renunciauit cum iuramento , ſi inſtituatur & gra-
uetur reſtituere ſub conditione,poterit legitimam
detrahere,& ibi ſentit, quinimo vult expreſsè qđ
poſſit quoque detrahere trebellianicam.

Nec mouet , quòd non poſſit Cæſar legitimam
detrahere de fideicommiſſo contra voluntatẽ te-
ſtatoris; quia reſpondeo hoc fore verum , ſi teſta-
tor illam prohibuiſſet detrahi: eo enim caſu teſta-
tor non videretur voluiſſe abſolutè , & ſimpliciter
recedere a decreti diſpoſitione , ſed excluſionem
moderari.ſed cum legitimæ detractionem expreſ-
sè non prohibuerit, cum poſſet,nõ videtur, quod
voluerit prohibere , & ita defectus eſt non in po-
teſtate , ſed in voluntate , & pro hoc adduco id, ꝙ
voluit glo.in l.precibus,in ver. peti poſſunt, C.de
impub.vbi tenet,quòd miles,qui põt filium exhæ
redare,& priuare legitima,ſi eum inſtituat,& gra-
uet onere reſtituendi,non veniet legitima in reſti-
tutione fideicõmiſſi,ſed filius illã poterit detrahe-
21 re,† quia grauando ſimpliciter,nõ videtur vti po-
teſtate,quã habet prohibendi legitimam, & illam
gl.defendit Ange.ibi, quia licet pater poſſet, tñ in
dubio non videtur voluiſſe , & facit differentiã in-
ter expreſſam legitimæ prohibitionem , & graua-
men de reſtituendo fideicommiſſum, quia primò
caſu non detrahitur , ſecundo verò eſt detractioni
locus,Caſtr.nu.19.in fi.& ante eos Bal.nu.31.eã-
dem probarunt ſententiam, Alc.nu.17. & Iaſ. nu.
117.ver.quarta veritas,Caccialup.nu.88. Iacobin.
nu.19.& Cur.iun.nu.74.ponit Brun.in d.trac.ex-
cluſ.fœmin.artic.9.nu.4. Imola in l.Centurio, col.
2.in fi.ver.tertius effectus, ff.de vulg. ſequitur ibi
Ripa nu.46.& 49.idem tenuit Ioan.de Garron.in
auth. ex teſtõ, C.de ſecun.nup. vbi dicit, quòd ſi
non conſtat de expreſſa prohibitione,fit detractio
ex voluntate ipſius teſtatoris. fortius voluit Imo-
la in loco prædicto,& ſequitur Alc.ĩ d.l.precibus,
quod miles, qui filium inſtituit,non poſſit eũ po-
ſtea grauare in legitima, quia hoc nõ dicunt iura,
& ſecundum eũ eſt caſus in d.l.precibus.& quam-
uis Bar.Fulg.& Dec.videantur impugnare,glo.tñ
Doctores communiter eam ſequuntur.ita ergo in
propoſito, quãuis filiæ a ſtatuto excluſæ non de-
beatur legitima , ſed poſſit eam pater præterire &
exhæredare:tñ ſi eam inſtituit,non poteſt grauare
in legitima,vel ſaltẽ grauando ſimpliciter vniuer-
ſali fideicommiſſo 9 non videtur in dubio voluiſſe
grauare ad reſtituendum legitimã.atque ideo in-
fertur , quòd Cæſar in præſenti facto non dicitur
legitimam detrahere contra teſtatoris voluntatẽ,
ſed potius ex eius voluntate , qui non prohibuit
detractionem,cũ poſſet prohibere, prout in ſimili
de trebellianica arguit Dec. in d.conſi.257.col.fi.

Et non aduerſatur ꝙ filia excluſa a ſtatuto non
poſſit petere legitimæ ſupplementum,qñ pater ali
quid ſibi reliquit in teſtamento, vt voluit Ang. &
tenuerunt alij in contrarium citati: quia reſpõde-
ri põt, eam opinionẽ habere multos contradicen-
tes,quos refert Brun.in d.artic.9. in prin. Secũdò
reſpondeo contraria procedere in ſupplemẽto le-
22 gitimæ,† quod petitur ex legis diſpoſitione cõtra
teſtatoris uoluntatem,ut dicunt Bolognin.in cõſ.
159.nu.3.Soc.in l.ſi ex toto,n.3.ff.de leg.1.ubi di-
cunt , dari condictionem ex lege ad ſupplementũ
legitimæ. & inferunt ideo bona non eſſe obligata
pro legitimæ ſupplemento , licèt ſint obligata pro
legitima relicta , & quod petatur contra volunta-
tem teſtatoris,tenuit expreſsè Ruyn.in conſi. 77.
nu.16.uol.3.quia ſm eum, pater qui dat filio mi-
nus legitima,& relinquit reſiduũ alij,uidetur filiũ
excludere ab eo qđ dedit alteri, Ripa in l.in quar-
tam,nu.115. ff.ad leg. Falcid. Cuccus in tract. de
legitim. in præſ.te. folio 4. nu.4.& ibi in auth. no-
uiſſima,

uiſſima, in ver. ex ſubſtantia, nu. 8. C. de inoff. te-
ſtam. quamuis in hoc contrarium tenuerit Anan.
conſi. 67. in 1. dub. & ſequitur ibi Bolog. at ſecus
eſt in ipſa legitima, quia ea non petitur contra vo-
luntatẽ teſtatoris, qñ teſtator filiũ inſtituit, & gra-
uat reſtituendi onere: nã, vt eſt dictum, quamuis
poſſet prohibere, ex quo tñ non prohibuit, vide-
tur voluiſſe, quod per filium detraheretur, vt per
Dec. d. conſ. 257. & facit, quia dari id videtur, qđ
non adimitur, qñ poterat adimi, l. 3. & l. conficiũ-
tur, ff. de iure codicillo. Bald. Nouel. in l. cũ filio, in
prin. vbi omnes Doctores, ff. de leg. 1. & quæ dicũ-
tur de legitima, quòd non detrahatur contra volũ
tatem patris, qñ pater poteſt prohibere, procedũt
23 quoque in trebellianica, quia ea quoque † nõ de-
trahitur cõtra teſtatoris voluntatẽ, vt voluit Dec.
poſt Anan. quem citat in d. conſi. 257. col. fi. & præ
ter eum Corne. in conſi. 304. col. 4. verſ. nec obſtat
authoritas, vol. 4. & ante eos Imola in l. 1. col. 2. ff.
de reg. iur. Barbat. in c. Raynaldus, de teſta. Curt.
ſen. in conſi. 76. col. 5. ver. ſed præmiſſis, Picus in l.
in quartam, ff. ad leg. Falcid. Ripa in l. nemo põt,
nu. 45. ff. de leg. 1. & in l. 1. nu. 15. ff. ad Trebell. in
prin. commenti, Crau. in conſi. 194. nu. 2. Rol. de
lucro dot. q. 27. nu. 9. qui omnes mouentur ea ra-
tione, quia cum teſtator poſſit eam prohibere, &
nõ prohibeat, videtur tacitè permittere quòd de-
trahatur. & quamuis aliqui teneant, Trebellianicã
detrahi contra teſtatoris voluntatem: tñ procedit
eorum dictum, quando teſtator eam non poteſt
prohibere, vt in libetis primi gradus. Sed in caſu
noſtro duplici ratione poterat Cæſari prohibere:
primo quia nepos: ſecũdo, quia decreto excluſus;
qui ex quo contra voluntatẽ aui non poterat ſuc-
cedere, non poterat Trebellianicam detrahere cõ-
tra aui prohibitionem. quod ſecus eſt in ſupplemẽ-
to legitimæ, quod petitur contra voluntatem aui,
vt ſupra dictum eſt. & ideo licèt filia excluſa a ſta-
tuto ſi inſtituatur in aliquo, vel aliquid ei relin-
quatur in teſtamento, non poſſit petere ſupplemẽ-
tum legitimæ, tamen ſi inſtituatur hæres vniuer-
ſalis & grauetur onere fideicommiſſi, poterit legi
timam, & Trebellianicam detrahere aduerſus fi-
deicommiſſarium, atque id non impugnando te-
ſtatoris voluntatem, ſed ſecundum eius mortem.

Rationes quoque in contrarium adductæ non
mouẽt, & primò quòd filia excluſa a toto nõ poſ-
ſit petere partem, quia ea ratio tendit ſolum con-
tra filiam, quæ peteret ſupplementũ: ſecus eſt, qñ
filia eſt hæres vniuerſalis. ſed nec eo caſu eſt tuta,
quia filia, cui aliquid fuit relictum, non dicitur ex-
cluſa a toto, nã excluſio ſtatuti locũ habet ſolũ pa-
tre volente, vt ſupra dixi. ſed qñ pater in teſtõ ali-
quid relinquit filiæ, videtur tacitè declarare eius
eſſe intentionẽ, ꝙ non ſit locus excluſioni, niſi re-
ſpondeat quòd pater relinquendo aliquid filiæ, vi
detur quidem remittere excluſionem, ſed non in
totum, verũ pro ea parte tãtum, quæ capit relictũ,
& ita pater non videtur recedere, niſi pro parte a
prouiſione ſtatuti. ideo melius eſt dicere, ut ſupra
dixi, hanc rationem conuenire tantũmodò, quan-
do filia petit ſupplementum legitimæ.

Secunda quoque nõ reſiſtit, dũ dicebatur ſub-
ſtitutũ a patre non debere eſſe deterioris cõditio-
nis, quam ſit is, qui ab inteſtato ſuccedit, & qui ſo-
lum habet tacitã voluntatem teſtatoris: quando-
quidem is, qui ab inteſtato ſuccedit, habet pro ſe
nedum voluntatem teſtatoris tacitam, de qua in l.
conficiuntur, ff. de iure codicillo. ſed ẽt legis diſpo
ſitionem, ideſt ſtatutum excludẽs. is verò, qui fuit
ex fideicõmiſſo uocatus, habet ſolum uoluntatem
teſtatoris, licèt expreſſam: ideo non mirum, ſi non
eſt melioris condirionis quàm ſuccedens ab inte-
ſtato. Secundo dicitur ꝙ ubi filia excluditur ex ta-
cita teſtatoris uoluntate, tunc principaliter exclu-
ditur a lege ſeu ſtatuto, quo filia dotata prohibe-
tur ſuccedere: qñ verò excluditur per expreſſam
uoluntatem teſtatoris, ideſt per ſubſtitutionem,
tunc non concurrit excluſio legis, quia per inſtitu-
tionem fuit ſublata, & ideo minus excluditur, quã
ubi excluditur a ſtatuto: excluſio enim legis ma-
gis operatur, quã excluſio hominis. vnde dicimus
quòd excluſus a lege, cenſetur ẽt excluſus a legiti-
ma, licèt ſecus ſit in eo qui ꝑ hominẽ excluditur.

Tertiò reſpõdeo, ꝙ ſubſtitutus reſpectu legiti-
mę, & Trebellianicę, non habet expreſſam teſtato-
ris uoluntatẽ pro ſe, quia ex uoluntate teſtatoris
habet ſolũ, id quod ſupereſt deducta legitima &
Trebellianica: quinimo filia grauata, quę ut ſupra
dictum eſt, detrahit Trebellianicam & legitimam,
habet pro ſe tacitam uoluntatem teſtatoris, qui cũ
poſſet utramq; prohibere nõ prohibuit, & ita ceſ-
ſat multis modis obiectum. & per hæc tollitur, qđ
dicebatur, legitimam hoc caſu detrahi contra for-
mã ſtatuti, & mente aui: quia ubi filia excluſa a ſta
tuto inſtituitur, ceſſat ſtatuti excluſio, & qñ graua
tur reſtituere, tũc neq; legis militat excluſio, quia
per inſtitutionẽ fuit ſublata, neq; ſubeſt hominis
priuatio, q a fideicõmiſſum cẽſetur iniunctũ in eo,
quod ſupereſt deducta legitima & Trebellianica.

Pari modo tollitur, quod uoluit Caſtr. d. conſi.
286. in fi. uol. 1. quia fateor, ꝙ ſtante decreto exclu
ſiuo non põt filia dotata contra mẽtem patris de-
trahere legitimã, ſed dico ꝙ ubi eſt inſtituta & gra
uatur reſtituere, tũc legitimã & Trebellianicã de-
trahit ex mente patris, & ſm eius uoluntatẽ, id qđ
non eſſet quando pater prohibuiſſet eam deduci:
eo enim caſu admitto, quòd filia non detraheret.

Remouetur eadem reſponſione, quod adduci-
tur ex Bruno poſt Bal. d. artic. 9. num. 13. quia lo-
quitur in ſupplemẽto legitimæ, quod petitur con-
tra uoluntatem filij, vt ſupra dictũ eſt, & ita quo-
que loquitur Anchar. quem citat Soci. in d. conſi.
250. num. 26. & Bald. loquitur expreſsè, quando
filius prohibuit matrem plus petere: eo enim ca-
ſu declarare uidetur uoluntatem ſuam, quòd ma-
ter non ſuccedat, & quòd non intendit ſimplici-
ter remittere iniuriam ſibi illatam per tranſitum
ad ſecunda uota. & ſuper hac ratione dicit Ioan.
de Garron. in d. auth. ex teſtamento, nume. 23. ſu-
ſtineri

ſtineri deciſionem Bal. pręallegatam, & cum filius prohibet plus peti, declarat nolle recedere non a prouiſione legis, vel ſtatuti, vt in ſimili dicit Ruy. conſi. 27. nu. 16. in 3. vol.

24 Ad deciſionem Bal. † in auth. ex teſtõ, reſpondeo ꝙ eam validiſſimis rationibus impugnat Io. de Garron. ibi, nu. 25. & pręcipuè, quia inſtituẽdo matrẽ, videtur filius remittere, nec in dubio videtur filia ei prohibere legitimæ detractionẽ, niſi expreſsè diſponat ſaltem prohibendo ne plus petat.

Poſtremò nõ aduerſatur quòd filius legitimatus limitatè, ita quòd non ſuccedat contra patris voluntatem, non detrahat legitimam, quando inſtituitur, & grauatur hæreditatem reſtituere: quia
25 reſpondeo, contrariam ſententiam † eſſe veriorẽ, quam probauit Dec. in l. precib. nu. 24. C. de impube. & in conſ. 257. nu. 2. vbi eam defendit Ripa in l. Centurio, num. 48. ff. de vulg. Alba in conſ. 7. nu. 2. Cuccus in tract. de legitim. in prin. nu. 4. pro cuius ſententiæ confirmatione faciunt duæ rationes ſupra adductæ. prima, ꝙ inſtituendo pater cẽſetur remouere impedimẽtum. ſecunda eſt, quòd grauando pater non cenſetur prohibere legitimæ detractionem, niſi vtatur aliqua prohibitione.

S V M M A R I V M.

1 Fideiuſſio ſupplet pro ſolutione, quando debitum non eſt liquidum.
2 Exceptio, quæ opponitur poſt ſententiam, debet probari incontinenti, aliàs nõ impedit exequutionem. fallit, nu. 22.
3 Sententia habet exequutionem paratam.
4 Exceptio etiam procedens ab eodem fonte, non impedit exequutionem, niſi probetur incontinenti. ſed contra, num. 22.
5 Confeſſio in prohibitis non probat. vbi de ſpurio latè.
6 Spurius non poteſt ſe fundare ſuper confeſſione patris, in ijs, quæ ſunt prohibita.
7 Inſtrumentum habens pro ſe, dicitur habere caſum legis.
8 Sentẽtia præſumitur lata, prout erat de iure ferẽda.
9 Sententia, qui vtitur, tenetur ſeruare omnia requiſita in ea.
10 Quatenus dictio, importat conditionem.
11 Dummodo dictio, importat conditionẽ, quando apponitur ei, quod implendũ eſt ante perfectionẽ actus.
12 Conditione pendente non datur actio.
13 Sententia ſub conditione, vel modo, non mittitur exequutioni, niſi ſequuto implemento.
14 Quatenus dictio, importat aliquando tẽporalitatem.
15 Donec dictio, quouſque, quoad, vſquequo, & ſimiles, ſuſpendunt actum.
16 Donec, quouſque, & ſimiles dictiones, principaliter importans tempus: ſed vbi apponuntur ad ſignificandum inchoationem alicuius beneficij, importãt conditionem.
17 Exequutio ſententiæ non retardatur propter reſeruationem in ea factam, ſed bene per limitationem in ea adiectam.
18 Conditio importat formam.
19 Forma non ſeruata, actus eſt nullus, & non impletur ex poſt, neque per æquipollens.
20 Soluere qui tenetur, non ſatisfacit fideiubendo.
21 Implere qui tenetur, ſi deficit, non poteſt agere, etiam ſi impeditus fuit implere.
22 Exceptio, quæ oritur ex ſententia, impedit illius exequutionem, etiam ante liquidationem.
23 Sententia tribuens poſſeſſionem omnium bonorum exceptis feudis, non mittitur exequutioni antequã facta ſit liquidatio feudi.
24 Vniuerſalis diſpoſitio recipit reſtrictionem, quam diſponens adiecit.
25 Exequutio ſententiæ requirit cauſæ cognitionem.
26 Exceptio intentionis deficientis, numquam cenſetur reiecta, omnibus reiectis exceptionibus, & ibi latè comprobatur.

CONSILIVM CLXXXVI.

CONSVLVI his diebus non poſſe Dominum Horatium Cocarellam prætendere totum maſſaritium ſibi donatũ a magnifico Domino Franciſco auo eius materno, quia nepoti ex filia ſpuria, vel naturali relinqui non põt vltra vnciam: iudicauit autem Excellentiſſimus Senatus bona donata pertinere ad prædictum Cocarellã, quatenus tñ ex liquidatione facienda in ſententiæ exequutione bona non appareant exceſſiſſe vnciam bonorũ donantis. & licet tunc, ni fallor, concludenter demonſtrauerim ſententiã non poſſe exequi, niſi facta prius liquidatione prædicta, tamen dictus Cocarella vrget ſe mitti in poſſeſſionem ſaltem mediante fideiuſſione de reſtituendo quidquid fuerit iudicatum, & mouetur ex l. ſtatuliber rationum, ff. de ſtatulib. & per ea, quæ ponit
1 Ang. in l. 4. §. ait prætor, ff. de re iud. † vbi quando debitum non eſt liquidum, ſufficit fideiubere.
2 Secũdò mouetur, † quia poſt ſententiam nulla admittitur exceptio ad impediẽdum exequutionem, niſi ea probetur incontinenti, l. 4. §. iudicatũ, ibi Bar. & Ale. Iaſ. Ripa & alij, ff. de re iud. Bar. in l. fi. C. ſi ex falſ. inſtr. & in l. ſi p̃tor, in fi. ff. de iudic. eſt tex. in l. fin. C. de ord. cognit. & in clem. 1. de re iudic. Soci. iun. in conſi. 67. num. 2. vol. 2. Bero. in
3 conſi. 85. n. 6. vol. 3. † quia ſentẽtia habet exequutionem paratam, l. minor annis viginti quinque cui, & ibi not. Bar. ff. de minor. l. 2. vbi Bar. Salic. &
4 alij, C. de exeq. rei iudic. † & procedit etiã in exceptione, quæ prouenit ab eodem fonte, quia nihilominus non ſuſpendit exequutionem, niſi probetur incontinenti, probat Ceph. in conſ. 387. nu. 14. cũ ergo liquidatio prædicta fieri non poſſit ſine cauſę cognitione, & lõgo proceſſu, requiratque altiorẽ indaginẽ, non eſt ſuſpendenda exequutio.

Sed his minimè refragantibus rem clariorem exiſtimo, quam vt alia egeat demõſtratione, & in primis id eſt certum, quòd dicenti bona donata, non excedere vnciam, incumbit onus probandi, vt dixi in primo reſponſo, etiam ſi donans profiteretur nullum extare exceſſum, quia in prohibitis

con-

5 confeſſio † non probat, ſm doctrinam Bart. in l. ſi
fortè, ff. de caſt. pecul. & in l. cum quis decedens,
§. codicillis, & §. Titia, ff. de leg. 3. Ale. in conſi. 18.
vol. 3. Ale. & Dec. in l. ſi donatione, C. de collatio.
cum alijs apud Tiraq. in l. ſi vnquam, in ver. dona-
tione largitus, nu. 89. C. de reuoc. donat. & de ſpu
rio eſt tex. in l. 1. C. de natu. lib. vbi dicitur nō eſſe
credēdum patri, qñ dicit vendidiſſe filio, & qñ di-
cit eſſe vel legitimum, vel naturalē, Bal. in l. 1. n. 4.
ver. item nota quod cōfeſſio, C. de ſal. cau. adiecta
6 leg. † vbi dicit ꝙ confeſſio in fauorē ſpurij, qui eſt
aliàs incapax, non probat, ēt ſi facta ſit a moriente
in vltima voluntate, Bar. Bal. & Florian. in l. qui te
ſtamentū, ff. de probatio. vbi reprobant gl. ibi cō-
trariū tenentem, Bar. d. l. 1. C. de natur. lib. Bart. in
l. ſi is, qui ex bonis, in fin. vbi latè Iaſ. fi. col. ff. de
vulg. & pup. Dec. latè in conſi. 311. col. 2. n. 2. ver.
ex alio tñ capite. vbi dicit, quòd quæcunque in-
ſtrumenta facta inter patrem, & filium ſpuriū præ-
ſumuntur in fraudem & ſimulata, quouis titulo
fiant: quia qñ ſpurius reperitur poſſidere bona pa
tris, alienatio videtur facta in fraudē, Arius Pinel.
in l. 1. par. 3. num. 23. circa fin. C. de bon. mater.

Secundò verba ſententię ſunt clara, quia dicūt,
bona donata pertinere ad Cocarellam, quatenus
reperiantur non exceſſiſſe vnciam ex liquidatio-
ne faciēda in exequutione ſententię: mādat enim,
& cenſet Senatus, quòd in ipſa exequutione fiat
liquidatio, non autem poſt exequutionem: ſuper-
fluum eſt ergo quærere, an Cocarella ſit mittēdus
in poſſeſſionem ante liquidationem. Cum igitur
aperta ſint verba ſententiæ, nō eſt locus diſcepta-
7 tioni, l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig. † &
qui habet pro ſe ſententiā, dicitur habere rem cer-
tam, vt de eo dicimus, qui habet caſum legis, gl. in
l. ancillę, C. de fur. & de eo, qui habet caſum inſtru
menti, Bal. in conſi. 215. nu. 2. vol. 2. D. Becius la-
tè in conſi. 74. nu. 19. habetur enim ſententia pro
veritate, & facit de albo nigrum, & æquat quadra-
ta rotundis, l. ingenuū, ff. de ſtatu hom. cum alijs,
quos allegaui in conſi. 61. nu. 1. & 2. & vbi ēt non lo
queretur ita clarè, eſſet eodem modo intelligēda,
quando (vt dixi) de iure ſic erat pronunciandum,
Bart. in l. ſi fundus, §. in vendicatione, ff. de pign.
8 † vbi quòd ſententia cenſētur lata, prout de iure
ferēda erat, Cępol. in conſ. 57. col. 5. in prin. Crau.
in conſ. 23. nu. 2. & in conſi. 74. nu. 9. & Cocarella,
9 † qui vtitur dicta ſentētia, tenetur probare omnia
eius requiſita, & ſeruare prout iacet, ſecundum do
ctrinam Io. And. in c. 1. de homicid. in 6. & in ſimi-
li ita arguit Socin. iun. in conſi. 67. nu. 16. vol. 1.

Tertiò ſententia eſt conditionalis, quatenus ta-
men ex liquidatione facienda in exequutione bo-
10 na non appareāt exceſſiſſe vnciam bonorum, † &
illa dictio quatenus, importat conditionem, vt eſt
tex. in l. Stichum, qui meus erit, ff. de leg. 1. Bart. in
l. 1. num. 20. vbi Caſtr. Imola, & Socin. ff. de cond.
& dem. Bero. in conſi. 51. num. 12. volum. 2. conſi.
14. nu. 1. vol. 3. & idem eſt dicere, quatenus appa-
11 reat, vel dūmodò appareat: † & natura dictionis,
dummodo, eſt qñ apponitur ei, quod venit implē-
dum ante perfectionem actus, importare condi-
tionē, l. Thais, §. Stichus, ff. manum. teſtam. Bar. &
alij, in l. quibus diebus, §. Termilius, ff. de cond. &
dem. Cur. ſen. in conſi. 74. col. 8. in prin. ver. capio
ſecundam legitimationem, Soc. iun. in conſi. 148.
in fi. vol. 1. Crau. in conſ. 10. nu. 14. hic verò liqui-
datio fieri debet ante exequutionē, quia dicit ſen-
tentia, in exequutione ſententiæ: ergo nō poſt ſen
tentiam. Itaq; ſi Cocarella vult hæc bona conſe-
qui, probare debet ꝙ hæc bona non exceſſerint vn
ciam, & ita quòd conditio ſit impleta, Bart. in l. 1.
§. docere, ff. ne quis eū, Dec. in conſi. 405. col. 2. cir
12 ca med. † quia conditione pendente non datur
actio, l. neceſſariò, §. quod ſi pendente, ff. de peri-
culo & commodo rei vend. l. Meuius, & l. cohære-
di, ff. de cōd. & dem. Bal. in l. ſi prædium, col. 3. nu.
8. ver. ſed pone, C. de ædilit. actio. Cur. iun. in cōſi.
82. nu. 5. Crot. in conſ. 93. nu. 19. Tiraq. de retrac.
conſang. §. 1. gl. 2. nu. 21. & glo. 10. nu. 50. Natta in
conſi. 269. nu. 1. Cæpha. in conſi. 311. nu. 7. Meno.
in conſ. 60. nu. 48. & in terminis inquit Bal. in l. 1.
nu. 4. verſ. concludo ergo, C. de iur. & facti ignor.
13 † ꝙ ſi ſnīa lata eſt ſub conditione, vel modo, ſem-
per opponi pōt de ipſa conditione, vel modo non
impleto, ſequitur Soc. iun. in conſi. 67. nu. 8. vol. 1.
14 Et ſi dicatur † quòd dictio quatenus, non ſem-
per importat conditionem, ſed aliquando ſigni-
ficat temporalitatem, ideſt limitationem tempo-
ris, l. 1. in prin. vbi gl. Bar. & alij, ff. de ope. noui nū.
Bart. d. l. 1. nu. 20. ff. de ope. noui nunc. Aret. in l. 3.
§. Nerua, 1. not. ff. de acq. poſſ. vbi quòd importat
vſquequo, Ruyn. in conſi. 114. nu. 3. & 8. vol. 5. Re-
ſpondeo, quòd hic ſenſus non cōuenit verbis ſen-
tentię, dum dicitur, quatenus ex liquidatione fa-
cienda in exequutione ſententię nō appareāt, &c.
quæ non recipiunt temporis dilationem, ſed volūt
liquidationem fieri in ipſa exequutione. Secundò
reſpondeo, quòd ēt ſi idem ſignificaret, quod di-
ctio vſquequo, adhuc importaret quòd non gau-
deat poſſeſſione bonorum, anteqnā facta ſit liqui-
15 datio, † quia dictiones huiuſmodi, donec, quādiu,
dum, quoad, vſquequo, & ſimiles, ſignificantes li-
mitationem temporis, habent naturā ſuſpenſiuā,
& diſpoſitionem ſeu acquiſitionem ſuſpendunt,
ſecundū Bart. in l. fi. §. fi. nu. 2. ff. ad Trebell. Aret.
in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, in fi. ff. de lib. & po
ſthum. Socin. in conſi. 63. num. 3. vol. 1. Socin. iun.
in conſi. 76. nu. 113. volum. 1. Tertiò reſpondeo,
16 † quòd prædictæ dictiones, licèt principaliter im-
portent tempus, ſecundum Ale. in l. 1. colum. 2. in
prin. ver. licèt enim, vbi Ale. col. 2. verſus fin. C. de
lega. Ruyn. in conſi. 42. num. 6. volum. 2. Natta in
conſi. 459. nu. 16. tamen quando apponuntur ad
inchoationem alicuius beneficij, important con-
ditionem, l. pater, §. fi. ff. de cōd. & dem. l. legatum,
ff. de annu. legat. l. Caio, §. Imperator, ff. de alim.
leg. Bar. in l. 1. num. 15. ver. quandoque iſtæ dictio
nes, ff. de cōd. & dem. Caſtr. in l. 1. ubi Ale. nu. 2. C.
de legat. Socin. qui communem dicit, in conſi. 68.
num. 3.

num.3.& 8.vol.1.Dec. in conſi.485.nu.5.Ruy.in
conſi.37.num.1.vol.2.conſi.170.nu.7. volum.3.
Soc.iun. in conſi.58.num.8.vol.3.Pariſ. in conſi.
18.nu.4.vol.4.Caph.in conſi.71.nu.17.at hic li-
quidatio,cui adijcitur dictio quatenus,debet fieri
in ipſa exequutione ſententiæ, & ita antequã Co-
carella mittatur in poſſeſſionem; ergo ea dictio,ẽt
ſi idem ſignificat quod vſquequo,ſtabit conditio-
naliter. ecce ergo quòd quoquo modo ponatur,
vel intelligatur,ſemper erit facienda liquidatio an
tequam Cocatella mittatur in poſſeſſionem.

Ad id verò,quod de l.ſtatuliber,oppoſitũ fuit,
patet reſponſio ex his, quæ dixi in primo conſilio
reddito pro magnifico Dño Horatio Bocio in hac
cauſa.ſed reſpondeo ẽt aliter,quòd illud procedit
fauore libertatis, quæ non debet ſuſpendi. ita re-
ſpondet Capic.in deciſ.17.nu.8. vbi ẽt reſpondet,
ꝙ ibi ille tenebatur ad factum: at ſecus qñ tenetur
aliquis ad dandum. Reſponderi ẽt põt, quòd hic
ſententiæ verba ſunt clara, quòd ante liquidatio-
nem Dñs Bocius remaneat in poſſeſſione, quia di
cit,quatenus ex liquidatione in exequutione non
appareant,&c.ideo non eſt aliter cognoſcendum.
& facit quod in ſimili dicit Socin. iun. in cõſi.67.
17 n.19.vol.1.† vbi inquit multum referre quòd ſen-
tentia reſeruet ius,quia tunc exequutio non ſuſpẽ
ditur per reſeruationem,vel cõdemnet ſub aliqua
limitatione vel modificatione, quia eo caſu retar-
datur exequutio,donec cognitum ſit de iure limi-
tato,& loquitur qñ ſententia condemnat ad reſti-
tuẽdum bona,exceptis feudis.& vult,quòd prius
cognoſcatur,quæ illa ſint,quæ non ſunt feudaliã.
Reſpondeo ẽt quòd ex quo ſententia, vt dixi, eſt
18 conditionalis,debet præcisè obſeruari,† quia cõ-
ditio importat formam,Bal.in auth.matri & auię,
19 C.qñ mul.tut.off.fun. poſſit. † & conditione non
ſeruata,actus redditur nullus,l.nõ dubiũ,C.de le-
gib.& non põt ex poſt validari, Bal.in l.exequuto
rem, C.de exeq.rei iud. Nat.in conſ.438.n.28.&
conditio eſt ſtricti iuris, & impleri debet in forma
ſpecifica, non per æquipollens, l. qui hæredi, & l.
Meuius, in prin.ff.de cond. & dem. & non imple-
tur per æquipollens, Dec.in conſi.89.nu.3.conſi.
290.col.3.Ruy.conſi.110.nu.10.vol.3. Pariſ.cõſ.
41.nu.29.vol.3. Ripa conſi.90.num.20.Tiraq.de
retract.conuent.§.2.gl.1.nu.4.Nat.conſi.430.nu.
16.Rol.conſi.56.num.22.vol.3.& non recipit ca-
ſum fictũ,l.ſub diuerſis,§.1.l.cũ ita datur,in princ.
ff.de cond.& dem. Nat.in conſi.452.in fi.fideiuſ-
ſio ergo non ſuccedit loco implementi conditio-
20 nis,ideo † qui ad aliquid tenetur,nõ ſatisfacit dã-
do fideiuſſores,l.promiſſor,§.fi.ff.de conſtit. pec.
gl.in l.fi.§.1.ff.ſi cer.pet.in l.ſatisfactio,ff.de ſolu-
tio.Tiraq.de retract.conſang.§.3.gl.3.nu.14.& li
cèt quando res non eſt liquida, ſatis ſit fideiube-
21 re: † tñ quando aliquid implendum eſt, vt detur
actio,non ſufficit fideiubere, & ſi per eũ non ſtet:
nam ẽt qui impeditur implere,remouetur ab agẽ
do,Butr.& Abb.in c.ſicut,ſ ẏlt.de iureiuran. Nat.
conſi.50.num.7.Rol.conſi.69. nume.12. volum.
4. Menoc. conſi. 1.num.368.conſi.55.numero 5.

Dum autem dicebatur exceptionẽ, quæ requi-
rat indaginem, non impedire exequutionem ſen-
22 tentiæ,† reſpõdeo illud procedere qñ aliunde ex-
ceptio oritur,quàm ex ipſa ſnĩa:at ſi cauſam & ori
ginem habeat a ſnĩa, impedit exequutionem, vt
concludit Caſt.in conſ.270.nu.3. in dubio, verſi.
allegata verò, vol.2. vbi infert quòd ſi Iudex con-
demnet ad reſtituendum,ſoluta tñ prius expenſa,
retardabitur exequutio, donec liquidetur expen-
ſa,ẽt ſi ea non probetur incontinenti, Ruy.in cõſ.
22.nu.9.ver.ſecundò reſpondetur, vol.1.dicens ꝙ
plenæ cauſæ cognitio requiritur, quando proba-
tio neceſſaria eſt ad declarationem eius, quod in
23 ſententia continetur. infert ideo † quòd ſi per ſen
tentiam mitti debet aliquis in poſſeſſionem bono-
rum exceptis feudis; tunc ſuſpenditur exequutio,
donec cognitũ ſit, quæ ſint feuda, & quæ allodia,
licèt in hoc immorandum ſit aliquo tempore, ſe-
quitur conſulendo in eodem caſu Soc. iun.in cõſ.
67.nu.16.& ſeqq.vol.1.Capic. in d.deciſ.17.n.9.
24 & pro hoc facit, † quia etſi verba vniuerſalia non
recipiãt reſtrictionem,tñ fallit in reſtitutione,quã
diſponens adiecit,Bar.in l.generali, §.vxori,ff.de
vſufru.leg.Ruy.in conſ.20.num.2.conſ.78.nu.4.
vol.1.conſi.188.nu.11.vol.2. & ratio eſt, quia in-
certum eſt ſtante forma ſententiæ, an maſſaritium
donatum excedat vnciam,vel non excedat,& ſtan
te incertitudine non poteſt mitti exequutioni, vt
dixi in primo prædicto reſponſo,nu.13. addo Go
zad.in conſi.50.nu.23. & 24. ſed prius requiritur
liquidatio, quæ requirit plenã cauſæ cognitionẽ,
vt per Doct.in l.1.ff.de eden.& in cap.2.de libelli
oblatio.etiam ſi ea liquidatio requireret altiorem
indaginem,vt per Docto.ibi, & ponit Ruyn. in d.
conſ.22.nu.9.ver. tertiò reſpondetur, vbi inquit,
quòd tam reus,quàm actor admitti debet ad pro-
25 bandum. † & hac ratione dicimus quòd cauſæ co
gnitio requiritur in exequutione ſententiæ, gl. in
l.intra vtile,ff.de mino.gl.Bar.& alij,in l.2.vbi Ri-
pa,nu.9.ff. de re iudic. Soc.iun. d.conſi.67.nu.16.

Reſpondeo ſecundò,quod exceptio quæ oppo
nitur per Dominum Bocium, non requirit altio-
rem indaginem, nec eget probatione: dicit enim
non conſtare quòd maſſaritium illud nõ excedat
vnciam,vt in ſententia requiritur, imò non eſt pro-
pria exceptio: ideo quando repelluntur a lege vel
ſtatuto omnes exceptiones,nõ reijcitur huiuſmo-
di defenſio, † quando vulgo appellatur exceptio
26 intentionis deficientis, Bal.in l.peremptorias,nu.
27.C.ſent.reſcindi non poſſe, vbi quòd eſt allega
tio,non exceptio, & quod Iudex ex officio ita de-
bet opponere, idem Bal.in l.ſancimus,num.7.C.
de donat.vbi citat quoque Bart. Alc. ad Bart.in l.
1.§.& parui,ff.quod vi,aut clam,Fel.in rub. de ex-
ceptio.in fi.ideo ſi inſtrumentum contineat diem,
vel conditionem, uel aliud quod implendum ſit,
poterit ſemper opponi ꝙ non euenit dies & cõdi-
tio,vel quod illud non fuit impletum, licèt omnis
exceptio ſit ſtatuto ſublata, Bart. d.l.1.§.& parui,
Caſt.

Caſt.in conſ.327.n.2.vol.2.eodē enim tpe & eodē inſtanti oritur exceptio,ſicuti actio,ſecundum Bal.in l.ex his prædijs, nu.1. C.de euictio.& tunc agens non tā ab alio repellitur,quàm ſeipſum repellit,vt poſt Bal.& Ale.concludit Natta in conſ. 474.n.35.Crau.in cōſ.127.n.14.conſ.151.n.10. D. Becius in conſ.45.nu.13. ita ergo quando D. Bocius opponit,quòd non conſtat, an maſſaritiū excedat vnciam, non tenetur aliquid probare, & deſtruit hæc exceptio intentionem Cocarellæ agētis,& hoc eſt quod inquit Soc. in d.conſ.67.n.15. & ſeq.dum ait, eo ipſo probari ſuam exceptionē, ex quo actor contrarium non probauit.

S V M M A R I V M.

1 *Inſtrumentum habet pro ſe tres præſumptiones.*

2 *Inuocatio nominis diuini, non eſt neceſſaria,etiam ſi ſit ex conſuetudine.ſed contra,nu.14.*

3 *Protocollum aliena manu ſcriptum probat, ſi ſit ſubſcriptum manu notarij.*

4 *Clauſula actum,&c.poſita in inſtrumento,ſignificat perfectionem.limita,nu.22.*

5 *Comparatio ſola probat manum notarij. ſed contra, nume.23.*

6 *Protocollum non vitiatur, ſi eſt ſcriptum manu teſtatoris,vel contrahentis. vide, nu.31.*

7 *Protocollum non ſubſcriptum poteſt de Iudicis commiſſione leuari.intellige,vt nu.33.*

8 *Inſtrumentum carens ſigno aut ſubſcriptione,poteſt leuari,ſi extet in alijs.intellige, vt nu.35.*

9 *Protocollum carens nomine notarij,poteſt leuari,ſi cōſtat de rogitu.intellige,vt nu.39.*

10 *Notarius præſumitur ſcripſiſſe tanquam notarius.*

11 *Protocollum continere debet omnes ſolemnitates neceſſarias,aliàs non poteſt leuari.*

12 *Notarius releuans notas defuncti, nihil omnino debet addere ſub pœna falſi.*

13 *Protocollum,ſi eſt vitioſum, ipſum quoque authenticum deſumptum eſt vitioſum.*

14 *Inuocatio diuini nominis eſt neceſſaria, & omiſſio vitiat,quando extat conſuetudo apponendi.*

15 *Protocollū vt probet, debet eſſe ſcriptū manu notarij.*

16 *Protocollum aliena manu ſcriptum non probat, niſi habeat notarij ſubſcriptionem ſpecialem. de quo tamen vide ibi.*

17 *Scriptura diuerſis manibus ſcripta, eſt ſuſpecta.*

18 *Protocollum non ſubſcriptum, nōn poteſt releuari.*

19 *Stilus notarij, eſt attendendus.*

20 *Protocollum carens nomine notarij, non pōt releuari.*

21 *Inſtrumentum dicitur imperfectum, & non poteſt releuari, quando notarius volebat vlterius ſcribere.*

22 *Clauſula, actum, &c. denotat perfectionem, quando eſt in fine inſtrumenti, non quando in princ.*

23 *Compenſatio ſola non probat inſtrumentum eſſe ſcriptum manu alicuius notarij.*

24 *Comparatio facit ſemiplenam fidem tantum.*

25 *Comparatio fieri debet a iudice, vel eo præſente.*

26 *Comparatio vt concedatur, pars debet præſtare duplex iuramentum.*

27 *Comparatio non valet, ſi deputati non iurent, quod non lucri cauſa, nec in gratiam alicuius facient.*

28 *Comparatione non poteſt iuuari ſcriptura priuata.*

29 *Comparatio non admittitur, quando negotium excedit libram auri.*

30 *Comparatio fieri debet ex ſcriptura indubitata.*

31 *Protocollum, quamuis ſcriptum a teſtatore, vel parte, non probat, ſi non conſtet de nomine notarij, & ſubſcriptione.*

32 *Teſtamentum inter liberos ſcriptum manu teſtatoris, non valet, ſi fuit traditum notario, ſed caret ſolemnitatibus.*

33 *Protocollum non ſubſcriptum, non releuatur de generali licentia iudicis, ſed ſpecialis requiritur citata parte, & cum cognitione cauſæ.*

34 *Protocollum non ſubſcriptum non releuatur etiam de commiſſione iudicis, ſi caret nomine notarij.*

35 *Protocollum carens aliqua ſolemnitate, non ſuppletur ex alijs inſtrumentis, ſi non continet librū compaginatum, ſed folia diſſoluta, & infilciata.*

36 *Protocollum, quod non fuit repertum inter alias ſcripturas, non poteſt releuari.*

37 *Notario non creditur aſſerenti ſe inueniſſe inſtrumētum in filcijs defuncti.*

38 *Copulatiuorum omnium concurſus requiritur.*

39 *Rogitus non probatur ex ſcriptura eum recitante, ſi non conſtet de nomine notarij.*

40 *Inſtrumentum ſi patitur aliquem defectum, poteſt alijs ſcripturis comprobari.*

CONSILIVM CLXXXVII.

FIDEM adhibendam eſſe inſtrumēto producto per D. Horatium Cocarellam contra magnificū D. Horatium Bociū,& leuato,vt dicitur, a filcijs inſtrumentorū Euſebij Pizani per Vbertinum Vatiſellum notarium Serralongæ,probare videntur infraſcripta: primùm inſtrumentum habet pro ſe multas præſumptiones, idest ꝙ ſit verum,non ſimulatum; ꝙ ſit validum,
1 & † quòd de partium voluntate ſit factum, Bald. in conſ.437.nu.5.vol.5. Neuiz.in conſ.79.nu.10. & tale præſumitur in materia, quale eſt in forma, Bal.in conſ.456.col.1. ver.in contrarium,vol.1.& facit rem certam, Bar.in l.1.in princ.num.8.ff. de oper.noui nunc.& non indiget diſceptatione fori, Bal.in l.2.ff.de ſtatu homi. Ruy.in conſi.128.nu. 1. Natta in conſ.145.in prin.& ſtandum eſt inſtrumento donationis, quia eſt probatio probata, & probat id,quod continet, Dec.in conſ.488.col.1. Bero.in conſil.147.nu.34.vol.2. & ſuper his fundata eſt intentio producentis.

Et non obſtat, quòd careat inuocatione diuini nominis, quia reſpondetur eam non eſſe neceſſariam ad validitatem inſtrumenti, & omiſſionem
2 non vitiare, † ſecundum Bar.in l.ſi quis ex argentarijs, §.ſi initium, in repet.num.7.ff.de eden. Bal. in prin.Cod.idem Bal.in l.iuriſgentium, §.quod ferè, vbi etiam Caſtr.ff.de pact. Imo.in rubr.ff.de oper.noui nunc.vbi Alexan.nu.5.& 6. latè diſputat,tandem concludit non eſſe de ſubſtantia,quia

leuis

leuis eſt ſolemnitas, quæ ſi omittatur, non vitiat,
nec reddit inſtrumentum nullum, l. 1. §. fin. ff. de
ventre inſpic. Abb. & alij in c. 1. de fi. inſtr. & com-
munem opinionem dicit Alcia. lib. 6. parerg. ca. 6.
Didac. qui eũ refert, Pract. quæſt. c. 20. in prin. eã-
dem dicit communem opinionem Niconit. d. rub.
ff. de ope. noui nunc. nu. 103. vbi eam confirmat
multis modis, & de communi atteſtatur Crot. nu.
14. & Alex. in loco prædicto dicit hoc procedere,
etiam ſi de conſuetudine conſueuit apponi.

Non ẽt releuat quòd originale iſtius inſtrumẽ-
ti legatur manu diuerſa ſcriptum, non autem ma-
nu notarij, vti requirere videtur Doctores, ad hoc
vt protocollum fidem faciat, & poſſit leuari ex eo
inſtrumentum, quia ſufficit quod ſit manu notarij
ſubſcriptum: nam virtus ſcripturæ ſumenda eſt a
ſubſcriptione, §. nos autem, in Auth. de tabellio. &
ſubſcriptio continet virtualiter omnia præmiſſa, l.
ſi ita ſcripſero, ff. de cond. & dem. & perinde eſt ac
ſi tota eſſet ſcripta manu notarij, l. emptor, §. Lu-
3 cius, vbi Bar. ff. de pact. & in terminis, † quòd ſuffi
ciat notariũ ſubſcripſiſſe matricem, probat Anch.
in conſi. 242. col. 1. Caſt. in conſi. 129. nu. 6. vol. 2.
Ale. in conſi. 51. col. 2. vol. 3. & in conſi. 14. nu. 14.
vol. 6. ſequuntur Fely. Dec. Cur. iun. Pariſ. Bertr.
& Crau. quos citat & approbat Rol. in cõſ. 44. nu.
27. & ſeq. vol. 1. & D. Beccius in conſi. 91. in prin.

Et quamuis in protocollo, de quo eſt quæſtio,
non adſit ſubſcriptio, adſunt tamẽ manu propria
notarij illa verba, actum in tali loco, &c. in prin-
cipio inſtrumenti, & alia in fine, de quibus omni-
bus partes rogarunt inſtrumentum fieri per me
notarium, &c. ea autem verba ęquipollẽt ſubſcri
4 ptioni, quia † ſignificant actum conſumatum &
perfectum, ſecundum Bal. in auct. quod ſine, C. de
teſtam. & complectuntur effectum omnium ante
geſtorum, ſicut ſubſcriptio. ita expreſſè Alex. d.
conſ. 14. num. 14. ver. ita ergo in propoſito, vol. 6.
Cur. iun. in conſ. 162. col. 2. ver. cõfirmantur præ-
miſſa, vbi allegat Caſt. ſed non Ale. Bero. in conſ.
1. num. 51. vol. 2. Neuiza. qui alios addit in conſi.
24. nu. 7. Nat. in conſi. 46. nu. 4. idem dicit Dec. in
conſi. 11. nu. 16. circa fi. ver. quia ad hoc reſponde
tur, quod illa verba, qñ dictum ſuit, & inde, &c. &
rurſus, nu. 17. ver. quintò quòd notarij, vbi loqui-
tur de clauſula, præſentibus, &c. Nat. d. conſi. 46.
nu. 4. qui loquitur de clauſula, de quibus, &c. Ne-
uiza. d. conſ. 24. nu. 7. quæ verba non eſt dubitan-
dum quin ſint ſcripta manu notarij, quia ita retu-
lerũt Cancellatij Excellentiſſimi Senatus, quibus
comparatio literarum ſuit demandata, & ſola cõ-
5 paratio probat, qñ dubitatur, non † de notariatu,
ſed de ſcriptura, vt inquit Inno. in ca. 1. de cler. pe-
regr. quem ſequitur Bald. in auth. ſed nouo iure,
nu. 5. C. ſi cer. pet. & licèt in apocha comparatio
faciat ſolum ſemiplenam, tñ in omnibus alijs ſcri-
pturis facit plenam fidem, ſecundum Bar. qui red
dit rationem diuerſitatis, in l. nuda ratio, nu. 9. ff.
de donat. Butr. in ca. 2. col. 5. de fide inſtr. Fulgoſ.
Imola, Caſt. & Sali. quos citat ad noſtrum propo-
ſitum, & ſequitur Cur. iun. in conſi. 162. nu. 5. vbi
inſert probari plenè per comparationem, quòd
ſcriptura ſit manu tabellionis. addo quòd Bart. in
loco prædicto ſequitur Ale. in conſ. 239. nu. 2. 5. &
7. vol. 6. Ruy. conſi. 144. nu. 9. vol. 4.

Reſpondetur etiam quòd etſi ſcriptura non ſit
tota manu notarij ſcripta, tñ non ignoratur, cuius
ſit. nã ex eadem comparatione conſtat, eam eſſe
manu teſtatoris, ideo habetur atq; ſi nõ eſſet ſcri-
6 pta aliena manu: † ſcriptura enim donatoris plus
habet fidei, quàm ſi manu alterius eſſet ſcripta, l.
fi. C. fam. ercis. auct. quod ſine, C. de teſtam. quia
oſtendit hanc eſſe diſponentis intentionem, & in
terminis concludit Ale. in d. conſi. 14. nu. 14. in fi.
& nu. 15. vol. 6. vbi dicit per comparationem pro-
bari manum diſponentis, & comprobat multis au
thoritatibus, quòd leuari poteſt inſtrumentum.

Minus mouet, ꝙ protocollum, vnde notarius
Variſellus leuauit inſtrumentũ donationis exhibi
tum, nõ ſit ſubſcriptũ manu notarij Rizani, qui de
eo dicitur rogatus, & ideo non potuerit releuari,
quia reſponſum ſuit ſupra, ꝙ illa verba, actũ, &c.
& clauſula, de quibus, &c. & alia, præſentibus, &c.
vices obtinẽt ſubſcriptionis, ſecundũ Ale. & alios.

Secundò reſpondetur, ꝙ inſtrumentum prædi-
ctum ſuit leuatum de commiſſione Iudicis, ideo li
7 cèt non contineret ſubſcriptionẽ, leuari † potuit.
ita Cy. Bal. & Sali. in l. contractus, C. de fide inſtr.
Caſtr. in l. ſi is, qui, nu. 4. ff. de teſta. Ale. in d. conſ.
14. num. 8. vol. 6. vbi poſt prædictos inquit, ꝙ ſi in
filcijs notarij defuncti extat ſcriptura continens
omnia ad perfectionem neceſſaria, ſed carens ſi-
gno & ſubſcriptione, poterit adiri Iudex qui mã-
dabit eam releuari, Dec. in conſ. 447. num. 8. Cur.
iun. d. conſ. 162. nu. 1. & ſeq. vbi dicit quòd etſi Do
ctores aliquando dubitent, an inſtrumentum ca-
rens ſubſcriptione & ſigno faciat fidem, tñ nemo
dubitat. quin mandato Iudicis ex eo ſumi poſſit
inſtrumentum, Ruy. in conſ. 144. nu. 11. vol. 4. Ne
uiza. in conſ. 24. num. 6. & ſeq. Crau. in conſi. 158.
nu. 7. verſ. ſimiliter, Natta in conſi. 46. nu. 4. Rol.
in conſ. 32. nu. 35. vol. 2. & ſecundum hãc opinio-
nem iudicauit Taurinenſis Senatus, vt atteſtatur
Anto. Sola in conſti. Pedem. in tit. de oppoſ. con-
tra form. extrinſ. inſtr. glo. 2. num. 7. & in ea cauſa
Burontiæ, quam is refert, conſului ego ſuper me-
ritis fideicõmiſſi, de quo agebatur, vt in conſi. 96.
& ſecundum ibi ſcripta ſuit iudicatum, & ſufficit
generalis commiſſio, Crau. conſi. 637. nu. 9.

Reſponderi tertiò poteſt ꝙ contrariũ non ven-
dicat locum, quando protocollum ſeu ſcriptura
ſubſcriptione carens reperitur inter filcias nota-
rij, in quibus multa alia extant inſtrumenta con-
8 tinentia ſignum, & ſubſcriptionem. † ita tenent
Bar. Bald. & Ang. l. ſi quis ex argentarijs, §. initiũ,
ff. de eden. ubi dicunt, ſolemnitas indictionis, diei,
ſubſcriptionis, vel alterius rei deficiens in vno in-
ſtrumento, ſuppletur ex alijs inſtrumentis poſi-
tis in eadem filcia, vel libro, Cur. iun. d. conſi. 162.
nu. 1. uer. cum igitur, ubi fortius dicit procedere,

etiam

ēt ſi folium non ſit ligatū: vna enim ſcriptura ſup-
pletur per aliam, d.§.ſi initium, vbi Iaſ.n.9. Ruy.
d.conſi.144.nu.9.verſi.ſortius dico, vol.4.vbi ait
verum eſſe, licet ſcriptura ſit in ſolio ſeparato, &
reperta extra protocollum, ſi tamen ſit manu no-
tarij, quia ex ea leuari poterit inſtrumentum.

Pariter remouetur difficultas, quæ ſit, quia nō
videatur conſtare de nomine notarij, qui ſuerit ro
gatus de eo inſtrumento, ex quo illius nomen nō
legitur parte in aliqua inſtrumenti: nam ea ceſſat,
9 qn̄ in inſtrumento conſtat † de rogitu, ex quo no-
tarius ſua manu ſcripſit ſe rogatum, & ei creden-
dum eſt, ſm Bar.& alios in l.ſciendum, ff.de verb.
oblig. Alc.conſi.110.vol.2.præcipuè vbi apparet
certò illa verba eſſe ſcripta a notario, vt in præſen-
ti facto, ita aperte reſpondet Nat.in cōſi.146.nu.
6.& 7.vbi reſpondet ad aliud obiectum, ꝙ potue-
rit is fortè ſcribere non tanquam notarius: etenim
10 in dubio tanquam notarius † præſumitur ſcripſiſ-
ſe, allegat Bal.in rub. C.de fide inſtru. col.3.verſ.
ſed dubitatur, numquid notarius, quem ſequitur
Barbat.& Fely.per eum citati, qui dicunt quòd ſi
reperiatur ſcripturam notarij manu ſcripta, præſu
mendum erit eum ſcripſiſſe vti notariū illam ſcri-
pturam tanquam matricem, non etiam tanquam
copiam. addo Alex.in conſi.48. num.2.vol.5.qui
dicit, præſumi ſcriptum a notario tanquam nota-
rio, quando ſcriptura habet ſolemnia, Cæphal.in
conſi.409.num.23.vbi dicit idem præſumi, ſi no-
tarius faciat mentionem de rogitu.

Colorata quidem ſunt hæc omnia, ſed re dili-
gentius examinata concludo aſſertum inſtrumen
tum ſic vt ſupra leuatū, nihil omninò probare: nā
originalis nota continere dēt oēs ſolemnitates ne
11 ceſſarias † ad confectionem inſtrumenti, ꝙ ad hoc
vt ex ea ſumi ſeu leuari poſſit inſtrumentum vali-
dum, & in forma probante, gl. in §.illud, in Auth.
de Tabellio. Bal.& Ang.in l.Lucius, ff.de mili. te-
ſta. Ioan. And. ad Spec.in tit.de inſtru. edit. §.vi-
dendum, ver.& nota ꝙ Tabellio, Anan. in cōſ.33.
nu.2. Bologn. in conſi.30.nu.1. Alex.in conſi.153.
nu.12.vol.2. Corne.in conſ.226.nu.4.vol.3. Deci.
in conſi. . . . . nn.5. Bertr.in conſi.2.num.4.vol.2.
Purpur.in conſ.572.nu.4.& in conſ.581. nu. 18.
Cæph.in conſi.409.nu.26.& notarius, qui inſtru-
mentum notarij defuncti redigit in publicam for-
12 mam, nihil omnino dēt † addere, §. pen. in Auct.
de Tabellio. Ang.d.l. Lucius, ff.de teſta. mili. &
ibi Bar.poſt gl.dicit, ꝙ notarius leuans inſtrumen
tum carens ſolemnitate committit falſum, & puni
tur de falſo, ſequitur Anan.in d.conſi.33.n.2. qui
ſubdit, quòd non poteſt probari contrarium, Bo-
logn.d.conſi.30.nu.2. Purpur.conſi.572.nu.10.
Bertran.d.conſi.2.nu.4.& ſeq. & quādo origina-
13 lis nota non probat, ita † quoque deficit inſtrumē
tum ex ea leuatum, quia de infecta radice non po-
teſt ſumi validum inſtrumentum, c. vulnerato, 1.
q.1. Anch.in conſi.431.nu.1.& 2. Corne.in conſ.
70.col.3.vol.4. Pariſ.in conſi.27.nu.14.vol.2.

In ea verò radice, vnde Variſellus dixit leuaſſe
inſtrumentum in actis productum, multa deſide-
rantur, ſine quibus validum eſſe non pōt inſtru-
mentum, & primò deficit inuocatio Diuini nomi
nis: quæ etſi ſm cōem opinionem non ſit neceſſa-
ria, tn̄ cum in præſenti caſu conſtet conſuetudinē
notoriam inoleuiſſe, ꝙ nomen Dn̄i quocūque in
inſtrumento apponatur, & Cancellarij ad id depu
tati reſerant eundem notarium oībus ſuis inſtru-
14 mentis ꝓpoſuiſſe ſemper nomen Dn̄i, eius † omiſ-
ſio vitiat ſine dubio, quia omiſſio ſolemnitatis in-
troductæ a conſuetudine, nō minus vitiat, quàm ſi
eſſet a lege inducta, ſm gl.in Auth. vt ꝓpon. nom.
impe. Abb.in proœ. Decre.col.12.& in terminis ſtā
te conſuetudine, hoc voluit Fulg.in princ. C.idem
tenuerūt Imo.& Rom. in rub.ff.de ope.noui nūc.
Abb.in c.1.de fide inſtr.vbi ēt Fely.nu.2. Soci. in
conſ.2.nu.4.vol.3. Ruyn.in d.rub. ff.de ope.noui
nun.nu.6. Niconit.ibi, num.127.vbi pluribus ra-
tionibus eam ſententiam confirmat, & Horman.
nu.12. & ſeq. quia quæcunque inducuntur a cō-
ſuetudine, cenſentur in dubio pro forma, ſiue ma-
gni, ſiue parui ſint præiudicij, vt inquit Horman.
ibi.& facit ea ratio, quam allegat Dec.in d.c.1.nu.
6. cum ſit dubium, an de iure omiſſio huiuſmodi
inuocationis vitiet inſtrumētum, vel potius ſit ex
conſilio ad bene eſſe, non ad eſſe, conſuetudo de-
claratius & probat eſſe præceptum, nō conſilium.

Secundò redditur nullū dictum inſtrumentū,
quia legitur aliena manu ſcriptū, non aūt manu il
lius notarij Pizani, qui de eo dicitur rogatus, & tn̄
15 certū eſt ꝙ protocollum dēt † eſſe ſcriptū manu
notarij, qui de eo eſt rogatus, §. nos aūt, in Auth.
de Tabellio. Bal.in rub. C.de fide inſtru.nu.23.&
24.dicens, notariū debere tria per ſe ipſum expe-
dire, & non alij cōmittere, audire ſcilicet partes,
ſcribere originale inſtrumētū, & illud ſubſcribere
& ſignare, Caſt.in conſ.125.n.6.vol.2. Spec.in ti.
de inſtr.edit.§.inſtrumētū, verſ.item oppono, vbi
ēt Ioan. And.in addi. Ang.in l.quædam, §.nihil, ff.
de edē. Imo.in c.fi.de offi.deleg. Ang.in cōſ. 400.
nu.3.in fi.& n.4. Fely. in c.inter dilectos, n.28.de
fide inſtr. Ruyn. in conſ.11.n.22.vol.3.conſ.51.n.
12.vol.5. Bero.in conſ.1.n.29.& 33. vol.2. Pariſ.
in conſ.28.n.28.vol.2. Roderic.in l.poſt rē, in de-
clarat.legis regun.in 3.extenſ.num.8.ff.de re iud.
Caſſan.in conſ.63.nu.30. Didac.prac.q.c.21.nu.
1. Cran.in conſ.72.nu.3. Nat. in conſ.146.nu.5.
Rol.in conſ.44.nu.18.& ſeq.vol.1. Deciſ. Pedem.
37.n.2.verſi.contrariam, Menoc.de arbit.iud.ca-
ſu 187.nu.5. Dn̄us Beciusin conſ.91.in princ.qui
oēs dicunt non poſſe leuari inſtrumentū receptū
a notario defuncto, qn̄ eſt aliena manu ſcriptū, ni-
ſi reperiatur ab eo ſaltē ſubſcriptū. quinimò hoc
caſu videtur, ꝙ non ſufficiat generalis ſubſcriptio
16 notarij, ſed ſpecialis † requiratur, in qua mentio-
nē faciat, quis ſcripſerit, vt voluit Bart.in l.diuus,
§.itē Senatus, ff.ad leg.Cor.de falſ. ſequitur Ang.
in cōſ.400.nu.5.pro quo facit, quod dicimus, ſcri
17 pturā diuerſa manu ſcriptā eſſe ſuſpectam, † ſi in
ſubſcriptione nō fiat mētiō ſecundū Spe. in tit.de

inſtr.edit.§.inſtrumentum,ver.item quod nõ habet ſubſcriptionem,Bal.& Salic.in d.l. cõtractus, C.de fide inſtrum. Alex. in conſi. 41. num. 1.vol. primo, Rom.ſing.239.Socin. in conſi.24.nu.25. vol.primo, Rui.in conſi.11.nu.26.vol.3. Ripa in conſi.118.nu.1.Crau.in conſi.104.nu.16. & ſeq. eſt verum quòd Bal.in auth. ſi quis in aliquo, col. 3. C.de eden. tenet quod ſufficiat generalis ſubſcriptio, Anch.dicto conſ.242.Ale.in d.conſi.14. n.14.vol.6.Dec. in cõſ.447.in fi.Rol.d. conſ.44. nu.38.Menoc.de arbitr.iud. dicto caſu 187.n.39.

Tertiò clarior res videtur, quia nulla extat aſſerti notarij ſubſcriptio generalis, nec ſpecialis, ideo inſtrumentũ ab ea nota non põt leuari, quia
18 ſubſcriptio eſt omnino † neceſſaria, l.2.C.de conuen.fiſci debit.li.10.& in Auct.de inſtrum.caut.& fide, vbi gl.& Bal.gl.in c.inter dilectos, in ver. inſtrumentum, de fide inſtrum. Spec.in d. tit. de inſtrum.edit.§.inſtrumentum, ver.itẽ quòd non eſt a tabellione, Abb.in cap.1.col.3. de fide inſtrum. Ang.in conſi.220.in prin. vbi dicitur, cauſam nõ eſſe validam, quæ non contiuet ſubſcriptionem, Caſtrenſ.in conſ.125.nu.6.vol.2.Alc.in conſ.53. nu.10.& ſequen.vol.2.Corne.in conſi.94.vol.4. Rube.Alex.in conſi.94.nu.2.& ſeq. Didac. prac. quæſt.c.21.nu.5.Cagnol. in l.ſi librarius, nu. 33. ff.de reg.iu. vbi dicit, hanc eſſe veriorem & magis communem opinionem, & ſm eam fuiſſe iudicatũ ſæpe in Conſilio Ducis Sabaudiæ, eamque eſſe apud practicos canonizatam, & quamuis aliqui contradicant, tñ videtur indubitata, qñ inſtrumẽtum eſt aliena manu ſcriptum: tunc enim requiritur omnino ſubſcriptio, vt ponit Crauc.in conſi. 72.nu.4.Rol.in conſi.32.in fin.vol.2. & ita quoque tenet Anto.Sola in d.conſtitut.Pedem.tit.de oppo.contra form. extrin. inſtrum.glo. ſecunda, num. 7. dum loquitur ſub conditione, modo inſtrumentum ſit ſcriptum manu notarij; & hoc tanto magis procedere dẽt, quia apparet ex relatione Cancellariorũ, quod Pizanus notarius cõſueuit ſubſcribere omnia inſtrumenta, quę aliena manu ſunt ſcripta, & quod ita religioſè obſeruauit;
19 ſtilus † enim notarij plurimum facit, & eſt attendendus, ſm Bal.in l.fin.col.vlt. C. de eden. Boer. deciſ.37.in fi.& qñ varius eſt ſtilus, attenditur is, quem vltimo loco ſeruauit, Bald.& Ang.in l.Gallus, §.idem credendum, ff.de lib. & poſthu. Ange. in conſi.275.nu.2.Bero.in conſi. 2. nu.17.vol.2. & Sola d.num.7.in fi. vbi dicit attendi ſtilum notarij, vt quia alia leuauerit inſtrumenta carentia ſubſcriptione: hic ergo cõcurrunt & ſtilus, & ſcriptura totius aſſerti inſtrumenti, quæ aliena manu reperitur ſcripta, ideo nemo negauerit, quin eſſet neceſſaria ſubſcriptio notarij, & a conſuetudine notarij in terminis ferè noſtris ita arguit Caſtr. in conſi.195.colum.2.ver.cum ergo, volum.2.

Quartò in dicto aſſertò protocollo non legitur nomen alicuius notarij, qui fuerit de eo rogatus,
20 cum tñ ſit ad validitatem neceſſarium, † ad effectum vt ſciri poſſit, an ſit inſtrumentum, vel non, & quis illud receperit, glo.in §. ſed ſi inſtrumẽta, in Auth.de inſtr.caut.& fide. Specu.in ti. de inſtr. edit.§.breuiter, nu.1.vbi nu.11. dicit, quòd notarius dẽt ponere nomen, pronomẽ, & cuius authoritate ſit notarius: ideo dicit Butr.in conſi. 11.nu. 5.quòd ſi in protocollo nomen deficit notarij, nõ põt addi ab eo, qui fuit deputatus ad leuandũ notulas defuncti, Ang.in conſ.275.nu.1.qui etſi cõtrarium in ſuo facto teneat, tñ monetur, quia aliũde quàm ex ipſo inſtrumento conſtabat, illum notarium fuiſſe rogatum, ſed nu. 1. vult quod apponatur nomen notarij, nec aliter releuari poſſit inſtrumentũ de filcijs notarij defuncti, Caſtr.in cõſ. 195.col.2.ver.cum ergo in caſu, vol.2.vbi inquit, quòd ſi leuata fuit in publicam formam ſcriptura notarij carens nomine, non probabit ratione incertitudinis: non enim ſciri põt, quis de ea fuerit rogatus; & ſubdit eſſe verum, quamuis cõſtet eſſe ſcriptam manu notarij, quia per hoc non ſequitur
quod is fuerit rogatus: potuit enim alius rogari, 1
qui ad euitandum laborem vel alijs implicitus negocijs huic commiſſerit inſtrumenti extenſionẽ, cum ergo poſſit eſſe ꝙ hic, & poſſit ẽt eſſe ꝙ alius fuerit rogatus, nec conſtet certò qualiter negociũ proceſſerit, non eſt leuandum inſtrumentũ, Alex. in conſi.153.nu.10.vol.2.vbi ait, ꝙ de ſubſtantia inſtrumenti eſt, quod ponatur nomen notarij, & nu.11. verſ. ſecundò reſpondeo, dicit procedere etiam qñ conſtat notam eſſe ſcriptam manu illius notarij, quia per hoc non ſequitur, quod ille, non alius fuerit rogatus, & tñ hoc conſtare debet concludenter ſm veritatem, non ſecundum præſumptionẽ, quæ habet ſe ad eſſe, & ad non eſſe; & prædicta conſilia Ange. & Butr. ſequitur ſimpliciter
Dec.in conſi.97.num.3. Bero. qui tamen de prædictis non fuit memor, in conſi.1.nu.33. in fi.vol. 12
2. vbi loquitur, quando nomen notarij eſt appoſitum, ſed inutile, non extenſe, ita quod poteſt ambiguitatem parere, Bertran.in conſi.2.nu.4.& 19. & 20.vol.2. vbi loquitur, quando nomen notarij non eſt ſcriptum, ſciri nõ poteſt quis de eo inſtrumento fuerit rogatus, & quod notarius, cui ſunt commiſſę rogationes defuncti, non põt leuare inſtrumentũ, vel addere nomen, Purpur.in cõſ.581. nu.18.& in conſi.583.num.1. in quibus locis dicit nõ ſufficere quod conſtet ſcripturam eſſe manu notarij, quia potuit ſcribere, & non fuiſſe rogatus, latè Gram.in deciſ.106.num.28. & 34.vbi idem omnino dicit Rol.in conſi.32. circa fin.vol. 2. quia potuit ſcribi a notario intentione perficiẽdi, cum tamen poſtea non fuerit actus perfectus, Crau.in conſi. 216.num.2.in fi. dum citat, & ſequitur Alexan. in d.conſi.153. Cæphal. in conſi. 409. num. 18.& 23. cum ergo in præſenti facto non conſtet qui notarius fuerit rogatus de aſſerto inſtrumento, non potuit ex eo leuari authenticum. & ſi hæc procedunt, quando ſolum nomen deficit, multo magis locum habebunt, quando deficit ſubſcriptio, & ſcripta eſt manu aliena, & aliquando, vt infra dicam, viſa eſt extra ſilcias,

cias,& notas huius notarij,qui de ea dicitur fuiſſe
rogatus.

Quintò me multum mouet, quòd ſcriptura vi-
detur imperfecta, quia illa verba poſita in fine il-
lius notæ, (& quæ dicuntur eſſe manu illius nota-
rij Pizani, ibi, per me infraſcriptũ notarium fieri
publicum inſtrumentum) ſignificant quòd nota-
rius ut rogatus de inſtrumento uolebat ſe & no-
men ſuum ſubſcribere: quare cum non ſe ſubſcri-
pſerit, inſtrumentum non eſt perfectum, pro quo
ſufficit allegaſſe Caſt.in l.ſi is,nu.7.ff.de teſta. ubi
ait quòd etſi ſcriptura habebat ſubſcriptionem,&
rogitum, & ſignum notarij, aliaſque oẽs ſolemni-
21 tates,ſi tñ apparet, quòd volebat † vlterius ſcribe
re & non ſcripſerit, dicitur imperfectum, & non
põt leuari inſtrumentum,niſi aliter probetur con-
tractus.idem dicit But.in dicto conſi.11. in princ.
Bologn.in conſi.53.nu.5.uerſicu.octauò præſup-
pono,vbi dicit,quòd ſcriptura nõ eſt perfecta, ſed
præparata,Dec.in c. primo,nu.11. de fide inſtru-
men.Bero. in conſi.1.nume.51.vol.2.& ſicuti hęc
procedunt,qñ imperfectio prouenit a contrahen-
te uel diſponenre, vt latè per Nattam in l. hac cõ-
ſultiſſima,§.ex imperfecto,nu.39.& ſequen.C.de
teſta. ita locum obtinẽt reſpectu ſolemnitatis, quę
eſt neceſſaria, & pendet a notario: quia ſi conſtat
quòd notarius,quod ad ſe attinet, non habuit in-
ſtrumẽtum pro perfecto,certum eſt,quod nõ pro-
babit,nec ex eo poterit ſumi inſtrumẽtum, Ruyn.
conſ.11.nu.2.uol.3.Caſt.conſ.195.col.2.& 3.vol.
2.& hoc ſi iungatur argumento, in quo diximus
ſubſcriptionem eſſe neceſſariam, reddet negociũ
indubitatum; quia etſi neque conſuetudine, ne-
que iure foret neceſſaria, ſaltem hoc caſu requi-
ritur, quando conſtat quod notarius illam voluit
adhibere.

Ex ijs fundata eſt exceptio Domini Horatij Bo
cij contra aſſertum inſtrumẽtum donationis, qđ
leuari non potuerit, & leuatum non probet, ſtan-
tibus tot uitijs,imperfectionibus,& defectibus. &
non obſtat quòd inuocatio Diuini nominis non
ſit neceſſaria,quia ſupra in primo ſundamẽto hu-
ius partis oſtendi eam neceſſariam eſſe, quando
conſuetudo ſic ſe habet. & licèt Alex. idem volue-
rit ſtante conſuetudine; tamen reprobatur a plu-
ribus eius opinio, & eſt communis contra eum,
quæ debet facilius obtinere inſpecto ſtilo inuiola-
biliter obſeruato a notario Pizano.

Nõ refragatur ẽt quòd illa verba, actum in tali
loco manu notarij,ſcripta in inſtrumẽto,æquipol-
leant ſubſcriptioni, quę per ſe ſufficit, licèt proto-
collum ſit aliena manu ſcriptũ:quia reſpõdeo,clau
ſulam illam,actum, &c. tunc importare perfectio-
nem inſtrumenti, non qñ eſt in principio, ſed qñ
22 eſt in fine † inſtrumenti poſita,vt voluit Caſtr. in
l.hac conſultiſſima,in fi.C.de teſta. Pariſ.in conſi.
27.nu.18.vol.2.ubi allegat Ale.& Bologn.Rol.in
conſi.32.nu.33.vol.2.vbi citat Ang.Caſtr. Alex.
Barb.Soc.Cur.iun. & alios, Gram. in deciſio.62.
nu.ſexto,Simon de Pret.in tracta. de coniect.vlti.
volunta.lib.2. interpret.prima, dubitat. ſecunda,
ſolutio.ſecunda,nu.34.& ita in terminis reſpõdet
Cor.in conſ.226.circa finem,vol.tertio,ubi dicit,
quòd ſæpe notarij credentes ſe rogandos de rece-
ptione alicuius inſtrumenti,faciunt notam perfe-
ctam,& continentem omnia neceſſaria, illam po-
ſtea publicaturi: ſed ex aliquo accidenti diſſentiũt
partes, & contractus non celebratur, ideo ex illa
clauſula non inducitur perfectio actus, ſequitur
Pariſ.in conſi.27.num.16.vol.2. Purpur. in dicto
conſi.581.nume.quinto, & ſequen. vbi dicit ſæ-
piſſimè ſibi contigiſſe, præcipuè in tranſactioni-
bus,& ibi allegat Ange.& Caſt.Cæphal. in conſi.
409.num.14.lata.Meno.in conſi.42.nume.15.&
23.ubi dicit, quòd ſcriptura ſimilis non probat,
nec poteſt leuari, ex quo caret ſubſcriptione, &
eſt aliena manu ſcripta.

Reſpondeo etiam, quòd non probatur illa uer-
ba eſsa ſcripta manu notarij, & relatio Cancella-
riorum,qui fuerunt deputati ad faciendum com-
parationem, non probat: primò, quia ſola com-
23 paratio † non probat quod inſtrumentum ſit ali-
cuius notarij manu ſcriptum. ita in terminis uo-
luit Corne.in conſ.94.col.2.uol.quarto,vbi dicit,
quod leuari ideo nõ poteſt, quia nõ conſtat fuiſ-
ſe publicatum,Ruyn.in conſi.11.nu.18.vol.tertio,
Pariſ.latè in conſil.27.nu.44.& 52. vol.ſecundo,
vbi uult, hoc locum habere etiam quando concur
rit vnus teſtis vltra comparationẽ. & aduertatur,
quia ibi reſpondet contra Cur. iun. in dicto con-
ſil.162. quod fuit allegatum in contrarium, Pur-
pur.in conſil.572.num.6. & conſi.581.nume.10.
& ſequen. Crau. in conſil.216. nume.16.& ante
eos Alexan.in conſil.76.numero 6.& 7. uolum.3.
Menoc.in conſi.42.nume.26.& 33. & ſequen.ubi
dicunt comparationem nihil operari, Cæphal. in
conſi.238.nume.8. & ſequen. & in conſilio 409.
num.64.& ſequen.ubi alios plures citat, Ant.So-
la d.glo.20.num.8. qui omnes loquuntur in ter-
minis, quando agitur de leuando inſtrumentum
ex notulis notarij defuncti.

Præterea ubi comparatio probare poteſt, tunc
non facit plenam fidem, ſed tantummodo ſemi-
24 plenam, † vt concludit Barto. in l. admonendi,
nume.26. ff.de iureiuran. qui tamen loquitur, ut
in caſu noſtro, quando ſcriptura non habet te-
ſtium ſubſcriptionem,Aret.in conſil.64. Alexan.
dicto conſi.76. nume.30. Felyn. in cap. ſecundo,
nume.14.de fide inſtrum.Rolan.qui alios citat,in
conſil.26.nume.12. &13.volum.primo, Crau.di-
cto conſil.216. numero 18. Purpur. dicto conſil.
581.nume.14. Natta in conſil.632.in princ.alios
citat Menoc. in tract. de arbitr. iud. caſu 114. nu-
me.6.Franc.de Mar. deciſio.935. Gram. in deciſ.
34.nume.15. & ratio eſt, quia fallax eſt experi-
mentum,ut inquit Corne. dicto conſil.94.& mul
ti reperiuntur, qui ita ſufficienter effingunt alie-
nos caracteres,vt alij, non ipſi videantur ſcripſiſ-
ſe, vt uideri poteſt apud Marſil. in rub. C.de pro-
bat. numero 318. Franc. de Marc. d.deciſio.935.

nu.5.Menoc.dicto caſu 114.num.15.Ioſeph. Lu-
dou.Peruſ.deciſ.ſeptima,nu.15.vbi quendam re-
fert,qui manum Pontificis ita exprimebat, vt vix
ſummus ipſe Pontifex fraudem agnoſceret.

Accedat,quòd comparatio non fuit facta legi-
25 timè,ſeruatis ſcilicet ſeruãdis. Primò enim† facta
fuit abſente Iudice per Cancellarios deputatos,
cum tamen non poſſit alij committi,ſecundũ Bal.
in auct.ſed nouo iure,col.pen.verſi.ſed dubitauit
tamen,C.ſi cert.petatur,& licèt committatur,de-
bet tamen fieri in præſentia Iudicis,Ang.in l.com
parationes,col.prima, C. de fide inſtrum. Natta
in conſilio 632.nu.quinto,Rol.in conſ.26.nu.25.
volum.primo.

Secundò pars non præſtitit duplex iuramentũ,
26 vnum generale de calumnia, † alterum ſpeciale,
quod deficiat ſibi omnis probatio, cum tamen v-
trumque ſit neceſſarium,gloſ.in dicta l.compara-
tiones,vbi Salic. colum.3. & omnes ſcribentes,
Corne.in conſi.169.colum.3.volum.primo, Ro-
lan.dicto conſi.26.numero 25. Anchar. Moder.
ſum.quæſt.lib.2.quæſt.56.nume.quarto,& quæ-
ſtio.62. numero 9. Menoch. de arbitr. iudic. caſu
114.nume.34.

Tertiò periti antequam inſpiciant ſcripturas
debent iurare, quòd comparationem non facient
27 lucri cauſa,nec in alicuius gratiam, † aut iniuriã,
dicta l.comparationes,§.omnes, vbi Cyn. Bar. in
ſecunda lectu. Alber.& alij,probat Menoc. d.caſu
114.nume.28. & has ferè omnes ſolemnitates re-
fert Purpur.in conſilio 581.nume.11.verſ. ſecun-
dò etiam, vbi dicitur quòd requiruntur pro for-
ma, ita quod omiſſio vitiat, etiam ſi procedatur
ſummariè,& omiſſis ſolemnitatibus iuris.

Vltimò aſſertum inſtrumentũ, de quo agimus,
eſt priuatiſſima ſcriptura,caret ſigno, ſubſcriptio-
ne,nomine notarij,eſt diuerſa manu ſcripta, & de
per ſe dicitur priuata,& non facit fidem: ergo cõ-
28 paratione † iuuari non poteſt, vt poſt Cyn. vult
Bal. in d.l.comparationes,nu.15.C. de fide inſtr.
vbi dicit,ſcripturam debere talem eſſe in ſui aſpe-
ctu & forma,vt conſtito de veritate caracteris,ple
nè probet,ſequitur Caſtr.colum.3.ver.debet au-
tem ſcire. idem voluit Lanfran. in cap. quoniam
contra, in verſic. inſtrumentorum productiones,
numero 56.verſ. quia dictum eſt de comparatio-
ne, extra de probat. ubi dicit quod ſi inſtrumen-
tum caret ſolemnitate ſubſtantiali vel formali, nõ
iuuatur comparatione, ſequitur Pariſ. in conſilio
27.num.54.uolum.ſecundo,Purpur. omnino ui-
dendus, dicto conſi.581. nume.10. ubi dicit, hoc
procedere, quando inſtrumentum caret ſigno, &
ſubſcriptione.

29 Non omitto tamen,quod comparationi † non
eſt locus, quando negocium excedit ualorẽ unius
libræ auri,vt in auct.at ſi contractus,C.de fide in-
ſtrum.Ang.in §. ſi quis igitur, in Auth. de inſtru.
cau.& fide,Anchar.mod.d.quæſt.56.nume.13. &
quæſt.62.num.11. vt hic longè ualor maſſaritij ex-
cedit auri libram.

Hoc etiam modo reſpondetur ad id, quod di-
citur,corpus aſſerti inſtrumenti eſſe ſcriptum ma-
nu Domini Franciſci Bocij donatoris, atque ita
retuliſſe Cancellarios deputatos ad faciendũ cõ-
parationem, quia comparatio non fuit legitimè
facta,& caſus noſter non poteſt comparatione iu-
uari, ut probaui in diſſolutione proximi obiecti.
Accedit quod ſcriptura, ex qua comparatio ſum-
pta eſt, non erat indubitata, & authentica, vti re-
quiritur, ad hoc ut ex ea fieri poſſet comparatio
30 † ad aſſertum inſtrumentum, ſecundum glo.in d.
l.comparationes,in uer.ſubſcriptiones, C.de fide
inſtrumen. Angel.in authen. ſi quis,C.qui potior
in pigno. habe. Doct. in l. admonendi, ubi Rom.
nume.50.& Curt.ſen. nume.114.ff. de iureiuran.
Alex.in conſi.76.col.ſecunda,uol.3.Dec. in conſ.
615.col.ſecunda,verſic.ſimiliter, Rolan. in conſi.
26.nu.3.& 6.uol.primo,Deciſ.Peruſ.7.nu.1.Me-
noc.dicto caſu 114.nu.29. Ruyn.conſi.11.nu.10.
uol.tertio,Natta in auth. quod ſine, nume.19.C.
de teſtamen.

Reſpondetur etiam, quòd etſi Alexan. in con-
ſil.14. numero 14.uolum. ſexto, dicat compara-
tionem probare,& non vitiari inſtrumentum ſcri-
ptum manu teſtatoris: tamen ſi eſſet manu Do-
mini Bocij, adhuc non probaret, quia potuit fie-
ri ad effectum, vt inde celebraretur inſtrumentũ,
31 † quod poſtea factum non probatur. ita Ange. in
conſ.400.qui ſi videatur in narratione facti ponit
eſſe ſcriptum teſtamentum manu teſtatoris, Alex.
in conſil.76.nu.quarto, & ſeq.vol.3.vbi dicit,cõ-
parationem non probare, quod ſcripta ſit manu
teſtatoris,nec ſufficere,quod teſtes dicant ſe notã
habere manũ,ſed requiri, quod fuerint præſentes,
& illam ſcribi uiderint,Ruyn.in conſi. vndecimo,
nu.ſexto, & ſequen.uol.3.ubi dicit, quod ſola cõ-
paratio non probat,quando priuata alicuius ſcri-
ptura non eſt approbata a ſcribẽte per inſtrumen-
tum, vel aliam publicam ſcripturam, Menoch. in
dicto conſilio 42. numero uigeſimoſecundo. Et
pro hoc facit,quia etſi ſcriptura facta manu teſta-
toris probet inter liberos, debet etiam eſſe publi-
cata,& lecta ad hoc ut fidem faciat,quando teſta-
32 tor reuocauit notariũ, † & uoluit de ea notarium
rogari: quia ex quo adhibuit notarium, cenſetur
uoluiſſe ſeruare omnes ſolemnitates. ita glo. in l.
fideicommiſſa, §.1. in uerſi.quotiens, ff.de legat.
3.& uidetur text. in l. hac conſultiſſima, §.at cum
humana fragilitas, ubi Caſtren. C.qui teſta. face.
poſſ. Cephal.in conſi.409.nu.9.ubi allegat Ange.
Ruyn.& Colleg. Patau. cum ergo in caſu noſtro
deficiant multę ſolemnitates neceſſarię, non ſana-
tur aſſertum inſtrumentum, ex eo, quod dicatur
ſcriptum manu Domini Bocij.

Quatenus uerò dicebatur, protocollum non
ſubſcriptum a notario poſſe leuari de commiſſio-
33 ne Iudicis, id uerum eſt, quando commiſſio † eſt
ſpecialis, & facta cũ cauſæ cognitione, citata par-
te,& diſcuſſo negocio. Nec ſufficit generalis com-
miſſio leuandi omnia inſtrumẽta notarij defuncti

qualis

qualis ea eſt, quę facta fuit notario Variſello, q d-quid teneat Crau. in conſil. allegato pro contraria parte, & in terminis ita voluit Ang. in conſi. 405. & magis clare Caſtr. in l. contractus, nu. 5. in fi. C. de fide inſtrumen. & in conſil. 292. nu. 5. vol. 1. & in conſi. 195. col. 3. ver. etſi dicatur, vol. ſecundo. quia, ſecundum eum, generalis commiſſo leuandi inſtrumenta defuncti, intelligitur de ijs, quę habẽt omnes ſolemnitates, non autem de ijs, quæ carent ſubſcriptione, & ita declarat procedere, quod voluit Bald. in l. contractus, de fide inſtrum. & hoc velle quoque videtur Ale. in conſi. 153. nu. 13. vol. 2. Pariſ. in conſi. 27. nu. 10. vol. 2. vbi dicit, non eſſe curandum de ijs, quæ dixit Ale. in conſi. 14. vol. 6. quia tribus alijs in locis tenuit contrarium, & ibi loquutus eſt incidenter, & concurrebant multa alia, & præcipue probatio per teſtes, Purpur. in conſi. 572. nu. 5. verſ. præterea, & in conſi. 581. nu. 44. qui loquitur in quadam Caſalenſi cauſa inter Dominos Bellonos, Cagn. in l. ſi librarius, nu. 32. ff. de reg. iur. Natta in conſi. 46. nu. quarto, vbi dicit, non ſufficere generalem, Menoc. in tract. de arbitr. iud. caſu 187. nu. 26. & in conſil. 42. nu. 19. & hoc de ſpeciali commiſſione voluit etiam Bero. in conſi. 92. num. 26. & 28. vol. 3. vbi prædicta Caſalenſi cauſa conſuluit contra Purpur. in dicto conſ. 581. licèt ipſe teneat, citationem non eſſe neceſſariam; & hoc eſt indubitatum, quando vt in caſu noſtro ſcriptura eſt non in libro aliquo rogationum defuncti, ſed in folio ſeparato, vt Caſtren. in conſil. 211. & in conſil. 306. vol. 1. Crau. in conſil. 216. nume. 8. Menoch. dicto caſu 187. num. 26. & de huiuſmodi commiſſione conſtare debet aliter quàm ex dicto notarij, ſecundum Guid. Papæ, quæſt. 404. quem ſequitur Boer. & Rolan. relati a Menoc. in d. conſi. 42. num. 28.

Reſpondetur etiam, quòd tunc ex licentia Iudicis leuari poteſt, quando conſtat de nomine notarij ex ipſa ſcriptura, atque ita non eſt dubium, quis illam ſcripturam rogatus ſcripſerit. at in caſu
34 noſtro de nomine notarij non † apparet, nec de hoc extat certitudo aliqua, ergo etiam de Iudicis commiſſione non poteſt leuari, ita Alex. in conſil. 153. nu. 13. vol. 2. Pariſ. in conſi. 27. num. decimo, vol. ſecundo, vbi idem dicit, quando nota eſſet reperta extra librum rogationum defuncti, Purpur. in conſi. 572. num. 5.

Sublatum quoque videri poteſt argumentum quo dicebatur ſubſcriptionem non eſſe neceſſariam, quãdo ſcriptura eſt inter filcias notarij, quia ex ſubſcriptione quæ reperitur ſub alijs inſtrumẽtis, iuſtificatur aliud ibi inſertum; nam hoc videtur verum eſſe, quando omnia inſtrumenta redacta ſunt in librum protocolli: tunc enim ſufficit ſubſcriptionem inueniri ſub uno inſtrumento: at vbi nullus extat liber, ſed ſunt omnia ſeparata, & diſtincta ſolia, tunc ſi quid in uno deficit, non ſup-
35 pletur ex alio, † ita Bar. In l. ſi quis ex argentarijs, §. ſi initium, nu. 22. ff. de eden. vbi dicit, quòd etſi dies poſitus in principio libri cenſeatur repetitus in ſequentibus, tamen fallit quando inſtrumenta ſunt diſſoluta, non autem in eodem libro compaginata. & ſequitur ibi Bal. dicẽs, quòd ſi folia ſunt diſſoluta, nulla datur probabilis aut neceſſaria cõſequentia de vno ad alterum, Caſtr. pulchrè dicto conſi. 195. col. 2. uerſi. cum ergo, & uerſi. ſed huic ſcripturæ, uol. ſecundo, ubi dicit non confirmari talem notam ex ſubſcriptione poſita ſub alio inſtrumento: ſecus autem eſt in libro, quia per inſpectionem omnia inſtrumenta conualidantur, Ale. in dicto conſi. 153. nu. 11. in fin. & nu. 13. uol. 2. ubi Bart. Bal. Ang. & Imo. allegat, dicens ſubſcriptionem deficientem non ſuppleri, etiam ſi in alijs ſcripturis extet, inter quas ipſa quoque nota non ſubſcripta reperta ſit, Ruynus in conſi. 144. nu. 9. in princ. uolum. quarto, ubi ſequitur Ale. in loco prædicto, Purpur. dicto conſil. 172. nume. tertio. Grammatic. in deciſ. 106. nu. 30. Franc. de Marc. in deciſ. 162. num. 15.

Et hoc in caſu noſtro debet multò magis attendi, quando dici poteſt illam notam inuentam non fuiſſe inter filcias notarij Pizani, ſed extra: nã examinatus nobilis Petrus Caligarius dicit, ſe de anno 1568. atque ita ante leuationem aſſerti inſtrumenti, ſe uidiſſe notam, de qua agitur, in manibus Baptiſtę Cocarellę, qui eſt pater Horatij nũc agentis, & qui eam de ſinu emiſerat, ut hic teſtis ſubiectam oculis hanc notam agnouit, probaturque eius dicto non fuiſſe alias inter filcias & notas notarij. deponit item Dominus Auguſtinus Ritius Cancellarius Excellentiſſimi Senatus antiquior & probatæ vitæ, quòd de anno 1562. quando de ordine eiuſdem Senatus examinauit notarium Pizanum, an foret de hac prętenſa donatione rogatus; dictus notarius antequàm deponeret aſtruendo vt fecit negatiuam; bis perluſtraſſe omnes filcias ſuas ſe præſente, & aſſertum hoc inſtrumentum non inueniſſe, vnde reſultat quòd non erat tunc in filcijs: Facinus quoque Pizanus hæres defuncti notarij dicit eas omnes filcias de anno 1570. ante extractionem prædictam fuiſſe diligenter inſpectas a notario Variſello ad effectum inueniendi inſtrumentum hoc, & tandem dictum notarium non illud inueniſſe, licet bis ſingula inſtrumenta percurrerit. Confirmatur, quòd ſi omnia fere inſtrumenta Pizani ſint perforata penetrante cordula ſeu funiculo, hoc tamen nullum habet foramen. quibus omnibus infertur, quod hoc inſtrumentum non fuit repertum in filcia,
36 quo ſtante, ſequitur quòd ex eo leuari, aut † ſumi non potuit authenticum inſtrumentum, ita Corne. in conſil. 226. volum. 3. vbi loquitur, quando ſcriptura reperta eſt non penes notarium, neque in eius ſcripturis, ſed penes tertium, Menoc. dicto conſi. 42. nume. 23. qui numero ſeptimo dicit, inſtrumentum leuari debere de protocollo, non autem dici protocollum eam ſcripturam, quæ non eſt apud notariũ. & vt leuari poſſit, debet eſſe reperta in ſcripturis notarij defuncti, non aliter ſumi poteſt, ſecundum Butr. in capitu. cum P. Ta-

bellio,in primo notab. vbi etiam Abb. de fide in-
ſtrum. & ſequitur Alexan. qui loquitur in noſtris
terminis,in conſi.153.nu.13. in fine, verſic. nam
ad hoc,vol.2.Bert.in conſi.2.nu.19.verſ.pro quo
allegaſſe,volum.2. & non eſt credendum notario
37 † Variſello atteſtãti,quòd inſtrumẽtum leuatum
inuenerit in filcijs notarij deſuncti,vt probat Pur-
pur.in conſi.572.nu.9.& in conſ.583.nu.3.refert
& ſequitur Ant.Sola in conſtitu.Ped.d.glo.2.nu.
9.& ratio eſt, quia cõſtare debet de notulis & ori-
ginalibus inſtrumẽtis, ex quibus dicitur leuatum
authenticum,Caſt.d.conſi.195.volum.2. Dec.in
conſ.302.nu.15.Cagn.d.l.ſi librarius,nu.30.Ro-
lan.in conſil.32.num.25.vol.2. & licèt ſupradicti
Doct.loquantur,quando leuationis tpe non erat
inter ſcripturas, idem tñ omnino eſt quando ali-
quando eam notam conſtat fuiſſe extra notarij de
functi notas, licèt poſtea in eis inueniatur. ita in
terminis loquitur Bertr.d.conſi.2.nu.19.verſi.er-
go ſi ex inſpectione. ſi enim poſt mortem notarij
viſa eſt extra illius ſcripturas, ſatendum eſt quod
notarius illam non habuit pro protocollo, quia
repoſuiſſet vbi alias collocauit.

Deſtruitur & vltimum fundamentum, quo di-
cebatur ſatis conſtare de nomine notarij, quando
ipſe dicit ſe rogatum,& probatũ fuit ex compara-
tione illã notam eſſe manu Pizani notarij ſcriptũ.
ad hoc enim reſpondetur, quòd non conſtat illa
verba eſſe manu notarij Pizani. & ſola compara-
tio (vti ſupra dixi) non probat, ideo non poteſt
inſerri,quod notarius Pizani fuerit rogatus.

Secundò reſpondeo, quòd ẽt ſi conſtaret, ſcri-
pturam eſſe manu notarij: tñ ex quo nomen eius
non legitur in inſtrumento, non ex hoc probatur
eum fuiſſe rogatum,qui ſcripſit:potuit enim vnus
ſcripſiſſe inſtrumentũ, de quo alius notarius fue-
rit rogatus, vt dixi ſupra in quarto fundamento
huius partis ex But.Caſtr. Alex. Dec. Bero. Bertr.
Gram.Purpur.Crau.Rol.& Cæphal.quorum au-
thoritas præualere debet authoritati Alc. & Nat-
tæ tenentium contrarium. & licèt notarius in du-
bio præſumatur ſcripſiſſe vti notarius:tamen vt le
uetur inſtrumentum de filcijs deſuncti, ſtandum
non eſt præſumptionibus & coniecturis, ſed veri-
tati & certitudini.poteſt enim eſſe quòd ſcripſerit
vti notarius, ſed etiam poteſt eſſe quod ſcripſerit
alieno nomine, præcipuè quando reperitur ferè to
ta aliena manu, caret inuocatione Diuini nomi-
nis,& ſubſcriptione,quam adhibere conſueuerit,
& fuit poſt mortem notarij viſa in manibus partis
extra filcias notarij.& licèt ſufficiat conſtare ex ip
ſa ſcriptura de rogitu,vt dicebãt Curt.iun.& Nat
ta,tamen non ideo iuſtificatur, quis ſit notarius,
qui dicitur rogatus. duo enim ſunt neceſſaria, vt
leuari poſſit inſtrumentum. primum, quòd de eo
fuerit rogatus aliquis notarius; ſecundum, quòd
cõſtet quis ille ſit,qui fuit rogatus.modo ſi in ſcri
ptura fiat mentio de rogitu, ſatisfit primo requiſi
to,ſed non ideo ſatisfit ſecundo:ideo non probat,
quia vbi plura copulatiuè requiruntur, omnium
38 adeſſe † debet concurſus, l.ſi hæredi plures, ff.de
condi.inſtit.Crau.conſ.80.nu.13.& hoc eſt,quod
39 in propoſito † dixit Ang.in conſi.275.nu.2. verſ.
omnes ergo,& nu.3.ver.ideo ad illud inueſtigan-
dum, quod rogitus aliunde probari debet quàm
ex ipſa ſcriptura,Alc.in conſi.104.in fi.vol.7.& d.
conſil.153.nu.11.vol.2.Purpur.d.conſil.572.nu.
5.ver.prætcrea,vbi dicit non ſufficere, ſi ſcriptura
mentionem faciat de rogitu, & allegat Ang.in lo-
co prædicto,& idem Purpur.in conſ.581.nu.18.&
ſeq.Pariſ.dicto conſi.27.nu.10.& ſeq.

Tertiò ceſſat omnis dubitatio in facto, quia is
qui ſcripſit, non dicit ſeipſum eſſe rogatum, ſed
dicit ſe notarium infraſcriptum eſſe rogatum. ne-
mo autem ſuum nomen infraſcripſit: ergo colli-
gere non poſſumus, quod is qui ſcripſit,fuerit po
tius rogatus quàm alius,poſtquàm quis foret ro-
gandus non exprimitur, ſed ad eum ſit relatio,
qui deinde ſe ſubſcriberet. remanet ergo incer-
tum,quis fuerit rogatus, licèt foret certum quis
ſcripſerit.

Hæc, ni fallor,clare probant, non eſſe dandam
fidem inſtrumento leuato per Variſellum ab aſ-
ſerta nota informi & inualida, vt dicitur reperta
in filcijs ſeu ſcripturis notarij Pizani: ſed vbi etiã
contineret omnes ſolemnitates, ita vt quoad
formam extrinſecam probaret, non tamen mere-
retur fidem tanquam admodum ſuſpecta de fal-
ſo, vt dixi latius in alio reſponſio per me reddi-
to, vbi multas congeſſi coniecturas ſeu ſuſpicio-
nes falſitatis contra dictam notam vrgentes. &
vbi etiam reprobaui illa duo aſſerta inſtrumen-
ta; alterum permutationis bonorum, vt dicitur
donatorum; alterum acceptationis dictæ dona-
tionis, in quibus ſit mentio de aſſerta donatio-
ne: qua reprobatione ſtante occuritur obiectio-
ni,quæ fit, quòd etſi nota illa ex ſui inſpectione
careat aliquibus ſubſtantialibus, tamen probat,
ex quo eius tenor eſt expreſſus & relatus in duo-
bus prædictis inſtrumentis,per ea, quæ ponit An-
gel.in dicto conſi.in fin. vbi dicit quòd veritas in-
40 ſtrumenti poteſt aliunde † probari per teſtes &
inſtrumenta. idem probauit Anchar. dicto conſi.
242.nume.2. verſicu. ſecundo hoc coadiuuatur,
vbi dicit probari veritatem inſtrumenti, ſi alia ex-
tet imbreuiatura, in qua fiat expreſſa mentio de
ea,de qua erat quæſtio.& dicit Bald.in l.ſi quis ex
argentarijs,§.ſi initium,num.1.in prin.ff.de eden.
quòd vna ſcriptura ſuppletur per aliam, ſequitur
Iaſ.ibi, nu.9. vbi dicit procedere etiam ſi ſint ſcri-
pturæ diuerſæ & factæ inter alios. & dicit Specul.
in tit.de inſtr.edit.§.oſtenſo,num.17. & ſequitur
Ioan.And.in addit.quòd ſi imbreuiatura non po-
teſt aptè legi vel intelligi; poterit tamen extendi,
ſi ex eadem vel alia ſcriptura colligi poterit ſen-
ſus, & illos adducit in propoſito noſtro Ruyn. in
conſi.144.nume.9. vol.4.verſi. certum eſt etiam,
vbi loquitur de protocollo carente ſolemnitate,&
præcipuè nominè notarij, Pariſ.in conſi.28.num.
46.& ſeq.volum.2. vbi ait, quòd cancellatio aut

raſura protocolli non vitiat, quando ex pręcedentibus, & ſequentibus vel ex alia ſcriptura conſtat eam eſſe benè factam, & dicit Caſt. in l. ſi is, qui, in fi. ff. de teſtam. quòd per teſtes probari poteſt id, ꝙ deficit in ſcriptura. & dicit Riminal. in l. 2. col. 4. C. de ſec. tab. quòd duo inſtrumenta non liquida poſſunt conſtituere liquidã probationem, & ꝙ inſtrumentũ põt coadiuuari teſtibus, ſequitur Neuiz. in conſ. 26. nu. 46. & dixit tex. cũ glo. in l. iubemus, C. de prob. ꝙ fides imponi poteſt inſtrumento ſuſpecto, ſequitur Neuiz. in conſ. 68. n. 34. ver. tertiò reſpondeo. & quod abbreuiatura ſuppleatur ex alia ſcriptura, voluit Bero. deciſ. 37. in fi. vbi citat Spec. d. §. oſtenſo. & vbi veritas per aliã ſcripturam detegitur, nõ uitiatur inſtrumẽtum, quia cancellatum ſit, vel abraſum, vel interlinearum, vt per Pariſ. d. conſ. 28. n. 47. Butr. ante eum, in c. ex literis, circa fin. vbi Abb. col. antepen. de fide inſtrum. Nat. in conſ. 132. n. 2. & dicit Spec. in tit. de inſtr. edit. §. inſtrumentum ergo publicũ, qualiter impugnetur nu. 9. ꝙ inſtrumentum probat, etiã ſi aliqua ſolemnitas ſit omiſſa, quando conſtat de facto. & inquit Alex. in conſ. 34. nu. 3. vol. 3. quod ſi inſtrumentum non eſt authenticum, ſed conſtat de veritate contentorum in eo, ſequi debet condemnatio, ſequitur Neuizanus in conſ. 24. nu. 15.

Quandoquidem iam ſatis in alijs ſcriptis demonſtratum fuit, illa inſtrumenta eſſe falſa: teſtes enim inſtrumentarij negant expreſſè ſe interfuiſſe inſtrumentis prædictis, atque ita eorum fidem ſubuertunt, vltra quod multæ aliæ concurrunt ſuſpiciones.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio extraiudicialis abſente parte probatur per teſtes ſingulares.*

2 *Spoliatus non reſtituitur, quando per eius confeſſionem conſtat de notorio iuris defectu.*

3 *Confeſſio defuncti nocet hæredi, & ſingulari ſucceſſori.*

4 *Spoliatus poſt ſententiam latam in petitorio reſtituitur non obſtante re iudicata.*

5 *Confeſſio non inducit notorium, quando contra eam allegantur aliqua, quæ eam faciunt dubiam.*

6 *Ditari quilibet præſumitur.*

7 *Confeſſus ſicuti non appellat, ita nec hæres confeſſi. quod declaratur, vt ibi.*

8 *Acta faciunt notorium.*

9 *Confeſſio non inducit notorium, niſi ſit iudicialis, & poſt concluſum in cauſa, & in forma iudicij.*

10 *Confeſſio extraiudicialis abſente parte probat ſolum ſemiplenè.*

11 *Confeſſio extraiudicialis geminata æquipollet iudiciali. & ibi quomodo procedat.*

12 *Confeſſio geminata non dicitur, quando plures confeſſiones teſtibus probantur ſingularibus.*

13 *Notorium quid ſit, & quomodo probetur.*

14 *Dubium iuris æquiparatur dubio facti.*

15 *Confeſſio ſufficit quòd ſit primo aſpectu notoria, licèt poſſit aliquo modo eſſe falſa. & ibi declaratur.*

16 *Negatio non facit rem dubiam, quando factum eſt notorium. & ibi quomodo procedat.*

17 *Confeſſus non appellat. fallit tamen quando aliqua in ſta cauſa allegatur.*

CONSILIVM CLXXXVIII.

EA opinio, ꝙ confeſſio extraiudicia-
lis abſente parte probetur per te-
1 ſtes † ſingulares, habet quidẽ plu-
res authores, & præcipuè Caſtr. in
conſil. 380. in fi. volumine primo,
Ale. in conſi. 53. nu. 4. ver. ego etiam præſuppoſi-
to, vol. 1. Decius in conſil. 650. nu. 10. Soc. iun. in
conſi. 99. num. 15. volum. 2. Rol. qui alios citat, in
conſ. 82. num. 45. & ſeq. vol. 2. Deciſ. Peruſ. 9. nu.
15. quia videtur eſſe ſingularitas adminiculatiuè,
& conueniunt teſtes in eundẽ rei finem, licèt vnus
de vno loco & tempore deponat, alius de alio, ſed
multos etiam habet contradicentes. poſita tamen
ſententia pro vera, adhuc non videtur mihi deſen
di poſſe Euaſium Berſanum, quin cogatur reſti-
tuere nobili Io. Antonio Finatio poſſeſſionẽ bo-
norum, de quibus agitur, a qua cecidit ſine ſua
culpa & facto. in primis enim, quod dicimus, ſpo-
2 liatum non † eſſe reintegrandum, quando per cõ-
feſſionem conſtat de notorio iuris defectu, Inn. in
c. conſtitutus, de filijs presbit. Rot. deciſ. 16. circa
med. iu nouis, ſequuntur multi citati a Menoc. in
tract. de recup. poſſ. reme. 1. nume. 187. Lancel. in
tract. attentat. par. 3. c. 24. q. 1. nu. 64. & ſeq. proce
dit in confeſſione ipſius ſpoliati, non autẽ in con-
feſſione alterius ſui authoris, atque ita loquitur
Inno. Rota, Caſtr. & alij omnes in eam ſententiam
3 citati. Et ſi dicatur, hæres non poteſt venire † con-
tra confeſſionem authoris, l. cum a matre, C. de
rei vẽd. & cõfeſſio authoris nocet ſucceſſori, Bald.
in conſ. 89. col. 1. vol. 1. Ruyn. in conſ. 32. num. 6.
vol. 1. Crau. in conſi. 125. nu. 2. Rol. in conſ. 71. nu.
45. in conſi. 82. nu. 40. vol. 2. Cęph. in conſil. 276.
nu. 35. & ſeq. etiam ſingulari, Arct. in conſil. 11 r.
col. 2. in fi. Ruy. in conſi. 76. nu. 14. vol. 5. Crau. in
conſ. 29. nu. 1. Menoc. in conſ. 2. nu. 373. Reſpon-
deo, procedere quidem hoc inſpecto ſtatu, in quo
res erat tempore confeſſionis: ſed quia poſt con-
feſſionem potuit ius aliquod ſuperuenire nedum
authori, ſed ẽt ipſi hæredi, infertur quod confeſſio
anthoris non probat notorium iuris defectum in
hęrede ſpoliato: poſſunt enim ſimul ſtare quòd pa
ter Finatij tempore confeſſionis nullum ius habe
ret in pędijs nunc contentioſis, & quod acquiſi-
uerit ius poſt confeſſionem, uel quòd eius hæres
illud acquiſiuerit. & pro confirmatione adduco,
4 quod † uoluit Ale. in l. naturaliter, §. nihil commu
ne, nu. 12. & 14. uer. unam limitationem, ff. de ac-
quir. poſs. ubi inquit, ꝙ etſi exceptio rei iudicatæ
impediat reſtitutionem ſpoliati, tamen ſi quis fuit
ſpoliatus poſt rem iudicatam in petitorio erit re-
ſtituendus, quia potuit poſt latam ſententiam ſpo
liatus acquiſiuiſſe dominium, ſequitur Ripa, nu.
44. dicens hoc uoluiſſe gloſ. ibi, & ſententia ante

lata nõ potuit includere cauſam ſpoliationis,quæ
tunc non erat nata,Coraſ.in 2.par.nu.67.in fi.vbi
dicit eſſe hoc incõfeſſo apud omnes,Menoc.de re-
cup.poſſ.rem.1.n.206.ver.declarari tñ ſolet,Gab.
de reſtitu.ſpol.lib.5.conclu.1.n.107.& hoc eſt,ꝙ
dicunt Doctores,tunc ſolum confeſſionem proba
5 re † notoriũ iuris defectũ, & impedire reintegra-
tionem,quãdo eſt clara & certa,& probat indubi-
tatè actori nullũ ius competere: aliàs ſi ſit dubia
vel patiatur controuerſiã,non præſtat impedimẽ-
tũ,Fel.in c.inter cęteras, col.antepen.verſ.ſecũda
declaratio,& ver.ſequenti,de re iud.Alba in conſ.
14.nu.3. & in terminis ita declarat Lancell. d.p.c.
24.q.1.n.68.& ſeq.& dicit Abb.in c.cum olim,de
verb.ſignif.ꝙ etſi confeſſio inducat notorium, tñ
hoc fallit,quando aliquo iure vel circunſtãtijs ali-
quibus offuſcatur,ſequitur Soc.in conſ.4.nu.2.in
fi.vol.1.Blanc.in tracta.de comprom.quæſt.4.n.5.
folio mihi 295. Lancellot.d.tract.par.2.c.12.nu.
4.& ſeq.& idem poſt alios dicit Menoc. d.rem.1.
nu.196.cum ergo confeſſio patris non probet no
torium iuris defectum in filio,non debet ſufficere
ad impediendum reſtitutionem, quia nõ eſt bona
conſequentia, pater non habebat ius in ijs bonis,
6 ergo nec filius,quia ditari † quilibet præſumitur,
l.ſi defunctus,C.arbitr.tute.l.cura,§.deficiẽt,ff.de
mun.& hono. Bar.in l.ex diuerſo, §.fin. ff.ſoluto
mat.Sal.in l.non eſt neceſſe,C.de probatio.

Infertur ex prædictis, quòd ex quo confeſſio
emanauit longè ante ſpoliationem, non poteſt ea
inducere notorium iuris defectum in agente, ſicu
ti ſupra dictum eſt de ſententia & re iudicata,quæ
æquiparantur, vt poſt Barbat. tenet in propoſito
Lancellot.d.c.24.num.66.

Nec dicatur confeſſionẽ authoris nõ minus in-
ducere notorium, quàm ſi emanaſſet ab hęrede,ꝑ
ea,quæ ponit Abb.in c.cũ ſpeciali,§.porrò,de ap-
pell.vbi inquit,ꝙ ſicuti confeſſus non appellat,ita
7 nec hęres† cõfeſſi,ſeqtur Imo.ibi,Anan.in c.ĩ lite
ris,de raptor.Prępoſ.d.§.porrò,n.20.Frãc. col.5.
ver.tertiò quæritur,& Dec.nu.6.q̃a procedit hoc
vbi cõtra cõfeſſionẽ hęres nihil omnino allegaret,
& ſi ꝓbabilẽ cauſam hæres allegat,tũc admittitur
ad appellandũ,ſicuti admitteretur author. ita de-
clarat Dec.in d.§.porrò,n.6.non enim hæredi de-
negatur,quod authori fuiſſet permiſſum. ita ĩ pro
poſito confeſſio non inducit notorium contra hæ-
redẽ,quoad hoc vt ſpoliatus non reſtituatur,quia
poteſt eſſe ꝙ nouũ ius acquiſiuerit, vt ſupra dixi.

Secũdò procedit regula prædicta in confeſſio-
ne iudiciali: ea enim inducit notoriũ, vt per Abb.
in c.cum olim,de verb.ſig.Aret.in conſ.68. in fin.
8 ſicuti dicimus de omnibus actis, † quæ inducunt
notorium,Abb.in c.inter monaſterium,in fi.de re
iud.Ang.in l.2.in fi.C.de tẽp.appell.eſt text. in c.
cum olim,de cau.poſſ.& propr.Fel.in ca.cũ olim,
de re iud.Iaſ.latè in l.eius,qui ĩ prouincia,in prin.
nu.3.ff.ſi cert.pet.Abb.d.c.cum olim,num.2.& 3.
de verb.ſign.vbi tñ intelligit, quando concluſum
eſt in cauſa, ita quod actus iam factus nõ põt alia
probatione offuſcari,Crau.in cõſ.248.nu.5.Nat.
in conſ.5:1.nu.19.Contard.in l.vnica,lim.9.n.25.
& in terminis ꝙ confeſsio extraiudicialis non fa-
9 ciat rem † notoriã,ſed iudicialis requiratur,ꝓbat
gl.in l.ictus fuſtiũ,vbi ẽt Bar.ff.de his, qui not.in-
fam.Bal.in l.properandũ,circa finẽ,C.de iud.Ale.
in cõſ.152.vol.5.Afflict.in deciſ.176.n.4.vbi ſub-
dit talẽ confeſsionẽ non facere notoriũ, niſi poſt
cõcluſionẽ in cauſa ciuili,& niſi poſt factas defen-
ſiones in criminali, & in conſ.372.nu.8. Gram. in
deciſ.36.n.38.Cõtard.d.l.vnica,lim.9.nu.28.vbi
ẽt intelligit, dummodò talis confeſsio non impu-
gnetur.confeſsio aũt,de qua eſt ſermo,non fuit fa
cta in iudicio,ſed extra: ideo non inducit notoriũ.
10 norunt enim omnes, quòd confeſsio † extraiudi-
cialis probat ſolum ſemiplenè,l.cum de indebito,
§.fi.ff.de prob.l.quoniã,cum gl.ff.de his,qui not.
Infam. Bar.Ale.Iaſ.& alij,in l.admonendi,ff.de iu
reiu. But.& Imola in c.fi.de iureiu.Corn.in conſi.
113.vol.1.Marſil.in rub.C.de prob.nu.89.Pariſ.
cõſ.57.n.14.vol.1.Nat.in cõſ.18.n.18.Crau.de an
tiq.temp.p.1.arg.3.nu.30.Duen.in reg.120.Ma-
ran.in 6.par.§.quintus actus,n.2.Gab.com.opin.
lib.1.tit.de confeſſ.concl.1.per totã,Cæph.in cõſ.
225.nu.29.& poſſent infiniti alij allegari.& quòd
confeſsio non aliter inducat notoriũ, niſi facta ſit
in iudicio,voluit expreſse Philipp.Franch.in c.cũ
ſpeciali,§.porrò,in prin.de appellat.vbi fortius di
cit non ſufficere,ſi emanaſſet corã Iudice,quia re-
quiritur quòd proceſſerit in forma iudicij: alias
non reſultat ex ea notoriũ,ſequitur Marſi. in rub.
C.de probat.& quamuis ipſe non dicat,eſt gl.in l.
cum ſcimus,in ver.confeſsionibus, vbi Bar.C.de
agric.& cenſ.lib.11.& ibi Io.de Plat.nu.3.dicit il-
lam glo. eſſe notabilem. ad idem eſt glo.in l.inter-
rogatam,in verſ.apud acta,& in l.iubemus, C.de
lib.cau.& idem tenet Præpoſ.d.§.porro, nume.2.
quamuis contrarium velit Franch.d.§.porro,col.
penul.ver.& amplius tene menti. qui tamẽ loqui-
tur,quando Iudex acceptauit pro abſente.

Et non obſtat quòd hic concurrat geminata &
multiplex confeſsio extraiudicialis, quæ æquipol
11 let confeſsioni † factæ in iudicio,vt voluit Bart.in
d.l.cum ſcimus,in fi.C. de agricol. & cenſ.ſequũ-
tur Abb.Caſt.& Roma. quos citat Iaſ.in l.admo-
nendi,nu.149.circa principium, ver.pro iſta opi-
nione,ff.de iureiur. & in l.triticum,num.10.ff. de
verb.oblig.vbi poſt Rom.infert, quòd extraiudi-
cialis confeſsio geminata ita producit actionem,
ſicuti vna iudicialis,Dec.in conſi.163.num.2.ver.
tertiò reſpondetur,Ioſeph Ludo. Deciſ. Peruſ.9.
num.4.vbi allegat Cur.Pet.de Ptolem.& Maran.
Reſpondeo etenim quòd Bart.in d.l.cum ſcimus,
loquitur dubitatiuè per verbum,fortè;& non pro
batur iure eius ſententia. Præterea non dicit Bar.
de confeſsione abſente vel præſente parte;ideo in
telligendus eſt de confeſsione emanata parte prę-
ſente.ita declarat, & reſpondet Iaſ.in d.l.admonẽ
di,nu.149.& Bart.in l.triticum,nu.4. contrarium
tenet & vult,quod duæ extraiudicales confeſsio-

nes

nes probant quidē,ſed nō producunt actionē, vti
facit vna iudicialis,l.1.de cōfeſſ.atque ita Bartolū
voluiſſe intelligit Aret. ibi in fi. qui dicit notandū
eſſe dictum Bar.ibi,quod ſequitur Alc. in conſ.4.
vol.1.Poma.in addit.ad Bar.in d.l.triticū,& mul-
ti ex his,qui citant Bar. in d.l.cum ſcimus, dicunt
geminatam confeſſionem probare plenè,non aūt
habere eundem effectū,quem habet iudicialis. ita
Fely.in c.ſi cautio,nu.39.de fide inſtru.Soc.in cō
ſil.15.nu.29.vol.1.Dec.d.conſ.163.Maran. in lo-
co prædicto. in multis enim confeſſio facta in iudi
cio differt ab extraiudiciali,& pręcipuè,quia facit
probationem probatā,& inducit notorium, gl. in
l.pacta,C.de pact. itē confeſſus in iudicio eſt pro
condēnato,l.1.C.de confeſs. In iſtis aūt caſib. ex-
traiudicialis ēt geminata non pōt æquipollere iu-
diciali.ita declarat Io.de Plat.d.l.cū ſcimus,nu.3.
C.de agric.& cenſi.& quod Bar. in d.l.cū ſcimus,
intelligat de confeſſione præſente parte, nō de ea
quæ emiſſa eſt parte abſente probatur, quia dicit
ꝙ regulariter ita probat confeſſio extra iudicium,
ſicut in iudicio facta, & tunc non minus probat ſi
fiat coram notario,quàm coram Iudice. at vbi cō
feſſio extra iudicium non noceret, eodem modo
non nocet, ſi fiat coram actuario. ſubdit deinde
quòd bina confeſſio extra indicium nocet,ſicut fa
cta in iudicio. atque ita intelligit quando alias ex
tra iudicium plenè probat, non quando ſemiple-
nè: alioquin eſſet abſurdum hoc dicere,cum extra
iudicialis ſemiplenè tantum probet. debet enim,
quando eſt geminata,probare plenè; ſed non ha-
bere priuilegia confeſſionis, & ita quoque loqui-
tur Io.de Plat. loco prædicto.

Rn̄deo quoque,ꝙ in præſenti caſu non pōt dici
quòd extet geminata cōfeſſio, quia teſtes oēs qui
de confeſſione loquūtur,ſingulares ſunt in loco &
tēpore,& loquūtur de diuerſis cōfeſſionibus,qua
rum nulla fuit per duos teſtes probata, ideo non
12 erit geminata † cōfeſſio.& ideo Doct. qui dicunt
quòd confeſſio probatur per teſtes ſingulares,mo
uentur principaliter, quia non agitur de proban-
do certam & determinatam confeſſionē,ſed in ge-
nere de probando ſactum.ita Caſt. in conſ.381.in
fi.vol.1.cum ſequitur Dec.in cōſ.650.nu.10.Cur.
iun.in conſi.64.nu.7.Soc.iu.in conſ.99.nu.15.vo
lum.2. plures ergo teſtes ſingulares in præſenti ca
ſu non probant plures confeſſiones, ſed vnū factū
reſultans ex pluribus confeſſionibus. & cū Doct.
admittant,ꝙ teſtes tales nō probent vnamquāque
confeſſionē, infertur, quòd probata nō dicitur cō
feſſio geminata, & in ſumma plures teſtes ſingula
res de diuerſis cōfeſſionib. faciunt ſolū ſemiplenā
probationē, vt concludunt Doct. citati in contra-
riū: ergo non probāt plures cōfeſſiones, quia hoc
modo probarent plenè,ex quo duæ ſemiplenè fa-
ciunt plenam.& in terminis ita declarat, ſi bene vi.
deatur,Cur.iu.in conſ.168.nu.21. id,quod confir
matur,quia magis probarent multi teſtes ſingula
res deponētes de confeſſionib.diuerſis,q̄ multi cō
teſtes de eadē confeſſione,quod eſt abſurdū: ma-
gis enim concludunt conteſtes, quàm ſingulares.

Quare cum non ſit certa confeſſio, nec ea rectè
probetur; & ſit dubium, an ſit geminata vel non,
vtique non probabit notorium iuris defectum in
13 Domino Finatio agente, quia notoriū † dicitur,
quod ita publicè fit, quòd nullo modo celari pōt,
c.veſtra,de cohab.cler.Abb.& alij ī c.olim, de ver
bo.ſignif.Pariſ.in conſ.1.nu.34.vol.1.Crau.in con
ſil.121.nu.2.vbi dicit eſſe notorium,quod publicè
fit coram multitudine teſtium. multa autē dicun-
tur notoria,quæ non ſunt,c.conſuluit,il primo,de
appella. ideo qui allegat notorium, probare de-
bet duo. primò veritatē rei; ſecundò,quòd illa ve
ritas ſit notoria, ſecundum Bellam. in deciſ. 737.
col.2.Rot.in deciſ.6.col.1.de except.in nou.ſequi
tur Contard.d.l.vnica,lim.9. nu.37. & nō dicitur
notorium id, quod difficultatem patitur nedū in
14 facto, ſed ēt in iure: nam dubium iuris † æquipa-
ratur dubio facti, argumento, l.cum probatis, ff.
de re iud.infinitos citat Lamberteng. de cōtract.
cor.gl.1.nu.144.Soc.iun.conſ.74. num.38.vol.4.
Mantica de coniect.vlt.volun.lib.6.ti.6. num.14.
ideo inquit Salic.in l.reos,nu.16.in fi.C.de accuſ.
quod ſicuti procurator non admittitur in crimina
libus ad proponēdum exceptionem dubiam in fa
cto,ita non admittitur ad allegandū exceptionem
dubiam in iure: licet in notorijs admittatur procu
rator, quia controuerſiam iuris patiēdo exceptio
non dicitur amplius notoria,Imo.in l.penul.§.ad
crimen, col.18. verſ.limitant tamen, & col.19.ver.
ſi autem exceptio non ſit nororia, ff.de publi.iud.
Boſſ.in ti.de carcer.fideiuſſ.relax.nu.17. & vbi no
torietas eſt cauſa recedendi a regulis iuris, talis eſ
ſe debet,quæ nulla excuſatione obſcuretur, Abb.
Imo.Franc.Dec.& alij in d.c.cum ſpecialis, §.por
ro,de appel. in propoſita autem quæſtione ſubeſt
dubium & iuris & facti contra confeſſiones prædi
ctas: ergo non poſſunt dici notoria.

Et per hoc tollitur id,quod dicebatur ſufficere,
15 quòd confeſſio † ſit notoria ex primo aſpectu, li-
cèt poſſit ſubeſſe cauſa,propter quā reddatur fal-
ſa,l.quoties,vbi Bar.ff.ſi quis caut.Fel.in c.ſignifi
cauerunt,nu.4.de teſtib.Contard.d.lim.9.nu.28.
in fi. & nu.29. & quod ſola negatio non facit rem
16 dubiam,quando factū eſt † notoriū,Fel.in c.ſi cle
ricus laicum,in princ.de foro compet.vel quando
probationes ſunt in prōptu, Ang. in l.tale pactū,
§.qui prouocauit,col.2.nu.7.in 2.lect. ff.de pact.
vel quando contra negationem eſt pręſumptio iu.
ris,Innoc.in c.ex parte,il primo circa medium,de
verb.ſignif. Nam contraria procedunt,qn̄ aduer-
ſarius contra notorium apparens nihil omnino al
legat,quod ſit coloratum. ita loquitur Felyn.in d.
c.ſignificauerunt,nu.4. at vbi allegat aliquam ex-
ceptionem coloratam,& quę probata deſtruit no
torium,tunc notorium non ſortitur ſuum effectū.
ideo dicunt Io.And.& Domin.in cap.cum ſit Ro
mana,§.ſi autem,in glo.in verſ.de quo,de appel-
latio. in ſexto, quòd & ſi confeſſus non appellet,
17 quia in notorijs † nō datur appellatio,c.cum ſpe-
ciali,

ciali,§.porrò,de appellat.tamen fallit, quando in appellatione allegaret cauſam aliquam legitimã, Ang.in l.2.in prin.C.quor.appel.non recip.Abb. in §.porrò,vbi Franch. Præpoſ. & Dec.nu.5. qui multos alios allegat,Contard.d.l.vnica, limit.27. nu.11.vbi ait,appellationem interpoſitam contra formam iuris eſſe admittendam,qñ allegatur cauſa,& declarat quod ſupra dictũ eſt de negatione, quæ ſemper facit rem dubiã qñ eſt veriſimilis, vel allegatur aliqua probabilis cauſa,vel ratio.

SVMMARIVM.

1 *Spolium violentũ, & cum armis cõmiſſum, eſt prius purgandum,licèt ſit vltimum.*
2 *Exceptio proprij dominij obſtat agenti ex can. reintegranda.*
3 *Remedium can. reintegranda, non datur ei, qui cecidit proprio facto.*
4 *Remedium can. reintegranda,non datur ei, qui facto Iudicis amiſit poſſeßionem.*
5 *Sententia facit rem notoriam.*
6 *Exceptio notorij defectus iuris repellit agentẽ rem. reintegranda.*
7 *Citari nõ debent ij,quorũ non intereſt principaliter.*
8 *Sententia lata contra authorem,nocet ſucceßori ſingulari.*
9 *Reſtitutio conceſſa per viam iuſtitiæ nocet etiam ijs, in quos bona fuerunt alienata.*
10 *Reſtitutio conceſſa principali, prodeſt ẽt ſequacibus.*
11 *Remedium can.reintegranda,exigit probationẽ poſſeßionis,& ſpolij.*
12 *Inſtantia tranſit in hæredem.*
13 *Remedium can.reintegranda, formatum in perſona defuncti,tranſit in hæredem.*
14 *Remedium can. reintegranda, datur etiam ei, qui caret titulo.*
15 *Spolium primum ſi eſt purgatum, licet agere ex ſecundo.*
16 *Interdictum vnde vi, non datur contra ſucceſſorem ſingularem.*
17 *Exceptio ſpolij opponi dẽt ante litis conteſtationem.*
18 *Exceptiones dilatoriæ opponi debent ante litem conteſtatam.*
19 *Spolium vltimum eſt purgandum.*
20 *Iudex procedendo ad vlteriora, videtur reijcere exceptiones oppoſitas.*
21 *Iudex quando procedit ad vlteriora, debet pars appellare,aliàs exceptio videtur reiecta.*
22 *Spoliatus non reſtituitur ante omnia, ſi patitur conuentum probare de dominio, & non proteſtatur.*
23 *Exceptio proprietatis,non impedit ſpoliatum reintegrari.*
24 *Exceptio dominij,non poteſt opponi contra agentem remedio can. reintegranda.*
25 *Exceptio proprij dominij,non admittitur cõtra agentem rem.reintegranda,ſecundum communem.*
26 *Interdictum vnde vi, datur etiamſi conuentus probet ſe dominum.*
27 *Exceptio dominij obſtat ſpoliato per vim compulſiuã, ſed fallit ſi agit poſſeſſorio iudicio.*
28 *Sententia non nocet non citato.*
29 *Exceptio rei iudicatæ non nocet, ſi non ſit eadem cauſa,eadem res,& eadem perſona.*
30 *Spoliatus a iudice procedente extraiudicialiter, vel parte non citata,reintegratur.*
31 *Poſſeßionem non poteſt propria authoritate apprehendere, qui ſententiã habuit in fauorem,ſed committit ſpolium.*
32 *Notorium,dicitur probatio probata.*
33 *Exceptio notorij iuris defectus obſtat agenti can. reintegranda,in ſpiritualibus,non in profanis.*
34 *Sententia lata in petitorio,nõ obſtat ſpoliato, qui poſſedit poſt ſententiam.*
35 *Spoliato non obſtat renunciatio, ſi poſt renunciationem diu poſſedit.*
36 *Prædo eſt manutenendus, non priuandus poſſeßione ſine citatione,& cauſa cognitione etiam a domino.*
37 *Sententia eſt ſtricti iuris, non extenditur vltra importantiam verborum, & non recipit latam ſignificationem.*
38 *Exceptio rei iudicatæ non obſtat, niſi de neceßitate ex ſententia inferatur deciſio.*
39 *Sententia in dubio præſumitur lata, quia non fuerit probatum.*
40 *Sententia lata ob defectum probationis,non parit exceptionem rei iudicatæ etiam inter eaſdẽ perſonas.*
41 *Sententia,quæ ſolet nocere nõ citatis, debet expreßè articulum decidere vt noceat.*
42 *Sententia non facit exceptionẽ rei iudicatæ, niſi ſuper eo quod fuit principaliter tractatũ,et in plenario,non in ſummario iudicio. & infertur ad alia.*
43 *Sentẽtia lata in poſſeſſorio iudicio,nõ impedit quo minus de titulo tractari poßit, licèt in eo ſit tractatũ.*
44 *Sententia non nocet tertio non citato, cuius principaliter intererat, etiam in caſibus, quibus eſt apta nocere.*
52 Marchionatu, † & incluſum in ea controuerſia, quo-circa non ſibi pręiudicat ſententia: ignorans enim non videtur renunciare ſuo, l. mater, ff. de inoffi. teſtam. ita declarando l. ſæpe, limitat Inno. in c. ſuborta, de re iud. & ibi eum ſequitur Butr. & cũ hac limitatione tranſit Ale. in d. l. ſępe, n. 22. Bero. d. conſ. 102. nu. 43. in fi. non ſufficit ergo quod ſciuerit litem agitari, cum ignorauerit maſſaritiũ in ea comprehenſum. hæc autem dicta ſunt ex abũdanti, quia neque ſciẽtia probatur, neq; probata noceret, ex quo in ea lite agebatur de alijs rebus, non de maſſaritio nunc contentioſo. & l. ſæpe, ac iura quæ volunt quod ſententia lata contra authorem noceat ſucceſſori ſcienti litem agi, loquuntur quando eadem eſt res, ſuper qua fuit iudicatum:
53 ſed ſi ſit diuerſa, † non nocet ſcienti. ita declarat Caſtr. dicta l. ſępe, nu. 1. ver. ſecundo, in ver. ſed ſcienti. & rurſus, nu. 4. Ale. nu. 5. vbi dicit verum, etiam ſi ab eodem fonte procedat utrunque iudicium, Coraſ. dicto §. nihil commune, nu. 43.

Parum etiam reſiſtit, ꝙ reſtitutio poſſeſſionis, & bonorum facta Io. Iacobo ſit per viam iuſtitiæ, atque ideo noceat etiam ijs, in quos bona fuerunt alienata: quandoquidem iura & Doct. in contrarium allegati loquuntur, quando quis reſtituitur aduerſus delictum, vel ſentẽtiam condemnatoriã latam pro delicto. ſed in pręſenti caſu aduerſus crimen rebellionis commiſſum ab Odone, & aduerſus ſententiam capitalem contra eum prolatam, non fuit conceſſa aliqua reſtitutio: quinimò, vt ſupra dixi, ſi fuiſſet de illius ſententiæ validitate diſceptatum, non tamen poſſet dici iudicatum, quia reſeruata fuit cognitio in aliud iudicium.

Secundò reſpondeo, ꝙ etiam ſi reſtitutio fuiſſet conceſſa aduerſus ſententiam & delictum, non tñ deneganda eſſet D. Tauellæ reintegratio: Nam ẽt quando reſtitutio eſt præiudicialis alijs, non tñ pōt reſtitutus recuperare propria authoritate bona, quæ per delictum & ſententiam fuerũt a fiſco occupata, ſed agere debet iudiciali via contra poſſeſſores, vt probatur ex eo quod voluit Cardinal. in c. quia diligẽtia, de elect. vbi eum ſequitur Imola, idem tenuit Alc. in l. Gallus, §. & quid ſi tantũ, nu. 20. ver. ſecundò limitatur, Soc. nu. 17. verſi. ſecundò adde limitationem, Galliau. nu. 72. in fi. ff. de lib. & poſthum. Fel. in c. inter quatuor, nu. 9. de maior. & obedien. Ruyn. in conſil. 21. nu. 9. vol. 5. Pariſ. in conſilio primo, nu. 38. vol. 4. Crot. in cõſ. 42. nu. 15. Bero. in conſi. 76. num. 113. volumine primo, & Rub. in conſi. 154. per totum, vbi dicũt, quòd ſi quis ſit ita reſtitutus, quòd nemo de banno & confiſcatione opponere poſſit, eo caſu lice-
54 bit agere remedio recuperandæ † poſſeſſionis, atque ita uolunt, quòd etiam vbi reſtitutio nocet tertio, agendum ſit ad poſſeſſionem bonorum via iudiciali. aliud ergo eſt quòd reſtitutio noceat ei, in quem bona ſunt alienata: aliud verò, quòd ab eo bona poſſint de facto auferri. quamuis enim multis caſibus reſtitutus recuperet bona alienata, nullo tamẽ caſu poteſt eorum poſſeſſionem ingredi non citato poſſeſſore, & cauſa non cognita, vt ſupra dixi de eo, cui tanquam ſucceſſori nocet ſententia lata contra authorem, qua non eſt amouendus a poſſeſſione niſi citatus.

Hoc etiam modo reſpondetur ad aliud, quod allegatur, reſtitutionẽ vni conceſſam prodeſſe omnibus aſſeclis & ſequacibus: verũ enim eſſe fateor, quando vt dixi, fuiſſet conceſſa reſtitutio aduerſum ſententiam & crimen. ſed hoc ceſſat in propoſito, quia de crimine, & validitate ſententiæ nihil fuit cognitum, nihil quoque iudicatum.

Reſpondeo item, quòd ſi fuiſſet ſublata ſententia capitalis per delegatum Caracciolum, tamen non ideo licuiſſet Iſabellæ, ſeu alijs prætendentibus ſucceſſionem Badoni condemnati propria authoritate expellere poſſeſſores, ſed debuiſſet via iuris recuperare.

Poſtremò vt ſæpius dictum eſt, hæc omnia ex abundanti fuerunt deducta, quia ſententia lata in fauorem Io. Iacobi, non includit hæc bona, & de eis nihil diſponit.

SVMMARIVM.

1 *Coniunctus non comparet pro coniuncto, quando ſpeciale mandatum requiritur.*
2 *Mandatum ſpeciale requiritur ad iurandum de calumnia, vel in litem, vel deciſiue.*
3 *Coniunctus non offert iuramentum deciſiuum.*
4 *Coniunctus admittitur pro coniuncto minore.*
5 *Minor ſine curatore non offert iuramentum deciſiuum, præcipuè ſi pupillus ſit.*
6 *Iuramentum deciſiuum poteſt recuſari, quando non eſſet profuturum ad finem cauſæ.*
7 *Tutor poteſt iuramentum deciſiuum offerre. intellige, vt num. 8.*
8 *Minor reſtituitur aduerſus oblationem iuramenti deciſiui.*
9 *Paria ſunt, non fieri, vel ita fieri, quòd factum non duret.*
10 *Iuramentum deciſiuum recuſari poteſt, quando vnus tantum ex pluribus hæredibus illud offert.*
11 *Seruitutes omnes ſunt indiuiduæ.*
12 *Sententia inter alios prodeſt tertio in connexis.*
13 *Sententia prodeſt tertio in indiuiduis.*
14 *Seruitus vnus ex pluribus hæredibus vnius ſtipulatoris poteſt inſolidum agere pro ſeruitute.*

CONSILIVM CXC.

QVAESTIO propoſita videtur mi
hi de iure clara, quòd fratres de A-
lexia nõ poſſint pro fratribus ſuis
minoribus offerre iuramentũ litis
deciſiuum Dominę Eleonorę Vel-
læ ſuper ſtatu protecti, de quo inter partes eſt cõ-
tentio: nã etſi aliquãdo cõiunctus poſſit agere pro
coniuncto: tñ hoc fallit, quãdo requiritur ſpeciale
1 mandatum, l. patri † pro filio, & l. illud, §. 1. ff. de
minor. ponũt omnes Doct. in l. exigẽdi, C. de pro-
cur. ideo non petit pro cõiuncto reſtitutionem in
integrum, Spec. in tit. de reſtit. in integr. §. 2. verſi.
2 prælatus. ſed ad iurandũ ſpeciale requiritur † mã-
datum, c. ſi. de proc. in 6. auth. etſi principalis, C.
de iuram. cal. Bart. in l. qui bona, §. ſi alienũ, col. 2.
ff. de dam. infecto, & in l. ſi quis mihi bona, §. ſed
vtrum, ff. de acq. hæred. Caſtr. in l. a. §. ſi autẽ, C.
de iuram. calum. Rub. in l. pen. §. ad crimen, n. 174.
ff. de public. iud. Bero. in conſ. 130. n. 43. vol. 2. &
q̃uis iura & authoritates prędictę loquantur in iu
ramẽto calumniæ, tñ idem eſt in alijs iuramentis,
vt per Bar. & Ale. in d. §. ſi alieno, Pariſ. in cõſ. 45.
nu. 41. vol. 1. vbi loquitur de iuramento confirma
torio compromiſſi, & idẽ in iuramento in litẽ po-
nit Ang. Aret. in §. præterea quaſdam, col. 17. quę
ro cui defertur, Inſtit. de actio. & probatur in l. vi-
deamus, & in l. vulgo, vbi Bar. & alij, ff. de in lit. iu
ran. Plot. in tract. de in lit. iuran. §. 3 a. nu. 5. vbi for
tius dicit requiri mandatũ indiuiduũ ad ſic iuran-
dum, & non ſufficere ꝗ dictum ſit ad iurandum in
litem, vel quodlibet iuramentum præſtandum. &
in iuramento deciſiuo eſt text. no. in l. iuſiurandũ
ꝗ ex conuentione, §. procurator, vbi not. Docto-
res, præcipuè Caſt. Ale. & Iaſ. ff. de iureiu. & in ter
3 minis, † quòd coniunctus non poſſit offerre iura-
mentũ in cauſa cõiuncti, eſt tex. in l. nec filius, C.
de reb. cred. qui loquitur de filio in cauſa patris, &
Bal. ibi dicit idem eſſe in quacũq; perſona, ſequi-
tur Iaſ. in l. exigendi, nu. 9. ver. quartò fallit in om
nibus, C. de procu. & idem eſſet in iuramento in li
tem, gl. Bar. Are. & alij, in l. videamus, ff. de in lit. iu
ran. & Plo. d. §. 3 a. n. 4. & hęc rñſio tutior eſt, q̃ ea,
qua dicebatur, coniunctum non admitti pro con-
iuncto minore, quia veritas eſt in contrariũ, & pro
4 minore quoq; auditur coniunctus, † eſt tex. in l. pa
ter, in prin. ff. de minor. gloſ. in l. tutores, q. poſt, in
ver. inferre, iuncto tex. ibi, ff. de adm. tutor. & cum
hac opinione reſidet Spec. in tit. de coniun. perſo.
§. 1. nu. 2. inquiens, coniunctum eſſe magis admit
tendum pro minore, quàm pro maiore, quia ei po
tius eſt cõſulendum. Concordant ẽt Guido Suza.
Iac. Rau. & Pet. quos refert & ſequitur Cyn. in d.
l. exigendi, n. 7. q̃a minoris intereſt, iuſtos habere
defenſores, & ſibi non fit præiudicium, q̃a factus
maior ratificat ſi vult, nec aduerſarij ius fit dete-
rius, quia habet cautionem de rato. eandem ſentẽ
tiã probauit Bar. in l. ſi actor, in fi. C. de appellat.
& in d. l. exigẽdi, n. 6. Io. And. ad Spec. in loco prę-
dicto. & ita tenẽt Doct. cõmuniter, vt inquit Ale.
d. l. exigiendi, nu. 8. eſt verum quòd Bar. in l. pater
pro filio, n. 5. ff. de minor. tenet contrariũ, & hanc
cõtrarietatem notauit Imola in c. qui generaliter,
de procu. repelluntur autem dicti fratres offeren-
tes iuramentum pro ſt atribus minoribus, nõ quia
coniunctus non poſſit agere pro coniuncto mino-
re, ſed quia ad deferendum iuramentum, ſpeciale
requiritur mandatum, & coniunctus in requiren-
tibus mandatum ſpeciale non admittitur.

Non etiã admitterentur ipſi minores, ſi vellent
agere & iuramẽtum deferre ſine curatore, vel tuto
re: Nã poſſet D. Eleonora recuſare iuramentũ. &
ratio eſt, quia minor ſic deferens nihil agit, cũ non
5 poſſit deferre, † ex quo ẽt non habet rerum ſuarũ
adminiſtrationẽ, vel facultatẽ alienãdi, vt probat
text. expreſſus in l. iuſiurandũ, ꝗ ex conuentione,
§. pupillus, ff. de iureiu. qui etſi loquatur de pupil
lo, habet tñ locũ ẽt in adulto, ſecundum glo. ibi, q̃
ſequitur Bar. nu. 5. Bal. ver. quæro an valeat iura-
mentum, vbi poſt Ioãnem dicit procedere, etiã ſi
minor careret curatore, quia in iudicijs idem eſt.
hoc ẽt tenet Caſtr. nu. 4. qui dicit gl. vlt. in dicta l.
communiter reprobari, idem voluit Alex. nu. 3. in
fine, dicens eſſe magis communem, & procedere
etiã in adulto, qui careat curatore. eſt verũ quòd
Iaſ. ibi, nu. 12. dicit, communem eſſe opinionem,
quod adultus carens curatore poſſet iuramentum
deferre. ſed in caſu noſtro res eſt clara, q̃a fratres
illi ſunt impuberes, qui non poſſunt iuramentum
deferre. Cum ergo non poſſint iuramentum offer
re, non etiam D. Eleonora cogi poteſt iurare, quia
6 ſuſcipere † nemo tenetur iuramentum, quod ſibi
non eſſet profuturum, l. alias, ff. de iureiu. & hanc
eſſe regulam dicit Caſt. in d. l. iuſiurandum, quod
ex conuentione, §. pupillus, nu. 2. & ibi Iaſ. nu. 7.
& hæc eſt vna ex cauſis, quibus licet recuſare iura
mentum, vt inquit Ale. d. l. iuſiurandum, §. procu
rator, nu. 1. ſi enim D. Eleonora iuraret, poſſent
dicti fratres cum adoleuerint nihilominus de no-
uo agere, & idipſum in iudicium deducere, proin-
de iuſtè potuit iuramentum recuſare.

Si tamen daretur eis tutor vel ad cauſam cura-
tor, non poſſet Domina Eleonora recuſare iura-
7 mentum, quia tutor ipſe † poſſet iuramentum de-
ferre, vt eſt tex. in l. tutor, ff. de iurein. & probatur
etiam in d. §. pupillus, vbi dicitur, quòd etiam pu-
pillus poteſt cum authoritate tutoris deferre iu-
ramentum. & ſi dicatur, non videri quòd coga-
tur quis ſubire iuramentum oblatum a pupillo,
vel tutore, ex quo ſemper pupillus poteſt contra-
uenire, & cauſam ſemel deciſam ſuſcitare: tamen
quia delatio iuramenti facta a pupillo cum autho
ritate tutoris, vel ab ipſo tutore, valet mero iure,
cogitur aduerſarius iurare: nam delatio iuramen-
ti non eſt ipſo iure nulla, ſed aduerſus eam mi-
8 nor † reſtituitur probata læſione, gloſ. in dicto §.
pupillus, & eam ſequuntur Caſtr. Alexan. & Iaſ.
in locis infra citatis. ſed non habetur in conſide-
ratione quòd minor poſſit reſtitui, attento, quod

multa

multa requiruntur ad hoc ut concedatur reſtitu-
tio.quod ſecus eſſet,ſi mero iure oblatio non va-
leret,vt declarat Caſtr.dicto §.pupillus,nu.3.vbi
Iaſ.n.7.dicit eſſe ibi caſum notabilem, iuncta glo.
idem voluit Caſtr.in l.tutor,in prin.nu.3.ff.de iu-
reiu.vbi dicit rationem eſſe, q̃a reſtitutio concedi
tur iure ſpeciali,& ibi ſequitur Alc.nu.2.qui dicit
melius facere,l.ergo,§.ſi is,qui,ff.de fideicom.lib.
cogeretur itaq; D.Eleonora iurare vel referre.ſed
erit aduertendum,ꝙ tunc ſolum pōt tutor iuramē
tum deferre,quando omnes aliæ probationes de-
ficiunt.ita loquitur d.l.tutor , in princ.vbi omnes
Doct.notant,& plures citat Pariſ. ad Bar. in l.pa-
ctum curatoris,C.de pact.& hæc qualitas proban
da eſt,ꝙ ſcilicet aliæ deficiant probationes, & ali-
ter ꝓbari non pōt,niſi conſtet tutorē ſeu curatorē
vſum fuiſſe diligentia,vt alias inueniret probatio-
nes . quinimò in præſenti caſu videtur ꝙ poſſit re
cuſari iuramentum,cum ſit ex eis,in quibus reſti-
tutio datur minori : non enim tutor coactus fuit
hanc litem mouere,ſed ſua ſpōte inſtituit iudiciū,
cum tñ ſciret,vel ſcire deberet ſe probationes non
habere . & quod hoc caſu detur reſtitutio , volue-
rūt Caſtr.& Alc.in d.l.tutor,quia tutor eſt in cul-
pa,qui mouit iudicium antequam haberet proba
tiones,& probat tex.in l.nā & poſtea , §.ſi minor,
ff.de iureiu.vbi Bar.nu.8.cum ergo via reſtitutio-
nis ſit aperta,& immineat,idem ferè eſt ac ſi mero
9 iure non valeret oblatio, quia paria ſunt † non fie
ri,vel ita fieri quod non duret,l.qui ſic,ff.de ſolu.
l.non videntur, ff.de reg.iur.l.cogi,§.hi , qui ſoli-
dum,ff.ad Trebellia.dixi in conſ.116.nu.63.addo
Tiraquell.de retract.conuent.§.2.glo.1.nu.9.

Quòd ſi dicti fratres maiores agāt pro ſuis por
tionibus ꝓprio nomine , nec deducant in iudiciū
quicquam ex ꝑſona fratrum pupillorum,teneo ꝙ
iuramentum ab eis oblatum liceat Dominæ Eleo
noræ recuſare: nam ſi iuraret,poſtea verò fratres,
qui nunc ſunt minores pro eadē cauſa inſtituerēt
iudicium,ſi obtinerent,detegeretur periuriū Do-
minæ Eleonoræ. vt igitur euitetur huiuſmodi tur
pitudo,licet iuramentū recuſare,ita Bar.notabili-
ter concludit in l.iuſiurandū ꝙ ex conuentione,§.
procurator,nu.4.de iureiu.vbi infert,ꝙ ſi ex pluri
bus hæredib. vnus cōtra debitorem agendo defe-
10 rat † iuramentum,poterit debitor illud recuſare,
ne alijs poſtea,agentibus detegatur periurium,ſe
quitur Ang.ibi,col.2. ver. ex prædictis ergo infe-
ràs,vbi alia ponit exempla . eandem cōcluſionem
probauit Bar.in l.cum qui , §.pen.& in l. maniſe-
ſtę,in fi.ff.de iureiu.Bal.in l.generaliter , §.1.in fi.
C.de rebus cred.& voluerunt etiam Caſtr. in d.l.
maniſeſtę,& ibi Purp.n.26.Alc.d.l.tutor, in prin.
Crau.in conſ.207.n.3.in 1.reſp.Dec.Ped.11.per
totam.& q̃uis Caſtr.in d.§.procurator,nu.10.re-
prehendat Bar.motus ea ratione,ꝙ tex.ille loqui-
tur , quando iurans cogeretur allegare turpitudi-
nem ſuam : tamen futilis eſt Caſtrenſis impugna-
tio.Nam etſi tex.ille ita loquatur,ratio tñ & cauſa
recuſationis non deſinit eſſe iuſta,ne ſcilicet agen
te alio detegatur iurans in periurio, quia fama eſt
omnib. rebus anteponenda. ita Alc.d.§.procura-
tor,n.2.circa fin.verſ.nec obſtat,quòd hic loqua-
tur. Non ēt obſtat contradictio Fulg.ꝑ rationem,
quòd aliàs nunq̃ poſſet eſſe locus iuramēto deci-
ſiuo,ex quo ſemper ſubeſſet ſuſpicio,ne iurans de
tegatur in periurio:quia rñdeo,non attendi ſuſpi-
cionem,quādo eſt omnino incertū , ꝙ alius poſſit
eodem iure experiri,vt quando alterius ius eſt om
nino ſeparatū & diſiunctum a iure deferentis iura
mentū. ſed ubi ius alterius eſt connexū & proba-
bile,ac de proximo eſt ſpes quòd ille tertius agat,
vt quando ex pluribus hæredib. unus ſolus egit ,
vel quando ex pluribus patronis vnus detulit iu-
ramentum:tunc licitè recuſatur,& ita loquūtur iu
ra allegata per Bar.& hoc modo reſoluit argumē-
tum Fulg.Alc.in d.§.procurator, nu.2.ver.poſſet
dici pro concordia.In pręſenti aūt caſu ius aliorū
fratrū minorū eſt nedum connexū, ſed indiuiduū
& inſeparabile, q̃a reſidet ſuꝑ ſeruitute protecti,
11 quæ eſt indiuidua, † ſicut omnes ſeruitutes,l.2.§.
& harum,& l.ſtipulationes non diuiduntur , ff.de
verb.oblig.l.hæredes,§.an ea,ff.fam.erciſ.l. fidei-
commiſſa, §.pen.ff. de leg.3.quę neq; pro parte a
principio deduci poſſūt in ſtipulatione,neq; obli
gatio earū diuiditur in plures hęredes, nec poſſūt
pro parte pręſtari,vt probat Ang.Aret.Inſt.de ſer
uitut.§.1.nu.3.Horman.in l.4.§.Cato , nu.9.ff.de
verb.oblig. nam unus ex fundi dominis nō poteſt
cōmuni fundo ſeruitutē acquirere,cum nemo poſ
ſit alij,quam ſibi recipere, l.propriū , ff.commun.
præd.l.ſi unus,ff.de ſeruit.ruſtic.& ſimiliter unus
ex dominis non pōt cōmuni fundo imponere ſer-
uitutem,l.vnus,ff.de ſeruit.ſeruitus enim eſt tota
in toto fundo , & tota in quęlibet fundi parte , &
omnis gleba ſeruit,l.certo,§.ſi totus , ff.de ſeruit.
l.uia conſtitut,§.fi.ff.de ſeruit.ruſtic.pręd.io. pro-
inde cum ſeruitus ſit indiuidua,nō poſſent fratres
minores probare ꝙ ſibi cōpetat ſeruitus protecti,
vel quòd aliàs tectum ita ſe protenderit, vti nunc
aſſeritur,quia D.Eleonora redarguatur in periu-
rio, ſi iuret tectum alias non tā prominens fuiſſe ,
ut ipſi præſupponunt.pōt ergo delatum iuramen
tum recuſare,præcipuè cū ſententia lata circa con
12 nexa † proſit tertio ſaltem ratione aliqualis præ-
ſumptionis,l.a ſententia,in prin.ff.de appell.Alc.
d.§.procurator,nu.2.circa fi.& in l.ſi duo,in prin.
nu.8.ff.de iureiuran.quinimò ubi agitur de ſerui-
tute conſtituta,ideſt quādo eſt quæſtio de re om-
nino indiuidua , ſententia lata in fauorem vniue
13 prodeſt tertio,† ut eſt tex.in terminis loquens de
ſeruitute ī l.loci corpus,§.ſi fundus,ff.ſi ſeru.uēd.
& in l.ſi communi,ff.eod.tit.Bar.in l.ſi qui ſepara
tum,§.quod eſt reſcriptū,in princ.ff.de appellat.
& eſt communis opinio,ſecundum Alc.in l.ſæpe ,
nu.48.ff.de re iudic.Galiau.in l.2.§.ex his,nu.26.
ubi etiā Alc.n.42.ff.de uer.obl.unde infertur,ꝙ ſi
reciperet iuramētū,illud omnino eſſet ſibi inutile
& nihil profuturū,quo caſu licet recuſare , l.alias,
de iureiu.dixi ſupra in ver.non etiam admitteren

tur, in fi. & dicit Alc. in d. §. procurator, col. 1. in fi. ver. item nota quòd iuncta, licitè recuſari delationem, quando recipiendo iuramentum non imponetur finis controuerſię, ſed de ea pōt iterū quæri.

An aſit aliqui ex fratribus prædictis agere poſſint ꝓ ſeruitute protecti, q̄ prætēdunt domui ſuæ deberi? videtur mihi dubitatione carere: nam etſi ſeruitus non poſſit vni ex pluribus dominis acqui-
34 ri, tamen ex pluribus hæredihus † eiuſdem ſtipulatoris quilibet agere pōt inſolidū, vt eſt text. in l. 2. §. ex his, vbi glo. & Doctores, ff. de verb. oblig. vbi dicunt, quòd licet promiſſor ſeruitutis non teneatur illi agenti pręſtare: tñ tenebitur pati. ita enim dicit gl. pen. ibi, q primo agit obtinet, & vtitur ſeruitute. & Ang. in fi. dicit, non vtitur ſeruitute, quia ſit ſeruitus, ſed quia nō pōt contradicere quominus victor vtatur, ſicuti dicitur quando pacto vnus ex dominis fundi ſeruitutem conſtituit.

SVMMARIVM.

1 *Legatum. Hipothec a tacita oritur pro legato, & datur legatario hipothecaria.*
2 *Hipothecaria, quæ datur pro legato, non exigit probare dominium, ſed ſufficit quod res peruenerit a teſtatore.*
3 *Tutor poteſt ſine ſolemnitatibus tradere rē a minore debitam vigore præcedentis cōtractus. vide, n. 27.*
4 *Minoris bona tacitè ſunt a lege obligata pro dote ſoluenda.*
5 *Saluianum vtile pinguius prouidet, q̄ hipothecaria.*
6 *Excuſſio non requiritur in Saluiano vtili.*
7 *Hipothecaria pro legato non datur ad poſſeſſionem tenendam, donec ſatisfiat, ſed vt ex re ſatisfiat.*
8 *Hipothecaria, quæ competit pro legato, non datur cō tra tertium poſſeſſorem.*
9 *Hipothecaria pro legato datur contra hæredes pro portionibus hæreditarijs, non vltra.*
10 *Excuſſio eſt neceſſaria in omni hipothecaria, præcipuè in ea, quæ datur pro legato.*
11 *Saluianum vtile non datur ei, qui habet conſtitutū.*
12 *Saluianum vtile eſt poſſeſſorium adipiſcendæ.*
13 *Reme d. l. fin. C. de acquir. poſſ. eſt poſſeſſorium recuperandæ, & differt a Saluiano vtili.*
14 *Saluianum vtile non oritur ex hipothecaria vtili, ideo non datur pro re legata.*
15 *Hipothecaria directa datur ſolum contra debitorē, vtilis autem contra quemcunque poſſeſſorem.*
16 *Vtile Saluianum pro legato datur non ſimpliciter ad auocandam poſſeſſionem pignoris, ſed præcisè vt ex ipſo pignore ſatisfiat.*
17 *Minoris bona immobilia non poſſunt obligari ſine ſolemnitatibus neceſſarijs.*
18 *Minoris res ſemel legitimè obligata poteſt vendi nō ſeruatis ſolemnitatibus.*
19 *Minoris bona licèt ſine ſolemnitatibus alienētur in exequutionem præcedentis contractus, tamen procedit quando præcedens diſpoſitio erat præciſa, & determinata de re certa, non quando de pecunia.*
20 *Minoris bona non alienantur ſine ſolemnitatibus etiam pro ære alieno hæreditario.*
21 *Tutor creditor pupilli poteſt ſibi ſoluere in re ſibi debita, non in alia.*
22 *Minoris bona non poſſunt diſtrahi ſine ſolemnitate, etiam pro ſoluenda dote. declara vt ibi.*
23 *Minoris bona quando tacitè ſint obligata pro ſolutione dotis.*
24 *Minoris bona vendi poſſunt ſine ſolemnitatibus pro dote, quando præceſſit legitima promiſſio.*
25 *Legatarius pro legato non habet hæredis bona obligata, ſed ſolius teſtatoris.*
26 *Hæres non vtitur beneficio inuentarij, quando ſe obligauit ad ſoluendum debitum hæreditarium.*
27 *Pupillus non poteſt ſine decreto tradere poſſeſſionem rei propriæ, quæ fuit alij relicta a teſtatore.*

CONSILIVM CXCI.

SVPPOSVIT amplo fideicommiſſo Dominus Io. Antonius Siluanus maſſaritium Gatulæ, & inſtituto hærede D. Laurentio eius filio, diſpoſuit, quòd is poſſet fructus maſſaritij obligare pro ſolutione dotium magnificæ Martiæ eius filiæ: decedens autem Dominus Laurentius inſtituit D. Martiam in aureis bis mille, quos mandat ſolui ab hæredibus ſuis: nunc agit ipſa vtili Saluiano, & petit ſe mitti in poſſeſſionem domus paternæ, donec ſit integrè ſibi pro dictis dotibus ſatisſactum. fundat autem intētionem ſuam nedum ſuper legato paterno; ſed etiam ſuper conſtitutione dotium ſacta a Domina Laura tutrice Dominorum filiorum, & hæredum Domini Laurentij, quæ promiſit tutorio nomine dotes a patre relictas ſoluere, & obligauit bona filiorum, conſtituitq́; ſe ea tenere nomine D. Martiæ. & quia ſpectabilis chirurgiæ Doctor Dominus Io. Dominicus Pezana domus iam dictæ emptor contradicit petitioni, magnificus Dominus Vicarius Ciuitatis dubitat contra conuentum ex pluribus. Et primò, quia certum eſt quòd pro legato bona omnia teſtatoris ſunt obligata, atque ideo
1 pro re legata datur † hipothecaria, l. 1. vbi Cyn. Bar. Sal. Caſt. & alij omnes, C. commu. de lega. §. noſtra, vbi omnes Doctores, Inſti. de lega. Alex. in conſi. 4. nu. 20. & ſeq. & in conſi. 98. num. 5. vol. 2. Doctores in l. 1. vbi Ripa, num. 38. ff. de leg. 1. latè Neguſ. in tract. de pign. in 4. mem. 2. par. prin. nu. 157. Didac. in c. Raynutius, §. 10. nu. 2. de teſt. proinde cum probatum fuerit, hanc domū fuiſſe poſſeſſam a Domino Laurentio legante, licuit Dominæ Martię per hipothecariam auocare eius poſſeſſionem actione hipothecaria, nec fuit neceſſe probare teſtatoris dominium vel quaſi, vti in ea actione requiritur, l. & quę nondum, §. quod dicitur, ff. de pign. quia quando datur pro legato, differt ab ea, quæ datur pro alijs rebus, & ſufficit probarę
2 quod † res a teſtatore peruenerit ad hæredem, Ange. in l. cum res, in fin. C. ſi res alie. pigno. ſit data, Ang. in d. l. 1. vbi Iaſ. nu. 8. C. commu. de lega. Neguſ. d. 4. mem. nu. 157. ver. 3. amplia.

Pręterea circūſcripta ēt obligatione deſcendē-

tę ex teſtamento D. Laurentij patris, hæc domus
fuit generaliter cũ cęteris bonis obligata pro do-
tium ſolutione a D. Laura matre & tutrice. ex ea
aũt obligatione oritur actio hipothecaria, quæ da
tur ad bona obligata, Doct. in §. item Seruiana, In
ſti. de actio. & non eſt dubiũ quin tutor poſsit rem
3 debitã traderet† in conſequentiam præcedentis cõ
tractus, l. fiſtulas, §. 1. ff. de cõtrahen. emp. quę for
tius loquitur in ipſo tutore, q rem a defuncto em-
ptã põt ſibi ipſi tradere. ad idẽ eſt tex. in l. magis
puto, §. ſi pupillus, il ſecõdo, verſ. ſed ſi pater, ff. de
reb. eo. vbi ſi pater promiſit alicui fundum, põt pu
pillus, q ei ſucceſsit, illũ tradere ſine prætore. & di
cit Bar. in l. 2. in fin. ff. de ſtipu. ſer. quòd tutor põt
poſſeſsionẽ rei pupillaris tradere ſine prætore in
exequutionem pręcedentis cõtractus, ſequitur ibi
Imo. & Cum. idẽ dicũt Bal. Sal. & Rom. in l. ſingu
laria, vbi ẽt Dec. n. 15. ff. ſi cet. pet. Bar. Bal. & alij,
pręcipuè Iaſ. nu. 19. & ſeq. in l. qui Romę, §. cohæ-
redes, ff. de verb. obli. Doct. in l. 1. §. fuit quęſitum,
vbi Iaſ. n. 19. & Ripa, n. 10. ff. ad Treb. Gram. cõſi.
ciuili 10. n. 2. & procedit hoc, ſiue uoluntas patris
proceſſerit ex contractu, ſiue ẽt in vltima volunta-
te, quia ẽt tunc res alienatur ſine decreto, l. fi. ff. de
reb. eorum, l. 1. in fi. C. quando decreto opus non
eſt, l. 3. ver. niſi parentis vel teſtatoris, C. eo. tit. Iaſ.
in d. l. 1. §. cohæredes, n. 21. Neuiz. in conſ. 84. n. 3.
& ſeq. pulchrè Afflict. in deciſ. 285. nu. 10. & 16. Ti
raq. de legib. connubial. gl. 5. nu. 165. & ſeq. & gl.
8. nu. 184. & nu. 195. quare cum pater in teſtamẽ-
to reliquiſſet D. Martiæ aureos bis mille, potuit
D. Laura tutrix pro eorum ſolutione obligare bo
na pupillorũ ſine alia ſolẽnitate, & ideo infert Ti-
raq. de conſt. poſſ. par. 3. lim. 15. nu. 3. ꝙ etſi tutor
nõ poſsit per conſtitutum transferre in alium rem
pupilli, tñ fallit quãdo traderet in exequutionem
venditionis iam factæ ab ipſo tutore, quia hoc ve-
nit in conſequentiam neceſſariam venditionis.

Alia etiam ratione valuit obligatio, quia debi
tum aureorum bis mille proueniebat a cauſa do-
4 tium, pro qua bona † minoris ſunt tacitè obligata
ex legali neceſsitate etiã ſine tutoris authoritate,
vel Iudicis decreto, ſecundum gl. in l. fi. in uer. tene
ri, ſecundum ultimum intellectum, C. de legit. tut.
& ibi eam ſequuntur Pet. Cyn. Ray. de Forliu. Io.
Fabri, Bal. Ang. & Sal. idem tenuerũt Iac. de Are.
& Alb. in l. a. in princ. ff. de reb. eor. Guliel. Cun.
Bal. Ang. Caſtr. & Alc. in l. item quia, ff. de pact. a-
lios multos citat Tiraq. de legib. connubial. glo. 8.
nu. 188. qui poſſunt apud eum uideri.

Et ſi dicatur quòd intentando hipothecariam
ſuccũbet D. Martia, q a nõ datur contra tertium
poſſeſſorẽ ſine excuſsione: tũ detur quòd ſaltẽ cõ
5 petit † utile Saluianum; atque illud videtur intẽta
tũ, ꝙ pinguius ꝓuidet, quàm hipothecaria; Negu.
de pign. p. 8. in 3. mem. Rol. in conſ. 9. nu. 17. & la-
tius in conſ. 14. nu. 2. vol. 1. & in quo non requiri-
6 tur excuſsio, † ſecundum opinionẽ Soc. & Crau.
quos citat, & ſequitur Rol. d. conſ. 9. & in conſ. 14.
Burſat. in conſ. 32. n. 45. alios multos citaui in cõſ.
4. nu. 36. quamquam cõtrarium tenuerint Bello.
Natta, D. Becius, & nõnulli alij. cũ enim bona ſint
ut dixi, obligata, & ideo oriatur hipothecaria: qua
re eadem ratione non orietur utile Saluianum?

Ego uerò quamquam hæc multum uideantur
urgere, exiſtimo D. Io. Dominicũ abſoluendum
eſſe a petitis, & D. Martiã ineptè & iniuſtè egiſſe:
aut enim nititur obligationi cauſatę ex legato a
patre relicto, & male agit, quia hipothecariã dedu
xit ad auocandum poſſeſsionem domus tenendã,
& poſsidendam, donec ſibi ſit ſatisfactum: & tñ ꝓ
7 legato datur ſolum ad hoc† ut ſibi præcisè ſatiſ-
fiat ꝓ ſuo credito. ita declarat Cyn. in l. ubi adhuc,
q. 14. nu. 18. C. de iure dot. Bart. in l. ſi conſtante,
nu. 94. ff. ſolu. matrim. ubi mouetur ex text. in d. l.
1. C. commu. de leg. Cæphal. in conſ. 98. nu. 13. &
ſeq. differt enim ab ea, quæ datur ex alia cauſa, q̃
pro legato, ut infra dicetur: ideo quamuis in alia
creditor auocet pignus, & rem maioris ualoris,
quàm ſit creditum, ſuſtinetur actio, ſed pro lega-
to datur ſolum ad rem æquiualentem legato, ut
prædicti Doctores declarant.

Secundò malè actum fuit cõtra D. Pezanã, qui
non eſt hæres D. Laurentij legantis, ſed ſingularis
ſucceſſor ex titulo oneroſo emptionis. hipotheca-
8 ria † aũt, quę competit ꝓ legato, non datur contra
tertium poſſeſſorem, ſed ſolum contra hæredes, ut
probatur d. l. 1. in fi. ubi dicitur competere contra
eos, contra quos datur perſonalis actio. certum eſt
autem tertium poſſeſſorem nõ conueniri actione
ꝑſonali, l. fi. ff. de contrah. empt. ergo non ẽt mole
ſtabitur hipothecaria, per eum tex. ita in terminis
tenet Cæphal. in d. conſi. 98. nu. 15. & hæc ſenten-
tia aliter comprobatur, præter Cæphalum: nã pro
legato hipothecaria datur contra hæredes ſolum
9 pro hæreditaria portione, † nec poteſt unus ex hę
redibus inſolidum conueniri ſuper ſua portione
rerum hæreditatis, ut expreſsè dicunt Bart. & Bal.
in d. l. 1. C. commun. de leg. Iaſ. in l. eum qui res, in
fi. C. de procur. Neguſ. in d. 4. mem. a. par. nu. 160.
uer. tertiò limita. ergo fatendum eſt quòd non da
tur contra tertium poſſeſſorem, quia daretur con-
tra hæredem ultra portionem hæreditariam. hoc
autem non habeo pro abſoluto, quia eſt uerũ non
dari contra hæredem ultra hæreditariam portio-
nem, quando is hæres ſolum poſsidet portionem
ſuam: at ſi integram rem poſsideret, conueniri poſ
ſet inſolidum, ut declarat Caſtr. d. l. 1. circa med. ꝙ
eſt notandum, quia alij nõ tangũt, quos uiderim.
& quod detur contra tertium poſſeſſorem, proba-
tur ex infraſcriptis. Ideo aliter reſpondeo & ter-
tiò, quod etiam ſi daretur contra tertium poſſeſ-
10 ſorem, tamen requiritur excuſsio, † ut eſt regula-
re in omni hipothecaria, ſiue expreſſa, ſiue tacita,
gl. & Doct. in auth. hoc ſi debitor, C. de pign. & in
terminis ita probat Neguſ. in d. tracta. in 1. mem.
8. par. nume. 21. ubi allegat Bart. Alexan. & Cor-
ne. & reprobat Ang. Aret. contrarium tenentem,
Natta in conſi. 330. in fi. Cæphal. in conſi. 98. nu-
mero 8. & 15. Caualcan. de uſufruc. mulie. relic.

nu. 15. in præſenti autem caſu non proceſſit excuſ
ſio, & hęc procedunt etiam ſi hipothecariam dedu
xiſſet vigore legalis obligationis tacitè introductę
in fauorem dotium, vel etiam vigore promiſſionis
ſibi factæ a Domina Laura tutrice, quia omni ca-
ſu agenti hipothecaria contra tertiũ præmittenda
eſt excuſſio, vt dixi ſupra, probat Cæph. d. cõſ. 98.
nu. 8. D. Becius in conſi. 89. nu. 9. & dixi in conſ. 4.
nu. 35. & ponit Calcan. conſi. 29. nu. 6.

Si verò dicamus egiſſe D. Martiam vtili Saluia
no, rñdeo quòd in præſenti caſu non competit. pri
mò, quia in aſſerto inſtrumento promiſſionis do-
tium factæ a D. Laura tutrice appoſitum fuit con
ſtitutum, per quod videtur tranſlata poſſeſsio in
D. Martiam, l. quod meo, & l. interdum, in prin. ff.
11 de acq. poſſ. interdictum vero † Saluianum, quod
eſt adipiſcendæ poſſeſſionis, non datur ei, qui ſe-
mel adeptus eſt poſſeſſionem, vt voluit Sali. in l. 1.
quaſt. 6. C. de Saluiano interdicto, Bello. in conſi.
34. col. fi. ſequitur D. Becius in conſi. 89. nu. 15. &
12 quòd ſit poſſeſſorium † adipiſcendæ, voluit tex. in
§. interdictum quoque, Inſt. de interd. glo. & Sal.
in rubr. C. de Saluiann interdic. cum alijs per Ma-
ran. de ord. iud. par. 4. diſt. 7. nu. 11. Menoc. de adi
piſcen. poſſ. remed. 3. nu. 5. Rol. in conſ. 14. nu. 11.
D. Becius in conſ. 89. nu. 2. quinimo non etiam li-
bellus poſſet in præſenti caſu ſuſtineri in remed. l.
fin. C. de acquir. poſſ. quia illud eſt recuperandæ
13 poſſeſſionis, † ſecundum Ripam in rub. ff. de in-
terd. nu. 6. Maran. d. diſt. 7. nu. 59. Menoc. de recu
per. poſſeſ. remed. 14. nu. 9. vbi dicit communẽ, &
differt a Saluiano vtili, quia auocat poſſeſſionem
propriã, & Saluianum auocat poſſeſſionem debi-
toris, vt declarat Calcan. optimè, d. conſ. 29. nu. 6.
D. Becius in conſi. 89. nu. 15. remedia autem adi-
piſcendæ & recuperandæ non poſſunt cumulari,
Rom. in l. naturaliter, §. nihil commune, nu. 14. ff.
de acq. poſſ. Iaſ. nu. 153. & Ferd. in cap. 3. nu. 48. &
aliquando latè comprobaui.

Secundò rñdeo, quod hipothecaria, quæ datur
pro legato, eſt non directa, ſed vtilis, vt expreſsè in
quit tex. in d. l. 1. C. comm. de leg. vtilis ergo hipo-
14 thecaria † non parit vtile Saluianum, vt per pul-
chras rationes in terminis noſtris loquendo pro-
bat Franc. Sarment. in tract. de redit. eccleſ. c. 2. p.
3. ver. non tñ ita, folio mihi 131. differunt enim hi-
pothecaria directa, & hipothecaria vtilis, quia da-
tur ſolùm contra principalem debitorem, & eius
15 hæredem; vtilis vero datur contra † quemcunque
ſucceſſorem, l. 1. ver. aliqua in exemplum eius inſti
tuitur vtilis, C. de Saluia. interd. l. nomen, in verſi.
vtilibus actionibus, C. quę res pign. declarat bene
Iaſ. in §. itẽ Seruiana, nu. 101. alias enim plures cu
mularẽtur ſpecialitates, cõtra l. 1. C. de dot. prom.
l. cum poſt, §. gener, ff. de iu. dot. prima eſſet, quia
ex directa hipothecaria naſceretur vtilis, ex vtili
naſceretur Saluianum vtile, & non reperitur iure
cautum, ꝙ actio vna vtilis producat aliam vtilem,
vt per Sarment. loco prædicto. Addo, quod cum
ſpecialiter introductum ſit vt hipotheca detur pro
legato, non debet extenſio fieri ad Saluianũ vtile.

Tertiò quamuis non reperiam ab aliquo tactũ,
dicebã, quòd ſi daretur pro re legata Saluianum
vtile, deberet tamen dari ad ea ſola, & contra eos
ſolos, & cum eis qualitatibus ad quę, contra quos,
& cum quibus datur hipothecaria, a qua deſcen-
dit, & non aliter, atque ita ſolum pręcisè ad hoc vt
16 ex prædijs obligatis † legatario ſatisfiat, non ut ei
liceat tenere, donec ſit ſatisfactum, & ad æquiua-
lens prædium, non ad prædium maioris valoris, &
contra hæredes ſolum, non contra tertios poſſeſſo
res; & niſi ſolum facta excuſſione, non autem omiſ
ſa excuſſione, & non eſſet mirum ſi Saluianum in
hoc degenerat a ſua natura, quia in iſtis terminis
degenerat quoque hipothecaria actio mater Sal-
uiani, vt ſupra dixi: aliàs impoſita eſſet verbis lex,
de qua in d. l. 1. C. commun. de leg. & ei ſemper fie
ret fraus intentãdo Saluianũ vtile, & extenſio ſem
per fieri debet cũ qualitatib. diſpoſitionis extẽſę.

Quòd ſi vtile Saluianum velit Domina Martia
deducere non ex hipotheca legali, quæ datur pro
legato, ſed ex obligatione contenta in promiſſio-
ne Dominę Laurę, dico obligationem illam non
ualere tanquam factam ſine ſolemnitatibus neceſ
ſarijs in alienatione rerum minorum, & præci-
pue ſine decreto. ſicuti enim bona immobilia mi-
norum non poſſunt vendi ſine ſolemnitatibus, ita
17 etiam non poſſunt obligari, † vt eſt tex. in l. 1. §. t.
& §. fin. ff. de reb. eor. vbi dicitur, quod ubi domi-
nium cœpit eſſe minoris, deſinit poſſe obligari, l.
lex, quæ tutores, §. 1. & ibi gl. C. de adm. tuto. l. vlti
ma, §. defenſionem, vbi glo. in uer. ſubſignare, C.
eod. Pariſ. conſ. 85. nu. 13. vol. 3. eſt tex. l. ſed ſi pe-
cunia, §. pignori, ff. de reb. eor. & prohibita aliena-
tione, cenſetur ſemper prohibita obligatio ſeu pi-
gnoratio, l. fi. C. de reb. alien. non alien. Iaſ. in §. itẽ
ſi quis in fraudem, nu. 23. Inſtit. de action. probat
multis Pinell. in l. 1. par. 3. nu. 18. C. de bon. mater.
Natta conſ. 474. nu. 21. & quando res minoris ſe-
18 mel † eſt legitimè obligata, poteſt vendi ſolemni-
tatibus non ſeruatis, l. ſi pupillorum, §. ſi pupillus,
ff. de reb. eorum, Bart. in l. Papinianus, §. ſed nec
impuberis, ff. de inoff. teſtam. Afflict. in cap. impe-
rialem, n. 78. de prohib. feudi alien. per Fed. Dec.
l. ſingularia, nu. 10. ff. ſi cer. pet. Cagnol. nu. 75. Cę
phal. in conſi. 315. nu. 13. conſi. 316. num. 36. ideo
qui prohibetur alienare, prohibetur etiam actum
facere, per quem ſequi poſſit alienatio, l. codicil-
lis, §. matre, ubi Bart. ff. de leg. 2. cum infinitis ad-
ductis a Tiraquello de retract. conſanguin. §. 1. gl.
14. nu. 14. ſi ergo obligatio eſt nulla, non poteſt hi-
pothecariam producere.

Ex his ſublata ſunt ferè omnia, quæ in contra-
rium fuerunt allegata: ſolum videtur vrgere illud,
quod dictum eſt, nõ requiri ſolemnitatem, quãdo
alienatio fit in conſequentiam pręcedentis obliga
tionis. ſed reſpõdeo quod procedit quando diſpo
ſitio patris ſeu authoris eſt præciſa, & expreſsè mã
dat rem alienari: tunc enim fieri poteſt alienatio
non ſeruatis ſolemnitatibus. at quando nõ eſt ex-

19 preſſa † & præciſa, vt quia debitum eſt in pecunia,
tunc alienatio non fit niſi cum decreto, vt expreſ-
sè declarat Pariſ. in conſi. 85. nu. 50. vol. 3. Rol. in
conſi. 99. n. 45. vol. 1. Lamberteng. in tract. de cõ-
tract. eorum, qui ſine certa ſolemnit. gl. 1. nu. 3. vbi
eodẽ modo declarat, & apertè innuit hoc Cagno.
in l. ſingularia, nu. 72. in prin. & fi. requirens quòd
patris contractus ſit in ſpecie certa & determina-
ta, & ſanè loquũtur omnia iura in contrarium alle
gata, qñ de rei alienatione pater diſponit, vt in l. 1.
in prin. & in l. magis puto, §. ſed ſi pater, ff. de reb.
eorum. ſed ꝙ pro debito pecuniario cõtracto a pa
tre liceat pupillo bona vendere ſine ſolẽnitate, nõ
reperitur iure cautũ: quinimò non ſufficit ꝙ defun
ctus rẽ habuerit venalẽ, d. l. 1. §. ſi deſunctus, ff. de
reb. eorũ. & videmus ꝙ iura, cũ agitur de ære alie-
no pupilli exoluendo, requirunt ſolẽnitates in vẽ-
ditionibus immobiliũ, nulla facta diſtinctione, an
20 æs † alienũ ſit hæreditarium, vel a pupillo contra-
ctũ, l. 1. §. quod ſi forte, l. magis puto, §. nõ paſſim,
ff. de reb. eorũ, l. ob æs, C. de præd. min. ergo indi-
ſtinctè intelligenda ſunt ẽt qñ agitur de ſoluendo
ære alieno hæreditario, l. de pretio, ff. de publicia-
na. probatur hoc ẽt ex eo, quod ponit Bal. in l. cũ
21 ipſe, in fi. C. de cõtrah. empt. vbi dicit ꝙ tutor † cre
ditor pupilli põt ſibi ſoluere in eadẽ re debita, nõ
autem in alia, l. fiſtulas, §. fundum, ff. de cõtrahen.
empt. hoc ẽt voluit Salic. ibi, nu. 4. in fi. Ecce ergo,
quòd allegata in contrarium procedunt, qñ tutor
vel pupillus diſponit de illamet re, quã pater vel
author obligauerat, & inferunt Bal. & Salic. in lo-
co prædicto, ꝙ mater tutrix filiorum ſibijpſi ſolue
re poteſt pro ſuis dotibus in pecunia, vel ẽt alienã-
do bona, quæ ſeruando non poſſunt ſeruari, non
autem vendere bona immobilia, Cagnol. in l. ſin-
gularia, nu. 79. ff. ſi cer. pet. qui etiam contradicit
quoad bona mobilia, & tamen deberet poſſe ven
dere immobilia, ſi attenderetur obligatio patris.

Eodem modo tollitur, quod dictũ fuit de obli-
gatione legali, quę oritur ex cauſa dotis, quia etiã
pro ſoluendo dotali debito bona non poſſunt ven
22 di vel obligari ſine † debitis ſolẽnitatibus, vt pro-
batur in l. lex, quę tutores, §. 1. C. de adminiſtr. tut.
vbi dicitur, quod vbi res venditur, vel alienatur ex
cauſa dotis, ſeruari omnino debent ſolemnitates.
id quod ẽt volunt Bal. & Sali. d. l. cum ipſe, in fi. &
quamuis gl. in d. §. 1. dicat illã legem non intelligi
de dote conſtituta a patre, eo ꝙ illa dari poſſit ſine
decreto, loquitur tñ, qñ dos eſt conſtituta in re im
mobili, vt loquitur l. magis puto, §. ſi pater, allega-
ta a gl. quę eſt ſm illam intelligenda, ſecundũ Bar.
in l. non ſolum, §. liberationis, ff. de liber. leg. & qđ
etiam ex cauſa dotis minor nõ põt bona obligare
ſine decreto, voluerunt Bart. Imola, Fulgo. Sali. &
alij, quos citat Tiraq. de legib. connub. d. gl. 8. nu.
193. eſt verum, quòd contraria eſt cõis, vti teſta-
tur Neguſ. in tract. de pigno. in 4. mem. 2. par. nu.
73. ſed procedit in marito, qui recipiendo dotem,
quãuis ſit minor, obligat pro reſtitutione omnia
bona ſua. ſed aliud eſt in vxore vel eius fratribus,
qui non poſſunt bona conſtituere in bonis immo
bilibus ſine decreto, vel ẽt obligare immobilia ꝓ
dote, quæ ſit conſtituta in pecunia, & ideo neque
23 ẽt tacitè a lege inducitur hipotheca. † ita reſoluit
Bald. Nouell. in tract. dot. par. 6. priuileg. 58. per
tex. in d. l. lex, quæ tutores, Neguſan. loco ꝑdicto,
nu. 74. & ſeq. quare in præſenti caſu quatenus dos
fuit relicta in teſtamento patris, non datur alia hi
potheca niſi quatenus competit pro legato: ea ve-
rò non nocet Domino Pezanæ ex cauſis ſupra re-
latis: quatenus verò fuit promiſſa a Domina Lau-
ra tutrice, non valet ea obligatio: quia, vt dixi, non
potuit fieri ſine decreto. Et ſi dicatur, aduerte, ꝙ a
dos iam erat a patre relicta, ergo potuit a tutrice
promitti, & pro ea obligari bona, vt per Neguſ. d.
24 nu. 74. qui dicit, † quod dote legitimè cum decre-
to promiſſa oritur hipotheca, ẽt ſi de ea non ſit di-
ctum. Reſpondeo, hoc verum eſſe, qñ idem minor
iam ſeruatis ſeruãdis dotẽ promiſiſſet, per ea, quę
dicit Neguſan. decretum enim interpoſitũ in pro-
miſſione, trahitur ad omnia conſequutiua: ſed qñ
dos eſt a patre, nõ promiſſa, ſed relicta in teſtõ, nõ
alia oritur obligatio præter eã, quæ datur pro le-
25 gatis, ſm quam non obligãtur bona † propria hæ
redis, Bar. in l. 1. in fi. C. commun. de leg. Are. in §.
1. col. 3. Inſtitut. de leg. Neguſan. d. 4. mem. 2. par.
nu. 159. & tũc non põt tutrix durius hæredes obli
gare promittendo eaſdem dotes, & pro eis obligã
do bona propria hæredis, quæ nõ erant obligata.
vbi enim debitũ hæreditarium deducitur ab hęre-
de in promiſſionem, pactum, vel ſtipulationem,
26 nouatur, & definit eſſe hæreditarium, † & hæres
conuenitur proprio nomine, nec vtitur beneficio
inuentarij. ita Ang. in conſi. 31. nu. 8. Dec. in conſi.
496. nu. 12. Boer. in deciſ. 53. in fi. Phanuc. in trac.
de inuent. par. 6. nu. 110. & in tract. dot. glo. 8. nu.
57. Rol. in trac. de inuentar. in ver. beneficium in-
uentarij, folio mihi 154. ſicuti enim ex legato obli
gata erant ſolum bona teſtatoris, ita ex promiſſio-
ne obligata fuere ẽt bona hæredum. & ſicuti ex le-
gato bona erãt obligata leuius, ſtante ꝙ leuior eſt
hipotheca, quæ datur pro legato; ita fuerunt gra-
uius, & durius obligata per promiſſionẽ, attento,
quòd per eã fauorabilior inducta fuit hipotheca,
& vbi tractatur de obligãdo pupillũ in re propria,
non attenditur, quòd cauſa deſcendat a facto te-
ſtatoris, vt eſt tex. in l. magis puto, §. ſi fundus, ff.
de reb. eorum, Bal. d. l. cum ipſe, nu. 6. ver. & iſtud
eſt verũ, Sali. nu. 4. ver. & addit hoc verũ, vbi dici-
tur, qđ ſi teſtator vendidit fundũ pupilli, non po-
27 terit pupillus † tradere illius poſſeſſionem ſine de-
creto, licet ſecus ſit qñ fundus fuiſſet teſtatoris.

S V M M A R I V M.

1 Dos non poteſt eſſe ſine matrimonio.

*2 Relictum dotis pro dote, vel in dotem ꝓ eſt condi-
tionale.*

*3 Filia ſi mille relinquantur vbi ſit monacha, & bis
mille, ſi matrimonio copulabitur; mille tantum ſi
ingrediatur monaſterium. ſed contra, nu. 10.*

Dos

4 *Dos data nepti ab auo, imputatur ſibi in legitimam, idem eſt in donatione.*
5 *Dos data filia imputatur ſibi in legitimam.*
6 *Legitima non imputantur, quæ inter viuos capiuntur. fallit tamen, vt ibi.*
7 *Legitima imputatur in legitimã ſtante patris diſpoſitione, ẽt quæ aliàs non eſſet imputãda, & nu. 21.*
8 *Collatio fit vel nõ fit ex teſtatoris volũtate, & n. 22.*
9 *Filia non poteſt bona paterna petere, quando pater dotat, computato omni eo quod poſſet prætendere in bonis matris.*
10 *Declarationis natura eſt, quòd retrotrahatur ad tẽpus geſti actus.*
11 *Declaratio poteſt quandocunque fieri etiam parte abſente.*
12 *Animus in ijs quæ pendent ab animo alicuius, ſtatur iuramento illius.*
13 *Inſtrumentum eſt probatio probata, euidens, &c.*
14 *Succeſsio prima eſt filiorum.*
15 *Legitima debetur filijs in bonis patris.*
16 *Legitima tolli, vel minui non poteſt, & filius dicitur in ea creditor.*
17 *Legitima debetur, etiamſi pater prohibuerit, ne plus petatur.*
18 *Legitima debetur cuicunque deſcendenti, qui primum obtineat gradum.*
19 *Matrimonium dicitur ingreſſus religionis, & ibi infertur ad multa.*
20 *Filiæ debentur bis mille, quando ingreditur monaſterium ſicuti ſi nupſiſſet, licet in caſu religionis relicta ſint tantum mille.*
21 *Dos dicitur, quod filia pro eleemoſina datur in regreſſu religionis.*
22 *Collatio non habet locum, quando ex cõiecturis conſtat de contraria voluntate teſtatoris.*
23 *Contractus a principio ſunt voluntatis, & poſtea neceſſitatis.*
24 *Imputatio nõ poteſt ordinari a teſtatore in caſu, quo de iure non fit imputatio. vbi latè.*
25 *Donationi perfectæ non poteſt addi.*
26 *Legitima non debetur filio in vita patris.*
27 *Subiecta talia ſunt, qualia prædicata demonſtrant.*
28 *Interpretatio ſumi debet, per quam actus non reddatur eluſorius.*
29 *Pater cenſetur dotare de proprijs bonis, non de bonis filiæ. amplia pluribus modis. Etiamſi ex poſt facto declaraſſet dotaſſe de bonis filiæ. nu. 30.*
31 *Declaratio actus non dubij, non tollit ius quæſitum.*
32 *Dicto alicuius etiam iurato non eſt ſtandum, quando in contrarium vrget præſumptio.*
33 *Filia prohibita aliquid petere de bonis patris, poteſt vltra legatum conſequi dotes matris.*
34 *Grauari non poteſt, qui non fuit honoratus.*
35 *Dotata de bonis proprijs, non excluditur ſtatuto excludente filiam dotatam.*
36 *Pater poteſt filiam inſtituere in dote data, ſed non ſubſtituere quatenus includitur legitima.*
37 *Grauatus fideicõmiſſo reſtituit ſolũ, quod habuit titulo hæreditario, etiamſi iudicio teſtatoris habuiſſet.*
38 *Legari non poteſt alicui res ſua.*

CONSILIVM CXCII.

De anno 1571. Dominus Ioan. Dominicus de Canali, titulo puræ & ſimplicis donationis dedit Dominæ Magdalenę eius nepti ex Domino Ioan. Baptiſta filio, qui tũc aduerſa grauatus valetudine laborabat in extremis, aureos bis mille quingẽtos, in quibus eã dotauit, itaq; non intelligatur Legitima, Trebellianica, nec Falcidia, pacto ẽt appoſito, qđ ſi Dominus Ioan. Baptiſta pater ſuperuixiſſet auo, donatio ſit nulla: deceſſit autem ex ea infirmitate pater, & de anno 1573. idem Dominus Ioan. Dominicus condidit teſtamentum, in quo dictã Dominam Magdalenã inſtituit in ſcutis bis mille quingentis donatis, & declarat ea mente ſe donaſſe vt in eis includeretur quidquid ad eandem Dominã ſpectare poſſet de bonis & hęreditate vxoris ſuæ, & ita auię paternę, quæ ante ab inteſtato deceſſerat, & mandat dictis aureis mediantibus, q; ſit tacita & contenta pro omni & toto eo, q; petere & conſequi poſſet tam in ſuis bonis, quàm in hæreditate auiæ paternæ ratione Legitimæ, Trebellianicæ, vel cuiuſuis alterius ſucceſſionis; & ea decedente ſine filijs legitimis, & naturalibus ex legitimo matrimonio procreatis, ſubſtituit nepotem ex Domina Lucretia eius filia. nũc auo mortuo Domina Magdalena ingreſſa eſt monaſteriũ, & profeſſura religionẽ: quęſitum ergo fuit, quid conſequi poſſit de bonis aui, & auię paternę, & an ea moriente poſt profeſſionẽ dictus ſubſtitutus conſequi poſſit aliquid de ijs, quę ad Dominã Magdalenam peruenient? Et fortè diceret aliquis, eam nihil poſſe conſequi: nam quantũ ſit ad donationem prędictam non videtur
1 quòd ei ſit locus, quia facta fuit pro dote, † quę nõ põt eſſe ſine matrimonio, l. 3. ff. de iure dot. l. fi. C. de don. ante nup. §. pen. Inſtit. de nup. Phanuc. de dot. in rubr. nu. 5. Rol. q. 88. nu. 2. & 6. Cum ergo Domina Magdalena religioni ſe deuouerit, nec viro ſit nuptura, non poterit petere dotem prędictã; pręcipuè, quia cõceſſio pro dote, vel in dotem, di-
2 citur cõditionalis, † in caſum ſcilicet, quòd matrimonium ſequatur, vt in legato dicit Bar. in l. Titio centũ, §. Titio genero, ff. de cond. & demon. Caſt. in conſi. 322. in prin. vol. 1. Corne. in conſil. 229. col. 2. vol. 4. communem dicit Bal. Nouel. de dote, par. 6. priuileg. 50. Tiraq. de retract. conuent. §. 2. gl. 1. nu. 54. & plures alios allegat Didac. in c. nos quidem, nu. 11. de teſtam. Rol. conſ. 29. n. 15. vol. 4. qui omnes dicunt dotẽ non deberi, niſi ſequatur matrimoniũ, quia debitum ſub conditione nõ põt peti ante conditionis euentũ, iuribus vulg. & non videtur, quod datum pro dote debeatur pro ingreſſu religionis, per ea, quę poſuit Bal. in l. Deo nobis, colum. 2. C. de epiſc. & cler. & in auth. niſi rogati, C. ad Trebell. Caſtr. in l. Titio centum, §. 1. ff. de cond. & demon. & in d. l. Deo nobis, Iaſ. in auth. ſi qua mulier, col. 3. C. de ſacroſ. eccleſ. Imola in l. Lucius, colum. fin. ff. de her. inſtit. Salic. &

Corne.

Corne.d.auth.niſi rogati,Fulgoſ.conſi.53.col.2.
Dec.in conſi.259.col.2.Crot.in l. nemo pōt,nu.
71.ff.de leg.1. Didac.var. reſol. lib.1.cap.19. Du-
ran.de arte teſtandi,tit.de leg.cau.64.in quibus lo
3 cis dicunt, quod ſi teſtator † filiæ ingredienti reli-
gionem legat mille, & ſi non efficiatur Monacha,
legat bis mille; talis filia ſi ingrediatur Monaſte-
rium,habebit ſolum mille,quia ea conditio nō eſt
turpis,& teſtator diſponēdo de bonis ſuis, poteſt
quamcunque apponere legem & conditionem,
aliàs bona tranſirent in Monaſteriū contra teſta-
toris voluntatem,quod non eſt dicendum.

Secundò ſi poterit conſequi dictos aureos bis
mille quingentos, ſaltem illi erunt ſibi imputandi
in legitimam debitam in bonis aui: nam ſi pater
ſuperuixiſſet auo, vtique ea dos ſeu donatio data
4 ab auo imputaretur nepti in legitimam † debitam
de bonis patris,vt uoluit Aug. in l.in quartā, col.
fin.uerſ.quid aūt ſi auus, ff.ad leg.falci. ubi præci-
puè ait,id uerū eſſe, ſi dos ſit ab auo data contem-
platione patris,ut cōtigit in præſenti facto, in quo
D. Io.Dominicus donauit, ut morē gereret Do-
mino Io.Baptiſtæ filio requirenti, & ibi hoc ēt te
nuerunt Alc.Picus,& Ripa,nu.206. eandem ſen-
tentiam probarunt Imo.Caſtr.Soc.Dec.Ruyn.&
Alc.quos citat, & ſequitur Ant. Gabr.com.opin.
lib.3.tit.de iure dotis, concl.5.nu.12. multo ergo
magis imputabitur in legitimam nepti debitam
in bonis aui, a quo dotem habuit. ſicuti dos data
5 filiæ imputatur eidem filiæ † in legitimam, Bar.d.
l.in quartam, nu.10.vbi Picus,nu.182.dicit cōem
etiam in iocalibus, & mobilibus, allegando Alc.
& alios, ita dos data nepti imputari debet ſibi in
legitimā, quia non debet nepti in hæreditate aui-
ta plus tribui,quàm filiæ in hæreditate patris, l.ſi
uiua matre, C.de bon. mater. & in nepte uidetur
text.in l.quoniam nouella, C.de inoff.teſtam. vbi
dicit abſolutè & ſimpliciter, quòd dos data filiæ
uel nepti,imputatur in legitimam, intelligendo ꝙ
data filiæ imputatur filię;& data nepti, imputatur
nepti.& licèt, quæ capiuntur inter uiuos, non ſo-
6 leāt imputari, † tñ hoc fallit, quādo datur ob cau-
ſam neceſſariam dotis,uel donationis propter nu-
ptias,ut per Bart.in d.l.in quartam,nu.10.ubi Ri-
pa,nu.148.ubi omnes alij idem tenent.

Confirmatur, quia D. Io. Dominicus auus in
ſuo teſtō declarat, imputationem debere fieri dū
mandat, ꝙ ſit tacita & contenta pro omni & toto
eo,qđ petere poſſet ratione legitimæ, &c. & ideo
ſi alias donatio non eſſet de iure imputanda,debe
7 ret tñ imputari, ſtāte declaratione aui,l.ſi qñ,§.ge
neraliter,C.de inoff.teſtam.vbi ꝙ fit imputatio ex
uoluntate diſponentis ēt in caſibus non expreſ-
8 ſis.idem eſt in collatione,quæ fit & non fit, † pro-
ut melius teſtatori placet,l.ex parte,§.teſtamento
moriens,ff.fam.erciſ.ubi Odofr.& Bal.id uolunt,
Fulgoſ.& Rom, in l.ſi emancipati, C.de collat. &
quamuis ea declaratio facta ſit ex interuallo,tamē
ſuſtinetur & eſt ualida,ut dicam paulo infra.

Et quia in eodem teſtō D. Io. Dominicus de-
clarat ſe ea intentione donaſſe Dñæ Magdalenæ
nepti, ut in aureis bis mille quingentis includan-
tur etiam dotes auiæ paternæ,& quidquid ad eam
poſſet pertinere de dictis dotibus,uidetur, quòd
Dña Magdalena nihil prætendere poſſit aduerſus
hæredes aui occaſione dictarum dotium: quid-
quid enim ſit,qñ pater dicit ſe dotare ex bonis pa
ternis,& maternis,loquendo per copulatiuā,quæ
pōt,vt volunt aliqui, importare ſucceſſiuū actū,vt
primò de paternis,& ſi ea non ſufficiūt, de mater-
nis deinde bonis dos intelligatur data: tamen qñ,
9 vt in præſenti facto, dotans † utitur uerbis claris
dicendo ſe dotem dare computato omni eo quod
poteſt prætēdere in maternis bonis,tunc non po-
teſt dotata petere materna ſeu auita bona, ſed ea
computantur in dote,vt latè probat Corn.in con-
ſil.16.colum. penult.ver. ſecundum etiam, & col.
fin.vol.3.ita etiam tenuit Marian.in capit.ſuo, de
ſponſ.Bart.Soc.in l.1.nu.46.ff.ſol.matr. Alciat.in
tracta.præſump.reg.1.præſ.26.in fi.

Hæc autem declaratio quamuis facta ex inter-
10 uallo,eſt ualida,quia natura declarationis † eſt, ꝙ
retrahatur ad tempus celebrati actus,glo. & Do-
ctores in c.cum tu,de vſur. Bar.in l.oēs populi,nu.
44.ubi Cacial.nu.151.ff.de iuſt.& iure, Caſtr.in l.
hæredes palam,§.ſi quid poſt, nu.3.ff. de teſtam.
Soc.in conſ.23.nu.19.vol.4.Crot. in conſi.77.nu.
20.Ruyn.in conſi.225.nu.6.vol.1.& dicit Ang.in
l.cum proponas,col.1.uer. quid aūt ſi non appel-
letur,C.de bon.author.iudic. poſſid. ꝙ declaratio
11 † poteſt quādocunque fieri,alios citat Dec.in ca-
pit.paſtoralis,in fi.de exceptio.& in l.ſemper, qui
non prohibet,num.14.ff.de reg.iur.Natta in con-
ſil.474.num.20.& pōt fieri voluntatis declaratio
parte abſente, Bart.in l.certum,§.ſi quis abſente,
ff.de confeſſ.Alc.in conſil.130.vol.1.Crau.in cōſi.
148.nu.11.Rol.in conſil.2.nu.173.vol.1.in ijs ve-
12 rò,quæ ab animo † pēdent alicuius,ſtatur illius di
cto,gl.in §.ſed iſtæ,ubi Iaſ.nu.54.Inſt.de actio. la
tè Marſil. ſing.635. & plures alij, quos citat Me-
noc.de arbitr.iudic.caſu 86.nu.6.

Diligentius tamen examinato negotio conclu-
do, Dominam Magdalenam poſſe conſequi au-
reos illos bis mille quingentos ſibi donatos, quia
inſtrumentum clarè loquitur, & facit plenam fi-
13 dem, & eſt probatio probata, † euidens, maniſe-
ſta,& notoria,Bart.in l.1. in prin.nu.8.ff. de oper.
noui nunc. Bal.in l.2. colum.2. C. quando fiſ.vel
priu.Socin. in conſ.87.colum.fin.uolum.3. Dec.
in conſ.302.colum.fin.Tiraq.de retract.conſang.
§.2.glo.1.num.20. & ſeq. Natta in conſil.543.nu.
28.Rolan.in conſi.57.nu.2.& 3.volum.3. Caph.
in conſ.335.num.10. D.Becius in conſ.74.num.
19.& dicit Dec. in conſ.488. colum.1. quòd ſtan-
dum eſt inſtrumento donationis, quia eſt proba-
tio probata,& probat illud quod cantat, idem di-
cit Bero.in conſi.147.num.34. volum.2. vbi ſub-
dit, nō poſſe contra inſtrumētum donationis ob-
tineri, niſi a certiſſimis & concludentibus proba-
tionibus contrarium probetur, poterit item con-
ſequi

ſequi dotes & bona auiæ ſuę paternę. illi enim de-
cedenti ſucceſſit D. Io. Baptiſta eius filius & pater
14 D. Magdalenę, quia prima ſucceſſio † eſt filiorum,
auth. in ſucceſſione, C. de ſuis & legit. §. inteſtato-
rum, Inſt. de hęred. quę ab inteſt. defer. Bened. in
c. Raynutius, in ver. vxorem noīe Adelaſiam, de-
ciſ. 5. nu. 41. de teſta. Gomeſ. de ſucceſ. ab inteſt. c.
1. nu. 2. vbi ponit rōnem, & latè ēt nu. 12. & ſeq.
vbi etiam tractat, quomodo ſuccedant nepotes.
Dominus ergo Io. Baptiſta ſucceſſit matri, & Do
mina Magdalena ſucceſſit D. Ioan. Baptiſtæ eius
patri. Tertiò habebit Domina Magdalena pręter
15 ſupradicta, legitimam † in bonis D. Ioan. Domi-
nici eius aui paterni, l. parentibus, & l. cum quęri-
16 tur, C. de inoff. teſta. nec pōt auferri, aut † minui,
l. quoniam in prioribus, & l. oīmodo, in princ. C.
eo. tit. Ale. in conſ. 69. in prin. vol. 1. Ruyn. in cōſi.
57. nu. 2. vol. 2. Soc. iun. in conſ. 51. num. 2. vol. 4.
Nat. in conſ. 528. nu. 28. & in ea filius dicitur cre-
ditor, l. ſi quis legatum, ff. de falſ. l. fin. C. eod. ti. gl.
in l. 3. in ver. auferri, vbi Bar. & Caſtr. & alij, C. de
iur. & facti ignor. Bar. in l. vlt. ff. de lib. agnoſ. Soc.
in cōſ. 130. nu. 11. vol. 1. Soc. iun. in cōſi. 109. nu. 9.
vol. 1. Rol. in conſ. 39. nu. 25. vol. 3. Cæph. cōſ. 189.
nu. 14. & ſeq. Meno. cōſ. 77. nu. 16. & licèt D. Io.
Dominicus, in ſuo teſtō prohibuerit, ne Domina
Magdalena exceptis aureis ſic vt ſupra donatis, q̄c
quam petere poſſit ratione legitimę, tū pōt filius
ſeu quiuis alius, cui legitima debeatur, illam pete-
17 re, † non obſtante quacūque prohibitione, §. hæc
autem, ver. cæterum, vbi Iacob. Belu. in Auct. vt cū
de appellat. cognoſ. Bal. d. l. oīmodo, in prin. col. 2.
& ibi etiam Ang. num. 3. Sal. nu. 8. Caſtr. col. fi. &
Iaſ. col. 1. C. de inoff. teſt. & procedit, etiā ſi filius
acceptaret legatum factum a patre, cui ſit adiectā
prædicta prohibitio, Bal. in l. ſi quando, §. genera-
liter, nu. 1. C. de inoff. teſta. Caſtr. in conſ. 73. nu. 2.
vol. 1. & in conſ. 193. nu. 3. vol. 2. Dec. in conſ. 81.
col. 1. Roder. in d. l. quoniā in prioribus, in 7. ampl.
nu. 2. Cur. iun. in conſi. 21. col. 2. Ruyn. conſi. 60.
nu. 4. vol. 2. Bero. in conſ. 93. num. 54. vol. 2. conſ.
136. nu. 3. 15. & 16. eod. vol. Gomeſ. de ſucceſſio. c.
11. nu. 23. & ſeq. Natta in conſ. 255. nu. 3. Rol. in
conſi. 78. nu. 5. & 13. vol. 1. Cæph. latè in conſ. 95.
nu. 7. & ſeq. vbi dicit, illam prohibitionē eſſe nul-
lam, & haberi pro non appoſita, Menoc. in cōſ. 71.
per totum. & quæ dicuntur de filio, locū vendicāt
quoque in nepte ex filio, & in quocūque alio, qui
primum obtineat gradum in ſucceſſione aſcēden
18 tis, quia ei debetur † legitima, & rumpit teſtamē-
tum ſicut filius, gl. in l. ſuus quoque, in princ. ff. de
hær. inſtit. l. ſi pater, C. de inſt. & ſubſtit. Roder. in
l. quoniam in prioribus, in 4. ampliat. C. de inoff.
teſt. & Dec. in d. l. ſi pater, col. antep. licèt ſub con-
ditione mixta poſſit inſtitui tantum ſm aliquos.
poterit quoque Domina Magdalena cōſequi ab
hæredibus aui dotes maternas, quæ fuerunt auo
perſolutę, q̄a in eis ſucceſſit matri. & hęc oīa erūt
clariora reſolutis ijs, quæ in contrarium fuerunt
adducta pro hæredibus D. Io. Dominici.

Non obſtat igitur, quòd aurei bis mille quin-
genti fuerint donati ſub nomine dotis, & ideo nō
debeantur matrimonio nō ſequuto, quia ingreſ-
19 ſus religionis eſt ſpirituale † matrimonium. & di-
cit Cyn. in auth. niſi rogati, C. ad Trebel. q̄ non eſt
ſine nuptijs puella, quæ ingreditur monaſterium:
& ideo legatum factum alicui, ſi nuptias contraxe
rīt, debetur etiam ſi intrauerit religionē, §. ſed hęc
præſenti, in Auct. de ſanctiſſ. epiſc. auth. niſi roga-
ti, C. ad Treb. vbi poſt Cyn. dicit Bal. q̄d nubere
dicitur, quæ nubit in Chriſto, ſequitur ibi Sal. &
Caſtr. idem voluit Bart. in d. §. ſed hęc pręſenti. &
hanc concluſionem probat multis rōnibus, & au-
thoritatibus Nat. in conſ. 296. per totū, vbi allegat
Ancha. Marian. Iacob. & Crot. addo Bal. Nou. in
tract. de dot. par. 6. priu. 77. col. 3. ver. & licèt dicta
puella, vbi fortius dicit procedere, ſi legatum reli-
ctum foret pro puella maritāda per carnale coniu-
gium. & Idem dicit in fi. quia conditio fauore reli-
gionis habetur pro nō ſcripta tanquam impediēs
vitam cōtemplatiuam, & reijcitur. eandem proba-
uit ſententiam Didac. in c. nos quidē, nu. 11. ver.
ſextò ex proxima, extra de teſtam. probatur igitur
ex præmiſſis, quòd conditio nubendi impletur p
religionis ingreſſum, atque ita ſi dicta D. Magda-
lena ingredietur monaſterium ſanctæ Catherinæ
de Senis, vti deſtinauit, erit ſatisfactum conditio-
ni appoſitę in inſtrumento donationis. Et non eſt
verum, quod ex aduerſo adducebatur ex Bal. in l.
20 Deo nobis. nam magis † cōter concludūt Doct.
ſi pater mille relinquat filiæ ingredienti religio-
nem, & bis mille ſi nupſerit; quòd filia monaſte-
rium ingreſſa conſequetur bis mille, ac ſi nupſiſ-
ſet in ſæculo, quia ea diuerſitas conditionis remo-
uens intuitu pinguioris legati ab ingreſſu religio-
nis, eſt nulla, & reijcitur. & ita contra Bald. tenue-
runt Ricar. Mal. quem citat & ſequitur Alber. d. l.
Deo nobis, Io. And. ad Spe. in ti. de ſtatu monach.
ſuper rub. circa med. But. Abb. Aret. & Fel. in c. in
præſentia, de probat. hanc etiam tenuerunt Io. de
Anan. Aret. Dec. Marſi. Tho. Ferrar. Marſ. Camp.
Matheſil. Pariſ. Soc. iu. Boer. & alij, quos citat, &
ſequitur Rol. in conſi. 35. nu. 16. & ſeq. vol. 3. vbi
hanc partem tuetur, & rationibus & authoritati-
bus, Bero. in conſi. 51. nu. 18. vol. 2. ex quibus cō-
ſtat communem eſſe opinionem contra Bal.
21 Accedat, quòd nomen dotis, eſt generale, † &
includit etiā id, quod puellæ datur ingredienti mo
naſterium, Bar. in l. 1. §. ſi parēs, ff. ſi quis a paren.
fuer. manum. Bal. in l. quoniam nouella, C. de in-
offi. teſtam. alios citat Natta in conſi. 296. num. 3.
Phanuc. in tract. dot. in rub. in prin. num. 3. vbi al-
legat Ale. Soc. iu. & Alcia. q̄ dicunt eā, cui talis dos
data fuit, excludi tanquam dotatam a ſtatuto.

Non etiam reſiſtit, quòd dicti aurei ſint impu-
tandi in legitimam: quia reſpondeo, quòd etſi re-
gulariter dos data nepti imputetur ei in legitimā:
tamen hoc non procedit, quando dotaus ordinat
quòd ea non imputetur, quia imputatio fit, & nō
fit ſecundum voluntatem patris, vel aui, & ſicuti
quando

quando datum non venit de iure imputandũ, fit
imputatio ex voluntate dantis, vt qñ donatio eſt
inter viuos: ita qñ de iure quid eſt imputandum,
non imputatur, ſi pater vel auus mandat illud nõ
imputari. ita probat Bertr. in conſi. 216. nu. 3. vol.
2. & idem videmus in collatione, cui non eſt locus
ẽt in caſibus a iure expreſſis, qñ ita quid datum eſt
quòd non conferatur, auth. ex teſtamento, C. de
collatio. vbi notant omnes, non ſolum qñ collatio
expreſsè eſt prohibita, vt voluit Ang. in §. illud, in
Auth. de trien. & ſemiſ. ſed etiam qñ ex conjectu-
22 ris † colligi põt tacita voluntas, quòd non confe-
ratur, l. ex parte, §. teſtamento moriens, ff. fa. erciſ.
vbi notant Odofred. & Bal. idem Bal. in conſ. 210.
col. 1. vol. 4. eandem tenuit Fulg. in l. ſi emancipa-
ti, C. de collat. vbi Rom. nu. 9. & Ale. nu. 13. Soci.
conſi. 127. num. 13. vol. 3. Curt. iun. in conſi. 295.
col. 2. vol. 2. Alcia. in conſi. 584. num. 1. & in conſi.
663. nu. 2. Crau. in conſi. 85. nu. 8. conſ. 125. nu. 5.
prædictorum autem ratio eſt, quia pater vel auus
dotem videntur dare animo compenſandi cum le-
gitima, quam filio ſeu nepti relinquere tenetur, ex
quo legitima eſt debitum neceſſarium, vt per Do-
ctores in auth. præterea, C. vnde vir & vxor. Ideo
dos imputatur in legitimã: ſed vbi declarat ſe non
eo animo dotem dare, nõ inducitur imputatio aut
compẽſatio, quia ceſſat ratio, propter quam ſolet
induci. in præſenti autẽ facto Dominus Ioan. Do-
minicus, qñ donationem fecit, proteſtatus eſt ſe
eam facere, ita ꝙ nõ intelligatur legitima, nec tre-
bellianica, &c. quæ verba imputationem expreſsè
excludunt: nam ſi ea fieret, vtique illa dos intelli-
geretur legitima contra mentem aui donantis.

Et quamuis in teſtamento declaret vnus ſe do-
tem promiſiſſe eo animo vt imputaretur in legiti-
mam, tñ ea declaratio non operatur quod imputa-
tio fiat: nam cũ ita auus donauerit ne imputaren-
tur, non potuit ex poſt declarare eo animo donaſ-
ſe vt imputarentur, quia pactum eſt ſeruãdum. l. 1.
23 ff. de pac. & contractus † a principio ſunt volun-
tatis, & poſt factum ſunt neceſſitatis, l. ſicut, C. de
actio. & oblig. l. in commodato, §. ſicut, ff. cõmod.
& donationi iam perfectæ non potuit auus appo-
24 nere onus † imputationis, l. perfecta, C. de donat.
& eſt tex. in l. illud, C. de collat. vbi niſi pater tem-
pore donationis id expreſſerit, quibus verbis col-
ligitur onus poſſe quidem apponi donationis tem-
pore, ſed non ex poſt. id, quod voluit ẽt Ale. in cõſ.
8. nu. 1. vol. 2. conſ. 8. nu. 9. vol. 3. & in terminis di-
cit Bereng. in l. in quartã, in 3. par. nu. 88. ff. ad leg.
falcid. quòd pater, qui donauit filio aliquid dona-
tione valida, non põt in teſtamento diſponere ꝙ
ea donatio imputetur in legitimam, quia hoc eſſet
tacitè donationem reuocare, quòd ſicuti pater fa-
cere non põt in odium donatarij extranei, multo
minus poteſt in odium filij. & idẽ voluit Grat. in
conſi. 7. num. 42. vol. 2. & vbi donatio a principio
vel ſui natura, vel ex pacto non eſt imputanda, pa-
ter vel auus diſponere non poteſt quod impute-
tur, vt probat Picus d. l. in quartã, nu. 271. in prin.
& dicit Bal. in conſi. 381. vol. 4. quod poſt perfe-
25 ctam donationem non põt donator † in teſtamen-
to vel codicillis iniũgere donatario aliquod onus.
& mouetur plurib. rationibus, & præcipuè quia te-
ſtamentum vel codicilli non derogant contractui
vel actui inter viuos celebrato: ſed econtra aliena-
tio facta inter viuos derogat teſtamẽto, & cuicũq;
vltimæ voluntati, & ius quæſitum ex contractu nõ
poteſt tolli vel minui vnius contrahentium volun-
tate. cum ergo a principio facta ſit donatio cum ea
adiectione ne imputaretur, & cum ea fuerit acqui-
ſitum ius Dominæ Magdalenæ, non licuit auo il-
lud auferre, mandando quod fieret imputatio.

Nec dicatur, ꝙ verba poſita in donatione, ibi,
non intelligatur legitima, &c. nõ ſint referenda ad
Dominã Magdalenam, ſed ad Dominũ Io. Bapti-
ſtam eius patrem, quaſi donans ſenſerit quòd ea
donatio non eſſet imputãda Domino Io. Baptiſtę
in legitimã: quia reſpondetur non potuiſſe auum
de alia legitima intelligere, quàm de ea, quę debe-
retur Dominæ Magdalenæ: non autẽ de ea, quę fi-
lio deberetur, quandoquidẽ expreſsè auus conue-
nit, ꝙ ſi Dominus Io. Baptiſta ſuperuiueret dona-
tori, ea donatio foret irrita, & habeatur pro nõ fa-
cta, ſed ſolum habeat locũ vbi prædecedat patri.
in eo ergo caſu, quo donatio debet eſſe valida, &
ſortiri effectum, nulla debebatur legitima Domi-
no Io. Baptiſtæ, quia filio in vita patris nulla legi-
26 tima debetur, † ſed ſolum poſt mortem naturalẽ
patris, Bar. in l. ſi qua mulier, nu. 22. C. de ſacroſ.
eccl. Bal. in l. 1. nu. 13. C. de inoff. donatio. Ang. in
Auth. de immenſ. donat. nu. 7. & eſt caſus in l. 1. §. ſi
impuberi, vbi Bart. no. ff. de colla. bono. & multis
confirmat authoritatibus D. Becius in conſi. 34.
nu. 17. ſed Dominus Io. Baptiſta non expectauit
mortẽ patris, ſed multò ante extremũ clauſit diẽ,
ideo de eius legitima non potuit pater intelligere.
cum ergo illa imputatio poſſet ſolũ habere locũ,
vbi Domina Magdalena obtineret primum locũ
in ſucceſſione aui, debet pactum referri ad eam, vt
ſcilicet ſibi donatio non imputaretur: talia enim
27 ſunt ſubiecta, † qualia prædicata demonſtrant,
Barba. conſi. 17. nu. 10. vol. 1. Neuiza. conſi. 42. nu.
4. Bellon. conſi. 49. nu. 3. & ſi donatio ſuperuiuen-
te Domino Io. Baptiſta non erat valitura, fruſtra
fuiſſet appoſitum pactum, quòd non imputaretur
in legitimam Domini Io. Baptiſtæ. non enim im-
putat in legitimam filius, quod neque ſibi, neque
alij datum eſt contemplatione ſua, neque exiuit
patrimonium patris. & quod non eſt, imputari nõ
poteſt, l. decem, ff. de verb. oblig. l. eius, qui in pro-
uincia, ff. ſi cert. pet. & ea non debet ſumi interpre-
28 tatio, † per quam partes videantur actum feciſſe
fruſtratorium, l. ſi prętor, ff. de iud. Ruy. in conſil.
57. nu. 6. uolum. 3. Crau. in conſi. 35. num. 25.

Pariter non obſiſtit, quòd in dictis aureis bis
mille quingentis imputandæ ſint dotes auiæ pa-
ternę; quia cum auus dotat neptem, uidetur eam
29 dotare de proprijs bonis, † nõ autem de bonis ip-
ſius Dominę Magdalenę, l. [illegible]. C. de dot. prom. vbi

fortius

fortius dicitur procedere, etiã ſi dixerit pater do-
tem ſe dare de bonis ſuis & filiæ, Afflict. in deciſ.
179.vbi fortius ait eſſe verum, ẽt ſi pater plures ha
beret filias,& bona ſufficerent ſolum pro illa, quã
dotauit,Bal.Nouell.in tract.dot.par.6.in 3.priui-
leg.Campeg. in eodem tract. par.1.q.16. Crot.in
conſ.95.nu.7.Alciat.in tract.præſ.reg.prima,præ-
ſump.26.nu.1.Iaſ.in l.1.nu.23.ff.ſoluto matrim.
Pariſ.in conſ.80.n.1.& ſeq.vol.3.& dicit Bal.No-
uell.in d.tract.priuileg.6.par.6. ꝙ eſt verum, licet
pater dixerit ſe dotare de bonis tã ſuis quàm filię,
quia copula illa fauore dotis ponitur pro diſiũcta,
vt videatur dotaſſe de bonis filię in defectum ſuo-
rum.ex quibus videtur, ꝙ non ſit verum, id quod
voluerunt Corne.Marian.Bartholomæus Soci.&
Alcia.dũ dicunt, cenſeri patrem dotaſſe de bonis
filiæ,qñ dicit,computato omni eo quod, &c.cum
doctrina Bal.non videatur contrarium probare.

Sed ſi eſſet quoque vera illa deciſiò,haberet lo
cum, qñ auus tempore promiſſæ dotis declaraſſet
ſe dotare de bonis neptis:tunc enim declaratio no
ceret.ſed id non fecit,quando donauit,verum per
annos poſtea, & ideo ſequens illa declaratio facta
30 in teſtamento,non nocet nepti, † cui ius iam erat
quæſitum,vt probat expreſsè Ange.in conſi.209.
qui nu.1.& ſeq. dicit, quòd vbi pater ſimpliciter
dotauit filiã, videtur de bonis proprijs dotaſſe. &
licèt ex poſt dicat ſe dotaſſe eo animo vt intelligã-
tur incluſæ dotes matris, tamen ſequens illa con-
feſſio non nocet filiæ,cui ius erat quæſitũ per pro-
miſſionem ſimpliciter factam,l.1.§.accedit,iuncta
glo.in ver.fecerit,C.de rei vxo.actio. & ſecundum
eum, vt cognoſcatur quo animo pater dotem ꝓ-
miſerit,attendimus tempus promiſſionis, non ſo-
lutionis ex interuallo ſequutæ. & dicit eſſe caſum
in l.ex morte,in fi.C.de pactis conuen. & eã Ang.
deciſionem probauit Aret.in l.1.col.1.ver.ſecun-
dò aduerte,vbi Ripa,nu.88.ff.ſol.matr.

Et quamuis declaratio ſoleat retrotrahi ad tp̃s
celebrati actus,tñ hoc procedit,quando actus erat
dubius: ſed qñ erat clarus,& ex eo ius erat quęſi-
31 tum, tunc non eſt propria declaratio, † ſed noua
diſpoſitio,& non tollit ius quæſitum, nec præiudi
cat.ita declarat Caſt.in l.hæredes palam,§.ſi quid
poſt,ff.de teſtam.Caſt.in conſ.338.nu.9.& conſi.
357.nu.5.vol.1.Iaſ.in conſi.128.nu.6.vol.4.Dec.
in c.cum veniſſent,nu.3.extra de iudic.& in conſ.
214.nu.5.Dominus Becius in conſi.3.n.44.addo
Ale.in conſ.11.nu.14.vol.7.Pariſ.in conſi.50.in fi.
vol.4.Tiraq.in l.ſi vnquam,in ver.libertis,nu.15.
C.de reuoc. donat. Rol.in conſi.46.nu.38.vol.2.
& licet ſtandum ſit dicto alicuius circa ea, quæ pẽ-
dent ab animo: tñ hoc non procedit,qñ ille habet
32 contra ſe prę́ſumptionem: † tunc enim non ſtatur
eius dicto ẽt iurato, Gemi.in ca.eos qui, de temp.
ord.Fely.in c.ſignificaſti,col.1.il primo,de homi.
Dec.in c.cognoſcentes, col.18.de conſtit. Ruy.in
conſi.13.nu.4.vol.5.Marſi.in conſ.9.nu.36.Natta
in conſi.238.nu.10.Alba in conſi.18.nu.5. Cęph.
in conſ.314.nu.38.Menoc. de arbit.iudi.caſu 186.

nu.5.in pręſenti autem facto non erat dubium, ex
quibus bonis pręſtandi eſſent aurei bis mille quin
genti donati, quia certum erat eſſe ſoluendos de
bonis aui donantis,& a iure oritur præſumptio,ꝙ
de proprio auus promiſerit. ergo non eſt curandũ
de ſequuta declaratione;id,quod confirmatur, nã
illi aurei non fuerunt ſimpliciter promiſſi in causã
dotis,ſed titulo donationis, proinde non eſſet ve-
ra donatio ſi facta eſſet de bonis ipſius neptis,quę
ab inuito auo poterãt extorqueri, ſed eſſet potius
proprij debiti ſolutio,quia donatur id,quod ſpõ-
te datur, l.donari, ff.de reg. iur. Quinimò ſi in ea
donatione includerẽtur dotes auiæ paternę & ma-
tris,fuiſſet neptis læſa per donationẽ,quia plus re-
miſiſſet quàm per donationem ſibi foret collatũ.
credendum eſt igitur quòd voluerit auus donare
de proprio,licet pœnitentia ductus,vel aliorũ ſug
geſtionibus mutauerit propoſitum,quòd ſi voluit
de proprio donare,certè non prohibebitur neptis
exigere dotes auię paternę, per ea,quę in ſortiori-
bus terminis ponit Bar.in l.iuriſiurandi, §.ſi libe-
ri,in fi.ff.de ope.liber.vbi filia, cui pater fecit lega
33 tũ ita,quod nihil vltra petat † de bonis ſuis,pote-
rit vltra legatũ conſequi dotes maternas, quia nõ
ſunt in bonis patris, & illam deciſionem ſequitur
Ale.in l.ſi cum dotem,§.ſi pater,col.4.ff.ſol.mat.
Barbat.in ca.officij,col.15.de teſtam. Iaſ.in auth.
pręterea,nu.26.vbi Fabian.n.54.& Riminal.in fi.
C.vnde vir & vxor. & alios citaui in cõſ.112.n.82.

Super eo verò,quod quęritur,an vigore ſubſti-
tutionis factę ab auo poſſit ſubſtitutus aliquid cõ-
ſequi poſt mortem Dominę Magdalenę, non vi-
detur mihi neceſſe pertractare quæſtionem illam
admodum inter Doctores controuerſam, an mo-
naſterium ſuccedat loco filij, & excludat ſubſtitu-
tum;quia quęcunque verior ſit opinio,certum eſt
ꝙ ſubſtitutus nihil omnino habere poterit,q̃a gra
34 uari non põt is, qui non † fuit a teſtatore honora-
tus, l.ab eo, C.de fideicom. & non põt a teſtatore
imponi grauamen,quod excedat commodum reli
ctum,l.ciuitatibus, §.fi.vbi Bar.ff.de leg.1.Bart.in
l.non amplius, in prin.ff.eo.tit. & in l. Pamphilo,
§.fi.ff.de leg.3.Sali.in l.fi.C.qñ dies leg.ced. auus
autem in teſtamento nihil omnino reliquit Domi
næ Magdalenę; ergo non potuit fideicommiſſum
iniungere. & quamuis in eo teſtamento dicat, ſe
inſtituere neptem in illis aureis bis mille quingen
tis,tñ ea eſt uerbalis,& inutilis inſtitutio,quia eos
aureos Domina Magdalena habet non ex teſtamẽ
to,ſed titulo donationis inter viuos, & ea inſtitu-
tio habetur pro non facta, ut dicunt Doctores in
35 dote, q̃ data fuit de proprijs bonis filię: † ea enim
ſtante ſtatuto quòd filia dotata non ſuccedat,non
excludit filiam, Bal.in l.neque mater pro filia,nu.
3.C.de iure dot. Anch.in conſi.80.nu.2. ver. prę-
terea alia ratione. Corne.in conſi. . . . . . colum.2.
uerſi.item huiuſmodi,uol.4.Socin.in conſil. 121.
num.2.uer.poteſt etiam,uolum.1.Iaſ. in l.ut libe-
ris,num.6.C. de collatio. Dec.conſi.589.num.8.
Cur.iun.conſi.150.num.10.Brun. de ſtat.excluſ.

in

in 6.prin.artic.nu.235. Georg.Nat.in eo.tract.q.
2.nu.70.Campeg.in d.trac.q.15.nu.70.& cũ dos
data fuerit ita ꝙ non imputaretur in legitimã,non
potuit in ea fieri fideicõmiſſum,ſicuti in ipſa legi-
tima non datur ſubſtitutio valida: nã etſi poſſit pa
36 ter filiã inſtituere† in dote iam data,vt voluit Iac.
de Are.in l.ſi cum dotem,§.ſi pater,ff.ſol.ma.Bal.
in l.quoniã in prioribus, col.2.verſ. extra vlterius
oppono,vbi ẽt Roder.in 13.lim.C.de inoſ.teſt.tñ
quatenus ea dos capit legitimam,non admittit ali
quam ſubſtitutionem,Cy.in l.vnica,§.videamus,
in fin. C.de rei vxo.actio.l.Lucius,§.maritus, vbi
Bar.ff.ad Treb.Bal.& Sali.in l.quoniam nouella,
C.de inoff.teſtam. & hoc dicit notandũ Roder. in
d.l.quoniã in prioribus, in 12.ampliat.ideo enim
ſubſtitutio non valet in legitima, quia pater non
põt grauare in ea, quã filius habet a lege. ita ergo
non poterit ſubſtituere in dote, quã neptis habet
titulo inter viuos, qui non poſſet ab auo infringi:
& grauatus onere fideicõmiſſi tenetur ſolum reſti
37 tuere,† quod habuit hæreditario titulo,l.cohære-
di,§.cũ filiæ,ff.de vulg.l.debitor,§.ſi. vbi Docto-
res,præcipuè Alc.nu.2.ff.ad Treb.l.poſtulante,§.
ſi in huiuſmodi,vbi Ange.ff.eo.Alex. in conſi.20.
nu.9.vol.3.Dec.in conſi.81.in ſi.Gozad. in conſi.
92.nu.2.Natta in conſi.255.nu.6.Crauc.in conſ.
144.nu.4.Cæpha.in conſi.272.n.42.& procedit,
etiam ſi habuiſſet a teſtatore,& ex iudicio teſtato-
ris,non tamen hæreditario titulo, l.qui hæredi,§.
cum hæreditas,ff.de condi.& demonſt.Crauet.d.
conſi.nu.4.Rol.de confect.inuent.§.an hæres, nu.
2.ſolio 134.ampliat Caſt.in conſi.77.in 2.dubio,
vol.2.& in conſi.448.num.3.eod.volum.

Accedat, quod relictum dotis factum in teſta-
38 mento,eſt nullum, quia res † mea nõ poteſt mihi
legari vel relinqui,§.ſed ſi rem legatarij, Inſtit. de
legat.l.proprias,C.eo.tit.l.cæteras,§.1.ff.de lega.
1.l.huiuſmodi, l.ſi Titio, vbi Iaſ.in 2.notab.ff.eo.
titul.ſi ergo primum relictum eſt nullum,non po-
teſt ſubſtitutio de eo facta valere,quia ſubſtitutio
eſt ſecunda inſtitutio, iuribus vulg.

SVMMARIVM.

1 Laicus cognoſcit contra clericum vaſallum ratione feudi. fallit,nu.13.& ſeqq.

2 Clericus cognoſcit contra laicum vaſallum.

3 Iudicare quis poteſt in cauſa propria, vbi agitur de delicto, quia vtilitas venit in conſequentiam.

4 Laicus non cognoſcit contra clericum etiam in minoribus.

5 Clericus non poteſt etiam cum epiſcopi conſenſu conſentire in Iudicem laicum.

6 Iudicare in cauſa propria nemo poteſt. vide tamen ſupra, num. 3.

7 Pares curia cognoſcunt, quando agitur inter dominum, & vaſallum.

8 Clericus conuenitur coram paribus curia, quando res eſt inter dominum, & vaſallum.

9 Pares curia vbi non extant, cognoſcit ordinarius conuenti.

10. Pacta ſeruari debent, pracipuè in feudo, nu.12.

11. Feudum, eſt contractus.

12. Feudum recipit quacunque pacta, etiam extranea.

13. Clericus vaſallus non conuenitur coram domino laico, quando non agitur ex lege feudi.

14 Feudi ius non dicitur tractari, niſi quando dominus illud expreſſè deduxit.

15. Clericus etiam vaſallus non conuenitur coram laico, quando agitur de delicto: etiam lege feudi.

16 Princeps non põt tollere ius quaſitum ex contractu.

17 Nemo dat, quod non habet.

18 Duo quando obſtant, non ſufficit alterum remoueri.

CONSILIVM CXCIII.

COGNITIO cauſæ criminaliter inſti
tutę contra Reuerendum Dominũ
Matthęũ Molum de Buzano, eo ꝙ
verbo & ſcriptis vocauerit ſe ex Do
minis Buzani, pertinere videtur ad
Illuſtres Dominos Comites Ripariæ, a quibus d.
Molus recognoſcit in feudum bona omnia, q̃ poſ-
ſidet: Nã & ſi principaliter agatur de crimine, ve-
nit tñ in cõtrouerſiam priuatio feudorum. omnis
enim, qui ſe facit regẽ, contradicit Cæſari, vt dici-
tur in Euangelio. & licet regulariter Index laicus
non poſſit cognoſcere contra clericum, tñ fallit qñ
1 clericus eſt vaſallus,& agitur ratione † feudi, Inn.
in c.verum, nu.1.de foro compet. Archid.in ca.1.
col.2.de cler.coniug.in 6.Iſern.in cap.1.§.item ſi
ſi clericus,col.2.d.cap.Conradi,Soci.in conſi.12.
nu.21.vol.1.Dec.qui dicit communem poſt alios,
quos citat,in c.cęterum,de iud.Iacobin. in ſua in-
ueſtit.in verſ.& dicti vaſalli,num.3.ubi in ſi. dicit
cõmunem,& non eſſe tutum ab ea recedere, Cur.
iun.in tract.feu.par.1.q.2.nu.3.& par.vl.num.15.
verſ.circa iſtam ſecũdam regulam.hanc ẽt ſenten-
tiam probarunt Guido Papę, Felyn. Zaſ. moder.
Pariſien.Igne.Duran.Cla.Arnecton.& Onſtrech.
quos omnes citat, & ſequitur Meno. de retin.poſ.
remed.3.nu.396.ubi duas recenſet huius dicti ra-
tiones; ſed alias ponit Bal.in cap.1.de controuerſ.
inueſtit. apud par.term.Maran.in tracta. de ordi.
judic. par.4.diſtinct.11.num.75. Amad. de Pont.
in tracta. quis ſit Iudex in cauſa feud. col.fin. 8.in
ſi.verſ.adde quod etiam. & idem eſt, quando do-
2 minus feudi eſt clericus & vaſallus † laicus,d.cap.
verum,vbi Abb.& alij, Soc.d.conſi.12.nu.21.Ma-
ran.d.diſtin.11.nu.7.Menoc.d. remed.3. nu.409.
Amade.d.col.8.in ſi.& quod dictum eſt de vaſallo
clerico, procedit etiam ſi ex vaſallis plures eſſent
laici, & vnus ſolus clericus, quia ſic etiam ſeruatur; Soc.d.conſil.12.nu.17.Maran.d.diſtin.11.nu.
21.in ſi.vbi loquitur extra cauſam feudi.

Et quamuis orta contentione inter dominum
& vaſallum ſit terminanda cauſa coram paribus
curię, non autem coram domino: tamen prędi-
cti Domini Comites habent a Sereniſſimo Do-
mino Duce Mantuę, & Montisferrati, necnon &
ab Excellentiſſimis ſuis anteceſſoribus priuilegiũ
cognoſcendi cauſas proprias, & de illius priuile-

gij validitate nõ videtur dubitandũ, ex quo conce
dentes habent in Ducatu Mõtisferrati iura Impe
rij,& poſſunt in eo quantũ Imperator in Imperio.
Accedat, ꝙ principaliter non agitur de cõmo-
do ipſorum Dominorum, ſed de publica vindicta;
ideo licèt in conſequentiam commodum aliquod
proueniat ipſis Dominis, non eſt de eo curãdum,
3 nec impediũtur de cauſa delicti cognoſcere, † Gul.
de Cun. in l.cũ debitoris, C.de iudic. quẽ citat &
ſequitur Ale. in conſ.13.nu.10.vol.6. qui præciſè
loquitur de ſeudo,& ſequitur ẽt Boſſius in titu.de
foro compet.nu.173. vbi dicit, ꝙ tali caſu nedum
Princeps, ſed etiã quilibet inferior poteſt cogno-
ſcere, & defendit Craue.in conſi.232.nu.8.vſque
ad finem, Natta in conſi.98.nu.28.in fi. & nume.
ſeq.Amad.de Pont.d.tracta.col.2.in fine.
Non obſtãtibus tamen prædictis, exiſtimo cau
ſam prædictam non poſſe a dictis Dominis cogno
ſci, multis de cauſis. Primò, quia Iudex laicus non
4 poteſt cognoſcere † contra clericum, ca.1.& 2.de
foro comp.c.placuit, c.ſi diligenti, eo.tit.c.inolita,
11.q.1.dicitur enim res ſpiritualis, ex quo Deo ſe
dicauit, c.qui portio, 12.q.1.Inno.& Io.And.in c.
ſignificantibus, de off.deleg. & in c.1.de maior. &
obed.& cauſam perdit, qui clericum trahit coram
laico, auth.ſtatuimus, C.de epiſ. & cle.Soc.in cõſ.
12.nu.16.vol.1.Boſſ.in tit.de foro comp. nu.143.
Rol. in conſil.4.nu.6.vol.1. & procedit nedum in
conſtituto in ſacris & ſacerdote, qualis eſt Domi-
nus Matthæus, ſed etiam in eo, qui ſolum ſit inſi-
gnitus minoribus ordinibus, cap.2.de foro comp.
Soc. d.conſi.12.nu.16. qui dicit, quod ita tenent
omnes propter negatiuam vniuerſalem poſitã in
illo textu, Marſil. in conſi.67.col.18. Gram. voto
33.nu.7.Franc.de Marc. deciſ.637.in 2.par.Nat.
in conſi.495.nu.13.Rol.d.conſi.4.nu.16.in tantũ,
5 quòd non poteſt renunciare † priuilegio, & con-
ſentire in Iudicem laicum cum iuramento, c.ſi di-
ligenti, de foro comp. ẽt cum ſui Epiſcopi cõſen-
ſu, gl.in c.ſignificaſti, vbi Abb.col.fin.eod.tit.Alc.
conſi.8.colum.1.vol.1. Alber. in tract. ſtatuto. in
3.par.num.42.Iacobin.de ſancto Georg. in l.pen.
num.9.C.de pact. & in l.1.in princ. num.13.ff.de
iudic.Marant.d.tracta.diſtinct.12.nu.2.verſ.item
in tantum, Clar. de feud.quæſt.90.nu.10. Rol.d.
conſi.4.nu.16. vbi latè ampliat, Clar. pract.crim.
§.fin.quæſt.35.nu.4.vbi ampliat multis modis,&
inquit hoc priuilegiũ prouenire a iure diuino, &
non valere contrariam conſuetudinem, allegat in
criminalib.tex.in c.cum non ab homine, de iudic.
Secundò moueor, quia dicti Domini Comites
non poſſunt, nec debent eſſe Iudices in cauſa pro-
6 pria,& in qua tractatur de ſuo † proprio intereſſe,
l.Iulianus, la ſeconda, ff.de iudic.l.qui iuriſdictio-
ni, ff.de iuriſ.om.iud, l.1.C.ne quis in ſua cau. vbi
gl.citat multos concordantes, gl.in l.2.C.de ſent.
quæ ſine cer.quan.profer. Oldr. in conſ.234.in fi.
Bal.in tit.de inueſtit.in marit. facta, col.2.verſ. de
propria autẽ, Soc.in conſi.96.n.7.vol.1.Amanell.
ſing.189.Alcia. in cõſ.364.nu.6.Biu. in conſ.142.
Nat.in conſ.294.nu.1.Boſſ.in tit. de foro compe.
nu.38.Maran.de or.iudic.in 6.par.in 2.actu prin.
nu.32.Vant.in trac.de nullit.ex defec.iuriſd.ordi.
nu.93.Rol.in conſi.16.num.1.vol.2.& huius dicti
Cy.in d.l.1.ponit multas rationes, dixi in conſ.47.
nu.1.& 2. vbi probaui quod nec ẽt dominus põt
Iudicem deputare ad cauſam propriam cognoſcẽ
dum. hinc dicit Zaſ. in trac.feu.poſt gl. Bal.Aluar.
& Aret.par.11.concluſ.6.verſ. hoc tñ loco notan-
dum, folio mihi 197. quod non valet conſuetudo,
quòd in controuerſia vertente inter dominum &
vaſallum, dñs eligat pares, corã quibus cauſa tra-
ctetur: quia non ſolum contradicit iuri feudorũ,
ſed etiam iuri ciuili, & rationi naturali, & latè in-
uehit contra Dominos, qui contrariũ ſeruant. Igi-
tur in præſenti caſu poſtquàm tractatur de feudi
amiſſione, non eſt concedenda cognitio Dominis
Comitibus, quib. ĩ caſu priuationis applicaretur.
Tertiò clarum eſt, ꝙ vbi de feudo eſt controuer
ſia inter dominum & vaſallum, non põt dominus
eſſe Iudex, ſed cauſa dẽt cognoſci apud pares cu-
7 riæ, † eſt tex.in ca.1.§.præterea ſi inter, de prohib.
feu.alien.per Fede.ca.inter, de controu.feu.apud
par.termi.c.dñus, de mili.vaſ.qui contum.eſt, Iac.
de Ardizo.in ſua feud.ſum.ca.138. in prin. Iacob.
Beluiſ.in c.1.§.vlt.de inueſtit.in marit.fac. Imola
in c.cæterum, de iudic. ubi ait ſequendã eſſe Iaco-
bi Beluiſij opinionem tanquã magis periti in ma-
teria feudorum, & ibi ẽt Fel.nu.10. & Dec.nu.12.
ver.quinto caſu, Soc.d.conſ.12.nu.21.vol.1.Iaco-
bin.in d.trac.uerſ.& dicti uaſalli, nu.2.Soc.in c.ex
tranſmiſſa, num.9.verſ.ſi uerò quæſtio eſt, de foro
comp.Boſſ.in ti.de foro cõp.n.170. & ſeq.Cla.de
feu.q.90. in prin.Meno.de retin.poſſ.reme.3.nu.
433.Rol.in conſi.89.n.19.vol.2. Amad.de Ponte
in d.ti.quis ſit Iudex in cau.feu. in prin. & hoc ꝓ-
8 cedit, ẽt ſi uaſallus † ſit clericus, Inno.in c.uerũ, de
foro comp. Bal.& alij, quos citat Iacobin.d.uer.&
dicti uaſalli, nu.3.Soc.d.c.ex tranſmiſſa, n.9.uerſ.
& hoc procedit, ẽt cõem dicit Alex. in conſi.79.in
prin.uol.1. Clar.d.q.90.nu.4.Meno.d.rem.3. nu.
349.& ubi nõ extant pares curiæ, tunc ordinarius
9 † Iudex rei conuenti cognoſcit, gl.in d.§.præterea
ſi inter, Abb.d.ca.cæterũ, nu.7. ubi Aret.nu.31.&
Dec.nu.12.Iacobin.in d.uerſ.& dicti uaſalli, n.16.
Soc.d.c.ex tranſmiſſa, nu.21.Meno. loco prędicto,
nu.444.Amad.d.tit.col.3.uerſ.limitatur ẽt. quini-
mo inoleuit in hoc Ducatu cõſuetudo, quod Se-
natus cognoſcit loco parium, qui nõ extant inter
dominũ & uaſallos. & uidemus quotidie eã ſerua
ri,& uidi de ea atteſtantem illuſtrem Iuriſconſul-
tũ Dñm Guliel.de S.Georgio, huius Senatus Prę-
ſidẽ; in ſuis deciſionibus non impreſſis. & ſimilis
conſuetudo uiget in curia Pedemontana, ſecun-
dum Iacob.loco ſupracitato, nu.2.uerſ.aduertite,
Amad.d.quęſt.nu.2.& Mediolani, ut inquit Boſſ.
de foro comp. nu.174. & huiuſmodi conſuetudo
ualet, ut atteſtantur prædicti omnes, Menoc. loco
prædicto, nu.445.Rol.in conſi.89.nu.19.uol.2.
Quartò in antiquis inueſtituris, ad quas ſemper

nouæ

nouæ referuntur,extat expreſſum pactũ,ꝙ quan-
docunq; cõtigerit tractari de feudo, adeatur excel
lẽtiſſimus Senatus,atq; is ſolus ſit inter eos iudex:
ergo ab eo non eſt diſcedendũ,q̃a nihil magis con
10 uenit ęquitati quàm pacta † ſeruare,l.1.ff.de pact.
Dec.in cõſ.298.n.1.In cõſ.312.col.fi.Pariſ.in cõſ.
38.vol.1.Bero.in conſ.143.nu.17.vol.1.Neuiz.in
conſ.11.n.10.conſ.66.nu.18.præcipuè in cõtractu
11 vltro,citroq; obligatorio,quale eſt † feudũ,Bar.in
l.iuriſgentium,§.quinimò,col.fin.ff.de pact.Cur.
iun.in trac.ſeu.par.2.q.7.nu.52.D.Becius in cõſ.
28.nu.10.& pactum conuentum derogat naturæ
feudi,c.1.vbi no.Bal.de ſeu.non haben.propr.na
tur.Anch.in conſ.17.recipit enim feudum quęcũ-
12 que † pacta etiam extranea,c.1.§.pen.tit.quid ſit
inueſt.c.1.de ſeu.nõ hab.prop.nat.in c.1.de duob.
frat.a cap.inueſt. Bero.in conſ.79.nu.5.vol.1.vbi
dicit prætoris dictum,pacta ſeruabo,de quo in l.1.
§.ſi cõueniat,ff.depoſ. vendicat plurimũ ſibi locũ
in feudo,D.Becius,qui exornat , in conſi.101.nu.
28.& ſeq.qui allegat id,quod dicimus inueſtituræ
formam derogare feudi naturæ. Cum ergo habea
mus pactum clarum , non eſt ab eo recedendum.

Et non mouet , ꝙ vbi de feudo agimus, conue-
niatur etiã clericus ſub Iudice laico:q̃a r̃ndeo mul
tis modis. Primò,quod etſi cõueniatur corã laico,
tñ non conuenitur corã domino,de cuius præiudi
cio agitur,ſed corã paribus, vel corã excellentiſſi-
mo Senatu,qui parium vices habet,vt ſupra dixi.
Itẽ ꝙ ex pacto Senatus eſt Iudex,ſi prętendũt do
mini ꝙ hic agatur de feudo. Tertiò r̃ndeo, quod ſi
principaliter de feudo,ſed de delicto ad publicam
vindictã,non poſſunt ipſi domini,nec etiam Sena
tus cognoſcere contra clericũ,qui non eſt ſub eo-
rum iuriſdictione:dixi enim ſupra in primo ſunda
mento,quod laicus non poteſt clericũ punire,& ꝙ
dictum laicũ cognoſcere contra vaſallum clericũ,
procedit quando agitur de cauſa feudi:at ubi non
13 agitur de lege feudi,† adeundus eſt Iudex ordina
rius.ita diſtinguendo dicit Inno.in c.cęterum,nu.
4.de iud.vbi inquit,quòd corã ordinario tractan-
da eſt cauſa,quãdo agitur de re feudali, non tñ ex
lege feudi,puta pignoratitia,vel depoſiti , uel alia
actione,ſequitur Abb.ibi,nu.13. qui ponit exem-
plum, quãdo agitur ex iniurijs illatis ſuper feudo,
ſiue cauſa ſit criminalis,ſiue ciuilis,Fel.n.8. Bal.in
c.1.n.3.de inueſt.in marit.ſacta, Soc.in c.ex tranſ-
miſſa,nu.9.in prin.de ſoro comp.ubi inquit,ꝙ ge-
neraliter Doct.ita concludunt,Soc.d.conſ.12. nu.
21.& ſeq.Cur.iu. ĩ tract.ſeu.par.7.col.3.ver.ſepti
mò fallit,vbi dicit communẽ eſſe opinionẽ,Alc.in
conſ.79.n.3.ver.ſed præmiſſis nõ obſtãtibus, vol.
1.vbi poſt Io.And.& alios dicit, quod Iudex feudi
non habet iuriſdictionẽ in vaſallũ, niſi in quãtum
agitur ex lege feudali:ideo ſi actionis fundamentũ
non pendet a lege feudali,dominus non eſt Iudex
etiam inter uaſallos.& ſubdit non ſufficere ꝙ reus
excipiendo rem habere in feudum,niſi actor in li-
bello innitatur ex feudo,Soc.in conſi.27.n.2.vol.
3.vbi ait Innocentij dictum eſſe elegans,& ſubdit

acta omnia agitata corã domino , eſſe nulla,Cur.
iun.in fi.dicti tract.ver.ſextò fallit,Mil.in ſuo rep.
in ver.feudi quęſtio,il primo,Zaſ.de ſeu.p.11.ver.
quinta concl.Menoc.d.rem.3.n.443. Amad.d.q.
col.9.ver. tertia conſideratio eſt reſpectu iudicij ,
& cauſę.hic aũt actum eſt non ex lege feudi,ſed iu
re communi,vt puniatur D.Matthæus,nec in que
rela,aut inquiſitione deductum eſt ius feudi.duæ
enim cauſæ tantum pertinent ad legem feudi,i.il-
lius conſtitutio & priuatio,Bal.in c.1.inter pares,
nu.2.Menoc.d.rem.3.nu.423.imò quãdo vtroq;
14 iure poteſt agi,ſi dominus non expreſsè † deducat
ius feudi,non dicetur tractari de feudo , c.ex par-
te,vbi gl.de ſo.comp. Ale.d.conſi.79.nu.6.vol.1.
& hęc procedunt nedum in vaſallo clerico , ſed e-
tiam in laico,qui tali caſu remittitur ſuo iudici.

Quinimò fortius dico, ꝙ ſi principaliter agere-
tur contra clericum ad priuationem feudi ex deli-
cto:tũc ſiue criminaliter agatur,ſiue ciuiliter, ſem
15 per eccleſiaſticus Iudex † cognoſcit,nõ aũt domi
nus,vel alius Iudex laicus, q̃a de crimine clerico-
rũ nemo laicus cognoſcit. hæc eſt notabilis doctri
na Inno.in c.verũ,n.2.& n.3.de foro cõp. & ibi ſe
quitur Hoſt. But.& Abb.n.17.Soc.in d.c.ex tranſ
miſſa,nu.32.ver.hęc tñ concluſio procedit,vbi ge
neraliter loquitur in quacunq; criminali cauſa. &
d.conſ.12.n.22.in fi.Iacob.in d.ver.& dicti vaſal-
li,n.5.ĩ fi.ver.quid aũt ſi ageretur,Meno.d.rem.3.
n.402.ver.hęc doctrina,vbi allegat Milũ loco præ
dicto,Amade.in d.q.col.8.ver. adde ꝙ ẽt ſi,vbi ſe
quitur,Soc.in d.c.ex trãſmiſſa.ſiue igitur cauſa ſit
ex lege feudi, ſiue non , dominus non erit Iudex ,
ex quo agitur criminaliter contra clericum , & ita
quoque concludit Bero.in conſi.82.nu.11.vol.1.

Similiter non aduerſatur priuilegiũ cognoſcen
di cauſas,ĩ quib.tractatur de ſuo intereſſe,quia o-
miſſa quæſtione,an tale priuilegium valeat,cũ ſe-
cundum multos non valeat cõſuetudo,licet ſit for
tior,quod poſſit quis eſſe Iudex in cauſa propria,
ex quo inducit facilitatem peccandi, procedit pri
uilegium quo ad eos,qui non conuenerunt ſpecia
li pacto,ne poſſint coram domino cõueniri,vti fe-
cit D.Matthęus,qui pro ſe habet pactum ſpeciale,
ꝙ derogat omni priuilegio & naturæ feudi, vt di-
xi in vltimo fundamento : & priuilegium non no-
cet tertio,nec tollit ius tertio quæſitum ex contra-
16 ctu, quod nec etiam Princeps † abrogare poteſt.

Reſpondeo etiam , quod Princeps non potuit
17 ſuo priuilegio † plus iuris transferre in prædictos
Dominos vaſallos , quàm ipſe haberet,l.traditio,
ff.de acqu.rer.dom. c.nemo plus,de reg.iur.in 6.
l.nemo plus, ff.eod.tit. vbi Dec. & Cagnol. Prin-
ceps autem quacunque præfulgeat dignitate,non
poſſet contra clericum etiam vaſallum cognoſce-
re de delicto, vt ſupra probaui:ergo nec põt hanc
facultatem alij demandare.

Vltimum etiam non obſtat, quia procederet ſi
nihil aliud obſtaret,pręter quod nõ poſſint eſſe Iu
dices in cauſa propria. Nã tunc daretur cognitio,
ex quo nõ tractatur principaliter de ſuo intereſſe,

ſed hic alia obſtant: primùm pactum, ꝙ vbi agitur de feudo cognoſcat Senatus: ſecundum, qualitas presbiteratu, quæ eſt in perſona D. Matthęi, & excludit omnem laicalem poteſtatem; & quãdo plu-
18 ra obſtant, † non ſufficit vnum impedimentum remoueri, l. ſi quãdo, C. de inoff. teſtam. cum alijs, quos citaui in conſi. 50. nu. 27. Concludo igitur, cauſam non poſſe a dictis Comitibus cognoſci.

SVMMARIVM.

1 Fructus percepti ex pignore dotali, non imputantur in ſortem.
2 Mulier poſt annum luctus, non imputat in dotẽ fructus rei obligatæ pro dote.
3 Mora contrahitur per interpellationem.
4 Mulier poſt moram hæredum mariti, conſequitur vſuras dotales.
5 Mulier conſequitur vſuras dotales, ſi hæredes viri fuerunt in mora, & ipſa non habet aliunde.
6 Mulier moram paſſa in reſtitutione dotis, poteſt conſequi vſuras tanquã intereſſe damni emergentis.
7 Iuramentum obligat præciſè.
8 Iurans ſoluere, non poteſt compenſare.
9 Vſuras ſoluere qui iurauit, tenetur Deo reddere iuramentum.
10 Creditor, qui pignus poßidet, imputat fructus in ſortẽ, ĩtelligẽdo de cõſumptis, ẽt ſi ſint pcepti ab alio, cui ipſe vẽdiderit. & idem eſt in pignore prætorio.
11 Hæredes mariti imputant in ſortem fructus pignoris dotalis.
12 Ceßionarius mariti compenſat fructus cum dote ſibi ceſſa.
13 Mulier moram paſſa in reſtitutione dotis, non conſequitur alimenta, ſeu vſuras, ſed fructus imputat in ſortem.
14 Pactum quod fructus non imputentur in ſortem, non valet.
15 Cap. ſalubriter, de vſuris, non procedit in vxore.
16 Bal. in auth. ei qui iurat, nu. 39. C. de bon. auth. iud. poß. reprobatur.
17 Paupertas, & diuitiæ probantur ab allegante.
18 Regula qui innititur, obtinet.
19 Mulier, quæ dicit ſe non habere aliunde, tenetur probare.
20 Intereſſe eſt probandum, quando debetur.
21 Vſura prohibetur odio creditoris, non debitoris.
22 Iuramentum eſt perſonale, quoad periurium, ſed quo ad efficaciam tranſit ad hæredem.
23 Iuramentũ nõ validat contractũ prohibitũ odio tertij, ſed iurans tenetur obſeruare ob periurij metũ.
24 Iuramentum non obligat hæredem, quando contractus non firmatur iuramento, licèt iurans teneretur ad obſeruantiam iuramenti.
25 Hæres impugnare poteſt contractum defuncti iuratum in caſibus, in quibus defunctus impetrata abſolutione poterat contrauenire.
26 Hæres non tenetur ſeruare præciſè iuramentum defuncti.
27 Iuramentum vnius, non poteſt alij obeſſe.
28 Iuramentum non obligat ſingularem ſucceſſorem.

CONSILIVM CXCIIII.

NONNVLLA ſunt dubia diſcutiẽda in præſenti controuerſia, quæ lõgo iã tpe tractatur in Ducali Senatu Mõtisferrati inter Illuſtr. D. Comites Paulũ, & Hieronymum de Picchis a Mirãdula, parte ex vna, ac Illuſtr. D. Proſperũ, & fratres de Adurnis, filios quondam Domini Bernabę, quib. examinatis cuiq; facilimũ erit iudicare, vtra partiũ iuſtiorem cauſam tueatur. Et primò q̃dẽ illud ſeſe offert, an prædicti D. Comites a Mirãdula, vti hęredes q. Illuſt. Dominę Annę, quę fuit vxor Illuſtriſ. D. Antonioti Adurni Ducis Genuę, teneantur in ſortẽ imputare fructus, quos D. Anna, dũ vixit, atq; ipſi poſt illius deceſſum pceperunt ex bonis Caſtelleti, & Siluani ſuperioris, quę a D. Antonioto fuerãt obligata D. Annę ꝓ reſtitutione dotiũ, & augumẽti aureorũ decẽ mille, cũ expreſſo pacto iurato, ꝙ ĩ caſu reſtitutionis D. Anna poſſit ꝓpria authoritate ĩgredi poſſeſſionẽ bonorũ obligatorũ, eorũq; fructus, & reditus pcipere, ipſis ĩ ſortẽ minimè ĩputãdis. Et ſortè prima facie dicẽdũ videretur, ĩputationẽ fieri nõ debere: q̃a licèt regulariter fruct⁹ pcepti ex re obligata ex-
1 tinguãt ſortẽ, tñ hoc fallit, † qñ res fuit pignorata ex cauſa dotis, vt ꝓbatur ĩ c. ſalubriter, de vſu. Bero. in cõſ. 205. n. 6. vol. 1. Scd̃ò p ea, q̃ ponit Bal. in auth. ei, qui iurat, n. 39. C. de bon. auth. iud. poſſid.
2 vbi dicit, ꝙ poſt annũ luctus mulier † nõ imputat in extinctionẽ dotiũ, fructus pceptos ex reb. ꝓ dote obligatis, vel in quarũ poſſeſſionẽ eſt miſſa ex primo decreto; quãdoquidẽ ſi viro debẽtur interuſuria, multo magis dãda erũt vxori. viro enim dãtur pp extrinſeca onera, ideſt pp onera matrimonij: vxori aũt debẽtur propter ipsã dotẽ, cuius q̃a mulier eſt dña, debet illa frui, l. vbi adhuc, C. de iure dot. & eum ſequitur Bero. in cõſ. 38. nu. 31. vol. 1.

Tertiò accedit proteſtatio aliàs facta per Comitem Thomam, patrem Comitis Hieronymi, qui vſq; de anno 1551. interpellauit Illuſtr. D. Bernabam ad ſibi ſoluendum dotes Dominæ Annæ: ea
3 enim conſtituit D. Bernabam † in mora, quia per interpellationem effectus eſt moroſus, clem. cauſam, de electio. l. nomen, C. quę res pig. oblig. poſſ. l. ſi quis inficiatus, vbi no. Bar. ff. depoſ. Bar. in l. ꝙ te, ff. ſi cert. pet. & in l. qui in alterius, ff. de reg. iur. latè D. Becius in conſ. 105. num. 20. ſtante autem mora hæredum, licitè mulier percipit fructus, &
4 eos non imputat, † vt voluerunt multi, quos citat, & ſequitur Plot. in tract. de in lit. iuran. §. 11. n. 24. ver. primò fallit. Doctores enim, qui dicunt mulieri paſſæ morã non deberi vſuras, mouentur ea ratione, quia fuit in eius facultate dotem exigere: ea verò ratio ceſſat, qñ conſtat mulierem petijſſe quidem dotes, ſed eas minimè conſequi potuiſſe, & refert Claud. Moder. & Grat. atteſtari de cõi opi.

Quartò vbi hęc ſententia abſolutè intellecta cõtrouerſiã pateretur, ſaltem ea locũ vendicat, quando præter diligentiã, quã mulier fecit, vt dotes cõ-

ſequatur

ſequatur, cōcurrit aliud, nēpe ꝙ nō habeat aliūde,
vbi capiat alimenta: iſtis enim duob. ſtantibus, ne
5 mo dubitat quin vſurę † debeantur mulieri, Bald.
Ang. Iaſ. & alij, in l. diuortio, ff. ſolu. matr. Ang. in
l. Titia, ff. eo. tit. Crau. in conſ. 189. Negu. de pign.
in 5. mem. 5. par. prin. nu. 17. Didac. varia. reſolut.
lib. 3. c. 1. ver. ſextò. hinc etiam Plot. d. §. 11. num.
27. verſ. fallit tertiò. quod autem Domina Anna
habuerit aliunde alimēta, nō probatur, & diuitiæ
non pręſumūtur, l. ſi verò, §. qui pro rei qualitate,
ff. qui ſatiſd. cog. & qui vult dicere bona extare, te
netur ꝓbare, ſecūdū gl. in l. cū de lege, ff. de prob.
Quintò id abſolutiſſimum videtur, ſtante eo, ꝙ
de iure canonico intereſſe ratione dāni emergētis
peti pōt, ideoq; mulier, quæ paſſa eſt morā in reſti
6 tutione dotis pōt vſuras † dotales petere tanquam
intereſſe damni emergentis, vt q̄a coacta fuerit a-
liunde pecuniā comparare pro alimētis, ita Ale. in
l. diuortio, in prin. nu. 23. ff. ſol. matri. Bal. Nouell.
in trac. dot. in 8. par. prin. in 22. ſpeciali, Neguſ. lo-
co pręd ičto, nu. 17. ver. iſtud aūt, ꝙ dictū, Didac. d.
c. 1. ver. ſextò hinc, ibi, ſed profecto, &c. vbi allegat
plures alios, Plot. d. §. 11. nu. 29. id, ꝙ confirmatur
ex ſententia Io. Lupi in c. per veſtras, §. 8. n. 5. ver.
mihi tamen, vbi concludit, omni caſu deberi vſu-
ras mulieri, quæ ab hæredibus aui non exegit do-
tes, nō quidē ex diſpoſitione dicti c. ſalubriter, ſed
ex eius ratione: nā ſecundū eū, nō eſt cōceſſum ſpe
ciali ex priuilegio ꝙ maritus habeat vſuras retar-
datę dotis, ſed id permiſſū fuit ratione dāni emer-
gentis vel lucri ceſſantis, quę ęquè in alijs militat,
ac in genero & marito. & licèt ſoluto matrimonio
deſinat eſſe dos, & ceſſet dotis nomē, tñ non ceſſat
ſubſtantia debiti, ex cuius dilata ſolutione mulier
creditrix patitur intereſſe. concludunt igitur om-
nes pręd icti licere his caſibus vſuram exigere, nec
imputari fructus pignoris in extinctionem ſortis.
Sextò conſtat pacto iurato cōuentum fuiſſe in-
ter D. Antoniotum, & Comitem Io. Franciſcū Pi
cum nomine D. Annæ, quòd ipſa fructus pignorū
ꝑciperet minimè imputādos in ſortem: quidquid
enim ſit, vbi nō extat iuramentū, id eſt certiſſimū,
quòd accedēte iuramēto ſuſtinetur pactū, ne cre-
7 ditor imputet fructus, q̄a iuramentū obligat † pręcíſe ad factū, gl. in l. ſi pecuniam, in verſ. neceſſe, ff.
de cond. ob cau. vbi no. Bal. But. & Abb. in cap. ve
niens, de iureiu. & plures citat Neguſ. d. 5. mem. 5.
par. nu. 15. vbi dicit eſſe communē opinionē, Nat.
in conſ. 426. nu. 4. qui ergo iurauit ſoluere dotes,
& cōuenit, ꝙ vxor cōſequatur fructus minime im
putādos in ſortē, opponere non pōt imputationē,
q̄a venit cōtra iuramentū pręſtitū. Accedat ꝙ iu-
8 rans ſoluere, nō pōt compenſare, † vt concludunt
omnes Doct. in c. ad noſtrā, de iureiu. & in c. cum
inter, de excep. vbi latè Abb. & eſt communis opi-
nio omniū Canoniſtarū, vt inquit Neguſ. in loco
pręd icto, Nat. in conſ. 54. nu. 1. Rol. in conſ. 17. nu.
14. vol. 1. infinitos ad hoc alleg. Dec. Ped. 92. n. 26.
vbi nu. 33. inquit, crebriorem eſſe ſententiā, quod
non admittatur compenſatio. & quamuis ad hanc
regulam multæ ſoleant dari limitationes, nulla ta-
men conuenit propoſito noſtro, & præcipue dum
aliqui dicunt, dari compenſationem debiti poſtea
contracti, licèt non eius, quod ante ſuberat: nam
cum in præſenti caſu expreſſum ſit pactum nō im
putandi fructus, res eſt clara, quia facta fuit hoc
modo expreſſa mentio debiti contrahendi.
Poſtremò pro hac ſententia, ꝙ fructus nō exte-
9 nuēt † ſortē, eſt tex. in c. debitores, de iureiu. vbi di
citur quod q̄ iurauit vſuras ſoluere, cogitur Deo
reddere iuramentū, & ibi Abb. no. poſt alios. ideo
dixit Ale. in l. ſtipulatio iſta, §. alteri, col. pen. ff. de
verb. obli. reprobando Ang. ꝙ qui iurauit ſoluere,
nō auditur ſi alleget cōtractū eſſe factū in fraudem
vſurarū, niſi prius ſoluat, vel a iuramēto abſolutio
nē impetrauerit, ſeq̄tur Nat. ī cōſ. 384. n. 9. in cōſ.
497. n. 1. & ſeq. q̄uis ergo pactū eſſet alioquin illi-
citū, nec imputētur fructus in ſortē: tñ vigore iura
menti eſt ſeruandū, licet fortè poſt implementum
detur repetitio. quinimò videtur, ꝙ pactū illud ēt
iuramento non vallatū ſit validū, quia nō dicitur
ꝙ lucretur fructus, ſed ꝙ non imputentur in ſortē:
nā poterit nihilominus debitor, cuius eſt pignus,
illos fructus repetere poſt ſolutionem, vt inquit
Io. And. poſt Boat. in d. c. ad noſtrā, col. 2. in prin.
de iureiu. Et per has rationes in terminis noſtris,
ꝙ qui iurauit ſoluere vel non moleſtare in fructi-
bus, non poſſit allegare cōpenſationem, vel impu-
tationē, eſt tex. in d. c. ad noſtrā, vbi omnes Docto
res, ſed pręcipuè Abb. n. 2. qui dicit poſt gl. Doct.
ita communiter tenere, idē tenet Ale. ad Bar. in l.
2. C. de pign. actio. per tex. in d. c. ad noſtrā, & per
ea, quę ponit Bar. in l. amplius, ff. rem rat. hab. eā-
dem ſententiam probauit Neguſ. in d. 5. mem. 5.
par. nu. 14. ver. quintò, Dec. Ped. 92. nu. 27.
Pręd icta verò quamquam colorata ſint, nō de-
bent tamen quemquam monere, quominus firmi
ter dicatur fructus perceptos per Comites Hiero-
nimum, & Paulum Mirandulanos extinguere ſor
tem dotis, & augumenti debitam alias D. Annæ:
creditor enim, qui poſſidet pignus, non facit fru-
10 ctus ſuos, ſed eos imputat † in ſortē, vt probatur
in l. 1. C. de pign. actio. c. cum contra, de pign. c. ad
noſtrā, il primo, de iureiu. l. 2. C. de pact. pign. in-
telligendo ſemper de fructibus conſumptis, quia
extantes cedunt in cauſam pignoris, l. 1. C. de pac.
pign. l. quamuis, C. in quib. cau. pign. vel hip. taci.
cōtrah. declarat Bar. d. l. 1. C. de pign. actio. ubi di
cit, quod pręſumitur intra annū fuiſſe cōſumptos,
ex quo de iure intra illud tempus debēt vendi, ſe-
quitur Bal. ibi, & in l. fi. C. eo. tit. quādo enim ſunt
conſumpti, debitū conſiſtit in pecunia, & functio
nem recipit in ſuo genere cū debito, quod non eſt
quādo extant. fortius dicūt Bar. & Bal. in locis pręd
dictis, ꝙ creditor nedum perceptos imputat in ſor
tē, ſed eos quoq; quos ipſe creditor potuiſſet per-
cipere, & probat tex. in d. l. 2. vbi Bal. dicit eſſe no
tandū, ꝙ in fructibus attenditur nō quid potuiſſet
percipere dñs, ſed quid creditor, & hoc eſſe gene-
rale, quando poſſidēs hēt cauſam a domino, quia

conſideratur poſſibilitas poſſeſſoris, licèt vbi non
habet cauſam a domino inſpiciatur poſſibilitas do
mini,& prędictā diſtinctionē inter conſumptos &
extantes,facit quoq; Bar.in l.diuortio,§.ob dona
tiones,circa fi.ff.ſol.matr.vbi ſubdit fortius,quod
poſt conſumptionem poſſeſſor tenetur non ad fru
ctus,ſed ad æſtimationem, quando eos licitè per-
cepit ex re aliena:id quod ſecundū eū eſt vtile, q a
ſiue augeatur,ſiue decreſcat valor,non poterit ęſti
matio creſcere,idem tenet Alex. ibi & Iaſ.per om
nia,nu.5.vbi comprobat ſingulas Bar. concluſio-
nes,& ibi diſputat,an creditori liceat fructus extā
tes reſtituere,ne teneatur imputare, & de fructib.
percipiendis ponit Nat.in conſ.536.nu.2. Lup.d.
c.per veſtras,§.8.nu.4. & quod quilibet creditor
teneatur fructus imputare ad extenuandū ſortem,
ponit Ruy.in conſ.53.nu.23.vol.2.& in conſ.136.
nu.2.& 3.vol.4. vbi dicit hoc procedere etiam in
marito poſt mortem vxoris,Iaſ.qui alios citat , in
conſ.92.nu.3.in prin.vol.1.Bero.in conſ.205.n.1.
vol.1.conſ.210.nu.1.vol.3.conſ.71.nu.17.eo.vol.
Bert.in conſ.32.nu.5.vol.2.conſ.321.nu.9.vol.4.
& conſ.238.nu.3,vol.6.Natta in conſ.538.nu.18.
Dec.Ped.115.nu.11.vbi dicit,quòd creditor poſſi
dens pignus , cenſetur ſingulo anno fructus illius
anni capere in ſolutum,Cæph.conſ.63.nu.4.& ꝓ-
cedunt hæc non ſolum quando creditor ipſe per-
cepit,ſed ēt qn̄ percepti fuerunt ab alio,qui cauſā
habuerit a creditore,vt probat tex.in c.cum cōtra
ibi,quam ab alijs,qui eam,&c.de pigno.& probat
Bal.in d.l.1.nu.2.C.de pig.actio.vbi ſubdit, quod
ſi tot fructus percepti ſint, qui nedum ſortem ex-
tinguunt, ſed etiam excedunt , erit id omne reſti-
tuendum debitori,& id quod dictum eſt de habē-
te cauſam a debitore,tenuit quoque Bertran.in d.
conſ.32.nu.5.vbi tamen de Bal.non meminit.ra-
tio autem,quare fructus ſint imputādi,ea eſt,quia
& ſi creditor poſſideat,tamen non poſſidet vti do-
minus,vt inquit tex.in l.ſi ſeruus depoſitus,§.1.ff.
de noxalib.& videtur poſſidere nomine debitoris,
l.pignori,in prin.ff.de vſucap.& debitor ipſe poſſi
dere dicitur quoad vſucapionem, & effectus con-
cernentes dominium vel acquiſitionem fructuū ,
vt dicit Ale.in l.1.§.per ſeruum,ff.de acq.poſſeſſ.
cum ergo non creditor , ſed debitor poſſideat, ad
eum ſpectant fructus,quia hi acquiruntur ob poſ-
ſeſſionem,vt dicunt Bar.& alij,in l.3.§. ex contra-
rio,ff.de acquir.poſſeſſ.ita declarat Bero.in d.cōſ.
210.nu.19.vol.3. Natta in conſi.535.num.5.vbi
poſt Ang.& Ale.dicit,quòd ideo onus regiſtrandi
pignus incumbit debitori,non creditori.

Atque adeo hęc vera ſunt,vt non ſolum pigno-
ris conuentionalis fructus extenuent ſortem , ſed
idem omnino ſit in pignore iudiciali , Bar.& Bal.
in l.ſi is,qui,§.1.ff.de pign. vbi dicunt,quòd credi
tor miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto , non
facit fructus ſuos , ſed eos tenetur reſtituere debi-
tori,vel imputare in ſortem. Et inferunt,quòd ſi
inhabitet domum,dicitur eo ipſo fructus percipe-
re: quod dicunt bene notandum.idem tenuit Imo
la in l.a diuo Pio,§.ſi pignora,in prin.ff.de re iud.
vbi dicit,quod & ſi creditor poſſit retinere pigno-
ra capta in exequutione ſentētiæ, tenetur tn̄ dedu
cere fructus a ſorte,& idē tenuit Alex.nu.6.& Iaſ.
nu.4.Pract.Pap.in form.execut.ſent.diff. in prin.
nu.20.in fi.Ale.in conſ.141.nu.7.uol.5.vbi dicit,
quòd creditor inhabitando domum obligatā , eſt
in culpa,quia debebat locare:ideo videtur fructus
percipere,& eos tenetur imputare: & quod miſſus
in poſſeſſionem ex primo decreto computet fru-
ctus in ſortem,voluit Bar.poſt gl.in l.ſi finita,§.Iu
lianus,n.50.ff.de dam.infecto,vbi infert,quòd nō
valet conſuetudo contrarium diſponens,ſequitur
Ruy.in conſ.24.nu.4.vol.4.quod tn̄ reſpectu ſta-
tuti vel conſuetudinis non firmo, quia cōtrariū te
nuerunt Spec.Bal.Ale.Soc.Fel.Dec.Negu.& alij,
quos citat,atteſtando de cōmuni Menoc.de retin.
poſſeſſ.rem.3.nu.179.ſed quoad hoc,quòd in ſor
tem imputentur circumſcripto ſtatuto vel conſue
tudine,nemo cōtradicit,& idē probauit Nat.d.cō
ſil.526.nu.19.eſt verū , quòd hoc caſu tenetur ſo-
lùm de perceptis,non de ꝑcipiendis,l.prętor,§.1.
& §.eſt præterea,ff.de bon.auth.iud.poſſid.Spec.
de primo decre.§.iam de effectu,n.13.ver. miſſus
ergo,quem ſequitur Ale.in conſ.141.nu.8.vol.5.
Nat.d.conſi.536.in fi.& prædicta procedunt etiā
quando immiſſus eſt quis in poſſeſſionem ex diffi
nitiua ſententia lata in hipothecaria , vt poſt Sal.
voluit Ale.in conſ.70. nu.7.vol.7. quem ſequitur
Nat.d.cōſ.536.n.4. latè omnia prędicta proſequi
tur Neguſ.in loco citato.& quāuis maritus,qui ſu
ſtinet onera matrimonij,minimè teneatur compu
tare in ſortem fructus pignoris dotalis,ca.ſalubri-
ter,de vſur. Bar.in conſ.128.vol.1.Grat.conſi.56.
nu.3.in 2.vol.Plotus de in lit.iur.§.11.n.26.tamen
11 ſi hęredes mariti † ſoluto matrimonio fructus pi-
gnoris percipiant,eos imputabunt in extinctionē
dotis,ut uoluerunt Hoſtien.Inno.Ioā.And.Abb.
& Io.de Lign.in d.c.ſalubriter.& ratio eſt,quia hę
redes mariti poſſunt ſe ſtatim mortuo marito ex-
pedire,reddendo pignus.idē uoluit Ana.d.c.ſalu-
briter,col.2.Laur.Rodul.in tract.de uſur.q.51.Ar
chiep.Floren.in tract.de uſur.§.29.nu.35. Negu.
in d.5.mem.5.par.nu.16.uer.iſta tamen limitatio,
Lupus d.§.8.num.4.quinimò etiam uiuente uiro
12 habens ab eo iura ceſſa cōpenſat † fructus pigno-
ris cum ſorte,ut uoluit Bald.in rub.C.de uſur.nu.
5.quæſt.4. Ale.in l.in inſulam,§.uſuras,in fi.ff.ſo
luto matr.Laur.Rodul.in d.tract.q.54. num. 78.
Anan.d.c.ſalubriter,nu.3.Dec.in conſi.571.nu.1.
Neguſ.d.5.mem.nu.16.uer.ſecundò reſtringitur,
Bero.in conſi.78.nu.20.uol.1.

Et ſicuti hæc locum habent in cæteris , ita uerif
ſima ſunt in uxore , quæ ſi poſſideat rem ſibi obli-
gatam pro dotium reſtitutione , fructus extin-
13 guunt ſortem , quia regulariter mulieri † etiam
moram paſſæ , circa dotis reſtitutionem non de-
bentur alimenta , atque ideo poſſidendo pignus
imputat fructus,Inn.Hoſt.Ioan.And.Butr.Card.
Abb.& Anan. in d.c.ſalubriter, eſt tex.in l.Titia,

ff.de

ff.de ſolut.& hoc voluit Bar.in l.in inſulam,§.vſu
ras,ff.ſolut.matr.q.a eſſet in muliere expreſſa vſu-
ra,ſequitur Imo.& Alex.ibi,Laur.de Rodul.in d.
tracta.q.52.nu.76.vbi conſuluit, quod mulier fa-
ciat diſtrahi pignus, vel illud capiat inſolutũ, ſe-
quitur Archie. in eo.tract.§.30.n.36.qui idem di
cit,Anch.conſi.150.nu.4.Bal.Nouell.in d.par.8.
ſpeci.22.vbi infert dictum Bal. in d.auth.ei, qui.
C.de bon.auth.iud.poſſid.morderi a multis,Ruy.
in conſi.53.nu.23.vol.2. Bero.in conſi.37.nu.9.
vol.2.& hanc concluſionem tenent omnes, vt di-
cit Lup.d.§.8.numero 4. quia, ſecundum eum,
ceſſat alimentatio vxoris,in qua principaliter con
ſiſtunt onera matrimonij. idem tenet Neguſ.in d.
5.mem.nu.17.qui ſubdit ꝙ ita magis cõiter tenẽt
Doctores:quia licèt hæredes mariti moram faciãt
in reſtituenda dote mulieri,tamen imputatur,qđ
dotem non exegerit iudiciali via: & poſt Anch.&
Ale.quos citat, dicit idem eſſe,qñ mulier aliquid
eſſet ſtipulata interim ſibi dari ſub blando alimen
torum vocabulo: eandẽ quoque magis cõem di-
cit Plot.in d. tract.§.11.nu.24. verſi. ſed qđ plus
eſt.& præter eos idem tenuit Abb.in conſi.39.nu.
6.vol.2.vbi allegat Azon.& alios,Rube.conſ.55.
num.3.& prædictorũ omnium ratio eſt,quia poſt
annum luctus mulier non debet ali ab hæredibus
mariti, vt per Doct.in d.l.diuortio, in princ. nec
conſequi poteſt vſuras dotales, vt tenent omnes
Doct.in d.cap.ſalubriter,& alij ſupra citati,præci-
puè Didac.var.reſol.li.3.c.1.nu.3.verſ.ſexto hinc
etiam conſtat, Neguſ. d.nu.17. Lup.d.nu.4. Ne-
uiza.conſi.74.nu.3.Plot.d.§.11.nume.24.Rolan.
conſi.55.vol.2.& in proprijs terminis quod hęre-
des Dominæ Annæ non fecerint fructus ſuos, ſed
eos in extinctionẽ ſortis teneantur imputare,pro-
bat Cæph.in conſi.133.nu.130.vbi conſuluit pro
Domina Iſabella Borromea, in cuius fauorem la-
ta fuit ſententia Tridentina.

Et quamuis extet pactum expreſſum,quòd fru
ctus nõ imputentur in ſortem,tamen tale pactum
14 nõ valet: † quia paria ſunt promittere quod fru-
ctus non imputentur in ſortẽ, vel promittere vſu-
ras,c.1.c.conqueſtus,& cap.q.a fruſtra,& ibi not.
de vſur.l.ſi ea lege, C.eod.titu. ita arguit Alex. in
conſi.31.nu.3.verſi. & hanc partem, vol.6. quem
ſequitur Rube.in conſ.55.nu.2.Neguſ.d.5.mem.
nu.10.& in ſpecie,quod non valeat pactũ, ne fru-
ctus imputentur, voluit Bal.in l.1.C.de diſtr.pi-
gno. vbi ait, de iure Codicis eſſe permiſſum: ſed
nunc nõ valere,niſi in caſibus,quibus vſuræ a iure
Canonico permittuntur. & idem tenet Abb.in c.
2.nu.2.vbi ſubdit, qđ etſi creditor poſſit vti fru-
ctibus rei pignoratæ, tñ tenetur eos imputare in
ſortem, Cuma.in conſi.19.in vlt.dub. quẽ ſequi-
tur Pariſ.ad Barto.in l.2.C.de pig. & Nat.in cõſ.
536.nu.14.& idem,quod pactũ non valeat, pro-
bauit Neguſ.d.5.mem.nu.10.Bertr.in conſ.241.
vol.4. & hoc ẽt tenet Gui.Papæ in ſing.502.dum
allegat Hoſti. in c.ſalubriter, Caualc. in tract.de
vſufr.mul.reli.nu.207.ubi dicit, ita cõiter teneri.

& ne quis exiſtimet aliud eſſe in muliere,cui bona
ſint obligata pro dotium reſtitutione,hanc ſentẽ-
tiam tenent in muliere uidua ferè omnes Doct.in
d.c.ſalubriter, dum uolunt non licere ei quicquã
tale paciſci, & in hanc partem circumſcripto cer-
to intereſſe inclinat Laur. de Rodul.ĩ d.tract.uſu.
in q.65.num.89.& Archiep. Floren.in eo.tracta.
§.30.num.36.Ruyn. in conſ.25.num.3.uolum.2.
ubi poſt Ancha.dicit, procedere, etiam ſi fructus
lucretur nomine alimentorum, & in conſi.53.nu.
24.eo.volum.Rube. in d.conſil.55. per totum, in
vidua quoque loquitur Cæphal.in d.cõſ.133.nu.
130.ubi dicit,ita crebrius teneri, quod etiam pa-
cto ſubſiſtẽte vidua fructus non lucretur,quia pa-
ctum non poteſt inducere vſuram. & poſſent ad
propoſitum adduci, quæ Doctores in ſimili dicũt
de ſtatuto & teſtatore,an efficere poſſint, quod li-
ceat creditori fructus rei pignoratę percipere abſ-
que onere imputationis.erit ergo concluſio,quod
pacto non obſtante tenetur vxor vidua fructus,
quos percipit ex re pignorata, deducere in extin-
ctionem dotium,& donationis propter nuptias.

His autem non obſtat, quod fauore dotis fru-
ctus non imputentur in ſortem,c. ſalubriter. quia
diſpoſitio illius c.procedit fauore mariti:is etenim
fructus facit ſuos abſque imputatione. ſed aliud
15 eſt in muliere,† vt dicũt Inn. Hoſt. Io.And. & alij
in d.c.ſalubriter. quia in muliere non ſubſiſtit ra-
tio ſupportãdi onera matrimonij, & eo matrimo-
nio diſſoluto deſinit eſſe dos, & ceſſant priuilegia
conceſſa propter matrimoniũ,ita ut ea neque etiã
tranſeãt in hęredes uiri,vt ſupra dictum eſt,& hoc
modo intelligi debet Bero.in conſi. allegato,alias
male diceret contra cõem omnium ſententiam.

Deciſio vero Bal.in auth.ei,qui iurat, eſt cõtra
16 † cõem ſñiam Doctorum in d.c.ſalubriter, q̃ ſe-
quuntur multi, quos adduximus ſupra in ver. &
ſicuti hęc,&c.& ſuſtineri põt ea opinio,qñ mulier
fructus conſumpſiſſet in ſuſtinendo onere ſui vi-
ctus, poſtq̃ hæredes mariti non eſſent in mora re-
ſtituẽdi dotes. ita ſaluat Bal. Nou. in d.p.8.in 22.
ſpeciali.qui ſubdit idem eſſe, qñ vidua eſſet ſolita
negociari, quia tũc poſſet retinere fructus pro in-
tereſſe lucri ceſſantis: in alijs verò caſib. vxori nõ
debentur alimenta, ſm eum. ſaluari ẽt põt in duo-
bus caſib. relatis per Arch.d.q.29.nu.35.& Neg.
in d.5.mem.nu.17.ver. iſtud aũt, quod dictũ eſt,
& Lup.d.§.8.nu.4. verſi. ſit ergo cauta mulier. in
propoſita aũt quæſtione non cõſtat,quod D. An-
na eſſet ſolita negociari, vel quod fructus cõſum-
pſerit in comparandis alimentis,uel aliud quid fe-
cerit, propter quod fructus pignoris lucrifecerit.

Proteſtatio pariter,quã fecit Comes Thomas,
non operatur, ꝙ liceat fructus retinere,& non im
putare in ſortem, quia non ſufficit ſimplex inter-
pellatio,ſed neceſſe eſt ꝙ vxor iudicialiter agendo
petat dotes, & litẽ ꝓſequatur ſine intermiſſione,
faciatq; ex ſui parte quidquid põt,vt dotes cõſe-
quatur:alias ad acquiſitionẽ fructuũ nõ ꝓdeſt ſo-
la petitio vel ꝓteſtatio,& ita loquũtur Doct.quos

allegat Grat.in conſ.46.nu.5.uol.1.& alij,quos ci
tat Plot.in d.§.11.nu.24. mouétur enim ea ratio-
ne,quia ſcilicet non ſit in facultate mulieris dotẽ
habere propter contradictionem hæredum. ſed
hæc ratio deſtruitur, qñ mulier non proſequitur
iudicium,ſed ſimplici facta proteſtatione deſiſtit a
lite: videtur enim potius quòd eligat habere fru-
ctus,quàm dotem ſuam. Rñderi itẽ poteſt, quòd
duo copulatiuè requiruntur, ut mulieri debean-
tur interuſuria dotalia. Primum,ꝙ vſa ſit omni di
ligentia pro cõſequendo dotes ſuas: ſm,ꝙ nõ ha-
beat aliunde,vt ponunt Doct.in d.l.diuortio,& in
d.l.Titia,d.c.1,ſalubriter,Cra.in conſ.189.Dida.
d.lib.3.c.vbi refert plures, licèt ipſe contrarium
teneat, Plot.in d.tracta.§.11.nu.27.& dictum eſt
ſupra in 4.fundamento partis contrariæ: hic autẽ
non probatur aliquod ex duobus requiſitis prędi-
ctis,ideſt diligentia exigendi, & inopia D. Annæ.
debet ergo ſuccumbere in ſuo fundamento.

Et non mouet,ꝙ ad D. Annã non ſpectet onus
probandi, ꝙ aliunde non habuerit alimenta, per
tex.cum gl.in d.l.eũ de lege. quia reſpondetur, ꝙ
17 neque † diuitiæ præſumuntur, neque paupertas:
ſed qui ex his alterum allegat probare tenetur.ita
diſtinguit gl.in d.§.qui ꝓ rei qualitate, vbi Doct.
& eam ſequuntur Afflict.Ruyn.Alciat.Tiraq.Di-
dac. Natta, & alij quos citat Dñs Bec.ĩ conſ.105.
nu.28.alios addit Lamberteng. de contract. tor.
gl.1.n.243.in fi.& facit,quia tenetur quilibet pro-
bare id, quod eſt fundamentum ſuæ intentionis,
Bar.in l.in illa, ff. de ver.oblig. cum ergo hæredes
Dñæ Annæ dicant eam non habuiſſe aliunde, de-
bent id probare, alias Dñi Adurni habent inten-
tionem fundatã ſuper regula,quæ habet, ꝙ vidua
tenetur fructus rei pignoratæ imputare in quartã,
nec põt alimenta,intereſſe, vel vſuras cõſequi pro
retardata dotis ſolutione; & qui innititur regulæ,
18 † obtinet,Bar.in l.quoties,ff.ſi quis caut.& in l.2.
col.1.ff.ſi q̃s in ius vocat.& regula eſt tenaciter ob
ſeruanda, donec caſus aliquis ſpecialis probetur,
Rom.in conſ.123.nu.4.alios citat D.Bec.conſ.7.
19 num.17.& in terminis, † qđ onus probandi ſpe-
ctet ad mulierem, tenuit Alex. in conſi.141.nu.4.
vol.5.allegat gl.in d.§.qui pro rei qualitate, q̃ di-
cit eſſe ad hoc reputatã meliorem, quæ ſit in cor-
pore iuris. Et in præſenti caſu nõ eſt opus alia ꝓ-
batione,quia conſtat D.Annam habuiſſe alimen-
ta,& legitur in proceſſu Caroli Imper.V.eius no-
minis,conceſſio eidem facta de quadringentis du-
catis annuis,atque ita apparet non fuiſſe in ea ino
pia conſtitutam vti egeret dictis fructibus.

Sed quatenus dictum fuit mulieri concedi fru-
ctus pignoris,ſeu uſuras,tanquam intereſſe dam-
ni emergentis;videtur obtinere,qñ mulier allega-
tum intereſſe probaret: tunc etenim licèt non ſit
ſolita negociari, licitè peteret aliquid ab hæredi-
bus, & ita loquuntur Doctores in propoſita con-
trouerſia,præcipuè Ale.in l.diuortio,nu.23.uerſi-
cu.Bald.uerò,ibi,uel aliter damnum ex mora hæ-
redũ pateretur, & per eadẽ uerba loquitur Cam-
peg.in tract.dot.p.2.q.18.& cæteri omnes in con-
20 trariũ citati:& eſt regulare, quòd intereſſe † uenit
probandum ẽt in caſibus,in quib. debetur. ita di-
cunt Io.And.& alij in d.c.ſalubriter,Bald. in l.ro-
gaſti,§.ſi tibi,ff.ſi cert.pet.Anan. & Ale. quos re-
fert & ſequitur Natta in cõſ.417.nu.5. Didac. ua-
riar.reſol.lib.3.c.4. Plot. de in lit.iuran.§.52.nu.
17.& ita reſpondet ĩ indiuiduo Anch.d.cõſi.150.
num.6.in fi. dicẽs quod etſi poſt moram peti poſ-
ſit intereſſe pecuniæ non ſolutæ,tamen intelligen-
dum eſt,cum de intereſſe cõſtat per probationes:
quia vbi cauſa requiritur ad eſſentiam, non ſuffi-
cit fateri ꝙ ſubſiſtat, niſi verè probetur, l.ſi fortè,
ff.de Caſtr.pecul. & eum ſequuntur multi addu-
cti per Rol. in conſi.55.nu.30. vol.2. & in conſil.
35.nu.13.vol.1.ſed nulla facta fuit probatio huius
emergentis damni per Dominam Annam,vel per
hæredes paſſi.

Maior tamen verſatur difficultas in reſolutio-
ne vltimi obiecti, quod conſiſtit ſuper iurato pa-
cto de non imputando fructus in ſortem. & ſanè
ſi iuramentũ non adeſſet, res eſſet expedita: quia
(vt ſupra dixi) pactum eſt nullum:ſed propter iu-
ramentũ videtur,quod validetur,& iurans tenea-
tur ad illius obſeruantiam. iuramentum etenim
eſt ſeruandum, quandocunque fieri id poteſt ſine
interitu ſalutis ęternę,c.cum contingat,vbi Imola
& alij,de iureiur. ſed iuramẽtum de ſoluendo vſu-
ras,non perducit animam iurãtis ad interitũ,quia
21 uſura † prohibetur odio creditoris dantis, non
aũt recipientis; & ſoluere vſuras non eſt peccatũ,
ſed bene recipere, vt inquit glo.in c.debitores, in
ver.reddere iuramentum,de iureiur.& dicit Bald.
in l.non dubium,nu.26.in fi.C.de legib.quòd iu-
ramentum ſuper vſuris eſt prohibitum in altero
extremorum,ideſt in recipiente,non in promittẽ-
te; ideo promittẽs debet ſeruare iuramentũ nõ in
fauorẽ hominis, ſed reſpectu diuini numinis, cui
eſt iuratũ,ſequitur Abb.ĩ 2.ſua quęſt.poſt cõſilia,
& promittens ſoluere vſuras,nõ peccat, Abb.in c.
1.nu.3.de vſur.nu.11.& quamuis dicatur,quod iu-
ramentum eſt perſonale, & non egreditur perſo-
nam iurãtis; tñ eſt verum quoad reatum periurij,
22 ſed efficacia & virtus iuramenti † tranſit in hære-
dem, qui ideo cogitur ad obſeruantiam, Bald.&
alij in auth.ſacramenta puberum, C.ſi adu.vend.
Soc. in conſi.38.col.1.uol.3. Affi. in deciſ.381.in
fi.Bauer. in tracta. de virtu. iuram. caſu 45. Ang.
Imo.Rom.& Aretin.in l.qui ſuperſtitis,ff.de acq.
hæred.alios multos citat Pariſi.in conſi.54.nu.13.
vol.1.dicens,ꝙ & ſi iuramentum quoad reatũ per-
iurij ſit perſonale, tñ quantũ ad robur contractus
habet effectum realem, atq; ita quoad obſeruan-
tiã tranſit ad hæredem, Soc.iun.in conſi.67.num.
36.uol.2. Brun. in cõſ.33.n.3.cõſ.39.n.2.Gram.
in conſ.100.nu.75. inter ciuilia, Rol. in cõſ.17.nu.
17.vol.1. Deciſ. Ped.45.nu.15. infinitos allegat
Gabr.comm.opin.lib.2.ti.de iureiur.concl.6.nu.
3.& uirtute iuramẽti hæres cogitur exonerare cõ-
ſcientiã defuncti, Abb.in c.cũ ſit generale,nu.22.

de foro cõp. Ruy.cõſ.20.n.2.vol.4. Rom.& Caſt.
quos citat Gram.d.conſ.100.nu.73.Men.in conſ.
24.nu.23.& hęres ad id cogi põt ꝑ epiſcopũ,vt in
quit Fel.in d.c.cũ ſit generale,col.7.vbi dicit,not.
Gram.d.conſ.100.nu.74.vbi latè cõfirmat, Gab.
d.concl.6.nu.6.& ideo dicit in propoſito Caſt.in
conſ.13.n.3.vol.2.quòd diſpoſitio l.ſi qs maior,
habet enim locũ in hærede iurantis,qui contraue-
nit iuramento defuncti, & rñdet ad Inn.in c.veri-
tatis,de iureiu.ꝙ procedit,quando iuramentũ in-
terpoſitum eſt ſuper contractu, qui ſui natura nõ
eſt tranſitorius ad hęredem,ſecus quando contra-
ctus poteſt deuenire ad hæredem.& eodem modo
referendo Caſt.reſpondet Soc.in d.conſ.38.col.1.
Crot.in conſi.56.nu.8. Parpal. in l.ſi quis maior,
nu.96.C.de tranſact.Menoc.d.conſi.24.nu.22.

Veruntamẽ proelucidatione præmittendũ eſt,
quòd pactũ ne fructus imputẽtur in ſortẽ, cõtinet
vſurariã prauitatẽ; quia vt dictũ eſt ſupra, verſi.&
q̃uis extet,paria ſunt,ſacere pactũ de lucrãdo, vel
promittere vſurã,Ale.& Rube. in locis ſupracita-
tis,& reprobatur illud pactũ tanquã vſurarium,vt
ꝑ Doct.in d.c.ſalubriter, & alios citatos loco præ
dicto.hoc præſuppoſito ſtante,quòd pactum vſu-
raria labe infectum non firmatur iuramento, licèt
iuramentũ appoſitũ ſuper eo ſit ſeruandum:eſt e-
nim hoc regulare, quòd ſi actus prohibetur odio
tertij,puta creditoris, tunc non validatur contra-
23 ctus,ſed tenetur iurãs † reddere Deo iuramentũ.
hanc regulã ponit Bar.in l.ſi qs pro eo,n.10.ff.de
fideiuſſ.& ponit exẽplum in eo, qui iurauit ſolue-
re vſuras;& ſubdit ꝙ iurans petere poterit abſolu
tionẽ a iuramento,ſequitur Ale.in l.qui Romæ,§.
duo fratres,nu.55.circa fi.ff.de ver. obli. vbi dicit
eſſe bene notãdũ.idẽ,ſed ꝑ alia verba,dixit Bal.in
l.3.nu.1.ver.quęrit gl.C.plus val.ꝙ agit.inquit e-
nim,ꝙ ſi quis iurauit ſuper contractu vſurario,ſer
uare debet iuramẽtum,donec relaxetur ab epiſco-
po,non aũt dicit,ꝙ contractus ſeruari debeat, ſed
iuramentũ,idẽ Bal.in d.l.non dubiũ,n.26.in fi.di-
cit ꝙ iuramẽtũ debitoris,q ꝓmiſit ſoluere vſuras,
quia eſt ꝓhibitũ reſpectu ſolius creditoris,eſt ſer-
uandũ in fauorẽ diuini nominis,non in fauorẽ ho
minis, id ꝙ idẽ ſonat ac ſi dixiſſet cõtractum nõ eſ
ſe roboratum iuramento,ſed teneri iurantẽ ad ob
ſeruantiã iuramẽti,Abb.d.q.2.nu.11. & apertius
dictã diſtinctionem confirmat Ale.in conſ.129.n.
29.vol.6.dicẽs,ꝙ vbi aliquid alterius odio, quàm
iurãtis ꝓhibitum eſt, tunc licèt iurans cogi poſſit
ad obſeruantiã iuramenti:tñ contractus,ſu ꝑ quo
eſt iuratum,non firmatur iuramẽto, & ponit poſt
Doct. exemplũ in ſtatuto, quod ſpurius ſuccedat
vel pacto,item in filioſamilias recipiente mutuũ,
& ponit quoq; exemplum in c.debitores.& id cõ-
probatur ex eo,quod ponit Abb.in c.1.n.2.de iu-
reiu.vbi ait,quod pactum de ſoluendo vſuras,nul
lã ꝓducit obligationem,nec conſideratur, ſed ſo-
lum iuramentũ ſuper eo poſitum eſt obligatoriũ,
& nu.12. dicit,ꝙ iuramentum nõ firmat cõtractũ
fœneratitium,ſed obligat promittentẽ ad non con
trauenienðũ,& ſubdit eſſe bene notãdũ,latè Ruy.
in conſ.107.nu.8. & ſeq.vol.1.& optimè declarat
Humb.de Boueneo in auth. ſacramẽta puberum,
nu.128.& ſeq.vbi dicit quòd cõtractus, qui odio
creditoris eſt prohibitus,confirmatur iuramento
quãtum ad obſeruantiã pacti,& non vltra,quia iu
ramentum debitoris non tollit cauſam impedien-
tem,ideſt odiũ debitoris,& contractus ſemper du
rat in ſua primęua nullitate,nullã producẽs actio-
nem,ſequitur Gui.Papę q.6.num.2.& dicunt eſſe
concedendã abſolutionem, Neguſ.de pigno.in 4.
par.in prin.nu.4.Bertr.in conſ.97.in fin.vol.1. &
24 vbi actus non firmatur iuramento,tunc hęres † nõ
tenetur. adduco primò, ꝙ voluit Bald. in rep.l.2.
col.25. ver.ſi verò quęritur de effectu coactionis,
ff.de iureiu.vbi dicit,ꝙ ſi quæratur, an hæres cogi
poſſit ad obſeruantiam eius,quod defunctus pro-
miſit:& tunc aut cauſa cogendi erat periculũ trãſ-
greſſionis iuramenti, ideſt ne tranſgrediens peie-
raret;& tunc hęres non tenetur:ſi verò cauſa cogẽ
di erat efficacia contractus ſeu obligationis,& tũc
hæres cogi poteſt,& ponit exemplum in eo,qui iu
rauit aliquid ſoluere abſenti nemine pro eo reci-
piente:tũc quia promiſſio nullius eſt efficaciæ, ſed
ſolum iuramentum eſt obligatorium: tunc hæres
iurantis non tenetur. ita propoſito, quia pactũ ne
fructus imputentur, nullã obligationem inducit;
ſed Dominus Antoniotus iurans ligabatur ſolo iu
ramento, poterunt Domini Adurni contrauenire
illi pacto,nec cogentur obſeruare iuramentum ab
eo præſtitum.idem dixit Bal.in d.l.3. num.1.ver.
quęrit gl.dicens,quòd ſi actus eſt factus in fraudẽ
vſurarũ,ſeruandũ eſt iuramentum, donec relaxe-
tur,ſed ſi deceſſit is,qui iurauit, non opus eſt rela-
xatione,quia vinculum ſpirituale iuramenti eſt ſo
pitum morte, Bar.in l.qui ſuperſtitis,num.4.ff.de
acqui.hære. vbi quia iuramentum non confirmat
pactum, infert, quòd hæres iurantis poterit con-
trauenire. & licèt reprobetur, dum vult, pactum
non firmari iuramento; tamen rationem eius ne-
mo impugnat.& hac ratione Ioã. Fab.Inſt.quib.
alie.licet,colum.fi.dicit,quod hæres mulieris, quę
cum iuramẽto alienauit fundum dotalem, poteſt
illud uendicare, quia iuramentum nõ ualidat con
tractum,& nõ tranſit ad hęredem, Abb.poſt Ang.
quem citat, in d.c.1.nu.12. de iureiur. ubi infert,
hanc eſſe differentiam inter iuramẽtum,quod ua-
lidat contractum, & illud quod metu ſolius periu
rij obligat ad obſeruantiam,quia primo caſu rela-
xato iuramento, nõ licet uenire contra promiſſio-
nem: ſecundo uerò caſu impetrata abſolutione li
cet contrauenire, & ante eum Bal.ibi,nu.10. ubi
loquitur in contractu fęneratitio.eãdem differen-
tiam ponit Caſtr.conſi.195. in fi.uolum.2. Chri-
ſtoph.Port.in §.extraneis,nume.14.Inſtit. de hę-
red.quali. & differen.dicens, quod ubi iuramen-
tum non roborat contractum,obligatio non tran-
ſit ad hæredes; & iurans abſolutione impetrata
poteſt impugnare contractum,& poſt implemen-
tum poteſt ſoluta repetere,& cum ſequitur Iaſ.in

auth.ſacramenta puberum, nu.38. & latè Ruy. in
conſ.107.nu.8.& ſeq.vol.1. ubi dicit quod hæres
non tenetur ad obſeruantiam contractus,qñ iura-
mentum non potuit illud cōualidare, ut quando
iuramentum præſtatur Deo,non parti,allegat Io.
Fab.Cald.Imol.Abb. & alios, & præter eum hoc
uoluit Bald.qui loquitur in terminis de contractu
uſurario, in auth. ei qui iurat,nu.47.ver. occurrit
talis caſus, fœnerator, C.de bon.auth.ind.poſſid.
vbi dicit quòd ſi fęnerator viuente debitore obti-
nuit poſſeſſionē ex primo decreto, actus eſt vali-
dus pp virtutem iuramēti: ſed ſi poſt mortem de-
bitoris impetrauit ſecūdum decretum contra hę-
redem, immiſſio erit nulla, quia debitū ſuſtineba-
tur cōtra debitorē virtute iuramentij, ſed eo mor-
tuò expirauit iuramenti virtus,& immiſſio dicitur
facta nullo ſubſiſtente debito, Alexand. in conſil.
129.nu.21.vol.6.vbi dicit in quæſtione,de qua in
c.debitores,quòd virtus iuramenti non tranſit ad
hæredem ratione obſeruantiæ,qñ iuramentū non
validat cōtractum uſurarium. cum igitur pactum
foret nullum, quo cautum fuit ne fructus imputē-
tur,& ſolum Dominus Antoniotus teneretur ad
obſeruantiā propter iuramēti religionem, ad eui-
tandum ſcilicet periurium, ſequitur quòd ſi Do-
minus Antoniotus uiueret, & a dicto iuramento
foret abſolutus,poſſet pacto contrauenire,per ea,
quæ poſt Ang.ponit Abb.d.c.1.nu.12.de iureiur.
Soc.in conſi.115.nu.82.vol.1.ergo idipſum face-
re poteſt hæres:nam ubi defunctus poterat relaxa-
to iuramento impugnare contractum,tunc hæres
licitè illum impugnat, nec tenetur abſolutionem
25 petere,† quia ad eum non tranſit illius uinculum,
quoad hoc vt teneatur habilitationem petere,In-
no.Hoſt.& Io.And.d.c. veritatis,de iureiur. Alc.
in conſ.129.nu.22.vol.6.& in conſi.151.num.10.
vol.7.Soc.conſ.115.nu.11.vol.1.vbi dicit non in-
uenire cautum, q hæres abſoluatur a iuramento
defuncti,quia nō requiritur ſolutio, vbi non extat
uinculum,Corn.in conſi.27.col.5.uer.tamē quia
uinculum,uol.4.ubi eodem modo arguit, Dec. in
conſ.203.col.fi.in prin.Alba in conſ.77.num.18.
Gab.d.lib.2.tit.de iureiu.concl.6.nu.5.

Quibus ſtātibus ſublatum eſt obiectum, quod
factum fuit de pacto iurato, quia illud ſuſtinetur
contra iurantem,non contra hæredē, quia is non
ligatur ratione pacti, quod eſt nullum; nec ratio-
ne iuramenti,quod non tranſit ad hæredem. Poſ-
ſet etiam dici, q iuramentum prædictum non eſt
26 ſeruandum præciſè: licèt enim iurans † teneatur
ſeruare præciſè iuramentum, hęres tamen non te-
netur,ut inquit Bal.in prælud.feud.nu.16. ubi di-
ſtinguit inter iurantem & hæredem.

Et quemadmodū hęredes Domini Antonioti
non ligantur pacto nec iuramento prædicto,ita &
multo minus eis ligantur Dñi Adurni nunc agen-
tes, qui non ſunt hæredes Dñi Antonioti, ſed in
feudis & Caſtris prædictis ſucceſſerūt uigore an-
tiquarū inueſtiturarū.cōtra eos enim opponi non
poteſt de pacto Dñi Antonioti,quia illud eſt nul-
lum,& ipſi neque iurarūt, neque ſucceſſerunt iu-
ranti, non prohibentur allegare pactum eſſe uſu-
27 rarium: iuramentū enim unius alij obeſſe † non
poteſt,ut inquit Bal.in l. non dubium, nu.26. C.
de legib. cum alijs apud Tiraq. in præfat.l. ſi un-
quam,num.92.C.de reuoc. donat. & miror q ad
hæc duo fundamenta non animaduerterint aduo-
cati Dñorum Adurnorum, alioquin oculatiſſimi:
quinimò iuramentū eos nō obligaret, ſi eſſent ſin
28 gulares D. Antonioti ſucceſſores,† q a iuramen-
tum nec rōne periurij, nec rōne obſeruantiæ obli
gat ſucceſſorē ſingularē, Bal.d.c.1.n.10.de iureiu.

SVMMARIVM.

1 *Pertinētia cognoſcūtur deſtinatione patriſfamilias.*
2 *Deſtinatum habetur pro perfecto.*
3 *Domo legata, venit hortus cōparatus gratia domus.*
4 *Iuramento facientis actum ſtatur in ijs, quæ pendēt ab illius animo.*
5 *Deſtinatio non cenſetur reuocata, quando fundus ſeparatur pro commodiore cultura.*
6 *Res ſua nemini ſeruire poteſt.*
7 *Solum, eſt principalior rei pars.*
8 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*
9 *Seruitutis ius non eſt in fundo ſeruiente.*
10 *Seruitus eſt qualitas.*
11 *Seruitus dicitur patientia reſpectu fundi ſeruientis.*
12 *Legatum reuocatur alienatione rei.*
13 *Deſtinatio reuocatur legando rem deſtinatam.*
14 *Tempus teſtamenti inſpicitur.*
15 *Vſus declarat voluntatem teſtatoris.*
16 *Conſuetudo teſtatoris vltima attenditur.*

CONSILIVM CXCV.

CONTRA ea quæ ſcripſi ad fauórem
magnifici Dñi Siluij Gamberię cō-
tra magnificum D. Octauium eius
fratrem, ſuſtinendo quòd in legato
palatij non includantur domuncu-
læ palatio contiguæ,duo adducuntur.primum, q
ex eis domibus nonnullæ fuerūt a magnifico Do-
mino Henrico eorum auo paterno emptę ea men-
te, ne ſi ad aliorum manus veniſſent, altius tolle-
rentur, atque ita palatij luminibus officeretur, &
dicitur de hoc extare teſtes,qui id a Dño Henrico
audiuerint. quo ſtante uidetur, domunculas præ-
dictas fuiſſe ad uſum palatij comparatas, id quod
uidetur ſufficere ut contineantur legato palatij cū
1 pertinētijs;quia deſtinatione † patriſfamilias per-
tinentiæ dignoſcuntur, l.quod in rerum, §. ſi quis
poſt.ff. de legat.1.l.prædijs,§.qui domū, ubi Bar.
ff.de leg.3.l.Caius,§.1.ff.de leg.2.& ratio eſt, q a
2 deſtinatum habetur pro facto,† l.& ſi non ſicut,§.
quid ergo,l.lana,& l. ueſtimētorum.ff. de auro &
arg. leg. l.ligni,§.1. ff.de leg.3.l. ſi chorus,§.1.ff.
eod.l.cætera,§.hoc Senatuſconſultum,ff.de leg.1.
Pariſ.in conſi.125.num.11.vol.4.Mcho.de arbitr.
iud.caſu 290. nu.19. Gabr.lib.1.tit.de præſump.
concl.12.in prin.D.Becius in conſi.60.nu.32. &
in propoſito extat text. qui videtur in præſentem

con-

controuerſiam terminare, in d.l.prædijs, §.qui domum, ff.de leg.3.vbi dicitur, quod qui hortũ domus cauſa comparauit; legando domum, videtur
3 hortum quoque † legaſſe, Bal.& Caſt.in l.Olimpico, in princ.ff. de ſeru.vrb. præd. & dicit Nicol.de Neapoli, ꝙ hortus cedit illi domui, per quam erat aditus ad eum, ſi tñ teſtator non eum deputauerat ad vſum alterius domus, & ita vult quod deputatio ſeu deſtinatio attendatur magis quàm aditus, Alc.in conſ.233.in prin.vol.2.& in propoſito cõcludit Cæph.in conſi.144.n.15.& ſeq. quod prædia deſtinata ad vſum poſſeſſionis caſæ nouæ, includuntur legata ipſa poſſeſſione, latè Simon de Pretis de interpre.vlt.volun.li.4.interpr.1.dubit.7.nu.39.Mantica de coniect. vl. volun.lib.9.tit.2.num.36.quod verò hac intentione domus emptæ fuerint, ſtandum eſt declarationi factæ per D.Hẽ
4 ricũ emptorem, a cuius animo † dependebat emere ad vnum potius, quàm ad alium finem, gl.in §.ſed iſtæ, vbi Iaſ.nu.54.Inſti.de actio.Pariſ.in cõſ.20.nu.65.vol.1.Marſi.in ſing.635.ſequuntur alij relati per Menoc.de arbitr.iud.caſu 86.nu.6.Soc.iun.in conſ.18.nu.10.vol.4.Ruy.in conſi.58.n.5.vol.4.Secundum eſt, ꝙ etſi domunculas prędictas D.Henricus conſueuerit locare ſcorſum a domo, non tñ ideo videtur mutaſſe propoſitum, quod in mente geſſerat t͞pe emptionis, vt ſcilicet deſeruirẽt palatio: ſed poſſunt ſimul ſtare, ꝙ voluerit domos ſeruire quoad hoc ne altius tollerentur, & eas locauerit, vt interim non eſſent inutiles, & ideo ex illis locationibus nõ debent cenſeri ſeparatæ a palatio, per ea, quæ ponit Ruy.in conſ.71.nu.13.vol.2.vbi ait prædia ſemel ad vnius poderis, vel maſ
5 ſaritij vſũ deſtinata † & ſemel incorporata & vnita, non videri ex eo ſeparata & diſtincta, quod dñs poſtea ea alij colẽda locauerit cũ obligatione plãtandi vites, quã obligationem coloni maſſaritij recuſauerãt ſuſcipere, ex quo ea ſeparatio facta fuit non vt eſſet perpetua, ſed gratia commodioris culturæ, l.Caius, §.fi.ff.de leg.2.Bart.in l.1.ff.de reb.dub.Alex.d.l.quod in rerum, §.fina.ff. de lega.1.

Hæc etſi contra D. Siluium multum vrgere videantur, tñ perſiſto in priori ſnĩa ex rationibus, quas in alijs ſcriptis allegaui, quod non fuerunt eodem t͞po, aut pretio domunculæ illæ emptæ cũ palatio, quod non eadem murorum contignatione continentur, quod ad eas non datur aditus per palatiũ, & qui extat remãſit ſemper clauſus, & demum, quod ſemper fuerũt locatæ diuerſis perſonis extra rõnes palatij. Et non obſtat, quod emptę fuerũt ea intentione, vt palatio deſeruierint, ideſt ne ad aliorũ manus peruenirent, qui eas ædificando obſcurarent lumina palatij, vel palatium introſpicerent: quia reſpondeo primò de hoc non conſtare, niſi vt aſſeritur ex dicto magnifici D. Iuriſcõſulti ab Eccleſia, qui cũ ſit vnicus & ſingularis, non probat, l.vbi numerus, ff. de teſtib. Secundò reſpondeo, ꝙ non ẽt dicerentur domus deſtinatæ ad vſum palatij, ſi ad p̃citatũ finem tantum emptę fuiſſent. hoc enim modo dicerentur ſeruitutẽ prę
6 ſtare palatio altius nõ tollendi, ſed res † ſua nemini põt ſeruire, l.in re cõi, & ĩ l.ſi quis ædes, ff.de ſer.vrb.pręd.l.cum in fundo, in princ.ff.de iure dot. l.quidquid, ff.com.p̃dio. & ſeruitus aliud eſt, aliud aũt quod domũculæ dicantur vnitæ palatio, & ad illius vſum deſtinatę: tunc.n.dicitur deſtinatę ad vſum, qñ teſtator eodem modo inhabitando palatiũ illis vtebatur. ita probat tex.in l.prædijs, §.balneas, §.q domũ, & §.fi.ff.de leg.3.& in cognoſcendo, an res ſit parata ad vſum alterius, debemus cõſiderare rẽ ipſam, nõ ſeruitutẽ, quia ſolum, eſt rei
7 pars † principalior, l.cũ res, §.aream, ff.de ſolutio. Bar.in l.peculiũ, §.quadrigę, ff.de leg.2.per quam rõnem Ruy.in conſ.71.in primo dub.vol.2.dicit, ꝙ ſi prędiũ pro parte cultiuum, & pro parte vineatũ ſit, quoad ſegetes & culturã ſub vno maſſaritio veniet legato maſſaritio, ẽt ſi teſtator vites coleret proprijs expenſis, non autẽ miniſterio coloni, atq; ita vult ꝙ attendatur ſolũ, non autem id quod nõ eſt æquè principale. & facit, quia deſtinatio teſtatoris erat ad illam ſeruitutẽ altius non tollendi limitata, ne obſcurarentur lumina palatij, proinde non põt dici ꝙ legato palatio veniant illę domunculæ reſpectu domini, quæ paratæ erant ad eius
8 vſum ſolũ reſpectu dictę ſeruitutis. limitata † enim cauſa, limitatũ producit effectum, l.in agris, ff. de acq.rer.dom.Neuiza.in conſi.52.nu.34.conſ.66.nu.32.& deſtinatio quoad ſeruitutẽ, & ita quoad vnũ vſum, non dẽt extendi ad proprietatem, & ad aliũ vſum, quia ſeruitus aliud eſt, & aliud res ſer
9 uiens. quinimo Doctores volunt, ꝙ ius † ſeruitutis non ſit in fundo ſeruiente, ſed in fundo dominante, gl.in l.Męuius, §.fundo, ff.de leg.2.vbi not. Bar.Cępol.de ſer.vr.præd.c.13. & ſeruitus dicitur accidentalis habitudo & extrinſeca qualitas prædij, ſm Azo.in ſum.Inſti.de ſerui.& Bal.q clarius loquitur, in auct.ei qui, C.de bo.auth.iudi.poſſid.
10 & ſeruitus † eſt qualitas, non ſubſtantia, l.quid aliud, ff.de uerb.ſignifi.Bar.in l.1.in fi.ff.de vſufr.leg.Cæpol.de ſeru.vrb.præd.c.2.ideo magis eſt attendendus vſus reſpectu ſubſtantiæ, quàm reſpectu qualitatis illarũ domuncularum, præcipuè cũ
11 reſpectu fundi ſeruientis ſeruitus conſiſtat † in potentia, l.quoties, la prima, ff.de ſer.l.ſi ego, la prima, ff.de publicia.l.1.§.fi.ff.de ſeru.urb.prędio.& proprius vſus rei conſiſtit in percipiendo fructus ex re prouenientes, ut dicitur in §.1.Inſti.de uſu & habitatio.& toto tit.ff.eo.non ergo illę domũculę uenient in legato palatij, ẽt ſi fuerint emptæ ut ſeruiãt palatio reſpectu ſeruitutis altius nõ tollendi.

Reſpõdeo tertiò, quòd ſi fuiſſent eo animo emptæ ut reſpectu etiam habitationis ſeruirent palatio, adhuc nõ cederẽt legato palatij, quia D. Henricus emptor, qui diu poſt emptionẽ domos illas poſſedit, ideſt alias quinquaginta annis, alias quadraginta, alias uero triginta cõuertit eas in alium uſum, quàm palatij. locauit enim ſemper diuerſis perſonis, per quas locationes uidetur receſſiſſe a prima intentione & uoluntate, & eam mutaſſe, quia poſterior actus primo cõtrarius primum tollit,

lit,l.pacta nouiſſima, vbi C.de pact. & alienando
12 rem legatã,videtur teſtator † reuocare legatũ,l.rẽ
legatã,ff.de alim.leg.& deſtinatio ſemel facta,põt
13 reuocari etiã tacitè,puta legando rem† deſtinatã,
tex.in l.cætera.§.fi.vbi Bar.ff.de leg.1.Ruy.in cõſ.
71.nu.12.vol.2.& dicit Bar.d.§.fi.nu.2.q; mutare
poteſt propoſitum is,qui deſtinauit,& deſtinatio
ea attẽditur,quæ erat t.pe teſtamenti,nõ quæ ante
fuit,vel quæ eſt in aliud tempus collata, ſm Ruy.
14 d.conſ.71.nu.12.& eſt regulare,† quòd teſtamẽti
tp̃s attẽdatur,l.ſi ita legatũ, ff.de auro & arg. leg.
Bar.l.fi.§.1.ff.de leg.2.Bal.in l.pater filium,col.3.
ff.de inoſ.teſta.Salic. in l.generaliter,§.cum aũt,
nu.7.C.de inſtit.& ſubſt.Mant.de coniect.vlt.vo
lunt.lib.3.ti.11.nu.1.& ſeq.& non tam iura reſpi
ciũt ad intentionẽ quam haberet teſtator, qñ rem
emit,quã ad uſum in quo frequenter eã habuit in
dignoſcendo,an vna res veniat in legato alterius,
15 quia voluntas † teſtatoris tacitè colligitur ex vſu,
l.damnas,§.fi.ff.de vſufr.leg.l.teſtatrix, in prin.ff.
ſi ſer.vend.gloſ.3. in l.ſi cui ædes, ff.de leg.3. vbi
hac ratione inquit vſum teſtatoris attendi, & ita
vſum cõſiderat Bar.in d.l.prædijs,§.qui domum,
ff.de leg.3.Alc.in conſi.54.uol.3.alios citat Simõ
de Pretis de interpr.vlt.vol.lib.4.interpret.1.dub.
7.nu.39.& ſeq. & facit quod in caſu contrario in-
quit Alex.in conſi.223.col.2. uer.ſed bene pono
pro conſtanti, uol.2. ubi ait, ſi teſtator conſueuit
quandam cameram locare,ſed tempore teſtamẽti
ea utebatur pro ſe & familia, quod tũc ea uenit in
legato domus. præſupponit ergo quòd ſi prius
conſueuiſſet habitare, deinde teſtamenti tẽpore
conſuetudo fuiſſet locãdi,nõ includeretur.& ſub-
dit quòd attenditur mortis, & teſtamẽti tempus,
& quando teſtator diuerſimodè vſus eſt,vel vti cõ
16 ſueuit,attenditur vltima † conſuetudo,ſecundum
Aret.in l.ſi ſeruus plurium, §.fi.poſt principium,
ver.& quando fit mentio,ff.de leg.1.ſequitur Mã
ti.d.tract.lib.3.tit.9.nu.5. quare cum teſtator te-
ſtamenti, & mortis tempore non vteretur domib.
prædictis ſimul cum palatio, ſed palatium inhabi
taret,& domos locaret,fatendum eſt eas non com
prehendi in legato palatij, & ex prædictis ſatisfa-
ctum eſt quoque ſecundo dublo.

SVMMARIVM.

1 *Mulier tranſiens ad ſecunda vota, non reſeruat filijs ex priore matrimonio donata ſibi a primo viro in cauſam meritorum.*

2 *Hæres non poteſt venire contra factum defuncti.*

3 *Filij primi matrimonij non reuocant lucra nuptialia alienata a matre, cuius ipſi ſunt hæredes.*

4 *Maritus ſtante ſtatuto lucratur dotem in præiudiciũ filiorum vxoris ex primo viro, licèt ſint foreuſes, ſi ſunt hæredes matris.*

5 *Mulier ſecundò nubens poteſt dare omnia bona in dotem ſecundo viro, etiam ſi ſtatutum deferat marito lucrum dotis, ſi filij ſunt hæredes matris.*

6 *Donatio propter nuptias fit contemplatione dotis.*

7 *Donatio propter nuptias ſoluto matrimonio redit ad donantem.*

8 *Donatio a ſene facta vxori iuueni, cenſetur facta in recompenſationem iuuentutis.*

9 *Conuexorum idem eſt iudicium.*

10 *Negatiua vt probetur per teſtes, neceſſe eſt, quòd teſtes remoueant actum a ſenſu.*

11 *Mulier tranſiens ad ſecunda vota, reſeruat filijs donationem propter nuptias habitam a primo viro, & idem eſt ſi non ſecundò nubit.*

12 *Finis eſt primus in intentione, & vltimus in executione, & dicitur principaliter fieri id, ad quod tanquam ad finẽ ordinatur intellectus, & multa alia.*

13 *Cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati.*

14 *Cauſa prima attenditur, quando ſecunda nihil poteſt ſine ea operari.*

15 *Cauſa matrimonij præſumitur finalis, quando in nuptijs aliquid datur.*

16 *Donatio propter nuptias dicitur, quidquid maritus dat vxori in dotali inſtrumento.*

17 *Donatio ſimpliciter facta a marito in matrimonio, dicitur propter nuptias.*

18 *Donari videtur, quod nullo iure cogente ſoluitur.*

19 *Effectus rei eſt conſiderandus, non nomen.*

20 *Augumentum dotis dicitur, quod doti additur a muliere, vel alio ex eius parte.*

21 *Augumentum quod doti fit a marito, eſt donatio propter nuptias.*

22 *Dos data primo viro cenſetur repetita ſecundo, cum augumento facto ab vxore, ſecus in augumento facto a primo viro.*

23 *Dos, donatio propter nuptias, & ſponſalitia largitas, quomodo differant.*

24 *Res mea non poteſt amplius effici mea.*

25 *Augumẽtũ factũ doti a marito cõſtãte matrimonio.*

26 *Extraneus dotans videtur donare.*

27 *Dos, eſt mulieris patrimoniũ, et ab vxore p̃ficiſcitur.*

28 *Confeſſio mariti conſtante matrimonio facta de dote recepta, non valet, quia eſt donatio.*

29 *Confeſſio mariti ante matrimoniũ facta de dote recepta, non valet, quia confertur in tẽpus matrimonij.*

30 *Maritus ignobilis poteſt dotare, ſeu augere dotes vxoris nobilis.*

31 *Filijs primi matrimonij reſeruãtur data vxori a marito, etiam ſi dicat ſe dare in cauſam reſtitutionis mutui, ſeu depoſiti.*

32 *Donatio propter nuptias non redit ad donantem ſoluto matrimonio, quando pacto aliter eſt conuentum.*

33 *Mulier ſoluto matrimonio non reſtituit dotes, quas dedit maritus ſtuprator, ſed eas retinet.*

34 *Mulier ſecundò nubens tenetur filijs primi viri reſeruare, quod fuit ſibi a primo viro datum in cauſam dotis.*

35 *Filijs primi matrimonij reſeruatur lucrum factum ab altero coniugum ex forma ſtatuti.*

36 *Lucrum delatum a lege, cui homo poterat renunciare, videtur ab homine, non a lege prouenire.*

37 *Debitum an ſit neceſſarium, vel voluntarium, inſpicienda eſt origo.*

38 *Dare videtur, qui non adimit, cum poſſit adimere.*

Dona-

39 *Donationi perfectæ nihil addi, vel detrahi poteſt.*
40 *Declaratio ex interuallo facta nõ præiudicat tertio.*
41 *Cõfeſsio facta in teſtamẽto ſuſtinetur in vim legati.*
42 *Mater tenetur filijs primi matrimonij reſeruare quidquid iure legati habuit a primo viro.*
43 *Donatio facta a viro ignobili & diuite, vxori nobili & pauperi, eſt nulla.*
44 *Præſumitur de præſenti in præteritum.*
45 *Aetas quãdo eſt fundamentũ intẽtionis, eſt ꝓbanda.*
46 *Dos non eſt ſine matrimonio.*
47 *Dos ſoluto matrimonio redit ad dotantem.*
48 *Voluntatem accommodare contrahentes ſecundum leges præſumitur.*
49 *Dos data primo viro, non cenſetur repetita ſecundo, ſi extat ſtatutum de lucranda, quãdo ex primo viro extant filij, ſed videtur data ſecundum terminos l. hac edictali.*
50 *Stipulatio dotem reſtituendi illi vel illis, quibus ius dederit, intelligitur ſecundum ordinem iuris.*
51 *Filij primi viri repetunt poſt mortẽ matris ea, quæ in ſolutum dederant matri tranſeunti ad ſecunda vota, ita quòd de eis faceret velle ſuum.*
52 *Mater non poteſt alienare lucra, quæ propter tranſitum ad ſecunda vota ſunt filijs primi matrimonij reſeruanda.*
53 *Factũ propriũ impugnare quilibet põt, ſi nullum eſt.*
54 *Hæres poteſt venire contra factũ defuncti, quod eſt nullum, vel cõtra legis prohibitionem, vel ad fraudandum hæredem iure ſuo.*
55 *Hæres matris impugnat id, quod fecit mater contra l. hac edictali.*
56 *Mulier tranſiens ad ſecunda vota facilius poteſt venire contra l. hac edictali, quàm contra l. fœmina, C. de ſecund. nupt.*
57 *Mater tranſiens ad ſecunda vota prohibetur plus ſecundo viro relinquere, quàm filijs primi, etiam de bonis proprijs ipſius mulieris.*
58 *Filij hæredes matris vti poſſunt diſpoſitione l. fœmina, C. de ſecund. nup. quando mater non alienauit per contractum bona reſeruanda.*
59 *Hæres eadem conuenitur actione, qua defunctus tenebatur.*
60 *Hæres poteſt venire contra factũ defuncti, quod in eo non erat obligatorium.*
61 *Vxor acquiſiuiſſe præſumitur de bonis viri, quidquid acquirit matrimonio conſtante.*
62 *Vxor præſumitur ẽt durãte viduitate acquiſiuiſſe de bonis viri, ſi nõ cõſtat quod potuerit aliũde habere.*
63 *Mater tranſiens ad ſecunda vota, tenetur filijs primi viri reſeruare, quæ acquiſiuit conſtante primo matrimonio, vel dum erat vidua.*
64 *Mater tranſiens ad ſecunda vota, reſeruat filijs primi viri, quidquid habuit de ſubſtantia primi viri, etiam ab alio quam ab eo.*
65 *Negatiua probatur per teſtes etiam non remouentes actum a ſenſu, quando ex eorum dicto conſtat eos veriſimiliter ſcire quæ deponunt.*
66 *Par affectio tollit ſuſpicionem.*
67 *Negatiua, quod plura bona non extent, eſt ipſo iure probata, etiam ſi pro negante non ſtet præſumptio.*

CONSILIVM CXCVI.

EXISTIMABAM prioribus ſcriptis ſuſtuliſſe omne dubium, quod contra Dominas ſorores de Aualle poſſet D. Io. Maria Capris earũ vitricus mouere. Verũ ex his, quæ magnificus D. Vicarius motiuando ſcripſit, video longè aliter eueniſſe; quandoquidem exiſtimat D. Vicarius aureos illos ducentum, de quibus in dotali inſtrumento, non fuiſſe Dominæ Lucretię Magnocaballę donatos propter nuptias vti dicebam, ſed datos in augumẽtum dotis, & recompenſationem iuuentutis a D. Io. Franciſco Auallo marito iam ſenio confecto: ſimiliterq́ue in eandem recõpenſationis cauſam factum ab eodẽ marito legatũ aureorum centum ſeptuaginta quinque, proinde vtranq; quantitatem eſſe æqualiter diuidendã inter filias tam ſecundi, quàm primi matrimonij, nõ autem per mortem Dominæ Lucretię ſpectare in ſolidum filiabus ex primo viro, idq́; duplici ratione. Prima, quòd datum in cauſa meritorum nõ te
1 netur † vxor ſeruare filijs prioris matrimonij, ſed illud habet pleno iure liberum, & nulli reſtitutioni obnoxiũ, vt in proprijs terminis concludit Ripa in l. fęminę, nu. 40. & 44. C. de ſec. nupt. Io. Lup. in rep. rub. de don. inter vir. & vxo. §. 50. nu. 34. verſi. & pro complemento. Secunda, q̄a ſi eſſet donatio propter nuptias, ex quo tamen dictæ actrices profeſſæ fuerint ſe matris hęredes, non poſſunt venire contra factum matris, quæ tã dictos aureos tercentum ſeptuaginta quinq; quàm alios qui ad eã peruenerant ex relicto paterno cõſtituit D. Io. Mariæ ſecundo viro in dotem, vt legitur in inſtrumento
2 exhibito in actis: hęres † enim non poteſt regulariter venire contra factũ defuncti, l. ex qua perſona, ff. de reg. iu. l. cũ a matre, C. de rei vẽd. & ideo Arelat. in l. generaliter, nu. 120. & ſeq. C. de ſec. nupt. dicit quòd filij hęredes matris prohibentur reuo-
3 care lucra nuptialia, quę viuens † mater alienauerat triplici ratione. Prima, quia hęres non uenit contra factũ defuncti: ſecunda, quia damnũ ęquoquis animo ferre debet ex illius perſona, ex qua lucrũ conſequitur: tertia, quia hæres cenſetur eadem ꝑſona cum defuncto, & eodem iure ligatur. & hoc ſequitur Ant. Gab. lib. 3. titu. de ſec. nupt. concl. 2. nu. 4. Et pro confirmatione augẽdo dubitationem facit, quod voluit Decius in conſ. 19. col. fi. vbi di-
4 cit quòd etſi ſtatutum diſponens, † quòd maritus lucretur dotem ẽt ſtantibus filijs ex priori matrimonio, non habeat locum quãdo filij primi matrimonij ſunt forenſes: tñ hoc fallit, ſi ſint hęredes matris, quæ dotẽ conſtituit, quia impugnare non poſſunt factum matris, & ligantur ſtatuto quemadmodum mater. ſed magis ſtringit, quod voluit Io. de Amic. in conſi. 3. num. 13. & ſeq. vbi concludit, quòd etſi mulier non poſſit in præiudicium filio-
5 rum ex primo † viro dare omnia bona ſua in dotẽ ſecundo marito, ſtãte ſtatuto, quod ſecũdus vir lucretur dotem: tamen fallit quando filij inſtituti

hære-

hæredes a matre adiuerũt eius hæreditatem, quia
non poterunt factum matris impugnare: poteſt
enim res hæredis obligari & vendi in illius præiu-
dicium, ſi non fecit inuentarium.

Quòd verò illi aurei ducentum fuerint non pro
pter nuptias donati, ſed additi dotibus, & ad augẽ
dum dotes, pluribus conatur oſtendere: & primò
6 quia donatio † propter nuptias fit contemplatio-
ne dotis, & ob cauſam dotis receptę: qua ratione
aliquando contra dos appellatur, l. fi. C. de donat.
ante nupt. ſed ex inſtrumento dotali conſtat non
ob receptã dotem, nec illius intuitu Dominũ Ioã.
Franciſcum dediſſe aureos illos ducentum, ſed ad
effectum vt Domina Lucretia eſſet cõpetenter do
tata ſecundum conditionem & qualitatem ſuæ fa
miliæ, ad formam apoſtolicæ diſpenſationis.

Secundò, quia in eo inſtrumento ſępiſſimè di-
cit Dominus Io. Franciſcus ſe Dominam Lucre-
tiam competenter dotare, & ſemper appellat do-
tem & augumentum dotis, nõ donationẽ ꝓpter
nuptias, & promittit dictos aureos ducentum reſti
tuere in omnem caſum reſtituendæ dotis.

Tertiò Domina Lucretia eſt ſtipulata nõ ſolũ
ꝓ ſe, ſed etiã pro hęredibus illos aureos ducẽtum,
7 cum tñ ſoluto matrimonio donatio † propter nu-
ptias redeat ad donantem, & non tranſeat ad hęre
des vxoris, c. fi. §. fi. de don. inter vir. & vxo. glo. in
auth. dos data, C. de donat. ante nup. Neuiz. in ſil-
ua nup. lib. 2. nu. 74. Rol. in conſ. 6 2. in prin. vol. 1.

Quòd autem tam aurei ducẽtum dati tempore
matrimonij, quàm alij relicti in teſtamẽto, ſint cõ-
ceſſi in cauſam remunerationis Dominę Lucretię,
probatur primò ex iuris præſumptione, quæ vult,
8 quod † cenſeatur in recompenſationem iuuentu-
tis habitum, quidquid maritus ſenex vxori iuueni,
vel ignobilis nobili dedit, Bal. in l. diuortio, ff. de
verb. oblig. Bal. in l. 1. C. de donat. ante nupt. cum
alijs, de quibus in prioribus meis ſcriptis, nu. 6.

Secundò oſtenditur ex declaratione facta per
eundem Dominum Io. Franciſcum in teſtamẽto,
dum dicit relinquere ob benemerita, & cum teſta-
tor eo loci mentionem faciat vnico verborum con
textu de aureis ducentum iam additis, & de aureis
centum ſeptuaginta quinque tunc legatis, decla-
ratio meritorum eſt referenda ad utranque quan-
9 titatem, quia de connexis † idem eſt iudiciũ, l. quid
ergo, §. penult. ff. de contr. iudic. tutę. Iaſ. in l. ſed ſi
plures, §. filio, nu. 5. ff. de vulg.

Reſpectu verò mobilium iocalium & aliorum,
quæ pariter petita fuerunt tanquam relicta a Do-
mino Io. Franciſco, non uidetur probatum, quod
ea habuerit a primo viro, quod erat neceſſarium,
quia conſtat eam habuiſſe alia bona eiuſdem con
ditionis, & qualitatis tempore quo primo nupſit,
quę tamen nõ ſunt reſeruanda filijs ex priori ma-
trimonio, ſed æqualiter diuidẽda ſunt inter filias
vtriuſque matrimonij. & licèt teſtes dicant, quod
Domina Lucretia tempore primi matrimonij por
tauit in domum viri quædam bona, nõ tamen di-
cunt, quòd alia non detulerit, vel inferre potuerit:
10 & vt negatiua † probetur neceſſe eſt ꝙ teſtis actũ
remoueat a ſenſu, nõ ſenſum ab actu, Bar. in l. 1. §.
hoc interdicto, nu. 8. ff. de itin. actuq; priu. quia po
tuit alia comportaſſe, ꝙ teſtes non vidiſſent, Ang.
in §. hinc nobis, in Auth. de hęred. & falcid. Dec.
in cõſ. 10 1. col. pen. ver. tertiò principaliter, Pariſ.
in conſ. 13. nu. 18. vol. 3. Ripa in c. cum eccleſia, nu.
88. in fi. de cau. poſſ. & propr. Hercul. ĩ tract. de ne
gat. n. 318. & ex teſtib. nonnulli ſunt affines dicta-
rũ ſororũ de Aualle, q ideo integri dici nõ poſſũt.

Quorum tamen omnium nullã habendã eſſe ar
bitror rationẽ in præiudicium dictarum ſororum,
quę rectè agunt ad bona, quæ Domina Lucretia
earum mater habuit a D. Io. Franciſco patre, ex
quo ſiue quia trãſiuerit ad ſecunda vota, ſiue quia
agatur de donatione propter nuptias, tenebatur
11 ea filiabus † primi viri reſeruare ex diſpoſitione l.
fœminæ, C. de ſec. nup. & §. propterea, in Auth. ne
que virum quod ex dote, & auth. vxore, C. de ſec.
nup. vt latè comprobaui, & deduxi in priorib. ſcri
ptis, ad quę iuuat me remittere, ne idem ſæpius re
petatur. Et non obſtat, quod aurei ducentum fue-
rint a Domino Io. Franciſco dati non contẽplatio
ne dotis, ſed vt vxor eſſet competẽter dotata; quia
reſpondeo, quòd vt locus eſſet matrimonio inter
dictas partes tractato, non obſtante impedimento
affinitatis, quod ſuberat in tertio gradu, neceſſe
fuit apoſtolicã diſpenſationem impetrare, quæ vt
cõcederetur, expoſuerunt ſummo Pontifici quod
D. Lucretia propter dotis exiguitatem non pote-
rat pari nubere, & quod D. Io. Franciſcus eius affi
nis in tertio gradu contentabatur eam ducere in
vxorem cum modica dote, quam habebat, & com
petenter etiam dotare, ſi diſpenſatio concedere-
tur. Summus autem Pontifex committit Reueren
diſs. Epiſcopo Caſalenſi, quòd vbi preces veritate
nitantur, & D. Ioã. Franciſcus dotet competenter
Dominam Lucretiam, diſpenſationem concedat
aduerſus dictum gradus tertij impedimentũ. Cer-
tè ſi quis hanc facti ſeriem intueatur, negare non
poterit quin principalis cauſa, quæ D. Io. Franci-
ſcum mouit ad dotandum D. Lucretiam, ſit ſpes
futuri matrimonij cum ea contrahendi, non autẽ
vt eſſet dotata competenter: principaliter enim in
precibus Summo Pontifici porrectis petit diſpen
ſationem ad contrahendum matrimonium, at vt
concederetur offert ſe eam ducturum, quamuis in
competenter dotatam; & vlterius pollicetur dotẽ
ſe competentẽ daturum. prima igitur Domini Io.
Franciſci intentio fuit habere Dominã Lucretiã
in vxorem: alia verò omnia geſta ſunt, vt matrimo
niũ ſortiretur faciliorem exitum, & dicimus pro-
12 priè finem † eſſe primum in intentione, licèt vlti-
mũ in exequutione, Bal. in l. auia, col. vlt. C. de iu-
re dot. Tiraq. in tract. ceſſ. cau. lim. 1. nu. 6. & dicit
Bar. in 1. conſtit. Codi. col. 2. quod finis eſt princi-
pium in intellectu, & illud dicitur principaliter fie
ri, ad quod tanquam ad finem intellectus tendit,
vt inquit Natta in conſi. 149. nu. 8. & Philoſophi
dicunt, quòd in omnibus agendis finis eſt princi-
pium,

plum, vt refert Garcias in tracta. de vlt. fine iuris
ciuil.in prin.n.2. Et finis illud eſt, quod principa-
liter agitur, ſecũdum Bal.in l.1.§.huius ſtudij, col.
2.ff.de iuſt.& in. Neuiza.in conſi.5.nu.11. Et finis
eſt conſiderandus in omni diſpoſitione, l.& ſi non
ſint, in §.peruenia mus, ff.de auro & arg.leg. Et fi-
nis regulat diſpoſitionem, l. eam quam, C. de fi-
deicom. Et tendentia ad finem, ſapiunt naturã fi-
nis, l.oratio, ff.de ſpõſal. Et inſpiciendo finẽ, debe
mus omnia ad illum ducere, ca.is autẽ, 22.q.2. Et
quę ordinantur ad aliquem finem, regulantur ſm
naturam finis, vt dicit Bal. in conſi.115.col.2.vol.
1.& ratio eſt, quia finis dignior eſt omni eo, quod
ordinatur ad finẽ, d.l.& ſi nõ ſint, §.peruenia mus.
Et dicit Bellam.in deciſ.508.ꝙ vnaquæque diſpo
ſitio recipit interpretationem ſm finem, ad quem
tendit. Et dicit Barbat.in c.quoniam, col.2.de off.
deleg. quòd finis eſt cauſa cauſarum. Et dicit Gar
cias loco prędicto, quod omnia principia determi
nantur a fine, latè Neuiza.in conſ.50.nu.21.Crau.
in conſi.137.nu.14.Cæph.in conſi.66.nu.61.De-
ciſ.Pedem.167.n.22.ideo adepto fine, ceſſant oĩa
ordinata ad finem, c.euidentia, de accuſa. Neuiza.
in conſi.70.nu.14. Et finalis cauſa eſt cauſa aliarũ
cauſarum, vt poſt Ariſto.inquit Bal.in l.generali-
ter, col.2.in 2.oppo.C.de epiſc.& cler. ſequuntur
plures citati a Tiraq.in d.tract.ceſſan.cau. limit.1.
nu.5. Cauſa ergo dandi illos ducentũ aureos, fuit
vt concederetur diſpenſatio ad cõtrahendum ma
trimonium.& licet ex forma diſpenſationis neceſ
ſe haberet D. Lucretiam dotare, & ad hunc effe-
ctum quoque dederit aureos ducentum, de quib.
agimus: tñ quia & dotatio & diſpenſatio ad eum
tendit finem, vt eandem D. Lucretiam poſſet ha-
bere in vxorem, dicimus ſpem futuri matrimonij
eſſe cauſam finalem illius dotationis, & quæ fuit
principalis in intentione D.Ioan.Franciſci. cauſa
23 † enim cauſæ, eſt cauſa cauſati, Bar.in l.4.§.actor,
nu.2.ff.de re iud. Deciſ.Ped.167.nu.28.& dicit
Iaſ.in l.quominus, nu.17.ff.de flumin. quod idem
iudicãdum eſt de cauſa cauſante effectũ, quod de
ipſo effectu, & deficiente cauſa cauſante, deficit ẽt
cauſa cauſata, gl.ĩ l.fi.poſt prin. in ver.nuptijs, C.
de don.ante nupt. vbi dicit, quod nuptiæ ſunt cau
ſa cauſans, & dos eſt cauſa cauſata, & ſemper pri-
24 mam cauſam † inſpicimus, cum ſecunda nihil poſ
ſit operari, niſi quantum influitur a prima, l.præ-
tor, §.prædiũ, ff.de leg.2.l.ſi quis domũ, §.hęc ſub
iungi poteſt, ff.loca.l.ſi ex duobus, vbi gl. ff.de aſ-
ſign.libert. Ang. pulchrè in conſi.110. col.pen. vbi
poſt Philoſophum dicit, quòd cauſa prima magis
in cauſatum influit, quã ſecunda: proinde plus pri
mæ cauſæ concedendum eſt, q̃ ſubalternæ, l.Pu-
blius, §.1.ff.de cond.& dem. l.ſi viua matre, C. de
bon. mater. ſpes igitur ducendi D. Lucretiam in
vxorẽ, fuit prima & originalis cauſa dandi aureos
ducentum: id quod deprehenditur ex hoc, quia ſi
non fuiſſet ſequutum matrimonium, vel ſi nõ fuiſ
ſet ſpes & intentio contrahendi cum ea matrimo-
nium, nõ ei dediſſet, nec curaſſet, quòd eſſet cõpe
tenter dotata, & verba ſupplicationis ſunt clara, ꝙ
dos cõpetens fuit oblata, ſi cõcederetur diſpenſa-
tio. ex his aũt falſum redditur, quod dixit D. Vica
rius in ſuis annotationibus, dũ inquit, D.Io.Fran
ciſcum potuiſſe ducere D. Lucretiam in vxorem
cum exigua illa dote, & non eã dotare: Nã non po
terat inter eos eſſe matrimoniũ, niſi aduerſus im-
pedimentum affinitatis concederetur diſpenſatio;
ea vero diſpenſatio fuit ſub conditione conceſſa,
quod prius cõpetenter dotaretur, & facultas di-
ſpenſandi cõmittitur Epõ per hęc verba: Poſtquã
dicta mulier competenter dotata fuerit, vt præfer
tur, &c. ideo non erat in facultate D.Io.Franciſci
eã habere in vxorem ſine conſtitutione dotis, poſt
quã Pontifex ſine ea noluit diſpenſationem cõce
dere.& ratio Dñi Vicarij ſubſiſteret, ſi nullum ex
titiſſet affinitatis impedimentum: ſed ſtante impe
dimento cauſa illa, vt D. Lucretia eſſet competen
ter dotata, & vt ſatisfieret menti apoſtolici reſcri-
pti, nõ fuit prima, nec finalis cauſa, ſed impulſiua,
25 & vt dixi, qñ aliquid datur ĩ nuptijs, † ſemper cau
ſa matrimonij pſumitur eſſe finalis, ſm Pet.Cyn.
Alb.& Salic.in l.generaliter, C.de epiſc.& cler. cũ
multis allegatis a D.Becio in conſ.20.nu.18.& di-
xi in primis ſcriptis, ſub nu.30.& dicit hoc ẽt Ne-
uiz.conſ.45.nu.27. vbi nu.26. loquẽdo in noſtris
ferè terminis, ſubdit ex prefatione cognoſci, quod
augumentũ fit ex cauſa matrimonij, quod etiam
in præſenti facto concurrit, quia tam in precibus
ſummo Pontifici oblatis, q̃ etiam ex inſtrumento
ſubſequuto inter partes conſtat omnia ea geſta
fuiſſe ob cauſam matrimonij: & hæc licèt tetige-
rim in prioribus ſcriptis, ad ea tñ non reſpondet
Dominus Vicarius, niſi quòd matrimoniũ pote-
rat ſortiri effectum abſq; dotis augumento, quod
eſt contra formã diſpenſationis, quę duo omnino
requirit, quod D. Lucretia paruas haberet dotes,
& quòd competenter a futuro viro dotaretur.

Stante aũt pręſuppoſito, quòd futuri matrimo
nij ſpes fuerit cauſa augendi dotem, fatendum eſt
augumentũ illud eſſe donationẽ propter nuptias,
per ea quæ dixi primo loco; & præcipuè, q̃a quid-
26 quid datur uxori a marito † in inſtrumẽto dotali,
dicitur donatio propter nuptias, ẽt ſi non dicatur,
l.cum multæ, §.finaũt donatio talis, C.de don.an
te nupt. Alba in conſi.22.nu.7. qui erat videndus,
quia deſtruit omnes uires motiui; & loquitur etiã
ſi partes dicant ſe augere dotes vxoris, quia nihil
aliud eſt augere dotes vxoris, quàm donare pro-
pter nuptias; & idem dicit in conſi.68.in princ.&
non eſt dubium quin augumentum, de quo agi-
mus, factum fuerit habito reſpectu ad dotes, quia
primò fuerunt conſtitutæ dotes, poſtea verò dici-
tur: Et quibus quidem dotibus prædictus Do.Io.
Franciſcus de ſuis proprijs bonis addidit; &c. &
hoc eſt quod conſiderant Doctores, quando di-
cunt donationem fieri habito reſpectu ad dotes,
id eſt, quia dos ſit data: Nam fit donatio non ſolũ
intuitu dotis, ſed etiã nuptiarum, ideo dicitur pro
pter nuptias, §.eſt & aliud, Inſtit.de donat.l.cum
multæ,

multæ,in fi.princ. C.de donat.ante pup.quinimo
17 ſi ſimpliciter maritus† donet in ipſo matrimonio,
erit donatio propter nuptias,vt inquit gl.a. in au
then.eo decurſum,C.de don.ante nup.Alc.in cō-
ſil.699.nu.1.Addo quòd ex quo D.Io.Franciſcus
non tenebatur dotes augere,non pōt alius titulus
18 cōſiderari,q̄ donationis,† l.donari uidetur,ff.de
reg.iu.l.donari, ff.de donat. donationis aūt cauſa
eſt matrimonium,vt ſupra dixi: ergo erit donatio
propter nuptias,& non alius contractus: id quod
confirmatur, quia aliàs ſequeretur abſurdum, ꝙ
dos eſſet ſine donatione propter nuptias,quod eſ
ſe non debet,auth.dos data,C.de don. ante nupt.
cū alijs,quæ poſui in primis ſcriptis,nu.23. & fiet
id apertius ex his,quæ dicā circa ſequens obiectū.

Non etiam mouet,quod D.Io.Frāciſcus in eo
inſtrumento ſæpiſſimè dicat ſe competenter dota
re Dominam Lucretiam, & aureos illos ducentū
datos,vt ſupra, appellet dotes, & promittat illos
reſtituere in caſum dotium reſtituendarum, & ſe
dare dicat ad effectum vt ſit competenter dotata,
ſecundum mētem apoſtolici reſcripti:quia rñdeo
19 conſiderādum eſſe effectum, non autē† nomina,
quibus D.Ioā.Franciſcus eſt vſus, l.vbi ita dona-
tur,ff.de dona.cau.mor.ita inquit Alba in d.conſ.
22.nu.5.in fi.& ideo quidquid dicat maritus, cū
dat vxori præcipuè tempore matrimonij vel ſpon
ſalium, dicitur donatio propter nuptias, vt ſupra
dixi per tex.in d.auth. eo decurſum, & per glo.&
tex.in d.l.cum multæ. probaui etiam in prioribus
ſcriptis, quod augumentum dotis quādo fit a ma
rito, nihil aliud importat q̄ donationem propter
nuptias, & quod idem in marito eſt, quòd donet
propter nuptias,vel quòd augeat dotes vxoris, al
legaui Albā d.conſ.68.& conſ.22.Crau.in conſil.
185.in prin.adduxi etiam Doct.qui donationem
propter nuptias appellant augumentum dotis;al
legaui ēt quòd ita ſe habet cōis loquendi vſus.hęc
non repeto, nec Do.Vicarius in motiuis quicquā
allegat in contrarium, ſed in ſuis annotationibus
dicit, quòd ignorantes terminos legales donatio-
nem appellant augumentum dotis, cum tñ ſecun
dum verborumq; proprietatem augumentum do-
tis dicatur id,quod doti conſtitutę additur,l.etiā,
vbi glo. C.de iure dot. in quo eſt pro reſolutione
aduertēdum,quòd aliqñ dos augetur,vel doti ad-
ditur a muliere,vel alio ex parte mulieris; & tunc
20 verum eſt,quòd dotis augumentum † propriè di
citur, & de illo additamēto idem iudicatur, quod
de dote,vt probatur in d.l.etiam,& in l.inter ſoce-
rum, §.cum inter, ff.de pact.dot. l.ſi conſtante,§.
pactis,C.de don.ante nup.Spec.in ti.de dot.reſti.
§.1.num.10.pulchrè Aret.in conſ.152.breuitate,
nu.1. Rube. conſ.156.nu.2. Ripa in l.1.nu.28.ff.
ſol.matrim.alios citat Cęph.in conſi.156. nu.25.
& 34.Menoc.in conſi.93.nu.12.& ſeq.aliquando
verò doti additur a marito, & tunc non eſt dotis
augumentum,ſed donatio propter nuptias.ita di-
ſtinguendo declarat Natta in conſ.253.nu.7. di-
cens,quòd & ſi de augumento dotis idem iudice-
tur quod de dote,d.l.ēt, tamen hoc non procedit
21 in augumento † facto a marito, quia illud eſt do-
natio propter nuptias, ſed ſolū in additamento fa
cto ab vxore,vel alio ab eius parte, eodē modo de
clarat in conſ.571.nu.9.vbi dicit tex. in d.l.ēt, nō
intelligi de augumento dotis quod proficiſcitur a
viro,& quod mulier non dat,ſed ſuſcipit,& infert
ideo contra Ruy. quòd etſi mulier præſumatur ſe
cundo viro dare dotem,quam dederat primo, itē
& augumentum dotis,quod fuit ſuperadditum,ta
22 men † non cenſetur ſecundo viro dare augumen-
tum dotis,quod fecit primus,quia hoc habet ſpe-
ciale nomē donationis propter nuptias,& in ſum-
ma oēs leges, quæ loquuntur de augumēto dotis,
intelliguntur de eo quod fit ex parte mulieris,non
autē viri,vt videri ēt poteſt in d.l.cum multæ,in fi.
prin.in §.eſt & aliud,Inſti.de donatio. & declarat
Campeg. in tract.dot.in 1.par.q.61.vbi declarat
23 tres † diuerſos terminos,dotem ſcilicet,donatio-
nem propter nuptias, & ſponſalitiam largitatem,
& dicit ꝙ augumentum dotis fit ex parte mulie-
ris, ſicuti ex parte viri fit augumentum donatio-
nis propter nuptias, vt loquuntur prædicta iura.
quare Neuiza.Craue.Natta, Alba, Rol. & alij gra
uiſſimi authores, qui dixerunt augumētum dotis
factum a viro, eſſe donationem propter nuptias,
nō meruerunt notari quòd ignorauerint iuris ter-
minos: viderunt enim & ipſi l.ēt, ſed reſpicientes
ad nomen & ſenſum, non ad corticem verborum,
ita optimis rationibus enunciarunt.& quòd augu
mentum dotis qñ fit a marito non efficiatur dos,
probatur: nā titulus dotis transfert dominium in
maritū,gl.in l.doce ancillam,C.de rei vend.res au
24 tem quæ † iam eſt mariti, non pōt amplius effici
ſua,l.debitum,ff.de pigno.actio.l.cū res, ff.de cō-
trah.empt.c. inter dilectos, de fide inſtr. ideo dos
a marito non pōt vxori conſtitui. ita Campeg. in
d.trac.in 1.par.q.50.Lupus in rep.rub. de donat.
inter vir.& vxor.§.30.num.6.& procedit,etiam ſi
maritus rem donaret extraneo,vt eam deinde cō-
ſtitueret in dotem vxoris ipſius donantis, l. ſi ex-
traneus,ff.de donat.inter vir.& uxo.quia,ut dicūt
Campeg. & Lup. maritus ipſe uidetur rem illam
vxori donaſſe, & hac ratione reprobatur augumē
tum dotis factum a marito, matrimonio conſtan-
25 te,† quia dicitur donatio,l. ſi quis uxori ſub con-
ditione,ff.de donat.inter uir.& uxo.quem tex.alle
gant ad hoc Campeg.& Lup.in loco prędicto, ſed
illum non inuenio in libro meo. & in terminis, ꝙ
maritus augendo dotes uxoris uideatur donare,
& ideo non ſuſtineatur actus, nec mortuo marito
poſſit uxor illud repetere, eſt tex.in l.1.C.de don.
ante nup. ubi dicit rem ante nuptias datam a ma-
rito uxori poſſe quidem ſequuto matrimonio ab
uxore dari uiro in dotem,ſed non poſſe uirū dotes
augere,ut uideatur accepiſſe quod nō accepit, q̄a
26 eſt donatio; & idem uidemus in extraneo † dotan
te, quia uidetur donare, l.unica, §. accedit, C.de
rei uxo.actio.Soc.in conſ.291.nu.7.uol.2.Alc.in
conſi.179.col.3.uol.1.Ruyn. in conſil.223.nu.9.
uol.1.

vol.1. ergo idem erit in marito dotante, vt ſcilicet
in eo dicatur donatio, quæ magis præſumitur, &
facilius inducitur inter ſanguine cõiunctos, quàm
inter extraneos, l. quæ dotis, vbi Bart. & Iaſ. ff. ſol.
matr. & q̃uis donatio valeat, qñ fit ante matrimo-
nium, item & quando fit cum iuramento conſtan-
te matrimonio, & ſine iuramẽto, cõfirmetur mor-
te, vt dicitur in motiuis: tñ ſufficit quòd augumẽ-
tum dotis eſt donatio, ſiue ſit valida, ſiue nulla, vt
ſupra probaui. facit etiã, quia dos regulariter pro
27 ficiſci debet a muliere, & dicitur mulieris † patri-
monium, l. 3. §. ſed vtrum, in fi. ff. de mino. Anan.
in c. 1. nu. 3. uerſ. nota caſum, de adul. vbi dicit eſſe
in eo tex. ſpeciale, ꝙ maritus dotet vxorem, quia
regulariter dos datur marito ab uxore, & vt datũ
a marito conuerti poſſit in cauſam dotis, neceſſe
eſt quòd detur ante matrimoniũ ſpõſæ, & poſtea
ſequuto matrimonio vxor uiro det in dotẽ, qđ ab
illo receperat, vt eſt tex. in l. 1. C. de don. ante nup.
gl. in d. c. 1. vbi Abb. nu. 7. & Anan. nu. 5. ver. & per
hoc ſentit. qui duo, etſi gl. reprehẽdant in eo caſu,
tñ dicunt gloſſam ꝓcedere in omnib. alijs caſibus,
vt per eos. videmus etiam quod ſi vir confiteatur
28 † ſe recepiſſe in dotẽ ab uxore mille, cũ tñ eos nõ
receperit, licèt hæc ſit dotis conſtitutio, tamen di-
citur donatio, & tanquam donatio non valet, d. l. 1.
Abb. & Anan. in d. c. 1. Soc. conſ. 65. col. 1. in fi. vol.
1. Alc. in cõſ. 48. col. 3. vol. 1. vbi dicit magis cõem,
Ruy. in conſ. 183. col. 1. uol. 1. Goz. in conſ. 28. col.
4. Rub. conſi. 78. col. fi. Bert. in conſi. 107. num. 5.
vol. 5. Rol. in conſ. 74. nu. 1. uol. 4. Menoc. in conſi.
81. nu. 15. & procedit, etiam ſi fiat ante matrimo-
niũ, dummodò confiteatur recepiſſe nomine do-
tis: quia cum dos eſſe non poſſit ſine matrimonio,
cenſetur donatio collata in matrimonij tempus,
29 † & nõ valet, vt poſt gl. dicunt Abb. & Anan. loco
præcitato, Lupus d. §. 30. nu. 2. vbi loquitur de cõ
ſtitutione dotis facta a marito. Et in caſibus, in q-
bus ſuſtinetur donatio inter uirũ & uxorẽ, ſi mari-
tus augeat dotes uxoris, adhuc ſuſtinetur vti do-
natio, vt conſiderat Abb. in d. c. 1. nu. 8. vbi dicit,
quòd ſi uir ignobilis dotet, ſeu augeat dotes vxo-
30 ris nobilis, vt † fieri poteſt, ſm glo. in l. ſi uolunta-
te, C. de dot. promiſ. cũ alijs citatis a Io. Lupo in
d. rub. de donat. inter vir. & vxo. §. 10. Clar. de do-
nat. quęſt. 9. ver. ſed pone, cũ multis apud Soarez.
commu. opin. in vẽr. uxoris, l. vltimo, ſuſtinebitur
ea conſtitutio, quia non eſt ſimplex donatio, ſed
remuneratoria, & ita uult quod licèt dotes augeã
tur, ſuſtineatur tamen augumentum tanquam do-
natio, ſequitur Anan. ibi, uer. & prædicta limita.
num. 5. & uolunt ibi gl. Abb. & Anan. quòd in eo
text. c. 1. de adult. ubi qui deflorauit uirginẽ, tene-
tur eam ducere in uxorem & dotare, ſufficiat qui-
dem ꝙ ſtuprans confiteatur ſe dotem habere no-
mine mulieris, ſed ſuſtineatur dotatio tanquam
donatio, ex quo nõ eſt ſimplex & pura, ſed proce-
dit ex obligatione, & clarius ibi explicat Anan. di-
cens, ꝙ reſpectu uxoris dicitur donatio: quinimò
glo. 1. dicit declarando textum, dotabit eam, ideſt
donabit propter nuptias. & Lup. in d. c. 30. nu. 3.
appellat neceſſariã donationem illã dotem, q̃ ſtu-
prator dat ſtupratę mulieri. Apparet igitur ꝙ dici-
tur donatio qñcunque maritus dotes conſtituit
uxori, uel iam conſtitutas auget, ſiue actus ſit uali-
dus, ſiue nullus. Præterea non eſt curandum quo
titulo det maritus, ſed reſeruatur quocũque titu-
31 lo datum ſit, etiam ſi maritus † confiteatur ſe de-
bere ex cauſa mutui uel depoſiti, ut ꝓbat Ripa, d.
l. fęminæ, nu. 45. & ſeq. Gab. d. concl. 1. nu. 13.

Tertiò non obſtat quòd D. Lucretia ſtipulata
ſit pro hæredibus illos aureos ducentum datos in
augumentum dotis, cum tñ donatio propter nu-
ptias ſoluto matrimonio non tranſeat ad hæredes
uxoris, ſed redeat ad donantem: quia reſponſum
ſatis ſupra uidetur, cum diximus non poſſe alium
titulum inſurgere ex dote data uel aucta a marito
quàm donationem, ideo curandum non eſt, quòd
uoluerit, uel ſenſerit maritus, cum iuris diſpoſitio
ſubuerti ab eo nõ poſſit, l. ſi quis in prin. teſtamẽ-
ti, ff. de leg. 3. nec ſit in eius facultate actum ſuſti-
nere alia via, q̃ iure ſancitum ſit. & uidemus, ꝙ ẽt
qñ mandat lex uxorẽ a uiro dotari, ſuſtinetur cõ-
ſtituto dotis vtĩ donatio, non uti dotis contractus,
& a Doctoribus conſideratur tanquam donatio.

Secundò reſpondeo non eſſe mirum, quòd Do
mina Lucretia illud augumentũ ſtipulata ſit pro
hæredibus: quia licèt donatio propter nuptias ſui
natura redeat ſoluto matrimonio ad donantem;
32 tñ fallit, qñ pacto † aliter eſt conuentum, glo. in
auth. dos data, C. de don. ante nupt. & dixi in prio
rib. ſcriptis, nu. 12. & non eſt inconueniens, quòd
ſit donatio, & qđ ſoluto matrimonio remaneat
uxori. idem enim ſeruatur in donatione, quæ uali-
de ſit a viro uxori, & ideo id quod ſtuprator dat
ratione dotis mulieri ſtupratæ, licèt ſit donatio,
33 † ut ſupra oſtẽdi, tñ remanet penes uxorem ſolu-
to matrimonio, Io. And. in d. cap. 1. de adult. ubi
Abb. nu. 3. dicit, quod uxor dotem eo caſu lucra-
tur propter delictum mariti. ſequitur ẽt Anan. nu.
3. ver. nunquid autem, ſoluto matrimonio. ubi di-
cit hoc procedere in pœnam delicti, quæ debet eſ-
ſe perpetua, c. ex literis, de conſtitut.

Quare cum ſit donatio propter nuptias, ſiue da
tum ſit ſub uocabulo dotis, ſiue quouis alio nomi
ne maritus liberalitatem hanc exercuerit, infertur
quòd per tranſitum ad ſecũda uota Domina Lu-
cretia tenebatur illius donationis proprietatẽ fi-
lijs, & quòd per mortem Dominæ Lucretiæ uenit
nunc reſtituendum filiabus prædictis quidquid
ex dicta donatione ad eam peruenit, per l. fęminę,
C. de ſecund. nupt. id quod procedit etiam ſi non
tranſiuiſſet ad ſecunda uota, ut in §. propterea, in
Auth. neque uirum, quod ex dote, &c. cum multis
quos adduxi in primis ſcriptis, nume. 22. uer. ter-
tiò ceſſante etiam tranſitu. Quinimo mater tene-
tur filijs ex primo uiro ſuſceptis reſeruare proprie
tatem, non modò eius, quod propter nuptias ſibi
34 fuit donatum, ſed etiã eius quod in dotem † fuit
traditũ, ut probat Caſt. in conſ. 149. & conſ. 150.

vol.2. quem ſequitur Ripa in d.l.ſœminæ, nu.50.
& dixi in primis ſcriptis, n.21. & loquitur Caſt. in
ſortioribus terminis, ideſt qñ filij primi viri poſt
mortem patris dederunt bona matri in cauſam do
tis. Itẽ & qñ illa bona dederũt ex neceſſitate iuris,
vt quia pater erat diues, & mater ſine dote, quo ca
ſu lucratur quartã partem bonorũ mariti, ex auth.
pręterea, C.vnde vir & vxor, Gabr.li.3.de ſecund.
nup.concluſ.1.nu.17.quo fit vt diſpoſitio l. ſœmi
næ, locum habeat non ſolum in eo, quod maritus
ſponte dedit, ſed in eo quoq; quod iuris neceſſita-
te cogente donauit, vel aliter ex eius bonis legis
diſpoſitione prouenit; id quod confirmatur, quia
filijs eſt reſeruandũ lucrũ, quod facit vnus coniu-
35 gum per alterius mortem ex forma † ſtatuti, vt vo
luit Bal.in auth.vxore, C.de donat.ante nup.& in
auth.ex teſtamento, in fi.C.de ſecund.nupt. & eſt
cõis opinio, vt probat Ripa, d.l. ſœminæ, nu.60.
Gabr.d.concluſ.1.nu.15.& ſi dicatur, ꝙ l. ſœminę,
procedit ſolum in bonis, quę ex magnificentia ma
riti, vxor habet: hæc vero dotis conſtitutio fuit ex
neceſſitate apoſtolici reſcripti facta a Domino Io.
Franciſco: reſpondeo, quod illa conſtitutio dotis
dicitur proueniſſe a munificentia mariti, qui non
cogebatur aſpirare ad matrimoniũ cum Domina
Lucretia contrahendũ; & poterat ab eo abſtinere,
ſed noluit. dicitur.n. haberi ab homine, quod de-
36 ſertur a lege, † cui homo poterat renunciare, Bar.
in l.ita ſtipulatus, in 1.q.ff. de verbo.oblig. com-
probat Rip.in d.l.ſęminę, nu.61.vbi poſt alios de-
fendit concluſionem de qua ſupra, qđ maritus re-
ſeruat lucrũ dotis ſibi a ſtatuto delatum, & ꝙ illud
dicitur habere ab homine, non a lege, cum poſſet
non contrahere matrimoniũ, & cum cõtrahendo
cenſeatur partes voluntatẽ ſuam accommodaſſe
ſm leges. & facit, quia an debitũ ſit voluntarium,
vel neceſſarium, conſideratur illius origo, vt decla
37 rant † Doctores in d.auth. p̃terea, C.vnde vir &
vx.latè Deciſ.Pedem.167.per totã, p̃cipuè nu.25.
vbi dicit, ꝙ ſi vnus contractus cauſatur ab alio, nõ
conſideratur cauſatus, ſed cauſans: & quod actus
neceſſarius, qui ſequitur ex voluntario præceden-
ti, non dicitur neceſſarius, ſed voluntarius, idem
probat D.Io.Bapt.Surdus, affinis meus, & Sena-
tor in Taurinenſi Senatu, in §.Titius, nu.33.ſi de
feudo deſun. facit ẽt, quod dicimus, datum ab eo
38 videri, qui cũ poſſet, † noluit adimere, l.conficiũ-
tur, in prin.l. ſi quis cũ nullum, ff.de iure codicill.
exornat Bal.Nouel.ĩ l.cũ filiofamilias, n.2.& ſeq.
ff.de leg.1.& poſſent afferri ĩ mediũ plura ſimilia.

Non obſtat igitur, ꝙ illi aurei ducentũ dati an-
te matrimoniũ, & alij cẽtum ſeptuaginta quinque
relicti a Domino Io.Franciſco in teſtamento, fue-
rint in Dominã Lucretiam collati in iuuentutis re
compenſationem, ideo eorũ proprietas non ſit fi-
liabus primi matrimonij reſeruanda, ſed mater lu
crata ſit pleno iure tanquam ex cauſa oneroſa ha-
buerit: quia ex prædictis patet propter nuptias, &
non in recompenſationem iuuentutis datos fuiſſe
illos aureos ducentum, & motiuũ continet in ſe
contrarietatẽ, quia nunc dicit datos fuiſſe in recõ-
penſationẽ iuuentutis, & tñ ſupra Dominus Vica
rius dicit datos fuiſſe, vt Domina Lucretia eſſet
cõpetenter dotata, & cauſa iuuentutis põt eſſe cõ-
nexa cum cauſa matrimonij, quia põt eſſe donatio
propter nuptias, & fieri ꝓpter merita, ſed ſufficit,
ꝙ principalis intẽtio ſit donare ꝓꝑ nuptias, vt de-
clarat Alba in conſ.22.n.7.in fi. Et quoad aureos
centum ſeptuaginta quinq; legatos in teſtõ, dixi
in prioribus ſcriptis, quod non põt dici recompẽ-
ſata iuuentus, ex quo iam a principio, qñ contra-
ctum eſt matrimoniũ inter partes, fuit conuentũ
de augendo dotes aureis ducentũ. & ſtante conuẽ
tione prædicta non fuit opus remuneratione, vel
recõpenſatione, allegaui Plot.in conſ.168.nu.77.
inter conſi.vltim.volun. Lancello. Gal. in conſue-
tud. Ale.ver.viginti, nu.133. vbi ita reſpondent in
noſtris terminis, quæ deciſiones vel viſæ non fue-
runt, vel diſſimulanter ſub ſilentio prætermiſſæ,
quod ſi non poſſunt merita conſiderari in his au-
reis centum ſeptuaginta quinque, quos exprimit
maritus relinquere ſe in remunerationẽ merito-
rum & iuuentutis, multo minus habẽda erit ratio
circa aureos ducentũ datos ante matrimoniũ, ad
quos nõ põt referri declaratio facta in teſtõ, dum
teſtator facta cõmemoratione donationis aureo-
rum ducentũ pro augumento dotis donatorũ di-
cit, Quibus de nouo addit & relinquit ob beneme
rita Dominę Lucretiæ, & ob recõpenſationem iu-
uentutis, ſcutos, &c. quia illa verba, ob benemeri-
ta, &c. determinãtur a p̃cedentibus verbis, addit
& relinquit; & ſenſus eſt ꝙ ad relinquendum illos
aureos centũ ſeptuaginta quinque, & ad faciendũ
additamentum dotis, mouetur ꝓꝑ merita, & ita
merita reſpiciunt quantitatem legatã, non datam
multis annis ante teſtamentum: quinimo ſi teſta-
tor ita declaraſſet expreſsè quoad aureos illos du
centum, nõ attenderetur eius declaratio, quia do-
39 nationi † iam perſectæ nihil addi vel detrahi põt,
vt eſt text.in l.perfecta donatio, C.de donat. quæ
ſub modo. & declaratio, q̃ non fit tempore actus,
40 ſed ex interuallo, non præiudicat † tertio, vt pro-
bat Ang.in conſ.209.nu.1.in fin.& nu.2.in princ.
Crau. in conſ.112.nu.12. & in conſi.106.nu.13.
cũ igitur aurei ducentum dati fuerint a principio
ſimpliciter non expreſſa alia cauſa, quàm matri-
monij, non fuit in poteſtate mariti in ſuo teſtõ fa-
cere quòd intelligantur dati in recompenſationẽ
iuuentutis, quàm propter futuras nuptias.

Auertendum etiam, quòd illa confeſſio facta
in teſtamento non probat merita præcedentia: eſt
enim regulare, quòd confeſſio facta in teſtamento
41 non probat, ſed ſuſtinetur in vim † legati, auth. ꝙ
obtinet, C.de probat.l.Lucius, §.quiſquis, il ſecon
do, ff.de leg.2.vbi Bar.& alij, l.Aurelius, §.fin.vbi
Bar.& alij, ff.de leg.1.Bar. in l.cum quis decedens,
§.codicillis, ff.de leg.3. Bero. in conſ.15.num.20.
vol.3.Gomeſ.de teſt.ca.12.nu.81.Meno.conſ.39.
num.47.& ſeq.& ideo tanquam legatum venit il-
42 lius proprietas filijs reſeruanda, † per ea, quæ po-
nit

nit Ripa in l.fęminæ,nu.49.& 50. vbi dicit, quan-
docunque confeſſio facta in vltima voluntate ſuſti
netur,vti legatum,ſemper in ea locum habet,l.fœ-
minæ,& l.hac ædictali,etiam ſi dicat ſe debere vxo
ri ex cauſa mutui,depoſiti,vel alia; quia non atten
ditur confeſſio,ſed legatum.

Sed generaliter tam reſpectu aureorum ducen-
tum, quàm aliorum cẽtum ſeptuaginta quinque,
dixi in priorib.ſcriptis,quòd ſatis dicitur recõpen
ſata Dominæ Lucretiæ iuuentus,ex eo quòd Do-
minus Io.Franciſcus diues, & dignus multa dote,
cõtentatus fuit illã ducere in vxorẽ cũ modica illa
dote ducentũ aureorũ,quę negari nõ põt,quim in-
ſpecta conditione & facultatib. mariti eſſet incom
petens,ex quo in inſtrumento dotali expreſsè dici
tur,quòd dotes erant incompetẽtes, & cũ eis uirũ
paris conditionis non reperiſſet, & tñ Dominus
Io.Frãciſcus propoſuit eã ducere in vxorẽ cum do
tibus prędictis minus cõpetentibus, quę verba nõ
poſſent eſſe planiora,nec melius probare.Conſtat
etiã ex proceſſu,& præcipuè ex vẽditione maſſari-
tij Conzani facta poſt contractũ matrimoniũ pro
pretio aureorũ bis mille & vltra,& ex lectura inuẽ
tarij bonorũ repertorũ in eius hæreditate eũ fuiſſe
diuitẽ, & conſequẽter meruiſſe dotes aureorũ mil
le,quare eſt donatio reſeruãda filiabus prioris ma
trimonij,ẽt ſi expreſsè facta fuiſſet in iuuẽtutis re-
compenſationẽ,ex quo recõpenſatio excedit meri
ta,quæ fuerãt compenſata cũ modicitate dotis.al-
legaui poſt Bal.de Peruſ.Bal.Nouell.& Bertr.Io.
Lup.in d.rub.de don.inter vir. & vxo.§.32.n.9.v-
43 bi dicit,quòd ſi ruſticus † diues ducat in vxorẽ no
bilẽ pauperẽ,ea inæqualitas,quæ eſt inter cõiuges
reſpectu nobilitatis,non ſuſtinebit donationem,li
cèt aliàs maritus ignobilis poſſit donare vxori no-
bili, qa nobilitas vxori ſatis fuit cũ diuitijs mariti
cõpenſata,ſequitur Lancel.d.ver.viginti, nu.132.
& latius dixi in primis ſcriptis,nu.33. & ſeq.ſicuti
enim donatio facta propter merita non reſeruatur
filijs,quatenus excedit merita,Ripa d.l.fęminę, n.
43.ita ſi ex toto ſuperet merita,vt quia alio modo
ſint remunerata,debebit in totũ reſeruari filijs. de
his aũt in motiuis nulla fit mentio, niſi quòd in an
notationib.dicitur, non conſtare quòd Dominus
Ioan.Franciſcus eſſet maiore dignus dote.ſed hoc
tollitur, vt dixi,ex inſtrumento dotali,vbi dicitur,
dotes eſſe incompetentes,& Dominum Io.Franci
ſcum eam ducere cum dotibus minus competen-
tibus, tollitur etiam ex inuentario prædicto. Nec
dicatur,quòd non fuit probatum, Dominũ Io.Frã
ciſcum poſſediſſe omnia ea bona tempore matri-
monij,quia reſpondeo,quod regulariter præſuma
44 tur de præſenti in præteritum † ſtatum,l.ſi qui,C.
de adulr.l.ex perſona,C.de proba.Euerar. in loco
de temp. ad tempus, & nouiſſimè Ferran. Gargia
in conſi.126.nu.51.& ſeq.inter conſ.crim.

Reſpondeo etiã non probari in proceſſu, D.Io.
Franciſcũ ita ſenio fuiſſe confectũ, vt debuerit iu-
uentutẽ Dominæ Lucretiæ recompenſare,& ideo
non põt fieri fundamentũ ſuper eo, quòd donatio
ſit remuneratoria tanquã a ſene facta iuueni,& æ-
45 tas † quãdo eſt alicuius fundamentũ, debet ꝓba-
ri,l.cũ te,C.de proba.l.ſi minorem,C.de in integ.
reſt.mino.Alc.in tract.pręſ.reg.2.præſ.14.num.2.
Bar.in l.de ætate,in 3.quęſt.prin.nu.12.ff.de min.
Archid.in c.ſi eo tpe,ver.idoneus non eſſet,de re-
ſcrip.in 6.Alc.conſ.143.num.10.vol.5.Gozad. in
conſi.22.nu.13.Neuiz.in conſ.47.nu.10. Nat.in
conſ.167.nu.11.Gram.voto 24.nu.3. & ante hos
Bal.in cõſ.66.nu.6.uol.3.nec ex eo ꝙ dicat in teſta
mento ſe relinquere in recõpenſationẽ iuuẽtutis,
probatur eũ fuiſſe ſenẽ,licèt probetur D.Lucretiã
tunc fuiſſe iuuenẽ;& poſita vxoris iuuentute, non
ſequitur mariti ſenectus,quia poſſunt ſimul ſtare,
ꝙ vxor eſſet iuuenis,& maritus non eſſet ſenex; &
non fuiſſe admodum ſenem, vel eo ipſo dignoſci-
tur,quod intra ſex annos tres ſuſcepit liberos, &
decedens, vxorem reliquit vterum gerentem, &
alios ſuſcepiſſet,ſi morte non fuiſſet præuentus.

Ad id verò, quod principaliter ſecundo loco
obijcitur,has ſorores eſſe hæredes matris,propte-
rea non poſſe venire contra id, quod mater fecit
circa lucrum dictorum aureorum tercentũ ſeptua
ginta per deciſionem Arelar.in d.l.generaliter,C.
de ſecun.nup.& Gabriel.in loco ſupra citato.

Reſpondeo primò,ꝙ dũ hę ſorores petunt a vi-
ctrico id ꝙ mater habuit a primo viro, non impu-
gnant factũ matris,qa mater nihil diſpoſuit de di-
ctis pecunijs in præiudiciũ filiarũ, & deceſſit inte-
ſtata.etſi dicatur,ea dedit in dotẽ, hoc non obeſt,
qa non veniunt filię contra dotis contractũ,nec is
contractus impedit reſtitutionẽ,quia per mortem
vxoris ſolutũ eſt matrimoniũ & deſinit eſſe dos,
46 qa † nõ eſt dos ſine matrimonio,c.etſi neceſſe,de
don.inter vir.& vxo.Doct.in rub.ff.ſol.mat.Abb.
& Auan.in c.1.de adul.& matrimonio ſoluto dos
47 redit † ad vxorẽ dotantẽ,ſicut donatio ad donan-
tẽ,gl.1.in fi.in auth. ſiue a me, C. ad Velleia. cũ a-
lijs apud Rol.in conſ.62.in prin.vol.1. & ita in ſi-
mili reſpondet Caſtr.in conſ.150.col.3.ver.ſed ad
hoc põt rñderi,vol.2. vbi dicit ꝙ filij primi matri-
monij vtendo beneficio l.hac edictali,C.de ſecun.
nup.non impugnant titulũ dotis, vel illius cõſtitu
tionẽ,ſed diſpoſitionẽ factã in teſtamento.& ratio
eſt,quia mulier ſecundo nubens non cenſetur do-
tẽ dare in pręiudiciũ filiorũ primi matrimonij,ſed
ita vt maritus conſtante matrimonio ea fruatur:ſo
luto verò matrimonio ad eos tranſeat,ad quos de
iure ſpectat, quia cenſetur quilibet contrahendo
48 accommodare † uoluntatem ſuam ſecundũ leges,
l.hęredes mei,§.cũ ita, ff.ad Tertull. & qui facit a-
ctũ, cenſetur tacitè ſe obligare ad omnes leges de
illo actu diſponentes,Bal.in l.ſi duo,ff.de acq.hę-
red.hinc eſt,ꝙ etſi mulier tranſiens ad ſecunda uo
ta pręſumatur dare ſecũdo uiro dotẽ,quã dederat
primo: ſi tamen ex primis nuptijs ſuperſunt filij,
non cenſetur abſolutè illã dare, ſed cum pacto ne
49 plus maritus lucretur † quàm unus ex filijs,ſecun
dum l.hac edictali, etiam ſi ex ſtatuto maritus lu-
cretur dotem in præiudicium filiorũ, ut uult Bar-

to.in ſeptima quæſt.incip. mulier habens in ſolut.
ante nu.1.ver. aut ex primo matrimonio, Cuma.
in conſi.109.Caſtr.in conſi.348.n.1.vol.2.Alc.in
conſi.144.nu.3.& 9.vol.1. Corn.conſ.254.col.4.
vol.1.Aret.in §.fuerat,n.29.Inſt.de act. Camp.de
dote,par.1.q.39. Io.de Garron.in rubr.C.de ſec.
nup.nu.84.Rol.de lucro dotis,q.76.nu.19.Phan.
in eo.tract.gl.10.nu.33. Natta in conſ.571.nu.1.
in fi.& Deciſ.Ped.21.nu.22.verſ.hinc ſuborta. &
dixi aliq̃n latè,& in pręſenti caſu res eſt clara,quia
Dñs Io.Maria ſecundus vir,in dotali inſtrumēto;
& rurſus in inſtrumento in quo fit ſibi integralis
dotiũ ſolutio, promittit oēm illam quantitatē red
dere & reſtituere illi, vel illis, cui, & quibus ius &
caſus dederit.quæ ſtipulatio intelligitur ſecũdum
50 iuris † ordinem & diſpoſitionē, vt declarāt Caſt.
in conſ.11.col.2.ver.ſed dicet aliquis,vol.1.Dec.
in cõſ.181.col.pen.in fi.ver.nec obſtat,ſi dicatur,
Bertr.in conſ.177.nu.2.vol.4.& dicit Nat.in conſ.
24.in fi.quod huiuſmodi ſtipulatio regulatur a iu-
re cõi.cum aũt iure cõmuni diſponatur,quod ſer-
uētur filijs ex priori viro,ea quæ a primo viro per
uenerunt,idē eſt promittere reſtitutionē filijs pri-
mi matrimonij,& promittere illis, quibus de iure
ſpectat.& facit quod in fortiori caſu dicit Caſt. in
d.cõſ.150.col.2.circa med.verſ.nec ēt obſtant pręſ
dictis,vbi ſi filij primi viri dant matri bona in ſolu
51 tũ,quæ † de iure ſunt ſibi reſeruanda, poterunt ea
petere poſt mortē matris, ēt ſi in inſtrumento pro
miſerint , quod mater poſſet de illis bonis facere
velle ſuũ; quia promiſſio intelligitur pro tpe quo
vixerit, & non tollit ius de futuro , vt ſcilicet poſt
mortē matris redeant ad filios.ſicuti igitur filiorũ
promiſſio hũc habet intellectum, q̃ uis eſſet in eo-
rũ poteſtate liberè remittere illa bona & renuncia
re diſpoſitioni l.hac edictali,& l.fęminæ,C.de ſec.
nup.ita & multo magis erit intelligēda dotis cõſti
tutio facta a matre,quæ nõ poterat filijs pręiudica
re in iurib.ſibi reſeruatis ex dictarũ legũ diſpõne.
Secundò r̃ndeo, q̃ etiã ſi D.Lucretia diſpoſuiſ
ſet de p̃dictis pecunijs habitis a primo viro in præ
iudicium harum filiarũ,contra l.fęminæ, adhuc di
ctæ filię quãquã matris hæredes poſsēt eius diſpo
ſitioni cõtrauenire: clarum eſt enim,quod omnis
diſpoſitio eſſet nulla , quia non poſſunt parentes
52 alienare vel obligare † lucra nuptialia,quę per eo
rum tranſitũ ad ſecunda vota reſeruanda ſunt fi-
lijs,vt probatur in l.generaliter, ibi, alienandi, C.
de ſec.nup.& per alienationē non trãsfertur domi
nium,quia ex dicto tex.datur filijs rei vendicatio,
quæ pręſupponit,agentes eſſe dominos,§.omniũ,
Inſti.de actio. & alienatio eſt ipſo iure nulla, quia
tęx.in §.ſed quod ſancitum,in Auth.de nup.diſpo
nit quod habeatur oĩno pro non facta, & ibi no.
Ang. & comprobat Arelat. in d.l.generaliter, nu.
118.& ante eum Corn.in conſi.309. col.pen.verſ.
cum itaque mulier,vol.3.vbi ſubdit,quod ex quo
mulier ſtatim cõtracto matrimonio priuatur pro-
prietate, non poteſt alienando transferre dñium,
quod non habet.& infert,quod ſi ea dedit ſecũdo
viro in dotem cum pacto lucrãdi,non valet datio,
nec ſuſtinetur pactum reſpectu bonorum, Neuiz.
in Silua nup.lib.2.nu.76.ver.tertiò amplia.venire
autem põt quiſq; contra proprium factum,q̃ nul-
53 lum † eſt,& contra legis prohibitionem, Bart.in l.
poſt mortem,in prin.vbi Alex.ff.de adop. Alex.in
conſ.123.nu.5.vol.5.Fel.in c.2.n.9.de excep. Afl.
in deciſ.335.nu.11.cum alijs citatis a Deciſ. Ped.
180.nu.1. ergo hæres quoq; non prohibebitur fa-
ctum inualidum defuncti impugnare, cũ eiuſdē ſit
iuris, cuius erat defunctus,l.hęredem,ff. de reg.iu.
54 & ita tenent † Soc.Alc.Soc.iun.Neu.Caſſan.Cra.
& alij,quos citat, & ſequitur Dec.Ped.180.nu.1.
Gram.deciſ.93.nu.7.addo Gui.Papæ conſil.180.
Pariſ.conſi.33.nu.97.vol.3.Grat.in conſil.91.nu.
26.vol.1.D.Becium in conſil.72.nu.17.imò faci-
lius admittitur contra factum defuncti,quam con-
tra proprium, Dec.conſ.185.nu.6.Nat.conſ.249.
nu.5. & hæres poteſt venire contra factum defun-
cti, quod tendit ad eum fraudandum beneficio a
lege conceſſo,l.2.vbi Bar.Bal.Caſt. & alij, C.ſi in
frau.patro.cum multis apud Tiraq.de retract.con
ſang.§.1.gl.9.nu.57.Crau.in conſi.200.vbi dicit,
quod hæres adeũdo non cenſetur approbare,quæ
teſtator fecit contra legis prohibitionem, & ponit
exemplum de relicto facto ſpurio,cui pręter alimē
ta nihil dari põt, Phanut.de inuen.in 7.par.n.112.
& in propoſito allego,q̃ voluit Bal.in cõſ.161.qui
55 dam Mechus,vol.5.vbi tenet,quod hęres † matris
põt impugnare id, quod mater fecit contra prohi-
bitionem l.hac edictali, C.de ſec.nup.q̃ a illud ha-
betur pro nõ facto, ſequitur Bertran. in d.l.hac e-
dictali,§.ſi verò plus, nu.1.& nu.9. dũ ſimpliciter
ſequitur Bal.iu loco prędicto. idem tenet in verſi.
ita tñ, nu.26.Garron.in l.1.nu.120.C. de ſec.nup.
Gram.in d.deciſ.93.nu.9.Crau.d.conſ.200.nu.5.
Phan.de dote,gl.5.nu.45.& in tract.de inuen.par.
7.nu.113.Menoc. in conſ.11.nu.25. Gabr.d.tit.de
ſec.nup.concl.4.nu.42.hoc etiam uoluit Bertr.in
d.§. ſi uerò plus,nu.28. ubi loquuntur quando fi-
lia hæres patris ſecundo nubentis non fecit inuen-
tarium, & ſimpliciter ſequitur Lancell. in conſue.
Alex.uer.non poſſit, nu.3. Phanuc.in locis prædi-
ctis,reprobat Dec.& Ioan.de Amic. in conſilijs ſu
pra allegatis in contrarium: quia quidquid facit
ſecundo nubens,eſt nullum quoad filiorum pręiu
dicium.ex his igitur probatur falſum eſſe,quod di
xit Arelat.in d.l.generaliter,& contra eũ ſtare pręſ
dictos Doctores , qui etſi loquantur de beneficio
l.hac edictali,tamen eędē rationes remanent in be
neficio l.fęminæ . & cum in utroq; caſu eadem ſit
ratio,debet eſſe idem ius , l.illud, ff.ad leg. Aquil.
vtraque.n. pęna imponitur p̱p̱ tranſitũ ad ſecũda
uota,uttaque intelligitur ad fauorē filiorum primi
matrimonij,utroq; in caſu prohibita eſt alienatio,
& habetur pro nõ facta, & ideo ſicuti filius hæres
matris impugnat id,qđ mater fecit cõtra l.hac edi
ctali,ita impugnare poterit,qđ mater fecit cõtra l.
fęminę,cũ eadē ſit ꝓhibitio,imò facilius permittē-
56 da eſſet † alienatio contra l.hac edictali , q̃ contra
l.fœ-

l.fœminæ, quia l.hac edictali, prohibet ne coniux
tranſiens ad ſecunda vota plus marito relinquat,
quàm filijs primi viri, non ſolum de lucris habitis
à primo viro, ſed etiam de bonis proprijs mulieris
57 † tranſeuntis, Alber. & alij in d.l.hac edictali, vbi
Bertran.in conſi.in prin.nu.2.quod videtur durũ,
& eſt contra naturalem libertatem, ſecundũ quòd
quilibet poteſt pro libito de re ſua diſponere, l.in
re mandata, C.manda. verum per dictam l. ſœminæ,
& alia iura ſupra allegata interdicitur mulieri
alienatio rerum, quæ ad eam peruenerunt a marito,
quod non ita durum eſt, ſicuti prohibere alienationem
rerum quæ erant liberæ apud vxorem.

Tertiò reſpondeo, quòd procederet contrariũ,
forte ſi Domina Lucretia feciſſet aliquem cõtractum
de bonis habitis a primo viro: tunc.n.quoad
præiudiciũ emptoris, vel eius qui cum matre cõtraxiſſet,
dici poſſet contractũ a filiabus primi matrimonij,
impugnari minimè poſſe: ſed qñ nõ cõ-
58 traxit, nihil impedit quo minus † filiæ poſſint vti
diſpoſitione d.l.fœminæ.ita declarat Bertr.in d.l.
hac edictali, §.ſi verò plus, n.13.vbi hoc modo declarat
dictum Caſt.in l.ſi proponas, §.ſi hæreditatem,
ff.de inoff.teſtam.& mouetur ex his, quæ poſuit
Bald.in d.conſi.161.& quamuis de Bertr. non
faciat mentionem, inuenio ꝙ hanc diſtinctionem
latiſſimè proſequendo probauit Phanuc. in tract.
de inuent.par.7.nu.111.ver.quam quidem, & nu.
148.ver. nunc dicamus, vbi declarando regulam,
qñ hæres poſſit venire contra factum defuncti, dicit,
quòd ſi defunctus contra legis prohibitionem
aliquid diſponit in vltima voluntate, poterit hęres
ẽt nullo confecto inuentario cõtrauenire, & ponit
exẽplum, qñ relinquit filio ſpurio, & quando plus
relinquit ſecundo viro, quàm filijs primi, & quando
maritus plus relinquit vxori, quàm ex forma
ſtatuti poſſit relinquere, & ſubdit nu.114. hoc eſſe
etiam verũ, qñ ex forma ſtatuti mater tenetur tres
partes ex quatuor filijs relinquere: quia ſi in teſtamento
inſtituto filio hærede minus reliquit, non
nocebit filio aditio, per ea, quæ ponit Soc. in cõſi.
241.nu.15.vol.2. Caſtr.in conſi.448.vol.2. & alij
ab eo citati.ſi verò defunctus diſpoſuit per cõtractum,
vel actũ inter viuos contra legẽ, quæ annullat
vel prohibet actum fauore non contrahentis,
ſed alterius; tunc hæres non põt contrauenire, &
ponit exemplum in alienatione fideicõmiſſi, dotis,
& feudi, & nu.155.optimè ẽt diſtinguit, vt per
eum, qui eſt omnino videndus, & alia exempla videri
poſſunt apud Lancello.d.ver.nõ poſſit, nu.6.
Et quamuis Doctores non dicant, ratio tamen diuerſitatis
eſt, quia alienando maritus inter viuos
tenetur euictionem præſtare, vel ſaltem ipſe obligatur
ad obſeruantiam contractus, qui eſt irreuocabilis.
proinde ea obligatio deſcendit in hæredẽ,
59 † qui eadem actione tenetur, qua tenebatur defunctus,
Bart.in l.de eo, ff.de iudic. declarat Dec.
in l.qui cum alio, num.7.ff.de reg.iur. ſed quando
maritus diſponit in vltima uoluntate, nulla ſubeſt
in marito obligatio, propterea nulla quoque de-
ſcendit in hæredem.& hoc eſt, quod voluit gl. in l.
Lucius, ff. ſoluto matrimonio, vbi eam ſequitur
60 Bar.Caſt.Ale.& alij: dicit enim quòd hęres † non
tenetur habere ratũ factum defuncti, quod in ipſo
non erat obligatorium, & pro quo neque actio,
neque exceptio dabatur contra defunctum, ſequũtur
Corn. Aret. Afflict. Bero. Roder. Rol. & alij,
quos citat Phanuc. d.par.7.nu.162. Pinell. in l.1,
par.3.nu.83.limit.8.& 9.C.de bon.mater.

Quod verò attinet ad iocalia, fuit ſatis probatum,
ea Dominam Lucretiam habuiſſe a primo viro,
idq́; tum directè per teſtes, qui dicunt ea facta,
ea parata fuiſſe viuente primo viro, & poſt illius
mortem, dum Domina Lucretia viduitatem ſeruauit:
tum ẽt indirectè per eos teſtes, qui dixerũt
ſe vidiſſe bona, quæ D. Lucretia ad primum uirũ
detulit tẽpore matrimonij, & ea conſtare ex his ſolis,
quæ ſeorſum notata ſunt in liſta producta; atque
ita infertur, ꝙ alia omnia, quæ Dña Lucretia
ad ſecundum virum cõtulit, prouenerunt ex ſubſtantia
primi uiri, quia conſtat Dominam Lucretiam
ante primum matrimonium nihil habuiſſe,
præter dotes, & ea iocalia, uti probant duo ex eius
fratribus, & ſoror ac nepotes ex ſorore; & quæcũ-
61 que uxor habet conſtante matrimonio, † præſumitur
acquiſitum de bonis primi uiri, l. Quintus,
ff.de don.inter uirũ, & uxo. Bart.Bal.Ang.Floria.
Caſtr.& Corne.in l.cum oportet, C. de bon.quæ
lib.Dec.conſi.237.nu.8.Alcia.in tracta.præſ.reg.
3.pręſ.26.in princip.Boer.deciſ.81.in prin.Crau.
in conſ.81.nu.8.Silua nupt. lib.4.nu.20. Bello. in
conſi.17.nu.10.Deciſ. Peruſ. 12.num.19. & deciſ.
28.per totam, Gabriel.com.opin.lib.1.tit.de præſumpt.concluſ.
16.in prin.& procedit etiam in ac-
62 quiſitis ſoluto matrimonio, † durante viduitate,
quia præſumuntur acquiſita de bonis viri, ſecundum
Capram in conſi.13.n.8.ubi loquitur in matre,
quę erat tutrix, & curatrix filiorũ, & vult quòd
acquiſita per eam, dum ſtetit uidua in domo mariti,
præſumãtur acquiſita de bonis mariti, ſeu filiorum,
niſi alia extet coniectura, quòd aliunde potuerit
habere, ex quo ratio turpis quæſtus euitandi
ſubeſt cõtra uiduam extra annum luctus, ſicuti
contra coniugatam, & contra uiduam durante
luctu. hic autem contraria non ſubeſt coniectura,
ſed ſolum in fauorem filiarum: quia, vt dixi, D. Lucretia
non potuit aliunde habere, & eum ſequitur
Dec.in conſi.237.nu.9.uer.& hoc etiam, Bello.d.
conſi.17.nu.12.& Cotta in memor.incip.concubina,
in fi. Et quamuis Crem. in conſi.62.nu.13. inter
conſi. Ale.uol.4.dicat procedere ſolum intra
annum luctus: tñ illud eſt uerum, quando extat aliqua
coniectura, quod potuerit de proprio licite
acquirere.at ubi ceſſat cõiectura, pręſumitur ea pecunia
proueniſſe a bonis mariti, ut per Ange. in
conſi.141.verſ.tertio caſu, ubi fortius loquitur de
acquiſitis durante ſecundo matrimonio, ſequitur
Alc.d.reg.26.nu.5.uer.quod procedit, Io.Lup.in
rep.rub.de don.inter uir.& uxo. §.60.nu.15.uer.
63 intellige tñ. reſeruãda ergo ſunt hęc bona † filia-

bus primi viri ex diſpoſitione d.l.fœminæ, vt per
Ripam ibi,nu.52.Gabr.d.ti.de ſecun.nup.cōcl.1.
nu.14.ſiue a marito prouenit,ſiue a filijs de bonis
mariti,quia l.fœminæ,in prin.loquitur in rē,non
in perſonam,Caſt.d.conſil.150.vol.2. vbi infert,
64 quod mater † reſeruat filijs bona, quæ ab eis ha-
buit de ſubſtantia patris, Gabr.d.concl.1.nu.17.
cum igitur Domina Lucretia habuerit hæc bona
de ſubſtantia primi viri;dum vidua tutelam gere-
ret filiarum, tenetur illa reſeruare.

Et quamuis teſtes non dicant, quod Domina
Lucretia a domo paterna nō potuerit habere alia
bona præter deſcripta in ea liſta: tamen dum di-
cunt quod ſolum ea habuit a domo paterna,red-
dunt aliam concludentem rationem,quia ſcilicet
viderunt ea reponi in forcerijs,& viderunt ea da-
ri a matre & fratribus,& vnus ex fratribus ſcripſiſ-
ſe dicit inuentarium, ſeu notam rerum datarum;
item viderunt ea in domum primi viri deferri, &
ideo ſatis probant, licet actum non remoueant a
ſenſu,vt ſcribunt Bal. Aret.& Felyn.in c.tertio lo
co,de probat. & ſufficit, quòd teſtis taliter depo-
65 nat,† vt ex eius dicto conſtet veriſimiliter ſibi in-
notuiſſe quòd deponit,vt etiam per prædicta pro
bat Pariſ.conſ.162.nu.12.vol.4.Hercul.in tract.
de negatiua,n.320. vbi addit quòd dicta teſtium
adiuuanda ſunt,non calumnianda, Alc. in conſil.
44.nu.35.vol.5. cum ergo omnes hi teſtes eſſent
domeſtici Dominæ Lucretiæ,& cum ea ferè om-
nes cohabitarent,& fratres hi ſint,qui bona illi aſ
ſignarunt,ſtandum eſt eorum depoſitioni,nec fi-
des diminuitur, quod ſint affines harum filiarum
agentium,id eſt auunculi & matertera,quia eodē
omnino conſanguinitatis vinculo attinet filiæ ex
66 poſteriore matrimonio,quare par † affectio,& af-
finitas tollit omnem ſuſpicionem,l.non ſolum,§.
de vno,ff.de ritu nupt. per quem tex.dixit Bal. in
l.inſtrumēta,in fine,C.de probat. quod notarius
domeſticus poteſt inter domeſticos inſtrumenta
recipere,l.qui teſtamēto, §.qui in contrarium, ff.
de teſtamen. alios citat Dominus Becius in con-
ſil.103.num.29.

Reſpondeo etiam,quod ex quo probāt teſtes,
Dominam Lucretiam contuliſſe in domum pri-
mi viri bona deſcripta vt ſupra; qui vult dicere
67 plura tenetur probare. Ita † voluit gl. in l.cum de
lege,ff.de probat. cum multis cumulatis ab Her-
cul.in tractatu de negat.nu.252.Roland.in tract.
de inuentar.verſ.hæres,nu.2.ſol.mihi 162.Gabr.
commu.opinio.lib.1.tit.de probat.concl.7.nu.1.
Dominus Becius in conſi.100.num.22. quæ pro-
cedit etiam, quando pro negante nulla extat præ-
ſumptio,quidquid aliqui voluerint, vt per Curt.
ſen.conſi.27. col.9. verſic.ſed contra. refert Ripa
in c.cum eccleſia,nu.84.de cauſa poſſeſ.& propr.
& hanc concluſionem dicit communiter approba
tam Hercul. loco prædicto,nu.255. quia cum di-
uitiæ nō inſint a natura,qui vult dicere talem plus
habuiſſe in bonis, tenetur probare, ſequitur Ro-
lan. in præcitato loco.

SVMMARIVM.

1 Emphiteuta liberatur re pro parte perempta, quando ex remanente non tantum percipitur, quod ad penſionem ſufficiat. limitatur, nu. 19.

2 Parum & nihil æquiparantur. limita, vt nu. 20.

3 Conductor non ſoluit penſionem, quando damnū eſt tale quòd non poteſt percipi medietas penſionis.

4 Conductor re in totum perempta, liberatur a tota penſione.

5 Conductor re perempta pro parte, liberatur pro parte.

6 Argumentum de toto ad partem, eſt validum. fallit, vt nume. 21.

7 Emphiteuta liberatur in totum, quando res in totum perimitur.

8 Caſus fortuitus dicitur corroſio fluminis, aquarum abundantia, mutatio aluei.

9 Emphiteuta tenetur ad caſus fortuitos.

10 Emphiteuta canonem ſoluit in recognitionem dominij.

11 Emphiteuta non liberatur, etiam ſi res pro maiori parte pereat.

12 Emphiteuta non liberatur domo combuſta, ſed tenetur eam reficere.

13 Solum dicitur principalior rei pars.

14 Conductori non fit remiſſio, quando conuenit quod ſoluat, etiam ſi non ſit adeptus poſſeſſionem.

15 Pactum, quod non fiat conductori remiſſio mercedis, eſt validum.

16 Conductori non fit ob bellum remiſſio, ſi cōduxit tempore belli, & quomodo procedat.

17 Alex. in l.interdum, §.quod ex naufragio, ff.de acquir. poſſ. reprobatur.

18 Conductori non fit remiſſio, quando renunciauit omni iuri, & legum auxilio.

19 Emphiteuta non liberatur re perempta pro maiori parte, etiam ſi fructus non ſufficiant pro penſione.

20 Parum & nihil, non æquiparantur, quando eſt diuerſa ratio.

21 Argumentum de toto ad partem, non procedit, quando eſt diuerſa ratio.

CONSILIVM CXCVII.

PRo hæredibus Nobilis Stephani
Octauij de Morano, ne teneantur
ad penſionem, ſeu canonē pro præ
dio emphiteutico, facere videtur
concluſio Bar.in l.1.nu.9. C.de iu.
emphit. quæ habet, quod etſi emphiteuta non li-
beretur re pro parte perempta, tamen fallit quan
1 do ex ea parte, † quæ ſupereſt,non tantum perci-
pitur,quod ſufficiat pro penſione, ſequitur Iaſon
ibi,nume.96.& communem dicit Bero.in conſil.
130.nume.9. & ſequen. volum.1. vbi ſubdit ſo-
lum Salic.contradicere. & ratio eſt, quia ſicuti re
in totū perempta,emphiteuta liberatur; ita quan
do ex ea modica remanet pars. parum enim & ni-
2 hil,† æquiparantur, l.quamuis, ff.de conditio. &
demonſtrat. gloſ.in authent. minoris debitor, C.

qui

qui da.tuto.poſſeſ.Bal.in auth.præterea, C.vnde
vir & vxor,vbi Salic. Caſtren.Rom.Ale.& alij in-
ferẽtes, diſpoſitionem eius legis procedere in mu
liere,quæ modicam habeat dotem, Marſi.in con-
ſil.103.nu.25.Tiraq.de iudic.in reb.mini.ſcren.
Natta in conſ.246.nu.6.Rol.in conſ.14.nu.20.&
ſeq.vol.3.Cęph.in conſ.288.nu.29. facit in ſimi-
li, quod dicimus de conductore, qui non tenetur
ſoluere mercedẽ,quando nõ percipit tantũ,quòd
3 ſufficiat pro † medietate penſionis, Cyn. in l.licet
certis,vbi Bar.C.loca.Io.Andr.in c.propter ſteri-
litatem,vbi Abb.nu.12.loca.Alc.in conſi.3.num.
12.vol.1.Corn.in conſ.128.nu.26. vol.1.Ioan.de
Amic.in conſ.142.nu.1.Ruyn.in conſ.81.nu.87.
vol.1.Ripa de priuil.contract. cau.peſt. num.25.
Didac.pract.quæſt.c.30.col.4. ver.quamobrem,
Boſſ.in ti.de remiſſ.merced.nu.2.& 8.Rolan.qui
communem dicit in conſ.86.nu.1.vol.3.Pinel.in
l.2.par.1.c.3.num.21.C.de reſcind.vend. Viuius
commu.opi.lib.1.conclu.46.in fi.& hanc rationẽ
allegat Iaſ. ſubdubius tamen , in d.l.1.nu.96. C.
de iure emphite.ſed melius facit quod dicimus in
4 conductore,qui ſicuti re in totum perempta† pe-
nitus liberatur a ſolutione penſionis , ſecundum
Cæterum ſciendum eſt, duplicem eſſe reſtitu-
24 tionem, † vnam ſcilicet, quæ via iuſtitiæ concedi-
tur minoribus, fiſco, & reipublicæ, & aliqñ etiam
maioribus ex cauſa: & hæc ab eo Iudice impetra-
tur, qui iudicauit, l. in cauſa, §. fi. ff. de minor. aliam
verò, quæ a ſolo Principe concediur, l. 1. §. fi. ff. de
quæſtio. l. diui fratres, ff. de pœnis, Boſſ. in ti. ſi ad-
uer. rem iud. nu. 25. qui etſi ſubdiſtinguat ẽt vt a
Principe aliqñ ex gratia, aliqñ ex iuſtitia conceda-
tur, tamẽ ex gratia vtraque eſt, ſed refert, an Prin-
ceps abſoluat indiſtinctè, & ita indulgeat ſine alia
cognitione, vel reſtituat ad probandum innocen-
tiam, quamuis vtraque conceſſio contineat gratiã
differentem, tamen ſecundum plus & minus: ſi er-
go ordinem iuſtitiæ ſpectamus, non poteſt inſtau-
rari criminalis cauſæ inſtantiæ, ſed ex gratia fieri
poteſt, vt ſupra dixi, pro quo facit quòd etſi res iu
dicata faciat de albo nigrum, & æquet quadrata
rotundis; nec cõtra eam quis poſſit audiri, ex quo
habetur pro veritate, tñ pôt Princeps ex gratia ad
25 mittere † ſupplicationem partis, vt probat. Inn. in
c. ex literis, de reſt. in integ. quẽ refert & ſequitur
Gui. Papæ, q. 185. & dicunt Dñi de Rota in deciſ.
238. quod Princeps reſtituere pôt ad appellandũ
cõtra ſnĩam, quæ tranſiuit in rem iudicatam. eam
citat & approbat Par. de Put. d. ver. reſtat vnũ, n. 7.
qui dicit eſſe quotidianum, & notandũ, & refert
ẽt Ang. in l. 1. C. de ſent. paſſ. dicẽtem quod Prin-
ceps pôt vno verbo procedendo extra ordinẽ caſ-
ſare ſententias iudicium rectè latas. & dicit Bal. in
conſ. 252. querulæ preces, uol. 1. quod Princeps
licèt de rigore iuris nõ poſſit, tñ de plenitudine po
teſtatis poteſt reſtituere in integrum aduerſus ſen
tentiam, & idem dicit in l. ſupplicare, nume. 5. C.
vt lit. pend. dum tamen ſecundum eum, vtatur
clauſula, nõ obſtante, ſequitur Iaſ. in eadem l. nu.
7. Boſſ. in ti. de ſupplic. aduer. rem iud. num. 1. vbi
etiam num. 11. dicit, quod ſi ſententia facit tranſi-
tum in iudicatum, dicitur hoc remedium ex gra-
tia, & in titu. ſi adu. rem iud. num. 15. & 16. & nu.
25. ſi ergo Princeps cauſam ſeu inſtãtiam perem-
ptam per ſententiam ſequutam ſuſcitare poteſt,
quare

quare non eam, quæ lapſu temporis perijt. Concludo igitur, inſpecta Principis poteſtate, poſſe inſtantiam criminalis cauſæ peremptam inſtaurari non minus, quàm ſi cauſa fuiſſet ciuilis, quia eadem eſt vtroque caſu Principis poteſtas.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus non poteſt matrimoniũ contrahere, & filios ſuſcipere. Contra, num. 13. & 14.*

2 *Subſtitutio facta pupillo, ſi deceſſerit ſine filijs, eſt ſemper fideicommiſſaria. Contra, nu. 12.*

3 *Dictio, alij, eſt implicatiua ſimilium.*

4 *Verba ſententiæ ſunt ſtrictè intelligenda, & non extenduntur vltra quàm ex illis infertur. Vide infra, num. 19.*

5 *Relatum eſt in referente, cum omnibus ſuis qualitatibus.*

6 *Vt ſupra, eſt dictio relatiua præcedentium qualitatum.*

7 *Pupillus eſt inteſtabilis, & non poteſt facere teſtamẽtum etiam ad pias cauſas, etiam ſi ſit pubertati proximus, immo nec donare cauſa mortis, & an poſſit habilitari a Principe, & ibi ponuntur rationes.*

8 *Pupillus dicitur inteſtatus etiam in ſtatuto, quando militat eadem ratio, quæ in adulto.*

9 *Pater poteſt teſtari pro filio furioſo, mentecapto, muto, vel ſurdo ſicut pro pupillo.*

10 *Aequiparatorum eadem videtur facta eſſe diſpoſitio.*

11 *Pupillus dicitur inteſtatus in ſtatuto, quando alias de eo nulla eſſet facta diſpoſitio.*

12 *Subſtitutio facta pupillo ſi deceſſerit ſine filijs, eſt pupillaris durante pupillari ætate.*

13 *Pupillus poteſt filios generare.*

14 *Pupillus validè contrahit matrimonium, ſi malitia ſupplet ætatem.*

15 *Argumentum a ſimili, vt procedat, ſufficit quod in eo ſolo ſit ſimilitudo, de quo agitur.*

16 *Copula, &, ſolet ampliare.*

17 *Copula, &, inter duas orationes perfectas poſita ſtat continuatiuè.*

18 *Expreſſum dicitur id, quod veriſimiliter diſponens dixiſſet, ſi fuiſſet interrogatus.*

19 *Verba ſententiæ intelliguntur ſecundum materiam ſubiectam, etiam improprijando.*

20 *Verba ſententiæ & teſtatoris æquiparantur.*

21 *Subſtitutio exemplaris facta in vnum caſum, puta furoris, extenditur ad alium, puta ſurditatis & ſimiles.*

22 *Subſtitutio exemplaris continet pupillarem.*

23 *Conditio poſita vni legato, non cenſetur repetita in ſequenti, quando vna ex pluribus fuit expreſſè in ſequenti adiecta.*

24 *Clauſula in fine poſita refertur ad id, quod ſupra principaliter fuit diſpoſitum, non ad acceſſoria.*

25 *Relatio fit ad ea, quæ non ſub conditione, ſed diſpoſitione ſupra ſunt poſita.*

26 *Relatio non fit ad omnia præcedentia, quando militat diuerſa ratio.*

CONSILIVM CC.

SECVNDVM ea, quæ tunc fuerũt propoſita, ſcripſi pro Illuſtribus Dominis Comitib. Camini ſuper ſucceſſione ſecundi Falcibouis, qui impubes deceſſit, & cui ſubſtitutus pupillaris datus a patre intẽdit in ſolidum ſuccedere, nunc fuit tranſmiſſa non conuẽtio, ſed ſententia lata inter Dominos Comites, & commune Camini, qua cauetur quòd aliquo in ętate teſtabili decedente ſine prole legitima, nullo condito teſtamento, ſeu alia vltima uoluntate, Domini habeant tertiam partem, & idem intelligatur de furioſis, mentecaptis, & alijs perſonis inteſtabilibus decedentibus ſine prole legitima, vt ſupra. & verbis eiuſmodi ſententiæ videtur pupillum non includi, quia loquendo de inteſtabilibus, addit, decedentibus ſine prole legitima: hæc enim conditio non conuenit, quia nõ poteſt legitimam ſuſci-
1 pere prolem, ex quo † matrimonium non poteſt
contrahere, l. minorem, ff. de ritu nupt. & Inſti. de
nupt. in prin. l. quæſitum, l. in ſponſalibus, vbi gl.
ff. de ſponſal. l. mulierem, ff. de ritu nup. cap. pubes,
c. atteſtationes, c. continebatur, & c. ex literis,
de deſponſ. impub. & ideo dicit glo. in l. precibus,
C. de impub. quod ea conditio, ſi deceſſerit ſine liberis,
non conuenit pupillo, quia liberos habere
2 non poteſt: ideo † vult quod ea ſubſtitutio ſit omni
tempore fideicommiſſaria etiam ſi cõcepta ſit
directis verbis. & dicit Bart. in l. Centurio, nu. 31.
in fi. ff. de vulg. quod teſtator ſubſtituẽdo filio pupillo
ſub conditione, ſi deceſſerit ſine liberis, videtur
voluiſſe ſubſtitutionem cõferre poſt tempora
pubertatis, ſequitur Ruy. ĩ cõſ. 103. n. 23. vol. 2. &
gl. in d. l. precib. ſequitur Bal. ĩ cõſ. 36. vol. 2. & cõſ.
55. n. 5. vol. 3. cui ergo nõ conueniũt verba, ei pariter
nõ cõuenit diſpoſitio, l. 4. §. toties, ff. de dã. inf.
Secundo dum ſententia loquitur de inteſtabilibus
dicit, idem intelligatur de furioſis, mentecaptis,
& alijs perſonis inteſtabilibus. dictio autem,
3 alijs, † eſt implicatiua ſimilium, l. ſi fugitiui, vbi gl.
C. de ſeru. fugit. Abb. in c. ſedes, de reſcrip. Afſl. in
deciſ. 244. n. 1. Cur. iu. in conſ. 38. nu. 1. circa med.
Natta in conſ. 298. nu. 5. Cęph. in conſ. 13. nu. 11.
& in conſ. 53. nu. 66. Zanc. in l. hæredes mei, §. cũ
ita, par. 4. nu. 194. Deciſ. Pedem. 167. n. 7. pupillus
aũt licet dici poſſit inteſtabilis, tamen non eſt ſimilis
furioſo & mentecapto, quia ij propter vitium
accidentale prohibentur teſtari: pupillus vero
propter naturalem defectum. præterea in eo capite
ſententia loquitur de ijs, qui decedunt in ętate
teſtabili, & ampliat procedere etiam in ijs, qui etſi
ſint in ętate habili, tamen nõ poſſunt teſtari, & ponit
exemplum in furioſo, mẽtecapto, & ſimilibus:
ergo extendi non debet ad pupillos, quibus per
4 ætatem non licet teſtari, & † verba ſententiæ ſunt
ſtrictè intelligenda, & non extenduntur ex lata ſignificatione
vocabuli, l. 1. C. ſi plur. vna ſent. fuer.
condem. Abb. in c. dilectus, nu. 2. de off. ord. Cur.

ſen.

ſen.in conſi.74.col.fi.Iaſ.l.centeſimis,§.fi.col.pen.
ff.de verb.obl.Ale.in conſi.46.num.4.& 5.vol.1,
Soc.in conſi.91.nu.11.vol.4.Curt.iun.conſi.153.
nu.19.Ripa in l.1.nu.26.C.de eden. Gozadin.in
conſ.50.nu.11. Menoch.in conſi.80.nu.39.alios
plures citat Mantica in tract.de coniect.vlt.vol.li.
3.tit.4.n.18.& non poteſt ex ea deduci pluſquàm
ex verbis neceſſariò inferatur,l.penult. ff. de his,
qui ſunt ſui,vel alieni iur.l.1.C.de ord.iud.l.ſi q.s
a liberis,§.ſi vel parens, ff.de liber. agnoſcen. per
quæ iura ita dicit Bar.in l.Iulianus verum debito-
rem,nu.5.ff.de cond.indeb.Alex.in conſ.108.nu.
2.vol.5. Dec.in conſ.322.num.1. Natta in conſi.
473.num.5. vbi dicit, quod ſicut in contractibus
omiſſum babetur pro omiſſo,ita in ſententia.

Tertio vbi pupillus eſſet in ſententia compre-
henſus,non tñ domini poſſunt tertiam eius bono-
rum partem conſequi,ex quo pater dedit ei pupil
larem ſubſtitutum,& pro eo teſtamentũ fecit. de-
fertur enim tertia pars ex verbis ſententiæ, quan-
do decedit nullo cõdito teſtamento, id quod pro-
batur ex illis verbis: Et idem intelligatur.quæ ver
ba relatiua ſunt ad caſum ſuperiorem, in quo ſen-
tentia loquitur de decedentibus ſine prole,& ſine
5 teſtamento: relatum enim eſt in † referente cum
omnibus ſuis qualitatibus,l.aſſe toto,ff.de hæred.
inſtit. Barto.in l.1.ff.de receptato. in l.1.ff. ſi fam.
furt.feciſ.dicat.in l.ſi quis ſeruſi,§.vlt.ff. de leg.2.
Dec.in c.quoniam contra,n.48. de probat. Bero.
conſ.121.nu.2.vol.1.Neuiza.conſ.40.nu.3.Crau.
in conſ.45.nu.4.Gozadin.conſ.31.nu.2.Natta in
conſ.204.n.12.Tiraq.de legib.cõnubial.gl.7.nu.
182.Dec.Pedem.178.nu.5.Menoc.conſ.1.n.83.
6 Accedit ĕt dictio,vt ſupra,† quę pariter eſt rela
tiua, & inducit repetitionem omniũ præcedentiũ
qualitatum,Bar.in l.1.§.hoc edicto,in fi.ff.de po-
ſtulan.Ale.in conſi.59.circa fi.vol.3.Dec.in conſ.
227.nu.3.Alba in conſ.57.n.6. Simon de coniec.
vltim.volun. lib.2.interpret.4.dubit.2.col.1.nu.
205.alios multos citat Cæph. in conſ.311.nu.37.
Meno. in conſ.73.nu.24. Deciſ. Pedem. 164.nu.
13.cum ergo dicit ſententia idem eſſe in perſonis
inteſtabilibus decedĕtibus ſine prole legitima, vt
ſupra, intelligi debet de decedentibus ſine teſta-
mento: at hic pupillus non deceſſit ſine teſtamen-
to, quia pro eo pater fecit teſtamentum, & perin-
de eſt ac ſi ipſe feciſſet,ex quo pupillaris ſubſtitu-
tio eſt pupilli teſtamentum,vt dixi primo loco.

Aduerſam tamen ſententiam prædictis quam-
quam multum obſtantibus non attentis, arbitror
eſſe veriorem,& ſpectare Illuſtribus Dominis Co
mitibus tertiam partem bonorum dicti Facibouis
defuncti in ætate pupillari. primo, quia ex forma
ſententiæ tertia pars bonorum decedentiũ ab inte
ſtato ſpectat ad Dominos, & dictus pupillus de-
ceſſit ſine teſtamento, & pupillaris ſubſtitutio nõ
eſt verè, nec propriè, ſed fictè & impropriè teſta-
mentum pupilli, vt dixi in primis ſcriptis: ſenten-
tia autem ſtrictè, & propriè eſt intelligenda,d.l.1.
C.ſi plur.vna ſenten. cum alijs ſupra allegatis.

Secundò moueor, quia ſentĕtia dicit quòd in-
teſtabilium perſonarum ſine prole decedentium
tertia pars hæreditatis applicetur Dominis: pupil
7 lus † autem eſt inteſtabilis,quia non poteſt facere
teſtamentum,l.1.§.planè,ff.de ſuis & legit.vbi di-
citur ꝙ non poteſt teſtari, quæ negatiua ante ver-
bum,põt,poſita, excludit omnem potĕtiam, vt in
terminis ponderat Cæpha.in conſi.210.nu.18. ad
idem eſt tex.in l.qua ætate, ff.de teſt.§. præterea,
Inſti.quib.non eſt permiſſ.face.teſtam.l.fin.C.de
teſta.milit.vbi ampliatur, ĕt ſi forct Tribunus mi-
litum.& dicunt Bal.Sali.& alij in l.1.C. de ſacroſ.
eccleſ.ꝙ pupillus etiam ad pias cauſas non poteſt
teſtari,Anch.& Imo.in c.quia ingredientibus, de
teſtam. & communem dicit opinionem allegans
plures Ale.in conſ.182.nu.3.vol.5.& procedit,ĕt
ſi pubertati ſit proximus,ſecundum Bar.in repet.
d.l.1.col.2.Bald.in l.ſi pater, C. qui teſtam.facere
poſſ.Iaſ.in d.l.fi.nu.5.C.de teſt. milit. vbi fortius
dicit,ꝙ non poteſt & donare cauſa mortis,Roma.
qui tamen declarat,in conſi.199.in 2. dubio, Ba-
uer.in d.§.præterea,Inſtit.qui teſtam.facere poſſ.
vbi inquit eſſe communem & magis verã.& quo-
ad teſtamentum idem voluit Dec.d.l.fi.nu.8.& in
dictis locis ponunt, an poſſit a Principe habilitari
ad teſtandum: & concludunt in eo,qui non ſit do
li capax,nõ ſuſtineri diſpenſationem, quia tex. in
d.l.fi.dicendo, nullo modo fieri prohibemus, ex-
cludit facultatem habilitandi, Coſta cap. ſi pater,
in 1.par.in ver. vxorem, nu.9. de teſt. in 6.& duæ
impediunt rationes, ne pupillus teſtamentum fa-
ciat.prima,ætas inhabilis, d.l.qua ætate.ſecunda,
defectus iudicij, & diſcretionis, d.§. præterea, vbi
Bauer.nu.3.hoc ponderat,qui in ver. vbicunque,
ſubdit non effici habilem pupillum, licèt vna ex
prædictis rationib. ceſſet. & dicit Aret. in l. ex fa-
cto,in princ.ff.de vulg.& pupill.quod pupillus ex
mĕtis defectu prohibetur teſtari, ſequitur Hiero.
Verius ibi, nu.173.& nu.212. cum ergo pupillus
ſit inteſtabilis, fatendum eſt,quod eius hæreditas
ſpectabit Dominis Comitibus pro tertia parte.

Tertiò in pupillo eadem eſt ratio,quæ in furio-
ſo & mĕtecapto: omnes enim ſunt inteſtabiles ob
defectum mentis & diſcretionis, vt conſiderant
Doctores in d.l.ex facto,præcipuè Verius nu.212.
& nulla ſubeſt ratio diuerſitatis, quare minus de-
beatur tertia pars bonorum pupilli, quàm furioſi
& mentecapti, cum omnes ſint inteſtabiles: ergo
idem eſſe debet ius,cum ſit eadem ratio, l.illud,ff.
ad leg.Aquil.facit, quod poſt Bal. Signor.& Ale.
dicit Pariſ.in conſ.22.num.150.vol.2.vbi inquit,
8 ſtatutum loquens † de inteſtato locum habere in
pupillo, quando in eo militat eadem ratio quæ in
adulto, alios citat Cęph. in conſi.339.num.42.&
nu.48.& ponit Ang.in conſi.99.nu.4.in fi. conſi.
104.col.penul.verſ.præterea.

Quartò clarum eſt, quod quoad facultatem te-
ſtandi æquiparantur pupillus, furioſus,& mente-
captus, vt per Doctores in d. l. ex facto, vbi infe-
runt,quod ſi pater facit teſtamentum pro filio pu
pillo,

9 pillo, ita poteſt teſtari pro furioſo † & mente ca-
pto, Dec.in conſ.371.in princ.Didac. in c.Raynu
tius,§.6.in prin.de teſtam.Gomeſ. de teſtam.c.6.
nu.2. Ruy.in conſ.103.nu.1. vol.2. cum pluribus
ſimilibus. diſpoſitio ergo facta ſuper vno caſuum
10 æquiparatorũ a iure, habet locum in alio,† etiam
ſi materia ſit correctoria, Bar.in l.2.vbi etiam alij,
præcipuè Aret.ff.de leg.1. eſt tex. in §.ex his autẽ,
Inſt.de hæred.quæ ab inteſt. deferun. & voluerũt
Ale.Socin.Iaſ.& Curt.ſen.Pariſ.in d.conſ.22.nu.
42.vbi in propoſito infert,quòd ſtatutum loquẽs
ſimpliciter de inteſtato, locũ habet nedum in pu-
bere,qui non condidit teſtamentum, ſed etiam in
pupillo, qui non poteſt teſtari. ita etiam arguit
Cæpha.in d.conſi.339.num.23.

Quintò Iudices voluerũt formam dare ſucceſ-
ſionibus hominum,& tamen quoad pupillos eam
omiſiſſent, niſi includeretur in d.verſi.& idem in-
telligatur.ergo fatendum eſt,ꝙ faciendo mentio-
nem de inteſtabilibus, intellexit ſententia de pu-
11 pillis.ita † arguit in ſimili Pariſ.d.conſ.22.nu.61.
dum dicit non eſſe ſumendam interpretationem,
per quam ſtatuentes videantur fuiſſe defectiui. &
Soc.iun.in conſ.26.nu.18.circa princip.vol.3.vbi
ſubdit eſſe veroſimile, quòd ſtatuentes voluerint
generaliter prouidere de ſucceſſione non minus
pupillorũ,quàm aliarum perſonarum.& hæc ſnĩa
planior erit reſolutis contrarijs ſupra adductis.

Non obſtat igitur quod ſententia nõ includat
pupillum, ex quo facit mentionem de inteſtabili-
bus decedentibus ſine prole, quia pupillus prolẽ
non poteſt habere legitimam. Reſpondeo enim
quod & ſi gloſ.in l.precibus,dicat ſubſtitutionem
pupillo factam ſub conditione, ſi deceſſerit ſine li-
beris,nõ eſſe pupillarem,ſed omni tempore fidei-
commiſſariam, ex quo pupillus filios habere non
12 poteſt: tamen † contra eã eſt communis opinio,
quod ſit pupillaris, ſi alia verba conueniant, quia
pupillus dicitur ſine liberis decedere:ita poſt Dy.
concludit Bar.in l.centurio,num.17.ff.de vulg.&
ſequitur Imola ibi,nu.15.in fine, Aret.nume.1.&
col.10.Ale.nu.27.& 28.Soc.nu.4. vbi dicit com-
munem,Iaſ.nu.33.& 34.Alciat.nu.11.& 12. Zaſ.
nu.4.& 5.Soc.iun.nu.227.vbi pariter atteſtatur
de communi,Bal.in conſ.38.num.5.in fi.vol.2.&
hanc ſententiam probarunt Caſt.Cum.Ruy. Al-
ciat.& Soc.iun. quos citat & ſequitur Mantica de
coniectur.vltim.volun.li.11.tit.1.nu.3.& multos
allegat Ema.Coſta in d.c.ſi pater,par.3.in gl.ver-
bis,nu.1.& ſeqq.pręcipuè nu.9.& 10.de teſta.in 6.
vbi dicit eſſe communem & veram opinionẽ,non
ſolum de iure canonico, ſed etiam de iure ciuili.

Præterea non eſt nouum, quòd impubes filios
13 ſuſcipiat.† contigit enim id tempore diui Grego-
rij,vt refert gl.in ſum.20.q.1.& id teſtimonio diui
Hieronymi, & aliorum comprobat Didac. alios
citans in epito.de ſponſ.par.2.c.5.nu.4.& multos
alios citat Coſta d.c.ſi pater,par.1.in ver.vxorem,
nu.10.Mantica, lib.5.tit.12.nu.3. & impubes ma-
14 trimonium validè contrahit, † ſi malitia ſupplet
ętatem,ca.a nobis,c.de illis,il ſecondo,c.puberes,
& c.vlt.de ſponſat.impub. Didac.d.c.5.nu.3.& 4.
Coſta,nu.9.& Mantica d.tit.12.nu.3. quare cum
impubes poſſit filios generare ex legitimo matri-
monio,ſuſtinetur conditio, ſi ſine filijs deceſſerit,
adiecta pupillari ſubſtitutione & pupillo.

Similiter non obſtat, quòd dictio, alijs, ſit impli-
catiua ſimilium, ideo nõ includatur pupillus, qui
non ex accidenti, ſed per ætatem eſt inteſtabilis:
quia ad hoc reſpondeo ſufficere, quòd ſimilitudo
15 † ſit in eo, de quo agitur, licèt non extet in alijs,
Abb.in c.tranſlato,de conſtitu.text.cum gl.in l.fi.
vbi Caſtr.C.de inoff.donat. Euerat. in loco 10.a
ſimili,col.7.ver.& iſtud argumentum. at ſimilitu-
do eſt inter pupillos, furioſos, & mente captos in
hoc,quòd ipſorum nemo teſtari põt propter men
tis, & iudicij defectum, & hoc ſufficit, licèt vnius
naturale, aliorum verò accidentale ſit vitium. ſed
effectum attendere debemus, non modum, per
quem vitium contractum fuit,l.1.§.hæc verba, ff.
quod quiſque iur.l.pen.§.docere, ff.ne quis eum.
& ſententia conſiderauit impotentiam teſtandi,
ideo nõ contenta poſt expreſſionem furioſorum,
& mente captorum dixiſſe,idem de alijs perſonis,
addit inteſtabilibus,vt dignoſcatur quòd non ſte-
tit in pura relatione importata per dictionẽ, alijs,
ſed voluit qualitatem relatam enunciare.

Et quamuis primùm ſentẽtia loquatur de mo-
rientibus in ætate teſtabili: tamen quando dicit,
& idem intelligatur, &c. extendit eam diſpoſitio-
nẽ vltra terminos ſuos: ille enim modus loquen-
16 di, & idem intelligatur, ſtat ampliatiuè † ad præ-
cedentia,vt notatur in l.ea tñ adiectio,ff.de leg.3.
Iaſ.in l.1.in 1.notab. C.de ſum.Trinit. Cæphal.in
conſi.245.nu.64. Rurſus eſt aduertendum, quòd
hæc copula,& idem, &c. non repetit præcedentes
qualitates,quia eſt poſita inter duas orationes ꝑ-
17 fectas,ideo ſtat † cõtinuatiuè,l.qui fundum, ff.de
cõtrah.emptio.Bar.in l.Seiæ,§.Caio, ff. de fundo
inſtr.& ĩ l.in repetẽdis,ff.de leg.3.Pariſ.in cõſi.38.
n.25.& ſeq.vol.2.& forte melius infra declarabo.

Parum autem contradicit,quod ſententiæ ver-
ba ſtrictè ſint intelligenda: nam cum in pupillo
eadẽ ſit ratio, quæ in furioſo, veriſimile eſt quòd
in pupillo ſententia idem ſtatuerit quod in furio-
ſo,& id quod veriſimiliter Iudex dixiſſet, ſi de hoc
18 fuiſſet interrogatus,habetur pro expreſſo,† ſecun
dum glo.in l.tale pactum, §.fin.ff.de pact. Dec.in
conſ.64.colum.fi.id quòd ſicuti procedit in qua-
cunque materia, ſecundum Iaſ. in l. ſi extraneus,
colum.2.ff.de cond.cau.da. ita procedit in ſenten
tia,vt in terminis conſiderat Deciſ. Ped. 64. in fi.
vbi dicit valere argumentum de contractibus ad
iudicia, ſecundum glo.communiter approbatam
in auth.ſacramenta puberum, C.ſi aduer.vendit.
Item verba ſententiæ debent intelligi ſecundum
19 ſubiectam materiam, etiam ea impropriãdo, † vt
concludit Dec.in conſi. 388. nume.4. Deciſ. Pe-
demon.64.nu.3.vbi allegat Craue. in conſil.186.
& conſil. 188. Mantica de coniectur. vltim. vo-
lunt.

lmt.lib.3.ti.4.nu.17. at ſubiecta materia requlre
bat quòd fieret deciſio non minus ſuper pupillo-
rum,quàm mente captorum ſucceſſione: ergo di-
cendum eſt eam fuiſſe factam.

Accedat quòd verba ſententiæ,& verba teſta-
20 toris æquiparantur,& eodem modo† accipiũtur,
l.non eſt mirum, in princ.ff.de pignor. actio. per
quem tex.ita dixit Bar.in l.centeſimis,§.fi.nu.10.
ff.de verb.oblig.Ale.in l.errore,nu.10.in fi. C.de
teſtam. præcipuè quando non ſubeſt diuerſitatis
ratio. at vbi teſtator diſponit ſuper caſu furoris,
ſurditatis, vel alio, extendatur eius diſpoſitio ad
alium caſum ſimilem,puta ad mutum, ad inſanũ,
21 & ſimiles perſonas,† vt voluit Bart. in l.ex facto,
nu.28.ff.de vulg.& pupil.vbi inquit q́ ſubſtitutio
exemplaris facta in caſu furoris, trahitur ad aliũ
ſimilem,& cõem dicit ibi Ripa,nu.83. quia ſi te-
ſtator cogitaſſet de tali caſu, eodem modo veriſi-
militer prouidiſſet, & Hieron. Verius, nu.374.&
ſeq.alios citat Mantica de cõiect.vlt. volun.lib.5.
ti.16.nu.20.in propoſito ergo ſententia debet ex
tendi ad pupillum,in quo eadẽ ratio,& quod ma
gis cõcludit diſpoſitio teſtatoris facta de furioſo,
22 puta,quia ſubſtituit furioſo,continet † ẽt pupilla
rem tacitam,ſecundum Bald.in l.humanitatis,C.
de impub.nu.64.Cęph.in conſ.423.nu.104.Man
tica d.ti.16.nu.18.in fi.ergo pari modo ſententia
diſponens de furioſo, debet includere pupillum.

Porrò quod dictumeſt, pupillum non deceſſiſ
ſe cum teſtamento, ex quo pater dedit ei pupilla-
rem ſubſtitutum, fuit ſublatum alijs ſcriptis,qui-
bus oſtendi(ni fallor) pupillum hoc caſu non de-
ceſſiſſe teſtatum,& ſubſtitutum pupillarem nõ ex
cludere Dominos. Reſpõdeo etiam quod vbi ſen
tentia mentionem facit de inteſtabilibus, non po
nit duplicem cõditionem, vti fecerat loquẽdo de
ijs, quibus non erat teſtamẽti factio, ſed ſub vna
tãtum condirione uocat Dominos,vbi ſcilicet de
cedant ſine prole: alia autem conditio nullo facto
teſtamento non fuit adiecta, & non cẽſetur etiam
repetita: licèt poſita fuerit in præcedenti diſpoſi-
tione. vbi enim ex pluribus conditionibus poſitis
23 in præcedenti diſpoſitione † vnam ſolã diſponẽs
repetit in ſequenti, cenſetur alias omittere,l.cum
prætor,ff.de iudic.ſi enim alias adijcere voluiſſet,
eas quoque expreſſiſſet,l.vnica,§.ſinautem ad de
ficientis,C.de cad.toll. & in terminis dicit Anan.
conſ.8.n.5.verſ.ſed his non obſtantibus, quod in
ſequenti legato non cenſentur reperitæ omnes cõ
ditiones poſitæ in præcedenti, quando vnam ex-
preſsè in ſequẽti appoſuit ex ijs, quas poſuerat in
præcedenti.& ſubdit procedere,qñ aliàs haberen
tur pro repetitis de iure,ſequitur Dec.in cõſ.190.
nu.3.ver.& etiã quia,Mant.d.tract.li.10.ti.6.nu.
30.in fi.& illa verba,& idẽ intelligatur,ſtant qui-
dem relatiuè:ſed ad ea, quæ principaliter continẽ
tur in præcedenti oratione,ideſt ad Dominorum
ſucceſſionẽ,ſecundum ea,quæ ponit Bar.in l.fi.§.
Titia,in fi.ff.de lib.leg.vbi dicit, q́ clauſula refer-
24 tur ad id,† de quo principaliter diſponitur,Aret.
in §.apium,ĩ 4.notab.Inſtit.de rer.diuiſ. Dec.in l.
diem functo,nu.12.ff.de offi.aſſeſſ. Cæph.in con-
ſil.245.nu.65. Item relatio fit ad id, quod diſpoſi
tiuè continetur,non autem ad id quod eſt condi-
25 tionale, † vt declarat Ruy.in conſ.181.nu.3.vol.
2.conſ.136.n.9.vol.3.Simon de Pret. de interpr.
vlt.volunt.lib.2.interpret.4.dub.2.ſolu.1.n.254.
& ſeq. propterea ſucceſſio Dominorum cenſebi-
tur relata, non autem illa conditio teſtamenti nõ
conditi. Et ſanè non debet repetitio conditionis
fieri,quando nõ ſubeſt ratio eadem in ſecunda di
ſpoſitione,quæ verſabatur in prima, Simon loco
prædicto,nu.169.& nu.160. vbi dicit repètitionẽ
fieri,quando congruè fieri poteſt & non aliter, al
legat Bar.& alios; hic autem conditio, q́ decedat
ſine teſtamento, non conuenit furioſo, menteca-
pto,& pupillo,qui non poſſunt teſtari, ſicuti con-
ueniebat perſonis teſtabilibus. Addo quòd non
eſt veriſimile quod Iudex cogitauerit de teſtamẽ-
to harum perſonarum, quas ipſemet inteſtabiles
appellauit,& tunc relatio non fit ad omnia, qñ aſ
26 ſignari poteſt diuerſa † ratiu, Bar.in l.talis ſcriptu
ra,§.fi.ff.de leg.1.Bal.Abb.Imo.Caſtr.Ale.Aret.
Barbat. Rom.Anchar.Fel. Dec. & alij, quos citat
Gabr.com.opi.lib.6.ti.de clauſ.conclu.9.nu.3.&
licèt in ſecundo hoc capite dicatur, & alijs perſo-
nis inteſtabilibus decedentibus ſine prole legiti-
ma,vt ſupra:tamen relatio eſt limitata per verbũ,
vt ſupra,facta quoad illam conditionem,decedẽ-
tibus ſine prole,non quoad alia,vltra quod ſi Iu-
dex voluiſſet repeti conditiones ſupradictas, non
habebat neceſſe vnam expreſsè recitare,& ad aliã
referre,ſed vel neutram expreſſiſſet dicendo,dece
dentibus vt ſupra,vel vtrãque retuliſſet. Cũ verò
vnam expreſſerit, aliam videtur cõſulto omiſiſſe.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſorem dare promittens, tenetur ad factum, & obligatur ad intereſſe.*
2 *Debitor non poteſt inuito creditore ſoluere aliud pro alio.*
3 *Correlatiuorum eadem eſt diſpoſitio.*
4 *Fideiuſſor accedere poteſt nedum propriè,ſed alienæ etiam obligationi.*
5 *Promittens ſe obligaturum ad decem, non eſt eo ipſo obligatus, nec poteſt ſtatim conueniri. ſed contra, infra,nu.13.vide,nu.17.*
6 *Fideiubere promittens, tenetur ſe obligare per ſtipulationem.*
7 *Fideiubere promittens, tenetur etiam bona obligare ſi Iudici videatur.*
8 *Promittẽs facere ſecurum, tenetur ſe obligare per ſtipulationẽ,ſed non dare pignora, vel fideiuſſorem.*
9 *Fideiuſſoris obligatio eſt acceſſoria,& non poteſt ſtare ſine principali.*
10 *Pignus datur pro ſecuritate creditoris, & ad facilitandum exequutionem.*
11 *Fideiuſſor datur pro maiori cautione creditoris.*
12 *Conſequente conceſſo, venit omne antecedens neceſſarium.*

13 *Promittens ſe obligaturum ad decem intra termi-
*num, poteſt eueniente de conueniri ad ſoluendum
*decem. & infertur ad eum, qui promiſit certam rẽ
pignori obligare. vide. nu. 17.

14 *Inſtrumẽti tenor dicitur, quidquid præſumptiuè co-
nycitur ex inſtrumento, & ibi infertur ad multa.

15 *Obligatus ad factum, non liberatur ſoluendo inte-
reſſe, quando facilè poterat illud facere.

16 *Pœna præſupponit culpam, tenet ſuam authorem, &
non infertur ei qui non deliquit.

17 *Promittens ſe obligaturum, eſt obligatus ipſo iure,
quo ad factum.

CONSILIVM CCI.

IN locatione gabellæ ſalis quã Sere-
niſſimus Dominus Dux Mantuæ
& Montisferrati fecit Raimondo
Pertuſio, cõceſſit gratiam Domino
Bernardino Caſeto grauiſſima pę-
na damnato, quo illius opera Raimõdus in eo ne-
gocio vti poſſet: cauit tamẽ expreſſo pacto, quòd
Caſetus teneretur fideiuſſorẽ dare pro aureis mil
le, & pro totidẽ alijs obligare tot bona propria ap
plicanda Ducali cameræ loco pœnæ, quandocũ-
que Raimõdus contractũ conductionis nõ obſer-
uaret: & quia euenit caſus in obſeruantiæ, damna-
tus fuit Caſetus in pœna prædicta. Cum verò ſen-
tentiæ exequutio poſtularetur in Genuenſi Ciui-
tate, compertum eſt magnificos D. Baptiſtam, &
Simonem, fratres de Bauis, exegiſſe a quodã de-
bitore Caſeti aureos termille, pręſtita tamen fide-
iuſſione de eos reſtituendo habẽtibus potiora iu-
ra, & de contribuendo cum habentibus æqualia.
Inſtituto itaque iudicio contra eos, oppoſitum
fuit q̃ Caſetus non potuit condemnari præciſe in
pecunia, uti legitur factum ea ſentẽtia, quæ fuit in
actis producta; promiſerat enim fideiuſſorem da-
re, & obligare bona: & cum bona obligauerit, ſed
fideiuſſorem nõ præſtiterit, non poterat conueni-
ri ad ſoluendum pecuniam, ſed ad dandum fide-
iuſſorem: qui enim promiſit fideiuſſorem dare, eſt
obligatus ad factum; & ſi non implet, tenetur ad
1 intereſſe, † ut probat text. in l. qui autem, §. 1. ff. de
conſti. pecu. & ponit Ang. in l. prætoriæ, l. vlt. ff. de
præto. ſtipu. & eſt regulare quod obligatus ad fa-
ctum liberatur ſoluendo intereſſe, l. ſtipulationes
non diuiduntur, vbi omnes Doct. no. & l. ſi fundũ
certo die, ff. de verb. obl. l. ſi q̃s ab alio, §. fi. ff. de re
iudic. gl. in l 2. §. fi. ff. de verb. obl. & in propoſito,
qñ promiſit quis fideiubere, ſi nõ fideiubeat, obli-
gatur ad intereſſe, l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichũ,
§. vlt. ff. de verb. oblig. vbi Bar. Imo. Caſt. Alex. &
alij, & eſt tex. in l. ſi quis ab alio, in princ. ff. de re
2 iudi. & ſicuti debitor non põt aliud ꝓ alio † ſolue
re inuito creditore, l. 2. §. mutui datio, ubi omnes
Doct. ff. ſi cert. pet. ẽt ſi melior offeratur conditio.
§. pręterea, Inſt. de actio. l. fi. ff. de vſu, & hab. auct.
offeratur, iun. gl. C. de lit. cõt. But. & Sal. in l. 1. C.
de proc. ita creditor nõ põt a debitore inuito exi-
gere aliud ꝓ alio, q̃a ſunt correlatiua, & diſpoſitũ
3 in vno, † locũ habet in alio, l. 1. vbi Bar. C. de cu-
preſſ. lib. 10. l. fi. C. de indic. vidu. tollen. & non de-
bẽt creditor & debitor iudicari ad imparia, vt de
locatore, & cõductore poſt Bero. dicit D. Bec. cõſ.
45. n. 22. dũ aũt liquidatũ non eſt, quantũ interſit
nõ fuiſſe ſatiſdatũ, nihil certi peti, aut prętẽdi põt.

Nec dicatur quòd obligatio ſatiſdandi pręſup-
ponit præcedentem obligationem principalem,
quia reſpondeo hoc verum eſſe, ſed non ideo ſe-
qui, quòd Caſetus ipſe foret obligatus principali-
4 ter: potuit enim alius fuiſſe obligatus, quia † fide-
iuſſio accedere põt nõ ſolum propriæ, ſed alienę ẽt
obligationi, vt de pignore dicitur in l. qui aũt, §. 1.
ff. de conſtit. pecun. & de fideiuſſo. ponit gl. in l. ſi
quis ita ſtipulatus ſit, §. 1. ff. de verb. oblig. vbi di-
cit, quòd quis promittere põt ſatiſdationẽ pro eo,
qđ ipſe, vel alius, vel nullus debet, & in præſenti
facto ſuberat debitum principale in perſona Rai-
mõdi cõductoris, q̃ fictũ, ſeu pẽſionẽ promiſerat,
& ad illius debitũ referri põt promiſſio ſatiſdãdi.

Non etiam dicatur, quòd ex quo Caſetus pro-
mittit fideiubere, tenetur etiam ſe obligare: quia
vt dixi, hoc procedit quãdo fideiubere promitte-
ret pro ſuo proprio debito: at hic non eſt expreſ-
ſum, quòd pro ſuo, vel pro alieno debito teneatur.
Secundò reſpondeo, quòd etiamſi teneatur pro-
mittere & ſe obligare, non tamẽ datur actio ante-
quã promiſerit, & ſe obligauerit, vt per Dec. in l.
cum fundus, §. ſeruum tuum imprudens, in 1. no-
5 tab. ff. ſi cert. pet. vbi q̃ promiſit ſe † obligaturũ, nõ
eſt in præſens obligatus, nec põt conueniri: ſicuti
aliud eſt venditio, aliud pactum de vendẽdo, Bal.
& Ang. in l. 1. C. de pact. pignor. & promiſſio de
cedendo, nõ eſt ceſſio, Rom. in conſi. 86. & in pro-
poſito dicit Caſtr. in l. qui aũt, §. 1. ff. de cõſtit. pe-
cun. quòd qui promiſit ſe pignus certum daturũ,
nõ eo ipſo videtur dediſſe. idẽ dicit in l. prima, nu.
3. ff. de pignor. actio. Bertr. in conſi. 7. nu. 5. vol. 2.
in 2. par. debebat igitur camera Ducalis agere pri
mùm contra Caſetum, vt ſe obligaret & fideiube-
ret, non autem agere quaſi iam eſſet obligatus, cũ
tamen de obligatione non appareat.

Veriorem tamen arbitror contrariam partem,
q̃ ſcilicet ſententia illa ſit iuſta, & iure merito Ca-
ſetus fuerit condemnatus ad ſoluendum quãtita-
tem, pro qua fideiubere promiſerat. qui enim te-
6 netur ſatiſdare, † is debet etiã ſe principaliter obli
gare, ut ꝓbat tex. notabilis in l. tribus, ff. de vſufr.
carum rerũ, quæ vſu conſum. vbi is, cui fuerat le-
gatus uſusfructus, cogitur ſe obligare, etiã ſi vnus
ex pluribus hæredibus fuerit dãnatus fideiubere
pro eo, & ibi declarat Bal. procedere in vero fide-
iuſſore, in quo conſideratur præexiſtentia princi-
palis debiti, & idem uoluit Bal. in l. ſancimus, nu.
5. C. de uerborum ſignific. dicens, quod niſi prin-
cipalis ſe obliget, fideiuſſor poteſt recuſare, & non
ſe obligare, etiam ſi foret iuſſus, quia non tene-
tur conſtituere ſe principalem debitorem, & hanc
ſententiam poſt Iac. Butr. & Iacob. de Rau. tenuit
Cyn. in l. 1. C. de ſatiſdan. vbi concludit quòd vbi

procu-

procurator tenetur cauere de rato cũ fideiuſſore,
tũc debet ipſe principaliter ſe obligare, & cum eo
tranſit ibi ſimpliciter Bar.in fi. & Bal.nu.5.vbi in
fi. poſtquã multas rationes in cõtrarium adduxit,
tãdem refert ſe ad nota.per Cy. & ſubdit eſſe per-
petuò notandum & menti tenendum, Salic.quo-
que hoc tenet,nu.11.& quod is,qui ſatiſdare pro-
miſit,teneatur ſimpliciter promittere tanquã prin
cipalis, voluit Bal.in conſi.261.num.6.vol.1. vbi
pulchrè loquitur, & eum citat & ſequitur Maran.
7 de ordi.iudic.par.6.in 8.mem.nu.26.benè † verũ
eſt,quod non tenetur obligare bona,niſi in quan-
tum Iudicis arbitrio videatur, vt ponit Barto.in l.
prætoriæ,nu.3.la vlt.ff.de prætor. ſtipul. ſequitur
Ang.in l.1.ff.qui ſatiſd. cogan.Ale.num.7.& Iaſ.
nu.21.in tantum autem verum eſt,quod qui de iu
re ſatiſdare tenetur,promittere cogatur,qđ proce
dit ẽt ſi liberetur is ab onere ſatiſdandi,quia nihi-
lominus non cenſetur liberatus ab onere promit-
tendi, vt probat tex. in d.l.tribus, qui loquitur de
liberatione facta ab homine,l.ſi qñ,§.1.& l.ſi filio,
in fi. ff.vt leg.nom.caueat.Salic.in d.l.1. C. de ſa-
tiſdan.Ale.d.l.1.num.8.ff.qui ſatiſd. cogan. & ibi
Iaſ.nu.20.& facit,quia is,qui ſimpliciter promiſit
8 facere ſecurũ,tenetur † per ſtipulationem promit
tere, licet non teneatur fideiuſſorem, vel pignora
dare,Bar.in l.1.§.iudiciales,in fi.ff.de præto. ſtip.
Doctores in d.l.1.ff.qui ſatiſd.cogã.vbi Caſt.nu.
3.Ale.nu.5.Iaſ.nu.7.qui allegat gl. Spec.& Bald.
Marſi.in rub.ff.de fideiuſſor.nu.300.Ruy. in cõſ.
19.n.13.vol.4.multo ergo magis tenebitur ꝓmit-
tere per ſtipulationẽ is,qui tenetur ſatisdare, cũ is
ad plus teneatur, quã qui ſolũ promiſit ſecurũ fa-
cere,vt ponũt Doctores in d.l.1.ff.qui ſatiſd.cog.

Confirmatur autem id ratione, quia obligatio
9 fideiuſſoris eſt acceſſoria,† & non poteſt ſtare ſine
principali,l.1.& l.ſi Stichum,§.fi.ff.de fideiuſſo.§.
fideiuſſores obligari,Inſtit.eo.tit. & dicit gl.in l.ſi
hæres pecuniã, ff.ad Treb. quòd hipothecaria re-
peritur quidẽ aliquãdo ſine principali, ſed fideiuſ
ſoria obligatio nunquam reperitur. citat ẽt Bald.
d.conſ.261.nu.6.& l.cum oportet,§.fi.nu.2.C.de
bon.quæ lib. & ꝙ fideiuſſoria non poſſit ſtare ſine
principali,ponit Cy.in d.l.1.C.de ſatiſd.vbi etiam
Bal. & Salic. datur enim fideiuſſor pro ſecuritate
creditoris ad facilitãdum excequutionem,vt de pi-
10 gnore † probatur in l.qui autem,§.1.ff. de conſti.
pecun.Salic.in l.ea lege,in 13.oppoſ.C. de condi.
ob cau.Iaſ.in l.1.§.ſi quis ita,nu.7.ff.de verborum
Oblig.Neguſ. de pigno. in 1.mem.5.par.nu.8. &
dicit tex.Inſtitut.de fideiuſſo.in princip. ideo ho-
11 mines curare debent,quòd fideiuſſores † ſibi den
tur, vt diligentius ſibi ſit cautum, & idem probat
tex.in l.1.vbi Iaſ.not.nu.19.verſ.ſextò facit,ff.qui
ſatiſd. cogan. Cũ ergo Caſetus teneretur ſatiſda-
re, infertur quòd tenebatur ẽt promittere, quia
aliàs non potuiſſet obligari fideiuſſor, & tñ in in-
ſtrumento promiſit dare *valida ſigortà*, quę verba
important fideiuſſorem validè obligatũ: ſed non
eſſet validè obligatus, niſi ipſe Caſetus promitte-
ret, vt dixi, & principalis obligatio eſt ſubſtantia
fideiuſſionis, vt inquit Pariſ.conſi.162.n.25.vol.
4.& promittens dare fideiuſſorem, ſemper intel-
ligi debet de ualidè obligato,per ea, quæ poſui in
conſ.3.nu.8.& ſeq.& dicit Bal.in d.l.tribus,quod
vbi fit mentio de fideiuſſore,ſemper conſideratur
præexiſtentia principalis debitis,& qui vult conſe
12 quens,cenſetur velle ẽt omne antecedens† neceſ-
ſarium,l.ad rem mobilem,vbi glo.ff.de procur.§.
idem iuris, vbi glo. Inſti.qui, & ex quib.cau. mã-
num.non poſſ.c.quoniam,de ſent.excom.in 6.ca.
cum infirmitas,vbi Abb.de pœnit.& remiſ.

Stante ergo qđ promittens ſatiſdare teneatur
ſe obligare,infertur qđ Caſetus potuit conueniri
non ſolũ ad ſatiſdandũ, ſed ẽt ad ſoluendum eam
quantitatem,pro qua promiſerat ſe obligare,& ſa
tiſdare,per ea,quæ ponit Io.And. ad Spe.in tit.de
oblig.& ſolu.in prin.vbi inquit eum,qui promiſit
13 ſe obligaturũ ad decem† intra certũ terminũ poſ-
ſe die adueniente conueniri,ac ſi de ꝑſenti ſe obli-
gaſſet, qa inutilis circuitus eſt euitãdus, & q pro-
mittit ſe ratũ habiturum,dicitur eo ipſo ratũ habe
re,l.ſi procuratorẽ abſentem,vbi gl.in ver.ratũ,ff.
de procura.l.ſi ſine, §.cũ autẽ, vbi gl.in uer. nihil,
ff.rẽ rat.hab.Bal.in l.2.in vlt.oppoſ.C.de procur.
alios citat Tiraq.de retrac. cõſang.§.1.gl.10.n.89.
& infinita ad hoc cumulat Tiraq. in fi.retrac.con-
uen.n.26.& ſeq.vbi allegat Ale.Soci.Iaſ. Purpur.
Afflic.Ruy.Hormanot.Galial.Zaſ.Goz.Rub.Go
meſ.& Caſſan.atq; ibi multis comprobat deciſio-
nibus,Ruy.in cõſi.12.n.52.vol.3.addo qđ hoc ẽt
voluit Gul.Cun.quẽ ſequitur Bar.n.3.in l.1.ff.de
pign.actio.vbi dicit quod ſi quis promittit certam
ſpeciẽ pignori obligare, dicitur eo ipſo pignus in
ea re cõſtitutũ,Ripa i l.4.§.Cato,n.17.ff. de verb.
obli.& ferè in terminis noſtris per hanc rõnem in-
quit Ruy.in conſ.19.n.13.& ſeq.vol.4. quod pro-
mittens aliquẽ facere ſecurum,põt ſtatim cõueni-
ri ut ſoluat,quia uidetur promiſiſſe ſe obligaturũ.

Et non põt conſtitui differentia,quòd promiſ-
ſio de ſe obligãdo,ſit expreſſa in inſtrumento, vel
quòd virtualiter intelligatur: quidquid enim ex
inſtrumento conuincitur,vel præſumitur,id tenor
14 †dicitur inſtrumenti,l.iuriſgentiũ,§.quod fere,ff.
de pac. & quod uirtualiter continetur in inſtrumẽ
to,habetur ꝓ ibi ſcripto,arg.l.aſſe toto, ff.de hær.
inſti.& l.ſi ita ſcriptum,ff.de cond.& demon.ideo
inquit tex.in l.ſi duo patroni,§.Marcellus,ff.de iu
reiur. quod qui iurauit fundũ pignori dediſſe ob
decem, põt cõueniri ad ſoluendũ decem, id quod
meo iudicio,plurimum confert ad propoſitũ præ-
ſentis cauſæ, & per illũ textum dicit Bart. in l.1.ff.
de his,quæ in teſtam.delen. quod ſi in inſtrumen-
to fateatur quis recepiſſe dotes,poterit exequuti-
uè procedi ad earũ reſtitutionem,licet de ea nulla
facta ſit promiſſio, ſi ex forma ſtatuti inſtrumen-
tum habet exequutionem paratam, ſequitur Bal.
col.fina.circa medium, vbi inquit ſe ita conſuluiſ-
ſe,Imo.colum.pen.in fin.Alexan. in conſi.126.&
conſi.144.vol.6.Fely.in cap.translato,nu.2. & 3.

de cõſtit. Iaſ. d. §. Marcellus, in prin. & Inſtitu. de actio. §. fuerat, nu. 60. Roder. in l. poſt rem iudicatam, in 2. extenſ. in declar. legit. regni, nu. 1. & ſeq. ff. de re iud. vbi dicit tex. in §. Marcellus, eſſe ſingularem, & extollit multis hanc doctrinam.

Prædictis verò non obſtat quod promittens ſatiſdare, teneatur ſolum ad intereſſe: quia rñdeo quod non infertur, quin teneatur is promittere, & ſe obligare, licèt etiã ad intereſſe teneatur. duo enim ea promiſſio cõtinet: primum ſe obligare: ſecundum fideiuſſionẽ dare, & implendam. primũ non liberatur a ſecundo: quia nihilominus ſi ipſe ſit obligatus, vel alius, & non ſatiſdet, tenetur ad intereſſe liquidandum, ſecundum modum traditum a l. ſi quis ita, §. fi. ff. de verb. obl. & a l. ſi quis ab alio, & vbique glo. ff. de re iud. hoc ergo quod dicitur liberari cum ſoluẽdo intereſſe, intelligitur reſpectu fideiuſſionis præſtandæ, nõ reſpectu ſuæ promiſſionis. Rñdeo etiam quod in obligationi-
15 bus facti non liberatur quis ſoluendo † intereſſe, qñ tale eſt factum, quod facile fieri poteſt. ita Io. Andr. in addit. ad Spec. in ti. de reb. eccleſ. nõ alie. §. 1. addit. incip. nõ fuerunt iſti libelli, Ange. in l. in ſtipulationibus, §. operarum, ff. de verb. obl. Ang. Cum. & Iaſ. qui n. 33. ver. quartò, dicit eſſe ſingulare dictum in l. ſtipulationes non diuiduntur, ff. de verb. obl. eſt aũt facillimum obligare ſeipſum.

Non obſtat quod etſi fideiuſſio præſupponat principalem obligationem; tñ hic non infertur quod Caſetus ſit principaliter obligatus, ex quo potuit fideiuſſio adhærere alienæ obligationi. Rñdeo etenim, verum eſſe quod poteſt quis promittere ſatiſdationem pro alieno debito, ſed ĩ dubio is præſumitur debitor, qui ſatiſdare promittit, d. l. tribus, & Doct. ſupra citati in prin. huius partis, & facit tex. in d. §. Marcellus, ubi qui fatetur dediſſe pignori fundum ob decem, poteſt cõueniri ad decem, quia præſumitur pignus dediſſe pro debito proprio, non pro alieno, licèt pro alieno quoq; debito pignus poſſit cõſtitui, l. qui autem, ubi gl. ff. de conſtit. pecun. Rñdeo ſecundò, ꝙ in pręſenti caſu conſtat ex multis ſatiſdationẽ fuiſſe promiſſam pro debito proprio; Et primo Caſetus, ꝗ grauiſſima pœna fuerat condemnatus, reſtituebatur aduerſus ſnĩam & condemnationẽ ad effectum vt poſſet pro obſeruãtia contractus operam ſuã narrare, & non erat iuſtum, quòd frueretur indulgẽtia conceſſa, niſi cõtractus quoque obſeruaretur, cuius intuitu cõceſſa fuerat: ideo ut ad eũ ſpectaret incommodum in caſu inobſeruãtię, qui obſeruato contractu commodum percipiebat, ut l. ſecũdum naturam, ff. de reg. in. iuſtum erat quòd ipſe obligaret ſe ad ſolutionem, poſtquam ſic ſuadebat ratio ſubiectæ materię. Itẽ dicitur quod illi aurei uiginti mille erãt loco pœnę. is ergo ſoluere te
16 netur, qui deliquerat, quia qui non deliquit, † nõ meretur pœnam, l. Gracchus, C. de adul. & commẽſuratur delicto, c. afferamus, 24. q. 1. l. Pedius, ff. de incen. rui. & nauf. l. reſpiciẽdum, ff. de pęnis, l. ſancimus, C. de pęnis. & pœna pręſupponit culpã, ponit Zabar. clem. 2. de hęret. Fel. in c. cognoſcẽtes, n. 6. vbi Dec. n. 3. de conſtit. & ibi eſt pęna, vbi eſt noxia, c. ꝗſiuit, de his, quæ fiũt a maio. par. cap. l. ſi cõis, ff. de nox. act. Tiraq. de retr. cõſang. §. 1. gl. 18. n. 66. Itẽ ex quo dicti aurei ſuccedunt loco pœnæ, ſapere debent naturã pœnę, l. ſi eum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis cau. ergo ab eo debent pręſtari, qui tenebatur pęnam ſoluere. Item dicitur applicãda eſſe dicta viginti mille aureorum cameræ, non obſtante liberatione. Ecce ergo quod intuitu liberationis promiſſa fuere; atque ita is debet ea ſoluere, qui conſequutus eſt liberationem.

Non reſiſtit quod etſi teneretur Caſetus obligare ſe pro ſolutione aureorum viginti mille; tñ ante factam obligationem non potuerit conueniri ad ſoluendum, ſed ad ſe obligandũ, per ea, quæ ponit Dec. in d. l. cum fundus, §. ſeruum tuum imprudens, & alij ſupra citati; quia ſupra in ver. ſtante ergo, probauimus ex cõi opinione gl. Io. Andr. Bal. Ale. Soc. Iaſ. Affl. Purpur. Ruy. Goz. Galiau. Rube. Gomeſ. & aliorum agi poſſe ex promiſſione de ſe obligando, perinde ac ſi facta eſſet obligatio, & in terminis probat Ruy. d. conſ. 19. nu. 13. vol. 4. & licèt aliud ſit ſe obligare, & aliud promit
17 tere † ſe obligaturum; tñ hoc eſt verum conſiderato nudo facto, ſed quoad effectum iuris idẽ omnino ſunt, ita hanc contrarietatem conciliat Ripa d. l. 4. §. dato, nu. 17. ff. de verb. oblig.

SVMMARIVM.

1 *Poſteriora prioribus derogant.*
2 *Pactum circa ſubſtantialia contractus, renouat contractum.*
3 *Contractus duo ſi ſint incompatibiles, attenditur ſecundus.*
4 *Venditionis ſubſtantialia, quæ ſint.*
5 *Tractatus non attenditur, quia multa tractantur, quæ non perficiuntur.*
6 *Contractus virtus conſiſtit in concluſione.*
7 *Præfationes non cenſentur repetitæ in contractu ſequuto ex interuallo, & ibi plura.*
8 *Qualitas adiecta enti, illud diuerſificat. & infertur ad plura.*
9 *Prorogatio idem eſt cum prorogato, ſi forma non mutatur, aliàs ſecus.*
10 *Errans non conſentit.*
11 *Error non nocet, ſiue ſit iuris, ſiue facti, quando tractatur de damno vitando.*
12 *Error in facto proprio eſt excuſabilis, ſi tractatur de vitando damno.*
13 *Error probatur, ſi conſtat rem aliter ſe habere, vbi agitur de damno vitando.*
14 *Donatio non præſumitur, ſed quæcunque alia potius ſumitur coniectura.*
15 *Error magis præſumitur, quàm donatio, etiam in facto proprio, ſi agitur de damno vitando.*
16 *Primordium tituli format euentum poſteriorem.*
17 *Actus, qui ſequitur, præſumitur geſtus in exequutionem præcedentis tractatus.*
18 *Mutatio volũtatis nõ præſumitur etiã ex interuallo.*

Error

19 *Error probatur, quando tractatum fuit de faciendo actum vno modo, & reperitur aliter factus.*

20 *Actus ſequens ex interuallo, non tollitur per præcedentem contrarium, ſed per errorem factus præſumitur, ſi vterque continet non tractatum, ſed concluſionem.*

21 *Error probatur ex coniecturis.*

22 *Dictus dictio, eſt repetitiua ſimilium.*

23 *Teſtator rem legatam tradens ſub commemoratione legati, non videtur donare inter viuos, ſecus ſi de legato non faciat mentionem.*

24 *Sequentia declarant ea, quæ præceſſerunt.*

25 *Subiecta talia ſunt, qualia prædicata demonſtrant.*

26 *Poſteriora non derogant prioribus, ſi facta ſint per errorem.*

27 *Teſtamentum ſecundum, ſi eſt nullum, non tollit primum.*

28 *Præſuppoſitum debet verificari, aliàs diſpoſitio non habet locum.*

29 *Contractus innouatio vt fiat, requirũtur tria, vt ibi.*

30 *Pactum appoſitum circa ſubſtantiam contractus, nõ innouat primum contractum, ſi conſtat tacitè, vel expreſſè de voluntate partium.*

31 *Contractus primus non innouatur per verba, quæ poſſunt importare nouationem.*

32 *Venditiones duæ non poſſunt inter eaſdem perſonas fieri de eadem re.*

33 *Promiſſiones plures fieri nõ poſſunt inter eaſdem perſonas, quæ idem contineant.*

34 *Præfationes declarant ſequentem contractum.*

35 *Actus ſequens recipit declarationem a primo.*

36 *Præfationes. Dicta in præfationibus cenſentur in contractu etiam ex interuallo repetita, ſi ex circunſtantijs appareat.*

37 *Venditio præſumitur ſimulata, ſi tractatum fuit de celebrando pignore.*

38 *Tacens habetur in iudicio pro conſentiente.*

39 *Confiteri videtur, qui non contradicit aſſeueratis per aduerſarium.*

40 *Pactum appoſitum innouat contractum, ſi adijciatur ſubſtantialibus, non aliter.*

CONSILIVM CCII.

VENDITIO facta fuit mẽſe Aprili anni 1581. prati clauſi exiſtentis ſuper finib. Morani, & promiſit Dominus Euſebius Euſibionus emptor ſoluere pretium aureorũ centum quindecim in ſingula iugera: Dñs autẽ Matthias Octauius vẽditor nonnulla promiſit, & mẽſe Maio factũ eſt inter partes inſtrumentũ an. 1582. in quo legitur pratũ prædictum venditũ fuiſſe aureis quindecim argenteis in ſingula ſtaria, & ita vltra quã dicatur ĩ apocha, quæ de vẽditione fuerat a partib. cõſcripta de an. 1581. & corã excellentiſs. Senatu agitur nunc controuerſia, & D. Octauius petit pretium in eo inſtrumento enunciatũ; nec videtur Euſibionũ poſſe contradicere, quia quicquid in ea apocha contineatur, attendendum eſt inſtrumentũ, quod fuit poſtea de venditione celebratũ,

1 quia poſteriora † priorib. derogant, l. pacta nouiſſima, C. de pact. l. ſi vnus, §. pactus ne peteret, ff. co. ti. l. cũ in plures, §. locator horrei, ff. loca. l. 1. in fi. ff. de ſtip. ſeru. l. clari, vbi Bal. C. de fideic. & procedit ẽt in vltimis volũtatib. l. 3. §. pen. ff. de adim. leg. gl. in c. 1. de conſtit. in 6. gl. in l. hac conſultiſſima, §. ſi quis autem, & in l. ſancimus, C. de teſta. & vltima ſcriptura tollit primam, l. ſi quis eum, ff. de vulg. & pupil. Alc. in conſ. 19. circa fi. vol. 2. & non eſt neceſſe in vltimo contractu ponere clauſulam, caſſantes, & annullantes, &c. quia ipſo iure intelligitur. ita voluit Bal. in c. 1. de tranſac. Iaſ. in d. l. pacta nouiſſima, n. 3. ver. quarto procedit. & ibi etiã Dec. nu. 2. qui alia addit ad exonerationẽ, Cuma. l. ſingularia, nu. 121. ff. ſi cert. pet.

Secundò, quia ſuper eadem re non poſſunt cõcurrere duæ validæ emptiones, l. ſi id, quod, ff. de reſc. vend. & ideo dicit gl. in l. pacta, ff. de cõtrah.
2 empt. quod pactum † ex interuallo appoſitũ circa ſubſtantialia contractus, renouat contractũ; imo fortius Bar. in l. iuriſgentiũ, §. adeo, ff. de pact. tenet quod ſiue ex interuallo, ſiue incontinenti fiat actus, inducatur renouatio cõtractus, ſi verba apta ſint ad renouationẽ, vel ẽt ſint dubia, ſequitur Ang. col. 2. ver. opinionẽ. dicens, quod prima venditio cenſetur reuocata, & agendũ eſt ex ſecunda, qñ dicitur; res, quã vendidi tibi pro centum, ſit empta pro decem. & dicit Caſt. n. 2. quod ſi pretium primo loco conuentum augeatur, puta ſi erat centum, fuit actum ad centum quinquaginta, operabitur hoc augumentum, quod erit agendum ex ſecundo cõtractu, non ex primo, quia ille fuit renouatus. & ſubdit eſſe de hoc tex. in l. pacta conuenta, ff. de contrah. empt. & infert quod duplex ſoluetur gabella; vna ex primo, quia ille nõ potuit reſcindi ad præiudicium gabellarij; alia ex ſecunda, quia eſt nouus contractus. & dicit in fi. ꝙ duæ nõ poſſunt fieri de eadẽ re venditiones inter eaſdem perſonas, Alc. nu. 6. & Iaſ. nu. 6. dicit Doct. cõiter ita tenere, & eſſe vtile ad multa, præcipue quia per ſm actum liberãtur fideiuſſores dati in primo cõtractu, & agitur ex cõtractu renouato, non ex primo. & ait eſſe tex. meliorẽ de iure in l. ſi vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact. & in d. l. 2. ff. de reſcind. vend. idẽ probauit Bal. ĩ d. l. pacta nouiſſima, n. 10. dicens, idem eſſe ꝙ partes diſcedãt a forma cõtractus, & ꝙ eas pęniteat primi cõtractus, latè Brun. in tract. de augum. concl. 3. in princ. qñ enim duo
3 contractus ſunt in uicẽ † incõpatibiles, attenditur ſm, vt declarat Bar. & ſequũtur alij, præcipue Cagnol. n. 120. in l. ſingularia, ff. ſi cert. pet. in præſenti verò caſu pretiũ in inſtrumento fuit auctum, & non ſe cõpatitur cum pretio, quod in apocha fuerat conuentum, & non eſt dubium, quin variatio hæc cõcernat ſubſtantialia contractus: nam vendi-
4 tionis ſubſtantia eſt † pretium, ſine quo venditio non valet, §. pretium, Inſti. de empt. & vend. & declarat Ang. in d. §. adeo, dicens pactum dici ſemper appoſitum ſuper ſubſtantialibus, quando eſt ſuper pretio, quia illud dicitur ſubſtantiale, ſine

quo actus ſtare non poteſt. idem tenet ibi Caſtr.
qui loquendo de renouatione contractus, ponit
exemplum quando aucta eſt res, vel pretium, Iaſ.
nu. 1. vbi dicit, tria eſſe ſubſtantialia venditionis,
conſenſum, rem, & pretium; & quod ſecũdum in-
ſtrumentum attendatur, voluit Cęphal. in conſil.
35. nu. 54. Menoc. conſi. 35. nu. 29.

Tertiò inſtrumentum, de quo agimus, & cui in
nititur D. Matthias, continet concluſionem vẽdi-
tionis, ideo eſt attendendũ, non autẽ illa apocha,
quæ videtur potius continere tractatũ, qui non ſo
5 let attendi. multa enim † tractãtur, quæ non perfi
ciuntur, gl. in l. elegãter, in princ. in ver. puto, ff. de
cond. indeb. quæ ideo infert, nihil probare teſtem
qui interſuit tractatui, non aũt concluſioni cõtra-
ctus. & eam dicit valde notandam Bal. in c. fi. col.
fi. de iuram. calum. & in c. 1. circa med. de prohib.
ſeu. alie. ꝑ Lotha. Ripa in l. 1. poſt prin. ff. ad Treb.
idem probarunt Alc. Iaſ. & Dec. quos citat, & ſe-
quitur Tiraq. de retract. conuen. in fi. n. 24. Alba
6 in conſ. 95. nu. 5. & contractus conſiſtit in ſola † cõ
cluſione, l. ſi voluntate, C. de reſcin. vend. vbi no.
Bal. dicens non eſſe in iure tex. meliorem, Tiraq.
loco pręd icto, n. 23. & 24. & dicit Bal. in l. contra-
ctus, col. 2. C. de fide inſtr. ꝙ contractus recipit eſ-
ſentiã ex ipſa concluſione. & dici poteſt, ꝙ perfe-
ctio, ſeu forma eſſentialis conſiſtit in indiuiſibili
puncto, vt de teſtõ inquit Bal. in l. ſi is, qui, ff. de te
ſtib. comprobat Natta in cõſ. 357. per totum, Al-
ba in conſ. 11. num. 25. vbi dicit, ꝙ attenditur effe
ctus vltimo loco ſubſequutus, & dicit Alba in cõ-
ſil. 70. nu. 12. quòd contractus ſequens tollit & an
nullat omnes præcedentes tractatus.
25 bus caſibus, in quibus poſſet nocere, † ſi contrariam diſpoſitionem contineret. ita etiam arguit Rom. in conſ. 224. nu. 6. dicẽs, quòd qua ratione ſtatutum non ligat forenſem in eius damnum, ea ipſa non affert ei beneficiũ, & iniuſtum eſſet ſi ſtatutum non poſſet nocendo ligare forenſem, & cõſerendo beneficium non poſſet prodeſſe, l. ſecundum naturam, ff. de reg. iu. per quã rationem Guido Suza. dicit econtra, quod ſicuti ſtatutum non poteſt forenſi nocere, ita non poteſt prodeſſe. refert & ſequitur Alex. in cõſi. 44. nu. 7. vol. 5. Ruy. in conſi. 18. n. 12. vol. 5. Rolan. de lucro dot. q. 36. nu. 15. Phanuc. in eo. tract. glo. 9. nu. 27. & paſſim Doct. parificant hos caſus, vt eodem modo proſit ſtatutum quo poſſet nocere, ſi in damnũ diſponeret. Cum ergo diſponendo aliquid cõtra ius commune, liget forenſem, quando diſpoſitio fit circa ordinatoria, pari modo debet prodeſſe, qñ circa eadem ordinatoria aliquod beneficium inducit.

Confirmatur hęc ſententia, quia ſtatutum hoc diſponit circa cauſam, vt inquit Abb. d. cap. quod clericis. quando autem ſtatutum eſt in rem, tunc
26 prodeſt & † nocet forenſi, ſecũdum diſtinctionẽ Bar. cõiter approbatam in l. cunctos populos, colum. 6. ver. ſed circa hoc dubitatur, C. de ſum. Tri. & fide Cath. ſequuntur multi citati a Rolan. d. q. 36. nu. 7. & ſeq. & in conſ. 24. nu. 17. & ſeq. vol. 3. Addo quod Soc. in conſ. 120. allegat pro ſua opinione Caſtren. in conſ. 156. col. fi. vol. 1. qui tamẽ contrarium probat. dum enim dicit quòd forenſis non gaudet beneficio ſtatuti, ſicut nec ſuſtinet onera, nõ loquitur de ſtatuto inducente formam in iudicijs, ſed de ſtatuto cõcernente deciſoria: & ſubdit quod econtra eſt, quando inducit modum ſeruandum in iudicijs, & allegat duos illos text. loquentes de cõſuetudine loci, vbi actus celebratur, in l. 3. §. fi. ff. de teſtib. in l. 2. C. quemadm. teſtam. aper. qui textus allegarẽtur impertinenter, & nedum non facerent ad propoſitum, ſed probarent contrarium, & allegãtur ab omnibus ad probandum quod ſtatuta loci iudicij concernentia modum proceſſus attendi debent. ad quid ergo Caſtr. allegaret ea iura ad probandum quod forenſis non gaudet ſtatuto?

Non omitto quod Caſtr. mouetur ratione expreſſa in ſtatuto, vt damnum ſit potius commune totius Communitatis, quàm ſingulorum, & pro ſuſtentatione ſubditorum. per quæ verba datur intelligi, quod ſtatutum conditum fuit ſubditorũ fauore, vt Caſt. examinat ibi, in princ. col. fi. & forenſes non dicuntur ſinguli de vniuerſitate.

SVMMARIVM.

1 Colonus in venditione fructuum cogitur præferre dominum. limita, nu. 19. 23.
2 Colonus partiarius. dicitur ſocius domini.
3 Socius in venditione rei communis, præfertur alijs.
4 Ceſſionarius vtitur iure cedentis, & eadem cenſetur perſona.
5 Vaſallus in venditione fructuum feudi tenetur dominum alijs præferre.
6 Vendere cogitur, qui rem ſemel venalem expoſuit, præcipuè ſi pertinet ad iuſtum. & ibi vide.
7 Colonus vendere cogitur domino fructus iuſto pretio. ſed contra, nu. 29. & ſeq.
8 Vendere qui promiſit, tenetur facere pro iuſto pretio. vide, nu. 31.
9 Contractus ſunt voluntatis, non neceßitatis.
10 Vendere, aut emere nemo cogitur.
11 Locare nemo cogitur.
12 Charitas incipit a ſeipſo.
13 Emphiteuſim generatione finita concedere non tenetur dominus de nouo, ſi velit pro ſe retinere.
14 Animus. Statur iuramẽto in ijs, quæ pendent ab aĩo.
15 Gabellam nõ ſoluit, qui iurat rẽ deferre pro ſuo vſu.
16 Gabellam non fraudat, qui cum pro vſu exportaret, mutato exinde propoſito rem vendit.
17 Vendere qui vni promiſit, poteſt alij vendere, ſi primus recuſauit, vel diſtulit. & infertur ad alia.
18 Prohibitus extra familiam vendere, poterit id facere, ſi illi de familia requiſiti emere recuſant.
19 Colonus non tenetur fructus vendere domino, ſi facta oblatione differat emere.
20 Priuilegium contra ius commune cedi nõ poteſt, vbi infertur ad aliqua.
21 Ius prælationis cedi non poteſt.
22 Priuilegium perſonale non poteſt cedi.
23 Colonus non cogitur fructus vendere tertio cauſam habenti a domino.
24 Reſeruatio nihil operatur, quando nihil eſt reſeruabile.
25 Locatio non includit ea, quæ non proueniunt ex rebus, puta donaria, quæ fiunt in aduentu domini.
26 Capitulum non ſuccedit loco Epiſcopi, in ijs, quæ Epiſcopo competunt ſpeciali iure.
27 Vendere qui propoſuit, poteſt pœnitere.
28 Vendere nõ cogitur, qui rem expoſuit venalem, deinde ex iuſta cauſa illum pœnituit.
29 Vendere qui cogitur, poteſt petere pretium, quod ab alijs inuenit.
30 Damno duplici affici nemo debet.
31 Vendere quando quis cogitur vni magis quàm alij, non tenetur iuſto pretio vendere, ſecus, quãdo ſimpliciter cogitur vendere.

CONSILIVM CCV.

FRANCISCVS de Furno, colonus partiarius maſſaritij Oldigerij, videtur omnino cogẽdus fructus quoſcunq; dicti maſſaritij vendere Domino Octauio de Ripoli, conductori omnium bonorum magnifici Domini Euſebij Careſanæ: certum eſt enim quòd ſi Dominus Euſebius vellet dictos fructus emere, foret
1 cæteris omnibus præferendus: quia colonus † volens fructus vendere, cogitur dominum cæteris præferre, vt eſt text. in l. prima, in fi. vbi not. Bart. in fi. & Io. de Plat. C. de metallar. & metall. & ibi etiam Luc. de Pen. & Rebuff. & quamuis ille tex.

loquatur in colono fiſci, extenditur tñ ad quẽcun-
que alium, ſecundum Rom. in l. 2. nu. 7. ff. ſoluto
matrim. Soc. in tract. fall. reg. 435. in 2. fallent. Fe-
lyn. in c. 1. col. 2. verſ. idem in colono, ext. de iudic.
Iaſ. in l. qui Romæ, §. cohęredes, nu. 26. ff. de verb.
obl. & in l. fi. n. 11. C. de iure emphit. Paris de Put.
in tract. de feu. reintegr. c. 126. nu. 4. Ripa in tract.
de remed. præſeruat. contra peſt. nume. 260. Ant.
de Burgos in c. 1. num. 18. de emp. & vend. Tiraq.
de retract. conſang. in præfat. nu. 15. circa fin. Io-
ſeph. Lud. in deciſ. Peruſ. 24. Et prædictorum ra-
tio eſſe poteſt, quia colonus partiarius dicitur ha-
2 bere † ſocietatem cum dño, l. ſi merces, §. vis ma-
ior, ff. loca. l. cum duob. §. ſi in coeunda, ff. pro ſo-
cio, Bal. in l. emptorẽ, nu. 7. C. loca. Pet. de Vbal. in
trac. de duob. fratr. in 11. par. princ. num. 37. Iaſ. in
l. cum filiofamilias, num. 180. ubi Soc. iun. nu. 74.
ff. de leg. 1. Bello. in conſi. 45. num. 9. Cæph. in cõ-
ſil. 181. nu. 4. Deciſ. Ped. 82. num. 5. & ratione ſo-
3 cietatis ſocius † præfertur alijs, vt per Bal. in l. 2.
C. de com. rer. alie. ubi uult ꝙ ſi fiſcus habens rem
cum alio cõem, uelit eam uendere, tenetur ſocium
pręferre. ſequitur Iaſ. in d. l. fi. nu. 11. alia ẽt poteſt
allegari ratio, quia ſcilicet colonus rõne fructuum
cauſam habet a dño: ergo dñum debet pręponere
omnibus. ſicuti igitur eſſet præferendus dominus,
qui maſſaritium colendum locauit: ita eodem iu-
re gaudere debet conductor prædictus, cui domi-
4 nus ceſſit omnia iura ſua, q̃a ceſſionarius † utitur
iure cedentis, l. emptor, ubi Bald. in 1. notab. C. de
hæred. vel actio. vend. & cenſetur eadem perſona,
c. denique, 7. q. 1. l. ſi donare, §. 1. ff. de donat. inter
uir. & uxo. & conſequitur omnia iura, quæ cedens
habebat, l. ſi aget, in fi. vbi Dyn. Bar. & alij, ff. de
rei vend. deduxi in conſi. 22. nu. 16. & quod dictũ
5 eſt de colono, procedit etiam in vaſallo, † qui te-
netur fructus feudi potius vẽdere domino, quàm
alij, Affl. in c. 1. §. poſt natale, de pace tenen. Ma-
rin. Frec. de feud. author. 38. alios caſus ponit Pa-
ris de Put. de reintegr. feud. c. 126. Iaſ. l. fin. nu. 10.
C. de iu. emphit.

Et non excuſabitur colonus ſub eo prætextu,
ꝙ uelit uictualia, & fructus prædictos pro re reti-
nere, quia cõſtat eum uictualia expoſuiſſe ad uẽ-
dendum, & qñ res fuit ſemel uenalis expoſita, co-
6 gi põt dñus † eam uendere, ut uoluit glo. in l. non
enim, ff. de actio. rer. amot. & ſequitur ibi Dyn. &
Bar. præcipuè qñ res pertinet ad uictum, ſm Cyn.
Bal. & Sal. in l. 1. C. de epiſcop. aud. qui dicunt, qđ
re ſemel expoſita uenali, non eſt licita poenitentia.
& Bal. ibi dicit idem eſſe in habitatione & ueſtimẽ-
tis, q̃ oĩa cõtinentur ſub uocabulo uictus, Bar. in l.
1. §. cura carnis, ff. de offi. pręf. urb. ubi dicit, quòd
uendere quis cogitur res pertinentes ad uictum,
alios citat Dec. in l. rogaſti, n. 2. ff. ſi cert. pet. Imò
7 uidetur quòd cogi poſſit colonus † uendere iuſto
pretio, non aũt pro libito, ut per Doctores prædi-
ctos in d. l. 1. C. de epiſcop. aud. & expreſsè uidetur
uoluiſſe Bar. in d. l. 1. in fi. C. de metall. & metall. at-
tendi enim debet iuſtum pretium, nõ ꝙ ex unius
emptoris uoluntate fuit oblatũ, l. fideiuſſor, in §.
meminiſſe, ff. de leg. 1. vbi dãnatus vendere, intel-
ligitur iuſto pretio, ſequitur glo. Bart. Bal. Imola,
Cum. & alij. ad idẽ eſt tex. in l. ſi poſſeſſor hæredi-
8 tatis, §. fi. ff. de pet. hær. & in pacto † vendẽdi, qđ
intelligatur factũ ſub iuſto pretio, voluerunt Ang.
Cum. Caſt. & Iaſ. in l. q. Romę, ff. cohęredes, ff. de
verb. obl. Afflic. in conſtit. ad ſubiectorũ, in 4. not.

Concludo tamen in facto propoſito, colonum
partiarium ius fouere, & cogendũ non eſſe ad vẽ-
dendum fructus dicti maſſaritij, quia pro eo ſtat
regula quod rerum ſuarum quilibet eſt modera-
tor & arbiter, l. in re mandata, C. mandati. & con-
9 tractus † fieri ſolent ex voluntate, non ex neceſſi-
tate, l. ſicut, de actio. & obligat. & nemo cogendus
10 eſt emere, † aut uendere rem ſuam, l. nec emere,
C. de iu. delib. l. inuitum, C. de contrah. empt. l. in-
uitus, C. locati, l. ne cui, vbi Doctores, C. eod. vbi
gl. Bar. Bal. Alb. Salic. & alij dicũt, ꝙ nemo etiam
11 cogitur locare, & ponunt paſſim Doctores. & ſi-
militer extat regula, quod nemo tenetur vni po-
tius, quàm alij vendere rem ſuam, vt per Tiraq. de
retract. conſang. in præf. nu. 15.

Secũdò proteſtatur colonus velle victualia pro
vſu ſuo retinere, ideo cogendus non eſt vendere,
12 quia prima † charitas incipit a ſeipſo, l. præſes, C.
de ſeruit. & aqu. c. niſi, de author. & vſu pall. & Al-
pibus ille perit, qui ſe plus diligit vllum. & ideo li-
cet dominus teneatur feudum, vel emphiteuſim
ob finitam generationem ad ſe reuerſam infeuda-
re & concedere conſanguineis antiqui vaſalli, vel
13 emphiteutæ: tñ fallit, qñ vellet † retinere pro ſe,
Abb. in c. bonæ, il ſecondo, de poſtulat. prælat. vbi
inquit Bar. dictum in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua
quotid. & æſtiua, eſſe hoc modo reſtringendum,
ſequitur Imola ibi, Aret. in l. ſi mihi & Titio, ff. de
verb. oblig. & quamuis Dec. in conſ. 131. teneat
contrarium ea ratione ꝙ cõis opinio, de qua in §.
permittitur, redderetur eluſoria: tñ ea eſt cõis li-
mitatio, vt põt videri apud Ant. Gabr. com. opi.
lib. 3. tit. de iure emphiteu. concl. 1. nu. 14. & eam
tenet Calcan. in cõſ. 8. nu. 45. de cõi atteſtatur Be-
nintend. in deciſ. Rotę Bonon. 19. vbi dicit ita fuiſ-
ſe iudicatum. & hanc dicit magis æquam Clar. de
emphiteu. q. 43. in fi. ſequitur Ripa de rem. præ-
ſeruat. contra peſtem, nu. 262. Viuius commun.
lib. 1. concl. 96. & in ſpecie dicunt Iſern. & Rom.
quos allegat additio ad Dec. in l. rogaſti, nu. 2. ff.
ſi cert. pet. licèt eos ego non inueniam, ꝙ vbi quis
habet ſolum fructus ſibi pro vſu neceſſarios, non
cogitur eos alijs vendere: & iſto caſu ꝙ velit colo-
nus victualia pro ſuo vſu retinere, uidetur mihi eſ-
14 ſe ſtandum eius iuramento, quia in ijs, quę † pen-
dent ab alicuius animo, ſtandũ eſt illius dicto, ſm
gloſ. in §. aliæ, Inſtit. de actio. Marſil. in rubr. C. de
probat. nu. 122. Ruyn. in conſ. 13. nu. 4. uol. 5. Me-
noc. de arbitr. iud. caſu 86. nume. 6. facit quod vo-
luit glo. in clem. fin. in uerſ. negociandi, de cenſib.
vbi ſtandum eſſe illius iuramento, qui dicit, ſe res
15 † deferre pro ſuo vſu, Bald. in l. cum proponas, C.
de

de naut. fęn. Alexan. in l. cętera, §. ſed & ſi quid ad
opus, vbi Iaſ. num. 10. ff. de legat. 1. Marſil. in ſing.
86. Franc. de Marc. deciſ. 41. nu. 5. par. 2. & in tan-
tum eſt verum, quòd non diceretur fraudare ga-
16 bellam, qui res † pro vſu ſuo exportauit, ſi muta-
to deinde propoſito illas venderet, Affliđ. in de-
ciſ. 12. nu. 8. Marſil. d. ſing. 86.

Tertiò non videtur quod Dñs Octauius poſſit
nunc colonum cogere: qñ enim colonus fructus
expoſuit venales, eos obtulit Dño Octauio, eum-
que per dies octo ſuſtinuit, & expectauit, vt eme-
rat, ſed nunquã deliberauit, ideo non eſt admitten
dus ad beneficium, quod oblatum neglexit accipe
re, vt probare videtur tex. in l. qui Romę, §. cohære
des, ff. de verb. oblig. vbi qui conuenerat vendere
17 † vni, põt alij vendere, ſi primus recuſauit, vel di-
ſtulit emere. per quẽ dixit Bar. in l. codicillis, §. in-
ſtituto, ff. de leg. 3. ꝙ frater iuſſus a patre vendere
fratri, põt extraneo vẽdere, ſi frater requiſitus di-
ſtulit per bimeſtre. & dicit Bal. in l. voluntas, col. 1.
in fi. C. de fideicommiſſ. & in c. inter dilectos, col.
5. de fide inſtr. ꝙ vaſallus poterit feudum cuilibet
vendere, ſi dñs requiſitus non vult emere, nec uẽ-
dendi licentiam cõcedere. & in d. §. cohæredes, di-
cunt Dy. Bar. Imo. & Aretin. ꝙ prohibitus vẽdere
18 † extra familiam, poterit requiſitis illis de familia
uendere extra familiam, & hanc probarunt ſnĩam
Bal. Ange. Sal. Caſt. Soc. Iaſ. & alij, quos citat Ti-
raq. de retract. conſang. §. 1. glo. 9. n. 112. & in ter-
minis, ꝙ colonus non cogatur vendere, qñ dñs nõ
19 curat, † ſed differt emere, voluerunt Odofred. &
Iacob. Rebuff. in d. l. 1. C. de metallar. & metall.
debet enim eſſe promptus in emendo ex quo rerũ
pretia mutãtur t pe, l. pretia rerum, ff. ad leg. Falc.
& nouiſſimè hoc voluit Marin. Frec. in tract. feud.
in tit. de autho. Baro. in autho. 38. col. 1. ver. tertiò
intellige. ubi dicit morã comitti per lapſum unius
hebdomadæ, imò ſæpe in ſimilibus unius diei.

Vltimò non põt Dñs Octauius, qui non eſt do-
minus maſſaritij Oldigerij, ſed ſimplex cõductor,
gaudere huiuſmodi priuilegio: eſt enim conceſſũ
cõtra ius cõe, quo cauetur ne quis uni magis quã
alteri uẽdere cogatur; & cedi non põt priuilegiũ,
20 ſeu † ius conceſſum contra iuris cõis diſpoſitionẽ,
ut inquit Bal. in c. de cætero, num. 4. uer. ſed pone
quod circa, de re iudic. ubi ait quòd & ſi quis ex
forma ſtatuti poſſit hoſtem occidere, nõ poteſt tũ
occidendũ committere. idem eſt in facultate recu
perandi poſſeſſionem propria authoritate, quòd
alij non põt cedi, gl. in l. cum fundũ, in uer. poſtea,
ff. de ui & ui arm. & ius occidẽdi adulterum, quod
marito competit, non poteſt alij committi, l. Gra-
chus, C. de adulter. Bar. in l. non ſolum, §. ſi man-
21 dato, ff. de iniur. & eſt generale in omni iure † prę-
lationis, ne ſcilicet in alium poſſit transferri, ut in
ſtatuto præferente uicinum uel agnatum, uolue-
runt Cy. Bal. Alber. Ang. Salic. & Caſt. in l. ad offi
cium, C. commun. diuid. Alber. in 1. par. ſtatut. q.
89. Signorol. Bal. Caſt. Ale. Afflic. Ang. Aret. Soc.
Barbat. Bologn. Igne. Iacob. Brun. Caſſan. Boer.
& alij, quos citat & ſequitur Tiraq. de retrac. con-
ſang. §. 26. gl. 1. nu. 1. & ſeq. ubi, nu. 78. ponit idem
in priuilegio prælationis, quod datur uxori repe-
tenti dotem. addo ius hoc, quod colonus teneatur
potius domino, quam alij fructus vendere, indu-
ctum fuiſſe potius ex æquitate, quàm iuris diſpo-
ſitione, ideo cedi non põt, argumento eorum, quæ
ponit Rom. in conſil. 484. Item dicitur perſonale
22 priuilegium, † quod cedi quoque non poteſt, Dy.
in c. priuilegium, de reg. iur. in 6. Ang. in l. quod ſi
in diem, §. Iulianus, in fi. ff. de petit. hæred. & in ter
minis, quod ius prælationis domino competẽs in
23 fructibus rei locatæ † fit perſonale, & non poſſit in
alium tranſire, uoluit Marin. Frec. in d. autho. 38.
col. 2. uer. quarto intellige, ubi allegando Rebuff.
in d. l. 1. dicit eſſe perſonale priuilegium. & licèt lo
quatur in Barone, tamen idem eſt in domino lo-
catore, quia eiſdem reguntur legibus.

Itaque non obſtat quod Colonus teneatur fru
ctus uẽdere dño potius quàm alij, quia ſupra fuit
multis modis reſponſum. Primo ꝙ procedit ſingu
lari iure in dño, non autem in eo, qui iura habet a
dño ceſſa. Secundo non procedit, qñ colonus vult
eos pro ſe, & ſuo uſu retinere. Tertio fallit, quãdo
dominus facta ſibi oblatione diſtulit emere, quæ
omnia concurrunt in præſenti facto. & quamuis
ceſſionarius intret in ius cedentis; tñ hoc eſt quan
do ius poterat cedi: aliàs ſi tale ſit, quod in alium
non poſſit transferri, ceſſio nihil operatur: cũ enim
de uno diſputamus, cætera ſupponuntur habilia.
24 facit quod dicimus de reſeruatione, † quæ nihil
operatur, qñ nihil extat reſeruabile, Bald. in conſ.
100. vol. 1. Ange. in l. ſi quis legauerit, ff. de leg. 3.
cum multis apud D. Becium in conſi. 74. n. 6. cum
ergo ius prædictũ cohæreat perſonæ domini, non
cenſetur tranſlatum in generali locatione. Præte-
rea facit, quia locatio facta D. Octauio continet
bona; & ceſſio facta ſibi refertur ad fructus bono-
rum, & ad iura, quæ concernunt fructus bonorũ:
ſed priuilegium prædictum reſpicit magis perſo-
nam locatoris quàm bona, ideo non uenit in loca-
tione. adduco quod uoluit Oldra. in conſi. 129. in
quæſtione, ubi inquit, quod in locatione fructuũ
25 archidiaconatus non uenit † id, quod eccleſia erat
ſolita præſtare archidiacono pro iocũdo eius ad-
uentu, quia id reſpicit perſonã, non bona archidia
coni, ſequũtur Bal. Caſt. & Imola in l. diuortio, §.
quod in anno, ff. ſoluto matrim. ubi Alex. nu. 9. &
Iaſ. nu. 8. Fely. in ca. ſedes, col. 3. uer. & ſi prælatus,
de reſcrip. Bertr. in conſi. 107. num. 2. uol. 6. & di-
cunt Iacob. de Are. Pet. & Bald. in l. ſi filius, C. de
bon. proſcr. quod ſi quis ſucceſſit in ius alterius,
non aſſequitur, quæ illi competebant ex priuile-
gio. & hoc ẽt uolunt ibi Cy. & Ang. & dicit ualde
notandum Anan. in c. 2. nu. 7. de delict. puer. & in
ſimili dicũt Doctores in c. uerum, de foro compet.
præcipuè Felyn. in princip. quòd, etſi capitulum
26 † ſuccedat in locum Epiſcopi: tamen fallit, quo
ad ea quæ competebant Epiſcopo iure ſpeciali.
idem Felyn. in d. c. ſedes, colum. 3. ubi poſt Inno.
in

in c.ex literis,in fi.de iure patr.ſubdit quòd in ven
ditione includuntur ſolum ea quæ ſunt de natura
rei venditæ,non ea quæ veniunt per accidens.dixi
in conſi.127.num.64.& dicit Dy. in l.licitatio, §.
mercatores,ff.de publican.q in emptorē non tran
ſit priuilegium perſonæ, ſed ſolum priuilegiū rei,
alios citaui in d.conſ.127.nu.66. ideo licèt Domi
nus Octauius conducendo bona Domini Euſebij
ſucceſſerit in eius locum quo ad ea,quę concernūt
ipſa bona & res: tamen non ſuccedit quoad ius,
quod competebat perſonæ locatoris: atque ita &
ſi alioquin hoc ius poſſet cedi, quod tamen nega-
mus, adhuc non gauderet conductor hoc priuile-
gio, quia non conſtat quòd fuerit ceſſum, & ſola
locatio in generali cōceſſione iuris locatori com-
petentis non includit ius prædictum.

Non ē obſtat q ex quo res ſemel venales ha-
buit colonus,cogi poſſit vendere:quia reſpondeo
27 quod regulariter † pęnitere eum pōt,qui rem vē-
ditioni expoſuit,vt eſt tex. i l.exterus, C.de Iudę.
& ita tenent Pet. Cy. & Bal.in l.1.C.de Epiſcop.
aud.vbi reprehendunt gl.in d.l.non enim. & con-
tra eum tenet quoque Alber. ibi Iaſ. in l.nec eme-
re,in 6.limitat.C.de iure delib. & in l.rogaſti, nu.
2.vbi Purpur.& Alcia.ff.ſi cer.pe.& quamuis hoc
non procedat in pertinētibus ad victum, tū etiam
in ijs,quæ concernunt humanum victum licita eſt
28 pęnitentia,† ſi iuſta ſubſit cauſa mutandi propoſi-
tum, vt præciſè vult Salic. in d.l.1.nu.2.ver. & eſt
ratio,C.de epiſ. aud. in propoſita autem nulla iu-
ſtior conſiderari poteſt cauſa, quàm quod velit
pro ſuo vſu retinere,accedente maximè peſtis vr-
gēti,& valida ſuſpicione in vicinis regionibus Ge
nuæ, ſcilicet, Mediolani & Mantuæ. & dixi ſupra
ex Iſern. Rom. & additio. ad Dec. quod etiam vi-
ctualia non cogitur vendere,qui eis indiget.

Quod verò dictum fuit,colonum teneri ad ven
dendum pro iuſto pretio, nō autem pro eò quod
ab alio reperitur,nō ſubſiſtit,quia Bar.in d.l.1.C.
de metallar.& metall.non hoc dicit, & facultas ꝑ-
lationis intelligi debet ſine damno eius, qui tene-
tur vendere, l.2.§.ſi quis a Principe, ff. ne quid in
29 loco publ.& id videtur expreſsè † dicere Bal.in l.
2.C.de com. rei alien. & alias duplici afficeretur
iniuria colonus, ſi nedū vni potius quam alij, ſed
ēt pro minori pretio teneretur vendere quam ab
alio inuenit,& non ſunt multiplicanda ſpecialia,l.
cū poſt,§.gener.ff.de iu. dot.l.1.C.de dot. prom.
30 & nemo dēt † duplici damno affici,l.nauis,§.cum
autē,ff.ad leg.Rhod.de iactu.l.cogi,§.vnde quæri
tur,ff.ad Senatuſconſ.Treb.l.ſi cū dotem,§.ſi pa-
ter,ff.ſol.ma.& qū lex mādat, quod quis teneatur
vni potius quàm alteri vendere;tunc tenetur tan-
tum pretium dare, quantū reperitur ab alio: licèt
31 † ſecus ſit,qñ ſimpliciter diſponit quod teneatur
quis vendere.ita diſtinguit Cuma.in l.qui Romę,
§.cohæredes, ff.de verbor.obliga.ſequitur Caſtr.
Imola,Alc.& Iaſ.num.30. qui dicit eſſe de mente
Ioan. Andr.& Bal.& ita in effectu reſoluit Ripa in
l.1.in fi.ff.de priui.cre.& indiſtinctè voluit Tiraq.
de retract. conſang.§.1.gl.18.num.4. & ſeq.licèt,
nu.10.impugnet Rip.in loco prædicto.

SVMMARIVM.

1 *Dos data filia, imputatur nepotibus in legitimam.*

2 *Dos.Soluto matrimonio morte filia,dos reuertitur ad patrem dotantem, non ad nepotes ex filia.*

3 *Dotem promittens reſtituere vxori, vel illi aut illis, quibus de iure, &c. tenetur illam reſtituere patri, & non filijs ſuis.*

4 *Pater ſi ſtipulatur dotem ſibi reddi,aut filia, intelligitur ſecundum ordinem iuris, vt primò reſtituatur patri, & poſtea filia.*

5 *Pater ſi ſtipuletur dotē reddi filia in omnem caſum, &c. intelligitur ſecundum cōſuetudinem Martini.*

6 *Nepos ſuccedens auo cum patruo, imputat ſibi in legitimam dotem matris, ſecus quando ſuccedit cum patruelibus.*

7 *Nepos non imputat ſibi in legitimam debitam in bonis aui dotes maternas, quas habuit vti hares matris,etiam ſi auus id mandaret.*

8 *Legitima.Ea non imputantur in legitimam,qua capiuntur extra hareditatem patris, vel aui.*

9 *Imputatio in legitimam habet locum, quando filio quid eſt relictum minus legitima, & per imputationem ſuppletur id,quod deeſt ad integrandum legitimam.*

10 *Legitima imputantur, qua capiuntur ex vltima voluntate, non inter viuos.*

11 *Bar.in l.in quartam, nu.12.ff.ad leg. falcid. reprehenditur.*

12 *Filij conſequuntur lucrum ex l. hac edictali, etiam ſi non ſint haredes.*

13 *Filij etiam non haredes parētum aſſequuntur lucra, qua filijs reſeruantur ob tranſitum parentum ad ſecunda vota.*

14 *Filia excluſa a ſtatuto ab hareditate parentū, capit lucra delata ob tranſitum matris ad ſecunda vota.*

15 *Filij prioris matrimonij non imputant ſibi in legitimam lucra reſeruata ob tranſitum matris ad ſecunda vota.*

16 *Fructus rei hareditaria non imputantur in legitimam ſeu Trebellianicam.*

17 *Nepos non imputat in legitimam dotes matris quas conſequitur vti hares matris, non autem vti hares aui.*

18 *Nepos non imputat dotes matris, quas habuit ex ſtipulatione de reddendo dotes filia & haredibus.*

19 *Dos data a patre acquiritur pleno iure filia, & poſt eius mortem nepotibus ex ea, quando pater eam dando ſtipulatur reddi filia.*

20 *Dos data a patre acquiritur filia, quando ipſa patre praſente ſtipulatur illam ſibi reddi.*

21 *Dos acquiritur filia & eius haredibus ex tacita patris donatione, quando filia ſtipulatur dotem ſibi reddi patre conſentiente.*

22 *Dos filia acquiritur, quando pater vti illius procurator ſtipulatur ſibi reddi.*

23 *Pater ſtipulando dotem ſibi in vno caſu reddi, cenſetur in alijs donare filia.*

Perſona

24 *Perſona ſtipulatoris etiam poſita in ſecunda parte alternatiua, cenſetur adiecta obligationi.*

25 *Dos data, & ſtipulata per extraneum, quæritur mulieri, ſi ſit adiecta, & eſt ſpeciale fauore dotis.*

26 *Perſona prapoſita in ſtipulatione, cenſetur adiecta ad obligationem, non ad ſolutionem.*

27 *Animus qualis fuerit in præcedentibus, declaratur ex ſequentibus.*

28 *Dos data matri peruenit ad filios, non ad patrem ex conſuetudine Martini.*

29 *Conſuetudo Martini, quòd dos filijs acquiratur, nõ patri, non habet locũ, quãdo maritus primo moritur.*

30 *Verba ſtipulationis intelligi debent ſecundum conſuetudinem.*

31 *Dotem reſtituere qui promiſit in omnem caſum dotium reſtituendarum, intelligitur ſecundum conſuetudinem Martini.*

32 *Mater non poteſt ſtipulari pro filijs. fallit, quando ſtipulatur ſuper re, quæ tunc erat ſua.*

33 *Stipulari non poteſt deſcendens aſcendenti etiam ex cauſa dotis.*

34 *Stipulari non poteſt deſcendens aſcendenti etiam ſuper re propria, quando non erat duratura ſua.*

35 *Pater ſi ſtipulatur dotem reddi filiæ abſenti, ſuſtinetur ſtipulatio vti tacitum pactum.*

36 *Nepotes non imputant ſibi in legitimam dotes, quas mater conſequitur ex conſuetudine Martini.*

37 *Bal. in l. illam, nu. 7. C. de collatio. declaratur.*

CONSILIVM CCVI.

QVAESTIO, quæ nunc pendet inter Annam de Salijs, & iugales de Varate, & de Deciana, in eo ſolo puncto conſiſtit, an dicta Anna tanquã hæres Cæſaris Salij ſui viri teneatur dictis iugalibus reſtituere fideicommiſſum eidem Cæſari relictum ab Vbertino Ferrario eius auo materno, & quæ in reſtitutione dicti fideicõmiſſi intendit ex perſona dicti Cæſaris deducere legitimã, & trebellianicam, teneatur in legitimam imputare dotes florenorũ mille, quas dictus Vbertinus perſoluit Catherinæ matri dicti Cæſaris, & quas dicta Anna vti Cęſaris hæres exegit a Nob. Franciſco Manacordo de Mõtecaluo? & planè videtur eas eſſe omnino imputãdas, per illud quod ponit Bar. in l. in quartã, nu. 12. ff. ad leg. falcid. vbi
1 dicit, ꝙ dos data filiæ † imputatur in legitimã nepotibus ex ea, qñ volunt ſuccedere auo. & alleg. Bart. plures rationes, ſed vnam præcipuè, cui licet difficili reſponderi non põt ſecundum eum, quia ſcilicet ſoluto matrimonio per mortẽ filiæ dos nõ vadit de iure ad nepotes ex ea, ſed redit ad patrem dotantem, l. dos a patre, C. ſolu. matr. ideo nepotes, qui dotem illã habent ab auo, non a matre, tenentur illã imputare per l. quoniam nouella, C. de inoff. teſt. & quamuis ex conſuetudine Martini ſoluto matrimonio per mortem filię dos non redeat ad patrẽ dotantem, vti diſponitur iure communi, ſed remaneat penes filios: tñ filii nõ habent a matre, nec vti hæredes matris; ſed habent ab auo & vti hæredes aui: proinde cum auo ſuccedunt, tenẽtur dotem imputare, vtitur ẽt alia ratione. Nã profectitia omnia imputantur, l. ſcimus, §. repletionẽ, C. de inoffi. teſta. dos autem data matri, & quæ ad eius filios peruenit, eſt profectitia, nõ aduentitia, quia confertur a nepotibus, l. illam, C. de collatio. aduentitia autem non conferuntur, l. fi. C. de collatio. tertiam quoque allegat rationem, quia ſcilicet nedũ imputantur ea quæ immediatè quis habet a patre vel aſcendente, ſed ea quoque quæ ad deſcendentẽ peruenerunt occaſione eius, qđ pater fecit, l. omnimodo, in fi. C. de inoff. teſt. hę autẽ dotes licèt ad nepotem immediatè non peruenerint ab Vbertino auo, tñ ex eius facto peruenerũt, qui dotes dedit Catherinę filię. Quarto mouetur Bar. quia eodem modo quid imputatur, quo confertur, l. quoniam nouella, C. de inoffi. teſtam. dos autem data filię debet conferri per nepotem, d. l. illam, §. fi. C. de collatio. & ſubdit Bart. ſe pro hac parte bis conſuluiſſe, quamuis alii contrarium tenuerint, & reperitur ita eum tenuiſſe in conſ. 190. Gilbertus dedit dotem, vol. 1. vbi per omnia idem dicit, & eius ſententiam probauit Ange. in d. l. in quartam, col. fi. Caſt. nu. 9. Alc. nu. 26. in fi. Picus, nu. 211. vbi adducit pro opinione Bar. decem fundamenta, quę apud eum videri poſſunt, late Berẽgar. nu. 101. & Ripa, nu. 189. vbi dicit, quod inſpecto iure communi oẽs conueniunt, quod dotes imputentur. & ſtante conſuetudine dicit eſſe cõmunẽ, quod fiat imputatio. hanc quoque tenuit Alc. in conſi. 24. vol. 1. Barbat. qui late examinat, conſi. 40. per totum, vol. 2. Dec. qui communem dicit, conſi. 181. col. pen. in fin. vbi refert quamplures, qui eam ſequuti ſunt, Roderic. in l. quoniã in prioribus, in declarat. legis regni, in 4. limitat. num. 11. folio mihi 308. Ruy. in conſi. 186. nu. 5. vol. 2. Bertran. in conſi. 255. nu. 4. vol. 3. ubi dicit eſſe magis cõmunem, & in conſi. 309. nu. 3. eo. vol. & in conſ. 107. nu. 2. vol. 7. ubi ait eſſe cõmunem concluſionem Scribentium. & procedit dicta concluſio, etiã quando filii haberent dotes ex ſtipulatione aui, puta quia auus eſſet ſtipulatus dotem reddi filiæ & hęredibus, quia tunc nepotes imputãt ſibi in legitimam, ex quo habent illas dotes non uti hęredes matris, ſed ex prouiſione aui. ita concludit Ripa in d. l. in quartã, nu. 197. non enim iudicio habent matris, quę ex diſpoſitione aui cogitur relinquere, & ante eũ ita uoluit Caſtr. in l. illam, col. fi. verſi. plus uidetur, C. de collatio. & ratio eſt, quia etſi immediate dos illa perueniat a matre, tñ originaliter ex ſubſtantia patris deſcendit, & idem voluit Berengar. in d. l. in quartam, in ca. 3. nu. 110. & ſeq. ubi vult, nullam differentiã ſubeſſe, quod nepos agat vti hęres matris, uel uti hæres aui: quia ſecundũ eum, vtroq; caſu imputat ſibi in legitimã, quia dos illa originaliter ab auo proficiſcitur. & pro confirmatione, quamuis ipſi non dicant, adduci põt, quia deſcendens tenetur in legitimã imputare non ſolum ea, quę habuit immediate ab aſcendente, ſed etiam quę peruenerunt occaſione

eorum,

eorum, quæ aſcendens fecit, vt probat tex. in d.l. omnimodo, in fi. C. de inoffi. teſtam. Bart. in d.l. in quartam, nu. 12. idem late examinans comprobat Barbat. in d. conſi. 40. col. 1. & ſeq. 2. vol. quia illa verba, ex ſubſtantia, intelliguntur large ita vt quæ ad nepotes peruenerunt occaſione alicuius facti auiti, dicantur de ſubſtantia aui proceſſiſſe, allegat gloſ. quam dicit a nemine ponderatam, in l. cum oportet, in verſ. ex ſubſtantia, C. de bon. quæ liber.

Et nõ obſtat quod in præſenti caſu Cæſar dotes habuerit a matre, & vt hæres matris, non autem ab auo, ex quo maritus & ſocer Catherinæ promiſit dotes reſtituere Catherinæ: quia reſpondetur, ꝙ non ſimpliciter, nec abſoluiè promiſit eas dotes reſtituere Catherinæ, ſed Catherinæ ſeu illi aut illis, quibus ius, & caſus dederit. & ideo illa verba, illi uel illis, intelligi debẽt de patre ſeu auo, q a de iure cõi ſoluto matrimonio morte filiæ dos reuer-
2 titur † ad patrem dotantẽ, non aũt ad nepotes ex filia, d.l. dos a patre, C. ſol. mat. Bar. & alij in l. poſt dotem, vbi Iaſ. n. 99. ff. ſol. mat. Picus in l. in quartam, num. 212. vbi dicit eſſe communem opinionem, quòd redeat ad patrẽ, ſiue ex filia ſuperſint filij, ſiue non. eandem pariter vtroque caſu cõem dicit Soc. iu. in conſ. 114. nu. 18. vol. 3. per tex. quẽ dicit clarũ, & indiſtinctè procedere in d.l. dos a patre, Neuiz. in conſ. 95. nu. 1. Bertr. in conſ. 158. num. 3. vol. 4. vbi idẽ dicit de veſtibus, & alijs appendicibus dotis. & in conſ. 46. nu. 5. vol. 5. vbi ait gloſſatores antiquos, & eorum ſequaces communiter ita tenuiſſe. ſtipulatio igitur ad patrem refertur, & ideo nepos videtur ab auo illas dotes habuiſſe, atque eas conſequitur vti hæres aui, nõ au-
3 tem a matre. & in terminis illam † ſtipulationem hoc modo intelligit Dec. in conſ. 181. col. penul. ver. nec obſtat ſi dicatur. idem tenuit Bertr. in cõſ. 255. nu. 6. vol. 3. in 2. parte, & clarius ac latius in conſi. 177. nu. 2. vol. 4. vbi vult, ꝙ ſtipulatione qđ dos reddatur filiæ aut illi, cui de iure, &c. ſolus pater poſſit ſoluto matrimonio per mortẽ filiæ agere ad dotis repetitionem, allegat Caſtr. in conſ. 11. viſo dicto libello, col. 2. ver. ſed dicet aliquis, vol. 1. vbi inquit, quòd ſi pater ſtipuletur dotẽ reddi filiæ, aut illis, quib. de iure, &c. ſtipulatio ita intelligitur, vt reſtituatur patri, exceptis his caſibus, quibus ꝑ conſolidationẽ dos efficitur mulieris: quia vbi pater ipſe, q habet filiã in poteſtate dat dotẽ, tunc promiſſio intelligitur ſm iuris ordinem: licet ſm eum aliud ſit, qñ ipſa mulier uel alius dotem daret. & pro hoc facit, quod dixit Bart. in l. vxorẽ, §. teſtõ, ff. de leg. 3. quem citat Caſtr. in d. conſ. 11. ubi dicit quòd ſi pater ſtipulatur dotem ſibi reddi aut filiæ, intelligitur ſtipulatio ſecũdum ordinem
4 iuris, † vt primò reſtituatur patri, ſequitur Bal. in l. fin. nu. 11. C. commun. vtriuſque iud. quia uerba intelliguntur ſm intellectum iuris, Rom. in l. Caius, nu. 9. & 15. ff. ſoluto matr. Alex. in conſi. 139. col. 2. uer. ſed præmiſſis, volum. 2. Ruyn. in conſi. 186. nu. 7. vol. 2. Bertr. in d. conſi. 177. num. 2. ubi dicit hoc procedere, ſiue perſona patris ſit in prima parte alternatiuæ, ſiue ſit in ſecunda, quia non attendimus ordinem ſcripturæ, ſed intellectũ iuris, Ripa in l. 2. §. quod ſi in patris, nu. 5. ff. ſoluto matrim. & in d.l. in quartam, nu. 196. vbi infert in propoſito, ꝙ iſto caſu nepos tenetur dotes imputare ſibi in legitimam, Natta conſi. 14. in fi.

Reſpondeo ſecundò, qđ contrarium procederet, qñ ſtipulatio eſſet facta in caſum ſoluti matrimonij, ſed in facto fuit concepta ſtipulatio in caſu dotis reſtituendæ, quia maritus & ſocer promiſerunt dotes reſtituere Catherinæ vel illis, quibus de iure, &c. in omnem caſum reſtituendarum dotium: & ideo filia dotes habet non ex ſimplici ſtipulatione patris, ſed ex conſuetudine, quia pater ſtipulando dotẽ filiæ reddi in omnẽ caſum reſti-
5 tuendæ † dotis, non videtur derogare conſuetudini, ſed in ſtipulatione ea intelligitur reſeruata, argumento l. qđ ſi nolit, §. qui aſſidua, ff. de ædil. edi. & ideo Cæſar, qui in vim dictæ conſuetudinis habuit dotes maternas, tenetur eas ſibi imputare tãquam ex hæreditate aui. ita in terminis concludit Bertr. in d. conſi. 255. vol. 3. & idẽ voluit in conſi. 126. eo. vol. & quamuis ipſe non ſe declaret, tñ argumentum eius hoc modo reducitur ad formam, quandocunque dos remanet filijs, ex conſuetudine imputatur eis in legitimam, ſm doctrinã Bart. in d.l. in quartam. ſed vbi pater eſt ſtipulatus dotẽ reddi in caſum reſtitutionis dotis, dos nihilominus remanet filijs vigore conſuetudinis, quia illa ſtipulatio non derogat conſuetudini, vt concludit Bal. in l. 2. nu. 1. C. de bon. quæ lib. Alex. in l. poſt dotẽ, n. 15. ver. quod intellige, ff. ſol. matr. & Bertr. d. conſi. 255. nu. 6. & in conſ. 309. nu. 4. vol. 3. & in conſi. 103. nu. 3. & 4. vol. 7. vbi concludit per hãc rõnem, qđ teneatur nepos ſibi imputare in legitimam dotes matris ſuæ datas ab auo, quia ſemper eas habet non ex ſtipulatione aui, ſed ex conſuetudine Martini. & doctrinã Bal. in d.l. conſtitutionis, quæ eſt 2. ſequitur Caſt. ibi, & Ruyn. in conſi. 186. nu. 7. & 8. vol. 2. quia vbi extant liberi, nulla debet fieri reſtitutio ſtante conſuetudine. & ideo ſtipulatio facta in caſu reſtituendæ dotis, non purificatur decedente muliere cum filijs.

Tertiò reſpondeo, ꝙ ẽt ſi diceremus, Cæſarem habuiſſe dotes Catherinæ matris non ab auo, nec vti hæredem matris, ſed a matre vti hæredem matris; adhuc teneretur eas imputare, quia in præſenti caſu in ſucceſſione aui Cæſar cõcurrit cũ Lucia, & Beatreſina materteris; & ideo non põt venire niſi ex perſona matris, intrando locũ & gradum matris: quia ſi alias veniat ex propria perſona, nõ poterit legitimã detrahere, ex quo dictæ Lucia & Beatreſina cũ præcedunt in gradu. ſicuti igitur ſi mater viueret, teneretur dotes imputare; ita tene-
6 tur filius, qui legitimã † petit ex eiuſdẽ matris ꝑſona. ita originaliter determinauit Bal. in conſ. 342. caſus, ſuꝑ quo, n. 3. vol. 2. vbi diſtinguit, an nepos ſuccedat cũ patruo vel cum patruele, vt primo caſu imputet dotes matris, ſecundo verò caſu non.

eodem

eodem modo diſtinguit in l.illam,nu.7.ver.quin-
to,quia,C.de collatio. vbi ẽt Salic.nu.4.verſi. nũc
vero deliberatus. idem Salic.in l.ſcimus, §. reple-
tionem,n.5.C.de inoſ.teſtam. Anch. in conſ.365.
in themate propoſito,nu.9.Ale. in conſi.24.nu.5.
in fi.ver.plus voluerunt,vol.1. & in conſi.142.nu.
20.vol.2.Corn.in d.l.illam, vbi ait tenendam eſſe
hanc opinionem, tanquã mediam viã inter diſcor
diam Doctorum.idem Corne.in conſi.190.col.2.
ver.poteſt tamen,vol.2.qui inquit hanc eſſe com-
munem opinionem modernorum,Capra in conſ.
53.nu.6. vbi dicit eſſe tenendã, cum non reperia-
tur iure cautum,ꝙ fiat,vel non fiat imputatio,Pi-
cus in l.in quartam,nu.227.in princ. Bereng.in 3.
c.nu.111.& Ripa,n.198.& in ſpecie, quòd nepos
imputet dotes matris, quæ ad ſe peruenerunt vti
hæredem matris,quando ſuccedit cum auunculis,
vel materteris, voluit Imola in d.l. in quartã, col.
peni.ver.ſecunda fuit opinio,vbi dicit,hanc eſſe ra
tionabilem,per quam duæ præcedentes reducun-
tur ad concordiam, Dec.in d.l.illam,col.fin.C.de
collat.vbi dicit magis communem.

Nec dicatur,quòd in præſenti caſu nepos ad le
gitimam veniat iure proprio, & ex propria perſo-
na,licèt concurrat cum materteris, ex quo fuit in-
ſtitutus,& legitimam petit,vel retinet ex teſtamẽ-
to,& non ab inteſtato: quia reſpondetur,quòd le-
gitima eſt pars eius, quod debetur ab inteſtato, l.
cum quæritur,C.de inoff.teſtam.& eius ratio ſem
per initur, tanquam ſi ſuccederetur ab inteſtato.
ab inteſtato autem non debetur, niſi his qui tenẽt
primum locum. verum nepos, quem præcedunt
materteræ,non tenet primum, ſed ſecundum, niſi
intret locum matris: ergo ẽt inſtitutus non aliter
legitimã detrahit, quàm detraheret ab inteſtato.
ita reſpondet Picus d.l.in quartã,nu.228.in prin.
& confirmari põt, quia legitima debetur ex legis
diſpoſitione, & tam quantitas eius, quàm modus
detrahèndi taxatur & regulatur a lege, nec teſta-
toris diſpoſitio quicquam operatur,quia teſtator
diſponere non põt contra ius,l.nemo poteſt,ff.de
leg.1.ideo ſiue nepos ex teſtamento, ſiue ab inte-
ſtato ſuccedat, ſemper eodem modo debetur, vel
non debetur legitima,nec teſtamenti factio variat
iuris diſpoſitionem circa legitimam. & quod pa-
7 tris ordinatio † nihil omnino operetur, probatur
ex eo quod uòluit Caſtr.in conſi.145.col.2.vol.1.
ubi dicit, quod nepos etiam patre iubente nõ im-
putat ſibi in legitimam dotes matris,quas habuit
vti hæres matris.ſequitur Picus d.l.in quartã, nu.
222.datur ergo intelligi, quòd diſpoſitio teſtato-
ris non mutat diſpoſitionem iuris.

Sed prędictis minimè obſtantibus,exiſtimo ve
rius in facto propoſito dicẽdum eſſe, quòd Anna
ex perſona Cæſaris non teneatur imputare ſibi in
legitimam dotes, quas Vbertinus Ferrarius dedit
pro Catherina eius filia,& matre Cæſaris:ea enim
8 † non imputantur, quæ capiuntur extra ſubſtan-
tiã patris,vel aui,vt in auth.nouiſſima, C. de inoſ.
teſt.l.ſcimus,§.repletionem,C.eo.tit. ponunt oẽs
Doctores in l.in quartam,ff. ad leg. falcid. vbi Pi-
cus,nu.173.& Ripa, nu. 134. & ideo ſi pater filio
relinqueret in teſtamento rem alienam, ea nõ im-
putaretur in legitimam, vt probatur in d. §.reple-
tionem.& voluit Bal.in l.cum alienam,C.de lega.
Aret.in l.non amplius,§.fi.ff.de leg.1.Picus in d.l.
in quartam,nu.177.Ripa, n.139. qui tamen aliud
dicit, quando res aliena legaretur volente domi-
no. Cæſar autem dotes, de quibus eſt ſermõ, ha-
buit non ex ſubſtãtia aui, ſed ex ſubſtãtia matris,
ad quam primò peruenerant:ergo eas non debuit
imputare in legitimam,ꝗ debebatur de bonis aui.

Secundò moueor, quia in pręſenti caſu non eſt
tractandum de imputatione, ex quo Cæſar nepos
cui legitima debebatur, fuit inſtitutus hæres vni-
uerſalis in omnibus bonis aui: nam imputatio ha-
9 bet locum,quando filio † eſt quid minus legitima
relictum, & tendit imputatio ad ſupplendum id,
quod deficit ad integram legitimam,l.ſi non mor
tis,in prin.ff.de inoff.teſtam.l.ſcimus, in princ.C.
eodem tit.ſed vbi is,cui legitima debetur, eſt inſti
tutus, & ex inſtitutione capit quantum importat
ſua legitima,tunc non eſt tractandum de imputa-
tione.ita concludit Caſt. in conſi.145.col.1.ver. ſi
verò intelligantur hoc modo, vol.1. vbi dicit, ꝙ ſi
filius eſt inſtitutus in tertia parte bonorum, quæ
teſtator habebat,non eſt cum eo tractandũ de im-
putatione,& loquitur in terminis noſtris de nepo
te inſtituto ab auo,& tñ vult,ꝙ nõ imputet ſibi do
tes maternas;& pro hoc facit, qđ voluit idẽ Caſt.
in l.ſi cum dotem,§. ſi pater, nu. 6. ff.ſol.matr. vbi
dicit,quod imputatio fuit ad duplicem effectũ in-
uenta. primus eſt ſm iura antiqua, ad hoc vt ex-
cluderetur filius a querela: ſecundus eſt circa iura
hodierna, ne poſſit petere ſupplementum. in pro-
poſito autem cum filius ſeu nepos inſtitutus ſit in
oĩbus bonis, ceſſat cauſa imputationis, quia neq;
agere põt querela inofficioſi,neq; petit ſupplemẽ
tum:ergo non eſt tractandum de imputatione. &
infert ideo Caſt.quod ſi pater,qui iam dederat do
tem filiæ, inſtituat eã in legitimã, habebit filia in-
tegrã legitimã de bonis hæreditarijs abſque one-
re imputandi dotes,quia ceſſant illæ duæ cauſę ſu
pra relatæ,ẽt ſi pater inſtituat filiam in legitima cũ
onere imputandi, idẽ voluit Ale.ad Bal. in l.quo-
niam in prioribus, C.de inoſ.teſt. eſt verum quod
contrarium tenuit Bal.in d.l.quoniã in prioribus,
nu.6.Iacob.de Are. in l. ſi cum dotem, §. ſi pater,
vbi Ale.in fi.ff.ſol.ma.Salic. in l. quoniã nouella,
nu.9.C.de inoſ.teſt.ipſemet Caſt. in d.l.quoniam
nouella,Picus in l.in quartam,num.184.vbi dicit
quod in practica ſeruatur contraria opinio,Ripa,
num.153. & ſeqq. qui duo volunt hoc procedere
ſiue legitimam pater integre legauerit cũ expreſ-
ſo onere imputandi,ſiue legauerit ſimpliciter legi
timam; ſed hi Doctores non nocent quoad id, de
quo nunc quæritur,quia loquuntur quando teſta
tor filiam inſtituit in legitimam: tunc enim vide-
tur uelle quod eo modo capiat eam,quo debet de
iure,& videtur relinquere id,quod poteſt exigi ra
tione

tione legitimæ.ſed nos ſumus in caſu, quãdo non inſtituit ſub nomine legitimę,ſed ſimpliciter: quo caſu ceſſat ratio allegata per Bald. & alios. & licèt deciſio,& illatio Caſtr.reprobetur,tamen eius ratio non eſt a quoquam reprobata.

Tertiò facit, quia regulariter non imputantur
10 † in legitimam ea,quæ capiuntur ex cõtractu, vel inter viuos, ſed ea ſola, quæ ex vltima voluntate prouenerunt,l.ſi qñ, §.& generaliter, C. de inoff. teſta.l.illud, C. de collatio. & ibi ponunt oẽs Doctores, qui inferunt, quod donatio facta filio non imputatur in legitimã, ſi ſtatim valet, & idem dicunt Doctores in l. in quartam, ff.ad leg. falcid.& latè Dominus Becius in conſ.20.nu.1. & quod nõ imputentur ea,quæ proueneruntex contractu,voluit ẽt Ripa in d.l.in quartam,num.143.qui dicit hoc ꝓbari ex d.l.illud.ſed dotes matris Cæſar habuit ex cõtractu inter viuos, qa Vbertinus adhuc viuens eas dotes dedit Catherinæ,quę eſt ſtipulata præſente,& conſentienre patre eas ſibi reddi,vt dicetur infra,ergo non ſunt imputandæ.& quãuis Doctores in d.l.in quartã,& in d.l.illud, velint donationem factam ex cauſa neceſſaria, & multo magis dotem imputari,tamen loquuntur de filia,cui dos data fuit. Ex his remanet fundata intẽtio Annæ,quæ tamen erit magis tuta ſublatis his,quę ſerioſè ſupra contra eam recitata ſunt.

Non obſtat igitur, quod nepos teneatur imputare in legitimam dotes matri datas ab auo, qñ ex conſuetudine Martini peruenerunt ad eum,iuxta doctrinã Bart.in d.l.in quartã,nu.12. quia ſi veritatẽ fateri & defendere licet, Bar. & ſequaciũ opi-
11 nio eſt falſa,† & rõne ualida deſtituta:quãdoquidem qñ filij dotes matris conſequuntur a conſuetudine,tunc eas non habent quidẽ a matre,neque vti hæredes matris,ſed nec ab auo,aut vti hæredes aui, ſed a conſuetudine ipſa, quæ vim habet legis: quinimo eſt lex non ſcripta,& pars iuris ciuilis, q̃ opponitur iuri ſcripto,vt in §.conſtat autẽ,& in §. ex non ſcripto,Inſti. de iure natu.gent.& ciuili. & lex non differt a conſuetudine,niſi quantũ expreſſum a tacito,vt notatur in l.de quibus,ff.de legib. & cõſuetudo derogat d.l.de quibus,& l.venditor, §.ſi conſtat,ff.commu.prædio.& licèt conſuetudo auferat ab auo, & tradat nepotibus: tñ non tradit vti hæredibus aui,ſed uti nepotibus: & ideo nepotes ẽt ſi repudiarent hæreditatẽ aui,obtinerẽt dotes maternas, id quod ego probo ꝑ id quod in ſimili voluit Bal. in l.hac edictali, in 2.lect. C.de ſecund.nupt.vbi dicit, quod beneficiũ d.l. hac edi-
12 ctali,cõpetit filijs,† quãuis non ſint hæredes,quia lex illud defert eis vti filijs, non vti hæredibus: & ideo ſi filij non ſint inſtituti, poterũt nihilominus auocare illud lucrũ, & Bal.ſequuntur Alc. Soc.& alij,quos citat Bertr.in d.l.hac edictali,in uer.ſi verò plus, nu.25. ubi dicit hanc eſſe uerã, approbatam,& cõmunem opinionem. & ideo dicit Corn. in conſi.82.col.4.verſi.conſuluit autẽ,vol.3.quod ẽt filia excluſa per ſtatutum a ſucceſſione, habebit illud lucrum, & refert ita conſuluiſſe Caſtr.Anto.

Roſel.Imo.& Florian.idem uoluit Soc. in cõſ.35. n.12.vol.4.Dec.in conſ.396.col.ſi.ubi ſubdit, qđ ſucceſſio eſt prorſus a tali lucro ſeparata, Brun.de ſtat.excluſ.fœmin.in 8.artic.prin.nu.144.Soc.iu. in conſ.103.n.43.uol.1.Bertran.d.§. ſi ueto plus, nu.29.Ant.Gabr.cõm.opi.li.3.tit. de ſecun.nup. conclu.4.num.40.uerſi.18.amplia.Similiter dicit Roma.in conſi.190.in ſi.quod lucra, quæ parẽtes
13 tranſeuntes ad ſecũda uota tenẽtur reſeruare † filijs ex priori matrimonio,quoad proprietatẽ ſpectant ad filios, ẽt qui non ſint hæredes parentũ; & ideo ſi filij adeãt hæreditatẽ, poterũnt ea detrahere tanquã æs alienũ, nec erunt pro eis obnoxij legatarijs,nec creditoribus,per tex. in authẽ. hæres, C.de ſecun.nup.qui expreſſe dicit,quod deferuntur filijs ẽt non hæredibus. & dicit Salic.in l.fœminæ,§.illud,C.de ſecũ.nup. quod filia a ſtatuto ex-
14 cluſa ab hæreditate parentum,erit particeps † dictorũ lucrorum, ſequuntur Ang.Soc.Dec. Rdyn. Brun.& Pariſ.quos citat Rol.in conſ.95.num.43. uol.1.Ripa,d.l.fœminæ,n.12.adduco ẽt id, quod uoluit gl.in l.pro hæreditarijs,in uer.ſ.ſextus,C.de hære.actio.vbi tenet, ꝙ lucrum delatũ uiro ex forma ſtatuti per mortem uxoris ſine liberis,non debeatur iure hæreditario,nec maritus illud aſſequatur tanquã uxoris hæres, ſequitur ibi Bal. qui dicit notandũ,& idem tenent Nicol.de Neap. Imo. Alc. Corne. Iaſ.& alij,quos allegat Rol.in tract.de lucro dot.q.90.per totam,& Phanuc.in eodẽ tract. glo.4.nu.9.ubi addunt pro confirmatione, ꝙ rale lucrum, quãuis non agnitum tranſmittitur ad hęredes per maritum. ſicuti igitur lucrum a ſtatuto, & ita a lege delatũ filijs, & marito in prædictis caſibus non capitur tanquam res hæreditaria, nec iure hæreditario,ita dicẽdum eſt de dotibus matris, quæ ex conſuetudine deferũtur filijs, ut ſcilicet filij illos habeant non uti hæredes aui, a quo proueniunt, ſed ex ſola conſuetudinis prouidẽtia & diſpoſitione. apparet igitur non eſſe ueram concluſionem Bar. & aliorum,qui dicunt nepotes vti hæredes aui habere dotes maternas ſibi delatas ex conſuetudine Martini. ſtante autẽ hoc præſuppoſito infertur, ꝙ nepos non imputat dotes ꝑdictas in legitimã ſibi debitam de bonis aui: quia illud ꝙ præſtatur tanquã æs alienum,non imputatur filijs in legitimã,ut probat Bal.in conſil.57. quia illud, uol.1. dicens, quod ſi pater aliquid mandat ſolui filio tanquam debitũ,illud non imputabitur in legitimam,ſequitur in d.l.in quartam, num.136.& nu.141.etſi dicatur, aduerte, quia hoc procedit in eo,quod filius capit extra patrimonium, ſeu ſubſtantiam patris: reſpondeo idem omnino eſſe, qñ prouenit de patris ſubſtantia,ſed ex legis diſpoſitione. Hinc videmus, ꝙ filij prioris matrimonij nõ imputãt in legitimam eam portionem, quã lex ſi-
15 bi defert ob tranſitũ matris ad ſecunda uota, † iuxta diſpoſitionem d.l. hac edictali. ſed habent illud vltra legitimam, ſecundum opinionem Ang. in §. optimè, in auth.de nupt.& ita tenuit Bald.in l.hac edictali,nu.11.uerſic. modo ſuper iſto, Barto. in l. vnica,

vnica, C. de inoffi. do. vbi Caſt. col. 2. verſi. in alia gl. Fulg. in conſ. 89. Dec. in conſ. 246. col. 2. & plures alij eam ſequuntur, vt per Rol. in d. tract. de lucro dot. q. 27. per totam, vbi allegat multos Doctores. addo Bertr. in cõſ. 369. vol. 1. vbi dicit magis cõmunem, Fabian. in auth. nouiſſima, nu. 118. C. de inof. teſt. Ripa in l. in quartam, in fi. & nouiſſimè Cuccus in tract. de legitim. in ver. ex ſubſtantia, num. 2. folio mihi 56. Hinc etiam eſt, ꝙ ſi maritus lucretur dotẽ ob adulterium vxoris, vel vxor lucretur donationem propter adulteriũ viri, licèt teneantur ea poſt mortem reſeruare filijs: tamen hoc lucrum, quod filijs defertur a lege, non imputatur in legitimam, licèt proueniat de bonis parẽtis, vt per Bal. in c. 1. n. 21. extra vt lite non conteſt. ſequitur Dec. in d. conſi. 246. nu. 4. & idem tenent Rol. & Cuccus in locis citatis. ſtat ergo concluſio, ꝙ lucrum delatum a lege, vel conſuetudine nõ imputatur, nec dicitur prouenire ab auo, ſed ab ipſa conſuetudine. & hac ratione Ruy. in d. l. in quartam, nu. 55. tenet contra Bar. & alios, quia non dicũtur nepotes habere ab auo, nec vti hæredes aui.

Nec mouet ſecunda ratio Bar. ꝙ ſcilicet dos data filię ab auo ſit aduentitia reſpectu nepotũ, quia reſpondetur hoc eſſe falſum: nam etſi proueniat, & deſcendat de ſubſtantia aui, tñ quia id fit non ex voluntate aui, ſed legis poteſtate, dicitur nõ ab auo prouenire, ſed a lege, a qua deinde immediatè deſcendit ad nepotem. & hæc reſponſio videtur melior, quàm reſponſio Ruyni in d. l. in quartam, nu. 55. ſed ſi placeat dictum Ruyni, poterit teneri, ſed prior magis arridet: nã & ſi dotes primo eſſent in bonis aui, tamen conſuetudo eas aufert ab auo; & quando applicantur nepotibus, iam non ſunt in bonis aui, ſed in diſpoſitione legis.

Similiter non reſiſtit ꝙ imputetur nedum id, quod immediatè prouenit ab auo, ſed ẽt id quod prouenit occaſione eius, quod auus fecit, d. l. omnimodo, in fi. quia vltra Bal. reſpõdet Ruy. in d. l. in quartam, nu. 56. in fi. ad quem remitto. ſed præter eum reſpondeo, quòd vbi agimus de imputatione, id ſolum dicitur prouenire de ſubſtantia patris vel aui, quod immediatè ab eo deſcendit. ita voluit Bar. in l. cum oportet, in prin. C. de bonis, q̃ libe. vbi intelligit tex. in l. ſcimus, §. repletionem, C. de inof. teſta. vt procedat, qñ immediatè illud, quod habuit filius, deſcendit a patre, dum dicit, repletionẽ fieri ex ſubſtantia patris, nõn ex his, quæ aliunde venerunt. & eodem modo intelligit Salic. in d. l. cum oportet, in prin. Ruy. in d. l. in quartam, nu. 57. & ideo licèt fructus rei hæreditariæ videantur prouenire a teſtatore: tñ, quia propriè & ſtrictè non ſunt de ſubſtantia illius, non imputantur
16 † filio grauato in quartam, vt probatur in l. iubemus, vbi omnes Doctores, C. ad Trebe. Doctores oẽs in l. in quartam, vbi Picus, nu. 111. ff. ad Treb. Ripa in l. in fideicommiſſariam, ff. eod. tit. nu. 28. Rol. in conſi. 30. vol. 1. Meno. in trac. de arbit. iud. caſu 256. nu. 32. vbi ampliat, ẽt ſi teſtator imputationem mandaſſet, & filij eſſent grauati reſtituere extraneis, & pluribus alijs modis, vt per eum. eodem modo videmus, quòd & ſi pupillaris ſubſtitutus videatur bona pupilli habere a patre ſubſtituente, ita vt tanquam ab eo honoratus poſſit grauari, l. ſi fundum per fideicõmiſſum, §. fi. ff. de leg. 1. Caſtr. in l. ex tribus, nu. 3. C. de inoffi. teſt. Crau. in l. cum filio, in 1. pat. num. 144. ff. de leg. 1. tamen non tenetur quis imputare id, quod capit ex ſubſtitutione pupillari, vt ꝓbatur in d. §. repletionẽ, vbi Doctores cõmuniter. & ponunt quoque Doctores in d. l. in quartam, præcipuè Ripa, nu. 135. eodem modo, quod id ſolum dicatur ex ſubſtãtia patris, ꝙ immediate prouenit a patre titulo præcipuè hæreditario, intelligit Ale. in conſi. 24. nu. 4. circa fin. vol. 1. & niſi intelligamus hoc modo, deſtruentur multæ deciſiones cões, & illa præmaximè, quę vult, ꝙ ſi nepos dotes habeat vti hęres matris, nõ imputat ſibi in legitimã, nam eſſent imputandæ tanquã mediatè prouenientes ab auo. Similiter, qñ auus dotans filiam ſtipulatur dotẽ reddi hæredibus filiæ, tunc ea eſſet imputanda, id quod tamen demonſtrabimus infra falſum eſſe.

Reſponderi etiam poteſt, quòd tunc imputantur in legitimam ea, quæ ad filium peruenerunt occaſione eius, quod pater fecit, quando factum patris, vel aui erat principaliter ordinatum ad filij commodum, & ita quando pater fuit immediata cauſa, & proxima, quòd filius haberet: ſed quando pater non eſt cauſa proxima, tunc id quod ab eo deſcendit, nõ eſt profectitium, ſed aduentitiũ. ita notabiliter declarat Bart. in l. ſed ſi plures, §. in arrogato, num. 2. ff. de vulg. ubi ita limitat, & intelligit illum text. & notata in d. l. cum oportet, vbi etiam Salic. Alex. in d. §. in arrogato, nume. 6. ubi multum commendat Soci. in conſi. 91. n. 10. vol. 2. Ruy. in conſi. 112. num. 4. uolum. 1. in propoſito autem neque auus ipſe dotes reliquit nepoti, neq; intentio aui fuit dotem cedere commodo nepotis: ergo non dicitur nepos habere illas dotes occaſione aui quoad effectum imputationis.

Ad quartam uero rationẽ Bar. quod codẽ modo quid imputẽtur in legitimam, quo confertur: reſpondet Ruy. in d. l. in quartam, n. 56. ubi declarat l. illam, C. de collat. quomodo procedat. & reſpondet ad l. quoniam nouella, C. de inoff. teſtam. clarè igitur (ni fallor) deprehenditur ex ſupradictis falſam eſſe cõmunem illam Doctorum aſſertionem, qui volunt, quod nepos ex filia ſtante cõſuetudine Martini, dicatur dotes habere uti hæres aui, & ab auo, non autem a conſuetudine, cum magis ſit eas dotes ad filiũ prouenire ex ſola conſuetudinis diſpoſitione extra cauſam hæreditariam.

Sed quia difficile Iudices diſcedunt a ſentẽtijs communiter receptis etiam ſi eas carere ratione uel fundamento agnoſcant: ideo reſpondeo, quod etiam ſi uera eſſet Barto. & aliorum opinio, ea tamen non haberet locum in præſenti facto; quandoquidem limitatur, ut non procedat quando nepos habuiſſet maternas dotes non ex conſuetudine, nec vti hæres aui, ſed uti hæres matris: tunc

enim

17 enim nõ tenetur eas imputare in legitimam. † ita
concludit Bar.in l.poſt dotem,nu.32.ff.ſolu. ma-
trim.dicẽs qđ ſi opinio Martini eſſet de iure vera,
nepos haberet dotes vti hæres matris.ergo nõ im-
putaret, quia ea ſola imputantur, quæ capiuntur
de ſubſtantia aui,l.cum ſcimus, §.repletionem,C.
de inoff. teſtam. ſupponit igitur qđ nepos nõ im-
putat,quandocunque capit vti hęres matris.idem
videtur admittere in d.l.in quartam, nu.12. dum
conatur probare quod nepos habet dotes ab auo,
Bal.in l.quoniã nouella, nu.7.C.de inoff. teſtam.
Ang.in d.l.in quartã,col.fi.Caſtr. col.fi. vbi dicit,
quod in hoc conueniũt Bar.& Bald.qñ nepos ha-
bet dotem a matre,Alexan.num.26.in fi.vbi dicit
Doct.cõiter ita tenere,& allegat plures Picus,nu.
232.vbi ait,quòd Bar.ſequuntur cęteri,Ruyn.nu.
58.vbi atteſtatur de magis cõi,& Ripa,num.193.
vbi alios citat. eandẽ ſniam probauit Caſtr.conſi.
145.nu.1.in fi.vol.1.diſtinguens modo prædicto,
vt ſi nepos dotes habet ab auo, teneatur eas im-
putare; ſi verò habet a matre, & vt hæres matris,
non imputet; & reprobat argumentũ aliquorum,
qui dicunt, ꝗ filius non debet eſſe melioris condi-
tionis quàm mater: quia ſm eum non eſt incõue-
niens,poſtquam alia ratio eſt in filia,alia in nepo-
te.Nam filia ideo imputat, quia habet immediate
a patre; nepos aũt non habet ab auo immediate,
ſed a matre,Alex.in d.conſi.24.num.3.vol.1. vbi
dicit, quòd in hoc Barto.non contradicit Bal. ſed
ceſſant omnes rationes Bartoli, qñ nepos habet
dotes vti hęres matris,Dec.in conſ.181.in col.pe-
nul.in fi.Capra in conſi.58.nu.7.vbi ſubdit, quòd
ita tenetur cõiter, Bertr.in conſi.255.nu.4.vol.3.
& in conſi.103. nu.4.vol.7. & ante eos Ancha. in
conſi.50.nu.2. vbi dicit nõ eſſe bonã conſequen-
tiam,filia imputaret ſi viueret:ergo & nepos,quia
in filia dos eſt profectitia,ſed in nepote eſt aduen-
titia. & quamuis dos deſcendat originaliter a bo-
nis aui, tñ poſtquã ſemel illius patrimonium exi-
uit,non conſideratur amplius perſona aui. hanc
ſniam probauit quoque Roderic.in d.l.quoniam
in prioribus,vide Clar.legis regni, in 4.limit.nu.
8.verſ. hoc tñ,folio mihi 310. Dec. q multos col-
ligit in l. illam, nu.16.C. de collatio. dicens quòd
non imputat nepos quandocũque habet vti hęres
matris.in præſenti aũt caſu Cæſar dotes habuit vti
hæres matris,quemadmodũ inferius probabo:er-
go eas non tenetur imputare.

Et nõ refragatur,quod voluerũt Caſtr.Bereng.
& Ripa,quod ſcilicet nepos imputet in legitimam
dotes matris,quas habuit ex ſtipulatione aui, qui
conuenit dotes reſtitui filiæ & hæredibus eorum:
18 etenim eſt contra cõem omnium † Doctorum ſu-
pracitatorum opinionem, qui volunt, quod non
imputet dotes, quas eſt cõſequutus vti hæres ma-
tris.& in ſpecie huiuſmodi ſtipulationis contrariũ
probauit Anch. in conſi.50.nu.2. quem adducit
Ripa in d.l.in quartam,nu.194.& Alex.nu.26. in
fi.vbi etſi de Ancha. mentionem non faciat, tñ di-
cit, quod ſi auus eſt ſtipulatus dotem reddi filiæ,
& eius filijs vel hæredibus, non tenentur nepotes
imputare. idẽ probauit oĩno Ruyn. qui ſenſit dif-
ficultatem, ſed Caſtr. & Anch. non vidit in conſi.
186.nu.8.verſic.ad iſtud reſpondetur,vol.2.quia
ſm eum,auus ſtipulando filiæ, & hæredibus,cẽſe-
tur velle quod nepotes ex filia habeãt vti hæredes
matris: propterea illam dicuntur habere a matre,
non ab auo ſtipulante. idem vult Bald. Nouell.in
tract.dot.par.12.q.14.Confirmatur ratione:quia
licet prouiſio aui reſpiciat hæredes, & deferat hæ-
redibus filiæ,tñ põt filia in dotibus,quem vult hę-
redẽ inſtituere;proinde,quia ab ea inſtituitur, di-
citur ab ea dotes habere,nõ ab auo,ex quo erat in
poteſtate filiæ vnum inſtituere & aliũ priuare.qua
rõne dicũt Doct. qđ ſubſtitutus pupillo põt gra-
uari: q̃a cũ fuerit ſubſtitutus,dicitur honoratus a
teſtatore qui alium poterat ſubſtitutum dare, ſm
Caſtr.ĩ d.l.ex trib. & dixi ſupra.Hęc aũt dicta ſunt
ex abũdãti,q̃a ſtipulatio in caſu iſto nõ fuit facta a
patre,nec eſt eo modo concepta,vt latius dicetur.

Cõſtat aũt Cęſarem habuiſſe dotes maternas,
non vti hęredem aui,ſed vti hęredem matris: quia
licèt Vbertinus auus dotes dederit Catherinæ, tñ
nedum nõ eſt ſtipulatus dotes prædictas ſibi red-
di in caſum reſtitutionis, ſed paſſus eſt qđ ſe præ-
ſente & conſentiente Catherina ipſa ſit ſtipulata
dotem ſibi reddi; cantant enim verba inſtrumenti
primi facti de anno 1558. 12.Maij,quòd maritus
promiſit dotes reſtituere Catherinæ præſenti &
ſtipulãti,&c.ſecundi vero inſtrumẽti celebrati eo-
dem anno, die 13. Octobris,verba dicunt, quod
maritus promiſit eas reſtituere Catherinę pręſen-
ti,& cum conſenſu præſentia patris, & mariti ſti-
pulanti,&c. & ideo dotes ex dicta ſtipulatione ef-
fectæ fuerunt propriæ filiæ, & poſt mortem patris
erant redituræ non ad patrem, ſed ad filios ipſius
Catherinæ ſtipulantis:qñ enim pater ipſe ſtipula-
tur dotes reddi filiæ,nõ eſt dubium qđ decedente
19 filia nepotes † ex ea ſuccedũt matri excluſo auo,
& quod filiæ dos pleno iure acquiritur, vt voluit
Bar.in d.l.poſt dotem,in 4.q.nu.27.ff.ſolu. matr.
Bal.in l.2.§.qđ ſi in patris,nu.2.ver.idẽ in profe-
ctitia, ff.eo tit. per tex.in l. Pomponius Philadel-
phus,ff.fam.erciſ.& ſubdit eſſe notandũ, & ita cõ-
ſuluiſſe Iaco.Butr. & Iaco.Belui.ſequitur Imola,
col.2.& Alex.nu.1.qui ampliat, etiã quando ma-
trimonium nõ eſſet ſequutum; quia nihilominus
ſi pater eſt ſtipulatus dotem reddi filiæ, ſoli filiæ
dabitur actio ad repetendum,& non erit commu-
nis patri,per l.ſi extraneus, ff.de cond. ob cau.vbi
ſolus Rom.ponderauit,Ripa,nu.3.Imola in conſ.
100.in 1.dub.Caſt.conſ.11.n.1.vol.1. vbi dicit du-
plici via dotẽ poſſe effici inſolidũ filij, nempe per
conſolidationẽ,& per donationem, Card.in cõſi.
antep.Iacob.in l.profectitia,num.8.ff.de iure dot.
vbi dicit idem eſſe,quando matrimonium non eſ-
ſet ſequutum; quia ſtante ſtipulatione, de qua ſu-
pra,actio cõpetit ſoli filiæ,nõ patris, nec eſt cõmu
nis,Alex.d.l.illã,nu.11. Caſtr. in l.Caius,nu.8.ff.
ſol.matr. Bal.Nouell. in d.tract.dot.par.12.q.14.

vbi

vbi dicit q̃ filia decedẽte cũ liberis, eo caſu dos vadit ad liberos: ea verò ſine liberis defuncta, admittitur pater vti hæres filię, Campeg. in eo. trac. in 3. par. in q. 66. vbi ſubdit, q̃ nõ ſequuto matrimonio actio dabitur filię inſolidũ vigore dictę ſtipulationis, Parpal. d. §. q d ſi in patris, col. 2. & Crot. n. 4. Picus, d. l. in quartã, n. 233. vbi dicit hãc eſſe cõem opinionẽ. eandem quoq; probauit Rube. in conſi. 25. n. 15. vbi ſubdit q̃ tali caſu filia põt de dote diſponere, Neuiza. qui plures citat in conſ. 95. n. 22. Crau. in cõſ. 84. nu. 3. Stracca in trac. de adiec. p. 3.
20 nu. 142. Dec. d. l. illã, n. 16. & idem eſt, qñ ipſa † filia p̃ſente patre, & conſentiente ſtipulatur dotẽ ſibi reddi: nã tunc efficitur propria ipſius filiæ, vt ꝓbatur in l. inter ſocerũ, §. cũ inter, ff. de pact. dotal. & in l. poſt dotẽ, ff. ſol. matr. Et hanc opinionẽ tenuerũt Odofr. Iacob. Beluiſ. & Din. in d. l. poſt dotẽ, vbi Bar. n. 27. dicit eſſe de hoc caſum notab. in d. §. cũ inter. ſubdens q̃ eo caſu filia decedẽs trãſmittit dotes ad ſuos hæredes, ſequũtur Doctores ibi, p̃cipuè Iaſ. n. 98. qui dicit qđ ex quo pater cõſenſit dotes ſtipulari a filia, cenſetur voluiſſe, q̃ trãſeant ad eius hæredes, Caſt. in conſ. 11. col. 1. ver. idem ſi actio, vol. 1. vbi ait qđ ſi filia de conſenſu patris ſtipulatur dotẽ ſibi reddi, cenſetur pater eã donare filiæ, & dos efficitur illius proptia, Doctores in l. in quartã, vbi Picus, n. 221. Bertr. cõſ. 153. in fi. vol. 3. idẽ Caſt. cõſ. 373. in prin. vol. 1. & ratio eſt, quia licèt filia regulariter non habeat hæredẽ in profectitijs, ſed ea decedente pater occupat oĩa iure peculij, l. nupta, §. 1. ff. ſol. mat. ẽt iure hodierno, §. 1. in Auth. de hær. ab inteſt. & ſimiliter licèt non valeat donatio inter patrem & filiũ, quia ſtatim teacquiritur ipſi patri: tñ eſt ſpeciale fauore
21 dotis, vt filiæ acquiratur per † donationẽ patris, ita q̃ tranſeat ad hæredes filię, non autẽ redeat ad patrẽ, d. l. Põponius Philadelphus, ff. fam. erciſc. Bar. in d. l. poſt dotẽ, n. 27. vbi dicit, q̃ dos acquiritur filię ex donatione patris tacita, vel expreſſa, & in hęredes tranſit, ſequitur Caſt. col. 2. & Ale. n. 15. Iaſ. nu. 98. vbi dicit qđ conſentiendo ſtipulationi filiæ, cenſetur pater remittere illã facultatem, quã habebat occupãdi iure peculij, idẽ Ale. in d. §. qđ ſi in patris, n. 1. vbi inquit, q̃ de iure Digeſtorũ filia eſt capax actionis de dote, Picus, d. l. in quartã, n. 238. ver. quintò limita, Bal. Nouel. d. par. 12. q. 14. vbi ait, q̃ ſtipulando pater pro filia & pro hæredibus filię, cẽſetur voluiſſe p̃iudicare iuri ſuo profectitio. & procedunt hæc non ſolũ in dote, ſed ẽt in augumento dotis, & in eius appẽdicibus, vt voluit Caſt. in l. cũ pater, §. pater filię, n. 3. ff. de leg. 2. vbi dicit q̃ ſicuti ſpeciali fauore dotis valet donatio facta filiæ in poteſtate, ita ẽt valet in iocalibus, quia idẽ iudicatur de augumento, qđ de principali, & ad hæredem trãſmittuntur, ſicuti dos ipſa, & qđ ita cõſuluit, ſequitur Ale. in cõſ. 27. n. 7. vol. 5. vbi infert quòd imputãtur in legitimã, ſicuti ipſa dos, Rub. qui latè proſequitur in augumẽto dotis, in cõſ. 25. ꝑ totũ, pręcipuè n. 9. ſi igitur fauore dotis ſuſtinetur donatio facta filię in poteſtate, & in dote filiafamilias habet hęredem tam iure anti-

quo, q̃ nouo, nõ eſt mirũ ſi decedente filia dos trãſit in eius filios & hæredes, qñ vel filia eſt ſtipulata dotem ſibi reddi cũ patris cõſenſu, vel pater ipſe ſtipulatus eſt dotẽ reddi filiæ: & non ſolũ dos efficitur ꝓpria, qñ filia patre præſente ſtipulatur eã ſibi reddi, ſed etiã, qñ pater ipſe ſtipularetur uti ꝓ
22 curator † filię, quia eo quoque caſu actio non eſt cõis patri & filię, ſed eſt inſolidũ filiæ, vt probatur in d. l. poſt dotem, ſ'm intellectũ Dyni, qui eſt cõiter approbatus. vult enim Dyn. quòd eo caſu ſi filia habeat liberos, dos ad eos, patre ſeu auo excluſo, ꝑueniat: ſed ſi non habeat liberos, ſuccedat pater cũ fratrib. filiæ defunctæ vti hæres, & nõ ex ꝑſona propria, & hoc quoque voluit Bar. ibi, q. 4. n. 24. Ang. col. fi. reprobata opin. Azo. Caſtr. col. 1. Ale. n. 15. vbi ait quòd filia decedente ſine filijs pater haberet dotes nõ iure peculij, nec ex propria ꝑſona, ſed vti hæres filiæ, poſtq̃ in dotib. habet hæredem nedũ liberos, ſed ẽt extraneos; quidquid teneat Bal. Nouel. d. q. 14. qui tñ in fine trãſit cũ hac opinione, inſpecto iure nouiſſimo, ſ'm quòd filia habet hæredẽ in dote profectitia. Cũ igitur pater ſtipulatur vti procurator filiæ dotẽ illi reddi, cenſetur tacitè donare filiæ. pro quo facit, quia faciens actũ vti procurator in re ꝓpria, ſibi p̃iudicat in iure ſuo, l. fi. in prin. ff. de inoſ. teſt. qui tex. loquitur in aduocato & procuratore, & eũ in utroq; ita intelligit ibi Bal. & ſequũtur plures apud Tiraq. de retract. conſang. §. 1. gl. 9. n. 263. & ſeq. & donatio patris tacita nõ minus ſuſtinetur fauore dotis, q̃ expreſſa. videmus etenim quod ſi pater ſtipuletur
23 dotẽ ſibi reddi in vno caſu, † cenſetur in alio omiſſo dotem filiæ donaſſe, ita Bar. ĩ l. poſt dotem, nu. 27. ff. ſol. matr. ubi dicit, q̃ ſi pater ſtipulatur dotẽ ſibi reddi, filia decedente ſine filijs, cenſetur dotes filiæ donaſſe in caſu, quo decedat cũ filijs, & ita nepotes ex filia habebunt dotes vti hæredes matris. idẽ dicit in l. in quartã, n. 12. ĩ fi. ubi innuit q̃ eo caſu nepotes non imputãt dotes maternas in quartã debitã de bonis aui, Bal. in l. quoniã nouell. 15. n. 7. C. de inoff. teſta. dicens q̃ eo caſu ex tacito pacto dos remanet apud libèros uti hæredes matris, qui ideo nõ imputant eã in legitimã, Imo. in conſ. 63. Raph. Comen. in conſ. 87. Caſt. ĩ d. l. ſi cũ dotẽ, in prin. n. 9. & ibi Ale. nu. 16. qui duo diſtinguũt inter ſtipulationẽ patris, & eã, quę fit ab uxore ſeu filia. idem Caſtr. cõſ. 39. n. 1. vol. 2. Picus, d. l. in quartã, n. 233. & ibi Ruy. nu. 58. & Ripa, nu. 193. Bero. in conſ. 140. n. 23. & ſeq. uol. 2. Roder. d. l. quoniã in priorib. lim. 4. n. 51. Ripa, d. §. quod ſi in patris, nu. 4. D. Becius in cõſ. 76. n. 10. quare cũ Caſar dotes has habuerit uti hæres matris, nõ autem uti hæres aui, nõ tenetur illas imputare ſibi in legitimã. Accedat quod in præſenti caſu data fuit dos Catherinæ loco legitimæ, quia mediante dote dixit ſe tacitam, & contentã pro eo quod petere poſſet in bonis patris, ideo dos fuit ipſi ſtatim acquiſita, & in ea ſuccedit nepos, non ex conſuetudine Martini, ſed uti hæres matris. ita declarat Caſtr. conſ. 373. nu. 4. uol. 1. quem ſequitur Crau. in cõſi. 84. nu. 5.

Parum ẽt mouet, quod dictũ eſt reſtõnem dotis

fuiſſe promiſſã non ſimpliciter ipſi Catherinę,ſed
alternatiue Catherinę,aut illi vel illis, cui vel qui-
bus ius,&c.& ideo debere reſtõnem fieri auo. Ad
hoc.n.rñdeo plurib. modis.Primù ꝙ Doctores ſu
pra in contrariũ citati loquũtur in ſtipulatione fa
cta a patre;tunc.n. ſi ſtipuletur filiæ reddi, aut illi
vel illis , &c. intelligitur ſtipulatio ſm ius cõe, vt
actio q̃ratur patri;in caſu aũt noſtro filia ipſa eſt,
q̃ ſtipulata eſt dotẽ ſibi reddi, aut illi vel illis , &c.
& inter duos hos caſus maxima eſt differẽtia,q a ĩ.
primo caſu pater is eſt,q ſtipulatur,& in pũcto iu-
24 ris ſtipulatoris ꝑſona,† q̃uis poſita in ſecũda par
te alternatiuæ,cẽſetur adiecta obligationi, vt ꝓba
tur ĩ l.Caius,ver.ſed dicendũ,ff.ſol.ma. & ibi no.
Bar.n.2,q allegat ẽt tex.in l.1.§.ſi fructuarius, ff.
de ſtipu.ſeru.Bal.col.1.Rom.n.4.q dicit ꝙ q̃ritur
actio ſoli ſtipulatori, & is ſolus habet facultatẽ re-
cipiẽdi ſolutionẽ,&ſubdit hoc eſſe notabile,Caſt.
n,8.dicẽs,ꝙ nõ inſpicitur ordo verborũ,ſed diſpo-
ſitio iuris,& inquit hoc eſſe notabile, ſed nõ ſpẽa-
le in dote,ſequitur Ale.ĩ prin. Bal. Noucl.in l.1.n.
254.ĩ prin.ff.ſol.ma.in ſcđo verò caſu mulier ipſa
eſt , q̃ ſtipulatur.non mirũ itaq; ſi in primo q̃ritur
actio inſolidũ patri,q a ipſe eſt ſtipulator,ſed cadẽ
rõne in caſu noſtro actio dẽt inſolidũ q̃ri filiæ , ex
quo ipſa eſt dotẽ ſtipulata ſibi reddi; quinimò for-
tius ſpẽale eſt fauore dotis, ꝙ hic ordo ꝑuertatur;
q a ẽt ſi mulier ſit adiecta,& non ſtipuletur,tñ ipſi
25 ſoli † quęritur dos data,& ſtipulata ꝑ extraneũ,vt
ꝓbat tex.in d.l. Caius,q eſt ſingularis ad hoc, vti
dicũt ibi Caſt.Ale.& alij,Stracca d.trac.de adiect.
par.3.n.154.poſt Bal.Noucl.de dote,par.6.priu.
28.ĩ prin.& in l.1.n.254.ſol.matr. ſi igitur ꝑſona
mulieris ẽt adiecta acquirit actionẽ ex ſtipulatio-
ne alterius contra iuris regulas, multo magis eam
acquiret,qñ eſt principalis & ſtipulatur ꝓ ſe ipſa.
Secundò rñdeo, ꝙ hic cõcurrunt duo in fauorẽ
mulieris. primũ, q a ipſa eſt,q̃ ſibi ſtipulatur, qua
rõne ſibi quęritur obligatio,& actio ꝑ ſupradicta.
ſm,quia perſona ipſius mulieris ſtipulantis eſt po-
ſita;in prima parte alternatiuę,quo caſu nomen p̃-
poſitũ in ſtipulatione,cenſetur adiectũ ad obliga-
26 tionẽ,non ad ſolutionẽ,† vt voluit Imo. in d.l.Ca
ius,col.pe.ver. interdũ ſtipulatur ſibi aut mulieri,
vbi in ea forma,qua extraneus ſtipulatur ſibi, aut
mulieri reddi,cõcludit cõtra Bar. ꝙ dos erit reſti-
tuenda ſtipulãti,& cũ ſequitur Ale.ibi,n.6.in fi.ꝑ
rõnem,quia primo nominatus cẽſetur magis dile-
ctus,argumẽto l.quotiẽs,ff.de vſufructu.& ſubdit
ita voluiſſe Bal.in l.fi.C.cõmu. veriuſ. iud. q verè
hoc tenet,col.fi.ver.cõcludo ergo,Rom.nu.9.vbi
n.10.ĩ fi.dicit ꝙ mulier ſcđò noĩata in alternatiua
cẽſetur ſolũ adiecta ad ſolutionẽ : ſed qñ eſt in pri
ma parte,cẽſetur adiecta ad obligationẽ,Bal.No-
uel.d.p.6.priu.28.vbi ait, ꝙ ẽtſi Bal. in d.l.fi. vta-
tur verbo,fortè; tñ tenet hãc opi. & allegat eiuſdẽ
ſnĩæ Sal.in l.auia, C.de iure dot. & q̃uis Bar. Bal.
Caſt.& Iaſ.contrariũ teneãt, & dicat Rom. in d.l.
Caius,n.10. ꝙ in iudicãdo ſeruanda eſſet Bar.opi-
nio,quę eſt ꝓ dote,cui in ambiguis fauendũ eſt,&
eã magis receptã dicat Stracca in d.trac.de adiec.
par.3.n.155.tñ fundant ſe oẽs contradicentes ſu-
per ęquitate, & fauore dotis: & ideo non reſiſtunt
caſui noſtro,in quo fauetur magis doti, tenẽdo ꝙ
ꝑſona mulieris ſit poſita ad obligationẽ , & actio-
nem quęrendum, quã ſi teneremus eam eſſe adie-
ctam ſoli ſolutioni. præſupponunt itaq; & volunt,
quòd ceſsãte fauore dotis, obligatio & actio quę-
ratur mulieri etiam qñ eius perſona eſt poſtpoſi-
ta, & ita eorum dictũ magis prodeſt , quã noceat.
Tertiò reſpõdeo , ꝙ vbi ſubeſſe poſſet dubium
aliquod ſuper dicta ſtipulatione , illud oẽ ſublatũ
fuit ex eo,ꝙ ſubſequutũ eſt: q a poſt mortẽ Cathe
rinæ, cũ bona mariti eſſent confiſcata & ſub haſta
vendita Franciſco Manacordo , dictus Vbertinus
auus vti tutor Cęſaris atq; eius nomine vti hære-
dis Catherinæ matris ſtipulatus eſt dotes a dicto
Manacordo ſolui dicto Cæſari,vti hæredi matris,
& ita declaraſſe videtur Vbertinus ꝑ hũc actũ q d
partes ſenſerint tp̃e promiſſarũ dotiũ , qñ paſſus
eſt Catherinã ſtipulari ſibi aut illi vel illis,&c. do-
27 tes ſolui.animus † enim qualis fuerit in p̃cedenti-
bus,declaratur ex his, q̃ poſtea fiũt, l.ſed & Iulia-
nus,§.ꝓinde,ff.ad Mace.l.ſi ſeruus plurĩũ, §.fi.ff.
de leg.3.Bar.ĩ l.p̃terea,§.fi.ff.de leg.1.quãdoqui-
dẽ ſi Vbertinus intellexiſſet ſe vocatũ ex illa ſtipu-
lationis parte,qua vocãtur illæ vel illi,&c.nõ fuiſ-
ſet poſt mortẽ Catherinę ſtipulatus ſolutionem a
Manacordo noĩe Cęſaris,ſed dotes exegiſſet noĩe
proprio, quia nemo p̃ſumitur iactare ſuũ, l. cũ de
indebito,ff.de prob.obſeruantia ergo ſubſequuta
declarat, qualis fuerit intẽtio in p̃cedenti contra-
ctu,l.minimè,& l.ſi de interpretatione,ff.de legib.
Etſi dicatur , ꝙ etſi Vbertinus ſit ſtipulatus no-
mine Cæſaris,tñ non ſequitur,ꝙ dotes ſpectarent
ad Cæſarẽ vigore ſtipulationis,de qua in cõtractu
dutali, ex quo circumſcripta illa prima ſtipulatio-
28 ne dotes ſpectabãt ad Cæſarẽ vigore † cõſuetudi-
nis,per q̃ ſeruatur opinio Martini,q̃ vult ꝙ dotes
matris perueniant ad filios,non ad patrẽ dotantẽ,
vti atteſtãtur Bar.& alij oẽs in d.l.poſt dotem,vbi
Iaſ.n.102.dicit ꝙ eſt generalis per vniuerſũ orbẽ,
& non ſpecialis vnius loci , & eã ſeruari dñt Fulg.
Cum.Caſt.Corn.& Guido Papæ, quos citat Ne-
uiz. in cõſ.45.n.6.Ruy.cõſ.56.n.10.vol.5. Bero.
in conſ.140.n.24.vol.2. Soc.iun. in conſ.114.nu.
20.vol.3.Rube.conſ.25.nu.13.Bertr. in conſ.86.
nu.12. vol.2.conſ.126.vol.3. vbi infert ꝙ filia nõ
põt de ea dote diſponere,& in conſ.309.nu.3.eo.
vol.conſ.46.n.5.vol.5.& conſi.103.n.2.vol.7.re-
ſpõdeo duobus modis, primò obiectũ ceſſare, q a
Vbertinus expreſsè ſtipulatur a Manacordo ſolu-
tionem pro Cæſare nepote vti hærede Catherinę,
qđ ſi eo caſu dos fuiſſet Cæſari debita ex cõſuetu
dine Martini,vtique nõ fuiſſet vti hæredi ſtipula-
tus,q a conſuetudo p̃dicta non defert dotem filijs
vti hæredibus matris,ſed vti hæredibus aui, vt ſu-
pra dictũ eſt,atque ita ſubſiſtit argumentũ. Secun
dò dico, qđ in p̃ſenti caſu dos nõ poterat Cæſari
ſpectare uel deferri ex conſuetudine Martini,quia
matrimonium Catherinæ fuit diſſolutũ per mor-
tem Ioan.Antonij mariti:inquit enim Bart.in d.l.
poſt

poſt dotem,nu.31.quod ea conſuetudo locum ha-
bet,qñ vxor prædeceſſit cum filijs,& ideo nõ pro-
29 cedit,qñ maritus primo † moritur,& ſubdit fuiſ-
ſe ita iudicatũ Bononiæ per octo Doctores, Alex.
nu.15.qui refert idem tenere Bal. & Anc. licèt ſe-
cundum eum, aliqui Doctores iuuenes contrariũ
iudicauerint. alios plures citat Iaſ.nu.102.quam-
uis ipſe diſcedat in aliam ſententiam, Ruy. in cõſ.
186.nu.9.vol.2.Soc.iun.d.conſi.114.n.21.vol.3.
vbi dicit quod oẽs indifferenter tenent cum Bart.
& ſubdit quòd ea conſuetudo eſt contra ius com-
mune,& debet ſtrictè interpretari,vt minus lædat
ius commune.& infert ideo,quod non habet locũ
in dote, quæ non ſit ſoluta, ſed ſolum promiſſa,in
quo idem tenet Barba. de quo ipſe non meminit,
conſ.40.num.10.vol.2.ſed contrarium tenet ipſe
Soc.iun.conſ.35.nu.16.vol.1.Ruy. in d.l.in quar
tam,nu.55.Neuiza.in ſilua nupt.li.2.num.79.vbi
tñ dicit ſe nũquam vidiſſe hanc limitationem ſer-
uari de conſuetudine, idem Neuiza. in conſi.45.
nu.9. vbi infert non eſſe locum conſuetudini, qñ
filius modico tpe viueret poſt mortem matris,pu
ta triginta diebus, in quo tñ contrariũ voluit Ber-
tran. in conſi.309.nu.4.vol.3. vbi vult procedere
conſuetudinem, ẽt ſi filij ſuperuiuant per vnicam
horã.ſed pro Neuiza.facit quod poſt Bald. voluit
Soci.iun.d.conſi.114.nu. 23. vbi tenet quod defi-
cientibus filijs poſt mortem matris ceſſet conſue-
tudo.ſed prædictam Bar. deciſionẽ probat Bertr.
in conſi.197.nu.11.vol.2.vbi infert, quod ea con-
ſuetudo nõ habebit locũ ĩ donatione ꝑꝑ nuptias,
quia cũ ſit exorbitãs,eſt potius reſtringenda, quã
extendenda, & in conſi.40.nu.5.vol. 5. vbi infert
quod conſuetudini non ſtabitur, ſi filia decedens
relinquat non filios primi gradus, ſed nepotes ex
filijs,quia ea nõ debet extẽdi vltra ſuos terminos.

Quartò principaliter reſpondeo,quod ẽt ſi ve-
ra eſſet opinio Doctorum ſupra relatorum, tñ ea
procederet inſpecto iure cõi,ſecundum quod dos
mortua filia cũ filijs tranſit ad patrem dotantem,
non autẽ ad nepotes. ſed ſtante cõſuetudine Mar
tini vbiq; locorũ ſeruata, dos tranſit ad nepotes
vti hæredes matris,& illa verba,illi vel illis, intellĩ
30 gi debent ſecundnm conſuetudinem, † vt ſcilicet
dos illis reſtituatur, quibus ſecundum conſuetu-
nem debet reſtitui,quia ſtipulatoris verba intelli-
gi debent ſecundum conſuetudinẽ,Bar.in l.r.& l.
vt iuriſiurãdi,§.ſi liberi,ff.de ope.libe. & l. ſi duo,
ff.de acq.rer.dom.& dicit Inn.in ca.olim,in prin.
de verb.ſign. quòd omnis diſpoſitio, ſiue legalis,
ſiue vltimarum voluntatum,ſiue contractuſi,reci-
pit interpretationẽ a conſuetudine,ſequitur Abb.
in c.certificari,in prin.de ſepult. Nat. in conſ. 192.
nu.8.& plures citat Dñs Becius in conſi. 10t. nu.
48.& pro hoc facit quod voluit Bal. in l.conſtitu-
tiones,C.de bon.quæ libe. vbi inquit quod inde-
31 finita ſtipulatio † de reſtituendo dotes in omnem
caſum dotium reſtituendarum, non derogat con-
ſuetudini, ſed intelligitur ſecundum conſuetudi-
nem,ſequuntur Caſt.Ale.& Ruy. citati ſupra pro
contraria parte,in ſecunda reſpõſione. & Iaſ. in d.
l.poſt dotem, nu.101.defendit dictũ Baldi ab om-
nibus impugnationibus,ẽt qñ ſtipulatio loquere-
tur de reſtitutione fiẽda ſecundũ ius cõe, & in ſpe
cie, quod ſtipulatio facta a patre cum illis verbis,
illi,vel illis,cui vel quibus,&c. intelligatur ſecun-
dũ ordinem conſuetudinis, voluit Ruy.in d.conſ.
186.nu.7.& ſeq.vol.2.vbi cõcludit patrem videri
ſtipulatum,ꝙ dos reſtituatur ſecundũ conſuetudĩ
nem, nõ autem ſecundũ iuris cõis diſpoſitionem,
& ibi pluribus medijs confirmat hanc ſñiam. &
quamuis ipſe non alleget, tñ ante eum hoc voluit
Soc.in conſ.9.nu.17.vol.1.vbi vult, pactum ſactũ
circa reſtitutionem dotis,intelligi debere ſecundũ
cõſuetudinem;ſed præciſè magis hanc uoluit Bal.
Nouell.in d.l.1.nu.255.uerſi. ſed tu dic, ff.ſoluto
matrim.ubi dicit,ſtipulationem ſeu pactũ de reſti
tuẽdo dotẽ illi,uel illis,cui de iure,&c.hodie intel-
ligi ẽm cõſuetudinẽ, & ita uigore illius ſtipulatio-
nis nepotes conſequi dotes maternas. & ita diſtin
guit inter ius cõe,& ius cõſuetudinariũ. eodẽ mo-
do in ſimili caſu intelligit Bero. in conſ.140.n.24.
uol.2.& ante eos oẽs, Caſt.cõſ.373.n.3.in 1.vol.
idẽ tenuit Bal. Nouell.in d.trac.dot.p.6.priu. 28.
col.1.Ripa in l.2.§. qđ ſi in patris, n.6.ff.ſol.mat.
quare cũ ſtipulatio intelligatur ẽm conſuetudinẽ,
ſequitur ꝙ nepos ex filia dotes habebit ex eo pa-
cto,ꝙ faciendo mentionem de iure,intelligi debet
de conſuetudinario, non autem de ſcripto.

Et nõ obſtat ſi dicatur:aduerte, quia ſtipulatio
intelligi dẽt ſecundũ conſuetudinem: nepos habe
bit dotes uti hęres aui,prout dicunt Doctores,qñ
habet ex conſuetudine, & conſequenter eas impu
tabit in legitimam: quia ad hoc optimè reſpondet
Ruy.in d.conſ.186.nu.8. ſatis eſſe pactum ſimile
conſuetudini in quantum filijs defert dotes, ſed
non eſt intelligendũ,ꝙ pactũ eodem modo & iure
deferat quo defert conſuetudo: quandoquidẽ pa
ctũ defert filijs uti hæredibus,quia in dubio proui
dere quis uidetur ſibi & hæredibus, attento ꝙ ſti-
pulatio in noſtro caſu facta fuit non a patre dotan
te,ſed ab ipſa filia.eodem modo reſpõdetur ad id,
qđ pungit Ripa in d.l.in quartã,n.191.uerſ. con-
firmatur, ubi dicit, ꝙ ſi pater ſtipulando cenſetur
conformare uoluntatem ſuã cũ conſuetudine, ui-
detur dotes donare nepotibus,& ideo nepotes im
putabunt: nã illud optimè procedit, qñ auus ipſe
eſt ſtipulatus, quia tunc nepotes uidentur habere
dotes ex ſtipulatione aui.ſed in præſenti facto non
auus,ſed mater eſt ſtipulata: & ideo cum filijs ha-
beant ex ſtipulatione matris, non imputant in le-
gitimam debitã de bonis aui,nec uidentur habere
ab auo.& hęc reſponſio videtur mihi tutior,ꝗ ſint
illæ duæ,quas ponit Ruy.in d.l.in quartam,n.55.

Nec obſtabit ſi dicatur, ꝙ mater non potuit ſti
32 pulari † pro filijs, quia eos non habet in poteſta-
te,l.pactum, C.de pact.conuent. Barto. in l.quod
dicitur, nume.8.ubi etiam alij,ff. de uerbor. obli-
gat.Bal.Rom.Caſtr.& Alexan.in l.Caius, ff.ſolu-
to matrim. reſpondeo enim, quòd dos erat ma-

tris conſtante matrimonio, l.filiæ meæ emancipa-
patæ, vbi no. Bar.ff.ſoluto matr.declarat Ruyn.in
d.l. in quartam, nu.53: ſed mater poteſt pro filijs
ſtipulari, quando interponit ſtipulationem ſuper
re, quæ erat tūc ſua, Bar.d.l.quod dicitur, in fi.vbi
infert ꝙ pōt recipere emphyteuſim pro ſe & filijs,
ſequūtur ibi Doctores & Bal. in l.auus, ff.de pac.
Natta in conſi.533.nu.10.& ſeq.reſpondet etiam
Bal.in dicta l.auus, quod mater poteſt ſtipulari fi-
lijs vti hæredibus, licèt non vti extraneis.

Quintò reſpondeo, quod vbi ēt illa verba, illi,
vel illis, eſſent referenda ad ius commune, adhuc
tamen nō poſſet dici ꝙ dotes ſpectarent ad patrē,
quia non potuit ſtipulari pro patre, cū regulariter
nemo poſſit alteri ſtipulari, l.ſtipulatio iſta, §.alte-
ri, ff.de verbo.obli.§.ſi quis alij, Inſtit.de inuti.ſti-
33 pula. & aſcendenti † non quæritur per ſtipulatio-
nem deſcendentis ēt in cauſa dotis, vt eſt text. qui
formaliter loquitur de filia, quæ ſtipulatur dotem
reddi matri, in l.debitor, §.fi.ff.ad Treb. & in l.in-
ter, §.cum pro ſe, ff.de pac.dota.& notant oēs Do
ctores in d.§.fi.& per illū tex.dixit Bal.in l.fi.in fi.
C.commun.vtriuſ.iud.ꝙ etſi extraneus ſpeciali fa
uore dotis ſtipulari poſſit dotem reddi mulieri, tñ
e contra mulier non pōt ſtipulari dotem extraneo
reddi.fortius voluit Caſt.in d.§.fi. quod filia non
poſſit ſtipulari dotem reddi matri, ēt quæ eſſet præ
ſens, id quod facit plurimum ad noſtrū propoſi-
tum, ne fortè aliquis vim faceret ſuper præſentia
patris, etſi filia potuiſſet ſtipulari patri reſtitutio-
nem dotis, tñ non fuiſſet in patrem tranſlata vtilis
actio ſine ceſſione, l.poſſeſſio quoque, §.fi.ff.de ac
quir.poſſeſſ.l.pe.cū ibi notat.C.de neg.geſt.Alex.
in conſi.13.nu.15.ver.plus dico, vol.1. Et ſi dica-
tur, aduerte quia filia potuit ſtipulari patri ſuper
re, quę erat propria, iuxta id quod dictum eſt pau-
lo ſupra; reſpondeo hoc non eſſe verū, quando res
34 nō erat ſemper duratura † in eius dominio, vt erat
dos, quæ de iure cōi poſt mortem filiæ erat trāſi-
tura ad patrē, & ad hoc vt quis poſsit alteri ſtipu-
lari ſuper re propria, neceſſe eſt quod ſit duratura
ſua, l. Publia, ff.depoſ.Alex.d.l.debitor, §. fi.ff.ad
Treb.ſed dotes in præſenti caſu non fuiſſent filiæ,
nec apud eam duraturæ, ſi intelligeremus ſtipula-
tionem in fauorem patris, ergo, &c. Ex his ſatisfa-
ctū eſt motiuo fundato ſuper pręſentia patris, quę
prima facie videbatur ſuſtinere pactū de reſtituen
da dote illi, vel illis, &c. per ea, quæ poſuit Bar.in l.
ſi cōſtante, nu.53.& nu.59.ff.ſolu. matri. vbi vult
quod ſtipulatio facta pro filia præſente, ſuſtinea-
tur vt pactū: ſed vbi filia eſt abſens, operetur ſim-
plicem renunciationē, ſequitur Barba.d.conſ.40.
nu.5.vol.2.& per ea, quæ ponit Imola in l. ſi cum
dotem, in prin.col.3.in prin.ff.ſoluto matrim.vbi
reprobando Bar. vult, quod ēt abſente filia ſtipu-
35 latio † ſuſtineatur vti pactum tacitum, quia in eo
non requiritur præſentia patris, id quod voluit ēt
Caſtr.ibi, num.6.quia eſt tacita donatio, quæ fieri
pōt abſenti, ex quo fit a lege potius quam ab ho-
mine, Alc.n.14.& ſeq.vbi latè agit, ſubdens quod
idem tenuerunt Salic.& Cum. eiuſdem opinionis
fuit Picus, d.l.in quartā, nu.236. vbi dicit limita-
tionē Barbat.ſibi non placere, & ſe credere eā non
verā, ſed cauillosam, & repertam cauſa quæſtus,
quia pater pōt acquirere filiæ abſenti, eū quoque
reprobat Decius in l.illā, in fi.C.de collatio. Nam
prædicta optimè procedunt, qñ pater ipſe ſtipula-
batur, qui eſt dñs dotis: quia, vti dicunt prædicti
Doctores, ita ſtipulando pro filia videtur donare
tacitè: ſed qñ filia ipſa ſtipulatur, quæ non eſt do-
mina dotis, nō pōt conſiderari donatio, q̄a nemo
dat quod non habet, l.traditio, ff.de acq.rer.dom.
& propterea ſtipulatio filiæ de dote patri redden-
da, nihil operatur, ſiue pater ſit præſens, ſiue abſit.

Secunda quoq; ſolutio ſupra adducta non cō-
tradicit: quia etſi Bertran.in pluribus locis tenue-
rit ſtipulatione facta, quod dos reddatur filiæ in
oēm caſum dotis reſtituendę, filios teneri imputa
re dotes in legitimam, quia eas habeant nō vti hę-
redes matris, ſed ex conſuetudine: tamen id non fa
cit ad propoſitum, quandoquidem nos nō ſumus
in ſtipulatione facta a patre, ſed in ſtipulatione fi-
lię, quę maximam habet diuerſitatis rationem.

Secundò reſpondeo, quod opinio Bertran. eſt
36 falſa, † quia vt dictum eſt ſupra in quarta reſpon-
ſione, ſtipulatio intelligitur ſecundum cōſuetudi-
nem, & id quod ex conſuetudine debebatur, in-
cipit deberi ex pacto, quia conſuetudo vertitur in
pactum: proinde nepotes ſtante pacto capiunt do
tes in caſu noſtro, non vti hęredes aui, qui non eſt
ſtipulatus, ſed vti hęredes matris, quę eſt ſtipula-
ta, ſecundum Caſtren. Soc. Bal. Nouell. & Ruyn.
quos ſupra allegaui, & Bal.in d.l.2.C.de bon. quę
lib.non dicit, quod eo caſu dos deferatur ex con-
ſuetudine, vel nepotes eā habeant vti hęredes aui;
ſed dicit ſolum, quod illa ſtipulatio non derogat
ſpeciali conſuetudini, & ita loquuntur cęteri, qui
eum ſequuntur. & hęc reſponſio confirmatur ma-
ximè in caſu noſtro, in quo ſtipulatio eſt diuerſa a
forma conſuetudinis, & ex ea ſtipulatione dotis
aliter deferuntur, quàm ex conſuetudine eſſet di-
ſpoſitum: Nam Catherina filia ſtipulata, eſt ſibi
reddi, & tamen ex conſuetudine ſoluto matrimo-
nio per mortem mariti dos nō redditur vxori, ſed
patri, vt prędictum eſt: nec etiam ſoluto matrimo-
nio per mortem vxoris dos vadit ad vxoris hære-
des ex conſuetudine, ſed ad filios vti filios, & vti
hæredes aui; proinde non poteſt in præſenti caſu
intelligi reſeruata conſuetudo, & ſi qua ſuberat
dubietas, fuit declarata ex ſtipulatione Vbertini
poſt mortem Catherinæ, qui eſt ſtipulatus a Ma-
nacordo dotem ſolui Cæſari vti hæredi matris.

Poſtrema demum ſolutio non refragatur, dum
dicebatur nepotem imputare in legitimam dotes
maternas, quas habuit vti hæres matris, quando
in ſuccęſsione aui cōcurrit cū auūculis vel mater-
teris, ſecundum opinionem Bald. in d.l.illam, nu-
mero 7.ad eam enim reſpondeo, quòd Bal.loqui-
tur, quando nepos habet dotes a conſuetudine,
37 † & ita ab auo, nō autem quando eas habet a ma-
tre,

tre,& vti hæres matris, & ita loquũtur oẽs qui eũ ſequuntur,excepto Imo. Nam diſputat Bal. quęſtionem Bar. an nepos imputet in legitimã dotes maternãs? & vult quòd imputet,qñ ſuccedit cum auunculo vel matertera: ſed non loquitur,qñ dotes habuit a matre. quinimò eo caſu Bald.concludit quòd nõ eas imputet,vt poteſt uideri in l.quoniam nouella.& eo caſu cum filius capit vt hęres, cõiter concludunt Doct.quòd nõ imputantur dotes; nec diſtinguunt, an nepos concurrat cũ auunculis vel non,ſed ita tenent indiſtinctè, & ita quoque loquitur Dec.in d.l.illam, vbi qñ in ſecundo caſu loquitur de dote, quã nepos habet uti hęres matris,tenet indiſtinctè quod non imputetur. in tertio verò caſu quando nepos habet dotes ex cõſuetudine, vult quòd imputetur, præcipuè ſi nepos concurrit cum auunculo, & ita diſtinguit eo ſolum caſu,quo dos ex conſuetudine tranſiuit ad nepotem,& hoc modo loqui Doct.omnes atteſtatur Ripa,d.l.in quartam,nu.198. & licèt Imo. in d.l.in quartam, videatur idem tenere, qñ nepos habet uti hæres matris, & eum ita intelligat Ripa ibi,nu.298.tñ ſi diligenter inſpiciãtur eius verba, non eſt verum,quod ita loquatur; quinimò loquitur ſimpliciter,quando debetur filijs ex conſuetudine id quod deprehenditur ex eius verbis, dum dicit, quod diſtinctio Bal. reducit contrarias opiniones ad concordiam: ſed vbi dos applicatur filijs vti hæredibus matris, nulla eſt diſcordia inter Bart.& Bald.ſed ambo conueniunt,vt dixi ſupra, verſ.ſed quia difficile. ex quo ergo Imo. loquitur in caſu controuerſo apud Bar. & Bal. & cõtrouerſia conſiſtit, quando dos defertur ex conſuetudine, ſequitur eum loqui eo caſu quo dos conſuetudine debetur, non autem qñ deſcendit ex ſucceſſione matris, & hoc modo Imolam intelligit Alc. in conſ.24.n.5. vol.1. quod ſi velimus intelligere Imolam,qñ filius in dote ſucceſſit matri, tunc dicendũ eſt eius ſnĩam eſſe falſam,quia contrarium tenuit Alc.d.conſil.24.nu.5.& in d.l.in quartam, n.26.in fi. Picus,nu.227.& 228. Ruy.n.58.qui dicit eſſe veriorem,& cõmuniorem Ripa,nu.198.

SVMMARIVM.

1 *Domo vendita, veniunt omnia annexa.*
2 *Fundus conſtituitur deſtinatione patrisfamilias.*
3 *Fundi appellatione, veniunt omnia, quæ ſunt in vſum fundi.*
4 *Domus appellatione, venit domuncula, ad quam datur aditus ex domo.*
5 *Domo conceſſa, venit ſtatio, quæ eſt ſub eiſdem confinibus.*
6 *Legatum Doctoribus, & Medicis factum, debetur ei, qui eſt ſolum Doctor, vel ſolum Medicus.*
7 *Copula requirit omnium copulatorum concurſum: limita, nu. 15. & 16.*
8 *Qualitas diſpoſitionis probanda eſt ab eo, qui ſe fundat in diſpoſitione.*
9 *Conceſſio includit ea ſolum, quæ ſunt de natura rei conceſſæ.*
10 *Solitum vltimum attenditur.*
11 *Solitum non dicitur, quod ſemel factũ eſt, ſed quod frequentius.*
12 *Domus ſi relinquatur, quas teſtator inhabitat, non venit quæ ruris eſt.*
13 *Domus intra duas parochias poſita, & duos habens aditus, illius cenſetur eſſe parochiæ, verſus quam frequentior eſt acceſſus.*
14 *Confines ſi duobus conueniunt corporibus, res ambigua redditur.*
15 *Copula inter duo adiectiua requirit vtriuſque concurſum, ſecus inter duo ſubſtantiua.*
16 *Copula non requirit concurſum vtriuſque, quando vnũquodque eſt per ſe, non reſpectu alterius poſitũ.*
17 *Legatum ſtrictè interpretatur.*
18 *Legatum etiam coniunctæ perſonæ factum, ſtrictè interpretatur, ſi hæres quoque ſit coniunctus.*
19 *Legatum factum coniuncto ſtrictè intelligitur, quando plura ſunt legata.*
20 *Alluuionis acquiſitio non impeditur per intermediam viam.*

CONSILIVM CCVII.

Relictvm factũ magnifico D. Bernardino Gamberiæ, & ſucceſſiuè magnifico D. Octauio a magnifico D.Henrico auo,de palatio ciuitatis Caſalis,cum omnibus ſuis mẽbris,hortis,capſinis quomodocunque dicto palatio contiguis,& illi deſeruientibus,& deſeruire ſolitis,& conſuetis, videtur conforme iuri cõi, quo
1 diſponitur,quòd relicta domo, † ea quoque cenſeantur relicta,quæ annxa ſunt, vt voluit gl. in c.
ſi.12.q.2.vbi hoc no.Arch.Alex.in conſ.223.col.
1.verſ.benefacit,vol.2.& in conſ.204.col.1.verſ.
beneficio,vol.6.& dicunt Iac.de Are.& Bart.in l.
prædijs,§.balneas, ff.de leg.3. quod ſi ex conſuetudine primogenitus habet domũ principaliorẽ,
habebit etiam omnia eius appẽdicia, Alc.d.conſi.
223.col.1. Tiraquel.de iure primog.q.73.in prin.
ideo uidetur quod domũculę omnes,quę ſunt palatio annexę,includãtur legato;id qđ alia ratione
ſuadetur,quia ſcilicet domus prędictę vidẽtur iãdiu nedũ a teſtatore,ſed ab Epiſcopo Cabaliacẽſi
domus authore deſtinatę, vt idẽ eſſent corpus cũ
2 palatio, & fundus † conſtituitur ex domini deſtinatione, & voluntate, l.quod in rerum, §.ſi quis
poſt,& l.ſi ex toto,ff.de lega.1.glo. Bar. & alij in l.
ſi domus,ff.de leg.1. Cæphal. in conſi.144.nu.16.
Secundò facit, quia præſupponitur aliquando
domunculas prędictas deſeruiuiſſe palatio, præcipuè dũ inhabitaretur ab Epiſcopo prędicto,& poſtea quoq; a Sereniſſimo D. Duce Mãtuæ & Mõtisferrati; quo tempore in earum vna exercebatur
coquina,ideo ratione uſus dicitur venire ſub palatij relicto,probatur ex tex.in l.Seię,§.tirannę,ff.de
fundo inſtr. vbi relicto fundo veniunt prata con-
3 ceſſa † ad fundi uſum, & ſequitur ibi Bar. qui fortius loquitur,etiam ſi adeſſet aliqua ſeparatio, &
ſubdit relicto poderio venire quidquid eius nomi-

ne continetur,licet non ſimul ſtet, & eſt text.in l.
quod conclaue,vbi glo.2.in fi.ff. de dam.infecto,
vbi domo vendita venit conclaue, & clauſura in
vſum domus conuerſa, etiam ſi paries eſſet inter-
medius,not.ibi Bal.& ponit Ancha. in conſ.291.
col.1.Alex.d.conſ.223.col.1.in fi.& d.conſ. 204.
col.1.in fin.ſequitur Abb.Iaſ.Socin.iun.& Tiraq.
quos citat Cęphal.d.conſ.148.nu.18.eſt etiã tex.
in l.prędijs,§.qui domũ,vbi Bar.& alij,ff.de leg.3.
vbi hortus venit appellatione domus, quando ad
vſum domus fuit emptus, gloſ. in l. Olimpico, in
prin.ff.de ſeru.vrb.præd.Mantica,qui alios citat,
de coniectu.vltim.volunt.lib.9.tit.2.nu.36.& pro
cedunt quoque hęc, quando domus habitatio eſ-
ſet relicta,& non proprietas, ſecundum Bald.d.l.
Olimpico,Alex.d.conſi.204.in prin.&in hoc, vt
domunculæ ſint deſtinatæ ad uſum palatij,ſufficit
quòd aliquando ſeruiuerint,vt probat text.in d.l.
prędijs,§.balneas,ibi,nonnunquam fuerunt.

Tertiò ad illam domunculam eſt aditus per pa
4 latium,ideo nõ videtur poſſe negari quin† veniat
in conceſſione palatij, vt eſt text.in d.l.prædijs,§.
balneas, ibi, ſi per domũ quoque,& ibi Nicol. de
Neapo. dicit quòd hortus poſitus inter duas do-
mos, cedit illi, per quam intrinſecus erat aditus.
idẽ dicit Caſtr.in d.l.Olimpico, ſe audiuiſſe a Bal
do,Alex.d.conſ.223.col.1. Abb.& Barba.in cap.
Raynutius,in 3.notab.de teſt.Io.de Amic.in cõſ.
1.nu.7.&8.& hanc etiam dicit communem,mul-
tos allegando,Iaſ.in l.beneficium,nu.14.ff.de cõ-
ſtit.Princip.Soc.iun.in conſi.76.nu.7.conſi.159.
nu.7.&8.vol.2.Fely. in c.Rodulphus, nu.22.ex-
tra de reſcrip.Pariſ.in conſi.80.vol.2. Mantica de
coniect.vlt.volunt.lib.9.tit.2.nu.36.

Quartò accedat quod domũculæ prędictę ſunt
ſub eiſdem cõfinibus, ſub quibus deſignatum eſt
palatium; ergo videntur incultæ per id, quod in
propoſito ponit Archid.in conſ.291.col.1. vbi lo
5 quitur de ſtatione † poſita in cõfinibus domus,&
vult quod ideo veniat in donatione domus, Alex.
d.conſ.223.col.2.ver.accedit,&d.conſ.204.n.6.
in fi.Natta in conſ.117.n.2.vbi dicũt id procede-
re,etiã ſi ad ſtationẽ non eſſet aditus per domum.

Quintò videtur teſtator hoc voluiſſe, quando
palatium legauit cum omnibus membris, capſi-
nis, & hortis, quomodocũque palatio contiguis:
Nam omnes domus, de quibus agitur, vna exce-
pta,ſunt contiguæ palatio. & licet addatur, & illi
deſeruientibus,quæ copulatiua videtur vtriuſque
requirere cõcurſum,tamen hoc caſu ſufficit quod
vel ſint contiguæ, vel palatio deſeruiant, per ea,
quæ poſt Iac.Butr.ponit Imola in clem. in pleriſ-
que,col.4. de electio. ubi inquit facto legato Do-
ctoribus,& Medicis, admitti nedum qui vtrãque
6 ſcientiam aſſequuti ſunt,ſed etiam eos, qui † ſolũ
ſunt Medici, vel ſolum Doctores, Alex.in conſi.
217.col.3.vol.6.& ponit Bal.in l.1.ff.de iuſt.& iu.
vbi Iaſ.nu.ſecũdo,ver.octauo limita,Natta in cõ-
ſil.262.nu.17.Rolan.in conſ.79.nu.22.vol.3.

Sextò videtur in terminis text. in dicta l.præ-
dijs,§.fin.ff.de leg.3.vbi dicitur inſulã,ſiue vt om
nes interpretantur domunculam coniunctã cede-
re legato domus,Ale.dicto conſ.223.in princ.Mã
tica dicto tit.ſecundo,nu.35.& quid ſit inſula,de-
clarat Tiraquell.de iure primoge.quæſt.73.

Cõtra tamẽ pro magnifico Siluio fratre,quòd
prædictæ domunculæ non veniant in legato pala-
tij, facit text.in d.l.prædijs,§.balneas,ff.de leg.3.
vbi ut balneæ quamuis domui coniunctę ueniant
in cõceſſione domus,quatuor requirit, quod ſint
deſtinatæ ad uſum domus, quod habeant aditum
per domum,quod cõſueuerint cum domo locari,
& quod eodem pretio emptę fuerint cum ipſa do-
mo:hæc autem non concurrunt in præſenti facto,
nec de eis apparet, & tamen textus loquitur con-
ditionaliter:proinde his non probatis, non poteſt
Dominus Octauius obtinere.

Secundò teſtator non ſimpliciter legat domos,
ſed dicit cum ſuis membris cõtiguis & palatio de-
ſeruientibus,loquendo copulatiuè;atq; ita neceſ-
ſe eſt probare quod hæ domus ad dictũ palatium
pertineant,& conſueuerint deſeruire,quia natura
eſt diſpoſitionis copulatiuæ, quod uerificetur in
7 utraque † parte, quia plura copulata habentur lo
co unius,l.ſi hæredi plures, ff.de cond.inſt. & per
unitatem ſermonis,quaſi in unũ corpus redacta,l.
unica,§.ſin autem ex his,C.de cad.tollen.Rom.in
conſi.131.& in conſ.138.Anan. in conſ.66.Iaſ.in
l.1.nu.2.ff.de iuſt.& iu. Dec. Pedem.71.nu.66. &
hoc maximè procedit,quando ponitur copula in-
ter duo adiectiua,quę tendunt ad demonſtrandũ,
ſecundum Bar.in d.l.1.ubi etiam Iaſ.& quod om
nium concurſus ſit neceſſarius probat Rom. in
conſ.166.nu.4. ubi conceſſis omnibus terris poſi
tis in comitatu & uilla,& uocabulo Mõtiſalberici
non uenient terrę,quibus non conueniant omnes
dictæ demonſtrationes,& poſt Ang.dicit Iaſ.in d.
l.1.nu.2.uer.quarto notabiliter,quod ſi ſtatutum
diſponit procedi poſſe ad capturam cõtra debito-
res ceſſantes & fugitiuos,neceſſe erit utranque ue
rificari qualitatem,& reprehendit Rom. qui con-
trariũ tenuit.at quod hę domus deſeruiant,uel de
ſeruiuerint palatio,non probatur,nec creditur ue
rum eſſe:ergo D.Octauius debet ſuccumbere,q.a
8 agens ex aliqua diſpoſitione debet †.probare om
nia requiſita in ea, ſecundum Io.And. & alios in
c.1.de homicid.in 6.cum ſimilib.& participiũ, de
ſeruientibus,reſtringit diſpoſitionem, ut in ſimili
ponit Ruyn. in conſ.158.nu.8.uol.2.poſt Caſtr.
conſi.132.uol.2.& alios,quos citaui in conſi.127.
nu.48.& ubi etiam teſtator non adiecisset illa uer
ba,idem erat omnino dicendum,quia appellatio-
ne domus,ueniunt ea quæ ad eam pertinent,& in
qualibet conceſſione ueniunt ea,quæ ſunt de natu
9 ra rei conceſſæ, † ſecundum Innocen. in c.ex lite-
ris,de iure patronat. Bart.in l.damnum, la ſecon-
da,ff.de dam.infecto, Fely.in c.ſedes, col.3. de re
ſcrip.Soc.iun.in conſi.52.nu.17.uol.4.

Tertiò etiam ſi conſtaret, quòd aliquando do-
munculæ ſeruiuerint palatio, nõ tamen hoc ſuffi-

ceret,

ceret; quia inſpici debet cõſuetudo, ſeu vſus teſta-
toris vltimo loco ſeruatus tẽpore teſtamenti con-
diti, vt eſt tex. in l. Mela, §. ſed & ſi alimenta, ff. de
alim. & cibar. lega. per quẽ in terminis dicit Alex.
in d. conſi. 223. col. 2. verſi. ſed bene pono pro co-
ſtanti, quòd & ſi teſtator aliquando conſueuiſſet
10 vnam cameram locare, † ſi tamẽ tempore mortis
ea vtebatur pro familiæ vſu, veniet in relicto do-
mus, quia vltimum ſolitum attenditur, ſecundum
Bart. & alios in d. §. ſed etſi alimenta, Alex. in con-
ſil. 5. nu. 10. & ſeqq. vol. 5. Fel. quia alia congerit
in cap. eam te, col. fin. de reſcrip. Aret. in conſi. 11.
Roch. de Cur. in tract. de cõſuet. in quarta ſectio.
nu. 81. & ſeqq. Doctores, pręcipuè Aquenſ. & Iaſ.
in l. diem functo, vbi Cagn. nu. 96. ff. de offic. aſſeſ-
ſo. Dec. in l. ſemper in ſtipulationibus, num. 8. vbi
Cagn. nu. 10. ff. de reg. iur. Caſſan. in conſ. 10. nu.
7. Natta in conſi. 767. nu. 18. ſed tempore mortis
& per annos quindecim ante mortẽ teſtatoris do
munculæ non deſeruiebant palatio; & licet earum
vna per annum in circa inſeruiuerit, quando Sere
niſſimus Dominus Dux inhabitabat palatium, il-
lud tamen fuit quid extraordinarium ob maximũ
aulicorum, & familiarum numerum, & ob Princi-
pis dignitatem: aliæ enim in palatio extant coqui-
næ ſufficientes pro vſu cuiuſuis domicelli, quan-
tumuis numeroſæ familię, & non attenditur quod
ſemel extra ordinem fecit teſtator, nec illud dici
11 poteſt † ſolitũ, l. Scio Medico, ff. de annu. leg. vbi
ſi teſtator Medico relinquat, quæ præſtabat, intel
ligitur de his, quæ ordinariè præſtare cõſueuerat,
non etiam de eo quod ſemel per magnam liberali
tatem dedit, Barbat. in cap. 2. de foro compet. vbi
Soc. col. 17. verſ. vndecimus effectus, dicit quòd li
cet conſuetudo patrisfamilias interpretetur eius
geſta, tamen intelligendum eſt de conſuetudine
ordinaria, non de alia, Felyn. in cap. ſedes, col. 3.
de reſcrip. Aquen. in d. l. diem functo, vbi Cagnol.
num. 97. verſic. intellige primò, & inquit Bald. in
l. 1. in fi. ff. de ſtatu hom. quod ſi teſtator leget om
nes domos ſuas, quas inhabitabat, non veniet do-
12 mus † ruri extans, quam teſtator aliquando tem-
pore peſtis inhabitauit, ſequitur Felyn. in d. cap.
ſedes, colum. 3. & in cap. quoniam, num. 2. de off.
ordin. vbi quod non venit ruralis domus, quam
aliquando habitabat, Mantica de coniect. vltim.
volunt. lib. 9. tit. 2. numero 40. ideo vſus illius do-
mus fuit accidentalis, non ordinarius, ideo non
eſt attendendus.

Quartò domunculæ prædictæ, vna ſcilicet per
annos quindecim, ante mortem teſtatoris, alię per
quadraginta, & vltra annos conſueuerunt locari
alijs, cum tamen teſtator cum tota familia inhabi-
taret palatium, atque in illud aliquando per plu-
res menſes receperit aliquos Principes, præcipuè
Ferdinandum Gõzagam, tunc Imperatorem Cæ-
ſarei exercitus; poſtea vero Ioannem Figaroam
pariter eiuſdem exercitus Ducem; deinde Ducẽ
Candiæ & Ioannẽ Idiaquz Regios Regis Hiſpa-
niarum Oratores, & Delegatos ad componẽdum
cum Ioanne Morono Cardinali Legato apoſtoli-
co, ac Epiſcopo Aquenſi Cæſareo Delegato, flu-
ctuantem Genuenſis reipublicæ ſtatũ, quod meo
iudicio plurimum confert ad cognoſcendũ quod
illæ domunculæ non pertinent ad palatiũ, & pro-
batur in d. l. prædijs, §. balneas, & §. fin. vbi dici-
tur res ad domum pertinere, quando fuit cum do-
mo locata: ergo ſi fuit ſeorſum ſolita locari non
pertinet ad domum, vt ſit eadem cõtrariorum di-
ſciplina, §. 1. vbi Ioan. de Plat. & alij, Inſtit. de his,
qui ſunt ſui, vel alieni iur. Addo quod omnes di-
ctæ domunculæ, de quibus agimus, habent etiam
aditum, & acceſſum non per palatium, ſed per viã
publicam, & per illum ingrediuntur conductores:
quare non poſſunt dici membra palatij, per tex. in
dicto §. balneas, arguendo a contrario ſenſu, at-
que ita tres concurrunt coniecturæ; prima, quod
locantur ſeorſum; ſecunda, quod habent aditum
extra palatium; tertia, quod non ſunt in vſu, nec
in ſeruitio palatij, inſpecto maximè tempore teſta
menti, & mortis teſtatoris. Et ſi dicatur, aduerta-
tur, quia aliquæ ex eis habent aditum per palatiũ,
qui eſt apertus. reſpondeo, quòd etſi fortè extent
oſtia, quod ego ignoro: certum eſt tamen quod
ea oſtia non ſunt in vſu, nec ingreſſus frequenta-
tur, ſed frequentiſſimus eſt ingreſſus per oſtia, quę
ſunt uia publica extra palatium, & dicit ideo Bar.
13 in d. l. prædijs, §. qui domum, quod ſi domus † eſt
poſita intra duas parochias, & aditum habet unũ
uerſus unamquamque parochiam, cenſebitur il-
lius eſſe parochiæ, uerſus quam habet aditum ma
gis frequentem, l. legatis, §. ſi unius, ff. de leg. 3.
Alex. in conſil. 54. nu. 1. uerſi. tanto magis, uol. 3.
ubi dicit coquinam ſolitam deſeruire duabus ædi
bus uenire cum legato domus, per quam frequen
tior erat aditus, Dec. in conſi. 109. colum. 2. uerſi.
quintò hoc etiam, ubi uult quod non attendatur
aditus, quando oſtium permanebat clauſum, Ber-
tran. in conſi. 239. nu. 2. & 3. uol. 3. ubi declarat id,
quod de aditu dixerat Bart. in d. §. qui domum.

His ſic ſtantibus, non obſtat quod domuncu-
læ fuerint deſtinatæ ad uſum palatij, quia de hac
deſtinatione non conſtat, ideo ſuper ea fundamẽ-
tum non poteſt fieri. Similiter non conſtat, quod
una excepta domunculæ ſeruiuerint palatio, & il-
la, quæ fuit in uſu coquinæ, non debet haberi pro
deſeruiente: quia ut ſupra dixi, fuit uſus extraor-
dinarius, inſolitusque & ſeruatus ſolum dum pa-
latium habitaretur a Sereniſſimo Domino, & tex.
in d. §. balneas, dum dicit, nonnumquam fuerunt
in uſu, procedit concurrentibus alijs tribus, alias
non ueniret ex eo ſolo quod nonnumquam fuiſ-
ſet in uſu, Bertran. d. conſi. 239. num. 1. ubi ita de-
clarat illum textum.

Ad tertium dixi, quod aditus non eſt ad om-
nes domunculas, ſed ad unam tantum; ſed quod
plus eſt illi aditus habent oſtia, quæ perpetuo ma
nent clauſa, & alij aditus, qui ſunt extra palatium
frequentantur, ideo illi ſunt attendendi, ut dixi.

Quartum quoque nõ contradicit, quia palatio

dati fuerunt duo tantũ confines,ideſt domus Do-
mini Foreſti, & via, qui poſſunt æquè ei conueni-
re,excluſis his domunculis,ſicuti eis incluſis; ideo
non bene infertur, quòd domunculæ veniant ſub
demonſtratione palatij. quando enim demonſtra
14 tiones conueniunt duobus corporibus, † reddi-
tur res ambigua,ſecundum Bart. in l.demonſtra-
tio falſa,in princ.q.7.nu.15. in fin.ff.de condit. &
demon.vbi Caſt.nu.6.Caſtr. & Alex.in l.ſi in no-
mine,C.de teſtam.Ruin.in conſi.115.nu.3.& 14.
vol.5. Alba in conſ.10.nu.13.Secundò reſpõdeo,
quod Anch. fundat ſe ſuper eo ſolo, quod ſit ſub
eiſdẽ confinibus: ſed quia ſtatio regebatur eadem
contignatione, tecto,& fundamento, quod etiam
conſiderant Alex. & Natta in locis allegatis. Ter-
tiò reſpondeo,quod in præſenti facto multa cõtra
dicunt,quia ſunt ſeparatæ a palatio ſolitæ non ha-
bitari,ſed ſeorſum locari, & non habent aditũ per
palatiũ;etſi habent oſtia retinentur clauſa,& mul-
tæ coniecturæ vincunt vnam; & quamuis Alex. in
dictis conſilijs reſpondeat ad id, quod dicitur de
aditu: tamen eius reſponſio non offendit, imò iu-
uat hanc partem; quia vbi additamenta fuerunt
aliquando ſeparata a domo,admittit Alex. quod
ſi non habent aditum per domum, non includan-
tur domo: atque ita euenit in caſu noſtro,quia do
munculæ ſunt extra palatij corpus,& parietes.

Poſtremo non obſtat quod domunculæ ſint pa
latio contiguę,quia teſtator voluit nedum eſſe cõ-
tiguos, ſed etiam quod ſolitæ ſint palatio de ſerui
re,& ita duas qualitates copulatiuè requiſiuit,nec
ſufficit alteram adeſſe. & quod dictum eſt ex Bal.
in l.1.ff.de iuſti. & iure,procedit, quia copula eſt
15 inter duo ſubſtantiua, † Doctores ſcilicet,& Me-
dicos: ideo non mirum ſi non ſtat copulatiuè, ſe-
cundum Bartol.& Iaſ.in l.1.Item illa duo ſtant de
16 per ſe,† & non reſpectu alterius,ideo non ſtat co-
pulatiuè,Bart.in l.1.in fi.ff.de his,qui not.infam.
& in l. ſi is, qui ducenta,§. verum, ff.de reb. dub.
Aret.in §.penul. Inſtitu.de hæred.inſtit. Natta in
conſi.458.num.10.Zanc.in l.hæredes mei,§.cum
ita,par.1.num.76.ff.ad Trebellia.ita declarat Iaſ.
d.l.1. nu.2.verſi.octauò limita,vbi dicit quod co-
pulat non plures qualitates, ſed plura ſubiecta,
quorum vnum non dependet ab alio. ita etiam
Ruin.in conſil.41.num.6.& 7.vol... & conſil.112.
nũm.9. volum.5. at in præſenti caſu copula poni-
tur inter duo adiectiua, contiguis & deſeruienti-
bus, quæ denotant qualitatem, non ſubſtantiam;
ergo ſtat copulatiuè. Addo quòd Roland.in con-
ſil.79. nu.45.volum.3. intelligit contrarium non
procedere in materia ſtricta, allegat But. & Imo.
17 in d. clem. in pleriſque. legatum † autẽ ſtrictè eſt
interpretandũ,l.apud Iulianum,§.ſcio,ff.de leg.1.
l.numis,ff.de lega.3. & licet legatum factum con-
iunctæ perſonæ,fauorabile iudicetur,& plenius in
telligatur,l.Aurelius,§.ſi Titius,vbi Bar.ff.de lib.
lega. tamen hoc fallit, quando hæres quoque eſt
18 coniuncta † perſona, quia tunc par affectio remo
uet latam interpretationem,l.non ſolum,§.1.ff.de
ritu nup.Cæpha.qui ita limitat,in conſ.14.nu.21.
in fin. verſic. tertiò dictus. & ante eum Corne. in
conſ.155.colum.fina.volum.3. quia teſtator non
præſumitur vnum ex nepotibus ita dilexiſſe,quod
alios neglexerit.limitatur etiam,quando plura fa-
19 cta ſunt legata, † ſecundum Dec.in conſil.92. co-
lum.penult. verſic.tertiò non obſtat, Cæphal. di-
cto conſil.14.num.21.hic verò & plura ſunt lega-
ta Domino Octauio, & fratres omnes ſunt hære-
des,ideo non debet ea latior fieri interpretatio.

Concludo itaque iuſtiorem eſſe cauſam Domi
ni Siluij, & domunculas prædictas non venire ſub
legato palatij ex prædictis rationibus. omiſi quod
vna eſt diſiuncta a palatio, quia ea ſeparatio inter
media via non eſt conſiderabilis,quandoquidem
aliqualis ſeparatio nõ facit, quòd res non veniat;
vt probatur in d.l.prædijs,§.qui domum;& ponit
Bart.in l.ſcio,§.tiranna,ff.de fundo inſtru.Alex.
in d.conſ.204.num.7.facit l.Martius,ff.de acqui.
rer.dom.per quem tex.Barto.in tracta.de flumin.
20 in verſic.noſtro, dicit quòd via † intermedia non
impedit alluuionem.& idem dicit de inſula, quòd
acquiratur habentib. prædia prope ripam, etiam
intermedia via, in tracta.de inſula, in verſi.prope
ripam, Tiraq. de iure primogen.q.73.num.4. vbi
comprobat clarè.

S V M M A R I V M.

1 *Vaſallus, qui ſemel fidelitatem domino iurarit pro ſe et ſucceſſoribus, nõ tenetur deinde iurare ſucceſſori.*
2 *Debitor non cogitur facere inſtrumentum creditori, qui iam habet probationem ſui crediti.*
3 *Creditoris factum non poteſt nocere debitori, ſicut è contra.*
4 *Correlatiuorum eadem eſt diſpoſitio.*
5 *Vendi, & cedi poteſt regulariter omne ius, quod quis habet, vt iuriſdictio, & ius actiuum.*
6 *Dominus directus alienare poteſt directum dominium inuito emphyteuta.*
7 *Debitor cogi poteſt facere inſtrumentum creditori de eo, quod debet.*
8 *Vaſallus tenetur nouo domino fidelitatem iurare.*
9 *Argumentum valet a feudo ad emphyteuſim, quia eiſdem reguntur regulis.*
10 *Facere quilibet tenetur, quod alteri prodeſt, & ſibi non nocet.*
11 *Emphyteuta, & vaſallus, qui non negant ſe tales, tenentur inſtrumentum facere.*
12 *Excipere non poteſt is, cuius non intereſt.*
13 *Emphyteuta, & vaſallus tenentur facere nouam recognitionem, quando confines rei ſunt mutati.*
14 *Emphyteuta tenetur nouũ dominum recognoſcere.*
15 *Vaſallus tenetur recognoſcere ſucceſſorem domini, licèt non ei nouum praſtare iuramentum.*
16 *Vaſallus quando & quibus caſibus teneatur fidelitatem iurare ei, qui ſucceſſit domino.*
17 *Subditi inuiti non poſſunt in alium transferri, vel alienari.*
18 *Dominus directum dominium poteſt pignorare, & obligare inuitis vaſallis.*

CON-

CONSILIVM CCVIII.

OOENDVS non videtur Baldaſſar
Sulius emphyteuta nouã facere re
cognitionem erga magnificũ Do-
minnm Ambroſiũ, eo quòd ius di-
recti dominij bonorũ, quæ dictus
Baldaſſar recognoſcebat in emphyteuſim perpe-
tuam a magnifico Dño Io. Baptiſta Calceato eme
rit: quia ſat eſt, quòd eam fecerit dicto Dño Io.
Baptiſtæ pro dño acceptanti pro ſe & ſucceſſori-
bus ſuis quibuſcunque, per ea, quæ ponnnt glo.
Hoſtien. Ioan. Andr. Butr. Abb. Imola, & alij in c.
1 veritatis, de iureiu. vbi dicũt, quod vaſallus, † qui
aliquando fidelitatem iurauit dño pro ſe & hære-
dibus, non tenetur mortuo dño eam iterũ iurare
ſuis hæredibus, quia ſufficit primũ iuramentum,
quod eſt reale: ita & tenet Iac. de Ardiz. in ſum. q.
bus mod. feud. amitt. in rub. qñ vaſal. debe. iura.
Spec. in ti. de feu. §. quoniã, in fi. Beluiſ. & Aluar.
in c. 1. in prin. quæ ſit prima cau. beneſ. amitten. Ia
cob. de S. Georgio in ſua inueſtit. in ver. qui qui-
dẽ inueſtiti, num. 35. verſ. quæro ſubſequenter de
quęſtione, Cur. iun. in tract. feu. par. 4. in 24. cau.
priuatio. & ante hos duos Alc. in conſi. 79. nu. 24.
ver. tñ adhuc iſto caſu, vol. 1. Bru. in conſ. 121. col.
fi. ver. ſed alio nõ apparente, Silua. in tracta. de re-
cognit. feud. q. 88. in quibus locis latè hanc quæ-
ſtionem examinat. ita ergo in propoſito, cũ reco-
gnitio aliquãdo facta ſit dño directo pro ſucceſſo
ribus, nõ eſt neceſſe q cuiq; ſucceſſori noua fiat.

Secundò facit, quia non põt dubitari, quin in-
tentio Dñi Ambroſij ſit probata, ex quo extãt pu-
blica inſtrumenta, tam ſuę emptionis, quàm em-
phyteutici contractus celebrati inter Dños Bal-
daſſarem, & Io. Baptiſtã: vbi vero extat probatio,
2 non tenetur quis nouum facere inſtrumentũ, † vt
tenet gl. in l. ne caſu, C. de diſcuſſo. lib. 10. vbi ait
quod etſi debitor teneatur inſtrumentũ facere ſui
debiti: tñ fallit, qñ extat alia probatio, puta con-
feſſionis, vel alia ſimilis, ſequitur ibi Bar. Caſtr. in
l. oĩbus, circa fi. ff. de iudic. Alba in cõſ. 33. in prin.

Tertiò facit, quia facto dñi directi non põt du-
3 rior † effici conditio emphyteutæ, vti fieret ſi co-
geretur de nouo ſe obligare verſus nouum dñum:
ſicuti enim debitoris factum nullũ affert credito-
ri præiudicium, l. pactum debitorũ, C. de pact. l. &
ſuum, §. fi. ff. eod. ita econtra creditoris factũ noce
re non dẽt debitori, ne iudicentur ad imparia, &
4 nõ ſit diſpar diſpoſitio inter duo correlatiua, † cõ-
tra l. 1. vbi Bar. C. de cupreſſ. li. 10. l. fi. C. de indic.
vid. toll. D. Becius in conſi. 45. nu. 22. facit l. non
debet alteri, ff. de reg. iur. & in propoſito Caſtrẽſ.
in l. in omnibus, nu. 4. ff. de iudic.

Teneo tamẽ contrariam partem, & concludo,
quòd Dñus Baldaſſar tenetur recognoſcere Do-
minum Ambroſium in dñum directum bonorũ,
q ipſe in emphyteuſim habuerat a Dño Io. Bapti-
ſta, quia ex inſtrumento emptionis conſtat ius il-
lud directi dominij fuiſſe translatum in dominum
5 Ambroſium. poteſt autẽ quis vendere † ius quod
hẽt, l. dudum, C. de contrah. emptio. & caſtra, ac
iuriſdictiones vendi poſſunt, ſecundum Bal. in ca.
1. §. eadem lege, de lege Conr. Dec. in d. l. debito-
rum, C. de pact. & ius actiuum alicui competens
põt cedi & in alium transferri, licet ſecus ſit in iu-
re paſſiuo, Natta in conſ. 367. num. 21. D. Becius
conſi. 105. n. 17. & omnis actio cedi poteſt, Tiraq.
de retract. conſang. §. 26. glo. 3. nu. 2. vbi infert ad
multa, & in terminis quod dominus emphyteuta
6 inuito poſſit directum dominiũ alienare, † voluit
Spec. de emphy. nu. 116. q. 93. Imola in c. potuit,
gl. 2. loca. Iaſ. l. fi. num. 77. C. de iure emphy. Ripa
conſi. 179. nu. 2. ſtante autem ceſſione cogitur em
phyteuta ſoluere cenſum ceſsionario, l. idemque,
§. ſi cui mandauero, ff. mand. l. 1. C. de nouatio. l.
2. C. de donat. l. nomina, ff. de hære. vel actio. ven.
l. nomen, C. quę res pigno. oblig. poſſ. dixi in conſ.
22. n. 18. & emphyteuta verè dicitur eius debitor,
ex quo pecunia ab inuito extorqueri põt, l. debi-
tor, ff. de verbor. ſignific. vbi verò quis tenetur ali-
7 quid dare, vel facere, † vt cautũ ſit creditori, l. plu-
res apochis, C. de fide inſtr. l. ſicut datam, vbi Bal.
C. de lib. cau. l. ſi cum exceptiones, §. ſed etſi quis,
in fi. quod met. cau. l. dedi, vbi Bartol. in fi. princ.
ff. de cond. cau. da. l. ex ea parte, vbi Bar. Alc. Arc.
& Iaſ. ff. de verb. oblig. cum multis a me congeſtis
in conſi. 144. num. 4.

Adduco ſecundò; quod vbi ius dominij tranſ-
8 fertur in alium, fieri debet renouatio † obligatio-
nis, l. omnes, §. fin. ff. vſufr. quemad. cau. vbi dici-
tur quod proprietate in aliũ tranſlata cogitur vſu-
fructuarius de nouo cauere proprietario, & gl. fi.
ibi infert, quod ſi dominus licitè proprietatẽ feu-
di alienat, tenetur vaſallus nouo domino iurare
fidelitatem, ſequitur ibi Bald. & ante eos idem di-
xit Iacob. de Ardizo. qui non ſolet allegari, in ſum
ma feud. c. 142. quomo. vaſall. iur. debe. fidel. ver.
item minor. c. fi. Natta in conſi. 382. in fi. ſicuti au
tem fidelitas eſt de nouo iuranda ei, qui ſucceſsit
in proprietate feudi, ita fieri debet recognitionis
inſtrumentum ei, qui ſucceſsit in proprietate em-
phyteutica: feudum enim, & emphyteuſis regulã-
9 tur ijſdem † fermè regulis, & de vno valet argumẽ
tum ad aliud, ſecundum Spec. ti. de feu. §. quoniã,
verſ. 40. Soci. in conſi. 167. nu. 24. vol. 2. & cõem
dicit Soci. iu. in conſi. 72. nu. 57. vol. 1. Ruin. conſ.
24. nu. 8. vol. 1. alios plures Rol. in conſi. 17. nu.
8. vol. 2. Menoc. in conſ. 16. nu. 2. vbi citat Eucrar.
Didac. & Neuiz. Clar. de feu. quęſt. 3. nu. 1. verſ.
dicit etiam.

Tertiò facere quilibet tenetur, quod alteri pro-
10 deſt, & † ſibi non nocet, l. ſi creditor, ff. de euictio.
l. 2. §. item Varus, ff. de aqua plu. arcen. Alexã. in
l. 2. in prin. colum. vl. ff. ſoluto matrim. Socin. iun.
conſi. 76. num. 13. volum. 2. & qui recuſat facere
inſtrumentum obligationis propriæ, non eſt au-
diendus tanquam allegans ſuam iniquitatem, &
turpitudinem, ſecundum Alexan. in l. ſi finita, §.
eleganter, colum. vlt. ff. de dam. infecto, l. transa-
ctione

ctione finita, C.de tranſac.ſed hoc q̃ fiat inſtrumē
tum, nullſi omnino affert damnum Dño Baldaſſa
ri, & plurimum, ad iurium probationem prodeſt
Domino Ambroſio: ergo concedendum eſt.

Quartò certum eſt quòd emphyteuta, qui non
negat ſe talem, tenetur de emphyteuſi inſtrumen-
11 tum facere, † vt de vaſallo inquit Bal.in l.ſicut da-
tam, in fi. C.de lib.cau.quia ſicuti nemo pōt veni-
re contra proprium factum, ita non dēt eius pro-
bationem occultare, & idem dicit de emphyteuta
in l.plures apochis, nu.4.C.de fide inſtru.vbi ſub-
dit, quòd tenetur nedum inſtrumētum facere, ſed
et apochas ſolutionem edere. idem voluit Guido
Papæ in quæſtio.417.vbi dicit procedere, etiam ſi
vellet cenſum ſoluere, Natta dicto conſi.382.

Quintò non admittitur ad excipiendum is, cu-
12 ius non intereſt ita † excipere, l.ille a quo, §.1.vbi
Alc.ff.ad Treb.l.qui liberis, in fi.ff.de bon.poſſ.ſe
cund.tab.Ang.in l.exitus, vbi Alex.colum.2.ff.de
acq.poſſ.Dec.in conſ.302.n.4.& 5.& in l. ex cō-
uentione, C.de pac.Tiraq.alios citans de retract.
conſang.§.1.gl.2.nu.51.Crauc.in conſi.182.n.8.
Cæph.in conſ.133.num.39. Verum non intereſt
ipſius emphyteutæ, nec damnum aliquod ſentire
pōt ex noua recognitione, quam poſtulat Dñus
Ambroſius: ergo non pōt excipiēdo id denegare.

Sextò vbi nulla alia ratio ſubeſſet petendi reno
uationem, illa ſola ſufficeret, quod nunc confines
prædiorum ſunt mutati propter antiquitatem, &
ita variati, quod nō bene diſcerni pōt, quæ res fue
rint concessæ in emphyteuſim: nam ob antiquita-
tē, vel mutationem confinium fieri debet renoua-
13 tio † ad tollendum obſcuritatem, & difficultatem
probationis, vt determinat Bal.in auth.ſi quas rui
nas, nu.4.ver.tertiò principaliter, C.de ſacroſ.ec-
cleſ.quem ſequitur & dicit notandum Alc. in l.ſi
finita, §.eleganter, num.31.ff.de damno infecto,
Natta in conſi.82.num.2. facit quod in ſimili vo-
luit Ang. in l.ſi in rem, la prima, col.2.verſi. ſi tū
tu poſſides, ff.de rei vend.vbi dicit, qđ ſi ego igno
ro confines mei fundi, quem tu poſſides, teneris
eos mihi oſtendere, ſi fortè ſint mutati. & ſubdit,
quod ita fuit Florentiæ determinatum. & inquit
hoc eſſe maximè verū, ſi facto poſſeſſoris ſunt mu-
tati, vt quia de duobus fundis vnum fecerit, Ruin.
in conſil.50.num.15.volum.1.

Vltimò in terminis, qđ emphyteuta teneatur
14 recognoſcere † emptorem, qui ſucceſſit in ius di-
recti domini, voluit expreſsè Spec.in titu.de loca-
to, §.nunc aliqua, verſi.165.nu.191.mouetur per
textum in d.l.omnes, §. fi.& eum ſequitur Natta,
qui hoc ipſum determinat, in cōſ.182.per totum,
ſed melius ceteris hoc voluit Bal.non viſus a Nat-
ta in auth.ſi quas ruinas, num.4.verſi.quartò fiet,
C.de ſacroſan.eccl.vbi ait, quod vbi res alienatur
in ſucceſſorem ſingularem, fieri debet renouatio
per tres rationes, prima propter laudemia, ſecun-
da vt ſingularis ſucceſſor poſſit conueniri, tertia
attenditur generatio noui ſucceſſoris.& quamuis
loquatur, quando emphyteuta alienat, tamen idē
eſt dicendum quando dominus alienat, quia non
iudicantur ad imparia, cap.1.de forma fidelit.

Non obſtat itaque, q̃ qui ſemel iurauit dño fi-
delitatem, non tenetur iurare ſucceſſori, quia hoc
procedit in iuramento, quod non debet ſine cau-
ſa præſtari, c.etſi Chriſtus, extra de iureiuran.at ſe
cus eſt in ipſa recognitione: nam eam tenetur fa-
15 cere ſucceſſori † in feudum, c.imperialem, §.præte
rea ſi quis infeudatus, de prohib.feu.alien.per Fe-
der. & ita tenet alia iura allegans Iacob. de Ardi-
zo.in ſumma, lib.2. titul.quan.vaſal. fidel.iur. de-
be.c.182.verſic.item minor, poſt med.gl.in cap.1.
quo tempo. mil. Iſern. in c.fin.per quos fiat inue-
ſtit.Aluar.in c.1.col.2.verſic.quæro cū gl.tit.quæ
fuit prima cau. benef.amitt.eſt tex.in c.longinqui
tate, 12.q.2.ne longinquitate temporis pereat ori
ginis memoria, vt ibi dicitur.& ita tenet Philipp.
Gofred. & Hoſtien. in d.c.veritatis, de iureiuran.
vbi Abb.num.2. dicit, quòd libertus, ſubditus, vel
vaſallus tenetur ſe recognoſcere erga domini ſuc-
ceſſorem, licèt nō teneatur iurare, ſi aliquando iu-
rauit. & dicit Archid.d.cap. longinquitate, quòd
poſſeſſio non poteſt denegari, ſequitur ibi Præpoſ.
Mediolan. Iacobin.in d.verſic.qui quidē inueſtit.
nu.35.verſi.concludite, & ſequuntur alij omnes.

Secundò rñdeo, q̃ contrarium pōt procedere,
qñ quis ſuccedit dño ſm formam primæ inueſtitu
ræ, ſeu cōceſſionis: tunc.n.non eſt præſtandum iu-
ramentum, nec facienda recognitio: at ſecus eſt,
16 qñ quis ſuccedit ex † noua cauſa, quia tunc ſicuti
mutatur nō ſolum dominus, ſed etiam ius dñij, ita
fieri debet renouatio, & ita loquitur Specul.d.tit.
de locato, §.nunc aliqua, nu.191.& facit quod vo-
luit Marin.Frec.in tract.feu.lib.3.de different.in-
ter feud.ex pacto, & feud. hæred.differen.24. vbi
dicit notata per Doctores in d.c.veritatis, non ha
bere locum, quando feudum eſt ex pacto: quia
cum ſucceſſor tunc non veniat ex perſona primi,
nouum iuramētum eſt neceſſarium. Poteſt etiam
dici, q̃ ea dicta procedunt in ſucceſſore vniuerſa-
li, aliud autem ſit in ſucceſſore ſingulari, vt proba-
tur in d.l.omnes, §.fin.ff.vſufr.quemad.caue.

Non etiā aduerſatur, quòd non poſſit cogi em-
phyteuta, ex quo ſatis intentio Domini Ambroſij
eſt fundata, quia etſi verè ſit fundata, tamen ex
quo nulla extat ſcriptura, per quam conſtet ip-
ſum eſſe emphyteutā Domini Ambroſij, tenetur
recognitionem facere, & gloſ.Bar.& alij dicunt in
locis in contrarium allegatis, quòd non tenetur
quis facere inſtrumentum, quando conſtat in ſcri
ptis de confeſſione, vel alia probatione. Secundò
reſpondeo, quòd in præſenti caſu inſtrumentum
recognitionis petitur, & fieri debet non tam ob
defectum probationis, ſed etiam quia mutato do-
minio de vna in aliam perſonam, neceſſaria eſt re-
cognitio erga nouum dominum, vt probat textus
in d.l.omnes, §.fina. Contrarium autem procedit,
quando ſolummodo ad probationem peteretur
inſtrumentum. Tertiò reſpondeo, quod ex quo
confines ſunt mutati, atque ſuperuenit noua cau-

ſa, fieri debet noua recognitio, iuxta ea quæ ſupra
dixi in ſexto fundamento.

Tertium quoque declinatur, quia nullum em-
phitentæ infertur præiudicium per nouam reco-
gnitionem: ea enim concipitur ſecũdum antiquæ
formam nullo addito, diminuto, vel variato nomi
ne noui domini, excepto verſus quem emphiteu-
ta obligatur, & non poteſt præiudicium conſide-
rari ex eo quod mutauerit dominum, quia iura a-
ctiua transferri poſſunt de vno in alium inuito de
bitore, d.l. idemq́ue, §. ſi cui mandauero, ff. man-
da. l. 1. C. de nouat. dixi ſupra in primo fundamẽ-
17 to. & ſpeciale eſt in hominibus † loci, qui nõ poſ-
ſunt inuiti alienari, nec cogi ad mutandum domi
num, glo. in l. inuiti, C. de fideic. liber. tex. in c. 1. §.
præterea ducatus, de probib. feudi alien. per Fed.
Bal. in 1. not. in c. 1. §. ſi quis miles, quo temp. mil.
alios citat Pariſ. conſi. 22. nu. 7. vol. 1. Soc. iun. cõ-
ſil. 78. vol. 1. Cur. iun. conſi. 174. Alc. conſ. 167. nu
me. 1. Natta conſi. 367. conſil. 506. nume. 15. con-
ſil. 589. Crau. conſ. 54. num. 3. Rol. conſ. 1. nu. 34.
vol. 1. Deciſ. Pedem. 139. n. 25. & Menoc. cõſ. 32.
nu. 21. In quibus locis multas etiam ponunt limi
tationes, & eſt ſpeciale in alienatione, ſed aliud eſt
18 in obligatione, quia dominus poteſt inuitis † va-
ſallis obligare, & pignorare ſuum directum domi
nium, dummodo non id faciat pro vero valore,
quia hoc non repetitur lege cautum, glo. in c. 1. in
princ. de prohibita feudi alien. per Feder. vbi Bal.
nu. 2. & communem opinionem eſſe dicit Ripa in
l. obligatione generali, nu. 40. C. de pignor. Iaſ. l.
fiu. nu. 79. C. de iure emphit.

S V M M A R I V M.

1 *Hipothecapro legato non competit in re alij legata, vbi exornatur.*

2 *Hipothecaria non datur, niſi pracedente excuſſione, etiamſi agatur pro legato. limita, nu. 8.*

3 *Hipothecaria contra haredem pro legato datur ſolũ pro hareditaria portione. limita, num. 9.*

4 *Legatum pro legato bona teſtatoris tacitè ſunt obligata, ẽt ſi vnam rem teſtator obligaſſet in ſpecie.*

5 *Hipothecaria anocat pro modico debito omnia bona obligata, vbi latè.*

6 *Legata vbi plura ſunt, & extat fundus vniens alij legatus, fit contributio inter legatarios, & quilibet recipit ſatisfactionem ſuper eo fundo.*

7 *Legatum pro dote detrahitur pracipuum a filia, & non patitur diminutionem per catera legata, ſi bona non ſufficiunt.*

8 *Excuſſio non opponitur a debitore, nec ab eius harede.*

9 *Hares pro legato conuenitur hipothecaria in ſolidũ, ſi totam rem poſſideat.*

10 *Hipotheca tacita datur pro dote.*

11 *Hipotheca tacita legalis non tollitur ab expreſſa conuentionali.*

12 *Locator habet hipothecam tacitam in bonis inuectis & illatis, etiamſi cauerit ſibi de expreſſa.*

CONSILIVM CCIX.

NON videtur ꝙ Camillus Ferrarius
vexari poſſit hipothecaria actione
ab Anna filia Franciſcæ Ferrarij,
vigore legati ſibi pro dote facti de
aureis quadringentis. In primis
enim licèt Camillus hęres ſit pro tertia parte dicti
Franciſci; ſundum tamen, pro quo nunc moleſta
tur, poſſidet iure prælegati ſibi ab eodem facti. &
certum eſt, ꝙ etſi bona teſtatoris ſint tacitè obliga
ta pro legato: tamen hoc procedit in bonis, quę te
ſtator non legauit; at in bonis alij legatis, non da-
1 tur legatario † quãtitatis hipothecariæ, vt eſt tex.
in l. ſi fideicõmiſſorum, in fi. ff. vt in poſſeſ. legat.
facit text. in l. procurator, §. penult. ff. de tributor.
& ita dicit gl. in l. 1. in ver. in multis, C. commu. de
legat. ne alij detrahatur, quod vni conceditur. &
ibi dicit Bald. quòd hipothecaria competit ſuper
rebus nõ legatis, & nu. 22. dicit, ꝙ pro legato vni
facto non competit ſuper re alij legata. & nu. 26.
dicit, ꝙ ſpecie vni relicta, & quãtitate alij, erit ſpe-
cies obligata pro quantitate, & cum ea glo. tranſit
Salic. ibi, num. 3. Caſtr. Iaſ. & alij in fi. & procedit
hoc ẽt ſi nihil aliud eſſet in hæreditate, præter fun
dum prædictum, quia legatum ſpeciei non dimi-
nuitur per legatũ quantitatis, imò nec per aliud le
gatũ ſpeciei. Ita Bal. in l. ſi vero, §. 1. ff. de teſta. mi
lit. quibus verbis datur intelligi, quod legatũ fun-
di non recipit diminutionẽ legis falcidiæ ꝑ ꝑ lega
tũ quantitatis, & omni caſu ſi nihil aliud eſſet in
hæreditate, ipſum quoque legatũ filiæ factum di-
minuendũ eſſet pro rata, l. ſi quis teſtõ, §. apud Iu
lianũ, ff. de leg. 1. vbi Bald. dicit non attendi quod
vnum legatũ ſit alteri poſterius in ordine, ad idẽ
eſt tex. in l. quærebatur, in prin. ff. ad leg. Falcid.

Secũdò, vt hipothecaria detur pro dicto legato
cõtra Camillum prælegatariũ, fieri deberet excuſ-
ſio, quia regulariter non competit hipothecaria
2 † ſine excuſſione, gl. & Doct. in auth. hoc ſi debi-
tor, C. de pignor. dixi in conſ. 4. nu. 35. & Neguſ.
in 2. mem. 8. par. nu. 21. in tract. pignor. reproban
do Are. dicit procedere etiam in ea, quę datur pro
legatis, ut requiratur excuſſio, allegat Bart. Alex.
& Corn. Calcan. in cõſ. 29. n. 6. Natta in cõſ. 330.
in fi. Cęph. in cõſi. 98. nu. 8. Caualcan. in tract. de
vſufruc. mulie. reli. nu. 15. & Neguſ. loco prędicto
dicit, in tantum hoc procedere, ut uerum ſit etiã,
quando agitur contra unum ex pluribus hęredi-
bus, vt contigit in præſenti caſu.

Tertiò ſi poſſet dari hipothecaria cõtra Camil
lũ legatariũ, deberet poſſe cõueniri ſolũ pro tertia
3 † portione, pro qua eſt hęres, l. 1. C. com. de leg.
ubi Bar. dicit eſſe ſpeciale in hipothecaria, quę da
tur pro legato, ut cõpetat ſolum pro portione hę-
reditaria, Bal. nu. 17. dicens, ideo eſſe, quia incipit
obligatio in pluribus perſonis hęredum, & in ſen-
ſu diuiſo: ſecus eſt, quando incipit in ꝑſona unius
promiſſoris, & in ſenſu coniuncto, Caſtr. num. 9.
quia ex quo obligatio incipit in perſona cuiuſ-

que

que hęredis, quælibet portio remanet obligata ꝓ
ea parte tantũ, pro qua eſt obligatus ille, cuius eſt
portio, Iaſ. in l. cũ q res, in fi. C. de procu. vbi alle-
gat Cyn. Iac. But. Bar. & Sal. idẽ uoluit Neguſ. de
pign. in 4. mem. 2. par. n. 160. cõmenſuratur enim
perſonali actioni, qua hæredum quilibet tenetur.

Nec etſi plurimum ſtringere videantur, exiſti-
mo tamen uerior ẽ eſſe contrariã partẽ: Nã pro le
gato indubitatũ eſt, cõpetere actionem hipotheca
4 riam, & bona eſſe tacitè obligata, † vt eſt tex. in l.
1. C. com. de leg. ubi omnes Doctores notãt, §. no-
ſtra, Inſt. de leg. ponunt Doctores in l. 1. ff. de leg.
1. Ale. in conſ. 98. nu. 5. uol. 2. alios citat Didac. in
c. Raynutius, §. 10. n. 2. de teſt. Caual. de uſuſruc.
mulie. reli. nu. 10. & procedit, etiam ſi teſtator u-
nam rem obligaſſet pro legato, quia non per hoc
cenſetur prohibuiſſe aliarum obligationum, Bal.
l. 1. col. 3. uer. quęro, ſi teſtator, C. comm. de legat.
Rom. in ſing. 598. vbi allegat textum, quem dicit
ſingularem in l. fundus, ff. de annu. leg. Negu. in d.
tract. in 4. mem. 2. par. princip. nu. 157. quia ſecun
dum eum, hæc obligatio legalis, eſt ordinatium re
medium, quod non tollitur per prouiſionem ho-
minis, Ripa in l. 1. in fin. ff. de leg. 1. ubi tamẽ dicit
excutiendum eſſe primò ſpecialem hipothecã an-
tequàm agatur ad alia bona teſtatoris. facit quod
Iaſ. ponit in §. item Seruiana, Inſt. de actio. n. 67.
uigore autem hipothecæ & obligationis prædictę
poteſt legatarius capere omnia bona obligata, q a
hoc eſt regulare quod in hipothecaria fit miſſio
non pro debiti menſura, ſed in omnibus bonis o-
5 bligatis, † ut tenet glo. expreſsè in l. cum qui res,
in uerſi. poſſeſſionem, C. de procurat. & in auct. ei
qui, C. de bon. author. iud. poſſid. ubi not. Bald. &
hoc etiã uoluit Cyn. in l. cum proponas, q. 16. C.
eodem tit. glo. in §. ſi uerò, ubi Ang. in Authen. de
exhib. reis, Bar. in l. Fulcinius, in uer. item uidea-
mus, ff. ex quibus cauſ. in poſſ. eat. & hãc eſſe com
munem omnium opinionem, inquit Ale. in conſi.
4. nu. 22. uer. & dato, uol. 2. Iaſ. in d. l. eum, qui res,
in fin. & dicit Bald. in d. l. 1. C. comm. de leg. quod
regulatiter pro minima parte debiti tota res eſt o-
bligata, allegat l. in exequutione, §. pro parte, ff. de
verb. oblig. & in l. ſi reſiduum, ff. de diſtract. pign.
& poteſt creditor unam rem eligere ex pluribus
obligatis, l. creditores, ff. de diſtract. pign. etiam ſi
ea poſſideatur a tertio, Specul. in titu. de oblig. &
ſolut. §. 1. nume. 46. Bar. in l. Moſchis, num. 1. ff. de
iure fiſci, ubi dicit, quòd ex pluribus poſſeſſorib.
rerum obligatarum poteſt creditor eligere, quem
uelit conuenire, quia pro paruo debito tota res eſt
obligata, ſequitur Alexan. Iaſ. d. §. item Seruiana,
nu. 62. ibi Neguſ. d. tract. in 2. mem. 8. par. num. 4.
eodem modo datur hipothecaria inſolidum con-
tra unum ex poſſeſſoribus bonorum obligatorũ,
quia res quælibet eſt inſolidum creditori obliga-
ta, l. 1. C. ſi unus ex pluribus hæred. cred. Neguſ.
in 1. mem. 8. par. num. 48. ubi ſubdit quod niſi to-
tum debitum ſoluatur, nulla res obligata libera-
tur: & quod eſt uerum nedum contra hæredem
debitoris, ſed etiam contra tertium poſſeſſorem.

Quibus ſic firmatis, nõ obſtat quod bona alijs
legata non cenſeantur obligata pro legato quanti
tatis; quia hoc eſt verũ, quando hæreditas eſt ſol-
uendo: ſed vbi nihil aliud eſt in hæreditate, præter
6 fundum † ſeu ſpeciem, tunc fit contributio, & le-
gatarius quantitatis ſuper fundo alij legato aſſe-
quitur portionem ſuam, eſt tex. in l. quęrebatur, ff.
ad leg. Falcid. vbi no. Ang. in fi. ver. ſecundo, quã-
do vni legatur. & ibi reprobat Bal. contrariũ tenẽ-
tem in d. l. ſi verò compoſita, dicens quod nõ fuit
racordatus illius tex. & quod pulchra eſt quæſtio,
ſequitur ibi Caſt. in lect. Bonon. Alex. latè agens,
nu. 5. vſque ad finem, vbi inquit opinionem iſtam
æquiorẽ eſſe, & reprehendit Bal. & Caſtr. ibi in le-
ctura Patauina contrarium tenentes. hoc etiã vo-
luit Bal. in l. 2. §. 1. ff. de condi. indeb. Caſtr. in l. 1.
in fi. C. commu. de leg. vbi etiam Iaſ. nu. 8. in fin. li
cèt non audeat firmare, Neguſ. d. 4. memb. 2. par.
nu. 160. ver. quartò limita.

Et quamuis regulariter vtrunque legatum mi
nuatur pro rata, tamẽ fallit in legato facto pro do
te filię, quia illud præfertur, & detrahitur ante om
7 nia tanquam æs † alienũ, vt concludit Bart. in l. 2.
§. ſi ſponſa, ff. de priuileg. credit. vbi ait ꝙ relictum
pro dote filiæ nupturæ detrahitur ante alia, ſi bo-
na non ſufficiunt pro cæteris legatis, quia onus do
tandi ꝑtinet ad patrẽ, l. q liberos, ff. de ritu nup. ſe
quitur Ripa, d. §. ſi ſponſa, n. 13. & quãuis Bar. lo-
co prędicto non loquatur explicitè in legato: cum
tamen ita intelligit Caſtr. ibi, nu. 4. dicẽs, quòd le-
gatũ factum filię pro dote, deducitur ante alia tan
quam æs alienũ. & idẽ dicit de legato ad pias cau-
ſas, quia nõ ſubiacet falcidię, Bal. Nouell. in l. 1. n.
471. ff. ſolu. matri. vbi ait eſſe notandum, ꝙ legatũ
dotis præfertur cuicunque alij, & non patitur di-
minutionẽ falcidię: & nouiſſimè ita concludit Ro
lan. in conſ. 25. nu. 21. vol. 4. allegando Alc. & Nat
tam, vbi probat quòd ſi hæreditas non eſt ſoluen-
do, legatum dotis integraliter debetur ante om-
nia alia legata; atque ita declarat, l. in teſtamento,
§. apud Iulianum, ff. de leg. 1. & ita reſpondet ad l.
quærebatur, ff. ad leg. falcid. & hoc eſt notandum,
quia Caſt. & Iaſ. in d. l. 1. C. com. de lega. non ſunt
recordati de hac deciſione pro ſui dicti declaratio
ne, ſicut etiam cæteri ſupra immediatè citati.

Quod verò attinet ad excuſſionem, aduerten-
dum eſt, quod vbi principalis debitor cõuenitur,
non poteſt opponere exceptionem excuſſionis, er
8 go nec etiã vnus ex hæredibus † debitoris, vt pro-
bat Bar. poſt gl. in l. mulier, ff. qui potior. in pigno
re hab. dicens eſſe notandũ, ꝙ ſi vnus ex pluribus
hæredibus debitoris poſſidet pignus, & conuenia
tur hipothecaria, nõ poteſt opponere, ꝙ excutian-
tur alij hæredes. & ratio eſt, quia conuentus eſt
vnus ex debitoribus, ideo ſi poſſidet conuenitur
ante excuſſionem, & illum textum cum gloſ. dicit
ad hoc notabilem Bal. in authent. ſed hodie, nu. 2.
C. de actio. & oblig. vbi nume. 1. idem dicit, quan-
do cõueniretur tertius poſſidens nomine debito-

ris,

ris, ſequitur Roderic. in l.quoniam in prioribus,
in 7.ampliat.nu.8.C.de inoff.teſt. dicens eſſe per
petuò notandum in practica, & multoties habuiſ
ſe in facto in multis cauſis,& cōſequutū fuiſſe ho-
norē & pecunias,idem Roder.in l. poſt rē iudica-
tam,in declaratione legis regni, poſt octauam am
pliationē,nu.14.ff.de re iud. vbi dicit, ꝙ ille caſus
eſt ſingularis, & multoties obtinuiſſe in cauſis ar-
duis, & hoc in conuentionali hipotheca tenet Ne
guſ.nihil tamen allegans,præter l.creditoris,ff.de
diſtract.pign.in 1.mem.8.par.nu.21.ver.aut quæ
rimus,an legatarius, Phanuc. in tract. de inuētar.
p.5.nu.86.& hoc ipſum videtur voluiſſe in conuē
tionali,Bal.d.l.1.nu.17.C.com.de leg.dum loquē
do de cōuentionali,dicit ꝙ, quia incipit in perſo-
na vnius promiſſoris, datur in ſolidū pro vna re,
innuens quod tunc non requiritur excuſſio.ſequū
tur alij citati in 3.argumento partis contrariæ.

Nec refragatur quòd hoc procedat in hipothe
catia conuentionali; at ſecus in ea legali, quæ da-
tur pro legato, quæ competit proportionabiliter
pro ea portione,pro qua quiſque eſt hæres,nō vl-
tra,vt eſt dictū in tertio fundamento aduerſantis.
Reſpondeo enim dupliciter: primò,quòd etſi pro
legato detur hipothecaria ſolū pro ea parte, pro
qua eſt quis hæres: tamen hoc eſt verū, quādo rē
obligatā poſſidet ſolū pro ſua portione,quia tunc
non conuenitur, niſi pro ea portione pro qua eſt
hęres, & ſoluendo pro ſua parte liberat totā ſuam
portionē,quod ſecus eſt in alia hipotheca, in qua
vnus ex hæredibus, qui ſolueret ſuam portionem
debiti,non liberaret portionem ſuam hæreditatis.
at ſecus eſt, quādo hæres pro parte integrè poſſi-
det vnā rē hęreditariam; puta,quæ tota ſibi obue-
9 niſſet in diuiſione:is enim poſſet † in ſolidū pro to
ta re conueniri,& ſoluendo partē,liberat pro par-
te tantum.ita pulchrè & notabiliter declarat Caſt.
in l.1.nu.1.verſi. & hoc vult iſte textus,ibi,ſi enim
aliqua res ex diuiſione perueniret ad vnū, poſſet a-
gere hipothecaria pro tota re contra eum &c. C.
com.de leg.nec alium vidi,qui ita planè declarat.

Secundò reſpondeo, quòd cx quo legatum in
præſenti controuerſia eſt factum Annæ pro dote
datur hipotheca non ſolum quæ generaliter com-
10 petit pro legatis,ſed etiam ea, quæ a lege † tacitè
inducitur pro dote, l.vnica,§. & vt plenius, ff.de
rei vxor.actio. Bar.& Doct.omnes in l.1.ff.ſoluto
matrim. Bald.Nouell.in tracta.dot.par.12.colum.
5.Neguſ.in tracta.pignor. in 4.mem.2. par.num.
24.& ſeq.hæc autem quæ pro dote competit, reti
net naturam ſuam, & datur non proportionabili-
ter,ſed in ſolidum ad vnumquodque corpus obli-
gatum,& contra vnumquemque hæredem, quia
ſpeciale eſt in ea, quæ pro ſimplici legato datur,
vt ſupra dictum eſt:& non eſt mirum quòd dupli-
ci ex cauſa bona poſſint eſſe hipothecata, & vna
cauſa aliam non tollat. Nam vidimus ſupra,quod
ſpecialis hipotheca ordinata a teſtatore non tollit
generalem a lege inductam, ſecundum Bald.in d.
l.1.C.commun.de legat.Rom.& alios in prin. cita
11 tos.ſimiliter vidimus,quòd tacita hipotheca † le-
galis non tollitur per expreſſam cōuentionalē, gl.
Io.in l.fin.in ver.contentam, in fin.C.de pact.con
uen.vbi hoc expreſsè tenent Cyn. Bal.& Sal.idem
Sal.in l.aſſiduis, in 7.q.C.qui potio. in pig.habe.
Alc.in conſ.58.nu.3.vol.7.& hāc dicit communē
& defendit ab impugnationib. Neg.d.4.mem.2.
par.n.83.& ſeqq.idē eſt in locatore,ꝗ etſi expreſ-
sè ſibi caueat de hipotheca ſuper bonis inuectis &
12 illatis, † nō tamē pro hoc videtur recedere a taci-
ta legali, Dyn.in §.itē Seruiana, Inſt.de actio.vbi
etiā Aret.in 3.col.ver.quid ſi locator, Ioan.Fab.&
Iaſ.n.68.qui citat Bal.Neguſ.d.4.mem.2.par.nu.
91.vbi dicit communem. ergo idem erit in tacita,
quę poterit duplici ex cauſa oriri, ideſt ratione do
tis,& ratione legati, nec vna tollet aliam cauſam.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus habet vtilia iura cum effectu.*
2 *Dominus non poteſt dare tutorem pupillo in terra Baronis.*
3 *Dominus non poteſt dare conſultorem Iudici deputato a vaſallo.*
4 *Imperator non pōt legitimare in Ducatu Mediolani.*
5 *Vaſallus ſubinfeudans nullum retinet dominiū, nec poſſeſſionem. limita, vt nu.44.*
6 *Statuere eſt iuriſdictionis.*
7 *Iuriſdictio cenſetur conceſſa priuatiuè, non cumulatiuè. contra, nu.56.*
8 *Vaſallus inueſtitus de iuriſdictione, poteſt ſtatuta condere.*
9 *Vaſallus prohibet, ne quis extrahat bladum de ſua iuriſdictione.*
10 *Vaſallus prohibet, ne ſubditi litigent coram alio Iudice.*
11 *Vaſallus prohibet delationem armorum.*
12 *Vaſallus cōpellit homines ad cuſtodiam tēpore peſtis.*
13 *Vaſallus interdicit, ne quis ingrediatur fundum ſuū.*
14 *Vaſallus præcipit ſubditis, ne domicilium in alium transferant.*
15 *Vaſallus iubet, ne forenſis recipiatur, niſi oſtendatur Iudici.*
16 *Vaſallus vaſalli mei, non eſt vaſallus meus.*
17 *Statutum non ligat, niſi ſubditos.*
18 *Princeps non exercet plenitudinem poteſtatis contra non ſubditum.*
19 *Regalia poſſunt vaſallo concedi a Principe.*
20 *Regalia reſeruata poſſunt concedi.*
21 *Princeps non poteſt ſtatuere in locis infeudatis.*
22 *Dux Montisferrati poteſt in eo ſtatu quantum Imperator in Imperio.*
23 *Imperator communicare inferiori poteſt plenitudinem illam poteſtatis, quæ eſt ſupra ius.*
24 *Dux creatus habet ipſo iure Imperatoris iura.*
25 *Legem condit ſolus Princeps.*
26 *Decretum Montisferrati de lucro dotis, locum habet in terris infeudatis.*
27 *Decretum Montisferrati, quòd in criminalibus non ſeruentur ſtatuta, procedit in locis infeudatis.*
28 *Proœmium arguit cauſam finalem.*

Vtili-

29 *Vtilitatis publicæ ratio multa inducit contra iuris regulas.*
30 *Vtilitas publica maior præfertur minori.*
31 *Dominus poteſt ponere cuſtodes in caſtro infeudato.*
32 *Dominus ex cauſa pacis poteſt capere caſtrũ vnius, & dare alteri.*
33 *Princeps poteſt tempore belli imponere collectas ſubditis vaſallorum.*
34 *Cauſa iuſta ſemper præſumitur in Principe.*
35 *Cauſam ſubeſſe creditur Principi atteſtanti.*
36 *Princeps in terris infeudatis non poteſt ea exercere, quæ vaſallo conceßit.*
37 *Vaſallus non poteſt ſtatuere contra ius commune.*
38 *Vaſallus ſtatuit contra ius commune ex cauſa iuſta.*
39 *Vaſallus non poteſt ſtatuere, quòd non appelletur ad ſuperiorem.*
40 *Dominus prohibere poteſt cuique ingreßũ ſui fundi.*
41 *Cur. ſen. in conſi. 73. reprobatur.*
42 *Legitimandi facultas eſt de reſeruatis Principi.*
43 *Vaſallus quando ſubinfeudat, retinet quoddam quaſi vtile dominium.*
44 *Vaſallus ſubinfeudans ſi deijciatur, poterit vendicare feudum a deiectore.*
45 *Subinfeudatus ſi propter delictum priuatur feudo, applicatur Baroni ſubinfeudanti, non Regi.*
46 *Subinfeudans ſi feudum refutet in manu domini, ſubinfeudatio reſoluitur in totum.*
47 *Princeps præcipit ſubuaſallo, ne ſubditos trahat extra territorium.*
48 *Iura paßiua non poſſunt cedi inuito creditore.*
49 *Superioritas quando eſt reſeruata, infeudans cognoſcit cauſas appellationum.*
50 *Superioritatis reſeruatio, quid contineat.*
51 *Princeps concedens caſtrum cum omni iure ſuo, non tribuit ius regium.*
52 *Bero. in conſi. 74. vol. 1. reprobatur.*
53 *Subditi Baroni, dicuntur etiam ſubditi Regi ratione generalis iuriſdictionis.*
54 *Princeps ratione generalis iuriſdictionis poteſt exigere fidelitatem ab hominibus infeudatis.*
55 *Imperator non poteſt in totum a ſe abdicare ſuperioritatem.*
56 *Iuriſdictio cenſetur cumulatiuè conceſſa.*
57 *Merum Imperium maximum, non venit conceſſo ſimpliciter mero Imperio.*
58 *Regalia non veniunt, niſi fiat de eis expreſſa mentio.*
59 *Regalia reſeruata non veniunt in conceßione, etiam ſi actus aliter expediri non poteſt.*
60 *Regalia reſeruata non veniunt conceßis regalibus.*
61 *Regalia reſeruata, quando conceduntur, exercentur cum diſcretione, non cum eadem plenitudine poteſtatis.*
62 *Regalia reſeruata non poſſunt concedi in præiudiciũ ſucceſſorum.*
63 *Boſſ. de pœn. nu. 07. improbatur.*
64 *Princeps cõdendo legem generalem, tollit ius priuatorum.*
65 *Princeps auferens per viam legis rem priuati, non ſoluit pretium.*

CONSILIVM CCX.

NE quid deeſſet ad perfectam arcis Caſalenſis, & aliarum, quæ plures ſunt in ducatu Montisferrati, munitionẽ, Sereniſs. Dominus Dux edixit, ne quis auderet, præter electum nitrum, ſeu (vt vulgus appellat) ſalnitrũ colligere in toto Ducatu etiã in proprijs domibus, neuè quis deputatum prohiberet, vel modo aliquo impediret in collectione: ex eo enim puluis conficitur ad vſum tormentorum. inſurrexerunt multi ex vaſallis dicentes, non licuiſſe tale edictum facere in locis infeudatis, & præcipuè his, in quibus vaſalli habent regalia, & eorũ contradictionis ratio plura videtur fundamenta continere. Primò, quia vaſalli in locis, de quibus ſunt inueſtiti, ha-
1 bent vtilia iura † cum effectu, vt inquit Bal. in l. 1. q. 43. n. 35. ff. de rer. diuiſ. Mart. Laud. in tract. de Princip. in t. rub. concl. 138. Card. Alexan. in prælud. feud. col. 7. circa med. ideo non poteſt dominus feudi ſtatuere, vel edicta in his locis facere.

Secundò facit, quod ponit Ioan. Fab. Inſtit. de Attiliano tuto. in prin. vbi ait, quod dominus non
2 poteſt in terra Baronis dare tutorẽ † pupillo, nec actum aliquem facere iuriſdictionalem, niſi vaſallo negligente, allegat not. in c. paſtoralis, de off. ordin. & in c. Romana, eo. ti. in 6. vbi habetur, ꝙ Archiepiſcopus nõ põt exercere iuriſdictionẽ in diœceſi cõmiſſa epiſcopo ſuffraganeo, & eũ ſequitur Curt. iu. in conſ. 2. in prin. ver. & ideo dixit Bero. in conſ. 74. n. 10. ver. accedat id, vol. 1. vbi allegat Alex. Iaſ. & Cur. ſen. Soc. iu. qui in eodẽ caſu ſcripſit, in cõſ. 126. nu. 5. vol. 3. Gram. ĩ deciſ. 30. Rol. in conſ. 48. nu. 23. & in conſi. 78. nu. 6. vol. 2.

Tertiò adducitur id, quod voluit Curt. iun. in d. conſ. 2. vbi concludit tunc Marchionem, & nũc
3 Ducem Montisferrati, non poſſe dare † Conſultorem Iudici deputato per vaſallum in loco de quo eſt inueſtitus, Boſſ. in ti. de Princip. nu. 282. Rol. in conſi. 78. n. 7. vol. 2. Natta in conſ. 408. vbi hãc ſententiam comprobat alijs rationibus, & ampliat etiam ſtante contraria cõſuetudine, & mouentur omnes ea præcipuè ratione: quia cũ Princeps mãdat officiali alicuius vaſalli quod iudicet cum conſilio alterius, dicitur eũ impedire in exercitio ſuæ iuriſdictionis, quia qui in actus expeditione ſequi tenetur conſilium alterius, non poteſt actum liberè facere: dominus autẽ impedire non poteſt ſeu datariũ in adminiſtratione cõceſſæ iuriſdictionis.

Quartò facit id, quod tenuit Cur. ſen. in conſi. 73. ſuper memorata, col. 28. ver. quintò principa-
4 liter, vbi determinat, quod Imperator † non poteſt in Ducatu Mediolani quẽquam legitimare, quia creãdo eum Ducem, tranſtulit Imperatoriã poteſtatem in eum, nec poteſt de ſubditis ſuis aliquo modo ſe intromittere, quia Dux habet iura vtilia cum effectu vtilitatis, allegat Bald. in d. l. 1. ff. de rer. diuiſ. & eum ſequutus eſt Iaſ. in cõſ. 70. colum. penult. verſ. confirmo etiam, volum. 3. Socin.

cin.iun. in dicto conſil. 126.nume.22. volum.3.
Quintò clarum eſt Sereniſſimũ Dominũ Du-
cem habere in feudum Ducatum Montisferrati a
Cæſare, & per dictam conceſſionem directum do
minium eſſe penes Cæſarem: vtile vero dominiũ
fuiſſe tranſlatum in prędictũ Dñum Ducẽ: atque
ideo cum Dux loca prædicta, in quibus vtile tan-
tum habebat dominium, conceſſerit in feudum
5 vaſallis, dicitur a ſe abdicaſſe vtilitatem † omnem,
& poteſtatem, q̃ habebat, vt probatur ex gl. in l.
vnica, C. vti poſſidetis, vbi dicit, qđ ſi quis caſtrũ
cõcedat alij ĩ feudũ, poſſeſſio ciuilis remanet apud
concedentem: naturalis verò tranſit in recipientẽ.
& ideo ſi primus inueſtitus ſubinfeudet alijs, vtile
dominium, & poſſeſſio naturalis tranſibit in vlti-
mum, & intermedij vaſalli nullam habent poſſeſ-
ſionem, non quidẽ ciuilem, quia illa remanſit pe-
nes concedentẽ, nõ etiam naturalem, quia illa trã
ſiuit in vltimum, & illã ſequſitur Iac. But. & Cyn.
nu.10. ver. additio tertio. vnde ſi ex mille interme-
dijs vaſallis vnus deijceretur, nullum illi poſſeſſo-
rium remedium daretur ad recuperãdum poſſeſ-
ſionẽ, vt ibi dicit Cyn. qui allegat, id q̃ dicitur de
ceſſionario, qui ſi cedat alij ſua iura, nihil reliqui
retinet, l. 1. §. de illo, ff. ad Treb. Salic. n. 40. q ſub
dit quod ita tenent Doct. & ita in propoſito con-
cludit Bero. in conſi. 74. nu. 7. vol. 3. dicens, quod
Dux Ferrariæ infeudando locum Scandigliani,
quod ipſe recognoſcebat ab Imperatore, ptiua-
tur omni iure, q̃ habebat in eo loco, nec poteſt ibi
iuriſdictionem, vel poteſtatem exercere.
Sextò ſtatuere eſt iuriſdictionis, & dependet a
6 iuriſdictione, † l. nulli, C. de ſent. & interloq. omn.
iud. gloſ. in l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. Bart. in l. om-
nes populi, vbi Cacial. n. 8. ff. de iuriſdic. omn. iud.
Barbat. in rubr. C. qui admit. In repet. nu. 284. ſed
quam habebat Dux iuriſdictionem, iam tranſtulit
in vaſallũ reſpectu loci infeudati: ergo ea, q̃ nõ ha
bet, vti non põt, pręcipuè cũ iuriſdictio in cõceſſio
ne feudi trãſlata cẽſeatur nõ accumulatiuè, ſed pti
7 uatiuè, † quoad dñm concedẽtem, vt inquit Abb.
in c. cæterum, nu. 6. ver. fateor tñ, de iud. qui ait,
quòd dño feudi tribuitur iuriſdictio priuatiuè ad
iuriſdictionem ordinariam, ſaltem data volũtate,
& poteſtate in iuſtitia miniſtranda, allegat cap. ex
tranſmiſſa, & c. ex tenore, de foro comp. & idem
tenent Bal. Præp. Fel. Cur. iun. Bru. & Pariſ. quos
citat Deciſ. Ped. 29. nu. 8. comprobat Rol. in cõſi.
48. nu. 25. vol. 2. & præter eos hoc voluit Soc. iun.
in d. conſi. 126. nu. 3. vol. 3. vbi tenet, qđ Princeps
remaneat omnino priuatus facultate cognoſcendi
cauſas in locis, quę conceſſit alij in feudum, & prę-
dicti omnes conſtituunt differentiam inter cõceſ-
ſionem iuriſdictionis, quæ fit per viam delegatio-
nis, & eam, quæ fit ratione feudi, quia primo caſu
concedens cõcurrit cum delegato, ſed aliud eſt in
ſecundo: ergo Principi cõcedenti ſi quid tẽtet fa-
cere in loco infeudato, obijci poterit defectus ceſ-
ſionis factę vaſallo, uti dicimus in ſimili, de eo, qui
ceſſit alij ius ſuum: is enim agere non põt Crau. in
conſi. 166. in fi. vbi inquit q̃ tertius opponere po
terit de ceſſione facta. & dicit idem Crau. in conſi.
191. nu. 3. quòd ſi debitor ceſſus cõueniatur a ce-
dente, poterit dicere, Amice tu ceſſiſti alij ius tuũ.
q̃ ſi id licet tertio, licebit multo magis & in quem
ius eſt tranſlatum: renunciantibus enim iura ſua,
non datur regreſſus, l. quæritur, §. ſi venditor, ff. de
ędil. edicto, l. Herennius, in princ. ff. de euictio. glo.
in l. quotiens ab omnibus, C. de fideic. idem eſt in
hærede grauato onere fideicõmiſſi, qui poſt reſti-
tutam hæreditatem non põt experiri actionibus
hæreditarijs, l. in teſtamento, C. ad leg. falcid.
Septimò facultas ſtatuendi ſpectat ad vaſallũ,
qui ex quo eſt inueſtitus cũ iuriſdictione, poteſt
8 ſtatuta † condere, vt per Barto. & alios in l. omnes
populi, ff. de iuſt. & iu. cõſtituuntur enim rectores
perpetui, vt ibi dicit Bart. & ſequitur Alex. Socin.
Aſſl. & Dec. quos refert Rolan. in conſ. 3. nu. 21.
vol. 2. Natta conſi. 240. nu. 5. & ideo ordinare põt
9 vaſallus, ne quis de ſua iuriſdictione † extrahat
bladũ, vel alia ad victũ neceſſaria, ut dicit Signo-
ro. in conſi. 108. col. fin. Rol. in d. conſi. 3. nu. 17.
poteſt etiam facere legem, ne ſubditi ſui litigent
10 † coram alio Iudice, quam eo quem ipſe deputa-
uit, ſecundum Innoc. in c. cæterum, de iudic. Butr.
in c. ex tranſmiſſa, in 5. & 6. not. de præſcr. Rom. in
l. 1. §. & poſt operis, nu. 20. ff. de oper. no. nũc. So-
cin. in c. ſignificaſti, col. 20. uer. & aduerte, de foro
comp. Deciſ. Ped. 78. num. 12. poteſt item interdi-
11 cere armorum delationem, † Luc. de Pen. in l. 1.
col. fin. ver. econtra, C. ut uſus armorũ, lib. 11. Ro-
lan. d. conſi. 3. nu. 21. & per totũ conſilium, & an-
te eum Crau. in conſi. 314. quem citat Menoc. de
arbitr. iudic. caſu 394. nume. 25. ſicuti etiã com-
pellere homines ad excubias, & uigilias tempore
12 † peſtis, ut ponit Guido Papæ in deciſ. 631. num.
10. i 5. dub. ſequitur Ripa de remed. ad cõſeruan.
uberta. num. 292. & poteſt interdicere ſub pœna
13 ne quis ſuum fundum ingrediatur, † Dec. in conſ.
199. nu. 3. Brun. in conſi. 101. Natta in conſi. 550.
Rolan. d. conſi. 3. num. 19. quanquam id uideatur
licere etiam priuatis perſonis, per tex. in l. ſi ita, §.
dominus proprietatis, ff. de uſu, & habit. quẽ ad
hoc citat Boer. in deciſ. 212. num. 9. in fi. & poteſt
ſubditis prohibere ſub pœna, ne in alium locum
14 transferant habitationem, † ut uoluit Barto. in l.
fin. ff. de decret. ab ord. facien. & ita tenẽt Rom.
Abb. & Socin. quos refert, & ſequitur Socin. iun.
in conſi. 76. nume. 34. in 3. uolum. & in conſi. 76.
nu. 16. & ſeqq. uol. 4. ubi ſubdit q̃ eadem ratione
reuocare poterit ad priſtinam habitationem eos,
qui iam receſſerũt. Similiter edicere poteſt ne quis
audeat ſub pœna forenſem recipere, niſi cũ oſten-
15 dat † officiali, ut poſt Ang. in §. ſi uerò aliqui, in
Authen. de quæſtio. dicit Bru. in conſi. 204. In 2.
vol. ſi igitur ſtatuendi facultas eſt in uaſallum trã-
ſlata a Principe inueſtiente, non uidetur quòd ea
Princeps, qui conceſſit, uti poſſit in eo loco.
Octauò id maximè locum uendicare debet in
his, qui ſunt inueſtiti cum hominibus & fidelita-
tibus

tibus hominum: quia ſicuti de re conceſſa non po
teſt Princeps diſponere, ita nec de hominibus in-
feudatis, præcipuè cum hi dici poſſint non ſubditi
Principi, quia vaſallus vaſalli mei, non eſt vaſallus
16 † meus, vt dicit gl.fi.in c.legitur, 81.diſt.& in l.de
acceſſionibus, in ver.debet, ff.de diuer.& tẽp. præ-
ſcrip.& dominus non põteſt cõpellere ad ſibi ſer-
uiendum, qui habet feudum a ſuo vaſallo, gl.in c.
1.in ver.ſimiliter, de lege Corradi, & in c.1.§.fin.
de controuer.inueſtit. vbi Iacob.Beluiſ. Hern. &
Laud. Menoc.conſ.32.nu.38. vbi plura ponit cũ
pluribus ſimilibus, quæ poſſent allegari; & ſi non
ſubditi, vtiq; Princeps non põt in eos iuriſdictio-
nem exercere, quia ſtatutũ non ligat eos, qui non
17 ſunt ſubditi, † vt ponunt Doctores in l.cunctos
populos, C.de ſum.Trinit.præcipuè quãdo loqui
tur in perſonã, vt infinitas allegando authoritates
probat Rol.in cõſ.24.n.17.& ſeq.vol.3.quinimò
etiam plenitudinem poteſtatis Princeps non exer
18 cet contra eum, qui non eſt ſubditus, † vt dicunt
Innoc.& Butr.in c.nouit, de iudic. Doctores in c.
quæ in Eccleſiarũ, de conſt.Soc.in conſi.226.nu.
48.vol.2.& in conſ.20.col.3.ver.3.reſpondeo, in
ter conſ.Curt.ſen.Fel.in d.c.quę in eccleſiarũ, nu.
30.Crau.in conſ.7.nu.9.Natta in conſ.47.in fin.
Alciat.in tract.præſump.reg.3.præſump.8.nu.10.
& ſeq.ad quid ergo ſtatuere, ſi ſubditi vaſalli tali
ſtatuto nõ tenẽtur parere tanquã nõ ſubditi Prin
cipi ſtatuenti? & quomodo in eos poteſt ſtatuere,
in quos nullam exercere poteſt iuriſdictionem?

Nonò indubitata videtur opinio quoad eos,
qui ſunt inueſtiti cũ regalibus: nõ enim eſt dubiũ,
19 quin Princeps concedere † poſſit vaſallo regalia:
hoc enim voluit Rom.in conſ.270.col.2.Cuman.
in conſ.162.cum alijs pluribus congeſtis per Rol.
in conſ.1.nu.15.& ſeq.vol.2.& ſufficit generalis ex-
preſſio, ſecundum Rom.in conſ.271.per totum.&
dicit Caſt.in conſ.354.vol.1.quod cõceſſo Caſtro
cum territorio, cenſetur etiã conceſſa facultas col
ligendi, & expiſcandi aurũ in flumine; & licet non
fiat mentio de regalibus, ſi tamen Princeps in con
ceſſione exprimat aliqua ex regalibus, deinde in
genere dicat, cũ iurib. quibuſcunque, veniunt re-
galia nõ expreſſa, vt inquit Afflict.in tit.de Capit.
qui cur.vend.n.33.Boſſius in tit. de reg.nu.24.&
quãdo Princeps ſimpliciter concedit regalia, cen-
ſetur omnia concedere, quę ſuę perſonę cohęrent,
vt dicit Iſer. in rub. quę ſint reg.col.2.ver. & ſic ſi
Imperator. ſequitur ibi Afflict.n.70.Boſſ.in d.tit.
de reg.nu.55.& nedum regalia, de quibus in c.1.
quæ ſint reg.concedi poſſunt, ſed ea quoque quæ
neralis priuatur quis dominio rei ſuæ , non tene-
tur Princeps ſoluere pretium,Iſern.in c.1.§.ſimili
ter,il ſecõdo, vbi etiam Aſflict.nu.69.de Cap.qui
cur.vend.Alex.in conſi.190.nu.15.vol.2. vbi dicit
plurimum referre,quod ſtatutum fiat contra ſin-
gularem perſonam,vel quod lex condatur genera
lis contra omnes, Dec.in conſi.520.col.fin.ver.&
prædictæ concluſioni,& in c.quæ in eccleſiarũ,nu.
26.ver.ſed hoc intelligitur,de conſt.Ruy. in cõſil.
60.nu.6. ver.nec iſto caſu , vol.5. atque ita tenet,
reprobata opinione Iaſ. Boſſ.in titu.de Princ.nu.
201.& Menoc.in conſi.103.nu.28.

S V M M A R I V M.

1 *Pluribus relictum debetur cuique pro virili .*
2 *Plurium iura, quando peruenerunt ad vnum, poteſt is facere quod omnes potuiſſent.*
3 *Teſtator ſi relinquat ſingulis fratribus cappam , & priori Bibliam, Prior habebit cappam, & Bibliam.*
4 *Aditio vim habet ſolutionis. limita, nu.17.*
5 *Ius accreſcendi non habet locum in legato annuo. ſed contra, nu.11.& 12.*
6 *Clauſula codicillaris operatur quòd legatarius cenſetur grauatus legatum reſtituere grauato .*
7 *Legatum efficitur caducum, quando legatarius prædecedit teſtatori .*
8 *Legatum ab inſtituto cenſetur repetitũ a ſubſtituto.*

Legare

9 *Legare nemo poteſt alicui a ſeipſo.*
10 *Res quando deuenit ad actum, a quo non potuiſſet incipere, vitiatur.*
11 *Ius non decreſcēdi habet locum in legato relicto pluribus re, & verbo coniunctis.*
12 *Ius accreſcendi locum habet in legatis.*
13 *Legatum relictum haredi, & tertio, totum debetur tertio.*
14 *Niſi dictio, affirmat, quando negatiua pracedit.*
15 *Onus iniunctum rei tranſit in quemcunque ſucceſſorem.*
16 *Contraria ſe inuicem eliduat.*
17 *Aditio non habet vim ſolutionis, quando relictum erat a principio nullum.*
18 *Teſtamentum vires ſumit a morte teſtatoris.*
19 *Ius accreſcendi in legato annuo locum habet etiam ſi tam fuiſſet agnitum.*
20 *Clauſula codicillaris nihil operatur, quando voluntas teſtatoris deficit.*

CONSILIVM CCXI.

LAVDABILE eſt deſiderium magnifici Domini Siluij Gambariæ, qui cum magnifico Domino Octauio fratre tam ęquo animo agit, vt pro eo tantum conſulat quod iuſtum eſſe, & æquitati videbitur conuenire: quādo enim magnificus D. Henricus auus paternus codicillos condidit ſupererat Dom. Bernardinus prędictorū Dominorum Octauij, & Siluij frater primogenitus, & ei reliquit palatium cum poderio Mottę, ita tamen quod teneretur cæteris fratribus tradere quinquaginta ſaccos frumenti in ſingulos annos: erant enim tunc quatuor fratres. ſed quia D. Bernardinus deceſſit ſuperuiuente Dño Henrico, & ex ſubſtitutione poſita in codicillis palatiū & poderium prædictū deuenit ad Dñm Octauium primogenitum, dubitatur an ſuperſtitibus duobus teneatur Dom. Octauius præſtare quinquaginta ſaccos, an verò ſolum duas ex tribus partibus eorum. Et poſſet quis tenere, quod duæ tantum partes debeantur: nam legatum prædictū a principio factum fuit tribus fratribus, qui extabāt, quā dictū fuit quod teneretur præſtare cæteris fratribus; er-
1 go cuique ipſorū cenſetur † relictum pro virili, l. nonnunquā, ff. ad Treb. vbi ſi plures vocantur, intelligitur quiſque vocatus pro virili, l. fi. in princ. C. de impub. Doct. in l. qui cum plures, ff. de vulg. Pariſ. conſ. 4. nu. 8. vol. 3. & idem eſt in contractibus, l. ſi fundus, §. ſi duo, ff. de pign. l. aliena res, §. ſi pluribus, ff. eod. tit. & latè probaui in conſ. 150. nu. 34. & ſeq. atque ita Dom. Siluius non poteſt vltra ſuam virilem portionē petere, habito reſpectu ad numerum fratrum, qui tunc extabant.

Secundò facit pro Dño Octauio, quia in eo duplex ius conſiderādum eſt; primum ex quo eſt primogenitus, debet habere palatium & poderium: quatenus uerò eſt vnus ex fratribus, cui a principio factum fuit legatum frumenti, debet habere ſuam portionē in illis ſacchis quinquaginta, nec ei diminui debet ſua portio, quia ex poſt ſucceſſerit in bonis primogenituræ: vbi enim iura pluriū
2 deueniūt ad unum, poteſt ille ſolus facere, † quod omnes poterant, ut eſt tex. in l. ſi mihi & Titio, in prin. ubi Bar. Bald. Ang. Alex. Aret. & Iac. notant, ff. de leg. 1. Soc. in l. cum filio, num. 28. vbi Crau. nu. 396. quare ſicuti ſi perſona grauati eſſet alia a perſona honorati, ſoluendum eſſet legatū pro tertia parte tantum Domino Siluio: ita quando iura grauati, & honorati reſident in perſona vnius tantum, is conſequetur partem emolumenti.

Tertiò adduci poteſt pro Domino Octauio id, quod ponit Bar. in l. ſi doli clauſula, ī fi. ff. de verb. obl. & in l. ſi ſeruus, ff. de ſtipulat. ſeruo. nu. 2. ubi
3 inquit quod ſi teſtator † relinquat ſingulis fratribus ord. Prædicatorum cappam unā, & eorū Priori Bibliam, Prior conſequetur cappam, & Bibliā, quia genus non reſtringitur a ſpecie, ſi proferuntur in eadem diſpoſitione. allegat not. per Cyn. & Pet. in l. cum quæſtiō, in fi. C. de leg. ita uidetur in propoſito, quod Dom. Octauius habere debeat bona primogenituræ, & partem frumenti legati.

Quartò pro D. Octauio uidetur ī terminis tex. in l. planè, §. planè, ff. de leg. 1. vbi dicitur quod ſi duobus fiat legatum, & ex eis alter ſuccedat hęre-
4 di, qui legatum tenebatur præſtare, † retinebit nihilominus ſuam partē legati, & collegatario præſtabit ſolā portionem: quia licet confuſa ſint iura per aditionem, competit tñ retentio, & confuſio illa uim habet ſolutionis, & perinde eſt ac ſi hæres ſeu grauatus ſibi ſoluiſſet, ut probatur in l. fundo, ff. ad leg. falcid. ubi legatarius ſucçedēs hæredi, uidetur rem habere potius iure legati quam ſucceſſionis. ad idem eſt tex. in l. ſi creditor, ff. de fideiuſ. ubi dicitur quod ſucceſſio uim habet ſolutionis, & ita dicunt Ray. & Rapha. Cuma. quos citat, & ſequitur Alc. in d. l. planè, §. ſi duobus, nu. 1. uer. uel ſecundùm, & Iaſ. nu. 1. ver. aliam rationem.

Quintò facit, qa legatū prædictum eſt annuū,
5 ideo in eo nō habet locū ius † accreſcendi, ut probat Ruy. in conſ. 86. nu. 4. & ſeq. uol. 2. cuius opinionem ſequutus ſum in conſ. 123. nu. 21. & ſeq. reprobando Crot. qui tenuit contrarium; ceſſante autem iure accreſcendi, non poteſt Dominus Siluius petere ultra ſuam tertiam partem ſaccorum quinquaginta, quæ fuit a principio relicta.

Nec dicatur quòd ex quo Dominus Octauius ſucceſſit in ius primogenituræ, non poteſt habere partem in relicto frumenti, quod ipſemet præſtare tenetur, cum alicui nihil poſſit a ſeipſo legari; quia ad hoc reſpondeo extare in codicillis prædictis clauſulam codicillarem, quia teſtator mandat omnia contēta in eis ualere omni meliori modo, cuius clauſulæ uirtus eſt quod legatarius [illegible]
6 grauatus † reſtituere legatum ipſi grauato, ut concludit in terminis Ang. in conſi. 295. punctus eſt, nu. 5. & licet ipſe dubitet, tamen ſequuntur Iaſ. in §. ſi duobus, nu. 6. Pariſ. in conſi. 79. nu. 31. uol. 2. ubi allegat Caſt. Alex. & alios, Rolan. in conſi. 34. nu. 41. uol. 4. Menoc. in conſi. 86. nu. 85.

Quibus

Quibus tñ non obſtantibus, arbitror Domino
Siluio deberi medietatem ſaccorum quinquagin-
ta frumenti,non autẽ tertiam ſolum partem: nam
etſi tpe conditorum codicillorum præter Domi-
num Bernardinum fratrem primogenitum, tres
extarent fratres,tñ tempore mortis Domini Hen-
rici codicillantis, excepto Domino Octauio pri-
mogenito, duo tantum extant fratres, Dominus
ſcilicet Fabricius, & Dñs Siluius; ideo legatũ fa-
ctum fratribus primogeniti inter eos æqualiter,&
in viriles eſt diuidendũ.& cum duo tãtum ſint, in
duas partes fiet diuiſio,d.l.nonnunquã,ff.ad Tre.
Doctores in l.q cũ plures,ff.de vulg.cũ alijs,quos
citaui ſupra in primo fundamento partis aduerſę.
Secundò moueor,quia legatum frumenti qua-
tenus erat relictum Dño Bernardino, euanuit, ex
quo Dñs Bernardinus deceſſit ante ipſum teſta-
torem: ſicuti ẽt euanuit relictum palatij, & pode-
rij Mottæ ſactum eidem Domino Bernardino: ef-
ficitur enim caducum relictum, qñ is, cui factum
7 eſt,decedit † ante teſtatorem,l.vnica,§. & cum tri
plici,ibi,vel viuo teſtatore, C.de cadu.tollen.& ſu
mit vires a perſona Domini Octauij, qui fuit ſub-
ſtitutus primogenito: legata enim ſeu relicta, qñ
efficiuntur caduca vel quaſi, trãſeunt ad ſubſtitu-
tum,ſi extat,d.l.vnica, §. pro ſecundo,in princ. &
ſubſtitutus hoc caſu tenetur agnoſcere onus, qđ
fuerat iniunctum primo inſtituto, quia relictũ ab
8 inſtituto cenſetur repetitum a † ſubſtituto, d. §.
pro ſecundo,ver.ſed omnes perſonas.vbi Bal.nu.
13.dicit quod commodum ſentire non debet,qui
non vult agnoſcere onera annexa, & hoc ipſum,
ꝙ relicta cenſeantur repetita a ſubſtituto, ponit
text. in l.licet Imperator, ff. de leg. 1. l. ſi Titio &
Męuio,§.Iulianus,ff.de leg.2.l.qui fundum,§.qui
filium, ff.ad leg.falcid.l.ſi.ff. de fideicom. hæredi.
& ponũt Doctores in d.l.licet Imperator, vbi Iaſ.
ampliat pluribus modis. & ratio eſt, quia ſi teſta-
tor grauauit primum gradum, quẽ cenſetur præ-
dilexiſſe: multo magis cẽſetur voluiſſe grauare ſe-
quentem,quem minus præſumitur diligere,l. Pu-
blius,§.fi.ff.de condi.& demonſt.ponit Iaſ.in d.l.
licet,nu.15.ſtante autem præſuppoſito quod lega
tum vires ſumat a perſona Dñi Octauij, perinde
eſt ac ſi factum eſſet poſt mortem Domini Bernar
dini,qñ duo tantũ erant fratres; ideo ſacchi quin-
quaginta ſunt diuidẽdi æqualiter inter Dominos
Siluium & Fabritium,cum alij non extent fratres.
Tertiò certum eſt, ꝙ ſi poſt mortem Dñi Ber-
nardini,Dñs Henricus grauaſſet Octauiũ ad præ-
ſtandũ quinquaginta ſactos frumenti cæteris fra-
tribus,non poſset Dñs Octauius in eis participa-
re: ergo intelligi non debet nunc legatum, vt D.
9 Octauius ſit eius particeps, qa legare † nemo põt
alicui a ſeipſo,l.legatum,§.1.l.planè,§. ſi duobus,
l.& quidem totũ, ff.de leg.1.l.Titia, §.1.ff. de leg.
2.quia obligatio actiua,& paſſiua non põt ſtare in
eodem ſubiecto,l.Vranius, in princ. l. frater a fra-
tre,in princ.ff.de cond. indeb. ideo nemo põt eſſe
ſui ipſius debitor,aut creditor propter repugnan-
tiam, & contradictionem, declarat Iaſ. in dicto §.
ſi duobus,nu.quinto, & ſicuti ex poſt fieri hoc nõ
potuiſset,ita non valet factum a principio: quan-
10 do enim res † deuenit ad caſum, a quo nõ potuiſ-
ſet incipere,vitiatur,l.pluribus, §.& placeat, ff.de
verborum obligat.l.fin.ff.de rer.amotar.
Quartò confirmatur, quia Dñs Octauius cum
Dominis eius fratribus dicitur cõiunctus re & ver
bis in ipſo legato frumenti: qñ enim dicitur, lego
tali & tali ſaccos quinquaginta frumenti, tũc pro-
pter coniunctionem prædictam vnuſquiſque vi-
detur inſolidum vocatus: ſed propter concurſum
faciunt inuicẽ partem; ideo ſi portio debita Dño
Octauio vitiatur eo quod illi a ſeipſo non potue-
rit legari, ea applicatur cæteris fratribus,non tam
11 per ius accreſcendi,quàm per † ius non decreſcẽ-
di. ita in terminis ponit Bar.in d.l.planè,§.ſi duo-
bus,n.1.verſ.aduerte tñ,& ibi eum ſequũtur Ang.
Caſt.& Ale. & ratio eſt, quia ius accreſcendi locũ
habet inter coniunctos re & verbis,qñ vnius por-
tio aliquo modo deficit, l.re cõiuncti, vbi Docto-
res,ff.de leg.3.& licet Imola,Cumãn.Aret. & Iaſ.
in d.§.ſi duobus,contrarium velint; tñ eorum opi
nio eſt fauorabilior facto noſtro, quia volunt, qđ
ẽt ſi non ſint coniuncti re & verbis, ſit locus iuri
accreſcendi.& non eſt dubium quin ius accreſcen
12 di locum habeat † ẽt in legatis,l.Mæuio,ff.de leg.
2.l.planè, §.ſi coniunctim, ff.de leg. 1.l. ſi ſepara-
tim,ff.de cond.& demon.dixi in conſ.123.nu.19.
Quintò videtur de hoc caſu eſse textus ĩ termi-
nis in d.l.planè,§.ſi duobus,ff.de leg.1.vbi dicitur
ꝙ ſi qua res legetur duobus,ideſt hęredi & tertio,
13 tota † eſt pręſtanda illi tertio, ex quo legatum in
perſona hæredis non valet, & ibi Bart. Bal. Ange.
Imola, Caſt. Cum. Are. Alex.& Iaſ.dicunt hoc ve-
riſſimum eſse, qñ legatum a principio eſt nullum,
quia tunc perſona hæredis habetur pro non appo
ſita, & res in ſolidum remanet legatario extraneo,
& dicam latius in reſolutione contrariorũ.in præ-
ſenti autem caſu negari non poteſt,quin pro par-
te Domini Octauij legatũ ſit nullum, ex quo ipſe
non poteſt ſibi ipſi legatum pręſtare,ut dixi ſupra.
Poſtremò ex uerbis codicillorum expreſsè cõ-
ſtat,ꝙ D. Hẽricus voluit ſaccos quinquaginta an-
nuos integrè deberi Dñis Siluio & Fabritio, qñ
contingeret D. Octauiũ effici primogenitum; nã
poſtquam D. Bernardinũ honorauit legato pala-
tij cum onere recipiendi cæteros fratres hoſpitan
dos, necnon legato maſſaritij cum onere pręſtan-
di cęteris fratribus ſaccos quinquaginta frumen-
ti, ſubdit ſe dicta bona relinquere ſucceſſiuè cui-
cunq; primogenito vſque in infinitũ, ita quod cę-
teri nullum ius habeant in dictis bonis, niſi vt ſu-
pra. Ecce ergo quod vno primogenito decedente,
voluit alios fratres ſecundogenitos habere legatũ
prædictũ frumenti. dictio.n.niſi,ponitur aduerſa-
tiuè ad pręcedentia,& qñ negatiua præcedit, ipſa
14 † dictio affirmat, l.actione, C.de tranſac.Dyn.in
reg.peccatum,in prin.de reg. iur.in 6. Bart. Salic.
Ale.& Iaſ.in d.l.actione, Bald.in conſi.428.nu.3.
vol.

vol.1.Aret.in l.1.§.ſi ſtipulāti,vbi Crot.& Coraſ.
ff.de verb.obl.Ruy.in conſi.127.nu.13.vol.2.Pa
riſ.conſ.31.nu.35.vol.2.Soc.iun.conſ.163.nu.36.
vol.2.Bero.conſ.84.num.17.vol.2. ſi itaque mor
tuo Dom. Bernardino voluit alium primogenitū
conſequi bona, & cæteros habere legatum,faten-
dum eſt eo caſu futurum primogenitum non eſſe
participem frumenti, quia dictio, cæteros, exclu-
dit ipſum primogenitum. Addo quòd onus fru-
mēti videtur adiectum ipſi maſſaritio,ſicuti hoſpi
15 tandi onus ſuit adiectum palatio,ideo † tranſit in
quemcūque rei ſucceſſorem,l.via conſtitui,§.qui
cunque,ff.de ſer.vrb.præd.l.1.§.ſi. ff.ſi ſeru.vēd.
alios citat D.Becius in conſi.24.nu.28. Quare fa
tendum eſt,quòd teſtatoris intentio fuerit legatū
frumenti integrum tranſire ad fratres non primo-
genitos,id quod cōfirmatur ex eo, quod onus im
poſuit primogenito: proinde ex onere iniūcto nō
debet ipſe commodum ſentire.

Non obſtat ergo quòd legatum prædictum cē-
ſeatur factum in portiones viriles, quia reſpōdeo
duobus modis, primò negando præſuppoſitum:
quandoquidem cum fratres omnes ſint re & ver-
bis cōiuncti, quiſque videtur inſolidum vocatus,
atque ideo legatū integrū remanet alteri per ius
non decreſcendi, vt ſupra dixi. Secundò reſpon-
deo, quòd etiā ſi quiſq; diceretur vocatus in viri-
lem, adhuc propter ius accreſcendi duo fratres
prædicti caperent totū,ex quo ſunt coniuncti re &
verbis, & portio Domini Octauij deficit,& facta
eſt quaſi caduca, quia ab eo ſibi nō potuit legari.

Et non eſt verum quod Dominus Octauius re
preſentet duplicē perſonam, quia quando factus
eſt dominus primogenituræ, deficit in eo ius lega
ti, quando non poteſt eſſe,vti dixi,debitor & cre
ditor, & non poteſt ipſe ſibi legatum præſtare: &
contrariū procedit,quādo iura duorū nō ſunt con
traria & incompatibilia, quia tunc vnus vtitur iu-
re duorū.at iura in præſenti caſu ſunt repugnātia,
vt dixi ex Iaſ.in d.§.ſi duobus,nu.5. ideo non poſ
ſunt ſtare in eodem ſubiecto,& vnū contrariorum
16 elidit † alterū,& mutuo ſe expellunt, Soc.in conſ.
27.nu.1.vol.4.Neuiz.in conſi.66.nu.51.

Doctrina verò Bartoli in l.doli clauſula, nō fa-
cit ad propoſitum,quia ibi legatum præſtari,nihil
impediebat,ideo Prior cōſequitur vtrunque,cap
pam ſcilicet & Bibliam.at hic repugnantia probi-
bet,ne conſequatur frumentū a ſe ipſo, quod con
ſequeretur ſi fuiſſet ab alio legatum,veluti ſi teſta
tor relicto filio hærede reliquiſſet bona primogo-
nituræ Domino Octauio, deinde omnibus nepoti
bus ſaccos quinquaginta frumenti præſtandos ab
hærede. ſed quia frumentum legauit non ab hære
de,ſed a Domino Octauio primogenito, non po-
teſt ſuſtineri legatum quoad ipſius perſonam.

Quartum pariter non mouet: procedit enim
tex.in d.l.planè,§.ſi duobus,in ver.planè,quando
legatum a principio erat validū ita quod legatario
competebat actio:nam tunc licet is ſuccedat hære
di,nō extinguitur legatum,ſed locus eſt retentio-
ni,ex quo actio iam erat formata,& in eſſe produ-
cta. Sed in caſu noſtro legatū fuit ita nullum & in
17 validū a principio,q̄ nulla † vnquam potuit cōpe
tere actio Domino Octauio, ideo nō datur reten-
tio.ita clarè diſtinguunt Bar. Bal.Ang. Imola,Cu
man.Caſt.Alc.& Iaſ.in d.§.ſi duobus.& licet ſuc-
ceſſio habeat vim ſolutionis,tamē hoc verū,quan
do legatū erat validū,& debitum ſuſtinebat.ita lo
quūtur,& declarāt Doctores prædicti: ſed quādo
eſt nullū a principio,vt hic,q̄a fuit vni a ſeipſo re-
lictū, non pōt dari ſolutio ſi debitū non ſubſiſtit,
quia non entis nullæ ſunt qualitates, & priuatio
præſupponit habitum, l.decem, ff.de verb.oblig.

Et ſi dicatur,nonne viuēte Domino Bernardi-
no primogenito legatum erat validum, quatenus
erat factū Domino Octauio? Reſpōdeo verū hoc
eſſe,ſed illud tēpus nō fuiſſe attēdendū,ſed tēpus
18 mortis teſtatoris,a quo † t̄pe ſuſtinetur teſtamen
tū,& quælibet vltima volūtas, & cōſideratur ac ſi
tunc facta eſſet,quādo teſtator deceſſit,l.ſi alienū,
§.in extraneis,ff.de hęre.inſt.§.in hęredibus,Inſt.
de hæred.qual. & differ.Soc.iun. in conſi.130.nu.
15.vol.2.Cęph.in conſ.402.n.14.ideo in d.§.pla
nè,datur retentio, quia inſpecto tempore mortis
teſtatoris debebatur legatum: ſed in præſenti ca-
ſu,quando teſtator deceſſit,legatū in perſona Do
mini Octauij erat nullum, & ideo cum miſterio
Bar.& alij ibi dicunt non ſolum legatum debere a
principio eſſe validum, ſed etiam quod compete-
ret actio: at hic licet tempore cōditi codicilli lega
tum eſſet validum, non tamen competebat actio.

Et quod dictum fuit, ius accreſcendi non habe
re locum in legato annuo,ſecundum Ruy. proce-
dit,quando fuit ſemel agnitum & extinctum tēpo
re,puta in legato alimētorum: at vbi neque agni-
tum ſemel fuit,neque tempore finitum,tūc eſt lo-
cus iuri accreſcendi generaliter in omni legato, d.
l.Mæuio, ff.de lęg.2. cum alijs, quos ſupra citaui.
quinimò in legato annuo nō ſufficit ad impedien
19 dum ius accreſcendi, quod † ſemel fuerit agnitū,
ut probatur in l.1.§.interdum,vbi gl.Odofr. Bar.
Bal.Alb.Ang.& alij,ff.de vſufr.accreſc. dixi in al-
legat. conſ.123.nu.20. vbi iura loquuntur in le-
gato vſusfructus,quod dicitur annuum.

Quod uerò attinet ad clauſulam codicillarem,
reſpōdeo,quòd Ang.d.conſ.295.nō hoc determi
nat,ſed relinquit indeciſum, uti facit Iaſ.in d.§.ſi
duobus. Reſpōdeo etiā q̄ illa clauſula codicillaris
20 non operatur, quādo deficit uolūtas † teſtatoris,
Bal.in conſ.170.nu.10.uol.5.Dec.in conſ.215. in
fin. Alc.in conſ.527.num.9. Tiraquel.in repet.l.ſi
unquam,uer.donatione largitus,num.266.ſed in
præſenti facto noluit teſtator relinquere frumētū
primogenito,ſed alijs,ut dixi ſupra. dicit enim q̄
teneatur dare annuatim cęteris fratribus,&c.& li-
cet illa uerba,cæteris,t̄pe conditi codicilli include
rent Dominum Octauium; tamē intentio teſtato
ris non fuit aliquid relinquere Domino Octauio
facto primogenito per mortem fratris natu maio-
ris. Præterea ſi referamus codicillos ad tēpus mor

tis

tis Domini Henrici, certum erit, quòd Dominus Octauius, in quē onus trāſiuit, nō erit legati prędi ćti magis particeps, quam ſi expreſsè ei reliquiſſet palatiū & poderium Mottæ, & cæteris fratribus legaſſet frumentum, quo caſu nihil ei deberetur.

S V M M A R I V M.

1 *Pupillaris ſubſtitutio excludit matrem a legitima.*
2 *Pupillaris ſubſtitutio incluſa verbis generalibus, vel expreſſa in compendioſa, excludit matrem.*
3 *Pupillaris ſubſtitutio dicitur expreſſa, quando dicitur quòd ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum.*
4 *Subſtitutus vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, poteſt eligere quod velit.*
5 *Subſtitutio fideicommiſſaria operatur, quòd per eam ſucceditur teſtatori.*
6 *Pupillaris ſubſtitutus ſuccedit pupillo.*
7 *Pupillaris ſubſtitutio excludit matrem ex coniectura, etiam quando aliàs non excluderet.*
8 *Legitimam detrahit inſtitutus, qui alias potuiſſet legitima priuari. ſed contra, nu. 21.*
9 *Acceptās legatū, nō acceptat onus iniūctū legitima.*
10 *Acceptās legatū, cenſetur agnoſcere onus iniunctū.*
11 *Compenſandi animus deprehenditur, quando relinquitur pro omni, & toto eo.*
12 *Diſpoſitio generalis habetur pro ſpeciali, quando in vno ſolo poteſt verificari.*
13 *Legitima habetur pro expreſſa, quando diſpoſitio nō poteſt in alia re verificari.*
14 *Pupillaris ſubſtitutio excludit matrem, quando teſtator dicit quòd mater plus non petat.*
15 *Legitima dicitur portio, quæ aſcendenti, vel deſcendenti debetur.*
16 *Fideicommiſſarius non dicitur hæres, niſi impropriè.*
17 *Hæres hæredis, dicitur hæres teſtatoris.*
18 *Hæredis nomen, dicitur directum.*
19 *Pupillaris ſubſtitutio eſt etiam proprie teſtamentum patris.*
20 *Pupillaris ſubſtitutus dicitur bona habere a patre pupilli.*
21 *Inſtitutus, cui aliàs nulla debebatur legitima, non eā detrahit ſi fuit grauatus onere reſtituendi.*
22 *Voluntas tacita, quæ colligitur ex actu, non extenditur vltra quàm inferatur ex actu.*
23 *Inſtitutus cum clauſula, ne plus petat, non cenſetur habilitatus ad legitimam, quæ alias nō debebatur.*
24 *Supplementum legitimæ non petit inſtitutus cum onere reſtituendi.*
25 *Soluens partem indebiti, non poteſt cogi ſoluere reſiduum.*

CONSILIVM CCXII.

EST verum, & non reuocatur in dubiū, q̃ ſubſtitutio pupillaris, quam fecit Dominus Melchion Opicius Dño Io. Iacobo eius filio in fauorē Dominarum Mariæ, & Agneſinæ ſuarum ſororum, excludit Dñam Mariam Oſellā
1 dicti pupilli matrem etiam a legitima, † ſecundum communem, & verā ſententiam, l. Papinianus, §. ſed nec impuberis, ff. de inoff. teſt. l. Lucius, ff. de vulg. l. precib. C. de impub. & al. ſubſt. eſt tex. in c. ſi pater, de teſtam. in 6. multos concordantes citat Dec. d. l. precibus, in quinto notab. cōmunē dicit Ripa in l. 2. nu. 44. ff. de vulg. vbi allegat Bal. Cor. & Capram, Pariſ. in conſi. 108. nu. 4. vol. 3. in cōſ. 41. nu, 22. vol. 2. Guido Papæ, q. 533. Bertran. in conſ. 65. nu. 4. vol. 2. conſ. 13. vol. 3. conſi. 22. vol. 6. Didac. in c. Raynutius, in §. 5. nu. 3. de teſt. Gomeſ. de teſt. c. 4. nu. 7. ver. ſed his non obſtantibus. & volunt multi quod procedat etiam in foro conſcientiæ, & hæc opinio obtinet quoq; in pupillari,
2 quæ † ſit generalibus verbis incluſa, ſeu expreſſa in compendioſa, & communem dicit Alc. in conſ. 51. nu. 19. vol. 7. Cur. iun. in conſi. 86. nu. 7. Ruyn. in conſ. 105. col. 4. vol. 2. Ripa in l. Centurio, num. 118. ff. de vulg. & pupil. Caccialup. in l. precibus, nu. 9. Coraſ. nu. 34. & Sapia, nu. 36. Lanc. Galliau. d. l. Centurio, nu. 193. Bero. in conſi. 124. num. 4. & ſeq. vol. 2. Neuizan. in conſi. 53. nu. 6. Rub. in cōſ. 52. nu. 2. Didac. d. c. Raynutius, §. 9. nu. 17. Coſta in c. ſi pater, par. 2. in ver. ſuperſtite matre, & multi alij, quos omitto. & non eſt dubium, quin dicatur in caſu noſtro expreſſa, ex quo facta eſt verbis
3 illis, vulgariter, pupillariter, † & per fideicommiſſum, Pariſ. in conſi. 36. nu. 34. vol. 2. vbi ait, nullam hoc caſu ſubeſſe difficultatem, Mātica de coniect. vltim. volunt. lib. 5. tit. 8. num. 13. ſed magnificus Dominus Iudex Cherij dubitat contra ſubſtitutum duplici ratione; & primò, quia cum ſtante forma prædictæ ſubſtitutionis poſſit ſubſtitutus
4 eligere, ex qua † velit ſubſtitutione ſuccedere, videntur dictæ ſorores elegiſſe fideicommiſſariam, quæ matrem non excludit, vt dicunt prædicti omnes Doctores, & alij, qui tenent compendioſam eſſe ſemper fideicommiſſariam, quando mater eſt in medio. quod autem eam elegerint, probatur ex proceſſu, in quo paſſim dicunt ſe hæredes Domini Melchionis, non autem filij pupilli: nam per fi-
5 deicommiſſariam ſubſtitutionem ſucceditur † teſtatori, non autem grauato, l. cohæredi, §. cum fi-
6 lio, ff. de vulg. ſed per pupillarem ſucceditur † pupillo, l. 2. ff. de uulg. & dicitur teſtamentum pupilli, in c. Raynaldus, & in c. Raynutius, de teſta. c. ſi pater, eod. tit. in 6.

Secundò, ubi etiam de pupillari ſubſtitutione tractandum ſit, uidetur hoc caſu ex mente teſtatoris Dominam Mariam matrem nō eſſe excludendam a legitima, uel eius ſupplemento: quia etſi de iure non poſſit aſpirare ad legitimam, fallit tamen quando conſtat de contraria teſtatoris uoluntate, quia conſtito de illius uoluntate, mater nō excluditur, ſicuti è contra excluditur ex coniecturis,
7 quando aliàs de iure non eſſet excludenda, † vt in tacita pupillari inquit Bart. in l. in teſtamento, nu. 3. C. de teſtam. mil. & in l. 2. in princ. nu. 38. ff. de uulg. Bal. in l. precibus, C. de impub. num. 9. in fi. ponit Mantica de coniectu. ultim. uolunt. libro 5. tit. 15. in princip. uoluntas autem teſtatoris ex eo

depre-

deprehenditur, q cum poſſet matrem penitus præ
terire, eidem legauit aureos centum, atq; ideo vi-
detur agnoſcere debitũ, & matrẽ admittere ad le-
gitimã, probatur ex eo qđ voluit gl. in l. precibus,
in ver. peti poſsũt, C. de impub. vbi dicit q etſi mi
8 les † poſſit filium priuare legitima, ſi tñ eum inſti-
tuat cum onere reſtituendi, poterit filius eueniẽte
reſtitutionis caſu detrahere legitimam, & eam gl.
defendit Ang. ibi Caſtr. nu. 19. in fi. poſt Bald. nu.
31. Alex. nu. 17. Iaſ. n. 17. ver. quarta vtilitas, Cac-
cialup. nu. 88. Curt. iun. nu. 74. & Iacobin. nu. 19.
Imola in l. Centurio, col. 1. in fi. & ibi Ripa, nu. 46.
& 49. Brun. de ſtatu. excluſ. fœmin. in 9. prin. artic.
nu. 4. vbi in prin. refert multos tenentes quod filia
a ſtatuto excluſa poſſit legitimæ ſupplementum
petere, ſi ei pater aliquid in teſtamento relinquit.

Et ſi dicatur quòd teſtator in præſenti facto vi-
detur prohibuiſſe ſupplementum legitimæ, quia
dixit quod mater debeat eſſe tacita, & cõtenta pro
omni & toto eo, &c. & quod illi relicto mater vi-
detur acquieuiſſe, acceptãdo ſimpliciter legatũ.
reſpondetur quod acceptans legatum, cui adie-
9 ctum ſit onus, † non præiudicat ſibi in legitima, §.
cæterum, in Auth. vt cum de appell. cognoſ. Bald.
in l. ſi quando, §. generaliter, nu. 4. C. de inoff. te-
ſtam. Caſtr. in conſ. 193. num. 3. volum. 2. Dec. in
conſi. 81. colum. 1. Roder. in l. quoniam in priori-
bus, in 7. ampliat. num. 2. C. de inoff. teſtam. Curt.
iun. in conſ. 21. col. 2. Rui. in conſi. 79. nu. 3. & ſeq.
vol. 2. Bero. in conſ. 93. num. 54. in vol. 2. Natta in
conſ. 355. num. 3. Roland. in conſ. 78. num. 5. vo-
lum. 1. Cæphal. in conſi. 95. num. 7. in conſil. 153.
num. 78. Gomeſ. de teſtam. c. 11. num. 23. & 31.

Hæc tñ, etſi colorata videãtur, nequaquam ob-
ſunt prædictis Dñis ſororibus, quæ adiuerunt pu-
pilli hæreditatem: quia cum ſint pupillariter ſub-
ſtitutæ, excludunt matrem eta legitima, ſm cõem
opinionem, quam retulit ſupra in prin. quod ſi ex-
cluditur a legitima, erit pariter excluſa ab illius
ſupplemento, quod dicitur pars legitimę: nõ enim
competit ei pars, cui nullum totum debetur, vt in
ſimili dicit. Ang. in cõſ. 465. vol. 3. inter cõſ. Baldi.

Secundò aduertendũ, quòd teſtator prohibuit
matri, ne plus petat in bonis ſuis & filij pupilli: di-
xit enim ſe aureos centum relinquere pro omni &
tota ea portione legitimæ, quæ poſſet ad eã perti-
nere in bonis & hęreditatib. hęredũ inſtitutorum,
& mater acceptauit legatũ, ideo tenetur agnoſce-
10 re onus † iniunctum, l. cum ab vno, in princ. ff. de
leg. 2. l. qui tutelam, ff. de teſta. tute. l. Titia, la pri-
ma, §. qui inuita, vbi gl. in verſic. portionem, ff. de
leg. 2. l. ſi compenſandi, ff. de hęr. inſtit. c. officij, de
teſtam. in conſ. 193. nu. 3. vol. 2. Dec. in conſ. 299.
nu. 13. Alcia. in conſ. 545. nu. 3. Crau. in conſ. 174.
num. 9. & cõnſ. 245. nu. 4. Bello. in conſ. 9. nu. 9. &
procedit etiam ſi onus iniunctum excederet valo-
rem legati, Caſtren. & Alex. in l. ſi cum dotem, §. ſi
pater, ff. ſoluto matr. Dec. in conſ. prædicto 245.
nu. 8. Ruin. in conſ. 79. in prin. vol. 2. Crau. in con-
ſil. 174. num. 9. Natta in conſ. 186. nu. 1. præcipuè
quãdo dictum eſt, pro omni & toto eo, &c. Caſtr.
in d. l. ſi compenſandi. vel quãdo dicitur, ita quod
nil vltra, &c. Alex. ibi, nu. 2. Caſtr. in cõſ. 73. nu. 3.
volum. 1. Alex. d. §. ſi pater, num. 2. & in conſ. 132.
nu. 2. ver. licet, volum. 2. Ruin. in d. conſ. 79. nu. 3.
Roland. conſ. 65. num. 29. volum. 2. quando enim
teſtator aliquid relinquit pro omni & toto eo, &c.
tunc cenſetur noluiſſe compenſare legatum cum
11 eo, † quod debebat, l. ſi vxor tua, C. de bon. au-
thor. iud. poſſid. Abb. in conſi. 81. nu. 1. in fi. vol. 1.
cum multis, quos allegaui in conſil. 112. nu. 17. &
idem eſt, quando extat prohibitio, ne poſſit plus
petere, vt poſt Caſtr. Abb. & Corne. tenet Craue.
in conſ. 131. num. 17. dixi in loco pręcitato, nu. 21.

Tertiò vbi alia ceſſarent, idipſum clarè ſuadet
teſtatoris voluntas, qui dixit vxori relinquere pro
omni & toto eo, quod poſſet prætendere in bonis
& hæreditatibus filij inſtituti: quæ verba non poſ-
ſunt referri, niſi ad legitimam, ex quo nihil aliud
poterat prætendere, præter legitimam, nec ea di-
ſpoſitio poterat in alio verificari: ideo perinde eſt
ac ſi teſtator expreſsè declaraſſet velle quod ma-
ter excludatur a legitima; quia diſpoſitio genera-
12 lis; quæ † non poteſt verificari niſi in vno, habe-
tur pro ſpeciali, l. 2. vbi Doctores, ff. de lib. & po-
ſthum. Bartol. in l. qui Romæ, §. duo fratres, in 6.
quæſt. ff. de verb. oblig. Iaſ. conſi. 60. colum. 5. ver.
item diſpoſitio, volum. 3. Tiraq. de leg. connub.
gl. 7. nu. 128. & ſeq. & procedit etiam in legitima,
13 † quæ etſi non veniat in generali diſpoſitione, ta-
men fallit quando ea diſpoſitio non poteſt locum
habere in alio, Socin. iun. in conſi. 136. nu. 18. vo-
lum. 1. D. Becius, conſ. 34. nu. 14. Crau. in reſpon.
pro genero, num. 344. Meno. in conſ. 71. nu. 23. de
coniect. vltim. volunt. lib. 8. num. 11. Gabriel. com.
opin. lib. 6. titu. de legitim. concluſ. 8. num. 16.

Quartò, quòd prædicta verba importent ma-
nifeſtam voluntatem teſtatoris pro excluſione ma
tris, voluit in fortioribus terminis Bart. in l. 2. in
princ. num. 41. ff. de vulg. & pup. vbi poſt Guliel.
dicit quòd mater videtur excludi, quando teſtator
14 relinquendo † ſubſtitutio pupilli dicit, quod plus
non petat in bonis ſuis. In propoſito autem res
eſt clarior, qui teſtator non vetuit plus peti in bo-
nis ſuis, ſed reliquit pro eo quod poſſet prætende-
re in bonis pupilli, quod eſt clarius. & ſi hoc proce
dit in pupillari ſubſtitutione omnino tacita, ſecun
dum Bar. vt excludat matrem ſtante forma diſpo
ſitionis prædictæ, multo magis locum habebit in
expreſſa, qualis ea eſt de qua tractamus, & Bar. ibi
ſequitur Alex. Socin. & Iaſ. Ripa, nu. 52. & Socin.
iu. nu. 113. Dec. in conſ. 332. in fi. Mantica de con-
iectur. vltim. vol. li. 5. tit. 15. nu. 10. vbi etſi moueat
aliquam, ea tamen omnis eſt reſoluta in caſu no-
ſtro ex forma verborum præſcripta.

Poſtremò res videtur indubitata eo quod teſta
tor dixit, ſe relinquere pro omni legitima portio-
ne, quæ poſſet ſpectare in hæreditate filij, & ita mẽ
tionem fecit de legitima, quæ non eſt aliud, quàm
15 portio, † quæ ſpectat aſcendenti in bonis deſcen
dentis,

dentis,l.ſcimus,in priu.C.de inoff.teſtam.vbi ap-
pellatur,& in ead.l.§.1. vbi dicitur pars legitima,
& legitima eſt quota, atque pars bonorum,l. Pa-
pinianus,§. quarta, ff.de inoff.teſtam. cũ ſimilib.

Non obſtat igitur,qđ appellãdo ſe hæredes pa-
tris,videantur dictæ ſorores elegiſſe ſubſtitutionẽ
fideicõmiſſariam,per quam patri ſucceditur:quia
rñdeo, nomen hæredis nõ cõuenire fideicõmiſſa-
26 rio:is.n.non dicitur heres,† niſi impropriè,l.filius
familias,§.1.ff.quod cum eo,l.poſtulante,§.ſed &
in huiuſmodi,ff.ad Trebell.Nicol.Mat.Bal.Salic.
Corn. Caſtr. & Dec.in rub.C.de impub.Bald. in
cõſi.70.nu.3.vol.2: & hanc ſnĩam probarũt Ang.
Butr.Imo.Fulg.Caſtr.Alex.Barbat.Soc.Iaſ.Dec.
Caſſan.& Craue.quos citat, & ſequitur Tiraq. in
tract.le mort Seiſit le viſ.par.2.declar.10.nu.9. &
ſeq.vbi fortius, nu.13. ait non etiam venire fidei-
commiſſariũ appellatione hęredis ſubſtituti,Nat-
ta in tract.de ſtatu.excluſ.fęmin.in 4.quæſt.princ.
nu.118.Phannc.de inuẽta.p.6.nu.62.dicũt enim
iura quod habetur loco hęredis,vt per Tiraq.loco
citato,& loquitur ſemper impropriè:atq; ita licet
dixerunt ſe hęredes,tamen non infertur quod ele-
gerint fideicommiſſariam ſubſtitutionem, cui ver-
bum,hæredis,non cõuenit,arg.l.4.§.totiens,ff.de
dam.infecto,Nouiz.in conſ.92.nu.5. & ſi dicatur,
quomodo ergo potuerunt dicere ſe hæredes teſta
toris? Reſpondeo,quod eligẽdo pupillarem,rectè
dicuntur hæredes teſtatoris,qui inſtituit ſibi hære
27 dem pupillum:nam hæres hæredis,† dicitur hæres
teſtatoris,l.fi.C.de hære.inſt.l.tertia,§. ſed etſi Ti
tio,ff.de petit.hęred.l.ſi quis filium,§.fi.ff.de acq.
hære.l.ſciendum,ff.de verb.ſignif.l.hæredis appel
latione,ff.eod.tit.Alex. in conſ.49.vol.6.Iaſ.in d.
l.ſi quis filium,§. fi.vbi dicit hoc procedere ſecun
dum proprietatem verborum, quod etiam voluit
Alciat.in d.l.hæredis appellatione,præcipuè quo-
ad iuris effectum, ſecundum Bald.in d.l.fi.nu.21.
Cagnol. & Dec.in l.qui per ſucceſſionem. & cum
28 hæredis nomen † ſit directum, gl.in l.precibus,C.
de impub.in l.verbis ciuilibus,ff.de vulg.Barto.&
alij in l.Cẽturio, vbi Ripa,nu.180.ff.eo.tit.magis
conuenit ſubſtitutioni pupillari,qui erit hęres hę-
redis, quàm fideicommiſſario.

Præterea etſi ſubſtitutio pupillaris dicatur te-
ſtamentum pupilli,tñ eſt etiam verè & propriè te-
29 ſtamentum patris,† ſm Bal.in cõſ.42.nu.3.vol.3.
& in conſi.316.in princip. vol.5.Aret.in l.2.col.3.
verſ.tertia concluſio, vbi Alex.nu.21.verſi.ſed re-
ſponde,ff.de vulg.Brun.de ſtatu excluſ.fœmin.in
8.artic.princip.q.12.limi.4.nu.48.Io.de Garron.
in auth.ex teſtamento, nu.16.C.de ſecund. nupt.
Cæpbal.in conſ.210.nu.24.præcipuè inſpecta or-
dinatione,§.igitur,Inſt.de pupill.ſubſtit.Barto.&
Doct.in l.patris & filij,ff.de vulg.Dec.in l.in teſta
mento, num.6.C.de milita.teſtam. Natta in l.hac
cõſultiſſima,§.ex imperfecto, nu.130.C.qui teſt.
face. poſſ. ideo ſubſtitutus videtur hæreditatem,
30 & bona habere † a patre, qui eum ſcripſit hære-
dem,cum poſſet alium inſtituere,Cyn.Bar.& alij,
in l.ex tribus,C.de inoffi.teſtam.Bar.in l. ſi Titio,
§.fin.ff.de leg.1.Caſt.d.l.ex tribus,vbi declarat,&
dixi in conſil.31.num.46.cum ergo bona habeant
a patre, quod malum erit ſi ſe dixerunt patris hæ-
redes,& omni caſu dubium remanet,an per pupil
larem vel fideicommiſſariam ſubſtitutionem vo-
luerint venire: ergo non poteſt certitudinariè dici
quod vnam,non aliam viam elegerint.

Pari modo non obſiſtit, q̃ teſtator legando ma
tri,voluerit eam habilitare ad legitimã:nam ſupra
ſatis rñſum eſt, quod imò expreſsè mater dicitur
excluſa a legitima, vt in 3.4. & 5.fundamento hu-
ius partis. Secundò rñdeo qđ vbi teſtator aliquid
ei reliquit,cui aliàs legitima propter ſtatuti exclu-
ſionẽ non debebatur, licet a lege foret debita,non
per hoc dicitur ille vocatus ad petendum legitimę
21 † ſupplementum,ita Ang.in conſ.105.nu.4.vbi ſi
mater ſit ſtatuto excluſa à legitima,non poterit il-
lius ſupplementum petere,ſi filius in teſtõ aliquid
reliquit, quod ſit minus legitima, idem voluit in
filia per ſtatutum excluſa,Ang.in conſi.465.in fi.
vol.3.inter conſ.Bal.Caſt.in cõnſ.196.nu.3.vol.1.
Anch.quem Soc.citat in conſ.150.nu.26.vol.1.&
hanc ſnĩam probaſſe Bald. & alios refert Brun. in
tract. de ſtatu.excluſ.fęmi.in 9.artic.princ.nu.13.
Rui.in cõſ.27.nu.16.vol.3. vbi dicit quod minus
relinquendo,qui nihil tenebatur relinquere,vide-
tur a reſiduo excluſiſſe:admiſſio.n.limitata produ
cit limitatum effectũ,l.in agris,ff.de acq.rer.dom.
22 & voluntas † tacita,quæ ex actu colligitur,nõ de-
bet extendi vltra quam ex ipſo actu inferatur de
neceſſitate,Bart.in l.1.§.ſi quis hoc interdicto, ff.
de itin.actuque priua. Dec. in conſil.452.col.vlt.
ver.quartò non obſtat,Craue.in conſ.292.col.1.

Reſpondeo etiam, quod etſi poſſet præcedens
opinio pati contradictionem, tamen ea de plano
procedit, qñ adiecta eſt prohibitio, ne plus peta-
tur;quia tunc poteſt is,cui ſic eſt relictum, cenſeri
habilitatus ad petendũ ſupplementum, cum illud
23 expreſsè † ſit prohibitũ per verba prædicta, Ang.
d.conſ.465.nu.1.vbi ait, quod tali caſu legatarius
veniret contra teſtamentum,Soc.d.conſ.150.nu.
31.Ioan.de Garron.in d.auth.ex teſtamento, nu.
29.vbi allegat Bal.Ang.Caſt.& Cur.Rui.d.conſ.
27.nu.16.imò quidquid ſit in legitima,hoc uide-
tur ſine prohitione admittendum in ſupplemento
24 legitimæ,quia illud † ſemper petitur contra teſta-
toris uoluntatem,Rui.in d.conſ.27.nu.16. Ripa in
l.in quartam,num.115.ff.ad leg.falcid.Cuccus in
præfatio.tracta. de legiti.nu.4. & in auth.nouiſſi-
ma,in uer.ſubſtantia,nu.8.C.de inoffi.teſta.

Confirmatur ex tex.cum gloſ.in l.fi.C.ne uxor
25 pro marito, ubi ſoluens † partem debiti, licet ſibi
præiudicet in ſoluto, nõ tamen cogi poteſt ad ſol-
uendam aliam partem, ſequitur ibi Bal. idem uo-
luit gloſ.in l.non dubium, in uerſi.agnouerit, ubi
Bart. & alij,C.de teſtam. Salic.in l.cum fidem,C.
de non num.pecu.Are.in conſi.91.col.fi.Pariſ.in
conſi.79.num.11.uolum.3.Natta in conſ.77.nu.
6.& in conſil.446.num.19.eſt tex.in l.cum de in-

debito,

debito, ver. ſed ſi pro parte, ff.de probat.ita in ſimili cum matri non deberetur legitima, non cenſeiur teſtator onus hoc ſibi non incumbens agnouiſſe, quando reliquit illius partem.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium, non ſuccedit in feudo conceſſo pro legitimè natis, vel legitimè deſcendentibus. ſed contra, nu. 17.*

2 *Legitimatus per ſequens matrimonium, non excludit ſubſtitutum ſub conditione, ſi deceſſerit ſine filijs legitimè natis. ſed contra, nu. 18.*

3 *Legitimè natus, vel legitimè deſcendens, idẽ ſunt.*

4 *Alienatione permiſſa, venit etiam ea, quæ fit per vltimam voluntatem.*

5 *Feudi alienatione permiſſa, venit etiam facultas teſtandi de eo.*

6 *Alienatione prohibita verbis generalibus, prohibetur etiam facultas teſtandi.*

7 *Conſentiens alienationi rei ſuæ, ſibi præiudicat.*

8 *Clauſula, ad habendum, tenẽdum, & alienandũ, importat quod ſequuta alienatione emptor erit tutus.*

9 *Legitimatus per ſequens matrimonium, ſuccedit in feudo.*

10 *Hæreditas patris eſt filio quaſi debita.*

11 *Tranſuerſales non ſuccedunt in feudo nouo.*

12 *Legem rei ſuæ ponere poteſt quilibet.*

13 *Qualitas poſita in vno caſu, nõ debet trahi ad aliũ.*

14 *Vendens rem priuatur facultate reuocandi.*

15 *Exceptio, tua non intereſt, repellit agentem, vel excipientem.*

16 *Ius tertij allegari non poteſt, præcipuè quando non eſt in totum excluſiuum intentionis agentis.*

17 *Legitimatus per ſequẽs matrimoniũ, ſuccedit in feudo conceſſo pro legitimè natis, vel deſcendentibus.*

18 *Legitimatus per ſequẽs matrimonium, excludit ſubſtitutum, ſi deceſſerit ſine filijs vel legitimè natis.*

19 *Legitimari ex reſcripto ita quis poteſt, vt ſuccedat in feudo conceſſo pro legitimè natis.*

20 *Legitimum dicitur quidquid a lege prouenit directè, vel indirectè.*

21 *Legitimantur filij per ſequens matrimonium cõtractum etiam cum vili fœmina, & deplorata vita.*

CONSILIVM CCXIII.

NON eſt noua quæſtio propoſita, ſed ſæpè a Doctoribus agitata, an magnificus Dominus Manfredus, filius quõdam Domini Hieronymi Malpaſſuti, legitimatus per ſubſequens matrimoniũ, poſſit ſuccedere in feudo Caſtri Leonis, ſiue Caſtri Cibari, quod fuit conceſſũ pro ſe, filijs, & legitimè deſcendentibus: omiſſis enim ijs, quæ ad colorandum quæſtionem adduci poſſent, voluit ĩ propoſito Bal.in c.naturales, n. 5. ſi de feudo fuer. controuerſ. inter dom. & agnat. quod ſi feudum fuit conceſſum pro filijs ex ſe legi-
1 timè deſcendentibus, nõ veniunt † legitimati per matrimonium ſequens, quia talia verba reſpiciũt principium conceptionis, vel natiuitatis, & nõ eſt noſtrum extendere ſcripturas: ſecus autem ſi conceſſum eſt ſimpliciter pro filijs, & cum Bal. tranſit Aluar.ibi, Alex.in conſil.5.nu.3.vol.7. Barbat.in repet.l.cum acutiſſimi, nu.240.& ſeq.C.de fideicommiſ. Præpoſ.in c.per venerabilem, §.quod autem, nu.60.ver.vltimò dicas, qui fil. ſint legit. vbi concludit, ſi verba contractus, vel conſuetudinis referunt ſe ad veritatem, non verificantur in legitimato per ſequens matrimonium: aliud autem eſt in verbis legis, quia etiam ſi dicant de legitimè natis, comprehendunt legitimatum, Luc.de Pen. in l.eos, col.8. verſ.præterea dominus, C.de his, qui ſponte mun.publ.ſubę.Cur.ſen.in conſ.35.col.6. nu.22.ver.& bene facit, Curt.iun. in conſ.64.nu. 12.circa fin.& in tract.feu.par.3.in reg.2.q.17.circa fin. vbi ſimpliciter cum Bal.tranſit.idem voluit Gozad.in conſi.25.nu.2. Ruy.in conſ.92.nu.13. vol.3. Natta in conſi.602.num.8.& 9.& in conſ. 624.nu.21.Cęph.in conſ.111.nu.12.Rol.in conſ. 100. per totum, vol.2.vbi latiſſimè agit, Gab.commu.opi.lib.6.ti.de legitimatio.concl.1.nu.24.vbi dicit naturalem natum, & conceptum ante matrimonium, non ſuccedere in feudo conceſſo pro legitimè natis. & hanc ſententiã nouiſſimè probat Mantica de coniect.ult. vol. lib.11.tit.12. nu.22. Menoc.conſ.16. nu.6. & prædicti omnes concludunt, talem legitimatum non excludere ſubſtitu-
2 tum ſub conditione, ſi deceſſerit † ſine filijs legitimè natis, uel legitimè deſcendentibus. & ex ijs Rolan.& Mãtica latiſſimè præ cæteris omnibus, meo iudicio, ad partes quęſtionem pertractant, eamq; ſententiam quibuſcunque poſſunt fundamentis tuentur. & quamuis ex ſupracitatis multi loquuntur, quando uerba concipiuntur de legitimè natis: tamen idem eſt, quando dictum eſt de legiti-
3 me † deſcendentibus. & Bal. in d.c.naturales, qui author eſt opinionis, loquitur de inueſtitura conceſſa pro legitimè deſcendentibus, & eundem omnino ſignificatum habent ea uerba, ut per Bal. in l.Gallus, §.ſi eius, in fi.ff.de lib.& poſth. ubi cum ſequuntur, Aret.col.5.in fi.& Soc.nu.5.Cur.iun. conſ.64.nu.12.uer.tamen iſta cõis, Soc.iu. in cõſ. 77.nu.8.ver.ſed aduertendum, uol.3.Rol.d.cõſi. 100.num.11.& prædicti Doctores promiſcuè loquuntur de legitimè natis, de legitimè deſcendentibus, & de procreatis ex legitimo matrimonio, ut apud eos uideri poteſt. Poſſet autem confirmari hæc opinio ad fauorem Dom. Io.Antonij, & excluſionem Dñi Manfredi: quia non conſtat quod mater Dñi Manfredi fuerit maritali affectu retenta in domo tanquam concubina; imò cõſtat eam fuiſſe ancillam in domo, & uilem admodum perſonam, quæ omnia a Doctoribus conſiderantur.

Veruntamen inſpecta, tum iuris communis, tum etiam anteceſſorum diſpoſitione, deſcendo in contrariam ſententiam, quod Dominus Manfredus ſolus habere debeat feudum, Caſtrum, & bona omnia Caſtri Leonis, ſeu Caſtri Cibari: nã mag. Dominus Io.Franciſcus patruus in ſuo teſtamento totũ dictum feudum ipſi Domino Man

fredo

fredo titulo inſtitutionis vnà cum cæteris omnib.
bonis expreſsè reliquit: ſeudum autem prædictũ
eſt alienabile inter ipſos de ſamilia, quia ſuit con-
ceſſum cũ expreſſo pacto, quòd filij & hæredes ac
quirentis poſſent inter ſe vendere, obligare, per-
mutare, quoquo modo diſtrahere, & alienare, &
4 mentio alienationis, quando fit permiſſiuè, † in-
cludit etiam, quæ fit per viam vltimæ voluntatis,
Bar. in l. ſi ita quis, §. ea lege, nu. 7. vbi Imola, nu. 1.
Iaſ. nu. 41. ff. de verb. obl. cum alijs, quos citaui in
conſi. 10. nu. 12. & in ſpecie de feudo, quod alie-
5 nandi licentia conceſſa † includat ẽt alienationẽ,
quæ fit teſtando, ponit Bal. in cap. 1. in prin. ſuper
ver. dederit, de feu. non hab. propr. natu. ſequitur
Afflic. ibi, num. 2. Rolan. in conſi. 70. nu. 40. vol. 2.
Alex. in conſ. 189. nu. 8. vol. 2. Curt. ſen. conſ. 49.
nu. 72. in fi. Cur. iun. conſ. 4. nu. 1. verſ. ſed difficul
tas fit, Brun. in conſi. 38. nu. 3. & conſ. 39. nu. 6. id,
quod multò magis procedit ſtantibus verbis ge-
neralibus, de quib. in inueſtitura prima, dũ dicit,
quoquo modo diſtrahere, & alienare. nam ſicuti
alienationis prohibitio facta generalibus verbis
6 includit alienationẽ, quæ fit ex † teſtamento, Bar.
in l. venere, n. 11. ff. de acq. hæred. ubi Aret. col. 11.
verſ. dicamus ergo, comprobaui in conſ. 48. nu. 2.
& ſeq. ita conceſſio alienationis facta generalibus
verbis, includere debet alienationẽ ex teſtõ, vt cõ
trariorum eadẽ ſit diſciplina. cum ergo Dom. Io.
Franciſcus ſeudum prędictũ reliquerit ſoli D. Mã
fredo, remanet Dom. Io. Antonius excluſus.

Secundò non poteſt Do. Io. Antonius contra-
uenire teſtamento & diſpoſitioni factæ per mag.
Dominum Franciſcum, quia in tranſactione facta
inter eos vſque de anno 1564. conuenerunt, quòd
decedentibus Dominis Ioan. Franciſco patre, &
Conrado filio ſine filijs, perueniret totum feudũ
ad Dom. Franciſcum, qui de eo poſſet diſponere
ad eius libitum uoluntatis: hic autẽ caſus euenit,
quia deceſſerunt dicti pater, & filius, ideo licuit
Dom. Franciſco diſponere de ſeudo in Dom. Mã-
fredum ſtante licentia, & conſenſu Domini Hie-
ronymi, qui promiſit attendere & obſeruare om-
nia in eo inſtrumento contenta: conſentiens enim
7 alienationi rei ſuæ, † vel ſibi debitę, uel ad quã ius
habet, cenſetur omne ius remittere, l. ſi ſeruus cõ-
munis, ff. de don. inter uir. & uxo. l. ſi fundum per
fideicommiſſum, ff. de leg. 1. Corn. in conſil. 203.
uol. 3. Tiraq. de retract. cõſang. §. 1. gl. 9. nu. 137.
Crau. in conſi. 24. nu. 9. D. Becius in conſi. 57. nu.
16. dixi in conſi. 114. nu. 25. & non ſolum Do. Io.
Antonius dicitur conſenſiſſe alienationi, ſed dici-
tur conceſſiſſe alienandi licentiam, ideo nõ poteſt
impugnare alienationem factam vigore dictæ licẽ
tiæ, per ea quæ ponit Bart. in l. qui Romæ, §. duo
fratres, q. 8. nu. 21. ff. de verb. oblig. ubi ait, quòd
ſi in diuiſione fratres ponunt clauſulam, ad habẽ-
8 dum, tenendum, & alienandum, emptor † ſequu-
ta alienatione non poterit inquietari uigore fidei
commiſſi poſtea purificati, ſequitur Iaſ. num. 72.
Crot. nu. 133. & Ripa, nu. 83. & hanc ſententiam
ſequuntur Corn. Curt. ſen. Dec. Ruyn. Zuccard.
Soc. iun. Crau. & Natta, quos oẽs citat D. Becius
in conſ. 38. nu. 3. & in conſ. 88. nu. 23. & ſeq. & ibi
multos citat. hoc aũt uolui dixiſſe, ne ſortè exiſti-
met quis licere Do. Ioan. Antonio ex iure aperto
ſeu delato poſt mortem Dñi Franciſci aſpirare ad
ſucceſſionem dicti feudi, quaſi ſimplex conſenſus
non trahatur ad ius de futuro. Nã hic præter con-
ſenſum, extat pactum expreſsè continens alienan-
di licentiam, Caſtrenſ. in l. cũ pater, §. libertis, nu.
4. ver. ex hoc infero, ff. de leg. 2. ubi ita declarat.

Tertiò Dominus Manfredus reperitur legiti-
matus per ſubſequẽs matrimonium legitimè con
tractũ, proinde admitti debet ad feudi ſucceſſio-
nem: quidquid enim ſit in legitimatis per reſcri-
ptum, uel aliter, indubitati iuris eſt legitimatũ ex
ſequenti matrimonio eſſe capacem ſeudi, & in eo
9 ſuccedere, ſicut quiuis legitimus, † & naturalis,
Iac. de Belu. Bal. Aluar. & alij omnes in d. c. natu-
rales, ſi de ſeudo ſuer. controuer. inter domi. & a-
gnat. Hoſtien. Io. And. & alij in c. lator, qui fil. ſint
legiti. & communem dicit Alexan. in l. ex facto, §.
ſi quis rogatus, num. 19. ff. ad Trebellia. ubi Ripa,
num. 47. dicit quoque communem, Curt. iun. con
ſil. 136. num. 1. Ruy. in conſi. 211. num. 2. uolum. 1.
Iaſ. in l. generaliter, §. cum autem, col. fin. C. de in-
ſtitu. & ſubſtit. Socin. conſi. 3. nume. 16. uolum. 2.
Dec. in c. cum in cunctis, de electio. Pariſ. in conſ.
23. num. 40. volum. 2. Brun. in conſil. 15. num. 17.
Tiraq. de iure primogen. quæſt. 34. nume. 56. Di-
dac. de ſponſal. in 2. cap. 8. §. 2. nume. 27. Silua. in
conſi. 3. nu. 49. Rebuff. in pract. beneficio. titu. de
reſcrip. legitim. mixto, nume. 10. & ſeq. Ripa in l. ſi
unquam, nu. 88. C. de reuoc. donat. Menoc. in cõſ.
174. nu. 10. Caphal. in conſil. 307. num. 51. Clar.
de feud. quæſtio. 82. Thom. Marin. in tracta. feud.
lib. 1. tit. 3. de feu. ex pac. & prouiden. nouo, nume.
48. Mantica de coniectu. ult. uolunt. lib. 11. tit. 12.
num. 3. & 16. Boer. in deciſ. 123. num. 4. infinitos
citat Duen. in reg. 350. filius naturalis legitima-
tus, nume. 8. ampl. 6. & plures adducit Burſat. in
conſ. 10. num. 6.

Et non obſtat quod feudũ Caſtri Leonis ſit cõ
ceſſum pro legitimè deſcendentibus: quia reſpon
deo in facto nõ eſſe uerũ, quinimo conceſſio facta
Leoni primo acquiſitori, eſt pro ſe, ſuiſq; liberis,
& ex ſe deſcendentibus; nec aliqua fit mentio de
legitimè natis, vel legitimè deſcendentibus, uel
procreatis ex legitimo matrimonio, & eadem for-
ma conceſſa fuit portio Georgij ſui cõſanguinei,
pro quo dictus Leo illam recepit: quãdo uero tra
ctatur quod Leo poſſit ſuccedere Georgio, dici-
tur, quod dictus Leo, & ex eo filij, & legitimè de-
ſcendentes ſuccedãt, &c. atque ita in alio caſu uo-
cati ſunt legitimè deſcendentes, quando ſcilicet
uellent ſuccedere collaterali; ſed quando tracta-
tur de ſucceſſione Leonis aſcendentis, uocantur
liberi & deſcendentes indefinitẽ, quo caſu ſecun-
dum Bald. & alios omnes ſupra in contrarium ci-
tatos, ueniunt legitimati per ſequutum matrimo-
nium;

nium; & ſi voluiſſet teſtator quod hi ſoli ſuccede-
rent Leoni,& in portione Leonis,qui legitimè ab
eo deſcenderent, vtiq; hoc expreſſiſſet,ſicuti hoc
dixit qñ voluit, ꝙ deſcendentes Leonis ſuccede-
rent Georgio,quo caſu voluit eos legitimè deſcẽ-
dere,l.vnica,§.ſinautem ad deficientis, C.de cad.
tollen.cum ſimil.ſed non erat tanta ratio excludẽ-
di legitimatos per ſequens matrimoniũ a portio-
ne paterna, quanta ſuberat in excludendo eos a
portione Georgij collateralis, quia hæreditas pa-
30 terna †eſt quaſi debita filijs,l.1.§.largius,ff.de ſuc
ceſſ.edicto.& cũ in feudo nouo regulariter trãſuer
31 ſales † non ſuccedant,c.1.§.fi.de ſucceſſio.feu.ca.
1.de benefi.fratr.ca.1.§.cum verò Conradus, qui
feu.da.poſſ.c.1.§.is verò,de grad.ſucced.in feu.c.
1.& c.2.de duob.fratr.a capitan.inueſt.c.1. quali.
frat.ſucced.frat. ſatis viſum eſt Principi concede-
re ſi feudi naturam extendendo, aut vulnerando
permiſiſſet tranſuerſales ſuccedere, dum tñ eſſent
legitimè nati; permittendo enim ſucceſſionẽ inter
trãſuerſales, viſum eſt Principi illã concedere cũ
eo moderamine,quod ſoli illi, qui eſſent legitimè
nati,poſſent ſuccedere,quia cuique licet legẽ,quã
32 vult, apponere in traditione † rei ſuæ, l. in tradi-
tionibus,C.de pac.Zabarella in clem.quia cõtin-
git,in 11.notab.de relig.dom.& de cõcedente ſeu-
dum,ponit Afflic.in c.1.§.ſcudum ea lege,nu.6.in
quinto notab.ſi de feu.ſue.coutrouer. inter do. &
agn.Ruy.in conſ.213.n.6.vol.1.Goſr. in conſ.38.
nu.5. vbi ꝙ feudum concedens põt legem illi im-
ponere: qualitas ergo expreſſa in vno caſu,nõ dẽt
33 referri ad aliũ diuerſum, † & in quo non eadẽ ra-
tio militat. & inuenio qđ ferè in terminis ita con-
ſiderat,& reſpondet Soc. in conſ.63.nu.19. verſi.
conſiderandum tñ,& ver.præterea licet,volum.3.

Secundò reſpondeo quod vbi ẽt in ſucceſſione
aſcendentium eſſet neceſſaria illa qualitas, quod
legitimè nati ſint: tñ licet defectus non põt oppo-
ni a Dño Antonio,qnia ſua nõ intereſt quod Do-
minus Manſredus ſit,vel non ſit capax: ipſe enim
concedendo facultatem alienandi,vt dixi ſupra in
ſecundo huius partis fundamento, fecit ſe alienũ
ab hoc feudo,vt dicimus de eo, qui rem vendidit:
34 is enim priuauit ſeipſum facultate reuocandi,† vt
inquit Salic.l.quoties, la prima, verſi.quæro cum
gl.C.de fideicom.& in l.2.in fi.C.ſi in frand.patr.
a lib.alien.facta ſit,Cæph.in conſ.393.nu.39. ſtã-
te enim pacto & facultate prędicta,non poſſet Do
minus Ioan.Antonius ſuccedere, vt dixi ex Bart.
in d.§.duo fratres,q.8.& alijs ibi.cum ergo ſua nõ
35 interſit, non dẽt admitti ad hoc † opponendũ,vel
excipiendum,l.1.ff.de appellatio. non recip. l.ille
a quo,§.ſi de teſtamento,vbi omnes notant, præ-
cipuè Imo.& Ale.ff.ad Trebel.c.cum inter,de ele-
ctio.Imo.in l.Titia,in fi.ff.ſolu.matri. & dicta op-
poſitio concernit ius ipſius Principis concedẽtis,
qui non tenetur admittere quemquam contra for
mam pacti poſiti in inueſtitura, ſed ius tertij non
36 poteſt ab alio †allegari,l.loci corpus,§.competit,
ff.ſi ſeruit.vend.l.1.& 2.ff. ſi ager vectig.l.1. & l.2.
ff.vti poſſid.l.2.ff.de except. rei iud. præcipuè, qñ
non eſt ipſo iure excluſiuum intentionis agentis,
gl.in l.2.C.de iure emphy.vbi Bar.Bal.Ang.Sali.
& Iaſ.Soc.conſ.78.nu.4.vol.4.Ripa in rub.ff.ſol.
matri.n.29.Craue.pro genero,nu.278. Alba cõſ.
67.nu.6.Tiraq.in l.ſi vnquam,in ver. reuertatur,
nu.358.C.de reuoc.dona.& ſi Princeps velit,põt
conſentire quod Dñs Manfredus quantumuis in-
capax habeat feudum:nemo autẽ pręter ipſum do
minum põt allegare ius dñi, vt latè probat Cæph.
in conſil.3.num.118.& ſeq. quod comprobaui in
conſi.1.nu.84.& pluribus ſeqq.& Dominus Mã-
fredus poſſet dicere Dño Ioan. Antonio, Amice,
nihil ad te, habeo enim tui reſpectu liberas ædes.

Tertiò dico communem eſſe opinionem,quod
legitimatus ex ſequenti matrimonio admittatur
ad feudum conceſſum pro legitimè natis, vel pro
legitimè deſcendentibus,vel pro ijs, qui eſſent de
37 legitimo matrimonio † procreati. ita enim ante
omnes voluit Iſern. in d.ca.naturales, in additio.
mouetur ratione: quia quando filij ex concubina
naſcuntur,videtur ineſſe conditio quod ſint legiti
mi, caſu quo eorum mater deſponſetur: ea verò
conditione eueniente,perinde eſt ac ſi numquam
fuiſſent illegitimi, & ibi ad confirmationem mul-
ta adducit, & idem uoluerunt ibi Mart. Laud. &
Præpoſ.col.4.in uerſi.quæro, an filij. & Afflict. in
5.notab.& loquuntur prædicti,qñ inueſtitura cõ-
ceſſa eſt pro hæredibus ex ſuo corpore legitimè
deſcendentibus. ita enim Iſer.format ibi quæſtio-
nem.hanc eãdem opinionem probauit Abb. in c.
tanta,nu.7.qui fil.ſint legit. quia ſecundum eum,
matrimoniũ fingitur contractum ante natiuitatẽ
filiorum: ergo habendi ſunt ac ſi legitimè deſcen-
diſsent fauore matrimonij.adducit ẽt qđ taliter le
gitimati eligi poſsunt ad Epiſcopatum, ſecũdũ
gl.communiter a Doctoribus approbatam in ca.
innotuit,de electio.& tñ eligendus in Epiſcopum,
debet eſse legitimè natus, cap. cum in cunctis, de
electio. & reprobat Bal. contrarium tenentem in
d.c.naturales.& hæc eſt communis opinio, ſecun-
dum Card.Ale.d.c.naturales.quia ex ſequuto ma
trimonio præſumitur affectionem maritalem ad-
fuiſse a principio, l.cum quis a muliere libera, §.
cum enim affectio. ibi, nec enim veriſimile, C. de
natu.libe. Iaſ.conſi.168.nu.11.uol.4. quia fingitur
legitimè natus, propterea etiam in materia ſtricta
appellatione legitimè nati, uenit legitimatus, So-
cin.iun.in conſi.59.num.63.uolum. 3. ubi repro-
bat Alexan.in dicto conſi. 5. quia per ſubſequens
matrimonium legitimatur filius per tranſlatiuam
fictionem,Fortun. Garcias in l. Gallus, §. & quid
ſi tantum, nume.277. & nume. 265. ff.de libe. &
poſthum. Rub.in dicta l.Gallus, §. quidam rectè,
nume. 162.Alcia. in conſi.501.nume.2. & 3. vbi
reſpondet omnibus argumentis contrariæ partis;
& principaliter mouetur, quia maritalis affectio
inſpecto ciuili iure ſufficit ad matrimonium; l.nu-
ptias,ff.de regu.iur. & ſex eam præſumit in com-
mercio liberę mulieris, l. libera, ff. de ritu nupt.

qđ autem vir ducit eam in vxorem , vel deſpõſat,
lex præſumit a principio eandem fuiſſe intentio-
nem,d.l.cum quis,§.cum enim.ideo cũ legis præ-
ſumptio habeatur pro veritate,l.fi.de proba.tales
filij habentur pro legitimè natis. mouetur etiam
ſupra citata ratione,quod a principio nati ſunt le-
gitimi ſub tacita conditione , ſi vir eam deſponſa-
uerit.& ſubdit hãc eſſe cõem opinionem,& conſti
tuit differentiã inter ius canonicum & ciuile,quia
canonicum legitimat per fictionem,ciuile aũt per
præſumptionem, Ripa, qui cõem dicit, in l. ex fa-
cto,§.ſi quis rogatus, il primo, nu.47.ff. ad Treb.
qui fundatur ſuper maritalis affectus pſumptio-
ne, quæ facit vt matrimonium , ſecundũ ius ciuile
præſumatur vſque a principio.idem in l.ſi vnquã,
q.32.nu.88.C.de reuoc.donatio.Marſil. in ſingu.
542.vbi ait legitimationem factam per ſequutum
matrimonium , eſſe maioris vigoris & importan-
tiæ, quàm ſint aliæ. hanc ẽt opinionem dicit com-
munem Didac.in epito.de ſponſal.par.2.c.8.§.2.
num.30.poſt Afflict.quem citat, dicens hanc eſſe
probabiliorem, quia talis legitimatus dicitur ve-
rè legitimè natus,Duen.in reg.350.filius natura-
lis legitimatur,ampl.6.circa fi.vbi inquit,eſſe indi
ſtinctè cõem opinionem,& tenendam , quidquid
Bal.voluerit. & hanc quoque magis communem
affirmat Silua.in conſ.3.nu.49. per illam rationẽ,
ꝙ ex ſequuto matrimonio præſumitur maritalis
affectio a principio,d.l.cũ quis,Clarus,qui ẽt atte
ſtatur de cõi,in tract.de feu.q.82.in fin. Burſat.in
conſ.10.nu.6.vbi dicit magis cõem, & idem affir-
mat in conſi.18.nu.3.Simon de Pret. qui ita pro-
nunciat eſſe cõem,in tract.de interpr.vltim. volũ.
lib.3,interpr.dubit.3.ſolut.3.n.6.Aſcan.Clem.in
tract.de patria poteſt.ca.5.nu.57.& hanc quoque
ſequi videtur Bero.in conſi.167.nu.4.vol.2. dum
dicit,quòd talis legitimatus facilius admittitur ad
emphyteuſim,vel feudum,qñ vocantur diſpoſiti-
uè legitimè nati,vel legitimè deſcendentes, quàm
quòd faciant deficere cõditionem, ſi deceſſerit ſi-
ne filijs legitimè natis. & pro hac opinione ſtare
videntur a maioritate rationis illi omnes , qui te-
nent ꝙ taliter legitimatus excludat ſubſtitutum
ſub conditione , ſi deceſſerit ſine filijs ex legitimo
matrimonio procreatis , vel legitimè deſcenden-
tibus, vel legitimè natis , quorũ opinio hodie eſt
receptiſſima,& præſtantiores numero,& pondere
habet authores: præter.n.prædictos omnes, quos
tanquam de feudo loquentes proximè citauimus
18 eam ſententiam † in ſubſtitutione probarũt Dec.
conſ.155.col.pen.& fi.in conſ.624.num.7.Pariſ.
conſi. . . . n.44.vol.2.Crot.in d.§.& quid ſi tantũ,
nu.169.Rub.d.§.quidam rectè, nu.162.infinitos
adducit Burſat.d.conſ.10.& conſ.18.Cæph.latiſ-
ſimè omnium in conſ.541. vbi multos addit, plu-
res item cumulat latè diſputando Menoc.in conſi.
225.per totum,nouiſſimè Simon de Pret.d.ſolu.
3.n.6:vbi præter oẽs allegat Marzar. Phanuc. Od-
dũ Peruſ.& Pet.Ant.Anguiſol.latè cõprobantes:
quia ratione nõ eſt attendenda ſñia Cæph.& Me-
noc.qui primum tenuerunt cum Bal. in d.c.natu-
ralis; poſtea verò ſeniores effecti contrariam ſe-
quuti ſunt ſñiam contra ſubſtitutum . & hæc opi-
nio probabilior eſt in caſu noſtro , quia nulla ſu-
beſt verborũ geminatio,quæ ſolet primum conſi-
derari ab ijs,qui ſtant pro contraria, & iſta minus
lædit ius cõe feudorum , ſecundũ quod legitima-
tus per ſequens matrimonium ſuccedit in feudo,
vt dixi in tertio fundamento; & inueſtituræ verba
debent intelligi ſecundum ſenſum iuris, l. quæro,
§.inter locatorem,ff.loca.& ſecundum ſubiectam
materiam vt ibi: ergo vt legitimati ſuccedant,vt p
Dec.d.conſ.155.col.pen.Cæph.d.conſ.541.n.20.
19 Item ſi ex †reſcripto ita põt quis legitimari vt ſuc
cedat in feudo conceſſo ſolum pro legitimè deſcẽ
dentibus,vel legitimè natis,Soc.in cõſ.63.col. pe.
vol.3.Goza,conſ.29.nu.22.Cæpha. in conſi. 103.
nu.4.Meno.conſi.20.nu.19.& 20.Simon d. ſolu.
3.nu.5. ergo & multo magis id locum habebit in
legitimatione, quæ fit ex ſequuto matrimonio, ꝗ
ſecundum omnes eſt pinguior & amplior , Deciſ.
Pedemon.154.num.12.ita arguit Abb.d.c.tanta,
nu.7.Dec.dicto conſi.624.nu.4.Silua.dicto conſ.
3.num.49.& cum lex præſumat matrimonium ab
initio copulæ contractum , d. l. cum quis, §. cum
enim.ſatis dicitur legitimè natus,cum ſit natus ex
præſumpto matrimonio.

Ad argumentum autem Bal. & aliorum dicen-
tium , quod verba inueſtituræ videntur reſpicere
initium,ſeu originem natiuitatis,ſatis reſpondent
Alciat.d.conſi.501. & alij omnes ſupra citati : ſed
melior mihi ea videtur , ſi dicamus verba illa etiã
de contrahentiũ voluntate intelligi , & referri de-
bere ad ſenſum iuris, vt ſcilicet illi omnes admit-
tantur,quia lege iudicantur legitimi: nam id dici-
20 tur legitimũ,† quod a lege prouenit , ſiue media-
tè, ſiue immediatè , & large accipitur, l.obuenire,
ff.de verb.ſigniſ.vbi legitima dicitur hæreditas nõ
minus quæ ex teſtamento,quàm quæ ab inteſtato
defertur, gl. in l.legitimam,ff.de pet.hære. Bar.&
Fulgo.in l.3.§.de illo,ff.pro ſocio, Dec. Cur.iun.
& Cagnol.in l.1.C.quando non peten.par.Bene.
in c.Raynutius, in verſ.vxorem,nu.75. Pincll. in
l.2.nu.4.C.de bo.mater. vbi id intelligit ſiue pro-
feratur a lege,ſiue ab homine.cũ igitur partes mẽ-
tionem faciunt de deſcendentibus , referunt ſe ad
legis interpretationem,non ad ueritatem , vt opi-
nantur Bal.& alij. lex autẽ habet pro legitimè de-
ſcendentibus eos,qui legitimantur per ſequẽs ma-
trimoniũ,meritò admitti debent ad ſucceſſionem.

Poſſet fortè inferri ſcrupulus , quia Dominus
Manfredus natus fuerit ex ancilla , quæ inſpecta
Domini Hieronymi conditione , dici poteſt vilis.
ſed facilè tollitur , quandoquidem concludunt
21 communiter Doctores , ſubſequens † matrimo-
nium etiam cum vili perſona & vitæ deploratę le-
gitimare filios; & id voluerunt expreſsè Nicol.de
Vbal.Ang.Aret.Ludou.de Sard. Card.Alex.Iaſ.
Lup.Brunell.Silua. Paleot. Bocr. Tiraq. Caſſad.
Eman.a Coſta,Phanuc.& Deciſ.Pedemon. quos
omnes

oēs refert & ſequitur Menoc. in conſi. 19. nu. 14. &
ſeq. vbi aſſerit hanc opinionē eſſe magis receptā,
Duen. d. reg. 350. limit. 8. vbi alios multos citat,
Didac. in epitom. de ſponſal. par. 2. ca. 8. §. 2. nu. 9.
Cæph. in conſ. 435. nu. 100. & ſeq. vbi dicit hanc
eſſe veriorē, & crebriorē inſpecto iure canonico:
quia cum aliàs rarò, vel nunquā mulieres pares
ſoleant eſſe concubinæ, rarò ēt vel nunquā locus
eſſet legitimationi, quæ fit per matrimoniū concu
binę; & ſat eſt ſecundum ius canonicum, q mulier
ſit libera, ita q cum ea ſubſiſtere poſſit matrimo-
nium: & ſubdit tenentes contrariam loqui de ſcor
to infami extracto de lupanari, Burſat. conſi. 10.
nu. 9. ver. etenim quidquid ſit. vbi dicit eſſe in hoc
ſeruandum ius canonicum, addit Caſt. Celſ. Vgo.
Gabriel. & Mazat. idem Burſat. in conſi. 18. num.
22. & prædictis in locis dicunt procedere, etiam ſi
non ſit retenta in domo maritali affectione.

SVMMARIVM.

1 *Negans poſſidere, ſi conuincatur de mendacio, perdit poſſeſſionem. limita, nu. 11. & ſeq.*
2. *Rem dicens ſe poſſidere alieno nomine, ſi conuincitur poſſidere proprio nomine, perdit poſſeſſionem.*
3. *Negans ſe poſſidere, non poteſt impedire ne actor mittatur in poſſeſſionem.*
4 *Reus qui negauit, non impedit miſſionem in poſſeſſionem, etiam ſi ſtatim probet dominium.*
5 *Negatio facit aduerſarium poſſeſſorē, non dominū.*
6 *Actoris ex perſona ius metimur in iudicio.*
7. *Actore non probante, reus abſoluitur.*
8. *Teſtamentum ſecundum, reuocat primum.*
9 *Actio. Nemo ſine actione experitur.*
10 *Exceptio, per quam demonſtratur nullum ius competere actori, ipſo iure impedit litis ingreſſum.*
11 *Ratione ceſſante, ceſſat diſpoſitio.*
12 *Tertius comparens pro ſuo intereſſe auditur.*
13 *Tertius comparens, & probans rem eſſe ſuam, impedit ne ſpoliato reſtituatur.*
14 *Actor cuius non intereſt, repellitur ab agendo.*
15. *Agens ex vna cauſa, & probans de alia, ſuccumbit.*
16 *Negans poſſidere ſine dolo & culpa, non priuatur poſſeſſione.*
17 *Exceptio dominij notoria impedit ſpoliatum reintegrari.*
18. *Notoria dicitur exceptio, quæ publico inſtrumento probatur.*
19 *Negans non priuatur poſſeſſione, quando notoriè cōſtat de illius dominio.*
20 *Teſtamentum habet exequutionem paratam.*

CONSILIVM CCXIIII.

CONTENTIO orta inter Margaritā
vxorem quondā Dominici Bechij,
& fratres etiam de Bechijs, in eo eſt
ſtatu, an miſſio in poſſeſſionē poſtu
lata a dictis fratribus ſit conceden-
da in odium dictæ mulieris, quę negauit poſſidere
prædia, de quibus in actis? certum eſt. n. quod vbi
reus interrogatus negat ſe poſſidere, ſi de menda-

Lib. II. Conſ. Io. Petri Surdi.

1 cio † conuincatur, perdit poſſeſſionē, quæ transfer
tur, eſt tex. in l. fi. ff. de rei vend. & in auth. ſi poſſeſ-
ſor, vbi gl. in ver. trāſferat, C. q pot. in pign. habe.
gl. in §. illud quóque, in verſ. poſſeſſio, in Auth. de
trien. & ſemiſ. & fit de reo actor, vt inquit Bald. in
conſ. 201. vol. 3. Rom. in conſ. 70. nu. 6. quia cum
grauetur onere probandi mendacium actoris, dēt
in hoc releuari, quod mittatur in poſſeſſionem in
odium rei negantis, Barbat. in conſ. 36. n. 1. conſ.
83. col. 1. vol. 3. Iaſ. in §. omniū, nu. 86. & in §. item
ſi quis, nu. 79. Inſt. de action. Soc. in c. quoniā fre-
quenter, colum. 9. ver. ſed quæro extra, vt lite non
conteſt. alios citat Ant. Gabr. li. 5. tit. de acq. poſſ.
2 conclu. 5. in prin. & procedit ēt, qn̄ dicit quis † ſe
alieno nomine poſſidere, cum tn̄ proprio nomine
poſſideat, ſecundum Spec. in tit. de primo decre.
§. reſtat, nu. 20. Bal. in l. fin. ff. de rei vend. Rom. in
conſi. 70. Aret. d. §. omniū, col. 6. ver. quæro, quid
è cōtra, Abb. d. c. quoniā frequenter, §. q ſi ſuper,
Afflict. in deciſ. 18. vbi dicit ita fuiſſe iudicatū, Cō-
tard. in l. vnica, q. 14. in princ. nu. 2. Gabriel. d. cō-
cluſ. 5. nu. 18. D. Becius conſ. 64. nu. 3. Mar. Ant.
Cuccus in tract. de mentien. circa poſs. nu. 144. &
ratio eſt, quia negans poſſidere, videtur derelin-
quere ſuam poſſeſſionē, ideo venit ea priuandus,
arg. l. ſi quis vi, §. differentia, ff. de acq. poſs. ſicuti
poſſeſſione priuatur, qui eam non defendit. l. ſi
prius, vbi Bar. ff. de ope. noui nunc. & Iudicem cō-
temnit, qui corā eo mentitur, l. ſi prętor, ff. de iudi.
cum ēt ab eo interrogatus puniatur, qui tacet, l. de
ætate, §. qui tacuit, ff. de interrog. actio. Et nedum
poſſeſſione priuatur, qui mentiendo dicit ſe non
poſſidere, & conuincitur in mendacio, ſed ēt qui
ſimpliciter dixit, ſe nō poſſidere ēt ſi nō mendax,
quia actor petat ſe mitti in poſſeſſionem ſaluo iu-
re cuiuſcunq; tertij: erit ſibi cōcedenda, quia reus
qui iam profeſſus eſt non poſſidere, nō poteſt op-
ponere, ne poſſeſſio trāſferatur in actorē, ex quo
3 † ſua non intereſt excipere: atque ita ſolēnem pra
cticam introduxit Ang. in d. l. fin. ff. de acqui. poſſ.
Cæpo. in caut. 161. Barbat. d. conſ. 36. col. fin. vol.
3. Iaſ. d. §. omnium, nu. 91. Nat. in conſi. 381. circa
prin. Contard. Gabr. & Cuccus in locis prædictis,
D. Becius in conſi. 64. nu. 1. Cum ergo Margarita
negauerit ſe poſſidere, non poteſt requiſitæ miſ-
ſioni contradicere, ex quo ſua non intereſt.

Et nō obſtat q Margarita dicat ſe hæredē Do-
minici, cuius dicitur fuiſſe prædia, de quib. eſt qō
quia eſt aduertendum, q etſi agenti remedio adi-
piſcēdę poſſeſſionis obſtat exceptio proprietatis
incontinenti probata, tn̄ fallit in eo qui in pœnam
negationis poſſeſſionem amittit: is enim ēt ſi ve-
4 lit ſtatim † probare dominiū, non impedit miſſio-
nem, vt voluit gl. in d. l. fi. ff. de rei ven. vbi eam ſe-
quuntur Bart. & Ang. cū quib. tranſit ēt Aret. ibi,
Iaſ. in §. nihil commune, l. naturaliter, num. 42. ff.
de acq. poſs. & idem probarunt ibi Rube. nu. 185.
& Ripa, nu. 102. Abb. in ca. cum cauſam, col. 4. de
iuram. calum. Rom. in l. ſi alienam, num. 2. ff. ſolu-
to matr. Aret. d. §. omniū, nu. 9. vbi Iaſ. n. 90. Inſt.

de actio. Afflic. §. vaſallus, nu. 6. tit. ſi de ſeud. fuer. cōtrou. inter dom. & agnat. Menoc. de adipiſ. poſſ. rem. 1. nu. 113. Gomeſ. in §. ex maleficijs, nu. 16. Inſti. de actio. Gabriel. d. conclu. 5. nu. 17. Cōtard. d. q. 14. nu. 5. Cuccus d. tracta. num. 226. ita ergo quamuis Margarita vti hæres prætendat prædia prædicta ad ſe ſpectare, tamen non poterit impedire, ne actor poſſeſſionem cōſequatur, ſaluo iure probādi dominium in alio iudicio, vti diſponitur d. l. fi. ſecundum Bar. ibi, nu. 20. Roma. d. l. alienā, num. 2. Afflict. d. deciſ. 18. in fi. quia negatio facit
5 † quidem actorem poſſeſſorem, ſed non dominū, ſecundū Gomeſ. in loco prædicto, Menoc. d. rem. 1. num. 114. Contard. d. q. 14. num. 4.

Tamen prędictis nō contradicentibus concludo fratres de Bechijs non eſſe mittēdos in poſſeſſionē prædiorum, quæ Margarita negauit poſſide-
6 re: quia in primis ius † metiendum eſt ex perſona actorum, ſecundū Bar. in auth. hoc locum, nu. 12. ver. tertio, C. ſi ſecundo nupſ. Bal. in ca. cæterum, nu. 2. de iudi. & non curamus de iure poſſeſſoris, ſi non conſtat de iure petitoris, l. fi. vbi gl. citat concor. & ibi ēt, Bal. C. de rei ven. Corne. cōſ. 110. col. 2. vol. 2. vbi dicit ius duplici via cōſiderari, videlicet ex perſona actoris, & ex pſona rei. ſed ſi actor
7 non probet, reus obtinet, † ſecundum regulam l. qui accuſare, C. de eden. vbi Dec. nu. 14. latè ponit, quod inſpiciendum eſt, an actor fundauerit ſuam intentionem, non autē an reus probauerit, Fely. in c. 1. col. 3. ver. quod autem, de accuſa. Ruy. in conſ. 48. nu. 12. vol. 4. Cagno. in l. in pari, nu. 1. de reg. iur. facit l. Paulus, in fi. ff. quib. mod. pign. vel hipoth. ſolu. & reo ſufficit offuſcare intentionē actoris, Bal. in conſ. 79. n. 7. vol. 2. Crau. in cōſi. 6. nu. 127. Nat. in conſi. 32. in fi. ſed ſi conſideremus perſonam dictorum fratrū, non erunt mittendi in poſſeſſionē: dicūt enim ſe hæredes Dominici ex teſtamento per eum condito de anno 1570. in quo leguntur ſcripti, & tñ Margarita produxit aliud teſtamentum nouiſſimè ab eodē Dominico factum de anno 1579. in quo inſtituit Margaritā eius vxorem in oībus bonis; & non eſt dubiū, quin primū teſtamentum ſit reuocatum per ſecundum poſtea
8 † conditum, l. ſi quis priore, in prin. ff. ad Treb. §. poſteriore, Inſti. quib. mod. teſta. infir. ēt qñ ſecundum ſuſtinetur ſpeciali iure, §. eius militis, §. fi. in fi. ff. de teſta. mili. Caſt. in auth. hoc inter, q. vlt. C. de teſt. Ale. in conſi. 177. nu. 1. vol. 2. & in ſecundo teſtō ſemper tacitè ineſt clauſula, caſſans & irritans, Aret. in §. poſteriore, Iaſ. in conſ. 169. in prin. vol. 4. Rol. qui alios citat, in conſ. 33. nu. 18. vol. 3. D. Becius in conſ. 86. vol. 2. Conſtat ergo, dictos fratres nullum ius poſſe prætendere in bonis dicti Dominici, & agere ſine iure & actione, cū ipſi nō ſint hæredes Dominici, ſed Margarita, & nemo
9 † ſine actione experitur, l. ſi pupilli, §. videamus, ff. de neg. geſt. Bar. in l. nā & poſtea, in prin. n. 7. ff. de iureiu. imò exceptio, per quā demonſtratur actio-
10 nem non cōpetere, ipſo iure † repellit actorē a limine iudicij, & impedit litis conteſtationem, & dicitur litis finitæ, ſecundū Bar. loco prædicto, Spe. in tit. de excep. §. dicto, nu. 43. Ange. Fulg. Ale. & Iaſ. d. l. nam & poſtea, Bar. d. §. videamus, num. 7. Caſtr. in conſ. 221. nu. 5. vol. 2. Are. in conſ. 48. vol. 3. Roma. in conſi. 214. nu. 3. & in conſi. 466. nu. 3. ver. clarum eſt, Fely. in c. exceptionē, col. antepen. de excep. Ale. in conſi. 62. nu. 15. vol. 7. Neuiza. in conſi. 30. num. 7. Meno. in conſi. 89. nu. 73.

Nec facit ſcrupulū, quod inquit Ange. in d. l. fi. ff. de rei ven. dum vult quod conuentus, qui negauit ſe poſſidere, nō impediat miſſionē, ex quo ſua intereſt: quia procedit eius dictū, qñ non conſtaret aliunde de intereſſe: at vbi conſtat ipſius conuēti intereſſe, tūc ceſſat ratio Angeli. ergo ceſſare
11 † quoq; dēt eius deciſio, l. adigere, §. quāuis, ff. de iure patr. l. quod dictum, ff. de pac. Tiraq. in tract. ceſſ. cau. par. 1. nu. 125. intereſſe autē Margaritæ patet ex teſtō vltimo, quod fuit productum, in quo legitur inſtituta, & illius vigore poſſeſſio eſt, non ipſis fratribus, ſed Margaritę concedenda, vt probatur in l. fi. C. de edicto diui Adr. toll. & ſicuti ſi
12 inter duos alios cōtēderetur, poſſet tertius † cōparere pro ſuo intereſſe, & eſſet audiendus, §. ita tñ, §. quoties, ff. ad Treb. l. a Dino Pio, §. ſi ſuper rebus, vbi gl. Bar. Alber. Caſt. Ale. & Iaſ. ff. de re iud. Rom. ſing. 377. Craue. in conſ. 14. nu. 3. Por. Imo. in conſ. 172. num. 11. ita audiri dēt Margarita, quæ cōparendo dicit poſſeſſionem ſibi vti hæredi, non autem dictis fratribus eſſe concedendam, qui non ſunt hęredes. & facit quod voluit Abb. in c. literis, nu. 7. & 33. de reſti. ſpol. vbi inquit, quod ſi tertius
13 comparens & cōtra ſpoliatum agentem † probet rem eſſe ſuam, impedit reſtitutionem, Ale. in l. naturaliter, §. nihil cōe, nu. 33. vbi Ripa, nu. 79. ff. de acq. poſſ. idem voluerunt Guido Papæ, Rub. Zaſ. & alij, quos citat, & ſequitur Meno. de recup. poſ. rem. 1. n. 326. q ſi impeditur reſtitutio ei facienda, q ſemel poſſedit, multò magis impediet, ne is mittatur in poſſeſſionem, qui nunquā poſſedit, & hęc procedūt facilius, qñ poſſeſſio vacat, & a nemine occupatur, c. veniens, il 2. vbi Inn. & alij, de teſtib. Bar. Ale. & Iaſ. in d. §. ſi ſuper rebus, & cōem dicit Didac. prac. quæſt. ca. 16. ver. ſecundus caſus tunc cōſtituitur. ſtante igitur intereſſe Margaritæ pōt cōparere & impedire ne cōcedatur alijs poſſeſſio, quia ceſſat fundamentū, & ratio Ang. & aliorum.

Secūdò reſpōdeo, quod contrariū procederet, qñ dicti fratres ſimpliciter poſtulaſſent ſe mitti in poſſeſſionem dictorū prædiorū, nulla expreſſa cauſa vel iure limitato, quia tunc miſſio eſſet concedēda, ex quo non probaretur eorū non ius: at in præſenti facto dicti fratres petierūt ſe mitti in poſſeſſionem tanquā hæredes Dominici ex teſtō anni 1570. ideo cum appareat teſtamentum illud fuiſſe reuocatū per alterum poſterius, non eſt eis cōcedenda poſſeſſio, quia cōſtat eos agere ſine iure, & ex falſa cauſa, & ſine intereſſe, & nō minus repelli
14 tur actor ab agendo, qñ ſua † nō intereſt, q̃ reus, Ang. in l. ſi patroni, §. qui fideicommiſſaria, ff. ad Treb. l. ſi vnus, §. ante oīa, vbi Bar. ff. de pact. Ale.

alios

alios citãs in d.§.qui fideicommiſſaria,nu.3.Dec.
in conſi.302.nu.4.Tiraq.de retract. conſang.§.1.
gl.2.nu.51.vbi exornat. ideo ẽt ſi nihil intereſſet
rei excipere,qñ conſtat,nõ ẽt intereſſe actoris age
re,repelli debet,quia vt dixi ſupra in princip.in iu
dicijs metimur ius ex perſona actoris,& cęteris pa
ribus reo faciendum eſt,ca. cum ſunt partium, de
reg.iur.vbi Io.Andr. ponit exemplum, qñ neuter
probat, & idipſum repetit Cagnol. in l. fauorabi-
liores,nu.2.ff.de reg.iur. & nõ ſufficeret quod di-
cti fratres poſſint intereſſe prætendere alio reſpe-
ctu,quàm hæreditatis Dominici: quia cum vnam
cauſam deduxerint in iudicio, & ſe reſtrinxerint
ad illam, non poſſunt obtinere ex alia, etiam quæ
15 † competeret,l.habebat,de inſtito.actio.l.nõ poſ-
ſumus,ff.ſi pars hęre.pet.l.quidã,ff.de in rẽ verſo.
Caſt.cõſ.81.col.2.vol.2.Corne. in conſ.13.col.2.
vol.1.Ale.in conſ.150.nu.29.vol.5. Tiraq. de re-
tract.conuen.in fi. nu.98.Craue.in conſi. 80. nu.
27.non enim prodeſt actori,quod ius habeat, niſi
aptam & competentem inſtituat actionem, c.exa-
minata,de iudic.l.1.ff.ſi menſ.fal.mod.dix. Cagn.
d.l.fauorabiliores, nu. 3. quando ergo non inter-
eſſet actoris, non eſt concedenda miſſio in poſſeſ-
ſionẽ,ẽt ſi ipſius quoque rei non interſit accipere.

Tertiò poſſet reſponderi, ꝙ lex finalis non põt
habere locum in pręſenti facto, quia loquitur qñ
quis per mendacium negat poſſidere,vt põt ibi vi
deri,& ita qñ poſſidẽs negat poſſidere: atque hoc
modo loquuntur oẽs Doctores ſupra citati. ſed
Margarita nõ eſt mentita,qñ dixit non poſſidere,
quia verè non poſſidebat. non ſuccedit ergo pęna
indicta mentienti circa poſſeſſionem, cum non ẽt
imponatur ei qui ſine dolo & lata culpa eſt menti-
16 tus,† vt voluit gl.in d.l.fi. vbi Bar. nu.9. vult non
ſolum probandum eſſe quod negans poſſederit,
ſed etiã quod ſciret ſe poſſidere,Bal. in d.c.1.§.va-
ſallus,ſi de feu.fuer.cõtrouer.inter domi.& agna.
Bald.& Ale.in d.l.fi.Rom.in conſi.70.nu.5.Abb.
in c.cũ cauſam,de iuram.calum.Gabriel.qui mul-
tos citat,d.concluſ.5.num.26.limit.1.D.Becius d.
conſi.64.nu.2. Cuccus d. tracta. de mentio. circa
poſſeſſio.nu.291.huic tamen reſponſioni minimè
acquieſco,quando fuit ſeruata practica Ang.in d.
l.fi.quia illa procedit etiam ceſſante mendacio, &
nulla facta probatione quod reus poſſideat, vt di-
xi in princ.Contard.d.quæſt.14.num.25.

Nec refragatur, quòd reus probans de ſuo do-
minio non impediat actorem mitti in poſſeſſionẽ:
quia vt dixi,duplici modo in iudicijs expendimus
iura partium: primò ex perſona actoris, & tunc ſi
non probauit ſuam intentionem ſuccumbit ẽt ſi
reus nihil præſtiterit,l.qui accuſare, vbi latè Dec.
C. de eden. altero ex perſona rei. & tunc ſi actor
probauit,& reus elidat illius probationẽ, obtinet
reus. in propoſito autem dico, ꝙ dicti fratres de-
bent ſuccumbere ſibi ius competere ex teſtamen-
to Dominici; & hoc nedum non probarunt,ſed ẽt
conſtat ex poſteriore teſtamento nullum eis ius
dari in bonis Dominici. contrariũ autẽ procedit,
qñ actor nõ ſe reſtringendo ad certam cauſam pe
tit ſe mitti in poſſeſſionem tanquam vacantem, &
poterat ſua intereſſe. ſed aliud eſt, qñ ad certam
cauſam,eamq́ue non aptam, nec competentem.

Reſpondeo ſecundò, quod tunc nõ impeditur
miſſio,qñ exceptio dominij, ſeu proprietatis pro-
batur quidem,ſed patitur contradictionẽ,ſed no-
toriè conſtat de iure conuenti circa dominiũ,tunc
17 impeditur miſſio: quia ſicuti notoria † exceptio
dominij impedit reintegrationem fieri ad fauorẽ
ſpoliati,Inno.in c.cum eccleſia Sutrina, vbi Abb.
nu.26.de cau.poſſ.& propr.Abb.in c.cum in lite-
ris,nu.7.& 27.de reſt.ſpol. Old. in conſ.214.col.1.
Ale.in conſ.77.col.pen.vol.2.latè Lancel.in trac.
attenta.par.3.ca.24.q.1.per totam, Contard. d.l.
vnica,q.10.n.13. vbi dicit æquè procedere in pro-
fanis,ſicut in beneficialibus; & ſatis dicitur noto-
18 ria exceptio,quando de ea † conſtat inſtrumento
publico & impedit reſtitutionẽ, Lapus allega.24.
circa med. Rota de reſtit. ſpol. deciſ.16. in nouis,
Bellam.Corſet.Soc.ſen. Dec.Capic.& Craue.cu-
mulati a Menoch. qui eos ſequitur in tract. de re-
cuper.poſſ.remed.1.nu.194. Lancello. d.q.1.nu.
86. quia inſtrumentum facit rem notoriam, ẽt ſi
non habeat exequutionem paratam, Menoch.d.
nu.195.verſ.declaratur tñ. & in terminis, quod ẽt
19 in pœnam mentientis actor † nõ mittatur in poſ-
ſeſsionem, qñ conſtat notoriè de rei ipſius domi-
nio,& iure proprietatis,voluit Cuccus d.trac. nu.
229.ver. verum non ab re. & nu.299.ver.decimo
limita,quia notoriè cõſtare de aliquo facto eſt q̃d
pluſquam probare incontinẽti, vt ipſe latè dedu-
cit, & hæc debent multo magis procedere in caſu
noſtro, in quo ius Margaritæ fundatur ſuper in-
20 ſtumento teſtamenti, quod † habet exequutio-
nem paratam, ſecundũ Bar. & Bald.in l.fin.C. de
edicto Diui Adr. tollen.vbi Iaſ.nu.6. in 5. notab.
Boer.in deciſ.295.nu.15. Cotta in memor. incip.
inſtrnmenta publica, impedit ſpoliatũ reintegra-
ri,multo magis impediet,ne quis mittatur in poſ-
ſeſsionem: nam remedia adipiſcendæ non compe
tunt, quando reus incontinenti probat ſe domi-
num, vt per Doctores in d.l.fi. quare cum in præ-
ſenti caſu per vltimum teſtamentum Dominici
probetur dictis fratribus nullum ius competere in
illius bonis,& ea ſpectare Margaritæ vxori & hęre
di inſtitutæ, nõ eſt dictis fratribus dãda poſſeſsio.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio generalis de non alienando, non includit legitimam.*

2 *Filius ratione legitimæ dicitur creditor, & legitima dicitur æs alienum.*

3 *Legitima debetur filio, etiam qui contrauenerit voluntati teſtatoris.*

4 *Pœna non poteſt peti, quando præceptum teſtatoris eſt nullum.*

5 *Renunciatio generalis non extenditur ad legitimã.*

6 *Prohibitio alienandi expreſſa operatur plus quam tacita.*

7 Acceptans legatum factum cum onere non plus petẽdi, poteſt legitimam petere. limi. num. 32.

8 Teſtator præſumitur voluiſſe accommodare voluntatem ſuam ſecundum leges. limita, nu. 28.

9 Faciens actum, cenſetur ſe obligare legibus loquentibus de illo actu.

10 Legitima poteſt a filio impunè alienari, non obſtante generali prohibitione facta a teſtatore, vel etiã ſpeciali, in certis bonis, ſi alia non ſuperſint.

11 Filius acceptans legata paterna, non ſibi præiudicat in legitima, niſi pater adijciendo onus expreſſam faciat mentionem de legitima.

12 Præceptum teſtatoris pœnale valet, ſi non ſit turpe.

13 Prohibitio ſine cauſa & ſimplex valet, ſi adiecta ſit pœna.

14 Teſtator poteſt hæredem grauare in re propria.

15 Succeſſio non defertur ijs, qui non paruerunt voluntati teſtatoris.

16 Legitima licèt non recipiat grauamen, tamen ſi vltra grauamen addatur pœna, tunc filius contrauueniendo incurrit pœnam, & ibi latè de ratione.

17 Ratio extendit diſpoſitionem.

18 Pater non tenetur filio aliquid relinquere præter legitimam.

19 Rei ſuæ poteſt quilibet legem apponere, quam vult.

20 Matrimonium debet eſſe liberum, ſed ſuſtinetur adiectio pœnæ.

21 Beneficio meo nemo vtitur me inuito.

22 Matrimonium. Poteſt quis inuitari ad matrimoniũ cum certis perſonis ſpe præmij, & arceri a matrimonio cum certo genere perſonarum metu pœnæ.

23 Fruſtra precibus imploratur, quod a lege conceditur.

24 Legitima detrahitur contra teſtatoris voluntatem.

25 Indefinita æquipollet vniuerſali.

26 Expreſſũ dicitur, quod cõtinetur in verbis teſtamẽti.

27 Legitima includitur in generali legis excluſione.

28 Teſtator non cenſetur voluntatem ſuam ſecundum leges accommodare, quando extat in contrarium leuis aliqua coniectura.

29 Neceſſitas non excuſat eum, qui ſe ſponte coniecit in neceſſitatem.

30 Neceſſariũ non dicitur, quod hẽt originẽ a volũtate.

31 Neceſſitas duplex eſt, præciſa ſcilicet, & cauſatiua.

32 Filius acceptando legatum, in quo fiat mentio legitimæ, ſibi præiudicat in legitima.

CONSILIVM CCXV.

NE Dñi Paulus, & Ambroſius fratres a Turri poſſint aſpirare ad bona alienata per Dominũ Auguſtinum eorum patruum in Dominas ſorores de Marlianis, oppoſitum fuit, quòd ipſi agentes contrauenerunt præcepto, & voluntati teſtatoris, & ideo non poſſunt ex eius teſtamentum lucrum facere. Replicant tamen prædicti Domini actores, ꝙ non contrauenerunt, ex quo alienarunt ſolum intra legitimã ſibi, vel eorũ patri debitam in bonis Domini Ambroſij aui: ge-
1 neralis enim prohibitio alienandi † non includit
legitimam, vt probat Aret. in conſil. 19. in 2. dub.
Iaſ. in l. filiusfamilias, §. diui, in prima lectur. 1, nu.
12. & in 2. nu. 15. ff. de leg. 1. & in conſ. 161. vol. 4.
Bero. in conſi. 93. nu. 21. & ſeq. vol. 2. Nat. in cõſi.
145. nu. 21. & in conſi. 528. nu. 28. & ſeq. Duran.
de arte teſtandi, tit. 8. caut. 2. nu. 5. Cæphal. in conſi.
153. nu. 14. Dominus Becius in conſ. 100. nu. 8. &
ratio eſt, quia pater non poteſt filium grauare in
legitima, l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. teſtam. prohibitio autem alienandi eſt onus, l. fœmi
næ, §. illud, & §. fin. C. de ſecun. nupt. vbi non dicitur pleno iure haberi, quod non poteſt alienari, &
legitima debet filio ita relinqui, vt eã habeat pleno iure, §. 1. cum ibi not. in Auth. de trien. & ſemiſ.
& alienationis prohibitio non præiudicat credito-
ribus, d. §. diui. ergo nec filio, qui ratione legitimæ 1
2 † dicitur creditor, glo. in l. ſi quis legatum, §. fi. vbi
Bar. ff. de falſ. & legitima dicitur æs alienum, l. Papinianus, §. ſi quis impubes, ff. de inoffic. teſta. per
quas rationes ita colligit Iaſ. in d. §. diui, nu. 12. in
1. & nu. 15. in ſecunda lectura. Et inferunt Doctores, ꝙ filius non priuatur legitima, ẽt ſi contraue-
3 niat præcepto † & voluntati teſtatoris, auth. hoc
amplius, C. de fideicommiſ. glo. in c. ſi hęredes, de
teſtam. Barbat. conſ. 10. n. 3. vol. 4. Rube. conſ. 43.
nu. 7. Natta d. conſi. 145. nu. 22. Cæpha. d. conſi.
153. nu. 15. ſi ergo prohibitio alienandi non inclu
dit legitimam, & ea prohibitione non obſtante filius poteſt alienare quantum capit legitima, non
debet pœnam pati, nec iudicari inobediens, quia
pœnã minimè meretur, qui aliquid facit lege permittente, l. Gracchus, C. de adulter. & vbi princi-
4 pale præceptum teſtatoris eſt nullum, pœna † peti
non poteſt, l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de
verb. obl. Bar. in l. ſtipulatio iſta, §. alteri, in 1. col.
ff. eod. tit. Crot. d. §. diui, num. 5. 1

Et quamuis aliqui voluerint quod pater poſſit per indirectum grauare filium in legitima apponendo priuationis pœnam in alijs bonis, ita quod licèt filius non impediatur legitimã alienare, committatur tñ priuationis pęna quoad alia bona, tñ procedit hoc qñ teſtator expreſſe prohibet ne filius alienet intra legitimam: ſecus autem ſi nulla facta legitimę mentione generaliter prohibeat bona alienari, quia generalis illa prohibitio non includit legitimã, vt ſupra dictum eſt ex Aret. conſ.
19. & alijs. facit quod in ſimili dicimus, generalem
5 † renunciationem non trahi ad legitimam, l. ſi qñ,
§. & generaliter, C. de inoff. teſta. ibi niſi hoc ſpecialiter ſiue apocha, ſiue tranſactione inſcripſerit, vel pactus fuerit, Cun. Bal. & Ang. in l. de his, ff. de tranſact. Aret. in §. cum autem, in fi. Inſt. de inoffi. teſtam. Alc. in conſi. 8. nu. 16. vol. 3. & in conſ. 89. num. 14. vol. 4. Iaſ. in conſ. 90. col. fi. ver. nec prædictis habent obſtare, vol. 3. Barbat. in conſi. 52. in fi. vol. 2. Soc. iun. in conſi. 122. nu. 22. volum. 1. & in conſi. 50. num. 11. vol. 2. Ruy. in conſ. 27. num. 10. volum. 1. & in conſi. 52. nu. 5. volum. 2. Crot. in conſ. 120. nu. 39. Bero. in conſ. 63. nu. 62. vol. 2. Gram. in deciſ. 102. nu. 88. Rol. in conſ. 97. nu. 13. vol. 2. & in conſi. 62. nume. 11. volum. 3. Gabriel.

com-

commun.opin.lib.6.tit. de legitim. concluſ.8.nu.
1.Meno. in conſ.71.nu. 2. Et non eſt nouum hoc
diſcrimen inter expreſſam, & generalem ſeu taci-
tam diſpoſitionem,quandoquidē in materia pro-
6 hibitæ † alienationis videmus longè plures effe-
ctus operari expreſſam prohibitionem,quàm taci
tam, vt multos ex his recitat Zancus in l. hæredes
mei,§.cum ita,par.5.nu.109.& ſeq.

Nec dicatur ꝙ a lege, non ab homine inductū
eſt,vt filius poſſit pro legitima alienare non obſtā
te prohibitione, & quod prohibitio alienandi nō
includat legitimā, quia duobus modis reſpōderi
pōt,primò negando aſſumptum: Nā ſicuti renun-
cians generaliter omni iuri, nō cenſetur legitimæ
renunciare,vt ſupra dictū eſt, licèt hoc penderet a
ſola renunciantis voluntate,nō a lege: ita teſtator
prohibens generaliter alienari bona ſua, non vide
tur prohibere ne legitima alienetur.& idem etiam
7 videmus in eo † qui acceptat legatum relictum cū
onere, ne qd vltra petere poſſit: is n. non videtur
ita ꝓhibitioni acquieſcere,ne poſſit ſupplementū
petere legitimæ, §.cęterū,in Auth. vt cū de appel.
cogno. Bal.in d.§. generaliter, nu.1.Caſt.cōſ.193.
nu.3.vol.2.Dec.cōſ.81.col.1.Cur.iun.cōſ.21.col.
2.Ruy.conſ.79.n.3.& ſeq.vol.2. Roder.in l. quo-
niā in prioribus,in 7.amplia.nu.2.C.de inoff.teſt.
Bero.in cōſ.93.n.54.& 59.& in cōſ.136.n.3.&15.
vol.3.Nat.in cōſ.255.n.3.Rol.in cōſ.78.n.5.vol.
2.Cęph.in conſ.153.n.78.& in conſ.95.n.7.& 12.
Meno.conſ.71.Gomeſ.de vlt. volun.c.11.nu.31.

Reſpondeo ſecūdò, ꝙ ſi dicamus a lege deſcen-
dere eam diſpoſitionem, tū cum legis ordinatione
præſumitur ēt concurrere patris voluntatem, qui
8 in † dubio videtur voluiſſe voluntatem ſuā accō-
modare ſecundum leges, gl.& Doctores in l.cum
ita,§.in fideicōmiſſo,ff.de leg.2.Alex.in conſ.55.
nu.4.vol.4.Dec.in l.emancipata,nu.16.C.de col-
lation.Ruy.in conſ.49.nu.8.& in conſ.168.nu.3.
vol.2.Bauer.in l.cū filiofamilias, nu. 119.vbi Soc.
iun.nu.223.& Ctau.in 3.p.n.51.ff.de leg.1.Alcia.
in tract.præſ.reg.3.præſ.32. in prin. Zanc.in §. cū
ita,nu.119.Rol.in conſ.100.num.11.vol.1.& qui
9 facit actum, cenſetur ſemper ſe obligare † legibus
loquentibus de illo actu,l.duo,ff.de acq.hære. vbi
gl.& Bal.cū alijs quos allegaui in conſi.34.nu.37.
Et ideo licèt de ꝑdictis rationibus non faciat men
tionē Ferd. in l. filiusſamilias, §.diui,nu.21. ff.de
leg.1.concludit qđ ſi prohibitio alienādi eſt gene
ralis,vel ēt ſpecialis reſtricta ad certa bona, ex q-
bus tamen non ſuperſit legitima integra, poterit
10 † abſq; pœnæ incurſu filius alienare ſuam legiti-
mā,quia grauamen prohibitę alienationis,quoad
legitimam ipſo iure de medio reijcitur, l. quoniā
in prioribus.& ſi filius alienando incideret in pœ-
nam,diceretur minus legitima habuiſſe.

Poſtremò quod ſit neceſſaria expreſſa mentio
legitimæ in prohibitione alienationis ad hoc, vt
alienando filius pęnam incurrat, probatur ex ijs,
quæ ponit Dec.in conſil. 687. vbi inquit quod fi-
11 lius acceptando † legata facta a patre, cenſetur re-
nunciare legitimæ,quando pater legando dixit ſe
ſolam relinquere legitimā caſu quo filius non ſit
contentus illis legatis,licèt ſecus ſit quando teſta-
tor expreſsè non diſpoſuiſſet de legitima; & hanc
differentiam innuit quoq; Cuma.conſ.52. Rube.
in conſ.43.in 3.dubio,n.12. & ſeq. vbi dicit quod
hæres approbando teſtamentū nō ſibi præiudicat
in legitima, niſi verba approbationis ſint ampla,
& prægnantia, Duran. de arte teſtan.tit.5. de ſub-
ſtitutio. caut.14.nu. 6. ubi dicit ad excludendum
filium a legitima cautelam eſſe quòd teſtator gra-
uet filiū ad reſtituendum expreſsè ēt legitimam:
alias ſi oneri non conſentiat cum inſtituat in ſola
legitima,& ſubdit contrarium procedere, qn̄ non
rogaſſet expreſsè reſtituere legitimam, & per hæc
dicit Cæph.in conſ.153.nu.91. maximam eſſe cō-
trouerſiam inter Doctores in §.diui,quando ſim-
plex fuit prohibitio, non autem expreſſa ēt in legi
tima, an ſit locus pœnæ alienando intra legitimā.

Contrariam tū ſequor ſnīam tanquam verio-
rē,& melioribus fundatam rationibus,quod ſcili-
cet dicti Dñi fratres a Turri, qui alienarūt contra
teſtatoris prohibitionem, non ſint admittendi ad
fideicommiſſum auctum: certum eſt enim, ꝙ Dñs
Ambroſius auus potuit ſuis hęredibus præcipere,
ne bona alienent ſub pęna priuationis, ita ꝙ cen-
ſeantur inſtituti in ſola legitima,quia voluntas te-
ſtatoris eſt lex, §. diſponat, in Auth. de iureiur. a
12 morien. præſtito.& valet † ꝑceptum teſtatoris,qn̄
non eſt turpe,l.vnica,C.de his,quæ pœnæ nom.ca.
Raynaldus, de teſt. gl.in l.filiusfamilias,§.diui,ff.
de leg.1.Cy.Bal.& alij in l.quoties, C.de fideicō.
alios citat Rube.in conſ.43.in prin.Soc.iu. in cōſ.
87.num.5.vol.3.& in tantum pōt teſtator aliena-
tionē ſub pœna prohibere, ꝙ licèt alias prohibitio
ſit ſimplex, & tanquam ſine cauſa non valeat, tū
13 vbi pœna † eſt appoſita veſtitur,& conualidatur,
Cuma.d.§.diui,vbi mouetur ꝑ tex.in §.fi.Inſt.de
leg.& in d.l.vnica,C.de his,quæ pęnæ nom.Iaſ.in
1.& 2.lect.vbi Opizon.nu.44.Ferd.nu.17. ſequū-
tur alij oēs,& pōt teſtator grauare hæredē in re ꝓ-
14 pria † ipſius hęredis, §.non ſolū,Inſt.de leg.l.vnū
ex familia,§.ſi rem,ff.de leg.2.Anch.in conſ.366.
col.2. in fin.quia hæres non pōt venire contra fa-
ctum defuncti,l.cum a matre,C.de rei vend.Dec.
in conſ.184.in fi.præcipuè qn̄ teſtator tantum re-
liquit de proprio,quātum capit valor rei hæredis,
pro qua impoſuit onus,l.generaliter,§.ſi cui,in fi.
& l.filiofamilias,§.apud Marcellum,ff.de fideicō.
liber.l.cū pater,§.Titio,ff.de leg.2.gl.in l.cohære-
di,§.cum filio,ſuper ver.tenebuntur, ff.de vulg.&
pupill.Cuman.in conſ.52.nu.3. ualet ergo diſpo-
ſitio, ꝙ hæredes nō poſſint alienare, & in caſū alie-
nationis, ſeu alterius contrauentionis, vel inobe-
dientiæ intelligātur hæreditate priuati,& inſtituti
in ſola legitima, nec poſſint aſpirare ad ſubſtitu-
tiones factas a teſtatore. Et ſtante validitate dicti
Dñi fratres, qui fuere inobedientes, nō debēt ad-
mitti ad bona,quæ eorū patruus alienauerat,quia
ad ſucceſſionem admittuntur ij ſoli, qui paruę-

15 runt † uoluntati teſtatoris, non qui contrauene-
runt, ut eſt tex. in l. cum pater, §. libertis, ff. de leg.
ſecundo, præcipuè qñ contraueniens vellet ſucce
dere ex fideicommiſſo ordinato propter alterius
contrauentionem, ut per Oldr. in conſ. 16. num. 5.
eſſet enim abſurdum, ut inquit tex. in d. §. libertis,
& ibi hoc etiam declarat Bar. nu. 2. in fi. Ruy. cõſi.
136. num. 2. uol. 2. & ſequuntur alij, quos omitto,

Et non excuſantur, quia alienauerint ſolùm in-
tra legitimã, & non ultra, quia ita alienando non
minus cõtrauenerunt uoluntati teſtatoris, quàm
ſi ultra eã alienaſsent: Nam etſi pater non poſsit
grauare filiũ in legitima, tñ ſi apponat grauamen,
& addat pęnam, tunc filius contraueniẽdo incur-
16 rit † pęnam. ita in ſpecie loquendo de alienatio-
ne prohibita cum pęna dicit Caſt. in conſ. 77. col.
2. uer. & poſito ꝙ non reddat, uol. 1. ubi dicit qđ
etſi prohibitio alienandi non impediat, nec annul
let alienationem, quæ facta eſt intra legitimam, tñ
operatur, ꝙ alienans incidit in pęnam appoſitam
a teſtatore, puta priuationis bonorum, quæ teſta-
tor poterat nõ relinquere. idipſum uoluit Cuma.
in d. §. diui, prout ab omnibus citatur, ubi inquit
fuiſſe iudicatum, ꝙ etſi grauamen in legitima ha-
beatur pro non appoſito, & non ualeat: tñ facit fi-
lium incidere in pęnam, ſi contraueniat. hanc ſen-
tentiã probauit quoque Opizon. in §. diui, nu. 44.
ubi eam confirmat ratione. Nam ex quo pater fi-
lios inſtituit uniuerſales hæredes non poſsent re-
tenta legitima repudiare hæreditatem, ſed debe-
rent hæreditatem totam cum onere iniuncto ac-
ceptare, Cy. Bal. & Salic. in l. hæres inſtituta, C. de
impub. Cy. & Bal. in l. unica, C. qñ non peten. par.
& qui acceptat partem indiuidui, uidetur totum
velle, l. expreſsè, ff. de acq. hær. ergo hoc caſu onus
prohibitionis non incumbit legitimæ, ſed hæredi-
tati, & filius acceptando hæreditatem, uidetur im-
plicitè agnoſcere hoc onus tanquam connexũ &
inſeparabile, l. neminem, ff. de leg. 2. addit etiam
ꝙ ubi pater relinquit ultra legitimã tantum quod
ſufficiat pro iniuncto onere, tũc filius cogitur fer-
re illud onus tanquam non impoſitum legitimæ,
ſecundum gl. in §. prohibemus, in Auth. de trien.
& ſemiſ. quam ibi dicit notan. Ange. cum ea deci-
ſione tranſit quoque Soc. iun. in conſ. 87. nu. 6. &
ſeq. uol. 3. dicens quòd etſi alienatio facta contra
prohibitionem ualeat; tñ alienans incidit in pęnã
adiectam a teſtatore, nec onus dicitur iniunctum
legitimæ, quando pater, qui excepta legitima po-
terat liberè diſponere de bonis ſuis in quemcun-
que alium, uoluit bona omnia filio dimittere. idẽ
Soc. d. §. diui, num. 35. in fi. & Cæph. in conſi. 153.
nu. 90 & ſeq. & Ruy. de quo ipſe non meminit, in
conſ. 136. nu. 5. in fi. & nu. 13. uol. 2. ubi ait quod
filius alienando contra prohibitionem teſtatoris
intra legitimam, incidit in pęnam, & excluditur a
lucro fideicõmiſsi ordinati a teſtatore ĩ caſu alie-
nationis factæ per hæredem, & tenetur ipſe onere
fideicommiſsi ſibi iniuncto in caſu alienationis,
atque ita Ruyn. in proprijs terminis noſtris vult
quod alienans de legitima tanquam contraueniẽs
diſpoſitioni teſtatoris, non ſit admittendus ad fi-
deicommiſſum iniunctum cohęredi propter ſuam
alienationem, Simon de Pret. de interpret. vlt. vo-
lun. lib. 5. interpret. 1. dubitatio. 1. num. 36.

Nec dicatur ꝙ prædicti loquantur in caſu, quo
prohibitio alienãdi includebat legitimam, & erat
valida, quia non contineret onus, ſed fauorabilẽ
filio prouiſionẽ: puta quia erat ad tp̃s, & non per-
petua; quia reſpondeo, non omnes loqui in ijs ter
minis, ſed nonnullos tantum: alios verò indiſtin-
ctè. Præterea dico illos non ea ratione moueri,
quia in legitima valeat prohibitio, ſed quia onus
non eſt adiectum legitimæ, ſed hæreditati, & quia
ſuſtinetur pœnæ commiſſio, licet alienatio valeat,
quæ omnes rationes procedunt etiam qñ prohi-
bitio eſt abſoluta, & nõ temporalis. ideo ex ratio-
17 ne † extenditur diſpoſitio, l. regula, §. ſi quis ius
ignorans, vbi Bar. & Bal. ff. de iur. & facti igno. l. 2.
§. mater, ff. ad Tertul. l. nomen debitoris, §. fi. ff. de
leg. 3. cum cęteris per me citatis in conſi. 96. n. 21.

Non obſtat igitur ꝙ prohibitio alienãdi nõ in-
cludat legitimã, quia reſpõdeo hoc verum quoad
hoc, ne filius alienare prohibeatur: Nam prohibi-
tione non obſtante poteſt alienare, & ſuſtinetur
alienatio, ſed ita faciendo incurrit pęnã adiectam
a teſtatore, quæ tñ legitimam nõ diminuit. ita de-
clarant Cum. Caſt. Opizon. Soc. iun. & alij ſupra-
18 citati. cum enim pater † non teneretur filio quic-
quam relinquere vltra legitimam, vt eſt text. in §.
1. in Auth. de trien. & ſemiſ. & in Auth. vt lice. ma-
tri & auiæ, in prin. comprobat multis Bertran. in l.
hac edictali, in verſi. ita tamen, nu. 15. C. de ſecun.
nup. vbi ideo infert quod põt plus vni filio relin-
quere quàm alij, & quod meliorare põt filiũ vnius
matrimonij, dummodo alij relinquat legitimam,
potuit relinquendo vltra legitimam adijcere rei
ſuæ eam legem, quæ ſibi magis placuit. erat enim
rei ſuæ moderator, l. in re mandata, C. manda. &
dicitur in l. traditionibus, C. de pact. quod in tradi
19 tione rei ſuæ põt † quilibet apponere legem quã
vult, Zabar. in cle. quia contingit, in 11. notab. de
religio. domi. cum multis congeſtis a Domino Be
cio in conſ. 101. nu. 25. vbi dicit, quod qui poteſt
actum facere, põt & illũ qualificare, l. videamus,
§. pen. l. in actionibus, ubi Iaſ. in 2. notab. ff. de in
lit. iuran. & licèt diſponere de legitima, & eã pro
libito voluntatis alienare, ſit de ſe licitum: tamen
poteſt id a teſtatore prohiberi ſub pœna quoad
hoc, vt contrafaciendo filius pœnam committat,
& arceatur a lucro per teſtatorẽ delato, quod ne-
mo poteſt facere ſpernendo illius uoluntatem, d.
§. libertis. ideo dicunt multi quòd etſi ſtatutum
prohibere non poſſit, ne quis matrimonium con-
trahat cum forenſi, vel certo perſonarum genere,
20 quia matrimonia † debent eſſe libera, c. Gemma,
de ſponſa. tamen ſi ſit pœnale ſuſtinetur reſpectu
pœnæ, ut probat Cagnol. in l. ſi quis maior, num.
215. C. de tranſactio. de quo tamen uidendus eſt
Alexan. in rub. ff. ſolu. matr. in fi. & idem Cagnol.

dicit

dicit loco prædicto in ſtatuto quod circa pœnam
diſponit de actu iurato. cũ ergo pater plus legiti-
ma relinquit filio ſub certo moderamine, nõ põt
filius gaudere relicto, niſi ſeruet modũ adiectum,
21 quia beneficio† meo nemo põt vti, niſi quatenus
ego volo, Bal. in l. de quibus, nu. 26. ff. de legib. &
non facit iniuriam, qui ſuum beneficium non im
partitur, l. iniuriarũ, §. ſi quis de honoribus, ff. de
iniur. ideo infert Bald. in loco prædicto quod laici
ſtatuendo poſſunt ſuorũ ſtatutorum beneficia cle
ricis denegare, Id quod ego quoq; ſequutus ſum
in conſ. 2. nu. 43. Addo quod non dicitur propriè
pœna infligi, qñ quis ſpe lucri priuatur, l. damnũ,
ff. de dam. inf. ſed dicitur lex quædam, & conditio
rei, quæ eſt permiſſa, l. ob res, §. 1. ff. de pact. dotal.
l. 1. ff. ſol. mat. ideo licet conditio impeditiua ma-
trimonij nõ admittatur, d. l. c. Géma. tñ poteſt teſta
tor alicui relinquere ſub conditione, ſi matrimo-
22 niũ contraxerit † cũ filiab. mercatorũ, & priuare
caſu quo cũ eis non contrahat, vti per pulchras ra
tiones concludit Old. in conſ. 16. n. 1. qui expreſsè
loquitur in pęna priuationis omnium bonorum,
excepta legitima, quã teſtator indixerat. alios ci-
tat Crau. conſ. 1. num. 3. verſ. amplius. Mantica de
coniec. vlt. vol. lib. 11. ti. 18. nu. 1. & ſeq. Simon de
Pretis de interpr. vlt. volun. li. 2. interpr. 2. dub. 2.
nu. 107. & ex his ceſſat quod dictum eſt, filiũ non
priuari legitima, eo quòd voluntati teſtatoris nõ
paruerit, quia hic non agimus de priuãdo eum le-
gitima, aut aliquo ſuo iure, ſed de priuando illum
a lucro ſibi ſub certa lege ſeruanda delato.

Et falſum eſt quod dictum fuit non valere pœ
næ adiectionem, quando principale præceptum
non valet, ex ſupradictis conſtat ſuſtineri multis
caſibus pœnã, licet corruat principale præceptũ.
rurſus præceptũ eſt quidem nullum quoad hoc,
vt eo nõ obſtante valeat alienatio intra legitimã,
ſed bene valet quoad hoc vt pœna committatur,
ſecundum Cuman. Caſt. & Opizon. qui ita reſol-
uunt contrarium fundamentum.

Ea verò non placet diſtinctio, quæ habet quòd
vt ſit locus priuationi, debeat prohibitio expreſsè
fieri ẽt quoad legitimam: nã nemo eſt qui in iſtis
terminis hoc dicat, & Doct. in §. diui, quidquid re
ferat Cęph. in d. conſil. 153. nu. 91. nullam de hoc
controuerſiam mouent: quinetiam Cuma. Caſtr.
Ruy. Opizon. Cęph. & alij præcitati loquuntur in
caſibus, quibus non erat facta legitimæ expreſſa
mẽtio. & licet generalis prohibitio alienandi facta
a teſtatore non includat legitimam, & ea non ob-
ſtãte poſſit filius alienare intra legitimam, tñ hoc
procedit ex legis diſpoſitione, quæ ita modifica-
tur diſpoſitionem teſtatoris: at inſpecta teſtatoris
voluntate, generalis prohibitio non minus refer-
tur ad legitimam, quàm ad alia bona. hoc probat
Crot. in d. §. diui, num. 18. ver. tertiò arguit. vbi di
cit quòd filius habet a lege facultatẽ alienãdi pro
ſua legitima, non obſtãte teſtatoris prohibitione.
Ecce ergo quod prohibitio teſtatoris includebat
legitimã: aliàs fruſtra a lege concederetur alienan
di facultas, ſi ab homine intelligeretur permiſſa, &
23 fruſtra legis † implorat auxilium, quod iam eſt ſi
bi cõceſſum, l. 1. C. de theſau. li. 10. l. 1. ff. ad muni
cipal. Crot. in cõſ. 136. nu. 22. & 25. & idem quod
a lege proueniat, voluit Ferd. in d. §. diui, nu. 43. li
cet in alijs Crot. impugnet. ita quoque Ruyn. in
conſ. 136. nu. 5. in fi. & nu. 12. vol. 2. vbi dicit facul
tatem alienandi legitimã deſcẽndere a lege, nõ ab
homine, niſi qñ teſtator dicit quod poſſit fieri alie
natio in caſibus a iure permiſſis, vt in ſuo facto cõ
tigit. & quod illa facultas veniat a lege, nõ a teſta-
tore probatur, quia teſtator grauando filium vni-
uerſali fideicõmiſſo, cenſetur eũ quoque grauare
in legitima. & licèt grauamen non valeat, & liceat
24 filio legitimã † detrahere, tñ id fit cõtra teſtatoris
voluntatem, l. Titia, ff. ad leg. falc. c. Raynaldus, in
fi. de teſtam. per quæ iura ita dicit Alex. in conſil.
139. in prin. vol. 1. Ripa in l. Centurio, nu. 49. ff. de
vulg. & pupil. Cęph. in cõſi. 153. nu. 77. & ſeq. vbi
inquit quod detrahitur authoritate legis contra
mentem teſtatoris. Ecce ergo quod inſpecta volũ
tate teſtatoris grauamen fideicommiſſi non mi-
nus refertur ad legitimã, quàm ad alia bona; qua-
re ita non dicendum eſt de grauamine prohibitæ
alienationis abſolutè & generaliter indicto.

Cõfirmatur, quia teſtator indefinitè loquutus
25 eſt de bonis, quæ indefinita † æquipollet vniuer-
ſali, l. ſi pluribus, vbi Bar. in prin. ff. de leg. 2. gl. in
c. vt circa, in princ. de elect. in 6. Alex. in conſi. 91.
nu. 5. vol. 1. Curt. iun. in conſ. 139. num. 10. vbi lo-
quitur in fideicommiſſis, Mantica de coniect. vlt.
volunt. lib. 3. ti. 4. nu. 12. & quo ad ipſum teſtato-
rem nulla ſuberat ratio minus prohibendi aliena
tionem legitimæ, quàm aliorum bonorum.

Accedat quod prohibet bona ſua alienari, &
non minus erant ſua illa, quæ continebant legiti-
mam, quàm alia. Ergo eadẽ diſpoſitio debet eodẽ
iure cenſeri, l. eum qui ædes, ff. de vſucap. & deter
minatio vna debet omnia ęqualiter determinare,
l. iã hoc iure, ff. de vulg. Addo quod ſatis dicitur
expreſſa prohibitio alienandi legitimam, quando
26 continetur tacitè † in verbis in teſtamento prola-
tis, Bar. in l. ſi fideiuſſor, §. meminiſſe, ff. de leg. 1.
& nõ refert quid exprimi in indiuiduo, vel colligi
ex verbis uirtualiter, Crau. in conſi. 149. nu. 11. Cę
phal. in conſ. 152. nu. 76. dixi in conſ. 143. nu. 20.

Nec mouet quod generalis renunciatio nõ tra
hatur ad legitimam, ſed expreſſa mentio requira-
tur; quia hoc eſt verum in ipſo renunciante, cui
iam erat quæſitum ius in legitima, quæ eſt fauora
bilis, & loco alimentorum ſuccedit, vt poſt Gul.
Cun. inquit Bal. in l. de his, ff. de tranſactio. atque
ideo difficilius auellitur. at ſecus eſt in ipſo patre
diſponente: nam quęcunque eius diſpoſitio inclu
dit legitimam, ex quo nulla ſubeſt ratio excluden
di eam: ideo videmus quòd ſtatutum, ſeu lex ge-
27 neraliter excludens, † cenſetur etiam excludere a
legitima, vt per Alex. in l. Gallus, §. & quid ſi tan-
tum, ff. de lib. & poſth. Iaſ. in d. §. & generaliter, in
fi. C. de inof. teſtam. Goza. conſi. 43. nu. 23. & 27.

Natta

Natta in conſ.308.nu.3.Rolan.in conſi.62.n.50.vol.3.Ceph.in conſ.404.nu.1.& valet argumentũ a lege ad teſtatorem,quia æquiparantur, l.ſeruus hac lege,ff.de manum.l.ſi ita fuerit ſeruis,in fi.vbi Barto.ff.de manum.teſtam. cum multis citatis ab Euerar.loco 52. aliud igitur eſt in filio renuncian te, aliud in patre excludente, quia in patre ceſſat ratio,quæ militat in filio,cui legitima debetur.

Teſtator verò etiã ſi in dubio videatur voluiſſe accommodare voluntatem ſuam ſecundum leges, tñ non dicitur voluiſſe permittere alienationem legitimę,niſi a generali prohibitione excipiat legitimam,vt expreſsè declarat Ruy. d.conſ.136. n.5.& 12.vol.2. & probaui ſupra ex Doctoribus, qui dicunt ꝙ legitima detrahitur cõtra teſtatoris voluntatem, & non dicitur teſtatoris voluntas cõcurrere in eo ad quod impellitur per legem,vt probatur in l.velle nõ creditur,ff.de reg.iu. cũ ibi no. per Dec.& Cagn.facit l.eius eſt nolle, ff.eod.ti.& in præſenti facto nõ eſt dubia teſtatoris voluntas, vt opus ſit coniectura,ſed eſt clara, quia generaliter prohibet bona alienari, ideo ceſſant indicia,l. continuus,ff.de verb.obl.ita Ruy.in conſi.36.nu. 20.vol.3. vbi dicit argumentum non procedere, quando conſtat aliter diſpoſuiſſe teſtatorem quã fecerit lex: quinimò,vt diſcedatur ab argumento,
28 leuis † quęlibet ſufficit coniectura in contrarium, Corn.in conſ.83.verſ.& hoc etiam,vol.1.Crau.in conſi.180.nu.4.ver.quartò reſpondeo.hic autem extat coniectura generalis prohibitionis.

Nec reſiſtatur authoritas Ferdinan. in d.§.diui,quando ſit ſingularis,& cõtrarium teneant Cuma.Caſtren.Ruyn.Opizon.Soc.iun.Ceph. & alij ſupracitati, & rationes eius non concludunt, ex quo grauamen non eſt iniunctum legitimæ,ſed reliquæ hęreditati, & non dicitur minus legitima habere,licet prohibeatur alienare legitimam,quia ſi vult poteſt eligere legitimam integram, quæ ſibi nullo modo poteſt diminui, imò ſi in legitima diceretur grauatus, tali caſu grauamen eſſet potius iniunctum ſibi a ſeipſo,quam a teſtatore: poterat enim ipſe eligendo ſolam legitimã, ſpernere reſiduum,& non curare de præcepto non alienãdi. teſtator aũt relinquendo vltra legitimam voluit eũ allicere ſpe lucri ad obtemperandum ſuæ voluntati: atque ideo hoc quod legitima remaneat grauata onere non alienandi,imputandum eſt non teſtatori,qui rei ſuæ legẽ adiecit,ſed filio, qui conie
29 cit ſe in hanc neceſſitatẽ non alienandi, † cum eſſet liber,facit l.ſi fideiuſſor,§.1.ibi,ipſe ſibi neceſſitatem ſatiſdationis impoſuit, ff.qui ſatiſd.cog.l. ſi mulier, in princ. ibi, quia hunc ſibi metum ipſa infert, ff.quod met. cau. neceſſarium non dicitur
30 quòd originem habuit a voluntate, † vt in dictis iuribus,& l.interdum,in fi.ff.de iudic.ibi cum ſua ſponte ſibi hanc obligationem contraxerit, l.veteres, in fi. ibi, quia ipſe ſibi impedimento ſit, ff.de itin.actuq; priuadatè probat Deciſ.Pedem. 167. per totam, vbi infert ad decretũ Pedemontanum diſponens de feudi alienatione pro exoluendo neceſſario debito,de quo ẽt latè Crau. I reſpon.pro genero,num.32.& ſeq.& nu.386. verſ.ratione,& alia Dom.Ioã.Baptiſta Surdus,Pedem.Senator, in c.1.§.Titius,num.33.ſi de feu.defun. Amad.de Pont.in laud.q.26.circa mediũ,& in quæſtio.27. col.2.& 3.Sola in Pedem.conſtit.ti.de feu.in 1.gl. 2.par.nu.6.& ſeq.& cum duplex ſit neceſſitas, prę
31 ciſa † ſcilicet,& cauſatiua, gl.in l.Gallus,in princ. vbi Doct.ff.de lib.& poſthu.& in l.& in totum, ff. de impen.in reb.dotal.fact. alios citat Butrig. in l. quidam exiſtimauerunt,nu.9.ff.ſi cer.pet. Cagn. in proem.Digeſtor.nu.41.certè,quę impoſita fuit a teſtatore,erat cauſatiua, non præciſa.

Vltimò non obſtat ꝙ filius acceptando legatũ non cenſeatur renũciare legitimę,niſi qñ expreſsè dixit quòd ſolam habeat legitimam,ſi legatis non eſt contentus: fuit enim ſufficienter reſponſum ſupra in ver. nec mouet, ꝙ generalis; quia prouenit hoc,non quia voluntas patris concurrere non dicatur,niſi faciat de legitima expreſſam mentionẽ, nam hoc eſt ſalſum: ſed quia filius ipſe non cenſetur de legitima cogitare acceptando legatum,niſi
32 de ipſa in legato ſeu teſtõ facta ſit mentio: † quia tunc ex quo de legitima ſit expreſsè mentio, non põt dicere ꝙ de ea minime cogitauerit. ita rñdet Soc.iun.in conſi.122.nu.22.& ſeq.vol.1. vbi etiã aliter reſpondet, vt ſcilicet mentio legitimæ ſit neceſſaria, quando agitur de ipſa legitima abſolutè perdenda,non autem qñ aliquid datur in recompenſationem,ſecundum Imo. quem ipſe citat.

SVMMARIVM.

1 *Pater poteſt naturali filio relinquere vnciam ſtantibus filijs legitimis.*

2 *Qualitas adiecta verbo, intelligitur ſecundum tempus verbi.*

3 *Diſpoſitio omnis, intelligitur de præſenti, non de futuro.*

4 *Dos ſatis eſt quòd ſit competens inſpecto tempore contracti matrimonij, vt excludatur vxor a ſucceſſione mariti diuitis.*

5 *Dotata competenter filia,an ſit,inſpicitur dotationis tempus, vt ſtatuto excludatur.*

6 *Donatio facta extraneo,an ſit inofficioſa, inſpicitur tempus donationis.*

7 *Legitima in calculanda æſtimantur bona ſecundum tempus mortis.*

8 *Legitima filij in bonis patris confiſcatis æſtimatur ſecundum tempus ſententiæ.*

9 *Teſtamentum quoad effectum trahitur ad tempus mortis.*

10 *Vſurarij teſtamentum non valet,etiamſi tempore teſtamenti non fuiſſet vſurarius.*

11 *Legitima non augetur, auctis poſt mortẽ patris eius facultatibus.*

12 *Bona intelliguntur deducto ære alieno.*

13 *Legitima eſt quota bonorum, non hæreditatis.*

14 *Legitima minuitur per æs alienum, & illud primò detrahitur.*

CON-

CONSILIVM CCXVI.

DOCTORES, qui dicunt ſtante legi
tima ſobole, poſſe patrem relinque
re naturali filio vnciam bonorum
ſuorum, & non vltra, non ponunt
an vncia cõſideretur habito reſpe-
ctu ad bona, quæ pater habebat tempore relicti:
an verò potius ad ea, quæ habebat t.pe mortis, ar-
bitror, quia id habuerunt pro abſoluto, quod ſi in
1 ter viuos vnciam largitionis titulo dedit vti fieri
poteſt, §.nos igitur, in Auth.quib.mod. nat.effic.
ſui, & in l.2.C.de nat.lib.attendatur tempus dona
tionis: ſi uerò in ultima uoluntate mortis tempus
inſpiciatur, & quod attinet ad primum caſum, qñ
pater diſponit inter uiuos, id probari uidetur aper
tè in d.§.nos igitur, & in d.l.2. ubi dicitur filijs un
ciam relinquere & donare, & rurſus unam tñ un-
ciam largiendi uel relinquendi, &c. qualitas enim
2 adiecta uerbo ſecundum uerbi tempus † intelligi-
tur, l.in delictis, §.ſi extraneus, ff.de noxal. Doct.
in l.ſi ex facto, in princ.ff.de uulg.& pupil. l.1.§.tu
toris, ff.quod iuſſu, l.Titius, in princ.ubi Bar.ff.de
teſtam.milit.ex qua regula inferunt paſſim Doct.
ad notabiles quęſtiones, ut põt uideri apud Alex.
in conſi.5.nu.3.uol.7.Dec.in conſil.37.n.8.uerſ.
quarto principaliter.Ruy.in conſ.92.n.15.uol.3.
Pariſ.in conſi.9.nu.45.uol.2.conſi.62.nu.37.uo-
lum.4.Alc.in conſi.15.nu.5. Ripa in conſ.82. nu.
9.Crau.pro genero, nu.40.Gomeſ.in §.rurſus, nu
me.25.Inſti.de actio. Vaſq.in præfat.tracta.de il-
luſtr.quæſt.nu.33.Rol.in conſ.100.nu.27.uol.2.
& in tract.de lucro dot.q.51.nu.8.Cęph. in conſ.
251.nu.13.Menoc.tract.de recup.poſſ.rem.16.nu.
19.Cum ergo lex dicit poſſe donari unciam bono
rum, intelligi debet de bonis, quæ tunc extabant,
non autem de acquirendis, & omnis diſpoſitio in
3 telligitur de præſentibus, non † de futuris, l.ſi ita,
ff.de auro & arg.leg.l.fi. §.1.ff.de leg.2.l.nomen,
§.filio, ff.de leg.3. Bal.in conſi.284.num.1.vol.2.
Corn.in conſi.14.col.2.vol.1. Capra in conſil.45.
nu.12.Dec.in cap.quoniam Abbas, nu.16.de offi.
delega.Rom.ſingu.503.Soc.iun.in conſi.99. per
totum, vol.3.Bero.in conſ.163.nu.9.vol.3. Alcia.
in l.oportebit, nu.2.ff.de verb.ſign.Menoc.late in
conſ.97.nu.71.& ſeq.Mant.de coniect.vlt.volun.
lib.3.nu.11. Caualcan.de vſufr.mulie.reli.nu.85.
in quibus locis dicunt, diſpoſitionem ſemper in-
telligi de præſentibus, nõ de futuris: & facit, quod
voluit Soc.in conſil.30.nu.10.vol.4.vbi dicit ad
excludendam diſpoſitionem auth.pręterea, C.vn
4 de vir & vxor, ſufficere † quod vxor foret compe-
tenter dotata, quando nupſit, licet dos non ſit cõ-
grua, quando maritus deceſſit.allegat multa iura,
& idem voluit Fabian.de Pep.in d.auth.pręterea,
nu.110.& hanc ſententiam latè defendit Alcia. in
conſi.252.nu.9.& ſeq.vbi reſpondet omnib.con-
trarijs, & illud cõſilium Soc.refert & ſequitur Me
noc.de arbitr.iudic.caſu 149.nu.16. quidquid te-
nuerit Rolan.in cõſ.15.per totum, vol.3. qui mul
tos licèt alleget, non tamen id dicunt, quod ipſe
adſtruit. facit ẽt, quod voluit Iac. Butrig. in l.pa-
ctum, C.de collatio.vbi inquit quod in cognoſcẽ-
do, an mulier ſtatuto excluſa fuerit condecenter
5 dotata, † inſpicitur tẽpus dotationis, ſequitur Bal
dus in auth.res, quę, nu.16.C.commu.de leg.Soc.
d.conſ.30.nu.10.vol.4.Pariſ.conſi.26.nu.89.vol.
3.Alc.d.conſi.252.nu.10.& ſeq. & hanc opinio-
nem tenuerunt Ruyn.Gram.Crau. & Anch. mo-
dern.qui atteſtantur de communi, quos omnes ci
tat, & ſequitur Menoc.d.caſu 149.n.16.Ad idem
facit ẽt gl.in l.1.C.de inof.dona.in q.9. vbi inquit,
ꝙ inſpici debet tempus donationis, vt cognoſca-
6 mus, an donatio facta à patre alicui extraneo † vel
deſcendenti, ſit inofficioſa, Fulgoſ.in conſi.99. eſt
tex.in authen. vnde ſi parens, vbi Iaſ. in 1.notab.
C.de inoffi.teſtam.& idem tenuit Rub.in l.Titia,
§.Imperator, nu.101.ff.de leg.2. Meno.de recup.
poſſeſ.rem.149.nu.20. ſicuti ergo donationis tẽ-
pus inſpicitur ad dignoſcẽdum, an ſit inofficioſa:
ita inſpici debet eiuſdem donationis tempus, qñ
quærimus an excedat vnciam, quam pater legis
permiſſu poteſt ſpurio, ſeu naturali filio relinque
re, nec in hoc conſiderari poteſt meo iudicio, ra-
tio diuerſitatis inter duos hos caſus, quod ſi eadẽ
eſt ratio, idem de vtroque ferri debet iudicium, l.
illud, ff.ad leg.Aquil.

Quando verò pater in teſtamento, uel vltima
uoluntate relinquit filio naturali, exiſtimo tunc
tẽpus mortis inſpici, ut cognoſcatur an relictum
quid ſit ultra legitimã portionẽ. & ratio eſt, quia
relictum in ultima uoluntate incipit haberi poſt
mortẽ teſtatoris: proinde licet ante relinquatur,
ad tempus tñ mortis refertur: & hac ratione æſti-
matur ſecundum tempus mortis.hinc uidemus in
7 calculanda legitima † æſtimari bona ſecundum tẽ
pus mortis, l.cum quæritur, C.de inóſ.teſta.Dec.
in conſi.19.col.fi.& in conſi.231.col.fin. Crot.in
conſi l.120.nu.15.Cotta in memor. incip.dos con
ſtituta, col.2.in fi. Rol.in conſi.85. num.14.uol.1.
Natta in conſ.156.nu.6.Cęph.qui dicit magis cõ
munem in conſi.142.nu.20.Menoc.caſu 149.nu.
18.Caualcan.de uſufr.mulie.reli.nu.95. circa fin.
Cęphal.in conſil.405.in fi. & quando confiſcatis
bonis paternis propter delictum, filij petunt legi-
8 timam, fit bonorum † æſtimatio ſecundum tẽpus
mortis ciuilis, ut ponit Boſſius in tit.de bono. pu-
blicat.nu.6.Rol.in conſil.97.nu.42.uol.2.& præ-
dictorum ratio eſt, vt dixi, quia teſtamentum quã
9 tum ad diſpoſitionẽ & effectum trahitur † ad tem
pus mortis, c.cum Marthæ, de celebr.Miſſa.l.cum
hic ſtatus, §.ait oratio, ff.de don.inter uir. & uxo.
Iaſ.in rub.C.qui teſtam.face.poſſ.nu.1.& perinde
habetur, ac ſi factum eſſet, quando teſtator deceſ-
ſit, l.ſi alienum, §.in extraneis, ff.de hæred.inſtit.
§.in hæredibus, Inſti.de hęred.qual.& differ.Soc.
iun.in conſ.130.nu.15.uol.2.& non dicitur teſta
mentum, niſi poſt mortem, Dominicus in c.quã-
quam, de uſur.in 6.ubi infert, quòd nullum eſt te-
10 ſtamentum eius, qui poſtea † exercuit manifeſtè
fœnus,

fœnus,etiam ſi nõ exercuiſſet tempore conditi te-
ſtamenti, ſequuntur alij apud Soc. in conſil. 127.
col. 1.vol.3.Cęph.in conſi.402. nu.14.& ſeq.per
eandem rationem infert Cęph.in conſ.406.per to
tum,præcipuè nu. 22.quòd teſtamentum conditũ
a filiofamilias de Caſtrenſi peculio,extenditur ad
omnia bona alio titulo quæſita, quando ante eius
mortẽ deceſſit pater, quia hæres capit omnia bo-
na, quæ erant penes teſtatorem tempore mortis
vndecunque prouenerint.quare ſi in vltimis volũ
tatibus inſpicimus tempus mortis, illaq́; tunc &
non prius effectum ſortiuntur, conſequens erit ꝙ
in calculanda vncia attẽdatur mortis tempus, qñ
ea fuit per viam vltimæ voluntatis relicta.quod ſe
cus eſt qñ inter viuos per donationem vel alium
titulum eſſet data: quia,vt dixi, ex quo ſtatim de-
betur illud, non aliud tempus inſpiciendum eſt,
ita vt augumentum,quod poſtea in bonis ſeu hæ-
reditate D. Franciſci Becij contigit,cedat omnino
damno, vel commodo filiorum ſeu hæredum, vt
dicimus de augumento bonorum,quod poſt mor
11 tem teſtatoris obuenit. illud enim † non auget le
gitimam,vt tenuit Cur.ſen.in conſ.vlt.per totum,
quem ſequitur Crot. Bertrand. & Crau. quos ci-
taui in conſ. 128.num.1. Addo Rom.in ſing. 128.
vbi apoſtil.multos alios allegant Anch. moder.fa
mil.quæſt.lib. 1.in q.51.nu.10. Caualca.de vſufr.
mulie.reli.nu.95.circa finem.

Dico etiam ꝙ in calculanda legitima, habenda
eſt ratio æris alieni, atque illud venit in primis de
ſubſtantia donatoris detrahendum,quia eſt vncia
non hæreditatis,ſed bonorũ,vt expreſsè dicit tex.
in l. 2. C.de natural. lib.ibi,bonorum ſuorum vnã
12 tantum vnciam pater. bona † verò intelliguntur
deducto ære alieno, l.ſubſignatum, §.bona, ff.de
verb.ſign. Barto.in l.vt iuriſiurandi,§.liberi, ff.de
oper.liber. Caſtr.in conſ.244.vol.2. Dec.in conſi.
485.num.14.& ſeq. Bal.in l.ſi cum dotem, §.ſi pa
ter,in fi.vbi Alex.nu.6.ff.ſol.matr. Marſil. in ſing.
162. Iaſ.in authen.præterea,nu. 26. C.vnde vir,&
vxor, Picus in l. Titia,§. Titia,cũ nuberet, nu.149.
ff.de leg.2. Ruyn.in conſil.136.nu.7.vol.2. Natta
in conſil.363.nu.21. Mantica de coniect. vlt.vol.
lib.10.ti.2.nu.21. Caualcan.de vſufru.mulie.reli.
nu.107. in quibus locis dicunt relictum de bonis
meis non inducere animum compenſandi,& lega
tarium vſusfructus bonorum nõ teneri ad æs alie
num.ad idem eſt tex.in l.ſi quis ſeruum,§.fi.ff.de
leg.2. vbi ille non tenetur ad onera hæreditaria,
cui pars bonorum reſtituitur,gl.in §.ſed quia hæ-
redes,in verſ.pars bonorum, Inſti.de fideicõmiſſ.
hæred. Eman.a Coſta in c.ſi pater,in 2.par.in ver.
Trebellianicæ,nu.3.extra de teſtam.in 6. & nõ de
bet iudicari magis fauorabilis vncia, quæ ſpurijs
relinquitur,quam legitima, quæ debetur filijs le-
13 gitimis & naturalibus. hęc enim † eſt quota bono
rum,nõ aũt quota hæreditatis, l.quoties,vbi Bal.
col. 1. C.de hęred.inſtit. l. Papinianus,§.quartam,
ff.de inof.teſta. Alex.in conſi.150.nu.6.verſ.nata
alia non eſt, vol.2. Affli&.deciſ.262, nu.2. & de-
ciſ.382.nu.2. Bertr.in conſ.99.nu.3.vol.2. Boer.
in deciſ.24.nu.12. Deciſ. Pedem.172.nu.15. com
munem dicit Rol.in conſi.39.in prin.vol.3. Man-
tica d.tract.lib.7.tit.8.nu.5.& ideo detrahitur æs
14 alienum antequam † detrahatur legitima, d.l. Pa-
pinianus,§.quartam.& ponunt prædicti ferè om-
nes Doct.& probatur in l.ſcimus, §.repletionem,
C.de inof.teſtam. Alex.in conſ.18. in prin. vol.4.
Crau.in conſ.165.nu.3.intelligendo tamen de ve
ro ære alieno,& neceſſario,non aũt voluntario, vt
poſt Caſtr. Soc. Corn.& alios inquit Crau.in cõſ.
141. nu.5. idẽ ergo ſeruandũ erit in aſſignatione
vnciæ,quia detrahetur primũ omne ęs alienum.

Et quamuis in d.§.nos igitur,in Authen.quib.
mod.nat.effic.ſui, fiat mentio de ſubſtantia teſta-
toris,quę denominatio importare videtur nõ bo-
na,ſed hæreditatem,ut probatur in l.in teſtamen-
tis,C.de teſta. & in l. Iulianus, ff.qui & a quibus,
tñ aduertendũ eſt,quod ubi teſtator faciendo uni
uerſalem diſpoſitionem meminit de ſubſtantia,in
telligitur de hæreditate ratione ſubiectæ materiæ,
& diſpoſitionis,quã tractat: ita loquuntur iura in
contrarium allegata. ſed ubi non ſubeſt ratio ſu-
biectæ materiæ,propriè loquendo, ſubſtantia te-
ſtatoris intelligitur detracto ęre alieno,& ponitur
pro corporibus hæreditarijs, l. cum ſcimus, §.re-
pletionem, C.de inoff. teſtam. ubi dicitur, legiti-
mam filij repleri ex ſubſtantia patris, & tamen ut
dixi,eſt quota bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Contrahens non præſumitur fuiſſe contracturus ſine pactis in contractu appoſitis.*

2 *Pactum reuendendi, habetur pro appoſito in inſtrumento venditionis celebrato ex interuallo, quando cum eo iam fuerat verbo perfecta venditio.*

3 *Clauſula acceſſoria non poteſt alterare principalem diſpoſitionem.*

4 *Finis trahit ad ſe omnia, quæ ad ipſum tendunt. & nu.30.& 31. circa medium.*

5 *Cauſa finalis eſt illa ſine qua quis non contraxiſſet.*

6 *Pacta in contractu poſita, dicuntur pars contractus.*

7 *Contractui inſunt quæ fiunt eodem loco, & tempore.*

8 *Pactum retrouendendi,facit rem minus valere, & dicitur pars pretij.*

9 *Contractus plures quando fiunt eodem loco & tempore, habentur pro vno. & ibi latè.*

10 *Res eadẽ diuerſo iure cenſetur diuerſis reſpectibus.*

11 *Contractus perfectio conſiſtit in concluſione,idem in ſententia, & teſtamento.*

12 *Factum non dicitur, quãdo aliquid ſupereſt agendũ.*

13 *Aeſtimatio fieri debet de tota re, non de ſingulis partibus, vbi agitur de diuiſione.*

14 *Menſura ſi deficit in vno, & exuberat in alio corpore, fit inuicem compenſatio in eodem contractu.*

15 *Pactum dicitur correſpectiuum, quando corruit ſublato contractu.*

16 *Acceſſiones reſtituuntur reſoluta venditione.*

17 *Datio in ſolutum eſt nulla, quando fit pro maiori quantitate quàm eſt debitum.*

Acceſſo-

18 *Acceſſorium regulatur ſecundum principale. & ibi exornatur.*

19 *Acceſſorium aſſumit naturam ſui principalis, & mutat ſuam.*

20 *Emptor non præſumitur fuiſſe empturus ſine pactis poſitis in emptione.*

21 *Teſtis vnus plenè probat contra producentem.*

22 *Contractus perfectus poteſt partiũ cõſenſu alterari.*

23 *Contractus idem, quando bis fit, agitur ex primo. fallit tamen, quando additur aliquid, quod ſubſtantiam reſpicit. & ibi pulchrè declaratur.*

24 *Pactum tunc dicitur reſpicere ſubſtantiam contractus, quando concernit rem in contractu deductã.*

25 *Contractu bis celebrato agitur ex ſecundo, quando cõſtat de voluntate partium.*

26 *Solutio. Res non dicitur in ſolutione, vel obligatione, quando promittitur ſub conditione.*

27 *Datio in ſolutum facta in defectu ſolutionis, ita eſt perfecta, quòd neutra partium poteſt recedere.*

28 *Clauſula, ad habendum, poſita in diſpoſitionis, cõtinet facultatem alienandi.*

29 *Dies appoſita ſolutioni, dicitur pars contractus acceſſoria.*

30 *Finis. Ordinata ad finem regulantur ſecundũ eum. & nu. 31. circa medium.*

31 *Teſtator ſi reliquerit centum, quæ ſunt apud capſorem, vel alias detur mihi vinea, tenebitur hæres præſtare vineam, ſi expendit illa centum, etiam ſi totidem velit ſoluere.*

32 *Læſio vbi æſtimatur, conſiderari debent omnes qualitates contractus. & ibi ſunt exempla.*

CONSILIVM CCXVII.

IN æſtimanda læſione, quam magnifica Domina Laura Inuiciata allegat ſe paſſam, quãdo in tranſactione inita cum magnifico D. Iacobo Simone Inuiciato in defectum ſolutionis aureorum 575. dedit in ſolutum domũ, & pratum, de quibus in actis; dubitat multum magnificus D. Squarzaficus Delegatus, ne non ſit habenda ratio iuris, quod tranſactionis tempore D. Iacobus Simon prætendebat ſuper tota hæreditate magnifici quõdam Capitanei Archilai Inuiciati, ſed attendi debeat quantitas prædicta ſibi promiſſa: eaque cũ vero valore domus, & prati cõferri, quia datio in ſolutum nõ fuit cauſa, propter quam actor receſſerit a lite inſtituta, ſed eſt actus ſeu contractus omnino ſeparatus a tranſactione: D. enim Iacobus Simon ideo deſtitit a lite, quia Dña Laura ſibi dedit aureos quingentos, & vlterius promiſit ſoluere aureos 575. non quia pro illis reſtãtibus dederit ea bona in ſolutum, id quod multis modis conatur probare; primò, quia teſtes iã examinati deponunt, q in conuentionis concluſione, nulla facta fuit mentio dationis in ſolutum, licèt in inſtrumento decem inde diebus celebrato de voluntate partium inſerta fuerit. infertur autẽ ex hoc quod non poteſt dici eum non fuiſſe aliter derelicturum litem, niſi data fuiſſent illa bona in
ſolutum, ſi iam a lite diſceſſerat, ſine ipſa datione
illi enim qui dicunt pactum poſitum in contractu
eſſe partẽ contractus, mouentur illa ratione, quia
non præſumitur, q contrahens ſine illo pacto fo-
1 ret eo modo, † vel ſub eo pretio contracturus, vt
inquit gl. in l. fundi partem, ff. de cõtrah. empt. cũ
alijs apud Tiraq. de retract. cõſang. §. 1. gl. 18. nu.
69. & de retract. conuen. in præfat. num. 21. Alc. in
conſ. 149. nu. 10. vbi autem ratio ceſſat, vt in præ-
ſenti facto: tunc pactum non dicitur contractus.
Nec dicatur quòd non eſt attendendum, quid
partes tractauerint, ſed quid in cõcluſione conue
nerint, quia hoc procederet ſi præceſſiſſet ſimplex
2 tractatus. at teſtes deponunt de cõcluſione, † ideo
ea attẽditur. pro quo ſufficit allegaſſe quod voluit
Alex. in conſ. 122. col. 1. vol. 2. vbi dicit quod ſi in
ter partes concluſa eſt venditio cum pacto retro-
uendendi, non cenſentur ab illo pacto receſſiſſe, li
cet ex interuallo inſtrumentum fecerint vẽditio-
nis, in quo pactum prædictum non fuit inſertum,
Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gl. 1. nu. 1.
Secundò facit, quia datio in ſolutum, non eſt
principalis obligatio, nec fuit in obligatione poſi
ta, ſed eſt extinctio obligationis, quæ conſiſtebat
in pecunia: ergo non ea eſt conſideranda, cum eſ-
ſet in ſolutione, non in obligatione.
Tertiò datio in ſolutũ eſt acceſſoria ad alia con
uenta in tranſactione, ergo non debet ipſam tran-
ſactionem infirmare aut regulare; ſed è contra re-
gulari ab ipſa principali diſpoſitione, ca. acceſſo-
rium, de reg. iur. in 6. l. cum principalis, ff. eod. tit.
3 quæ etiam non poteſt principalem † contractum
alterare, clem. 1. de præb. Fel. Dec. & alij, quos ci-
tat D. Becius in conſ. 24. nu. 21.
Quartò cauſa finalis tranſactionis in ipſo Do-
mino actore fuit pecunia promiſſa, non etiam da-
tio in ſolutum, ideo ea attendenda eſt: finis enim
4 ad ſe † trahit omnia, quæ ad ipſum tendunt, l. etſi
non ſint, §. peruenimus, ff. de auro & arg. leg. &
cauſa finalis eſt attendenda, l. 2. §. fi. vbi Bat. ff. de
donat. Crau. in conſ. 243. nu. 2. & dicitur cauſa fi-
nalis illa, quæ ex toto & funditus animum diſpo-
5 nentis † alioquin non facturum mouit, Abb. in c.
poſt tranſlationẽ, nu. 18. de renunc. Corn. in con-
ſil. 10. col. fin. vol. 1. vbi ait cauſam finalem dici, ſi-
ne qua non erat facturus, vel ſaltem non eo modo
facturus, Dom. Becius in conſi. 20. nu. 10.
Veruntamen præmiſſis non obſtantibus, cõclu
do non aliter æſtimari poſſe læſionem allegatam
a Domina Laura, niſi ratio vtilitatis, & damni ab
vtraque parte habeatur reſpectu nõ ſolius datio-
nis in ſolutum, ſed totius cõtractus tranſactionis,
atque omnium in eo cõtentorum, quia omnia pa
6 cta † in contractu appoſita, ſunt pars contractus,
l. fundi partem, ff. de contrahen. empt. & ibi Bald.
dicit, quod pactum eſt loco pretij, l. ſi venditor, in
fi. ff. de ſeru. export. l. pen. ff. de hæred. vel actio. vẽ
di. Bal. in l. petens, C. de pact. Caſtr. Fulg. & alij in
l. in bonæ fidei, C. de pact. Alex. ibi, nu. 3. vbi dicit
idem omnino inferri, qñ dicitur, quòd eſt pars cõ
tractus,

tractus,vel quod informat contractum, Iaſ.in l.2.
nu.5.C.de iu.emphyt. vbi infert quod cadens ab
emphyteuſi ob defectũ ſolutionis canonis, cadit
ẽt a pacto luendi,id quod procedit nedum qñ pa-
ctũ eſt in ipſo cõtractu,verum ẽt quando eſt poſt
contractum,ſed incontinenti, vt probatur in l.iu-
riſgẽtium,§.quinimo,& §.adeò, ff.de pact.in l.pa
cta conuẽta,ff.de contrah. empt. & vbique Doct.
7 quæ enim fiũt eodem loco † & tempore,ineſſe vi-
dentur contractu,l.lecta, verſ.dicebam, ff.ſi cert.
pet.Ang.in conſ.145.col.3. Iaſ.in conſil.101. nu.
10.vol.4.D.Becius in conſ.45.nu.32. qui duo lo
quuntur qñ pactum fit in inſtrumento ſeparato,
Alc.in conſi.149. nu.6. vbi dicit quod ſi procedit
in contractu incontinenti ſequuto, multo magis
locum habebit in eo, qui celebratur eodem tẽpo-
re,& eodem actu, Cagn.in l.lecta, nu.146. Pariſ.
in conſ.127.nu.5.vol.4.Tiraq.de retract.cõſang.
§.1.gl.18.nu.38 & de retract.conuent. in proœm.
nu.21.Natta in conſi.546.nu.2.latiſſimè omniũ,
D.Becius in conſi.92.nu.6.& ſeqq. Meno.conſi.
92.nu.38. ideo inquit Abb. in c.ad noſtram, col.
2.vbi Barba.& Ant.Burg.de empt.& vend. quod
8 pactum reuendendi, poſitum in contractu † ven-
ditionis,facit rẽ minus valere, & dicitur pars pre-
tij.ſequuntur multi congeſti a Tiraq. in d.præfat.
nu.20.alios plures citat Pinel.in l.2.p.3.c.4.n.19.
C.de reſcind.vend.vbi poſt Iaſ.Rip.Cagn.Crem.
& alios dicit læſionem ideo ſtante pacto reuenden
di,debere plenius ꝓbari ex parte vẽditoris, Foller.
in pract.cẽſuar.fol.165.nu.6.Cęph.in conſi.261.
nu.9.Deciſ.Pedem.41.nu.14.Cum ergo datio in
ſolutum,ſit pars contractus,deducenda erit læſio
a toto contractu tranſactionis, non autem a ſola
datione in ſolutum,vt prætendit Domina Laura.

Secundò contractus dicitur vnicus, licèt plura
9 contineat pacta,† vel capitula,qñ eodem contex-
tu,eodem tempore, & ſimul omnia facta ſunt,vt
probatur in l.cum eiuſdẽ,l.ædiles aiũt,§.fi.l.ſi plu
res,l.Labeo,§.idem ait,ff.de ædil.edi. q̃ regulam
exornat D.Becius d.conſ.45.nu.34.allegãdo plu
res alios.quando enim plura ſunt in eodem inſtru
mento, tunc omnia ſimul & ſemel robur ſumunt,
etiam ſi poſitum ſit pactum in fine capitulorum,
quia quoad iuris cenſurã inter contenta in eodem
inſtrumento non datur prius vel poſterius, l.con-
tractus,vbi Bar.C.de fide inſtr.Cagn.in d.l.lecta,
nu.157. ff.ſi cert.pet. ſi ergo vnus eſt contractus,
læſio deducenda eſt a toto, non a parte, nec datio
in ſolutũ reputatur ſeorſum a tranſactione pro cõ
tractu ſeparato: nam etſi propriè loquendo dici
poſſit contractus de per ſe,ſecundum glo. in l.1.in
ver.figuras,in fi. ff.de act. & oblig. tñ eſt etiã cor-
reſpectiuus ad tranſactionẽ, ita vt læſio in vno ſit
conſideranda habito reſpectu ad aliũ,vt benè pro
bat Alc.in conſi.149.nu.1.& ſeq.& non eſt nouũ
quod idem contractus ad diuerſum finem conſi-
deretur tanquam de per ſe, & habito reſpectu ad
10 alium,quia eodem modo eadem res † diuerſis re-
ſpectibus diuerſo iure cenſetur,l.miles, §.pro par
te,ff.de leg.2.Bal.in l.filium quem habentem,co-
lum.3.in 4.oppoſ.C.famil.erciſc.cum alijs allega
tis per Tiraq.in d.§.1.glo.18.nu.23. Ripa in l.fin.
num.122. C.de reuoc.donat. Menoc. in conſ.10.
num.13.cum ſimilibus.

Tertiò quod læſio ſit conſideranda habito re-
ſpectu ad totum contractum probatur, quia to-
tius contractus perfectio conſiſtit in cõcluſione,
11 licèt multa † anteà inculcentur,ut eſt tex.in l.ſi uo-
luntate,C.de reſcind.uend.quam Bal.ibi dicit eſ-
ſe notandum,& eo non eſſe in iure meliorem, om
niaque pacta & capitula contractus dicuntur per-
fici in concluſione, quando partes habent eũ pro
abſoluto, l.contractus, C.de fide inſtr. l.in ciuile,
vbi Bal.ff.de legib. idem in ſententia dixit Bal. in
repet.l.quid ergo,§.pœna grauior,col.5.num.10.
ver.iuxta hoc quæro, ff.de his,qui not.infa.& idẽ
eſt in teſtamento, quod perficitur in vltima literæ
teſtamenti concluſiua, & in ultimis eius uerbis,ſe
cundum Bal.in l.ſi is,qui,ff.de teſtam.ubi Aret.ſe-
quitur,in princ. Natta in conſi.164.nu.26. & qñ
duo requiruntur contractus dicitur ex ultimo per
fici & conſumari,l.quoties, C.de rei uendic.& nĩ
12 hil dicitur factum, quãdo † aliquid ſupereſt addẽ-
dum,l.pen.C.de his,quib.ut indign. l.ſi quis lega
tum, ff.ad leg.Corn. de falſ. D.Becius conſil.66.
nu.16. ſi igitur perfectio eſt in concluſione,id om
ne eſt conſiderandum in æſtimãda læſione, quod
fuit concluſum in inſtrumento.

Quartò quòd totius contractus non ſolius da-
tionis in ſolutum læſio attẽdi debeat, probat tex.
in l.Mæuius,§.fi.ff.fam.erciſ.vbi dicitur quod æſti
13 matio † fieri debet de tota re,nõ autem de ſingu-
lis eius partibus.ad idem eſt tex.in l.1.C.commu.
diuid.ubi hoc no.gl.quam Bar.dicit eſſe menti te
nendam,cum alijs apud Pinel.d.l.2.par.3.c.fi.nu.
36.& per hæc iura Alcia.in conſ.210.nu.6.inquit
ꝗ æſtimatio læſionis fieri debet reſpectu habito ad
totum contractum,nõ ad illius partem tantũ. ad-
do ego text.in l.ſi duorum,ff.de actio.empt.ubi ſi
in eodem contractu uendita fuerunt duo prædia
cum pronunciatione menſuræ relata diſtinctè ad
vnũquodque eorũ, & alterũ excedat menſuram,
alterũ verò deficere inueniatur,nõ licebit empto-
ri agere pro mẽſura in uno deficiẽte, ſed lucrũ in
vno cõpenſabitur cũ damno quod ſentit emptor
14 † in alio corpore,& ꝑ illum tex.dixit Bal.in conſ.
91.in fi.vol.2.quod ex eodẽ contractu cõpenſatio
fit vnius corporis ad aliud. & ſubdit quod qñ vni
uerſitas diuiditur,læſio debet attendi nõ reſpectu
vnius rei, ſed reſpectu totius vniuerſi. idem dicit
Bal.in l.ſicut,prope fi.n.3.C.de act.empt. vbi ait
tex.in d.l.ſi duorum,non eſſe alibi. & quãdo uni-
cus eſt contractus,omnes admittunt,ut per Bald.
in l.fi.§.præterea,n.6.C.de iu.dot.qui dicit quod
ſtante unitate cõtractus fit commixtio, ſi emptor
ſit in vna re læſus,& venditor in alia,licèt ſecus ſit
qñ diuerſi ſunt contractus, Aret. in l. ſcire debe-
mus,in prin.col.pen.in verſ.illum tamen textum,
ff.de verb.oblig.vbi Iaſ.nu.12. Bart.Caſtr. & alij

in d.l.ſi duorum, Pariſ.conſ.64. nu.38. vol.1.Ti-
raq.de retract.conſang. §.23.gl.1.nu.17. Pinel.in
l.2.in 3.par.c.2.nu.12. & ſeq. C.de reſc.vend.nec
eſt qui contradicat,qñ vnicus eſt cõtractus, vt eſt
in facto noſtro,id quod multò magis procedit,qñ
agitur de reſciſſione,quia ſæpe dicuntur plures vẽ
ditiones, quo ad contractuum productionem, &
tñ quoad reſolutionẽ habentur pro vna,vt ꝑ Bar.
in d.l.ſcire debemus,vbi etiam Iaſ.n.4. alios citat
Tiraq.de retract.conſang.§.23.gl.1.nu.4. & de il
lo tex.in l.ſi duorum, inuenio quod in propoſito
facit mentionem Alc. in conſi.149.nu.5.

Quintò quod datio in ſolutũ ſit correſpectiua
ad totã tranſactionẽ,ideo de ea cenſendum ſit tan
quã de neceſſaria tranſactionis parte oſtenditur,
15 quia† pactum dicitur correſpectiuũ ad contractũ,
qñ tale eſt quod tollitur ipſo contractu ſublato:
probatur l.ſi.ff.de acceptil.l.cum emptor, ff.de re
ſcind.vend.per quæ iura ita Bar.declarat,d.l.iuriſ
gentium,§.quinimo,nu.7.ff.de pact.Alc.in d.con
ſil.149.nu.4.at certum eſt,ꝙ ſi reſolueretur tranſa
ctio,ipſa quoque in ſolutum datio eſſet nulla, q̃a
deficeret debitũ, pro quo facta eſt, & ſine quo nõ
poteſt ſuſtineri. facit quod dicimus de acceſſioni-
16 bus, † quæ reſtitui debent venditione reſoluta, l.
quod dicitur,& l.Imperator, ff.de in diem adiect.
l.cum fundus,ff.de lege com. cum alijs apud Me-
no.conſ.26.nu.4.& non modo annullatur in ſolu
tum datio,qñ nullum ſubeſt debitum,ſed &t quan
17 do facta eſt pro maiori quantitate,†ꝗ eſſet debi-
tum,Bar.Caſtr.Alex.Iaſ. & alij, qui dicunt cõem
in l.ſi non ſortẽ,§.ſi centum,ff.de cõd.indeb.Bar.
in l.certi condict. §.quoniam, ff.ſi cert. pet. Rom.
in l.1.§.pen.ff.de verb.obl.& in conſi.450.in fi.&
alios citat Tiraq.in tract.retract. cõſang. §.23.gl.
1.nu.23.& ſeq.Afſl.deciſ.358.nu.7. Ruy. in conſ.
136.nu.5.vol.1. Pariſ. conſ.81.nu.36.vol.2.Mar-
ſil.in l.ſi.nu.44.ff.de iuriſd.om.iud. Cur.iun.cõſ.
170.nu.3. Rol.conſi.7.nu.87.vol.3. Cęph.conſil.
398.nu.1.& acceſſorium tollitur ipſo principali ſu
blato,l.cũ principalis,ff.de reg.iu.Bal.in cõſ.275.
col.2.lib.5.habet enim tacitam conditionẽ,ſi prin
cipale valet,Bal.in l.ſi diuerſa,C.de tranſact. Me-
noc.conſi.58.nu.15.& quod acceſſoria non ſubſi-
ſtant,vbi principale corruit, latè probat inferẽdo
ad plura,Crot.in conſi.13.num.18.& ſeq. Tiraq.
de conſtit.par.3.limit.29.nu.1. & ſeq.

Sextò vbi datio in ſolutum eſſet acceſſoria, de-
beret nihilominus regulari ſecundum naturã trã-
ſactionis, & de ea idem foret cenſendum quod de
ipſa tranſactione,d.c.acceſſorium,&d.l.cum prin
cipalis. ſtatutum enim in principali, cenſetur ſta-
18 tutum quoque † in acceſſorio, l.3. §. ſed ſi quid,
vbi Bal.not.ff.de neg.geſt.Tiraq.de conſtit.1.3.li
mit.7.nu.40. & pactum ſuper principali, extendi-
tur ad acceſſorium, l.lecta,vbi Alex. in 7.not.ff.ſi
cert. pet.& confirmat Dec. d.l.cum principalis,in
fi. vbi dicit maximè procedere, quando validitas
acceſſorij pendet à principali, & latius Cagn. qui
ampliat multis modis,id quod habet adeo locum
vt acceſſorium mutet naturam ſuam, & aſſumat
19 † naturam principalis, l.1. §.ſi ſub conditione, ff.
vt leg.nom.caue.l.ſub conditione,§.fi. ff.de bon.
poſſ.contra tab.Crot.in conſ.61.nu.28.ideo ſicu-
ti vbi agitur de reſcindendo principali læſio conſi
deratur ab vniuerſo contractu, ita conſideranda
eſt quãdo agitur de reſcindendo acceſſorio,quod
partem efficit principalis contractus.

His vero non obſtat, quod dictum fuit, datio-
nem in ſolutum eſſe contractum ſeparatum,& de
per ſe,non aũt factum contemplatione tranſactio
nis; quia ſtideo quod etſi faciat de per ſe contra-
ctum eo modo quo omne pactũ facit contractũ:
tamen dicitur contractus factus contemplatione
tranſactionis,& eſt actus correſpectiuus,vt decla
rat Alc.d.conſ.149.num.1. & non eſt verũ quod
ſine illa datione partes forent eodem modo receſ
ſuræ a lite: nam contrarium præſumitur,ut inquit
gl.in l.fundi partem, ff.de contrah. empt. cũ alijs
ſupra citatis pro cõtraria parte. facit in ſimili tex.
20 † in l.ſi quis aliam,ff.de ſolut.glo.in l.ſi duos,vbi
Alber.ff.de contrah.emp.& in l.fundus ille,ff.eo.
ti.Cyn.& Alc.in l.ſi mihi & Titio, ff.de verb.obl.
Bar.conſ.195.vol.1. cum alijs per Tiraq. d.§.23.
gl.1.nu.3.& ſeq.vbi dicunt quod non pręſumitur
emptorem fuiſſe ſine illis pactis in emptione po-
ſitis empturum. & quamuis tempore tractatus ni
hil dictum fuerit de datione in ſolutum, tamen ſa
tis eſt quod de ea fuerit conuentum in ipſo inſtru
mento,quæ conuentio facta fuit pro cautione Do
mini Iacobi Simonis, ne eueniente die cogeretur
nonum inſtituere iudicium pro conſequendis il-
lis aureis quinque centum ſeptuagintaquinque,
vti deponit Magnificus Dom. Hieronymus Stor
tiglionus,teſtis productus a magnifica Dña Lau-
21 ra,qui ideo † plenam facit fidem, Soc.iu. in conſ.
69.nu.11.vol.1.Bero.conſ.96.n.11.vol.3.Cęph.
conſ.65.nu.55.conſ.141.nu.16.& ſicuti conſtitu
tum, obligatio bonorum, & aliæ clauſulæ poſitæ
in inſtrumento,dicuntur pars cõtractus,licet ten-
dant ad cautionem: ita quoque datio in ſolutum,
& concluſio attenditur,non ea,quæ præceſſerunt,
vt dixi ſupra in tertio fundamento.

Nec dicatur quod pręceſſit non ſimplex tracta
tus, ſed concluſio: ad hoc enim reſpondeo ꝗ etſi
contractus fuiſſet uno modo concluſus, potuit ta
22 men partiũ cõſenſu† alterari, quia is pôt diſſolue
re,qui poteſt ligare, l.eius eſt nolle,ff.de reg.iur.l.
ab emptione,ff.de pact.& eſt expreſſus tex. in l.ſi
quã,ff.de reſc.vend.vbi dicitur,quod a contractu
perfecto poſſũt partes re integra diſcedere:ad idẽ
eſt tex.in l.pacta conuenta,ff.de contrab.emptio.
vbi dicit rei perfectæ poſſe partes addere, & mi-
nuere.Et in præſenti facto aduertẽdum eſt, ꝙ per
dationem in ſolutum adiectam, quæ tamen con-
uenta non fuerat in prima conuentione & accor-
dio, dicitur vltima tranſactio eſſe noua, & partes
videntur non minus receſſiſſe a primo accordio,
quam ſi illud nunquam feciſſent, ita inquit text.
23 in d.l.ſi quam. quamuis enim † vbi partes bis fa-
ciunt

ciunt vnum & eundem contractum, vltimus nõ te
neat, & ex primo agendũ ſit, l. qui bis idẽ, vbi Bar.
Bal. Caſt. & Alex. ff. de verb. oblig. l. ſi dari, ff. eod.
tit. cum ſimilibus: tamen quando contractus ſecũ
dus plus continet, quàm primus, fit diſtinctio an
id, quod additum eſt, concernat ſubſtantiam vel
qualitates, & naturã contractus. primo caſus dici
tur nouus contractus, niſi partes aliter diſponant,
& ex nouo agitur, ſublato primo: at ſecundo caſu
non agitur ex vltimo contractu, ſed ex primo, ve-
rum pro eo quod eſt additũ, datur exceptio. ita ꝓ
bat tex. in d. l. pacta conuenta, vbi glo. Bar. & alij,
præcipuè Bal. qui eam legit poſt l. iuriſgentiũ, §.
adeo, ff. de pact. Bar. pulchrè in d. §. adeo, vbi Bal.
Angel. Caſtr. Iaſ. & alij optimè declarant. In pro-
poſito autem mutatio facta fuit ſuper ſubſtantia
contractus tranſactionis; quia ſicuti primo cõuen
tum fuerat quod ſolueretur pecunia, fuit demum
quod intra annũ 1584. liceret ſoluere pecuniam:
eo vero elapſo domus & pratũ cederẽt ſolutionis
loco: de ſubſtãtia enim tranſactionis eſt ꝙ aliquid
detur vel recipiatur hinc inde, l. tranſactio, C. de
tranſactio. ſi ergo primum danda erat pecunia, po
ſtea vero cõuentum eſt de domo & prato, ſatẽdũ
eſt hanc conuentionem, & mutationem concerne
re ſubſtantiã tranſactionis, & videtur probare gl.
in d. l. pacta cõuenta, circa mediũ, dicens quod tũc
informat contractũ quãdo erat conuentũ, quod
agatur ad pretium: poſtea vero concluditur quod
24 agatur ad aliud: & dicitur pactũ attingere † ſubſtã
tiam contractus, quando concernit rem in contra
ctu deductã, vt declarat Alc. in conſ. 110. n. 6. & cõſ.
149. nu. 5. & 7. quinimò lecto inſtrumento tranſa-
ctionis, videtur partes omnino poſt habuiſſe con-
cluſionem antea factam: nã in proœmio dicunt vel
le componere lites, quę in futurum poterant con-
tingere, & tamen ſtante concluſione accordij non
erat dubitãdum de futura lite. item ibi dicitur de
vexationibus, quę non ſolum ſunt occurſæ, ſed e-
tiam poſſent occurrere, ſed non poterant occurre
re, ſi factum erat accordium. Item ibi dicitur in
præſenti, quod intendunt cõponere, ergo nõ erat
compoſitum, vel ſi erat, recedebant partes ab ea
compoſitione. Similiter in diſpoſitiuis inſtrumẽti
multa ponuntur verba, quæ arguunt partes, non
niſi accordio facto, ſed nouum facere. quo caſu ſi-
25 ue id quod additur, ſubſtantiã concernat, † ſiue ac
cidẽtia, ſemper inſpecta partiũ voluntate agendũ
eſt ex nouo, non ex antiquo, vt clarè dicunt Bart.
Bal. Ang. Caſtr. & alij, d. §. adeo. quod ſi dicamus
partes a primo accordio receſſiſſe, iam non erit cu
randum quod tunc nihil dictum fuerit de datione
in ſolutum, nec deduci poterit argumẽtum ab eo
quod tunc foret tractatum vel concluſum. ſed cũ
datio in ſolutum fuerit addita, credendum eſt nõ
aliter Dominum Iacobum Simonem fuiſſe con-
tracturum, quaſi primus contractus nunquã fuiſ-
ſet factus, vt dicitur in dicta l. ſi quam.

Non etiam reſiſtit, quod datio in ſolutum non
eſſet in obligatione, ſed ſolum in ſolutione: atque
ita in extinctione debiti, ideo conſideranda nõ ſit.
quia reſpondeo quod datio in ſolutum pendente
tempore ad ſoluendum tanquam conditionalis,
26 non † erat in ſolutione, neque in obligatione, ſed
lapſo tẽpe & purificata conditione cępit eſſe in o-
bligatione principaliter. ita Bar. & alij in l. ita ſti-
pulatus, la grande, ff. de verb. obli. Afflic. in deci.
397. nu. 3. iccirco ceſſat fundamentum, quod eſſet
ſolum in ſolutione, & extinctione debiti. & adeo
verũ eſt quod poſt moram neutra partiũ poterat
27 reſilire † a datione appetẽdo pecuniam, quidquid
tenuerit Dec. in conſ. 12. quia cõtrariũ probat cũ
expreſſè reprobãdo, Alc. in conſ. 109. per totum,
vbi allegat in terminis Caſtr. conſ. 295. volum. 2.
Afflict. in deciſ. 397. vbi ait ſic fuiſſe determinatũ,
Soc. iun. qui hanc cõtra Deciũ ſententiã latè de-
fendit in conſ. 41. per totum, vol. 3. Natta in conſ.
496. nu. 17. vbi inquit Decij opinionẽ nõ ſibi pla-
cere, Silua. in conſ. 102. per totum. quod conſiliũ
mutuo habuit, vt alia multa, a Domino Marco
Antonio Vallario, acutiſſimo Iuriſconſulto & affi
ne meo. probatur itaque dationẽ illã nõ fuiſſe in
ſola extinctione & ſatisfactione, ſed etiam in obli-
gatione ab vtraq; parte. Reſpõdere etiã poſſum,
quod etiam ſi concerneret ſolam extinctionẽ de-
biti, tamẽ adhuc eſſet cõſiderãda tanqnã pars ſub
ſtantialis tranſactionis, vt infra clarius probabo.

Declinatur & tertium, quod dicitur, dationem
in ſolutũ eſſe acceſſoriã ad trãſactionẽ: Nã, vt di-
xi, eſt falſum, quia principalis eſt & ſubſtantialis
ipſius tranſactionis, & nõ minus tranſegit propter
domũ & pratũ lapſo anno, quàm propter pecuniã
intra annũ, & continet ſubſtantialẽ diſpoſitionẽ,
& poſita inter diſpoſitiua contractus, non autem
inter clauſulas exequutiuas, vt dicitur de clauſu-
la, ad habendum, tenendũ, &c. quæ ſi eſt poſita in
28 diſpoſitiuis, † continet facultatem alienandi feu-
dum: ſi vero in exequutiuis, nihil operatur, vt poſt
alios latè probat Deciſ. Pedem. 164. D. Becius in
conſ. 88. nu. 49. & quod hæc datio non ſit acceſſo
ria, ſed principalis, ex quo diuerſificat rem præ-
ſtandam, probat glo. in d. l. pacta cõuẽta, circa me
dium, dum vult quod concernat ſubſtantiam, &
ideo mutatio vnius rei præſtandæ loco alterius ef
ficiat nouũ contractũ, & probaui in reſolutione
primi obiecti, quod datio concernit ſubſtantiam.

Reſpondeo ſecũdò, quod etiam ſi foret acceſ-
ſoria, tamen non ideo inferri poſſet quod ſit ſepa-
rata a tranſactione, & de ea tanquam de re non
pertinente ad tranſactionem ſit tractandum; qui
nimo, eo quia eſt acceſſoria, & dependet a tranſa
ctione, dicitur eſſe correſpectiua ad ipſam tran-
ſactionem, ſicuti dicimus de obligatione bonorũ,
de conſtituto, & alijs clauſulis appoſitis pro cau-
tione tranſactionis: Nam ipſa datio cõcernit cau-
tionem, vt per Socin. iun. d. conſil. 41. nume. 14.
ver. ſecundò probatur. idem videmus in die ſolu-
29 tionis, quæ dicitur pars contractus, † vt probat
tex. in l. prima, §. editiones, vbi notãt omnes, ff. de
eden. & dicit Bart. in l. 1. nume. 79. ff. de cond. in-
deb.

deb. ꝙ dies ſicuti ipſa quātitas eſt pars obligatio-
nis,idem Bar.in l.lecta,nu.23.ff.ſi cert.pet.Bal.in
conſil.48.vol.1.vbi dicit quod tempus eſt tacita
quædam pars contractus, Caſtr.in cōſ.234.in fi.
vol.1.Soc.conſ.15.col.pen.vol.1.vbi inquit,quod
dilatio dicitur pars pretij,Dec.in conſ.46.nu.1.&
nu.3.uer.quod autē. dicitur enim minus ſoluere,
qui tardius ſoluit,§.plus, ver.tempore,Inſtitu.de
action.Tiraq.d.§.1.gl.17.nu.38. & tamen dies nō
eſt pars ſubſtantialis,ſed acceſſoria,& qualificati-
ua obligationis,vt dicunt Ang.& Alex.in d.§.edi
tiones.ubi etiam Iaſ.nu.2.& non eſt mirum: nam
30 † quæ ordinantur ad finem, regulātur ſecundum
naturam finis; & quando actus continuatur, præ
ſumitur ineſſe idem motiuum, ut inquit Bald. in
conſ.379.nu.2.in fi.uol.5.ſequitur Dominus Be
cius in conſi.92.nu.7.ſicuti ergo tempus ſolutio-
nis eſt pars contractus, quare non idem dicēdum
eſt de modo ſoluendi, & ſorma ſolutionis? ſicuti
enim tardius ſolui non poteſt, ita nec in alia re,l.
2.§.mutui datio,ff.ſi cer.pet. ideo ſi teſtator relin
quat mihi centum,quæ ſunt apud cāpſorem,alias
hæres teneatur dare mihi quandam vineam, non
31 poterit hæres † dare mihi alia centum, ſi ea expen
dat,ſed tenebitur præſtare vineā,Dyn.& Bar.in l.
talis ſcriptura,in fi.prin.ff.de leg.1.vbi ēt Bal.Sal.
Florian.& alij, & Iaſ.nu.16.dicit eſſe cōem,& ab
ea non recedendum in conſulendo, & iudicando.
ſi ergo modus ſoluendi eſt pars ſolutionis,vtique
ſiue dicatur principalis, ſiue acceſſoria, erit de ea
idē iudicandū,qđ de ipſa tranſactione principali.

Vltimò non obſtat quòd datio in ſolutum non
fuerit finalis cauſa,quæ mouit Dom.Iacobum Si
monem ad tranſigendū,ſed pecunia:ad hoc enim
rñdeo, ꝙ cauſa finalis tranſactionis eſt receſſus a
lite, & non eſt verum quod ſolum conſiderauerit
pecuniā,& quod eodem modo eſſet receſſurus ſi-
ne datione in ſolutū,vt ſupra probaui. & licet co-
gitauerit a lite recedere propter illam quantitatē,
cogitauit tamen eam habere ſine mora in tempo-
re conuento,& ſine lite: ideo nō ſimpliciter ſtipu
latus eſt ſibi pecuniā dari,ſed etiam tradi domum
& pratum lapſo tempore conuēto. proinde retor
quetur argumentum;ſicuti enim finis fuit ipſa pe
cunia,ita dicitur finis domus & pratum,quæ ſuc-
cedunt loco pecuniæ: ſubrogatum enim &c. l.ſi
eū,§.qui iniuriarū,ff.ſi quis cautio. & omnia quæ
ordinantur ad finem, regulantur ſecūdum finem
ipſum, & eadem cenſura iudicantur, quia omnia
ad ſe trahit,d.l.& ſi non ſint,§.perueniamus,ff.de
auro,& arg.leg. & omnia ab eo ſumunt denomi-
nationem,ſecundum Bal.qui citat Ariſt.in conſi.
272.col.1.vol.1.cum alijs per Tiraq.citatis, de re
tract.conſang.§.1.glo.7.nu.44.vbi poſt Soc.ſub-
dit,quæ tendunt vel ordinantur ad finem,cenſeri
eiuſdem naturæ,cuius eſt finis,l.oratio,ff.de ſpon
ſal.& ideo dixit D.Becius in cōſi.45.nu.33.quòd
finalis cauſa ſumenda eſt ex omnibus deductis in
contractu,atque ita ex vniuerſo contractu,non ex
aliqua parte etiā principali,allegat Caſtr. in con-
ſil.176.vol.2. pro quo facit quod dicimus de re-
ſcindendo contractu ob læſionem: nam in æſtimā
da læſione non attendimus ſolum quantitatē pre
tij,ſed oēs qualitates nedum poſitas in contractu,
vt eſt pactum reuendendi, euictionis omiſſa pro-
32 miſſio,& alia;ſed ēt illæ quæ ſunt extrinſecæ, † vt
quod tunc ſubeſſet bellum, quod ius dātis poſſet
cito finiri, vel alia ſimilia, quæ conſiderat Alc. in
conſi.110.vel quia interuenerint preces vel condi-
tiones,vt per Tiraq.de retract.conuent.in præfat.
nu.20.& ſeqq.uel ſi uēditor erat onuſtus ære alie
no,Bar.in l.1.§.ſi hæres,ff.ad Treb.Iaſ.nume.9.&
ſeqq.Crau.conſi.145.nu.9.& Iaſ. loco prædicto.
idem dicit de exiſtentia mali vicini,idem quando
alij non extabant emptores,vel plures erant ſimi-
les res venales,vt per Didac.var.reſol.lib.2.c.3.
nu.4.verſ.quintò infertur. quæ omnia licet non
ſint principaliter in fine contrahentis,ſunt tamen
conſideranda vbi agitur de æſtimanda læſione.

Concludo itaque rationem læſionis ſumēdam
eſſe à toto contractu tranſactionis, non a ſola pe-
cunia,quæ fuerat promiſſa: ſicuti econtra ſi pro-
pter læſionem Dom.Iacobus Simon ageret ad re
ſcindendum tranſactionis contractum, æſtiman-
dum fuiſſe periculū, cui ſuberat Domina Laura,
ne propter moram locus eſſet dationi in ſolutum,
vt de ſe patet. omitto alias defenſiones, quia u-
deo magnificos Dominos Conſultores luculen-
ter eas deduxiſſe; & ſtantibus prædictis, arbitra-
tus ſum non expedire eas latius pertractare.

S V M M A R I V M.

*1 Vſusfructus vxori relictus a viro reſtringitur ad ali-
menta ſtantibus filijs,præcipuè quando eſt omnium
bonorum.*

*2 Tutor, qui recuſat tutelam ſuſcipere, priuatur lega-
to,etiamſi conſanguineus ſit,& fuerit remotus per
Iudicem a tutela.*

*3 Tutori relictum,in dubio videtur relictum contem-
platione tutelæ.*

*4 Legatum cenſetur factum fauore filiorum, quan-
do matri relinquitur cum onere habitandi cum
filijs.*

*5 Legatum factum vxori ſub conditione ſeruandi vi-
tam vidualem,& honeſtam, cenſetur factum fauo
re vxoris.*

*6 Voluntas teſtatoris attenditur in vltimis voluntati-
bus.*

*7 Vſusfructus vxori relictus,non reſtringitur ad ali-
menta, quando conſtat de voluntate teſtatoris.*

*8 Vſusfructus relictus vxori reſtringitur ad alimen-
ta,quando reliquit vſufructuariam, dominam, &
maſſariam.*

*9 Francum dicitur, quod eſt ab omni ſeruitute libe-
rum, & abſolutum.*

10 Liberum dicitur, quod eſt ſine diminutione.

*11 Vſusfructus non reſtringitur ad alimenta, quando
teſtator vxori reliquit liberum vſumfructum.*

*12 Vſusfructus vxori relictus, non reſtringitur ad ali-
menta, quando reliquit plenum vſumfructum.*

13 *Contraria ſe inuicem elidunt, & vno poſito, tollitur alterum.*
14 *Vxor relicta vſufructuaria, domina, & maſſaria, cõſequitur ſolum alimenta cum praeminentia.*
15 *Verba debent intelligi, vt aliquid operentur.*
16 *Vſusfructus relictus vxori non reſtringitur ad alimẽta, quando alia verba ſubiunguntur importantia vſumfructum.*
17 *Minor non poteſt eſſe tutor, etiam ſi teſtamento datus ſit, & ſi de facto adminiſtrat, tenetur ſolum de dolo.*
18 *Conditio impoſſibilis de iure non vitiat vltimam voluntatem, ſed habetur pro non appoſita.*
19 *Conditio habetur pro impleta, quando ſtat per teſtatorem, quominus impleatur.*
20 *Vxor, cui alimenta relicta ſunt, habitãdo cum filijs, ea conſequitur habitando cum vno, ſi inter ſe venerunt ad diuiſionem.*

CONSILIVM CCXVIII.

NOTORIA eſt, & ab omnibus admittitur conſuetudo, ſecundum quam legatum vſusfructus factum vxori a marito ſtantibus filijs reſtringi-
1 tur ad alimenta, † gl. in auth. hoc locum, vbi Odofred. Alb. Barto. Bald. Ang. Salic. & alij, C. ſi mulier ſecund. nupſ. videtur ideo Dominam Antoniam vxorem Domini Ioan. Vincentij Miauacchę malè petere vſumfructum ſibi relictũ, cum ſola debeantur alimenta, & hanc concluſionem Docto. ampliant multis modis, & præcipuè quando relictus eſt vſusfructus omnium bonorũ, Bar. in l. ſi ita ſcriptum fuerit, ff. de manum. teſta. Aret. in conſi. 40. col. 2. Iaſ. Soc. iun. Picus, Bertr. & Caſſan. quos citat, & ſequitur Ant. Gabr. com. opin. lib. 5. tit. de vſufr. concl. 2. nu. 4. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 9. ti. 7. nu. 3. & quamuis ea concluſio multas habeat limitationes: tamen nemo, quem viderim ex Doctoribus, loquitur quando relictus eſt largus, & francus: inhærendum eſt ergo regulæ, vbi non reperitur limitata, ſecundum glo. in l. omnis diffinitio, ff. de reg. iur.

Secundò videtur quod nedum vſusfructus, ſed alimenta quoque ſint ei denegãda: maritus enim, qui vſumfructum, iocalia, & alia multa reliquit, eam conſtituit tutricem filiorum, ſed recuſauit tutelam aſſumere ſub prætextu minoris ætatis, pro-
2 inde ipſum quoque † legatum tenetur dimittere, l. Neſennius, §. fin. l. tutor, §. quæ tutoribus, ff. de excuſ. tuto. l. tutelam, ff. de teſtam. tute. l. etiam, de legat. 1. l. poſt legatum, §. amittetur, ff. de his, quibus vt indig. & ratio eſt, quia beneficium non debet eſſe vbi non eſt officium, l. etſi, ff. de leg. 1. & qui nõ ſeruat iudicium teſtatoris, videtur illud impugnare, qua ratione non meretur commodum, l. ex his, ff. de excuſ. tuto. ita Bald. in conſi. 356. in prin. vol. 4. Pract. Pap. in form. libel. quo agit ad redden. ratio. tutel. in verſ. eidem Ioanni, in fine, Rom. in cõſi. 207. & conſi. 235. Dec. in conſ. 178. num. 2. vbi allegat Alexan. in conſil. 102. volum. 1. idem Dec. in conſil. 192. nume. 4. in quibus locis poſt Iac. Beluiſ. concludit hanc opinionem procedere, etiam ſi legatum factum ſit conſanguineo, quia nihilominus cenſetur potius ratione tutelæ factum, quam conſanguinitatis, Ruyn. in cõſi. 38. num. 2. & 3. & in conſi. 49. nu. 2. vol. 2. vbi tamen dicit eſſe ſpeciale in legato alimentorum, quod non cenſeatur factum intuitu tutelæ, Bertrand. in conſi. 375. num. 3. vol. 4. vbi fortius vult, id locum habere, etiam ſi tutor fuerit remotus a tutela per Iudicem, quia etiam tunc non conſequitur legatum, Tiraq. in tract. ceſſan. can. par. 1. num. 121. Caualca. alios citat in tract. de tuto. nume. 190. & in dubio legatum cenſetur factum contemplatione
3 tutelæ, † vt notatur in l. ſed hoc nimium, cũ l. præced. ff. de excuſat. tuto. Pract. Pap. loco prædicto, Dec. in conſ. 526. nu. 6. conſil. 601. num. 1. & 2. id, quod in præſenti caſu eſt magis certum, quia grauata fuit Domina Antonia habitare cũ filijs, qua
4 ratione videtur legatum factum † fauore filiorũ, Bald. in conſi. 434. circa finem, vol. 2. Dec. d. conſil. 526. & conſi. 601. præſertim cum ſint infantes, Dec. in conſi. 485. nu. 7. conſi. 601. nu. 3. Ruyn. in conſi. 42. nu. 22. vol. 2. Simon de Pret. de interpr. vlt. volunt. lib. 4. interpr. 1. dubit. 8. num. 59. quidquid dixerit Beninten. deciſ. Bonon. 98. nume. 8. c. fin. & hæc coniectura pręponderat contrariæ cõiecturæ, quæ deducitur ex eo, quòd legatum factũ fuerit ſub conditione ſeruandi vitam vidualem, & honeſtam, quæ ſolet inferre quod legauerit fauo-
5 re vxoris, † non filiorum, vt conſiderat Signorol. in conſ. 176. nu. 6. Dec. in conſi. 485. nu. 7. Simon loco prædicto, nu. 58.

Amplector tamen contrariam ſententiam, & cõcludo iuſtè egiſſe Dominam Antoniam, & pro ea ferendam eſſe ſententiam: habet enim pro ſe verba teſtamenti, quibus Dominus Io. Vincẽtius eius maritus relinquit eam dominam, maſſariam, & vſufructuariam omnium bonorũ, ita quod habeat largum, & francum vſumfructum. & quãuis regulariter legatum vſusfructus ſtantibus filijs reſtringatur ad alimenta; tamen hoc fallit, quando cõſtat teſtatorem aliter voluiſſe: eius enim volun-
6 tas † dominatur, l. cum quæſtio, in fi. C. de leg. & totum facit, l. ex facto, ff. de hære. inſtit. & tenet primum locum, l. in conditionibus primũ, in prin. ff. de cond. & demonſtr. fundatur enim conſuetudo Bulgari ſuper coniecturata teſtatoris mente, ideo tollitur per aliã coniecturã: ſicuti vna pręſumptio tollit aliam, l. diuus, ff. de in integr. reſtit. & in propoſito quod per contrariam & tacitam teſtatoris
7 volũtatem, † recedamus ab illa Bulgari reſtrictione, voluit Caſtr. in conſi. 218. num. 1. vol. 1. Soc. in conſi. 1. num. 8. vol. 4. Dec. in conſi. 454. col. 1. Paulus Picus in l. Titia cum nuberet, nu. 35. ff. de leg. ſecundo, Crot. in conſi. 67. nu. 16. Pariſ. in conſil. 94. num. 37. & ſeq. vol. 2. Gozad. in conſil. 47. nu. 3. Crau. in conſi. 32. nu. 2. Ant. Gabr. d. tit. de vſufru. conclu. 2. num. 37. Mantica de coniect. vlt. volun. li. 9. ti. 7. nu. 20. Simon de Pret. de interpr. vlt.

volun.

volun.lib.4.interp.t.dubit.10.nu. 65.in præſenti
autem facto contraria Domini Ioan. Vincentij vo
luntas colligitur ex multis,& primo,quia reliquit
vxorem dominam,maſſariam,& vſufructuariam,
quæ verba geminata,imò triplicata oſtendunt ma
gis enixã eius voluntatem,ad l. Baliſta,ff.ad Treb.
& licet Doctores velint quodãmodo minus ope-
rari hanc triplicationem, quàm ſimplex relictum
8 vſuſfructus, eo quod verbum,vſufructuaria, † fa-
cilius alteretur, quando alia quoque verba alte-
rantur,ſecundum Salic.iu d.auth.hoc locũ,Corn.
in conſi.5.col.2.vol. 1. Caualca. qui alios citat, in
tract.de vſufr.mulie.reli. nu.57.& ſeq.Ant. Gab.
d.conclu.2.nu. 5. tamen ea geminatio iunctis in-
fraſcriptis multum operatur.

Secundò maritus hoc caſu reliquit vſumfructũ
omnium bonorum ſuorũ. verbum autem vniuer-
ſale non recipit reſtrictionem: & qui dicit omne,
nihil excludit,l.1.ff.de leg.1.non ignoro quod hęc
ſola coniectura non eſt ſufficiens, ſed aliæ requi-
runtur:tñ quæ ſingulæ nõ proſunt, multa iuuant.

Tertiò teſtator reliquit frãcum vſumfructum:
huius autem verbi,francum,vulgaris eſt interpre-
tatio,& ſignificat idem quod liberum, ideſt omni
9 libertate,& omni ſeruitute † abſolutum, vt inquit
formaliter Oldr.in conſi. 234.nu.2.ita quod ſecũ-
dum eum,nullum onus imponi põt, id quod repe
tit Ioan.Andr.ad Spec.in tit.de præſcript.col.pen.
& fi. Aluar.In prælud.feud.in 2.diuiſ.latiſſimè po-
nit Iaſ.in vſibus feud.nu.113.& ſeq. vbi alios citat,
concludens francum idem eſſe,quod liberum, Ia-
cobin.in ſua inueſtit.in ver.in feudum,n.27. Cur.
iun.de feud.in 1.par.q.8.ver.ſecunda principalis,
Zaſ.in tract.feud.par.12. verſi. decimatertia con-
cluſio.vbi inquit,francum dici id,quod eſt liberũ,
& nulli obnoxium ſeruituti;& poſt alios,quos ci-
tat,dicit Paris de Puteo,de reintegr.feud.cap.95.
nu.8.20.& ſeq.quod idem eſt dicere francum,qđ
liberum, & ab omni ſeruitute abſolutum: indefi-
nitè enim prolatum ſignificat, cum omni liberta-
te, Clar.de feud.q.12. addo Abb.conſi.82. nu.7.
vol.1.Alc.in conſi.30.nu.22.uol.1.Aret.in conſi.
14.col.1. Ruy.in conſi. 143.nu.19.vol.3.& melius
in conſi.18.nu.13.& ſeq.vol.1. Brun. in conſi.16.
nu.1.Camerar.in repet.c.Imperialem,de prohib.
feu.alien. per Feder.folio 256. uerſi. limitat quo-
que,Tho.Marin.in titu.de feu.non haben.propr.
natu.tit.19.nu.12.Rolan.in conſ.2.nu.30.& num.
34.vol.1.Deciſ.Pedem.163.nu.1.& ſeq.Meno.de
retin.poſſ.rem.3.nu.407. cum ergo reliquerit frã
cum vſumfructum, uidetur liberum vſumfructum
reliquiſſe, propterea non magis reſtringitur ad ali
menta, quã ſi liberum uſumfructum legaſſet.certũ
eſt autem,quod ubi teſtator liberum reliquit uſũ-
fructum, non reſtringitur ad alimenta, quia libe-
10 rum † dicitur,quod ad aliquem ſpectat ſine dimi-
nutione,glo.in clem.dudum, de ſepult. Cardin. in
clem.ſi.de ætate & quali.dixi in conſi.143.nu.23.
& quod liberum diminutionem non recipiat, po-
nit Auch.in conſi.148.col.2.nu.3.uerſi.tertiò pon

dero.ubi inquit,quod importat totalitatẽ, Barbã.
in conſi.11.nu.3.uol.2.ubi quod excludit omnem
reſtrictionem, Ruy.conſi. 100.nu.4.uol. 1. Crau.
in conſ.122.nu.5.Rolã.de lucro dot.q.57.nu.20.
11 & in terminis,† quod Bulgari conſuetudo nõ ob-
tineat, quando teſtator liberum reliquit uſumfru
ctum,uoluit Gozadin.in conſi.47.num.9.& idem
uoluerunt Doctores, quando reliquiſſet plenum
12 † uſumfructum,Gozadin.d.conſi.47.nu. 5. & ſe-
quitur Corn.in conſi.3.col.ſi.uerſ.& copula, uol.
2.dicens vſumfructum non eſſe plenum, ſi reſtrin
gitur ad alimenta, Dec.in conſi.418.nu.1.& in cõſ.
498.nu.9.Grat.in conſi.117.nu.8. Anto. Gabriel.
d.conclu.2.nu.46.Mantica,d.lib.9.tit.7.num.23.
Caualcan.de uſufruc. mulie. reli.nu.49.& 50. Si-
mon de Pretis d.dubit.10.nu.67.& 70. & non re-
fert quod dicatur liberum, uel plenum; quinimo
uidetur plus importare uerbum, liberum, quàm
uerbum plenum: ideo relicto franco uſufructu,nõ
ſit reſtrictio ęquè ac ſi reliquiſſet teſtator plenum,
uel liberum.

Accedat,q in præſenti facto non ſolum legauit
uſumfructũ francum, ſed etiam largum, qui mo-
dus loquendi excludit expreſsè Bulgari conſuetu
dinem: quia ſi largum uſumfructum debet habe-
re,non põt ad alimenta reduci & limitari.nõ enim
eſſet largus,ſed ſtrictus, & ſunt inuicem oppoſita,
13 largum & ſtrictum,ideo ad poſitionem unius,† re
mouetur alterum,l.ſi inter me & te,ff.de excep.rei
iud.l.hæc uerba,ille aut ille,ff.de uerb.ſig.Eucrar.
loco 75.col.5.uer.ſecundò iſtud. quod ſi legatum
uſuſfructus debet eſſe largum, & non poteſt re-
ſtringi, infertur quod Domina Antonia habebit
omnes fructus, & non ſolum alimẽta, uti præſup-
ponunt tutores filiorum.

Poſtremò comprobatur huiuſmodi ſnĩa, quia
primum reliquit Dominã Antoniam uſufructua-
riam,dominã,& maſſariam,quæ uerba ſecundum
14 cõmunem Doctorum opinionẽ, important † ali-
menta,cũ præeminẽtia, ut põt uideri apud Gabr.
d.conclu.2.nu.1.Mantica, d.li.6.tit.7.nu.1.Simõ
de Pret.d.dubit.10.nu.46. & ſeq. Caualca.d.trac.
nu.17.ideò cum iam per uerba prędicta alimenta
fuiſſent relicta,nõ erat opus addere ſequentia uer
ba, ità quod habeat largum & francum uſumfru-
ctum omnium bonorum: hæc enim eſſent omni-
no ſuperflua,ſi ipſa quoque reſtringerentur ad ali
15 menta, & tamen uerba † non debent intelligi, ut
ſint ocioſa,l.ſi quando,ff.de lega.1.Bald.in rub.C.
de contrahen.emptio. dixi latiſſimè in conſi.127.
num. 9. & non diuinando adduco id, quod dicit
Corne.in conſi.3.colum.fin.uolum. 2. ubi inquit
quod ſi teſtator poſtquã reliquit uxorem uſufru-
ctuariam per uerba, quæ importent alimenta, ſi
16 alia ſubijciat uerba, † legatum reſtringi non de-
bebit ad alimenta, ne ſequentia uerba uideantur
ſuperflua,ſi ſubdendo alia uerba, cenſetur uo-
luiſſe ampliare relictum. ita etiam arguit Socin.
uel quiſquis ille ſit, in conſi.ſecundo, nume. 6. &
8.uolum. 4. & Crem. in conſi. 3. nume.3. & 4. in

eod.vol. vbi dicunt quòd ſi teſtator reliquit vxo-
rem vſufructuariam, deinde dicit, ita quod poſſit
vti & frui,&c.videtur per ſequentia verba amplia-
re pręcedentia,ne ſint ocioſa, Pariſ.in conſ.94.nu.
39.vol.2.ſequitur Mantica d.tit.7.nu.28.gemina-
tio enim, vt dixi ſupra, multum operatur ſecun-
dum Pariſ.d.conſ.94.nu.38.& dicit Bal.in quæſt.
de ſciſma,§.1.nu.15.quòd vbi ſecunda interuenit
conſideratio, ibi plena præſumitur interueniſſe
deliberatio, Fely.in c.nonnulli,in prin.verſ.tertiò
contra iſtã,in 6.fallen.de reſcrip.Caualca.d. tract.
nume.38.ne igitur verba ſint ſuperflua,fatendum
eſt quod teſtator voluerit relinquere verum vſum
fructum,non ſola alimenta.& per hæc ſatisfactum
arbitror primo motiuo ſupra relato.

Non obſtat itaque quòd ipſa recuſauerit tute-
lam, & ſe excuſauerit propter minorem ætatem:
ideo non poſſit conſequi legata,quæ intuitu tutelę
videntur relicta,quia non tam ſe excuſauit, quàm
17 non fuit admiſſa, quoniam minor † non põt eſſe
tutor,l.fin.C.de leg.tut.§.fin. Inſtitu.de fideiuſſo.
tuto.& procedit etiam in matre, Bald. in authen.
eiſdem,nu.1.C.de ſecun.nupt.vbi dicit quòd ſi de
facto ſuſcepit tutelam, non ſubijcitur pœnis illius
legis.idem Bald.in l.omnẽ,nu.9.C.ad Tertullian.
& quod minor non poſſit eſſe tutor,probat tex. in
§.minores,ff.de excuſ.tut.& in §.ſeruus aũt,Inſtit.
qui teſtam.tutor.da.poſſ.vbi fortius loquitur, qñ
datus eſt teſtamento,& vult quod non admittatur
niſi poſtquã factus erit maior,& ibi declarat Aret.
nu.1. ponens etiam, quod ſi datus ſit a Iudice, &
dicit Ang.in conſ.102.quod ſi minor datus tutor
a teſtatore adminiſtrauit de facto,non tenetur niſi
de dolo,quia imputanda eſt hæredi fatuitas defun
cti,qui gubernacula commiſit imbecillitati,l.ſed ſi
quis,§.vlt.ff.de inſtito.Ruyn. in conſi.97.num.6.
verſ.& pręditcta,vol.5.Boer.in deciſ.124. nume.7.
Caualcan.de tuto.nume.4.& ſeq.& in matre,quæ
cum eſſet minor,fuit in teſtamento data tutrix,po
nit Socin.in conſi.20.num.6.& ſeq.vol.1. & alios
citaui, cum ſcripſi pro filijs Domini Caroli Co-
mitis Camini. cum ergo minor prohibeatur a tu-
tela, non eſt matri imputandum, ſi onus non aſ-
ſumpſit, quod ſibi eſt impoſſibile de iure, vti im-
poſſibile appellat Ang.d.conſ.102.conditio enim
18 impoſſibilis † de iure appoſita in vltima volunta-
te non vitiat,ſed habetur pro non appoſita, l.1. ff.
de cond.inſti.l.obtinuit,ff.de cond.& dem. §. im-
poſſibilis,Inſtit.de hęred.inſtit.vbi gl.& Arc.Bar.
Ang.Imo.& alij in d.l.1.Crot.in conſ.43.num.4.
alios citaui in conſ.89.nu.11. vbi probaui eſſe cõ-
munem,& non præſumi, quod teſtator ignoraue-
rit: perinde aũt eſt ac ſi ipſa non fuiſſet data tutrix,
ideo capi legata tãquam purè facta & ſimpliciter.
Item quando non ſtat per legatarium, ſed per te-
ſtatorem,quominus conditio impleatur, habetur
19 iuris cenſura † pro impleta, Dyn.in l.miles,§.fi.ff.
de adult.vbi etiam Bart.Bal.in l.vnica,in fi. C. de
his,quæ pœnæ nom.Imola & Aneh. in c. filius, de
teſtam.Bald.in l.1.quæſt.11,nu.22.Caſtr.num.8.
Salic.nu.11.Ale.n.11.& Iaſ.nu.9.ver.ſi autẽ con-
ditio,ſub qua,C.de inſtit.& ſubſti.Feder. de Sen.
in conſi.10.Imola in l.in teſtamento, vbi Soc.nu.
13.ff.de cond.& dem.& facit,quod voluit Cuma.
in conſ.38. vbi dicit, quod ſi teſtator legat vxori
20 alimenta, dummodo habitet † cũ filijs,& filij ve-
niãt ad diuiſionẽ, conſequetur legatum habitãdo
cum vno,quia per eã non ſtat, Ruyn. in conſi.82.
nu.12.vol.2.Soc.iun.conſ.110.nu.10.vol.1.& eſt
regulare,qñ non ſtetit per legatarium,eſt tex.in l.
illis libertis,verſi.Paulus reſpondit, ff. de cond.&
demonſtr.l.pater filium,§. Tuſculanus, ff. de leg.
3.alios multos citat Cæph. in conſi.429.nu.90.&
ſeq.& ita videtur ſentire Bertr.d.conſi.375.nu.3.
vol.4.ſicuti igitur conditio habitandi cũ filijs non
impedit legati præſtationem, qñ non ſtat per lega
tariam,quamuis ſit appoſita fauore filiorum,& le
gatum cenſeatur factũ intuitu oneris, vt ſupra di-
xi: ita & præſtandum erit legatũ vſusfructus,licet
non ſuſceperit tutelam, cuius intuitu fuit relictũ,
quando per eam non ſtat. & hæc procedunt etiã
poſito,quod legatum dici poſſit factum intuitu tu
telæ,quod tamen controuerſiam patitur: ſed ſtan-
tibus prædictis non opus eſt nunc diſquirere.

SVMMARIVM.

1 Dos data nepti ab auo imputatur in legitimam filij. ſed contra, num.25.

2 Filia,quæ vult ſuccedere cum fratribus, tenetur dotes conferre non ſolum datas, ſed etiam promiſſas.

3 Conferri non debet, quod ex teſtamento quis conſequitur.

4 Dos non confertur a filia ſuccedente cum fratribus, quando primò ſunt legata, & poſtea a patre ſuperuiuente ſoluta ſecundum aliquos. ſed contra, num. ſeq. ſecundum veriorem.

6 Legatum fit irreuocabile, & tranſit in donationem, quando teſtator viuens illud ſoluit.

7 Conferri debent ea ſolum, quæ habentur ab eo, cui ſuccedītur.

8 Collatio eſt rei propriæ in communi contributio.

9 Conferri non poteſt res aliena.

10 Conferri ea ſolum debent, quæ tempore mortis ſunt penes ſuccedentes. & infertur ad emancipatũ, qui non confert dotes, quas patre viuente ſoluit filiæ.

11 Conferre non tenetur frater, quod habuit a patre, ſi illud dedit prius filiæ in dotem.

12 Collatio inuenta eſt, vt inter ſuccedentes ſeruetur æqualitas.

13 Collatio pro ſeruanda æqualitate fit in caſibus, quibus aliàs non fieret.

14 Conferre non tenetur filius dotes, quas de bonis aui dedit filiæ ſuæ, ſi durat filiæ matrimonium.

15 Auus tenetur dotare neptem in poteſtate, ſi filius eſt pauper, vel deceſſit.

16 Filius non imputat ſibi in legitimam dotem, quam auus dedit nepti, ſi ipſe erat pauper.

17 Dos promiſſa nepti ab auo, detrahitur de patrimonio aui tanquam æs alienum.

18 Bona intelliguntur deducto ære alieno.

Collatio

19 Collatio fit computando in partem dotem, quam is acceperit vel liberando ab obligatione, ſi fuit ſolum promiſſa.

20 Collatio non fit, niſi in caſibus a iure expreſſis, & nõ extenditur de re ad rẽ, nec de perſona ad perſonã.

21 Lex quod non dicit, non eſt ab homine præſumendũ.

22 Collatio eſt odioſa, & ſaltem exorbitans a regulis iuris communis.

23 Dos data nepti ab auo eſt aduentitia, nõ profectitia.

24 Aduentitia non imputantur.

25 Dos data nepti ab auo non imputatur filio in legitimam.

CONSILIVM CCXIX.

NON vidi præſentem quæſtionem ab
aliquo ex Doctoribus tractari. Ioã
nes enim Barra de loco Conzani,
condito teſtamẽto dotauit neptem
ex Oberto filio prædefuncto, & hæ
redes vniuerſales ęquis portionibus inſtituit Lau
rentium filium, & Alexandrum nepotem ex præ-
dicto Oberto. ſed ſuperuiuendo dictã neptem ma
trimonio collocauit & dotauit, dotes autem non
perſoluit: nunc in diuiſione hęreditatis prædictus
Laurentius teſtatoris filius vellet nepotem tanto
minus de hæreditate teſtatoris capere, quantum
habuit eius ſoror ab eodem teſtatore, quia clarũ
1 eſt, ꝙ dos data nepti ab † auo, imputatur filio in
legitimam. dicitur enim profectitia, quia cum pa
ter, & non auus teneatur filiam dotare, ſi auus dat
dotem, videtur id facere contemplatione filij, qui
erat obligatus, & videtur data filio, & per filium
breui manu nepti. ita determinat Cyn. in l. ſcimus
in 5. quæſt. C. de inoff. teſtam. Ang. in l. in quartã,
col. fi. in fine, ff. ad leg. Falcid. quia ſecũdum eum
filius tenetur imputare quidquid ad eum perue-
nit de ſubſtantia patris. hæc autem dos ad eum di
citur legis fictione perueniſſe, & per eum tradita
nepti, ſequitur ibi Alexan. num. 28. & in conſ. 31.
num. 3. vol. 4. quia in dubio cenſetur data cõtem-
platione filij, & ad eum perueniſſe, quando onus
dotandi ad eum pertinet, vt quando eſt diues, idẽ
voluit Ruy. in conſi. 171. num. 9. vol. 1. conſ. 138.
nu. 11. & conſ. 148. num. 8. vol. 2. vbi alios refert,
Berengar. d. l. in quartam, in fi. Alcia. in tract. præ-
ſump. reg. 1. præſump. 17. nu. 4. ver. quid tenendũ,
vbi reprehendit Bald. & Aret. contrarium tenen-
tes, dicens quòd eorum intellectus ad l. pater filię,
ff. de euictio. eſt diuinatiuus. plures alij ſequuti
ſunt hanc partem, quos citat Gabr. commu. opin.
lib. 3. ti. de iure dot. concl. 5. num. 1. & uidetur ma
gis communis, quando dos fuit data nepti cõtem
platione filij. ſi ergo pater filiæ dotatæ ſi viueret,
teneretur imputare ſibi in legitimam, dotem da-
tam filiæ ſuæ, ad id pari modo tenetur filius, qui
cum teneretur dotare ſororem, fuit ab hoc onere
exemptus ab auo.

Secundò ſi hæc filia, ſeu neptis fuiſſet ab auo
inſtituta hæres, vtique poſſet compelli ad confe-
rendum cum patruis dotem, quam habuiſſet ab
auo: nam filia, quæ vult ſuccedere cum fratribus,
2 tenetur † conferre dotes ſuas, l. filiæ dotem, C. de
collatio. iuncta auct. ex teſtamento, C. eo. titu. vbi
Doctores id notant, & procedit quoque in dote
promiſſa licèt nondum ſoluta, l. 2. C. de collatio.
l. 1. §. pen. ff. de collatio. dot. & quamuis ſecũdum
aliquos conferenda non ſit dos legata in teſtamẽ-
to ſi deinde teſtator ſuperuiuens eam tradat, quia
non confertur, quod quis conſequitur ex teſtamẽ
3 to, † & præcipuè legatum, l. a patre, C. de collatio.
l. filiam fratribus, C. eod. titu. Bald. in conſil. 210.
vol. 4. Cum autem auus ſoluit viuens dotes, quas
in teſtamento legauerat nepti, videtur magis lega
tum ſoluere, quàm inter viuos dotare, & ea ſolu-
tio cedit ad implementum legati, l. Lucius, la pri-
ma, ff. de leg. 2. & tanquam ſubrogata loco legati,
aſſumit illius naturam, l. ſi eum, §. qui iniuriarum,
ff. ſi quis cautio. & facit l. 1. §. ſi ſub conditione, ff.
vt legato. nom. cauea. vbi ſtipulatio interpoſita oc
caſione legati, intelligitur ſecundum naturam le-
4 gati, ideo talis dos non confertur, † vt concludit
Bal. in l. filia legatorum, in princip. C. de lega. qui
ſubdit eſſe notandũ, quia teſtator ſoluendo quod
legauerat, non reuocat, ſed implet legatum, & dos
habet qualitatem legati, proinde non confertur,
Dec. in l. filiæ dotem, num. 2. verſ. ſecundò limita-
tur, C. de collatio. quia ſolutio facta in vita fauore
mulieris, non debet in odium retorqueri, l. quod
fauore, C. de legib. tamen hoc eſt falſum, quia pa-
ter, ſeu auus ſoluendo quod prius legauerat, vide
tur a legato receſſiſſe, l. Lucius, ff. de legat. 2. & in
ea dote neptis non habet titulum legati, & per
5 has rationes † in dicta l. filia legatorum, in fi. C.
de leg. dicit deciſionem Bal. eſſe quidem notabi-
lem, ſi eſſet vera, ſed non putare, quod ſit vera, &
cum eo tranſit Fulgo. & ſequitur Iaſ. nu. 4. dicens
poſt Fulg. illud dictum eſſe ſingulariſſimũ, & per-
petuò notandum, ſed non ſuſtineri poſſe in ſtricta
ſignificatione. idem Iaſ. in l. filiæ dotem, C. de col
latio. & dicit Crot. in l. frater a fratre, nu. 94. ff. de
cond. indeb. quod dictum Bal. eſt communiter re
probatum. idem Crot. in rubr. ff. de leg. 1. nu. 25.
& facit, quia legatum fit irreuocabile, & aſſumit
naturam donationis inter viuos, quando teſtator
6 † viuẽs ſoluit ſeu tradit, quod prius legauerat, prę
cipuè ſi fiat traditio ſine commemoratione legati,
vti contigit in præſenti caſu, ſecundum diſtinctio-
nem Barto. in l. legatum, circa fi. ff. de leg. 2. vbi eũ
ſequitur Bal. & Cuma. & hoc dicit notabile Imo.
ibi, Caſt. in d. l. Lucius, la prima, nu. 3. ff. de leg. 2.
& in conſi. 86. nu. 3. & conſ. 394. num. 2. uolum. 1.
Iaſ. in l. eam quam, num. 20. verſ. vltra Bart. C. de
fideic. Afflict. in deciſ. 275. nu. 5. ubi ait fuiſſe ita
iudicatum, Ferd. in l. filiusfamilias, §. diui, nu. 6. ff.
de leg. 1. Pariſ. conſi. 61. nu. 37. uolum. 2. Didac. in
rub. de teſtam. in 2. par. col. penul. ubi dicit com-
munem, Crau. in rub. ff. de leg. 1. nume. 167. Go-
meſ. de teſtam. c. 12. nu. 4. vbi ait reputari in om-
nibus tanquã donationem, non tanquam legatũ.
ſicuti igitur neptis teneretur dotẽs conferre, ſi ip-

ſa fuiſſet inſtituta, ita videtur qđ frater teneatur
conferre cū patruo dotes, quas auus dedit ſorori.

Veruntamen arbitror contrarium eſſe verius,
& dictum nepotem inſtitutū non debere conferre
dotes, quas auus dedit ſuæ ſorori, quia ea ſola con
7 feruntur, † quæ quis habuit a beo, de cuius ſucceſ
ſione tractatur, l. vt liberis, C. de collat. vbi no. om
nes, præcipuè Iaſ. nu. 6. qui dicit limitari & decla-
rari per hoc multas leges loquētes de collatione,
& allegat multa iura concordantia, & dicit Salic.
in l. ſi emancipati, col. fi. in fi. C. de collat. hanc eſſe
vnam maximam in materia collationis, Soc. in cō
ſil. 91. col. 1. vol. 1. & idem voluit Ruyn. in conſi.
162. nu. 11. vol. 2. Bero. in conſil. 54. nu. 20. vol. 1.
vbi ait eſſe hoc in ore omnium, latè etiam ponit
Pariſ. in conſi. 130. nu. 6. vol. 1. ſed nepos nōn ha-
buit ea, quæ auus dedit ſorori in dotem, & cū eas
dotes habuerit, non ipſe, ſed eius ſoror, fruſtra tra
ctatur de collatione: non enim tenetur quis con-
8 ferre quod non ipſe, ſed alius habuit, quia † colla
tio eſt rei propriæ in cōi contributio, gl. in rub. ff.
de collat. bono. Barto. in l. pater filium, col. 1. ff. de
collat. dot. & in l. ſi emancipati, in 1. quæſtio. C. de
collation. vbi Cagnol. nu. 16. & ponunt Doct. in
9 rub. C. de collatio. & res aliena † non eſt conferen
da, l. ea demum, C. de collation. l. prætor, §. eman-
cipati, ff. de collat. bono. Dec. d. rubr. C. de collat.
Cagnol. d. l. ſi emancipati, nu. 16. ideo frater non
debet cogi ad conferendum dotes ſorori datas ab
auo & eidem ſorori acquiſitas.

Secundò moueor, quia ea ſola confeтēda ſunt,
10 quæ tempore mortis teſtatoris reperiuntur † pe-
nes fratres, vel eos, qui ſuccedūt, l. ea demum, vbi
Cynus, & alij, C. de collation. & ideo ſi filius emā
cipatus ſoluit filiæ dotem patre viuente, non eam
confert, quia tempore ſucceſſionis delatæ non eā
habet, ſed a patre videtur receſſiſſe, vt inquit tex.
in l. fin. ff. de collatio. dot. & in l. 2. ff. de his, quæ in
fraud. credito. ideo Cępol. in caut. 186. conſuluit
11 quod frater ad euitandum onus collationis, † ſi
quid habuit a patre, illud tradat filię in dotē, quia
euitabit hoc modo collationem: quia cum ea dos
nō recipiatur in bonis filij tempore quo pater de-
cedit, non erit conferenda, & hoc procedit magis
clare ſecundum eum in dote filiæ, quādoquidem
nō dicitur eſſe in bonis patris, l. in ſucceſſione, C.
de reuoc. bis, quæ in fraud. cred. ſequitur Dec. in
d. l. ea demum, qui tamen dicit cauendum ab hu-
iuſmodi cautelis, quæ lædunt conſcientiam.

Tertiò clarum eſt, quod inuenta eſt collatio a
12 iure, vt inter deſcendentes ſeruetur ęqualitas, † &
vnus tantum aſſequatur de paternis bonis, quan-
tum alius, l. vt liberis, C. de collatio. l. fin. C. com.
vtriuſque iudic. §. illud, in Auth. de trien. & ſemiſ.
Iaſ. in l. illud, in princ. C. de collat. Dec. in auct. ex
teſtamento, C. eod. Ruyn. Pariſ. Neuiz. Crau. Caſ
ſan. Natta, & Cæphal. quos citat, & ſequitur Rol.
in conſi. 70. in fi. at ſi frater in præſenti facto con-
ferret dotem ſorori datam ab auo, non eſſet æqua
lis in ſucceſſione, ſed longè minus conſequeretur,
cum ergo ceſſet collationis ratio, ceſſare quoque
debet ipſa collatio, vt per Tiraq. in tracta. ceſſan.
cau. in prin. & per rationem inæqualitatis, quæ in
duceretur, denegari debet collatio. ſicuti enim p
13 æqualitate ſeruanda conferuntur † quæ aliàs non
eſſent conferenda, l. pen. §. fin. ff. de collatio. bon.
Bar. in l. 1. §. nec caſtrenſe, col. penult. ver. fallit in
tribus caſibus, ff. eo. titu. Crau. in conſi. 125. nu. 7.
ita pro inæqualitate uitanda denegari debet col-
latio, vt idem operetur oppoſitum in oppoſito,
quod operatur propoſitum in propoſito, ſecun-
dum vulgata iura.

Quartò conſtat adhuc matrimonium inter ne-
ptem dotatam, & eius virum, ideo manente matri
monio, ſi pater huius neptis viueret, ſuccederet
patri, & non teneretur conferre, vt probat text. in
l. pater filiæ, ff. de euictio. vbi dicitur, quod pater,
14 † qui propriæ filiæ dotem dedit de bonis aui, nō
tenetur conſtante matrimonio eam cum fratribus
conferre, & ibi hoc voluit gl. diſtinguens inter pa-
trem, & filiam, vt ſcilicet filia ſuccedens conferat
dotes, ſed non eius pater. & ratio eſt, quia pater
non habet illas dotes penes ſe, idem voluit gl. in l.
dedit dotem, ff. de collat. bon. vbi dicit, ꝙ pater nō
confert durante matrimnnio filię, ſecus eo ſoluto.
hoc etiam probauit Bal. in auct. ex teſtamēto, nu.
13. C. de collatio. vbi vult quod ſiue auus dotet ne
ptem, ſiue pater ipſe dotem det de bonis aui, nun
quam pater eam confert, ſi durat matrimonium fi
liæ, allegat l. filium emancipatū, ff. de collat. bono.
& d. l. dedit dotē, Aret. in conſi. 17. nu. 20. verſ. ad
ſeptimum. vbi concludit dotem neque eſſe impu-
tandam, neque conferēdam, Picus in l. in quartā,
nu. 247. & nu. 248. in fi. ff. ad leg. falcid. vbi id te-
net ſiue auus ipſe dotem dederit nepti, ſiue pater
de bonis aui. & ibi etiam Ruyn. nu. 61. licèt ſit cor
ruptus, dum dicit quod dos confertur, cum tamē
velit dicere, quod non cōfertur, & allegat Aret. in
d. conſi. 17. Rip. in d. l. in quartam, nu. 203. & licèt
quoad imputationem magna ſit inter Doct. con-
tradictio, & multi teneant contrarium: tamē quo
ad collationem res eſt plana, quod dos data ne-
pti non confertur durante matrimonio; ſi igitur
pater non teneretur conferre ſi viueret, multo mi
nus tenebitur frater, licèt in gradum patris ſucceſ
ſerit. & hæc deciſio videtur mihi gladium ponere
ad radicem præſentis quæſtionis.

Quintò facilius ſuſtinetur huiuſmodi ſentētia,
quia in facto proponitur filium iā deceſſiſſe, quia
auus neptē dotauit, quo caſu dicitur auus exoluiſ
ſe proprium debitū, non aūt deleuiſſe debitum ne
15 potis: auus enim tenetur † neptem dotare, quam
habet in poteſtate, l. qui liberos, ff. de ritu nupt. &
tale eſſe debet aui officium pro nepte, quale eſt pa
tris officiū erga filiā, d. l. dedit dotem, ff. de collat.
bono. probatur etiam in l. & in eo, §. fi. cum l. ſeq.
ff. de in rem verſo. & in l. pater filię, ff. de euict. hāc
ſententiam probarunt Spec. Bart. Bal. Ang. & alij
quos citat Ioan. Lup. in repet. c. per veſtras, §. 24.
incipien. an auus teneatur, num. 1. de donatio. in-

ter virum & vxor. Coraſ. in l. qui liberos, in princ.
nu. 68. & in lectura 104. & ſeq. vbi id maximè vult
locum habere, qñ pater non habet, Menoch. in cō
ſil. 81. nu. 48. & ponunt omnes Doct. in l. 1. ff. ſolu.
matr. vbi dicunt auum teneri, qñ filius eſt pauper,
& non poteſt dotem dare, Cæph. conſi. 343. nu. 6.
& procedit ſine dubio, quando pater non viuit:
tunc etenim obligatio dotandi, quæ erat in patre,
ad auum reuertitur, vt per Docto. d. l. 1. vbi Ripa,
nu. 74. & latè probat Soc. iun. in conſil. 79. nu. 41.
& ſeq. vol. 3. Menoc. in conſ. 88. nu. 55. cum igitur
onus dotandi neptem incumberet auo, non autē
nepoti, qui erat ſolum frater, & erat pauper; infer-
tur, quod nepos non tenetur dotem illam confer-
re, vel in ſuā portionem imputare. pro quo facit,
quod voluit Alc. in d. l. in quartam, num. 28. ff. ad
legem Falc. vbi dicit quod filio exiſtente inope, ſi
16 auus dotet † neptem, non tenebitur filius dotem
illā ſibi imputare in ſucceſſione patris, quia auus
dotans ſoluit proprium debitum, allegat Bal. in l.
fin. n. 13. in fi. ver. ſed pone, quod vnus, C. de dot.
promiſ. qui dicit eam dotem neque conferri, neq;
imputari, Dec. conſ. 81. nu. 5. Picus d. l. in quartā,
nu. 249. vbi dicit non inueniſſe contradicentem,
Ruy. qui ita quoque reſoluit, num. 61. Herculan.
col. 45. vet. item dicta opinio, Natta in conſ. 363.
nu. 6. & 22. & licet aliqui contrarium teneant, ta-
men hæc opinio eſt in noſtris terminis veriſſima,
quia filius non extabat tempore mortis aui, imo
nec tpe dotis datæ. ſecundo, quia nos agimus nō
de imputatione, ſed de collatione, ī qua iura ſunt
clariora, quod non ſufficit dotem eſſe datam, niſi
etiam tempore delatæ ſucceſſionis ſit penes nepo
tem, qui habet conferre.

Et quamuis Picus in d. l. in quartam, nu. 247.
dicat dotem, quæ ſolum fuit promiſſa, ſed non ſo
luta, imputandā eſſe & conferendam, quia tem-
pore mortis repetitur in patrimonio aui: tñ hoc
17 eſt falſum, quia talis dos † non ſoluta detrahitur
de patrimonio aui tanq̃ æs alienū, vt inquit Bald.
in d. l. fi. C. de dot. promiſs. Dec. in conſ. 81. nu. 5.
Ripa d. l. in quartam, nu. 204. & confunditur ex-
preſſa ratione: nā ſicuti iam ſoluta nō confertur,
quia nō eſt penes nepotē, ita pari ratione non de
bet cōferri dos ſoluēda, cū ea non minus videatur
eſſe penes neptē, q̃ ſi eſſet ſoluta, arg. l. qui actio-
nem, ff. de reg. iur. cum ergo eadem ratio ſit in do
te nō ſoluta, quæ in ſoluta, idem ius vtroque caſu
eſt ſtatuendū, l. adigere, §. quāuis, ff. de iure patr.

Præterea non eſt verum, quod ea dos nondum
18 ſoluta ſit in bonis aui: nam bona † intelliguntur
deducto ære alieno, l. ſubſignatum, §. bona, ff. de
uerb. ſign. l. ea demum, vbi Iaſ. nu. 1. & Dec. nu. 2.
C. de collatio. Rurſus ſi ea dos eſſet in bonis pa-
tris ſeu aui, vtique ea non eſſet conferenda: quia
vt ſupra dictum eſt, conferre quis ſolum tenetur
ea, quæ habet penes ſe tempore mortis aui, vel pa
tris, non alia. Porrò non video rationem diuerſi-
tatis, quare minus imputanda, ſeu conferenda ſit
dos ſoluta, quàm ſoluenda: nam vbi collationi eſt
locus, ſiue dos ſit ſoluta, ſiue ſit ſoluenda, fit ſem-
19 per collatio; ſed quando eſt ſoluta fit collatio † cō
putando dotem acceptam in portionem ſuam, &
tanto minus capiendo de bonis hæreditarijs, vt
probatur in l. dotis, C. de collat. vbi Bart. Iaſ. Ri-
minal. Dec. & alij notant. vbi uerò eſt ſolum pro-
miſſa, fit collatio per liberationē, quia hęredes aui
liberantur, ut probātur in l. 2. C. de collat. l. ſi pro
te, C. de dot. promiſs. ponunt Doct. omnes in d. l.
2. præcipuè, nu. 1. Bar. in l. 1. §. filiam, C. de collat.
dot. Cagn. relatiuè in d. l. ſi emancipati, nu. 45. &
infertur ex hoc, quod quamuis dos ſit ſolum pro-
miſſa, non tenetur nepos in præſenti facto eam cō
ferre, quia non poteſt liberare hæredes a promiſ-
ſione, attento quod promiſſio nō eſt facta ſibi, ſed
ſorori, & dos promiſſa ab eo conferenda eſt, cui
fuit promiſſa, quia is ſolus poteſt a ſolutione libe
rare hæredes promiſſoris.

20 Sextò pro hac parte facit, quia collatio † non
fit niſi in caſib. a iure determinatis, ut probat tex.
in l. illam, C. de collat. ubi Alex. idem Alexan. l. ſi
emancipati, num. 5. C. eo. & non fit extenſio de re
ad rem, nec de perſona, quę teneatur conferre, uel
cui ſit conferēdum, ad aliam perſonam, vt inquit
Rimin. ibi, nu. 4. quia materia exorbitat a regulis
iuris communis, & quod lege deciſum, uel expreſ
ſum non inuenitur, non eſt ſuperſtitioſis inuctio-
21 nibus † præſumendum, l. diſſentientis, ubi no. Al-
ber. C. de repud. cap. illa, ne ſede uacan. alios citat
Iaſ. d. l. illam, nu. 6. Dom. Becius conſ. 35. num. 4.
& in conſ. 43: num. 11. hic uero caſus nullibi repe-
ritur deciſus, ergo nō debet induci in eo collatio:
& quod materia collationis ſit odioſa, & non fa-
22 uorabilis, † probat Riminal. in l. ſi emancipati, nu
me. 11. C. de collat. ubi reprehendit Fulgoſ. qui te
nebat cōtrarium, & Roman. & ubi etiam dici poſ
ſet fauorabilis, eſt tamen exorbitans a regulis iu-
ris communis, ut vult Alexand. in l. ſi emancipati,
nume. 7. vbi Cagnol. nume. 43. in exorbitantibus
autem non eſt licita extenſio, ut per Alexand. in
dicta l. ſi emancipati, numero ſeptimo, vbi impu-
gnat Angel. qui ratione ſeruandæ æqualitatis vo-
lebat in uno caſu non expreſſo a iure inducere col
lationem.

His igitur ſic conſtitutis fundamentis, non ob
ſtat quod dos data nepti ab auo ſit imputanda in
legitimam filij, ſecundum opinionem Cyni in l.
ſcimus, C. de inoffic. teſtamen. quia multi tenent
contra eum. Nam dos data nepti non eſt profe-
23 ctitia, ſed aduentitia, † vt uoluerunt Barto. Ang.
Imola, & Cuman. in l. quæſitum, in princ. ff. de le-
gat. primo, gloſ. & Doctores in l. qui in aliena, §.
ſciendum, ff. de acquiren. hæredit. Alexand. in l. in
quartam, num. 27. circa finem, verſ. non obſtat, &
in conſi. 199. nume. 8. uerſ. quinimò in dubio, uo-
lum. 2. & alibi ſæpe Socin. in l. cum filio, num. 29.
ff. de legat. 1. & in conſil. 33. nume. 16. uolum. 3.
Corn. conſil. 246. colum. 2. in fine, uolum. 2. ubi
dicit communem, Iaſ. in l. Gallus, §. quidam re-
ctè, nume. 18. ff. de liber. & poſthum. Afflict. in

deciſio.393.num.6. Natta in conſi.363.num.10.
24 aduentitia autem non imputantur,†vt per Doct.
in d.l.in quartam,nec conferuntur, l.filiæ dotem,
& l.fi.C.de collat. Pariſ.conſ.130.nu.4.vol.1. Bero.in conſ.54.nu.3.vol.1.& per hanc rationē con
25 tra Cynum †voluit Bal.in d.auct.ex teſtamento,
nu.13. quod filius non imputet in legitimam dotes,quas auus dedit nepti,& eũ ſequuti ſunt Aret. d.conſ.17. in 7.dubio, Corn.in conſ.33. col.1.in fi.vol.4.& plures alij. ſed quia hæc opinio non eſt tuta,& videtur communi calculo reprobata:

Reſpondeo ſecundò, quod cõtraria procedit, quando auus non erat obligatus nepti dotem dare,vt quia filius viuebat, vel erat diues, & habilis ad dotandum,quo caſu onus incumbit filio, non auo,iuxta l.dedit dotem,ff.de collat.bon. ponunt Doct.in l.1.ff.ſol.matr. Coraſ.Lup.& alij ſupra citati: ſed quando vel filius deceſſit, vel eſt pauper & inhabilis ad dotandum,tunc ſi auus det dotem pro nepte,non imputatur in legitimam filij.

Tertiò rñdeo, ꝙ Docto. in aduerſum citati loquuntur de imputatione,nos aũt agimus de collatione,in qua iura ſunt clara, quod pater nõ cõferet fratribus dotē ab auo datam nepti, quia ea nõ eſt penes patrem tp̄e mortis aui, d. l.dedit dotē, d.l. pater filia,& probauimus ſupra. & hi, qui tenent dotē imputari,admittũt quod non conferatur; & de imputatione ad collationem non infertur, qñ ſubeſt diuerſitatis ratio,vt in præſenti facto:nã vt fiat imputatio,ſufficit quod datum ſit filio,vel alij contẽplatione filij, niſi id ſit penes filium tēpore mortis patris,iuxta ea quæ latè ſup.deducta ſunt.

Non etiam obſtat ſecundum, quia admitto filiam debere conferre dotes, quas habuit ab auo, vbi ipſa poteſt ſuccedere: ſed hic non quærimus, an filia conferat,ſed an conferat frater. cum enim filia ſeu neptis non ſit vocata ad ſucceſſionē aui, non eſt de collatione tractandum,cui locus eſt ſolum inter ſuccedentes,vt per Doct.in l.ſi emancipati, præcipuè Iaſ. proinde motiuum non ſeruit in propoſito,nec poteſt applicari caſui noſtro: nõ eſt bona conſequentia,neptis conferret ſi eſſet ad ſucceſſionem vocata, ergo eius quoque frater tenetur conferre. Nam inter hos caſus diuerſa ſubeſt ratio,ideo neptis cõfert, quia dotes habuit ab auo,& eas retinet & penes ſe,& ſunt ſuæ propriæ, quæ omnia ſunt ad collationem neceſſaria: ſed in fratre ceſſant hæc omnia, nam non habuit dotes ab auo, nec extant penes ſe, nec illa dotatio ceſſit in vtilitatem eius.

SVMMARIVM.

1 *Moneta valor attenditur, qui eſt tempore ſolutionis, quando debitum eſt in libris. contra nu.15.*

2 *Moneta noua non ſoluitur ſecundum æſtimationem antiqua, quando conſuetudo aliter diſponit. vide num.16.& 17.*

3 *Moneta noua ſolui poteſt pro antiqua ſecundum nouum valorem, quando obſeruantia ita eſt ſequuta. vide, num.18.*

4 *Moneta quãdo facta eſt deterior in intrinſeca bonitate, ſolutio fit de antiqua, non de noua ſecundum valorem antiqua.*

5 *Moneta antiqua,vel noua ad valorem antiqua ſolui debet etiam quando eſt indeterminata promiſſio, puta in florenis, vel libris.*

6 *Moneta noua ſolui debet ad valorem antiquæ etiam quando ſolutio fieri debet de moneta currente tempore ſolutionis.*

7 *Valet argumentũ a pacto ad ſtatutum, & econtra.*

8 *Duo quando obſtãt, vno ſublato, remanet alterum.*

9 *Gabella ſolui debet, quando fuit conceſſa licentia extrahendi bladum.*

10 *Licentia teſtandi conceſſa ei, qui nõ poterat teſtari, intelligitur ſeruatis ſolemnitatibus.*

11 *Pactum iuri communi contrarium intelligi debet, vt corrigat ius commune quanto minus poteſt.*

12 *Omiſſum in contractibus, habetur pro omiſſo.*

13 *Inſtrumentũ, quod nõ dicit, nec nos dicere debemus.*

14 *Valor in dubio intelligitur, qui erat tempore contractus.*

15 *Brun. de augum.mon.par.1.princ.par.17.nu.1.reprehenditur.*

16 *Conſuetudo ſoluendi monetam nouam pro antiqua, locum habet quando vtraque eiuſdem eſt valoris.*

17 *Moneta noua ſoluitur pro antiqua, quando conſuetudo expreſſè diſponit etiam de valore.*

18 *Obſeruantia debet eſſe præſcripta, quando vna moneta ſoluitur pro alia, quæ erat certa.*

19 *Moneta vna pro alia ſolui non poteſt, quando intereſt debitoris.*

CONSILIVM CCXX.

PACTVM conuentum inter Communitatem Ozani,& magnificum Dominum Petrum Gazinum, ꝙ ſingulo anno Dominus Gazinus ſoluat Communitati cẽtum libras monetæ currentis tempore ſolutionum faciendarum, ſtare videtur contra Communitatem,ne poſſit librarum æſtimationem petere ſecundum valorem monetæ, quæ currebat tempore conuentio-
1 nis,† quia libræ non habent certam formam pecuniæ,& nullus cuditur numus,qui appelletur libra, ſed ita valent viginti ſolidi libræ hodierni temporis,ſicut quæ imprimebantur tempore cõuentionis,atque ideo in terminis noſtris cõcludit Brun. in tract. de augum. mone.par.1. princ.partic.17. num.1.verſ.puto tamen, & lim.8.num.11. in ver. quod intelligo,niſi promiſſio.& ratio eſt ſecundũ eum,quia librarum denominatio refertur non minus ad nouam cõtaminatam monetam, quàm ad antiquam bonam,& tam includit currentem ſolutionis tempore, quàm currentem tempore contractus: ideo quando contrahentes conueniunt de currente tempore ſolutionis, eligunt illam. Item ſi ſtante prædicta conuentione attenderetur valor, qui erat tempore contractus, ſuperflua eſſet conuentio de ſoluendo monetam currentem tempore ſolutionis, & nihil operaretur. Mi-

ror

ror ideo ꝙ magnificus Dñs Gvaita, vir alioquin
iuris peritiſſimus, Brunum allegauerit pro Com-
munitate, addo bene facere quod voluit Soc. in l.
cum quid, nu.40.ff.ſi cer. pet. vbi inquit ꝙ ſi mo-
neta noua ſit deterior, ſolui debet ſecundum æſti-
2 mationem antiquæ, niſi † aliter diſponat cõſuetu-
do, atque ita vult ſtante conſuetudine, quod atten
datur valor tẽpore ſolutionis, non contractus, qđ
voluerunt ẽt alij citati a Menoc. conſil.49.nu.16.

Accedit in præſenti facto, ꝙ præſupponitur Do
minum Petrum ſoluiſſe aliquando ſm valorẽ mo
netæ nouæ, quare ex huiuſmodi ſolutionibus de-
claratur quid contrahentes ſenſerint, & de quo va
lore: facto enim non minus, quam verbis declara-
tur voluntas, l. reprehẽdenda, C. de inſti. & ſubſt.
& talis præſumitur fuiſſe promiſſio, qualis eſt ſe-
quuta ſolutio, arg. eorum, quę ponunt Bald. Ang.
3 & alij in l. ſi certis annis, C. de pact. ita † in termi-
nis arguit Corne. in conſi.181.col.29.ver. ſecũdo
dictæ rei, vol.2. Brun. in d. trac. in 2. pręſuppoſ. nu.
17. ver. & ſi conſtaret. vbi dicit poſt Bal. quem ci-
tat, quod conſuetudo ſoluẽdi præualet alijs conie-
cturis, ẽt ſi ſolutio facta ſit ſemel tantùm, vel pro
parte debiti. & idem repetit in 1. particu. nu.6. di-
cens ꝙ ſi promittũtur ſimpliciter tot libræ, intelli-
getur promiſſio de ijs, de quibus poſtea facta fuit
aliqua ſolutio, alios allegat Meno. cõſ.49.nu.20.

Non tamen prædictis acquieſco, ſed eis nõ ob-
ſtantibus magis placet contraria ſententia; quod
etſi ſolutio ſecũdum conuentionem fieri poſſit de
moneta currente tempore ſolutionis, tñ attendi
debeat valor libræ, qui erat tempore contractus,
& ſecundũ illum fiat ſolutio, ita vt ſi tempore cõ-
uentionis tredecim libræ conſtituebant aureum,
& nunc de noua moneta quæ eſt vilior, & magis
ære commixta decem & ſeptem requirantur, te-
neatur Dominus Petrus vel eius hęres ſoluere de-
cem & ſeptem pro tredecim antiquis: eſt enim cõ
4 munis concluſio, quod vbi moneta † facta eſt de-
terior in bonitate intrinſeca, vel in pondere, ſolu-
tio fiat de moneta antiqua, vel de noua ad valorẽ
antiquæ, Bart. in l. Paulus, nu.6. ff. de ſolut. & in l.
cum quid, nu.17. ff. ſi cer. pet. & hanc dicit magis
communem Ale. ibi, nu.16. & Soc. nu.40. dicit eſſe
communem concluſionem. & in conſ. 298. vol.2.
dicit ita communiter tenere Legiſtas, & Canoni-
ſtas, Brun. in d. tract. in 1. partic. nu.1. quia ſecun-
dum Bal. inſpicitur conſenſus iuxta tempus con-
tractus, communem dicit Soc. iun. in conſi. 145.
nu.94. vol.1. in conſ.142. vol.2. & in cõſ. 101. vol.
3. Alcia. in conſ.506. per totum, Rube. in conſ.17.
nu.1. & ſeq. & in conſ.148. Cur. iun. in trac. mone.
q.1. Bero. in conſi.143. num.28. vol.1. Bertran. in
conſi.17. nu.4. conſ.45. nu.4. vol.4. Cagno. in l.2.
nu.210. & nu.217. C. de pact. inter emp. & vend.
Tiraq. de retract. conſang. §.1. gl.18. nu.27. Crau.
in conſ.47. nu.6. Boer. in deciſ.327. nu.13. Didac.
in tract. de collat. veter. numiſm. ca.7. §. vnico, ver.
tertia concluſio, Natta in conſi.302. in conſ.454.
nu.5. Cæph. in conſi.31. nu.8. & ſeq. & procedit ẽt
5 in moneta † indeterminata, ut ſunt floreni, libræ,
& ſimiles, quia nihilominus ſolutio fit ſecundum
æſtimationem antiquæ, Brun. d. tract. in 6. par. nu.
1. ubi allegat Azon. Io. And. Bart. & alios, & in 8.
fallent. nu.5. vbi dicit quòd dari non poſſunt cen-
tum libræ de pecunia contaminata loco centum
librarum antiquarum, quæ erant pretioſiores.

Idem eſt, qñ conuenit partes ꝙ ſolutio fiat dę
moneta currente tpe ſolutionis, quia tunc nihilo-
minus noua pecunia ſolui dẽt ſecundum ualorem
antiquæ, & reduci debet ad æſtimationẽ antiquæ,
& tantum ſolui debet de noua, quantũ neceſſe eſt
ad ęquandũ ualorem antiquæ: operatur enim cõ-
6 uentio † quod debitor non cogatur ſoluere de pe-
cunia antiqua, ſed poſsit de noua. ita Abb. in cap.
quanto, nu.14. de iureiu. & ante eum ponit Oldr.
in conſ.250. n.3. uer. ad ſm. ubi ſtante ſtatuto qđ
ſolutio poſsit fieri de certa moneta, dicit eã debe-
re reduci ad æſtimationem antiquæ, quia ſtatuti
intentio fuit nõ augere, uel minuere obligationẽ,
ſed demonſtrare de qua moneta ſolutio fieri de-
beat, Io. And. ad Spe. in tit. de oblig. & ſolu. §. nũc
aliqua, in addit. incip. olim, quia ſm eum, ſtatutũ
non loquitur de augẽda obligatione, ſed de quali
tate, ſequitur Brun. d. tracta. partic.17. in princ. &
partic.18. & limita.8. nu.11. Soc. iun. in conſ.142.
num.7. uol.1. & cum hoc uerum ſit in ſtatuto, erit
7 idem ſeruandum in pacto, quia ualet † argumen-
tum de ſtatuto ad pactum, l. fin. ubi Doctores, C.
de fideiuſſo. gl. in l. non ſolum, §. fi. ff. de ope. noui
nun. Euerar. loco 89. & Brun. in locis prædictis lo
quitur in pacto & promiſsione. Et prędictorũ ra-
tio eſt, quia niſi ita fuiſſet conuentum, Cõmuni-
tas potuiſſet duo prætendere. primum, quòd ſol-
ueretur de antiqua moneta; ſm, quòd ubi de no-
ua fieret ſolutio, ea fieret ſecundum æſtimationẽ
antiquæ, atq; ita duo obſtant Domino Petro. ex
quo uerò conuentum eſt ꝙ ſolutio fiat de moneta
currente, ſublatum eſt primum, ſed non fuit ſubla
8 tum ſecundum; ideo qñ duo † obſtant, uno ſubla-
to, remanet alterum, l. ſi qñ, C. de inoff. teſtam. l. ſi
domus, ff. de ſeruit. urban. prædio. cũ alijs per me
citatis in conſi.50. nu. 27. ideo conceſſa alicui fa-
cultate extrahendi bladum, non cenſetur conceſſa
9 immunitas † a ſolutione gabellę, ut cõcludit Ruy.
in conſi.100. uol.1. licèt ex alijs teneat contrariũ
in ſuo caſu; & dicit gl. in l. ſi qñ, C. de inoff. teſtam.
quod licentia teſtandi conceſſa ei, qui aliter non
10 poterat teſtari, † intelligitur ſeruatis ſolemnitati-
bus iuris ciuilis, ſequitur Iaſ. in l.1. num.20. C. de
ſacroſ. eccleſ. Marſil. in pract. crim. §. conſtante,
n.24. & ĩ ſing.328. ubi ſimiles allegat deciſiones.

Confirmo, quia pactum iuri communi contra-
rium, debet intelligi ut corrigat ius cõmune quan
11 to † minus fieri poteſt, Corn. in conſil.12. cõſ.2.
volum.4. Gozad. in conſi.74. num.14. Cæphal. in
conſi.104. nume.17. dixi in conſi.34. num.47. ſed
non eſt dubium quòd prædictum pactum minus
corriget ius commune, ſi intelligatur, quod ſolu-
tio fiat ſecundum ualorẽ antiquæ monetæ, quam
ſi in-

ſi intelligamus, ꝙ fiat ſecundum valorem nouæ.
12 Addo quod in contractibus † omiſſum habetur
pro omiſſo, l.quidquid aſtringendę, ff. de verbo.
obli.l.ſi extraneus,ff.de cond.ob cau.l.ſi cũ dotẽ,
in prin.ff.ſoluto matri. & ex eo quod ſolutio fieri
poſſit de moneta currente tpe ſolutionis, nõ infer
tur quod ſolutio fiat ſecundũ valorem, qui erit tẽ
pore ſolutionum, quia aliud eſt quod ſolutio fiat
de vna moneta, aliud quod fiat de vno valore, &
ex diuerſis non infertur, l. Papinianus exuli, ff.de
mino. & quod attendatur valor tempore ſolutio-
13 nis,inſtrumentũ † ſeu pactum hoc non dicit:ergo
nec nos dicere debemus,arg.l.illam, C. de collat.
§. optimum, in Auth.de ſecun.nup. D. Becius in
conſi.25.nu.4. Adduci ẽt põt,quod contrahentes
cenſentur intellixiſſe de valore,qui currebat tẽpo-
14 re † contractus, l.cum quid,ff.ſi cert.pet. Rom.in
conſ.123.col.1.ver.tertio idẽ principaliter. & an-
teeũ Guliel.Cun.& Albe. de Roſa. in l.vinũ, col.
vlt.ff.ſi cer.pet.Brun.in d.tracta.par.4.nu.2.vbi al
legat Old.Odofre.Butr.Abbat.& Iſern.idẽ Brun.
in particu.9.nu.1.Purpu.in d.l.cum quid,nu.173.
Cum itaque contrahentium mens talis pręſuma-
tur, qui vult dicere quòd in præſenti caſu contra-
rium voluerint,afferre debet verba apta ſignifica-
re hunc contrarium ſenſum: ea enim,quæ in con-
tractu prædicto leguntur, non hoc inportant.

Non obſtat igitur quòd Brun.diſcrimen cõſti-
tuat inter libras,florenos,& ſimiles monetas,quæ
non habẽt certam formam, & alios nummos, qui
cuduntur ſub certa forma: quia reſpondeo quod
15 eius diſtinctio eſt verbalis, non ſubſtantialis, † &
nulla diuerſitatis ratio ſuadet quod minus fiat ſo-
lutio ſecundum valorẽ antiquæ monetæ, q̃n pro-
miſſio eſt de florenis ſoluẽdis,q̃ vbi eſt de alia mo
neta. & licèt denominatio libræ in genere vel flo-
reni ita referatur ad viliorẽ monetã, ſicut ad pre-
tioſiorem,vt inquit Brun.in locis allegatis in con-
trariũ,ex quo õẽs librę valent viginti ſolidos;tñ vt
dictũ eſt,q̃n partes loquutæ ſunt de libris, intelle-
xerunt de valore illius temporis,ideo ſolui nõ po-
teſt ęſtimatio alterius temporis; quia licèt ſolua-
tur vna libra,non tñ eſt eiuſdem æſtimationis, cũ
moneta noua ſit deterior, quæ librã conſtituit. &
licèt libra non varietur in numero ſolidorum, ſed
ſemper valeat viginti ſolidos, variatur tñ in valo-
re ſolidorum,quibus libra æſtimatur, atque ita in
conſequentiã ſubeſt mutatio in bonitate intrinſe-
ca ipſius librę, & nõ recipit functionẽ in ſuo gene-
re.ita in terminis declarat idẽ Brun.in d.trac.in 6.
partic.n.6.deterioratio enim nouæ monetæ eſt in
cauſa,ꝙ augeatur valor antiquæ, Bart.in d.l.Pau-
lus. & dictũ eſt ſupra in princip. ꝙ attenditur va-
lor antiquæ monętæ ẽt q̃n promiſſio eſt in libris,
aut florenis. ergo falſum eſt,quod ſequuta muta-
tione monetæ antiquæ libra functionem recipiat
in ſuo genere: quia ſi hoc eſſet verũ,valor inſpice
retur ſecundum tp̃s ſolutionis, & ſufficeret ſolue-
re vnã libram monetæ nouę,ẽt ſi non eſſet conuen
tũ de moneta currente tempore ſolutionis, quod
tñ eſt falſum,vt ſupra; ſed etſi ex viginti ſolidis sẽ
per conſtituatur libra, tñ intereſt quod illi ſolidi
ſoluantur ſecuudum valorem antiquum, Cæpha.
conſi.31.nu.12. Et monetæ valor æſtimatur faciẽ-
do reductionem ad aureum, ita quod ſi tempore
contractus decem libræ conſtituebant aureum,&
nũc quatuordecim requirũtur,ſolui debent quin-
decim pro decem,vt dixi ſupra in prin. Brun.in d.
tract.partic.5. per totam, & partic. 6.nu.7. Tolli-
tur ex his obiectum ſuperfluitatis, quia nõ eſt ve-
rũ quod conuentio eſſet ſuperflua: remouet enim
dubium quod ſuberat,& operatur quod ſolui poſ
ſit de moneta currente tempore ſolutionis,ſecun-
dum tamen æſtimationem & valorem antiquę.

Nõ obſtat ẽt, quod conſuetudine exiſtente at-
tenditur valor,qui fuit tempore ſolutionis,non tẽ
pore contractus: quia reſpondeo procedere, q̃n
16 moneta noua † eſt eiuſdem valoris, vt quia ita de
noua haberi poſſit vnus aureus pro octuaginta ſo
lidis,ſicuti habebatur cum antiqua.ita ſoluit Bru.
in d.tract.in 1.par.in prin.verſi. ex prędictis infer
tur,nu.7.quia cõſuetudo debet intelligi, vt minus
corrigat ius commune, ſequitur Purpur. d.l.cum
quid,nu.174.vbi allegat quoque ſic tenere Bal.

Reſpondeo ſecũdò, quod procedit contrariũ,
q̃n conſuetudo clarè diſponit, nõ ſolũ quod noua
moneta ſoluatur pro veteri, ſed etiam quod ſolua
tur pro eodem valore,& ita liberet debitorem, ſi-
17 cuti ſi ſolueretur antiqua, † atque ita diſtinguen-
do concludit Purpur.in d.l.cum quid, num.174.
ver.aliquando & ſecundò.& ita quoque loquitur
Brun.in d.tract. in 3. limitat. idem enim videmus
in ſtatuto diſponente quod ſolutio fiat de moneta
noua, quia intelligitur ſecũdũ valorẽ antiquæ,vt
dixi ſupra,& argumẽtũ valet a ſtatuto ad cõſuetu
dinẽ, quę eſt tacita lex populi,l.minimè,ff.de leg.

Quod verò dictũ eſt de obſeruantia ſequuta,
non fuit probatum;quia etſi conſtare poſſit quod
aliquæ ſolutiones factę ſint de moneta noua, ta-
men non probabitur, quod non fuerit reducta ad
valorẽ antiquę, quod eſt omnino neceſſe, ex quo
etiam nunc Communitas eſt parata nouam reci-
pere monetam,ſecundum valorem antiquę.

Secũdò reſpõdetur ꝙ obſeruãtia declarat qua
litatẽ monetæ ſoluendę, quando eſt dubiũ de qua
partes ſenſerint,vt quia promiſſi ſint Floreni,quo
rũ duę ſpecies currant in loco cõtractus, ita quod
ignoratur de q̃bus partes ſenſerint; tũc enim ſolu
tio ſemel facta in vna ſpecie, ſufficit ad demõſtran
dũ quid fuerit conuentũ,ut dicit Bru.in loco in cõ
trariũ allegato. & ubi certa eſt moneta quę debe-
tur tunc ut attẽdatur ualor tẽpore ſolutionis,non
autẽ tẽpore cõtractus,debet eſſe præſcripta,& lõ-
18 giſsima † triginta annorũ,c.olim,de cenſib.l.ſi is,
q̃ uſumfructũ,ff.quib.mod.uſuſfru.amitta.Signo
ro.in conſi.74.Bar.Bal.& Ang.in d.l.ſi is,q̃ uſum
fructum. ubi dicunt quod recipiens creditor par-
tem,retinet ius cõſequendi totũ, alios citat Brun.
in d.tract.limitat.4. ubi nu.8. poſt Martin. Laud.
diſtinguit ſecundum prædicta, ut ſi dubium ſit in

ſpecie

ſpecle monetæ ſufficiat modicum tempus: ſi verò certa eſt moneta, ſed dubium eſt cuius temporis æſtimatio attendatur, requiruntur triginta anni. ita quoque diſtinguit Purpur.d.l. cum quid, nu. 173. in quibus locis dicunt ad præſcriptionem requiri bonam fidem & alia, Colleg. Pap. nu. 5. poſt Brun. tract. mone. Hieron. Gabriel. conſi. 165. nu. 9. vbi alios citat, Menoc. conſi. 49. nu. 20.

Et ſi dicatur; aduerte, quia ex quo de conſuetudine licet ſemper ſoluere vnā monetā pro alia, pactū quod poſſit ſolui de moneta currente, eſt inutile, cum id liceat ſine pacto. Reſpondeo fuiſſe apud multos dubium, an ſolutio fieri poſſit de noua moneta, quando reperitur de antiqua, Brun. in 1. partic. nu. 8. & in 2. partic. nu. 4. ideo pactum tollit hoc dubium, & producit hunc effectū. Itē quando non extaret pactum, non liceret ſoluere vnam
19 pro alia, †. ſi creditor ſentiret damnū, vt quia ſit iturus in partes, vbi ea moneta non recipitur, licet recipiatur in loco cōtractus, vt poſt Salic. & Abb. ponit Brun. in d. tract. partic. 1. nu. 8. ver. illud bene verum, & concluſ. 2. nu. 5. pactum autem tollit hoc dubium, & eo ſtante cogitur creditor recipere nouam vſualem in loco contractus.

S V M M A R I V M.

1 *Probationes, quæ requirātur ī remedio, reintegrāda.*

2 *Poſſidere præſumitur quis iure familiaritatis, quādo alius habet titulum, proceditq́ in matre, & filio.*

3 *Pactum ingrediendi poſſeſſionem propria authoritate, non exercetur niſi liquidato negocio.*

4 *Debitor ſi ex forma ſtatuti capi poteſt, non tamē poterit capi inſtante ceſſionario, niſi facta liquidatione.*

5 *Hæres debitoris non poterit inſtante creditore capi, ſtante ſtatuto quòd debitor poſſit capi, niſi prius conſtet quòd ſit hæres.*

6 *Vxor repetens dotem, non vtitur licentia ingrediendi poſſeſſionem propria authoritate, niſi conſtito, quòd ſolutum ſit matrimonium, & venerit caſus reſtituendæ dotis.*

7 *Pactum exequutiuum iunctum dationi in ſolutum, non habet locum niſi facta æſtimatione.*

8 *Pactum ingrediendi poſſeſſionem propria authoritate, non exercetur, niſi data mora.*

9 *Pactum ingrediendi poſſeſſionem propria authoritate, non exercetur contra pupillum, niſi legitimata perſona, ſed contra, nu. 44.*

10 *Pactum ingrediendi propria authoritate, non iuuat niſi conſtet a principio fuiſſe apprehenſam poſſeſſionem eius vigore. contra, nu. 48.*

11 *Licentia ingrediendi propria authoritate poſſeſſionē, ſubrogatur loco facultatis, quam habet Iudex.*

12 *Conſtitutum iunctum pacto exequutiuo non operatur facultatem ingrediendi, negocio non liquidato, quādo eſt inualidum.*

13 *Conſtitutum collatum poſt mortem, eſt nullum.*

14 *Ius dicere ſibi ipſi nemo poteſt.*

15 *Conſtitutum poſitum ſuper re incerta ratione loci & quota, eſt nullum.*

16 *Spoliatus agens recuperandæ, tenetur probare quod poſſidebat tempore ſpolij.*

17 *Spoliatus dicitur, qui aliquando poſſedit.*

18 *Conſtitutū nō prodeſt ei, qui nō eſt capax poſſeſſionis.*

19 *Rem. can. reintegranda, non datur ei, qui cecidit facto, vel contractu proprio.*

20 *Pactum ingrediendi poſſeſſionem propria authoritate, eſt validum.*

21 *Pactum quod creditor capere poſſit in ſolutum tot bona debitoris, eſt validum.*

22 *Pactum ingrediendi poſſeſſionem propria authoritate, excuſat a pœna violentiæ.*

23 *Pactum ingrediendi poſſeſſionem propria authoritate, excuſat a vitio clandeſtinitatis.*

24 *Hæres cenſetur vna, & eadē perſona cum defuncto.*

25 *Hæres non poteſt venire contra factum defuncti.*

26 *Hæres conuenitur a creditoribus hæreditarijs eo contractu quo tenebatur defunctus. vbi exornatur.*

27 *Pacta omnia tranſeunt in hæredes.*

28 *Pactum ingrediendi poſſeſſionē propria authoritate exercetur per hæredem, & contra hæredem.*

29 *Poſſidere quis præſumitur iure proprio, non familiaritatis ſi habet titulum.*

30 *Creditor poſſidet vere pignus.*

31 *Creditor nō pōt vēdere pignus ſine licētia debitoris.*

32 *Notorium inducitur ex confeſſione partis.*

33 *Pactum ingrediendi poſſeſſionem propria authoritate exercetur negocio non liquidato, quando id, quod erat liquidandum, eſt notorium.*

34 *Conſtitutū tranſfert poſſeſſionē ciuilē, & naturalem.*

35 *Poſſidens ciuiliter poteſt ingredi poſſeſſionem propria authoritate.*

36 *Creditor, qui habet licentiam ingrediendi poſſeſſionem propria authoritate cum conſtituto, poteſt negocio non liquidato ingredi poſſeſſionem. vbi latè comprobatur.*

37 *Pactum ingrediendi propria authoritate, non exercetur contra debitorem reſiſtentem, niſi adſit conſtitutum.*

38 *Conſequens qui vult, cenſetur velle omne antecedēs neceſſarium.*

39 *Pactum ingrediendi poſſeſſionem propria authoritate exercetur negocio non liquidato, quando data eſt licentia ingrediendi ſine Iudicis requiſitione, et licentia.*

40 *Iuramentum habetur pro interpellatione.*

41 *Hæredes mariti conſtituuntur in mora reſtituendi dotes per lapſum anni.*

42 *Hæredis perſona non mutat qualitatem obligationis.*

43 *Priuilegiatus ſuccedens non priuilegiato, non gaudet priuilegio in iure reali.*

44 *Pactum ingrediendi poſſeſſionem propria authoritate exercetur etiam contra pupillum nullo dato tutore.*

45 *Creditor, qui poteſt ingredi poſſeſſionem propria authoritate, ſi adeat Iudicem, debet citare partem niſi adeat ex vrbanitate.*

46 *Poſſidere quis præſumitur ex titulo præambulo.*

47 *Poſſeſſio præſumitur tradita, quando quis reperitur in poſſeſſione, & alius tenebatur tradere.*

Poſſidere

48 *Poſſidere quis præſumitur vigore pacti de ingrediẽdo propria authoritate, etiã nulla facta declaratione.*
49 *Vxor mortuo marito poteſt ingredi poſſeßionem bonorum viri propria authoritate, ſi extat precariũ, vel conſtitutum in inſtrumento.*
50 *Uxor, quæ poßidebat bona viri iure familiaritatis, poteſt eo mortuo retinere bona pro ſuis dotibus.*
51 *Voluntatis mutatio non præſumitur.*
52 *Subrogatum ſapit primordialem, non accidentalem naturam eius, in cuius locum fuit ſubrogatum.*
53 *Conſtitutum poſt mortem collatum, eſt validum, ſi extat clauſula, ex nunc prout ex tunc.*
54 *Hæres cenſetur poſsidere eo titulo, quo poſsidebat defunctus.*
55 *Conſtitutum non eſt conditionale, quando bona ſimpliciter obligantur, licet principalis diſpoſitio ſit conditionalis.*
56 *Conſtitutum poſitum ſuper omnibus bonis, eſt validum.*
57 *Incertitudo non vitiat, quando res ex poſt ſit certa.*
58 *Solutio extinguit obligationem.*
59 *Hipotheca reſoluitur, reſoluta principali obligatione.*
60 *Debitor ſoluto debito, recuperat pignus actione pigneratitia, vel rei vendicatione.*

CONSILIVM CCXXI.

SVPER proceſſu agitato inter Dominum Io. Bernardinũ Gaſpardonum, & Dominum Io. Antonium Balcianum, multa dici poſſent; ſed quia magnificus D. Vicarius de aliquibus tãtum dubitat, ſuper eis inſiſtẽdum duxi.
Videtur etenim debere Gaſpardonum actorẽ obtinere in intentato remedio recuperandæ poſſeſsionis pro eo, ꝙ probauerit antiquam poſſeſſionẽ maſſaritij poſiti ſuper finibus Cõzani ad S. Mau-
1 ritium, & ſpolium, quibus duobus probatis† reus
neceſſe habet ſuccumbere, vt ponũt Doctores in c. ſæpe, de reſti. ſpol. in l. rem, quæ nobis, ff. de acq. poſſ. & alibi ſæpè. Et quamuis ad eius excluſionẽ probauerit D. Balcianus, ꝙ Domina Franciſca actoris mater, & a qua ipſe cauſam habet emptionis titulo, poſſedit dictũ maſſaritium longo tẽpore, tñ poſſeſſio matris intelligi debet permiſſa iure familiaritatis, ex quo conſtat Dominum Franciſcum Gaſpardonum patrem agentis, dum vixit, poſſediſſe: vbi enim conſtat de vnius titulo, tunc
2 alterius poſſeſſio præſumitur familiaritatis † iure,
non autem iure proprio, ſi præcipuè is amicus ſit vel affinis, l. qui iure, vbi Bart. Ang. Imola, Roma. & Alc. ff. de acq. poſſeſſione. & ibi Bart. ponit exẽplũ in filio poſſidente bona matris, Goza. in conſ. 99. nu. 7. & idem eſt econtra, qñ mater ex fundo fi-
lij percipit fructus, vel in eo facit aliquem actum, vt per Ale. in conſi. 88. nu. 6. verſi. nec ẽt is, vol. 2. Gozadinus d. conſ. 99. nu. 7. idem eſt in fratribus, quorũ ſi vnus bona cõmunia adminiſtrat, vel poſſidet, cenſetur aliorum nomine poſſidere, & iure familiaritatis facere, Bart. Ange. Imola, Roma. & Alc. loco prędicto, Caſtr. in l. communis ſeruus, ff. de acq. poſſ. Ruy. in conſ. 162. nu. 24. vol. 3. Nat. in conſ. 502. nu. 13. hoc etiã volunt præcitati Doctores in viro poſſidente bona vxoris, vt per Soc. in conſi. 131. col. 1. vol. 1. Cur. iun. conſ. 168. num. 32. Crau. in conſi. 61. n. 2. Alcia. in tract. pręſump. reg. 2. pręſ. 23. nu. 5. quamuis ergo mater poſſederit, præſumitur tamen nomine filij poſſediſſe.

Et non obſtat ꝙ, pater recipiendo dotes Dñæ Franciſcæ vxoris, conceſſerit ſibi licentiam ingrediendi poſſeſsionẽ omnium bonorũ propria authoritate, atque ita ceciderit Io. Bernardinus facto patris, quod ipſius propriũ reputatur. ad hoc enim reſpondetur pluribus modis. Primò, qđ pactum exequutiuũ exerceri non põt contra aliquẽ,
3 niſi liquidato † negocio, ita Barto. in l. creditores,
nu. 14. C. de pign. vbi inquit quod liquidatio fieri debet per Iudicem citata parte, dato libello, & cõteſtata lite, Ale. in conſi. 188. nu. 2. ver. bene facit, vol. 2. & in conſi. 96. nu. 4. vol. 4. & dicit Bald. in l. per diuerſas, nu. 14. ver. aduerte tñ, C. man. quod & ſi debitor ex forma ſtatuti capi poſsit a credito-
4 re, tamẽ non poterit † capi inſtãte ceſsionario, niſi
diſcuſsione facta cõſtet quod iura ſint ceſſa. & idẽ dicit de hærede, quia prius cõſtare debet quod ſit
5 hæres, † ſequitur Alex. in locis ſupra citatis, & eſt
tex. in l. 1. vbi no. Bal. C. ſi emãcip. ita ven. ne proſtit. quem dicit ad hoc ſingularem Are. in conſ. 21. ſi diligenter, num. 4. vbi ſubdit quod actualis facti exequutio non põt fieri, niſi liquidato illius iure, qui petit exequutionem, & fiat declaratio, ſecundũ Abb. in c. verum, de foro compe. & in ſpecie de
6 muliere † petente dotis reſtitutionẽ, dicit Bald. in
l. ſi cauſam, n. 8. C. de exeq. rei iud. probãdum eſſe quod matrimoniũ ſit ſolutum, vel qđ venerit caſus dotis reſtituendæ eo conſtante. & quãuis non loquatur in pacto exequutiuo, tñ idem eſt, quia exerceri non põt, niſi liquidetur mors mariti, & quod præceſſerit legitimũ matrimonium, & qđ caſus venerit reſtitutionis. vt hæc autẽ expediantur, adeundus eſt Iudex. ita Aret. in conſ. 33. nu. 1. vbi addit quod facultas hæc conuentionalis ſubrogata eſt loco facultatis exequendi, quam habet Iudex: proinde non põt exerceri niſi illis in caſibus, quibus poſſet ipſe Iudex, allegat l. pen. cum ibi notat. C. de pign. idẽ probauit Ale. in cõſ. 153. nu. 10. vol. 6. quia ſecundũ eum debitum dotis reſtituendę eſt conditionale, ſi & quando caſus eueniret: ideo liquidatio præcedere debet, & Are. ſequitur Iaſ. conſi. 138. nu. 12. vol. 1. Gozad. in cõſ. 42. nu. 3. Neguſ. in tracta. pigno. in 4. par. princip. nu. 22. Rol. in conſi. 20. nu. 12. & ſeq. vol. 1.

Et procedunt hęc non modò, quando præceſſit ſimplex bonorum obligatio cum licentia poſſeſsionẽ intrandi propria authoritate, ſed ẽt quando cõceditur facultas capiendi bona in ſolutum, quia tunc per Iudicẽ fieri debet. pretij declaratio
7 † antequam vtatur pacto. videtur enim tũc com-
miſſa æſtimatio Iudici vti bono viro. ita Areti. d. conſi. 33. colum. 2. verſ. ad ſecundum patet. & ante eum declarat Barto. d. l. creditores, num. 29. vbi

quod

quod pars citari debet, & cogi ad eligendum æſti
matores, ſequitur ibi Salic.quæſt.15. Neguſ.qui
tamen non meminit de Aret.d.par.4.nu.11.in fi.

Preterea ſi debitũ foret ex alio liquidũ, adhuc
nõ licuiſſet ingredi propria authoritate, quia nõ
conſtat ꝗ hęredes mariti fuerint in mora ſoluẽdi,
8 & ceſſante mora † pactum prędictũ exerceri non
poteſt, niſi iuſta aliqua cauſa ſuperueniret, puta
ꝗ debitor efficeretur ſuſpectus de fuga, ut probat
Bar.in d.l.3.n.17.C.de pignor. Salic.nu.32. vbi in
diſtinctè hoc voluit, ex quo pactũ eſt cõditionale,
niſi ĩ tpe ſoluatur. nõ licebit ergo creditori eo vti
niſi purificata conditione, ſequitur etiã Neguſ.d.
par.4.nu.15. In præſenti vero caſu non conſtat ꝗ
hæredes mariti forent in mora reſtituendi dotes,
quando vxor apprehendit poſſeſſionem maſſari-
tij: ergo ſuſtineri non poteſt pactum prædictum.

Item quidquid ſit contra ipſum paciſcentem,
videtur quod contra eius hæredem minorẽ exer-
ceri non poſſit pactum exequutiuum, niſi adeũdo
9 Iudicẽ, petendo illi prouideri de tutore, † & liqui-
dãdo negocium, atq; ita diſtinguere videtur Bar.
inter hęredem paris cõditionis, & hęredẽ diuerſę,
in d.l.creditores, nu.21. vbi idem dicit in eccleſia,
quæ ſucceſſerit debitori, Aret.d.conſ.21.nu.3. li-
cèt ibi reſpectu eccleſiæ cõtrarium teneat Bero.in
conſi.150.nu.36.vol.1. Rol.in conſ.20.nu.3.vol.
2. ſed hoc caſu mater vſa eſt pacto contra filios mi
nores, & propemodum infantes indefenſos, q̃bus
non erant teſtamento patris, vel decreto Iudicis
dati curatores vel tutores, ideo inſiſtere nunc nõ
poteſt ſuper illa apprehenſione vel ingreſſu.

Accedat quòd probãdum eſſet Dominã Fran-
ciſcam fuiſſe ingreſſam poſſeſſionem dicti maſſari
tij vigore illius pacti, nec ſufficit quòd poſt factũ
10 ita dixerit, † quia voluntas in mente retẽta, nihil
operatur, l.ſi repetendi, C.de cõdi.ob cauſ. ita de-
terminat Soc.in conſ.131.nu.7.vol.1. & ratio eſt
ſecundum eum, quia licèt poſſet mutare ſibi cau-
ſam poſſeſſionis: tamen ea mutatio nunquã prę ſu
mitur, l.eum qui, ff.de probat. l. Lucius, ff.de leg.
2. l.cum hic ſtatus, §.1. ff.de donat. inter vir. & v-
xor. & ita quoque tenuit Dec. in conſi.232.nu.2.
dicens, quod & ſi vxor poſſit viro defuncto retine
re bona mariti donec reſtituãtur ſibi dotes, tamẽ
declarare debet a principio animum ſuum. & in
conſi.400.nu.5. & in l.dotis, in fin.C.de collat. Ri
pa in conſ.125.nu.4.ver.nec obſtat, Alc. in tract.
præſump.reg.2.præſump.23. nu.5. Rol. in conſi.
77.nu.33.vol.1. Crau.conſ.846.nu.4. Cum ergo
non appareat de requiſita animi declaratione, fie
ri non poteſt fundamentum ſuper pacto illo de in
grediendo poſſeſſionem propria authoritate.

Non etiã dicatur ꝗ in inſtrumento exhibito p
Dominum Balcianum conceſſa fuit Dominę Frã
ciſcę licentia ingrediendi poſſeſſionem abſq; Iudi
cis licentia, & authoritate; quo caſu videtur quod
nulla ſit neceſſaria liquidatio, & nulla diſcuſſio.
Reſponderi etenim poteſt hoc eſſe falſum duplici
ratione. prima, quia iſta facultas ſubrogatur lo-
11 co † poteſtatis, quã habet Iudex, vt inquit Aret.
d.conſ.33.nu.2. ſed Iudex nõ poteſt exequi nego
cio non liquidato, vt inquit Bar.d.l.creditores, &
alij ſupra adducti in princ. ergo neq; pars, in quã
collata fuit huiuſmodi poteſtas. ſecunda eſt, quia
ſemper liceret nõ liquidato negocio vti pacto prę
dicto, cũ ſemper cõferatur facultas ingrediẽdi pro
pria authoritate, & ita ſine Iudicis licẽtia. fruſtra
ergo Doctores loquẽtes de tali pacto dicerent ne-
ceſſariã eſſe liquidationẽ, ꝗ tamẽ nõ eſt credẽdũ.

Non reſiſtit etiam quod allegatur de cõſtituto
iuncto cũ pacto exequutiuo, vt ſcilicet operetur,
quod liceat negocio nõ liquidato ingredi poſſeſ-
ſionẽ: tollitur enim ex eo ꝗ tunc cõſtitutũ iunctũ
pacto id operatur, quando cõſtitutum eſt validũ,
12 & pactũ quoq; eſt validum † vtriuſque: nã virtus
ſimul iuncta id efficit, quod nõ liquidato debito li
ceat creditori exercere pactũ. at ſi cõſtitutum ſit
nullum, tunc nihil operatur. ita declarat Ruyn. in
conſ.127.nu.15.vol.5. allegat l.quarta, §.condem
natum, ff.de re iud. l.nõ putauit, §.non quæuis, ff.
de contrahen.empt. In propoſita autẽ quæſtione
conſtitutum habetur pro non appoſito, quia col-
latũ poſt mortẽ mariti, ex quo eſt conceptũ in ca-
ſum ſoluti matrimonij. & ratio eſt vt conſtitutum
operetur, neceſſe eſt cõſtituẽtẽ poſſidere, ſed mor
tuus nõ poſſidet, ergo cõſtitutũ poſt mortẽ colla-
13 tum † non prodeſt, Ang.in l.quamuis, §.1. vbi ẽt
Alex. ff.de acquir.poſſ. Iaſ.in l.quotiẽs, col.5. C.de
rei vend. & infinitos concordantes allegat Tiraq.
de conſt.poſſeſſ.par.3.limit.2. nu.1. Bero.cõſ.58.
nu.14.vol.3. Pariſ.in conſ.98.nu.21.vol.2. Alcia.
in conſ.256.nu.9. Bertran. in conſ.315.nu.4.vol.
2. Natta in conſ.189.nu.1. Alba in conſ.103. Rol.
in conſi.61.nu.46.vol.2. ſed in caſu præſenti ma-
ritus promiſit dotes reſtituere in omnem caſum
ſoluti matrimonij, atque ita conſtituit ſe in eũ ca-
ſum tenere, & poſſidere omnia bona ſua, quod
nihil operatur: ergo licèt conſtitutum iunctum ſit
pacto, non ideo fit quo minus fieri debeat liqui-
datio, ſicuti ſi conſtitutum non extaret.

Stantibus autem prædictis, idem eſt ac ſi conſti
tutum non extaret, quia non præſtat impedimen-
tum, quod de iure non ſortitur effectum, cap.non
14 præſtat, de reg.iur.in 6. & regulariter † nemini li-
cet propria authoritate ſibi ius dicere, l.1.C.ne
quis in ſua cau. vbi Cyn. multas affert rationes, l.
non eſt ſingulis, in princ. vbi latè Dec. & Cagnol.
de reg.iur.

Ex alio etiam pungit Dominus Vicarius con-
ſtitutum nihil operari, quia generalis obligatio
omnium bonorum eſt incerta, & cõſtitutum non
producit aliquem effectum, quando res eſt incer-
15 ta † ratione quotę vel loci, Bar. Imola, Caſtr. Ale
xan. Aret. & Iaſ.in l.3.§. incertum, ff.de acqui.poſ
ſeſſ. Tiraq.in d.tract.conſt.par.3.limit.19.num.1.
Bero.d.conſ.58.num.15.vol.3.

Attamẽ præmiſſis non refragantibus teneo Io.
Bernardinum obtinere minimè poſſe in præſen-
ti iudicio, can. reintegranda, per eum intentato.

Primò

Primò, quia nõ probauit ſe mortuo patre vnquã
adeptum fuiſſe poſſeſſionẽ maſſaritij nunc contro
uerſi: quinimo teſtes producti probãt Dominam
Franciſcam eius matrem poſſediſſe, fructus perce
piſſe, aliquando locaſſe, & penſionem exegiſſe, &
in dicto remedio, qui dicit ſe ſpoliatũ, tenetur pro
16 bare † quod poſſideret, Abb. in c. cum ad ſedem,
nu. 28. de reſtit. ſpoliat. Soc. in l. rẽ, quę nobis, nu.
36. ff. de acquir. poſſ. cũ multis allegatis ꝑ Meno.
de recup. poſſ. rem. 15. nu. 383. Bero. in conſi. 64.
nu. 4. vol. 3. Rol. conſi. 6. nu. 11. vol. 3. Cæphal. in
conſi. 236. nu. 10. Contard. in l. vnica, in ampliat.
nu. 16. ver. & licet, C. ſi de mom. poſſ. Gabriel. lib.
5. tit. de reſtit. ſpoliat. concluſ. 5. nu. 67. D. Becius
in conſi. 75. num. 2. is enim ſolus dicitur ſpoliatus
17 qui † aliquãdo poſſedit, l. 1. §. deijcitur, ff. de vi, &
vi arm. c. vlt. ver. non enim probatur, 3. quęſt. 1. &
qui non poſſidet, nõ põt ſpoliari, Bal. in c. eccleſia
Sutrina, col. 4. item nota exemplũ, de cau. poſſ. &
propr. & non ſolũ neceſſe eſt ꝙ poſſideret, ſed etiã
quòd poſſet poſſidere, Abb. in c. ex parte, in fi. de
reſtit. ſpol. latè Meno. in prælud. tract. de recup.
poſſ. nu. 1. & ſeq. ideo videmus quòd conſtitutũ
18 nõ ꝓdeſt † ei, qui nõ eſt capax poſſeſſionis, Butr.
in c. fi. col. 11. de cau. poſſ. & propr. Tiraq. de cõſt.
p. 2. ampl. 35. nu. 3. & par. 3. limit. 18.

Secundò moueor, quia remedium can. reinte-
grãda, nõ datur ei, qui proprio facto, culpa, vel cõ
19 tractu cecidit † a poſſeſſione, Inn. Butr. & alij in c.
ſæpe, de reſtit. ſpoliat. Cald. & alij in c. cũ ad ſedẽ,
de reſtit. ſpoliat. Alex. in conſi. 6. nu. 10. vol. 3. cõ-
probaui pluribus in conſi. 28. nu. 11. & ſeq. Meno.
de recup. poſſ. rem. 15. nu. 95. verba enim canon.
reintegranda, 3. q. 1. fauẽt ei, qui per iniuſtas cau-
ſas deiectus fuit, ſed non eſt iniuſta cauſa, quæ de-
ſcendit a voluntate poſſeſſoris, & ſibi non alij im-
putandum eſt damnum, quod quis ſua culpa ſen-
tit, c. damnum, de reg. iur. in 6. dictus verò Io. Ber
nardinus ſuo facto & culpa amiſit poſſeſſionẽ: Nã
eius pater recipiendo dotes Dominę Franciſcæ
promiſit eas reſtituere in omnẽ caſum ſoluti ma-
trimonij, & obligauit omnia bona, & conceſſit fa-
cultatem ingrediẽdi poſſeſſionẽ propria authori-
20 tate, ꝙ pactum de iure † eſt validum, quia contra
hentes poſſunt in pignoribus apponere quæcũq;
pacta, ſi tamen non reperiantur expreſsè prohibi-
ta, l. fin. §. 1. C. de iure dom. impet. & in l. 3. vbi Do
ctores præcipuè Bar. C. de pignor. qui dicit, quod
huiuſmodi pactum poteſt apponi in quocũq; cõ
tractu; quinimo etiam in vltima voluntate, vt ibi
nu. 9. ſequitur Salic. quæſt. 3. Neguſ. d. par. 4. nu.
8. & 12. & non ſolum valet pactũ, quòd liceat pro
pria authoritate ingredi, ſed etiam quòd poſſit ca
21 pere † in ſolutum, vt per Bart. loco prædicto, nu.
13. Aret. in conſi. 21. nu. 2. Neguſ. d. par. 4. nu. 11.
ſtante autem pacto, & licentia prædicta denega-
tur remedium recuperandæ poſſeſſionis, vt cõclu
dit in propoſito Ruyn. in conſi. 83. nu. 5. vol. 1. &
ratio eſt, quia creditor ingreditur poſſeſſionẽ de
volũtate debitoris, ſequitur Cæphal. in conſ. 172.
num. 69. tale etenim pactum excuſat a pęna vio-
22 lentię, † ideſt vi bonorum raptorum a pœna le-
gis Iuliæ de vi, & a pęna conſtitutionis diui Mar
ci, vt per gloſ. in l. pignoris, in ver. præſidialem,
vbi Sal. C. de pigno. actio. Bar. d. l. creditores, nu.
28. ver. non tamen credo, Sal. nu. 14. ver. ſed tene
cõtrariũ, Ruyn. d. conſ. 83. nu. 5. latè alios citãs Pa
riſ. in conſi. 5. nu. 27. vol. 4. vbi infert quòd nõ re-
integratur, q. creditori dedit licẽtiam ingrediendĩ
poſſeſſionem propria authoritate, Ruyn. in conſi.
127. nu. 5. vol. 5. Neguſ. d. par. 4. nu. 9. Cęphal. d.
cõſ. 272. nu. 69. & ſeq. Menoc. in tract. recup. poſſ.
rem. 9. nu. 208. vbi multos addit, ꝙ ſi tollit virium
23 violentię, multo magis tollet vitiũ † clandeſtinita-
tis, qđ eſt leuius. ita Bar. d. l. creditores, nu. 20. vbi
Sal. n. 14. Negu. d. p. 4. n. 13. Ruyn. d. cõſ. 127. n. 5.

Nec dicatur pręmiſſa procedere, ne cõcedatur
reintegratio ei, qui licẽtiã cõceſſit ingrediẽdi poſ
ſeſſionẽ propria authoritate: at ſecus in eius hære
de, vt hoc facto, in quo nõ Io. Bern. ſed eius pater
fecit pactum prædictũ. Nam facilis erit reſolutio,
24 quia hæres † cenſetur vna & eadẽ perſona cũ de-
functo, l. cum a matre, C. de rei vend. in Auth. de
iureiur. a morien. præſt. in princip. ideo ſicuti ne-
mo venire põt contra factũ propriũ, l. poſt mortẽ,
25 ff. de adoption. ita hæres † non poteſt venire con
tra defuncti factũ, d. l. cum a matre, latè Tiraquell.
de retract. conſang. §. 1. gl. 9. n. 47. & factũ a defun
cto cẽſetur factum ab hærede propter repręſenta-
tionẽ perſonę, l. ſi tertius, §. fin. ff. de aqua pluu. ar
cen. quem ad hoc citat Natta in conſi. 214. nu. 2.
& hac ratione hæres tenetur creditoribus hæredi-
26 tarijs † ex eo contractu, & ea obligatione, qua te-
nebatur defunctus, Bar. in l. de eo, ff. de iud. Dec.
in l. qui cum alio, nu. 7. ff. de reg. iur. & non modò
dicitur factum hæredis id, ꝙ defunctus verè fecit,
ſed etiam id quod fecit fictè; proinde nec illud fa
ctũ hæres poteſt impugnare, vt per Bello. in cõſi.
24. nu. 11. Phanuc. in tract. de inuentar. par. 8. nu.
269. vbi dicunt quod hęres debitoris non poteſt
venire contra dationem in ſolutum, quam Iudex
fecerat contra debitorẽ exequendo, quia factũ Iu
dicis cenſetur factũ debitoris. & in terminis quod
non reintegretur hæres eius, qui fecit pactum de
ingrediẽdo poſſeſſionem propria authoritate, vo-
luit Ruy. in conſ. 83. nu. 5. vol. 1. & prædictorum
omnium ratio eſt, quia pactum prędictũ exerceri
poteſt nõ ſolum contra paciſcentem, ſed etiã con
tra eius hæredem. hęc enim eſt pactorũ natura, vt
27 tranſeant † in hæredes, & contra hæredes, l. vete-
ris, vbi Bal. in fin. C. de cõtrah. & commit. ſtipul.
l. viam veritatis, C. locati, l. 2. cum gl. C. de pact. in
ter empt. & vend. Bal. in l. 1. C. de conſtit. pecun.
Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glo. 6. num. 1. & ſeq.
Ruyn. conſi. 72. nume. 1. volum. 1. Crau. in conſi.
28 102. nu. 3. & in eo pacto † tenuit Bart. d. l. credi-
tores, nume. 21. vbi etiam Salic. nume. 23. Bald. in
cap. 1. §. ſi quis verò, num. 7. in fin. de pace iuram.
firman. vbi dicit quod tale pactum non eſt priuile
gium, ſed ius commune, ideo exerceri poteſt per

hęre-

hęredem,quod voluit quoque Neguſ.num.20.in
fin.& d.par.4.nu.37.ſicuti ergo poteſt pactũ exer
ceri contra hæredem,ita dicẽdum eſt, quod facta
pacti contra eum exequutione non detur hæredi
remedium recuperandæ ad poſſeſſionem, quam
amiſeruot; aliàs eſſet pactum inutile, & eluſoriũ,
quod non èſt dicendum.

Quibus non aduerſatur,quod Io.Bernardinus
probauerit poſſeſſionẽ eo quod mater poſſediſſe
præſumatur iure familiaritatis, & ad ipſius acto-
ris commodum:oã procederet contrariũ,ſi nullũ
mater habuiſſet titulum;tunc enim ſolũ præſumi-
tur familiaritatis iure quis poſſidere, quãdo titu-
29 lum non habet: at ſi titulum habeat, † poſſidere
præſumitur iure proprio,Ang.in l.aſſiduis,C.qui
pot.in pigno.hab.vbi dicit mẽti tenendũ.ceſſat e-
nim hoc caſu præſumptio delicti, cuius euitandi
gratia inducta eſt pręſumptio, quòd iure familia-
ritatis non proprio præſumatur poſſidere, vt di-
cunt Imola,Rom.& Alex.in d.l.quę iure,declarat
Cur.iun.in conſi.168.nu.34.Ruyn.conſ.51.nu.6.
ver.cũ ergo,vol.4.Natta in conſ.502.nu.14.Cra.
conſ.61.nu.2.Cæphal.in conſ.4.nu.37.Meno.ca-
ſu 160.nu.20.& quando qs habet titulũ,poſſide-
re præſumitur iure proprio nõ alieno, l.filiusfami
lias.§.diui,ver.idem princeps,& ibi notat Ang.ff.
de leg.1.l.Titia,ff.de ſolution.Bal.in l.2.q.9.C.de
ſeru.& aq.gl.& Doctores in l.3.§.ex contrario,ff.
de acquir.poſſ.Alex.in conſi.136.nu.3.in fin.vol.
2.Gram.conſ.ciuili 13.nu.4.Natta in conſi.502.
nu.15.& conſ.634.nu.19.Rol.in conſ.46.nu.44.
vol.3. Cęph.in conſ.4.n.39. & poſſidere quis prę
ſumitur ex titulo pręambulo, l.1.§.1.ff. de excep.
rei iud.l.2.vbi gl.C.de acq.poſſ.gl.& Docto.in l.
quædam mulier,ff.de rei vend.cõprobat latè Alc.
in tract.præſump.reg.2.præſump.23.nu.1.Domi
na ergo Frãciſca, quæ habebat titulum pignoris,
non eſt dicendum quod alieno nomine,& familia
ritatis iure poſſideret,& præterea plures fecit pro
prio nomine locationes totius maſſaritij.

Et licèt demum maſſaritium vendiderit nomi-
ne Io.Bernardini filij,& aliorum filiorum, non ta
men pro hoc inferri poteſt quod poſſederit nomi
ne filiorum: nam per venditionem transfertur do
minium; ideo cum non eſſet domina, noluit pro-
prio nomine vendere: aliud autem eſt in poſſeſſio
ne,pro qua habebat titulum pignoris. cautè ergo
egit quando proprio nomine poſſedit,& filiorum
nomine vẽdidit;& cum dominium ſit diuerſum,a
poſſeſſione,& cum ea nihil habeat commune, vt
dicitur in l.naturaliter,§.nihil cõmune, ff.de acq.
poſs.ſicuti etiam aliud eſt ius habere vẽdendi, &
ius poſſidendi, non poteſt ex ſeparatis fieri bona
illatio,l.Papinianus exuli,ff.de minor.& creditor
30 poſſidere † quidem poteſt pignus, l.qui pignori,
ff.de acq.poſs.l.1.§.per ſeruum,ff.eo.tit.vbi Soc.
nu.4.& Iaſ.nu.5.latè Meno.de recup.poſs.rem.9.
nu.198.vbi probat,creditorem verè poſſidere pi-
gnus,ſed nõ poteſt illud alienare,niſi id faciat de
31 voluntate, & licentia † debitoris, vt probatur in
§.1.Inſt.quib.alien.licet,vel non.declarat Dec.in
l.nemo plus,nu.5.ver.ſed tamen,ff.de reg.iur.

Non etiã cõtradicit quod licentia ingrediendi
poſſeſſionẽ propria authoritate nõ poſſit exerce-
ri,niſi liquidato negocio. Reſpõdetur enim rẽ om
nino liquidã fuiſſe,quia quantitas dotis erat cer-
ta ex inſtrumẽto dotali,quod facit rẽ liquidã,& noto
riam, Bal.in l.cum precibus, C.de probatio.cum
ſimilibus multis. diſſolutio vero matrimonij erat
certa,& notoria per mortẽ mariti,quam ipſe quo
que actor in actis admiſit, & confeſſio partis facit
32 notorium, † quando emanauit in iudicio valido,
c.fi.de vita & honeſt.cleric. Butr. in c.ex parte, il
primo,col.vlt.de verbo.ſignific. Fel. in c.qualiter
& quando,§.licet autẽ,circa fi. de accuſatio. & per
mortem euenerat caſus reſtituẽdæ dotis: ergo nõ
opus fuit liquidatione.quinimo fortius vbi neceſ-
ſaria eſt,ſi tamen manifeſtum aut notorium ſit il-
lud,quod veniebat liquidandũ, licebit mittere pa
33 ctum † exequutioni, nulla facta liquidatione, vt
voluit Bar.d.l.creditores,nu.14. dicẽs ſufficere quod
debitum nõ liquidum deducatur in notorium in
ipſo exercitio, Neguſ.d.par.4.nu.22.& idem vult
Bar.ibi,nu.24.in ſucceſſore, vt ſcilicet ſufficiat eſ
ſe notorium quod is cauſam habuerit a debitore,
Imo.& But.in c.quia,de iudic. Neguſ.loco pręci-
tato,nu.21.ver.vndecima concluſio.

Reſpõdeo ſecũdo, quod præter pactũ in inſtru
mento dotis legitur etiam conſtitutũ, in quo ma-
ritus cõſtituit ſe tenere & poſſidere omnia bona,
ſicut ſupra pro dotibus vxorib. obligata nomine
ipſius vxoris:certũ eſt autẽ quod per cõſtitutũ trãſ-
34 fertur † in creditorẽ ciuilis,& naturalis poſſeſſio,
Bar.& Doctores omnes in l.interdum, in prin.ff.
de acq.poſs.alios citat Tiraq. de conſt. poſs.par.
2.nu.4.Dec.in l.contractus,nu.15.ff.de reg.iur.&
alibi Doctores. Cũ igitur Domina Frãciſca natu-
raliter & ciuiliter poſſideret mediante conſtituto,
licuit ſibi propria authoritate negocio nõ liquida
to ingredi poſſeſſionẽ,& in ea inſiſtere, licèt natu
35 ralis eſſet per aliũ occupata, quia hoc † regulare
eſt,l.clam poſſidere,§.qui ad nundinas,cũ ibi no.
ff.de acq.poſs.gl.& Bar. in l.1.§.interdictũ,ff.vti
poſſid.& in l.1.C.vnde vi.& dicit Bar. d.§.interdi
ctum, quod authoritate propria tollere poſſum,
quod fit in re a me poſſeſſa, ſi per id inquietatur
mea poſſeſſio,Ang.in l.vt vim,in fi.ff.de iuſ.& iu.
Rom.d.§.qui ad nundinas,nu.6.Soc.nu.9.& Iaſ.
cõmunẽ dicens,nu.24.Alex.in conſ.99.nu.6.vol.
5.Ruyn.in conſ.38.nu.9.& conſ.58.col.pen.vol.
4.Gozad.conſ.95.nu.7.Pariſ.in cõſ.24.nu.14.&
ſeq.vol.1.& Crot.in conſi.26.nu.27.conſ.47.nu.
27.& 28.Bero.in conſ.102.nu.48.vol.1.conſ.53.
nu.4.vol.3.Crau.conſ.5.nu.9.Natta in conſ.378.
nu.2.& in cõſ.412.nu.9.Meno.de retin.poſſ.rem.
3.nu.29.conſ.2.nu.181.& nu.366.& in conſ.104.
nu. 80. Et quãuis multi ex prædictis dicãt licere
ſolũ incontinenti,non etiam ex interuallo, tamen
hoc nõ nocet,vt infra latius dicam. & in terminis,
quod ſi cũ licentia & pacto iungatur cõſtitutum,

liceat

36 liceat † creditori poſſeſſionē apprehendere, ēt ſi
naturalis ſit per aliū occupata, voluit Bar.d.l.cre-
ditores,nu.25.ver.ſed pone quod debitor.vbi in-
quit creditorem poſſe ēt ſingularem ſucceſſorem
reſiſtentē repellere,quia magis dicitur defendere,
quàm occupare,ſequitur Salic.ibi,nu.26.Bald.in
conſ.58.ver.præterea,vol.5.alios cumulat Tiraq.
de conſti.poſſ.par.1.nu.43. Neguſ.d.par.4.n.20.
ver.octaua concluſio.ſed dicet aliquis, quod Bar.
in d.l.creditores,& alij ſupracitati,non dicunt qđ
vti poſsit creditor licentia negocio nō liquidato,
ſed ſolum quod ſtante conſtituto licet agere con-
tra ſingularem ſucceſſorem,id quod videtur intel-
ligendum negocio liquidato,& non aliter. verum
reſpondeo non eſſe neceſſariam aliam liquidatio-
nē, ex quo apparet creditorem ciuiliter poſsidere
mediante cōſtituto,& vel poſſeſſorē, non eſt quæ-
rendum de qualitate vel liquidatione crediti, ſed
manutenendus eſt in poſſeſsione, & ſuperfluum
eſſet liquidare, ideo ſuperflua probatio fieri non
debet,l.ad probationem,C.de probat.& in ſpecie
ꝙ non requiratur liquidatio ſtante conſtituto, vo
luit Bal.in l.1.C.ſi mancip.ita venier. ne proſtitu.
cuius dicta aſſerit eſſe notanda Aret. in conſi. 21.
num.5.vbi latè declarat,& allegat multa Ruyn.in
conſ.127.n.1.vol.5. vbi allegat ſic voluiſſe Anch.
& Imo.in c.potuit,loca.& quamuis ipſe in ſuo ca-
ſu contrarium teneat,ex interuallo,tū in facto nul
la probata fuit reſiſtentia,nec incontinenti,nec ex
interuallo,Soc.in conſ.82.nu.8.vol.3.vbi dicit li-
cere vxori mortuo marito ingredi poſſeſſionē bo-
norū viri, ſtante licentia & cōſtituto, nulla p̄miſſa
liquidatione,ſequitur Goza.in conſi.28.nu.15.&
in conſ.42.nu.11.vbi loquitur in vxore repetente
dotes mortuo marito, & in conſi.95.nu.8. & ſeq.
Bero.in conſ.42.nu.20.& 31.vol.3.Tiraq. q mul
tos citat, de conſti.par.1.n.43.Neguſ.d.par.4.nu.
21.ver.undecima concluſio,Nat.in conſ.378.nu.
1.& 2.Maran.de ord.iud.par.6.§.propoſui,n.38.
vbi dicit eſſe perpetuo notandū,quia millies eue-
nit in facto,& vidit reſponderi contrariū a nōnul-
lis Doctoribus, qui prædictas deciſiones non vi-
derāt. idē dicit in §.tertius & vltimus actus, n.33.
vbi ait eſſe verbū ſingulare nunquā obliuioni tra-
dendum,quia prima facie videretur dicendū con-
trarium, niſi haberemus deciſiones in cōtrarium;
atq; ita apparet non requiri liquidationem,qñ vl
tra pactū exequutionum adeſt conſtitutū vel pre-
carium; nam plurimum operatur.& ideo licèt pa-
ctum exerceri non poſſit contra debitorem de fa-
37 cto reſiſtentē: tñ ſi concurrat † conſtitutum, pote
rit ēt reſiſtentem repellere,ſecūdum Bar. & Salic.
in d.l.creditores, C. de pigno. quod ēt voluerunt
Bald.Anch.Rom.Caſtr.Aret.Alexā.& alij citati a
Tiraquell. de conſtit.par.1.num.37.Neguſ. dicta
par.4.num.14.& nume.20.ver.octaua concluſio.

Tertiò reſpondeo quod in præſenti facto non
fuit neceſſaria liquidatio, ex quo maritus licentiā
uxori conceſsit ingrediendi authoritate propria
poſſeſſionem ſine aliqua Iudicis licētia, vel requi-
38 ſitione.qui enim conſequens † conceſſit, cēſetur
concedere omne antecedens neceſſariū, l. ad rem
mobilem,l.ad legatum,ff. de procura.l.illud,ff.de
acqui.hære.§.idem iuris,ff.ex quib. cau. manum.
non licet, l.1.C.de ordin. iudi.l.2.§.inſpecto, ff.
quemadmo.teſta.aper.l.legatis,ff.de alim.leg.l.1.
§.1.ff.ſi vſuſfru. pet. ſed non pōt fieri liquidatio
niſi Iudex adeatur,ut per Bar.Aret. & alios in cō-
trarium citatos. ergo remiſſa neceſſitate adeundi
Iudicem, cenſetur ēt remiſſa neceſsitas liquidan-
di, & vno cōceſſo cenſentur conceſſa ea omnia ſi-
ne quibus id quod fuerat conceſſum expediri nō
poſſet,c.ex literis,de exceſſ.prçlato.ubi diſpenſa-
tus ad epiſcopatum, ſi nō erat legitimus, cenſetur
ēt diſpenſatus ad presbiteratum, & confirmatur
multis adductis ab Euerar.loco 95.& in terminis
39 quod cenſeatur tacitè † remiſsa liquidatio,quan-
do cōceditur ingrediendi facultas ſine Iudicis li-
centia, uoluit Soc.d.conſi.82.nu. 7. motus ex eo,
quod dixit Bart. in d.l.creditores, nu.16.vbi vult
quod partium conuentione remitti poſsit neceſ-
ſitas liquidandi, Sali.nu.31.Neguſ.d.par.4.n.22.

Pariter tollitur ꝙ dicebatur de mora, quando-
quidē in eo inſtrumento dotali, cui innititur Dñs
Balcianus, legitur iuramentū, quod maritus præ-
ſtitit de reſtituendo dotes in omnem caſum ſoluti
40 matrimonij,& iuramentū habetur † pro interpel
latione,& conſtituit debitorē in mora ſine alia re-
quiſitione,c.breui, vbi Doctores, de iureiu.Iaſ.in
l.quod te, col.8.ff.ſi cer.pet. multos citat Crau.in
conſi.64.n.2.plures Rol.conſ.77.n.19.uol.1.Nat.
in conſ.262.nu.20.Didac.uariar.reſolu.li.3.c.17.
nu.5. Deciſ.Pedem.49.nu.7.Gabriel. cōmu.opi.
li.2.tit.de iureiu.concluſ.2.nu.1. Reſpōdeo quo-
que quod ad reſtituendū dotem datur annus, qñ
conſiſtit in pecunia, & dies tunc interpellat, & in
41 mora conſtituit † debitorē,ut eſt tex.in l.unica,§.
exactio, C.de rei uxo.actio. in tantum quod lapſo
anno ueniunt uſuræ,ut uoluit ibi Bar.in §.cum au
tem.dies enim tacita inducta a lege ita interpellat
& conſtituit debitorē in mora,ſicuti dies expreſsè
ſtatuta ab homine,l.2.in fi.C.de iure emphit.d.§.
exactio,gl.in l.ſi mora, ubi Imola & alij, ff. ſoluto
matr. & eſt cōmunis opinio, vt ibi inquit Iaſ.nu.
20.qui multos citat, addens quod fortior eſt mo-
ra, quæ contrahitur per tps a lege conſtitutum,
quam ea,quæ inducitur per lapſum diei ab homi-
ne præfixi.nō fuit ergo opus interpellatione poſt-
quā in reſtitutione dotis appoſita eſt dies legalis.

Quod uerò dictum eſt non potuiſse exerceri
pactum contra filios minores & indefenſos, non
quicquam obſiſtit: quia cum ex conſtituto poſi-
to in dotali inſtrumento, & ex licentia ingredien-
di acquiſitum fuerit Dominæ Franciſcę ius in re,
non eſt quærēdum de perſona eorū, contra quos
exercendum eſt pactum: atque ideo ſiue ſint mi-
nores, ſiue maiores, omni caſu contra eos licuit
apprehendere poſſeſsionem, ſicuti dictum eſt ſu-
pra de ſingulari ſucceſsore, ſiue tertio poſſeſsore,
contra quem creditor uti poteſt pacto nō facta di-

ſcuſſione an debitori ſucceſſerit, vel non. Pręterea
fieri non dēt quod factum nō releuat. ſi autē exer-
ceri pōt pactum ſine Iudicis licentia vel aditione,
ad quid lagitimare perſonam minoris, & petere
quod ei detur curator, ſi extraiudicialiter de facto
& authoritate propria erat ingreſſura poſſeſſio-
42 nē? Tertiò ex perſona † hæredis non immutatur
qualitas obligationis, l. 2. §. ex his, ff. de verb. obli.
l. 2. in fin. C. de fruct. & lit. expen. l. hæredē, & l. qđ
ipſis, ff. de reg. iu. vbi dicitur obſtare ſucceſſori qđ
obſtabat authori, & vitia realia trāſeant in quem-
cunque ſucceſſorem, Bar. in l. vitia, C. de acq. poſſ.
& contra vniuerſalem ſucceſſorem tranſeunt etiā
perſonalia, vt ibi per eum. ſed quidquid ſit in iure
perſonali, certum eſt quod in reali priuilegiatus
43 † ſuccedens non priuilegiato non gaudet priuile-
gio, vt poſt Cyn. latè concludit Iaſ. in auct. quas
actiones, n. 36. C. de ſacroſan. eccl. & cū hac Cyni
reſolutione tranſit in terminis Bar. d. l. creditores,
nu. 21. dum quærit, an exerceri poſſit pactum con-
44 tra † vniuerſalē ſucceſſorem diuerſæ conditionis
vti pupillū & eccleſiam, & refert ſe ad illam Cyni
diſtinctionem, ſequitur Salic. nu. 23. idem Bar. in
l. ſi quis curialis, C. de epiſc. & cle. vbi cōtra Inno.
dicit quod pactū ingrediendi poſſeſſionē propria
authoritate exerceri pōt cōtra eccleſiam, quę ſuc-
ceſsit debitori. & ſubdit ita ſe tenuiſſe in d. l. credi
tores. Ita quoque tenet expreſsè Neguſ. d. par. 4.
nu. 17. & Soc. iun. in conſi. 125. in prin. vol. 2. vbi
in hanc ſn̄iam citat Bart. d. l. creditores. & quāuis
nu. 5. reſpondendo ad obiectū videatur aliter te-
nere: tū non recedit ab ijs, quæ prius dixerat, ſed
inhærendo magis tutæ & indubitatæ reſolutioni,
ſubdit in ſuo caſu datum fuiſſe pupillo tutorē, &
omnia fuiſſe iudicialiter geſta; atque ita duplici
vtitur defenſione: prima eſt quod nō fuit neceſſe
dare tutorē minori: ſecunda qđ datus fuit in ſuo.
poſſet & reſponderi non eſſe mirū quod ibi eſſet
neceſſaria legitimatio perſonarū, ex quo omnia
corā Iudice geſta ſunt, vt ipſe inquit. Nā etſi poſ-
ſit quis vti pacto, tū ſi adeat Iudicem, neceſſe ha-
45 bet Iudex † curare partē, & conſequenter pupillo
tutorem dare, & ſeruanda ſeruare, Bart. d. l. credi-
tores, nu. 26. Salic. nu. 33. Neguſ. d. par. 4. nu. 24.
& ſeq. niſi ex vrbanitate Iudicem adiuerit, & fami
liā ſibi concedi petierit, quia tunc nō requiritur ci
tatio, vti docet Salic. d. n. 33. Alc. in conſ. 130. vol.
4. Affl. in deciſ. 326. cū multis allegatis a Meno.
de recup. poſs. rem. 5. n. 29. Maran. d. §. propoſui,
nu. 11. Cotta in memor. incip. pacta exequutiua,
in fin. vbi ergo extraiudicialiter procedatur, non
opus eſt tutorē pupillo dare; ſed eo modo fit exe-
quutio contra eum, quo fieret contra authorem,
id eſt ſine citatione, & aditione Iudicis.

Remouetur itē qđ dictum fuit de declaratione,
quoniā cum haberet Dn̄a Franciſca titulū pigno-
ris ex cauſa dotiū, pręſumitur poſſeſſionē maſſa-
46 ritij apprehēdiſſe † ex præambulo titulo, l. 1. §. 1.
ff. de excep. rei iud. dixi ſupra, ver. quibus non ad-
uerſatur. addo Bero. conſ. 15. n. 40. in 3. vol. Rip.
in conſ. 80. nu. 17. ubi dicit quod ſi præcedit titu-
lus ad rē, & habens titulum reperiatur poſſidere,
præſumitur quod ex p̄cedenti titulo poſſideat, &
dicit eſſe de hoc gl. ordinariā in d. l. quędā mulier,
Cur. iu. in conſ. 88. nu. 6. Cagn. in l. 2. n. 173. C. de
pact. inter empt. & vend. Natta in conſ. 506. n. 31.
vbi allegat not. per Bart. & Doct. in l. triticū, ff. de
verb. obl. Deciſ. Pedem. 58. nu. 18. Cęph. in conſ.
315. nu. 8. & ſeq. quinimo qn̄ ignoratur, vel eſt du
47 bium, qualiter quis poſſideat, pręſumēdum † qđ
poſſeſſio fuerit ſibi ab aduerſario tradita, ſi p̄ceſ-
ſit titulus, p quem teneretur tradere. ita gl. in l. 2.
C. de acq. poſſ. quæ vult quod p̄ſumatur poſſide-
re ſciente & volēte aduerſario, & declarat Ang. ibi
& in l. quædam mulier, ff. de rei vēd. exornat Soc.
in conſ. 15. nu. 7. vol. 4. ſequitur Neuiz. in cōſ. 37.
nu. 18. qui multos addit, Cagn. d. l. 2. nu. 173. ver.
lim. quartò. vbi dicit hoc eſſe verum, qn̄ tenebatur
quis tradere: quia ſi reperiatur in poſſeſſione, p̄ſu
48 metur tradita. & nouiſsimè hoc modo † intelligit
D. Becius in conſ. 6. nu. 8. vbi allegat quoq; Fulg.
ſic tenere, & in terminis ita reſoluit Neguſ. de pi-
gno. d. p. 4. nu. 27. & eum ſequitur Burſa. conſi. 8.
nu. 15. & conſ. 9. n. 8. & ſtante licētia, de qua ſupra
ſatis dicitur habuiſſe cauſam poſſidendi, vltra qđ
ſolum conſtitutum poſitū in dotali inſtrumento
ſufficiebat, vt ſibi liceret propria authoritate ingre
di bona mariti, vt per Bal. in l. 1. C. de ser. pign. da
to manum. vbi dicit quod ſi adeſt precariū vel con
49 ſtitutum poteſt mulier † de facto mortuo marito
ingredi poſſeſſionem bonorum, ſequitur Alex. in
conſ. 83. nu. 2. & in conſ. 185. nu. 3. vol. 6. Dec. in
conſ. 232. nu. 2. Goz. in conſi. 42. nu. 12. Natta in
cōſ. 453. nu. 5. & præcipuè qn̄ hæredes mariti nō-
dum apprehenderant poſſeſſionē, ſed adhuc vaca
bat, quia tūc licet vacantē ingredi ſine alterius in-
iuria, l. cum quærebatur, C. vnde vi. Bal. d. l. 1. appa
ret igitur dictū Socini non eſſe verum, nec requiri
declarationem aliquam, ex quo lex in dubio ſtāte
titulo præſumit quod q̄s poſſideat vigore tituli.

Præterea dictū Socini pōt eſſe verum, qn̄ vxor
poſſediſſet viuente marito, vt quia inhabitaret do
mum mariti, & vellet poſtea marito defuncto illā
pro ſuis dotibus retinere. Nā vxor, quę viuente vi
ro poſſidebat illius bona familiaritatis iure; eo
mortuo poteſt illa pro dotibus ſuis obligata reti-
50 nere, † vt inquit Bart. in l. ſi filio, la prima, ff. ſolu.
matr. Bal. in l. pen. §. 1. C. de pign. act. præcipuè ſi
ad eā vacua peruenit poſſeſſio ſine vitio, ſm Bald.
in l. pen. C. de non num. pec. Soc. d. conſ. 131. col. 2.
vol. 1. Dec. conſ. 232. col. 1. Bald. Nou. in tract. dot.
priuil. 6. in limit. 13. ver. limita ſecundò. hoc aūt ca
ſu neceſſaria eſt declaratio, q̄a mutat cauſam poſ
ſeſſionis, etſi non declaret præſumitur ex eadē cau
ſa continuare in poſſeſſione, ex qua cęperat poſſi-
51 dere, quia mutatio † uoluntatis, nō præſumitur, l.
cū hic ſtatus, in prin. ff. de don. inter vir. & ux. Alc.
de præſ. reg. 2. præſump. 16. nu. 1. & in his terminis
loquuntur Soc. Dec. Ripa, Alcia. & Rolan. ſupra
in contrarium allegati: ſed quando viuēte marito

vxor non poſſidebat, tunc ceſſat ratio mutandę vo
luntatis, & præſumptio, quod cōtinuauerit ex ea-
dem cauſa in poſſeſſione. In præſenti autem cauſa
non probatur quòd Domina Franciſca viuēte ma
rito poſſederit maſſaritium, de quo eſt quæſtio:
ideo cum cæpit poſſidere, non mutauit titulū poſ-
ſeſſionis, quā non habebat, intelligendo de actua-
li, quia non entis nullæ ſunt qualitates, l. eius qui
in prouincia, ff. ſi cer. pe. & cum vnicus ſubſit titu-
lus, & vnica cauſa, apprehenſio præſumitur facta
ex ea cauſa. quinimo ſi duæ ſubſint cauſæ, & du-
bium ſit ex qua actus geſtus fuerit, præſumendū
eſt potius quod geſtus ſit iure proprio, quàm fa-
miliaritatis, vt ſupra probaui.

Et non releuat quod dictum eſt licentiam in-
grediendi ſine Iudicis authoritate, non habere ef-
fectum niſi liquidato negocio; quia ſupra in con-
trarium allegaui Soc. & Neguſ. quorū authoritas
præualere debet, præcipuè fulcita ratione, ex quo
ſi eſſet neceſſaria liquidatio, neceſſe ēt eſſet adire
Iudicem, quod partes noluerunt. & quāuis hæc fa
cultas ſit ſubrogata loco facultatis, quā Iudex ha-
bebat, nec poſſit Iudex ſine liquidatione exequi:
tñ non eſt ita ſtricta, & limitata, qualis ea eſt, quæ
Iudici datur a lege, ſed multo liberior & latior, &
52 argumentum ſubrogationis † procedit quoad pri
mordialē naturā, non quoad accidētalem, gl. ma-
gna in ver. ex omni cauſa, in fi. in l. certi cōdictio,
vbi Bar. Salic. Ale. & alij, ff. ſi cer. pe. Bar. conſ. 14.
nu. 3. vol. 1. Bal. in l. vnica, §. 1. C. de rei vxo. actio.
Euerar. loco 93. col. pen. ver. iſtud tñ, Roma. ſing.
484. Soc. iun. in conſi. 74. nu. 21. ver. & inter alia,
vol. 3. Bero. conſi. 71. num. 43. vol. primo, Nat. in
conſi. 4. nu. 4. Dominus Becius in conſi. 101. nu.
61. & non mouet quod cum facultas concedatur
ingrediēdi poſſeſſionem authoritate propria, ſem
per liceret exequi negocio non liquidato: quia re-
ſpondeo quod multo plus operantur illa verba,
ſine Iudicis licentia: Nam eſſent ſuperflua, & ſatis
foret dixiſſe quòd liceat ingredi propria authori-
tate abſque eo quod adderetur ſine Iudicis requi
ſitione. vt ergo operentur, nec ſint ocioſa, impor
tabunt facultatem exercendi negocio non liqui-
dato, argumento eorum, quæ ponit Bald. in rubr.
C. de contrab. empt. cum ſimilibus.

Et quamuis cōſtitutum collatum ſit poſt mor-
tem mariti conſtituentis, tñ non ideo eſt nullum,
ſed validum, quia extat clauſula, ex nunc prout ex
53 tunc, † quæ operatur vt futurum tempus videa-
tur ineſſe præſenti, & actus pōt initium ſumere ex
quocunque tempore, Bald. in ca. primo, col. 6. de
mil. vaſ. qui contum. eſt, Ange. Imola, & Alex. in l.
huiuſmodi, la ſeconda, ff. de verb. oblig. Iaſ. in l. 1.
in fi. C. de codicill. & ita in terminis voluit Guido
Papæ queſtione 268. Iaſ. in conſi. 147. nu. 40. vol.
2. Neguſ. de pigno. in ſecundo mem. ſecundæ par.
nu. 5. Caſſan. & Ripa quos citat Tiraq. de conſt.
par. 3. limit. 2. num. 15. Natta in conſi. 453. nu. 6.
Siluan. in conſil. 97. nume. 3. vbi id tenet, quando
conſtituens poſſidebat tempore mortis.

Secundò reſpondeo, quòd contrarium proce-
deret, quoad tertium, qui poſſideret bona obliga-
ta, ſed quoad hęredem non releuat huiuſmodi op-
poſitio: hęres enim, qui reprę́ſentat perſonam de-
54 functi, cenſetur eo nomine poſſidere, † quo poſ-
ſidebat defunctus, vt pulchrè in precario declarat
Caſt. in l. neque, col. 2. per illum tex. C. de vſufru.
vbi dicit quòd hęres cenſetur precario poſſidere,
ſicuti poſſidebat defunctus, ēt ſi alium haberet ani
mum. quod ſubdit eſſe notandum, & ſe cōſuluiſſe
paucis ante diebus, licèt de eo textu non fuerit re
cordatus, & eū refert, & ſequitur Cagno. in l. con-
tractus, n. 27. ver. & nota quod mortuo, ff. de reg.
iur. dicens quòd clauſula conſtituti tranſit paſſiuè
in hæredem conſtituentis, qui cenſetur tenere, &
poſsidere eo modo & forma, quibus poſsidebat
defunctus, & allegat Balbum in tracta. præſcrip. in
quarta par. quartę par. princip. q. 11. nu. 5. & ſeq.
vbi dicit hæc eſse notanda verba Caſt. & licèt prę-
dicta non alleget, idem tenet Crau. in conſi. 107.
num. 2. vbi dicit quòd virtus conſtituti tranſit in
hæredem conſtituentis: proinde ſiue conſtitutum
producat hunc effectum ex perſona cōſtituentis,
ſiue ex perſona hæredis eius, idem ſemper erit, &
poterit cōſtitutarius vti pacto exequutiuo non ſo
lum contra conſtituentem, ſed etiam contra eius
hæredem, vt dixi ſupra in verſ. nec dicatur præmiſ
ſa. addo Gozad. in conſi. 42. nu. 15. in fi. vbi in ter-
minis noſtris non obſtante, quòd conſtitutum eſ-
ſet collatum poſt mortem, dicit quòd licebit exer
cere pactum exequutiuum.

Non omitto ꝙ etſi dotis reſtitutio ſit promiſsa
in omnem caſum & euentum dotis reſtituendæ,
tñ conſtitutum conceptum fuit per verba præſen-
tis temporis, & bona fuerunt ſimiliter de præſenti
obligata, & data nunc licentia ingrediendi, pro-
55 pterea dici non pōt quòd conſtitutum ſit † condi-
tionale, ita reſoluit Iaſ. dicto conſi. 147. num. 42.
ver. non obſtat, ſi diceretur, vol. 2. quem refert &
ſequitur Natta d. conſi. 453. nu. 9. quia interpre-
tatio fieri debet, vt actus valeat, non vt pereat.

Poſtremò quod dicitur conſtitutū eſse nullum
& incertū relatum in genere ad omnia bona ma-
riti, non faceſsit negotium, quia ēt ſi ſit appoſitū
56 ſuper omnibus † bonis, transfert poſseſsionē, &
operatur ſuum effectū. ita tenet Iac. Butr. in auth.
hoc ſi debitor, C. de pigno. Bar. in l. Celſus, nu. 15.
ff. de vſucap. & in l. qui pignoris, ff. de acq. poſs.
Bal. Ang. Raph. Are. Iaſ. Afflict. & Lancello. Gal.
quos citat, & ſequitur Tiraq. in trac. conſti. par. 1.
ampl. 31. nu. 1. vbi in amplia. 32. idem dicit, qñ po
ſitum eſt ſuper diſpoſitione bonorū futurorū, &
in eam ſententiā multos adducit Neguſ. de pign.
in primo mem. 6. par. nume. 35. vbi dicit opinio-
nem Barto. eſse communem, Rolan. in conſi. 79.
nume. 43. volum. primo. & ideo dicit Ioan. Pet.
in l. ab emptione, ff. de pact. quòd conſtitutum
oppoſitum ſuper contractu alicuius rei uniuer-
ſalis, non dicitur incertum, ſed transfert poſseſ-
ſionem, quia ſufficit quod certitudo adſit reſpe-

ctu

ctu vniuerſi, licèt non adſit reſpectu cuiuſcunque
particularis rei, eum ſequitur Soc. in l. tertia, §. in-
certum, col. ſecunda, vbi Iaſ. nu. 16. in fi. ff. de ac-
quiren. poſſeſſ. Pariſ. conſi. 59. nu. 23. vol. 1. Tira-
quel. in dicto tracta. conſtit. par. 3. limit. 19. nu. 2.
qui enim dicit omnia, nihil excludit, l. prima, ff. de
57 leg. primo. & incertitudo † non vitiat, quando res
poſtea fit certa, vt in propoſito dicit Ruyn. in cõſ.
127. colum. quarta, volum. quinto, Tiraquel. di-
cta limit. 16. nume. quarto. ſed ante eos hoc voluit
Iaſ. in d. §. incertum, num. 16. verſ. ſed ad iſtud de
incertitudine. vbi ait contractum de re naſcitura,
non dici incertũ, quia ſtatim nata re certificatur,
& ponit exemplum in fructibus naſcituris.

Audio poſt hæc ſcripta productũ fuiſſe inſtru-
mentum, in quo videtur quod domina Franciſca
receperit quantitatem pecuniarum pro ſuis doti-
bus, & fieri ſuper eo maximum fundamẽtum, eo
58 quod facta ſolutione † extincta ſit principalis obli-
gatio, Inſtitu. quibus mod. toll. oblig. in princip. l.
pupillus, ff. ad leg. Falcid. & ceſſante obligatione
59 principali, ceſſat † hipotheca, l. contrahitur, vbi
Barto. ff. de pignor. Neguſ. in primo mem. 3. par.
nume. 9. ego ſanè non vidi inſtrumentum; ſed po-
ſito quod probet ſolutionem dotis, non exiſtimo
adhuc Dom. Ioan. Bernardinum poſſe obtinere
in remedio recuperandę poſſeſſionis per eum de-
ducto. Nam cum tempore ingreſſus poſſeſſionis
Domina Frãciſca eſſet verè creditrix dotium ſua-
rum, licuit ſibi poſſeſſionem propria authorita-
te apprehendere, & filium repellere, qui ideo di-
citur cecidiſſe facto proprio, & proprio cõtractu.
Sed & ſi filius poſt matris ingreſſum & apprehen-
ſionem dotes ſoluiſſet, vti nunc dicitur, non tamẽ
liceret agere remedio recuperandæ, ſed pignora-
60 titia † directa, l. ſi rem, §. is quoque, ff. de pignor.
actio. quæ eſt perſonalis, ut eſt tex. in l. fina. C. de
diſtr. pigno. gloſ. 3. in l. nec creditores, ubi Bald. &
Salic. C. de pignor. actio. Bartol. & alij in l. pigno-
ris, C. de pignor. Neguſ. in tracta. pignor. in ſecun-
do memb. 7. part. princip. nu. 15 & ſeqq. uel etiam
agere poteſt rei uendicatione, ut uoluit gloſ. in l.
reſcriptum, §. ſi aliena, in uer. probauit. ff. de diſtr.
pign. & in l. prima, §. primo, in uer. pro ſocio, in fi.
C. de anna. excep. alios congerit Ange. in §. actio-
num, nu. 60. Inſtit. de actio. Neguſ. in dicto tract.
dicto ſecundo mem. 6. par. princip. nu. 24. non re-
perio autem quod prodita ſint aliqua poſſeſſoria
remedia debitori ad recuperandum pignus, quod
tradiderat; & ſat eſt, quod non detur remedium
reintegrandæ, ex quo debitor cecidit ſuo facto a
poſſeſſione, & qui uult dicere cõtrarium, probet,
alias erubeſcimus, cũ ſine lege loquimur, l. illam,
C. de collat.

S V M M A R I V M.

1. Clericus non poteſt coram laico conueniri etiam volens, & cum ſui Epiſcopi conſenſu.

2. Clericus ſuccedens laico conuenitur coram eccleſiaſtico, etiamſi author erat obligatus in forma cameræ, & eſſent plures hæredes etiam laici. Amplia, num. 4. Limita, num. 16.

3. Clericus, & laicus ſi delictum ſimul committunt, remittuntur ambo ad eccleſiaſticum.

4. Clericus ſuccedens laico inchoata inſtantia cõuenitur coram eccleſiaſtico.

5. Lege cautum quod nõ reperitur, non eſt inuentionibus præſumendum, & exornatur. Limita duobus modis, num. 17.

6. Regula fundat intentionem agentis, & pro ea eſt iudicandum.

7. Inſtantia inchoata non tranſit in fiſcum. ſed contra, nume. 18.

8. Præuentio non operatur, quando perſona præuenta non eſt eadem.

Intellige, vt num. 18.

9. Perſona mutata, actio quoque mutatur. ſed declara, vt num. 21.

10. Inſtantia inchoata cum defuncto tranſit in hæredem.

11. Iudicium debet finiri, vbi fuit cœptum.

12. Hæres habetur pro eadem perſona cum defuncto, & vtriuſque idem eſt ſermo. Vide num. 18.

13. Hæres tenetur ſeruare contractum, & iudicium authoris.

14. Obligatio non variatur ex perſona ſucceſſoris.

15. Hæres agit remedio recuperandæ poſſeſſionis ex perſona authoris ſpoliati.

16. Inſtãtia inchoata cõtra authorem coram laico, tranſit in clericum ſucceſſorem.

17. Ratio naturalis ſufficit, vbi lex deficit.

18. Inſtantia inchoata tranſit in fiſcum ſuccedentem hæreditario titulo.

19. Clericus conueniens coram Iudice laico, poteſt coram eodem reconueniri.

20. Clericus author laudatus cogitur coram laico comparere.

21. Mutatione perſonæ non mutatur actio, quando mutata ſubrogatur loco primæ.

22. Eccleſia eſt cultrix & auctrix iuſtitiæ.

CONSILIVM CCXXII.

QVANVIS ex filijs Domini Bapti-
ſtæ Serræ multi ſint laici, quia ta-
men vnus eſt clericus, videtur
quod omnes ſint conueniendi co-
ram eccleſiaſtico, non autem ille
teneatur proſequi iudicium coram excellentiſſi-
1 mo hoc Senatu inchoatum, quia clericus † non
poteſt coram laico conueniri, auth. ſtatuimus, C.
de epiſcopis & cleric. vbi conueniens perdit ius
ſuum, capitulo ſi diligenti, de foro competenti,
vbi etiam volens non poteſt prorogare laici iuriſ-
dictionem cum iuramento. & dicit gloſ. fina. &
ibi Abb. in capit. ſignificaſti, de foro competenti,
quod non poteſt hoc facere cum Epiſcopi ſui con
ſenſu. & hoc procedit etiam quando clericus ſuc-
2 cedit laico, quia nihilominus † conueniri debet

coram eccleſiaſtico, ſecundum Barto. in l.hæres
abſens, ff. de iudic. quia poteſt allegare priuile-
gium clauſum in corpore iuris, ſequitur ibi Iaco-
bin.num.4.glo.in c.clericum nullus, 11.quæſt.1.
Abb.in c.quia Gu.vbi Felin.colum.2. circa fin.&
Dec.num.11. de iudic. Rota in deciſ.552.obliga-
tus.vbi dicit verum eſſe, quãuis author eſſet obli-
gatus in forma habente exequutionem paratam,
id quod vendicat ſibi locum nedum quãdo ſolius
eſt hæres, ſed etiam quando laici cum eo ſunt hæ-
redes, quia magis dignus trahit ad ſe minus di-
gnos, Bar.in l.præcipimus, §.eodem obſeruando,
C.de appel. Mattheſil. qui loquitur in hærede, in
notab.143.Fel.in c.1.col.4.de præſcr. Iaſ.in l.im-
perium, nu.1.verſ.ſextò facit, ff.de iuriſdict.omn.
judic. Imo idem eſt, quando laici plures ſunt cle-
rici, ſecundum Soc.in conſil.12. nu.17. verſ.& eſt
adeo potens, vol.2. Maran.de ordi.iudic.par.4.di
ſtin.11. nu.21. & ſi in eodem delicto ſint clericus
3 & laicus, † omnes remittuntur ad eccleſiaſticum
Iudicem, qui contra quoque laicos procedit, An-
ton.de Pratouet.in l.1.in fi.ff.quæ ſenten. ſine ap
pella.reſcin. Fel.dicto cap.1.col.4. Ferrat. cau.10.
Marſil.ſing.180. Boſſ.in titu.de foro compet.nu-
me.146.communem dicit Clarus Pract.crim.§.fi.
q.37.nu.46.& quando cauſa eſt indiuidua, ita te-
net Capic.deciſ.173. vbi inquit iudicium ſuper hi
pothecaria dici diuiduum, Foller. in pract. crim.
in verſ.audiantur excuſatores, nu.79. Maranta d.
diſt.11.nu.22.

Qui etſi loquantur in iudicio per hæredes in-
choãdo, tamen idem omnino eſt, qñ iam erat cum
defuncto inchoatum, quia nihilominus clericus
4 forum declinat, & conueniri debet † coram eccle
ſiaſtico, Bald.in c.in præſentia, nume.9.ff.de pro-
bat.vbi ait, quòd inſtantia contra unum inchoata
non tranſit in monaſterium eo facto monacho, &
in l.prima, C.ſi pend.appel. mors interuen. Butr.
in cap.quia Gu.num.12.circa fin.de iudic. vbi di
cit quod inſtantia inchoata contra defunctum nõ
tranſit ad clericum hæredem, ſequitur ibi Felin.
colum.3. verſicu. limita ſecundo, Dec. in fi. poſt
Imo.ibi. eam quoque tenuit Salic. in dicta l.pri-
ma, C.ſi pend.appellatio. mors interuen. Lancel-
lot.in l.hæres abſens, in principio, ff.de iudic. Ia-
cobin.num.ſeptimo, vbi dicit conſuluiſſe contra-
rium. & hãc opinionem dicit magis communem,
& habere rationes magis efficaces, Maran.de ordi
ne iudic.parte quinta, in princ.num.12.& ſequen.
& inquit Aret.dicto capitulo, quia Gu. quod hæc
ſententia præualet in practica, & mouentur ratio-
nibus, & præcipuè quia non reperitur iure cautũ,
quod inſtantia tranſeat in clericum hęredem: er-
go non eſt ſuperſtitioſis hoc præſumendum inuen
5 tionibus, † cap.conſuluiſti, ſecunda quęſtio. quin
ta, Archid.in proęm. Sexti, in verſicu.ſacroſanctę,
colum. penul.in fi. Crau.in coſi.90.colum.ſecun-
da. & non poteſt opponi de eo quod non reperi-
tur lege cautum, §.optimum, in Authent. de non
eligen.ſecun.nub. Socin. in conſilio 248. volum.
ſecundo, & erubeſcimus, cum ſine lege loquimur,
l.illam, C.de collat. Dominus Becius conſil.vige-
ſimòquinto, numero quarto, conſi.35. num.quar
to, & ita arguit Felin. dicto cap.quia Gu.colum.
tertia, vbi dicit, quòd ſtandũ eſt regulæ, quę vult,
quòd clericus non conueniatur coram laico, ex
quo contrarium non reperitur iure cautum. ha-
6 bet enim hæc pars regulam pro ſe, quæ † reddit
rem certam, l.quoties, vbi Barto. ff.ſi quis cautio.
Iaſon l.ſecunda, nume.33. ff. ſi quis in ius voca.
non ier.& pro ea eſt iudicandum, niſi aduerſarius
caſum oſtendat ſpecialem, Bald.in l.ſi tutor, in fi-
ne, C.de ſer.pign.da. manum. Dominus Becius,
conſi.101. nume.41. & in propoſito inquit Cagn.
in l.ſecunda, nume.252. C.de pact.inter empt. &
vendit. hoc eſſe fortiſſimum argumentum huius
partis.

7 Secundò allegatur quod inſtantia † non tran-
ſit in fiſcum ſucceſſorem, l.ſi conſtante, §.fi.ff.ſo-
luto matrim. Butr. Abb.& Imo.in dicto cap.quia
Gu.vbi ita arguunt, Iacobin.dicta l.hęres abſens,
nume.ſeptimo, & quod inſtantia non tranſeat in
fiſcum, voluit Socin.in conſi.46.nu.22.vol.4.

Tertiò facit, quia etſi laicus dicatur præueniſ-
ſe clericum inſtituendo iudicium coram laico, ta-
8 men ea præuentio † non operatur, quando per-
ſona præuenta non eſt eadem. ita Rota deciſio.
252.de foro competenti, in antiq.quam ad id ad-
ducit Decius dicto cap.quia Gu.& Felin. colum-
na tertia.

Quartò addi poteſt, quod mutata perſona,
9 † mutatur actio, capitulo primo, de iure patron.
in ſexto.

Hoc autem multum quidem vrgent, ſed me nõ
poſſunt in eam ſententiam deducere, quinimò fir
miter teneo dictum clericum cogi poſſe iudicium
inchoatum a patre ſuſcipere, & proſequi coram
Senatu; quandoquidem certa eſt deciſio & regu
laris quòd inſtantia inchoata cum defuncto tran-
10 ſit † in hæredem, l.ſi conſtante, §.fin.ff.ſoluto ma
trimonio, vbi Alexand.colum.ſecunda, l.Lucius,
§.rogatus, vbi Barto. ff.ad Trebellian. Bald. in l.
ſi intra, C.de reſtitutio. in integr. Bart. in l.ſi eum
hominem, vbi Alexand. in apoſtil. ff.de fideiuſſo.
Innocent. Butr. Felyn. Decius, & alij in dicto ca-
pit.quia Gu.de iudic. Socin.in conſilio 31.nume-
ro octauo, volum.primo, Neuizanus in conſi.20.
nume.31. Bello.in conſi.vndecimo, num.quinto,
Franc.de Marc.deciſ.321.num.4. Maranta de or
din.iudic.dicta parte quinta, in princ.nume.12.&
non reperitur deciſum, quod id minus procedat
in hęrede clerico, quam in laico, ſed indiſtinctè eſt
ita ſancitum: ergo indiſtinctè intelligendum eſt,
cuiuſcunque conditionis hæres ſit, l.de pretio, ff.
de Publiciana.

11 Secundò vbi cœptum eſt iudicium, † ibi fini-
ri debet, l.vbi, ff. de iudic. & continentia cau-
ſæ non debet coram diuerſis iudicibus diuidi, vt
inquit textus in l. nulli, C.de iudic. vbi Cynus
& Iaſon: ergo inchoata cauſa coram laico, non

debet

debet trahi, & finiri coram eccleſiaſtico : magna
enim eſt vnius cauſæ ad ſeipſam cõtinentia, vt in-
quit ibi Cin.
Tertiò hæres cenſetur vna, & eadem perosna
12 † cum defuncto, §. primo, in Auth. de iureiurãdo
a morien. præſt. Ancharan. in conſi. 244. n. 2. l. hæ
redem. vbi Dec. & Cagnol. ff. de regulis iur. & ſer
mo defuncti, dicitur proprius hęredis ſermo, Soc.
in conſil. 293. col. 1. vol. ſecundo, Cagnol. in di-
cta l. 2. nu. 250. C. de pact. inter empto. & vendi-
to. Dominus Becius in conſil. 75. nu. 7. ergo ſicu-
ti defunctus non poſſet iudicium inchoatum de-
ſerere, ita nec hæres, quamuis clericus.
Quartò defunctus patiendo ſe conueniri corã
Senatu, videtur quaſi contraxiſſe cum actore, ne
poſſet forum declinare, quia in iudicijs quaſi con
trahitur, l. 3. §. idẽ ſcribit, ff. de pecul. quo argumẽ
to in propoſito vſus eſt Felin. in dict. c. quia Gu.
13 col. tertia, in fi. hęres autem tenetur † contractũ
a defuncto celebratum ſeruare, l. cum a matre, C.
de rei vendica. ergo iudicium tenetur proſequi
coram eo, coram quo pulſatus fuit defunctus : &
ſicuti hæres tenetur contractum defuncti ſeruare,
ita & iudicium: valet enim argumentum, l. ſi pu-
pilli, §. ſi quis ita. ff. de neg. geſt. Euęr. loco 18.
Quintò obligatio non variatur ex perſona ſuc
14 ceſſoris, nec ius alicuius mutatione perſonæ † fie
ri debet deterius, l. ſecunda, §. ex his. ff. de verbo.
obligatio. l. in exequutione, §. pro parte, vbi not.
Caſtren. ff. eo. concordantes allegat gl. in dicto §.
ex his. & dixit in l. ſecunda, in fi. C. de fruct. & lit.
expenſ. quod pareſſe debet fortuna hęredis & de
functi. hoc argumentum allegat Felin. in dicto c.
quia Gu. col. 3. in fin. Cagnol. in dicta l. 2. n. 252.
verſ. quartò facit. C. de pact. inter empt. & vend.
Sextò ius formatum & creatum in perſona de-
functi tranſit actiuè & paſſiuè in hæredem, l. cum
a matre. C. de rei vend. l. 1. & 2. C. de hæredi. act.
Aret. in conſi. 123. nu. 6. Cagnol. in l. hæredem, nu
me. 22. ff. de reg. iur. & eo modo tranſmittitur in
hæredem, quo erat apud defunctum, ideo dicunt
15 quod defuncto ſpoliato agere poteſt hæres † ex
defuncti perſona ad recuperãdum poſſeſſionem,
Corne. in conſil. 329. nu. 43. volum. primo, com-
probat Dominus Becius, alios citans, conſil. ſe-
ptuageſimoquinto, per totum. & quando ius eſt
iam in eſſe deductũ, non attenditur finis, ſed prin
cipium, l. damni infecti, §. Sabini, ff. de damno in-
fecto. & eo caſu ſucceſſor non vtitur priuilegio, l.
fiſcus. ff. de iure fiſci. l. cum quidam. §. fiſcus. ff. de
vſur. ita arguit Aret. in dicto cap. quia Gu. colum.
fina. Cagnol. dicta l. ſecunda, n. 252. verſ. quintò
& vltimò.
Nec deſunt maximæ authoritatis Iuriſconſul-
ti, qui hanc partem tenuerunt, præcipuè Ange. in
l. hæres abſens. in princ. circa medium, ff. de iudic.
vbi poſtquam dixit hæredem clericum conueniẽ
dum eſſe coram eccleſiaſtico, ſubdit hoc non pro
16 cedere inchoato † iudicio cum defuncto, quia in
eum tranſit inſtantia, allegat l. ſi conſtante, §. fina.
ff. ſoluto matrimonio. per locum a ſpeciali, &
quia inſtantia non mutatur ex perſona hæredis,
& cum illo tranſit Caſtren. ibi. & cum hac ſenten-
tia tranſit Imola in l. ſi eum hominem, ff. de fide-
iuſſo. Roman. in l. ſi conſtante, §. fina. numero 14.
in fi. ff. ſoluto matrimonio. vbi dicit eſſe notan-
dum. & Caſtren. ibi dicit hanc eſſe communem
opin. in l. hæres abſens, Alexand. quoque hoc ſe-
quitur dicta l. ſi conſtante, §. fin. allegans Bald. &
Cuman. ibi. idem Alexand. ad Bart. in authen. &
conſequenter, num. 19. C. de ſenten. vbi dicit ſin-
gul. & notandum Barbat. conſi. primo, volum. ter
tio, & in dicto cap. quia Gu. nume. 45. & ſequen.
& ibi etiam Aret. qui eam defendit ab omnibus
impugnationibus. Firmia. in ſuo reperto. in ver-
ſicu. clericus conuenitur, verſicu. 16. in fin. vbi te-
net quod inchoata inſtantia non gaudet priuile-
gio fori, Ioan. Milis in verſicu. miles. Benedict. in
capit. Raynutius, in verſicu. vxorem nomine Ade
laſiam, numero 124. de teſtament. Cagno. in l. ſe-
cunda, nume. 249. & ſequen. C. de pact. inter em-
pto. & vendito. vbi ſubdit vidiſſe ſecundum hanc
opinionem iudicari, & latè diſputat pro vtraque
parte, & dicit Boer. in deciſio. 69. numero 32. q
hæc opinio ſeruatur in practica, quam etiam pro
banit Maranta de ordin. iudic. par. quarta, diſtin-
ctio. vndecima, numero 79. Vaſq. de ſucceſſio.
creat. libro 3. §. 22. limit. 17. numero 72. Soarez in
ver. clericus, numero 104. Iaſ. in auth. quas actio-
nes, numero 39. de ſacroſan. eccleſi. modern. addi
tio. ad Dec. in dicto capitulo quia Gu. colum. fi-
na. & communem, ac veram tenendamque in iu-
dicando, & conſulendo dicit Viuius commun.
opin. libro ſecundo, opin. 48. clericus, &c. & mul-
ti ex prædictis allegant Bald. in quodam conſilio,
qui tamen mihi id nõ dicit. bene verum eſt quod
Bald. in cap. in præſentia, numero 9. de probatio.
videtur in hãc partem inclinare; dum dicit quòd
etſi viuente monacho inſtantia nõ tranſeat in mo
naſterium, quia tunc eſt ſucceſſor bonorum non
perſonæ, tamen poſt mortem monachi inſtantia
tranſit, quia ſuccedit perſonæ, & habetur in omni
bus pro hærede, atque ita vult quod inſtantia trã
ſeat; & diſtinctionem illam, an ſuccedat perſonæ
vel bonis, faciunt Bald. Caſtren. & Alexand. in
dicta l. ſi conſtante, §. fin. dum volunt quòd fiſcus
cõueniatur in loco iudicij inchoati per defunctũ,
quando ſucceſſit vt hæres: licet ſecus ſit, quando
ſuccedit vigore confiſcationis.
Et non obſtat quod clericus ſuccedens laico
ſit coram eccleſiaſtico conueniendus, quia hoc
eſt verum ſi non fuit cum laico defuncto inchoa-
ta inſtantia; quia cum habeat ſuos iudices, coram
eis debet conueniri. at ſecus eſt, quando iam eſt
inchoata cum laico; quia tunc non poteſt mutare
forum per rationes ſupra citatas.
Nec refragatur quod multi teneant etiam in-
choata inſtantia contra defunctum non poſſe cle
ricum coram laico conueniri, quia eorũ ſentẽtia
habet multos graueſq; cõtradicentes; nẽpe Bal.

Ange.Caſtren.Imo.Aret. Alex.Barbat. Roman.
Firmian.Milum,Cagnol.Gulielm.Bene.Marant.
Boer. & Viuium: qui ſicuti plures ſunt numero,
ita verioribus mouētur rationibus,quibus aduer
ſarij non ſatisfaciunt, vt ſupra latè demonſtraui.

Ea verò ratio, quam adducunt, quòd non re-
peritur iure cantum, clericum hæredem ligari ea-
dem inſtantia, quæ fuerat cępta contra defunctū,
non mouet, quia lege cautum eſt quod inſtantia
cępta contra defunctum tranſeat in hæredem, l.
ſi conſtante, §.fin.ff. ſoluto matrim. cum alijs ſu-
pra allegatis,& id generaliter eſt verum, & lex nō
diſtinguit inter hæredem clericum vel laicum;er-
go generaliter debet intelligi.l.de pretio.ff.de pu-
blicia.& contra clericum ſtat regula, ergo aduer-
ſarius habet intentionem fundatam ſuper ea, ita
vt qui vult dicere clericum fore exceptum,tenea-
tur probare. ita in ſimili reſpondet Dominus Be-
cius in conſi.93.nu.18.Reſpondeo etiam quod ſi
lex deficeret, ſufficeret naturalis ratio: eſt enim
17 imbecillitas intellectus † quærere legem vbi habe
mus rationem,l.ſcire oportet, §. ſufficit. ff. de ex-
cuſat.tutor.Iaſon in l.illam,col.2.C.de collation.
plures concordantes citat Neuizan.in Sil.nuptia-
li,lib.5.num. 21. at in præſenti caſu multæ ratio-
nes impellunt ad dicendnm quod inſtantia in-
choata tranſeant in clericum hæredem, vt ſupra
retuli, ergo non opus eſt lege.

Non contradicit etiam quod dictum eſt,inſtā-
tiam non tranſire in fiſcum ſucceſſorem: quia vbi
18 fiſcus† eſt hæres,proſequi debet iudicium coram
Iudice, coram quo litigabat defunctus. Imola in
d.l.ſi eum hominem, Caſtr. d.l.hæres abſens, in
prin.Caſtr.Rom.& Alex.in d.l.ſi conſtante, §. fi.
ff.ſoluto matrim. Felin.in d.cap.quia Gu. col.3.
vbi etiam Dec.num.10.quem ibi ſequuntur mo-
dern.addition. Cagnol. in d.l.2.num. 252. C.de
pact.inter empto.& vendit. & ratio eſt,quia tunc
non ſolum eſt ſucceſſor bonorum, ſed etiam per-
ſonæ, vt in ſimili conſiderat Bald.d.c. in præſen-
tia, num.9.& refert Alex.d.§.fi. Boſſius in tit. de
fiſco & priuileg. eius, num. 46.vbi ita diſtinguit,
inquiens opinionem Abb.in d.ca.quia Gu. dam-
nari communiter, atque ideo retorqueri poteſt
argumentum.

Minus repugnat quod non attendatur præ-
uentio, quando perſona præuenta non eſt ea-
dem: Reſpondeo enim quod etſi hæres non ſit
verè eadem perſona cum defuncto, tamen fictè
habetur pro eadem quoad iuris effectum, d. §. 1.
in Auct.de iureiuran.a morien. præſtito.fictio au-
tem idem operatur, quod veritas, l. qui ad cer-
tum.ff.locati. ita reſpondet Cagnol. d.l.2. num.
250.nec ſatisfacit reſponſio Cagnol. ibi dicentis
quod ratio repræſentationis perſonæ non proce-
dit in clerico,in quo non cadit facultas ſic conue-
niendi, vt in laico: quia hoc idem eſt aſſumptum,
de quo quærimus. & ratio huius propoſitionis
eſt adducenda, quia hic non principaliter conue-
nitur clericus, ſed in conſequentiam iudicij in-
choati a defuncto,ne diuidatur continentia cauſę,
& multa in conſequentiam permittuntur, quæ
principaliter non concederentur. ideo videmus
19 quòd clericus† conueniens laicum poteſt coram
laico Iudice reconueniri,Barto.in auth.& conſe-
quenter,colum.fi.C.de ſenten.Bal.in l.2.§.ſed ſi
agant.de iudic. Doctores in ca.at ſi clerici, de iu-
dic. & communem atque in iudicijs expeditam
poſt multos, quos allegat, tenet Maran. de ordi.
iudic.par.4.diſtinct.6.num.53.& diſtinct. 11.nu.
59.vbi latè apoſtil. ſicuti ergo poteſt reconueniri
propter præuentionem, & inchoationem iudicij
factam coram laico: quare non idem dicendum
eſt, quando iudicium eſt coram laico inchoatum
contra defunctum? ita arguit Imola in d.l.ſi eum
hominem.ff.de fideiuſſo.& cum non ſit in faculta
te clerici prorogare iudicium laici,vt in principio
pro parte contraria,non video qnare plus opera-
ri debeat præuentio ipſiuſmet clerici, quàm præ-
uentio eius,cui clericus ſucceſſit.qua ratione nō
placet dictum Rotæ in deciſ.552.in antiq.licèt ſit
vera deciſio per alias rationes,quas nunc non exa
mino,& per dictam rationem clericus author lau
20 datur, † cogitur coram eodem laico Iudice com-
parere, Bald.in l.1.C.vbi rem actio. & in authen.
clericus,C.de epiſc.& cler.Ang.in l.non ſolum,§.
quod vulgo. ff. de vſucapio. & plures alios citat
Capic. dicens communem in deciſ. 193. num.7.
Maran.d.par.4.diſtinct.11.num.78.

Quod item dictum eſt mutatione perſonæ mu
21 tari actionem, procedit quando perſona † muta-
ta non repræſentat perſonam primam. at vbi re-
præſentat eam ſubrogata ſapit naturam eius, cui
ſubrogatur, l. ſi eum. §. qui iniurarum, ff. ſi quis
caut.& hæres ibi conuenitur, vbi defunctus pote-
rat conueniri,l.hæres abſens.ff.de iudic. & fiſcus
quando ſuccedit vt hæres,ligatur inſtantia defun-
cti, vt dixi.

Poſtremò ſi dicatur contrariam ſententiam
debere obtinere tanquam magis eccleſiæ fauora-
bilem, vt dicebat Boer. dicta deciſio.69. numero
22 34. Reſpondeo quod eccleſia eſt cultrix † & au-
ctrix iuſtitiæ, cap. primo,§.ſed diuerſum,de alie.
feu.Iaſ.in l.quoties, colum.3.de rei vendic. plura
Neuiza.in conſilio 11.numero 11. & mater ęqui-
tatis, ideo non debet,nec vult tolerare quod quis
fruſtretur indebitis expenſis, quæ fiunt deſerto
vno indicio conuolando ad aliud, in quo grauą-
tur qui primum inſtituit iudicium, & hac ratione
inquit Cagnol. in d.l.ſecunda, numero 252.ſuiſ-
ſe in Taurinenſi Senatu retentam cauſam contra
clericum,qui laico ſucceſſerat inchoata inſtantia:
eadem quoque ratione euitandi expenſas, quæ
fiunt mutatione iudicij,inquit Boſſ.in tit.de fiſco
& priuileg.eius,quod Mediolanenſis Senatus in-
ſtructa cauſa ſi bona litigantis confiſcantur,man-
dat,quod contra fiſcum cauſa cognoſcatur a Iu-
dice,coram quo eſt inchoata,licet de iure eo caſu
inſtantia non tranſeat in fiſcum, ex quo ſuccedit
bonis, non perſonæ.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Negatiua probatur per inſpectionem actorum.*
2 *Sententia eſt nulla, quando continet notorium errorem facti.*
3 *Nullitas ſententiæ cognoſci poteſt per Iudicem, qui tulit ſententiam.*
4 *Sententia continens errorem facti expreſſum per relationem ad acta, eſt nulla.*
5 *Ob dictio, ſignificat cauſam.*
6 *Sententia euidenter iniqua, nunquam tranſit in iudicatum.*
7 *Excommunicationis ſententia eſt nulla ſi notoriè ſit iniuſta.*
8 *Apoſtolos ſufficit ſemel petere, nec pars tenetur ſæpius adire Iudicem.*
9 *Excommunicationis ſententia nunquam tranſit in iudicatum, ſed reuocari ſemper poteſt.*
10 *Apoſtoli peti & recipi debent intra triginta dies.*
11 *Apoſtolos ſi pars non recipit in tempore aſsignato a Iudice, cenſetur renunciare appellationi.*
12 *Apoſtolos tradendi tempus, quando incipit currere.*
13 *Appellatio eſt deſerta, quando pars eam non proſequitur intra annum, vel biennium.*
14 *Appellatione deſerta, idem eſt ac ſi non eſſet appellatum.*
15 *Res iudicata habetur pro veritate.*
16 *Sententia contra rem iudicatam, eſt nulla.*
17 *Sententia vt vitietur propter notorium errorem, neceſſe eſt quod error ſit expreſſus in ea.*
18 *Sententia vt vitietur p errorem ex relatione facta ad acta, requiritur q relatio ſit per modum cauſæ.*
19 *Sententia non dicitur referri ad acta per modum cauſæ, quando dicitur, niſi actis.*
20 *Negans factum cum qualitate, non cenſetur fateri factum ſimpliciter.*
21 *Sententiæ verba non probant vltra quam inferatur ex eis de neceſsitate.*
22 *Sententia non vitiatur propter expreſſum errorem, qui oculis corporalibus legi non poteſt.*
23 *Sententia in dubio interpretatur, vt ſe non referat ad acta.*
24 *Sententia excommunicationis non vitiatur ex errore expreſſo per relationem ad acta, ſed oculis videri debet.*
25 *Sententia lata ſine probationibus, non eſt nulla.*
26 *Apoſtoli quando non traduntur intra triginta dies, pars poteſt ſuam appellationem proſequi ſine eis.*
27 *Negligentia iudicis non excuſat, quando pars poterat adire ſuperiorē & ſibi contra Iudicē cōſulere.*
28 *Sententia excommunicatum declarans, differt a ſententia excommunicationis.*
29 *Sententia interloquutoria quo ad exequutionem trāſit in iudicatum, ſi non appellatur.*
30 *Excommunicationis ſententia non admittit appellationem poſt decem dies.*
31 *Appellatio poſt decem dies non admittitur a ſententijs, quæ non tranſeunt in iudicatum.*
32 *Excommunicationis ſententia tranſit iudicatum, quoad intereſſe partis, non quoad animam.*

Lib. II. Conſ. Io. Petri Surdi.

CONSILIVM CCXXIII.

PVBLICATIS monitorijs inſtāte Domino Gulielmo Nauazoto q̃a no. Stephanus Zoccola nō curauit propalare, quæ conſtabat eū ſcire de contētis in rotulo, Magnificus, & Reuerendus Dom. Andreas Cernola, Vicarius Caſalenſis Epiſcopi, declarauit eum eſſe nominatim excommunicandum, & a fidelibus vitandum per hæc verba, Viſis actis, cum omnibus depoſitionibus teſtium, & præcipuè propalatione facta per Zoccolam, &c. declaramus dictū Stephanum incurriſſe excommunicationem ob propalationē in tempore non factam, &c. a ſentētia Stephanus appellauit, & q̃a Vicarius protrahebat admiſſionem appellationis, inſtetit ſæpius tradi ſibi apoſtolos: poſt biennium autem cōparens Nauazotus narrat ſententiam feciſſe tranſitum in iudicatū, & petit illius exequutionē reſpectu dānorum & expenſarum, in quib. ille fuerat condemnatus: ſed Dominus Vicarius poſt aliqualem cognitionem dicit in ſententia ſe per errorem condemnaſſe Stephanū, credens eū propalaſſe, ſed extra tempus, cū tñ ipſe numquā propalauerit, ſed bene Antonius eius pater, & ita Stephanum abſoluit a petitis: appellat Nauazotus, & mag. D. Vicarius metropolitani Mediolanenſis cōfirmat primā ſñiam reuocata vltima ſententia D. Vicarij Caſalenſis; Zoccola verò appellante, cauſa appellationis cōmiſſa fuit Reu. Epiſcopo Aquēſi ſeu eius Vicario, qui motiuādo dicit videri D. Vicarium metropolitani malè iudicaſſe, & confirmandam eſſe ſñiam poſteriore loco latā per D. Caſalenſem Vicarium.

Primò, quia ſentētia declinatoria excōicationis erat nulla, tanquā lata per expreſſum errorē facti. præſuppoſuit enim D. Vicarius, q Sthephanus Zoccola propalauerit, ſed lapſo iam tpe conſtituto, & tñ in proceſſu nulla legitur illius propalatio, ſed vna Antonij eius patris, & hæc negatiua pro-
1 batur ex actorum † inſpectione, Bar. in l. fi. C. de reb. cred. cū pluribus apud Hercul. in tract. de negati. nu. 167. & nu. 176. quibus addi poſſunt Alc. in tract. præſump. reg. 3. præſ. 16. Crot. in conſ. 7. nu. 17. Natta in conſ. 45. nu. 3. Rol. in conſ. 1. nu. 72. vol. 1. Ceph. in cōſ. 144. nu. 1. D. Bec. in cōſ. 40. nu. 2. & idipſum Nauazotus profeſſus eſt in iudicio. q aūt ſñia fuerit lata p expreſsū facti errorē, probatur ex eius lectura, quoniā dicit, Viſis actis cū depoſitionib. teſtiū, & p̄cipuè propalatione facta p Zoccolā. & tñ in proceſſu nulla extat Stepha
2 ni Zoccolę ꝓpalatio. qñ aūt ſñia cōtinet † notoriū facti errorē reſultantem ex actis, eſt nulla, vt poſt But. Abb. Alex. & alios concludit Fel. in c. quoniā contra, nu. 26. de probat. & in c. inter cæteras, col. 5. ver. ſexta declaratio, de re iud. & ſtante nullitate non pōt trāſire in rē iudicatā: quinimo illemet Iu
3 dex, qui eā tulit cognoſcere † pōt de nullitate, vt m Bar. in l. Iudex poſteaq̃, ff. de re iud. cū multis citatis p Fel. in c. p tuas, col. fi. de ſent. excō. & in c. in

literis,col.pen. de off. deleg. plures addit Menoc.
in tract.de arbitr.iud.q.67.nu.1. & ſeq.& eo caſu
Iudex,qui primo cōdemnauit, pōt abſoluere,l.ſi.
C.de ſent.quæ ſine certa quant.Bald.in l.poſt ſen
tentiam,C.de ſent.& dicit Domin.in c.venerabi-
lis, §.porrò, col.2. de ſent. excom. in 6. ſequitur
Natta in conſ.444.nu. 15.& idem eſt,qn̄ error nō
eſt in ipſa ſententia, ſed in actis : ſi tamen ſenten-
4 tia refert ſe ad acta; quia cum relatum † ſit virtua-
liter in referente,l.aſſe toto,ff.de hær.inſtit.idē eſt
ac ſi error eſſet in ipſa ſententia, Bart. in l.1.C. de
erro.calcu.Innoc.& Butr.in c.cū Bertoldus, de re
iudic.latè Felin.in d.c.inter cæteras,colum.2.ver.
prima eſt, Iaſ. in l.præſes.ff. de re iudic. quinimò
nedum nulla eſt ſententia , quæ errorem continet
expreſſum, ſed eodē quoq; laborat vitio ſenten-
tia,quæ eam cōfirmat,l.eos,C.de appell. Iaſ.in d.
l.præſes,Ruyn.in conſ.74. nu.10.vol.4. & negari
non pōt,quin error ſit expreſſus ꝑ modum cauſę:
nam Iudex declarauit Zoccolam excōicatum ob
5 propalationem nō factā in tpe : dictio enim,† ob,
ſignificat cauſam,§.ſanè,in proœmio decret.l.1.ff.
q vi,aut clam,l.ſi ab hoſtibus,§.ſi vir, ff.ſol.matr.
Secundò, quia dicta prima ſententia notoriè
iniuſta & iniqua, nullis legitimis probationibus
præcedentibus non potuit tranſire in iudicatum:
6 hæc enim eſt vis iniquitatis euidentis, † vt impe-
diat tranſitum in iudicatū, & eius vigore ſemper
ſententia impugnari poſſit, Butr. in c.ſuam, in 1.
not.de pœn. Dec.in c.nouit, nu.10.de iud. & in c.
quoniam contra,nu.36.de probat.Bertr.in conſi.
156.nu.4.vol.4. Cæph. in conſi.442.nu.47. qui-
7 nimo excōicationis ſentētia notoriè iniuſta, † eſt
nulla,vt poſt Butrig. voluit Abb. in c. Odoardus,
in 3.col.de ſolut.Fel.d.c.inter cæteras, col.6.verſ.
ſecunda concl.
Tertiò,vbi etiam ſententia ſuiſſet valida, non
tamen potuiſſet tranſire in iudicatum, ex quo di-
ctus Stephanus ab ea appellauit. & licèt non ſit
proſequutus ſuam appellationem, tñ id contigit
culpa Iudicis,qui nunquā tradidit apoſtolos,cum
quibus poſſet præſentare ſe curię Metropolitanę.
nec dicatur quod curare debuit, vt intra triginta
dies traderentur, & ſæpius inſtare : nam rñdetur,
8 quod ſufficit ſemel adire iudicem † pro apoſtolis,
nec appellans tenetur ſæpius ab eo petere, vt te-
nent multi citati per Fel.in c.ex tranſmiſſa,de prę-
ſcript. Caſſad.deciſ.8.de appell.nu.10. Veſtrius in
ſua Praxi,lib.7.c.3.nu.34.& ibi Graua.nu.72.
Quartò,quidquid ſit in alijs ſententijs, clarum
eſt,quod ſententia excōicationis, de qua nos agi-
mus,pōt ſemper reuocari per eundem Iudicem,ſi
9 ſit iniuſta, vt eſt tex. in c.ſacro, de ſent. excom. &
ibi not.Abb.nu.5.idem voluit Spec.in tit.de ſent.
§.qualiter,nu.12.vbi mouetur duplici ratione,q̄a
eſt potius interloquutoria, quàm diffinitiua ; tum
ēt, quia eſt pœna magis quàm ſententia, Abb. in
rub.de ſent.exc.nu.2.Fel.in rub.de re iud.col.7.in
fi.nu.15.ſi igitur reuocari pōt ſicut interloquuto-
ria,ſequitur quod non facit tranſitū in iudicatum.

idem tenuit Iaſ.l. q iuſſit, nu.8.ff.de re iudicata.
Rectius tamen cogitanti viſum eſt ſententiam
Reuerēdi Domini Vicarij Metropolitani iuſtam
eſſe,& exequendam fore ſententiam primo loco
latam a Domino Vicario Caſalenſi, non obſtan-
te eo quod idem poſtea iudicauit,dum Zoccolam
abſoluit a petitis:prima enim ſententia tranſitum
fecit in iudicatū duplici ratione. Primò, quia etſi
ab ea Zoccola appellauerit,nō curauit tamen ha-
bere apoſtolos intra triginta dies, & appellationē
10 proſequi : apoſtoli enim † non ſolum peti,ſed re-
cipi etiā debent intra triginta dies, l.iudicibus,C.
de appell.c.ab eo,de appel.in 6.quod ſi appellans
permittit dictum tempus labi,cenſetur renuncia-
re appellationi, dicto c.ab eo,& clem.quāuis, co.
tit.& idem eſt, quando pars nō compareret in ter-
11 mino, quem ſibi Iudex † ſtatuit ad recipiendum
apoſtolos,d.clem.quāuis,ponit Card.in cle.2.eo.
ti.in §.1.Matthesil.not.21. etſi Iudex vel recuſat,
vel differt eos tradere, pars tenetur proteſtari, d.
clem.quāuis,gloſ.in l.1. ff. de libel.dimiſſ. Aegid.
conclu.343.Grau. ad Veſtr. d. c.3. nu.71. & ſeq.
Maran.de ordi.iud.in 6.p.in 2.actu prin. nu. 219.
12 & triginta illi dies incipiunt † currere a tempore
appellationis interpoſitæ,ſecūdum Hoſtien. in c.
1.de appellat.in 6.ſeu verius a die ſcientiæ,ſecun-
dum gloſ. Ioan. And.& Gemin.in d.c.ab eo, Rot.
deciſ. 29.in nouis.& hanc dicit æquiorem & con-
ſonam iuri,Maran.d.nu.220.Grauat.qui commu
nem dicit prædicto c.3.nu.65. Lancel. de attenta.
in 2.par.c.13.in princ.
Secundò,quia nō eſt proſequutus Zoccola ap-
pellationem intra annum,ideo ſententia fecit trā-
13 ſitum in iudicatum,† & appellatio eſt deſerta, l.
fin.§.illud,C.de temp.appel.clem.ſicut,de appel.
& ita tenuerūt Inno. Butr. & Imo.in c.ex ratione,
de appellat.& quamuis hæc opinio ſit dubia in la-
pſu ſolius anni, tñ ab omnibus recipitur, quod la-
pſo biennio appellatio habeatur pro deſerta, vt
eſt tex. in auct.ei,qui,C. de appel. & ibi hoc tenet
Bar.in ſi.idem Bar.in l.1.in fi.ff. nil noua. appell.
pend. Bal.in l.eos,in prin.col.2.ver.ſcias tñ,C. de
appel.Franc.d.c.ex ratione, col. 24.ver. ſecundò
quæritur,Pract.Pap. in form. reſp. iud. a quo ap-
pella.in ver. ſtatuit, nu.2. Veſtr.lib.3.c.5.nu.2. &
magis cōem dicit Mar.in d.2.actu,nu.231.incipit
autem biennium a die interpoſitæ appellationis,
& abſorbet atque includit triginta dies, qui præ-
figuntur ad petendum,& recipiendū apoſtolos,d.
clem.ſicut,notat Abb.d.c.ex rōne,in 1.not.& pa-
14 tia ſunt,non appellare,† vel appellationem inter-
poſitam deſerere,l.furti, §.1.ff.de his, qui not.in-
fam.l.fi.§.illud,C.de temp.appel.ibi, tanquam ſi
ab initio minimè fuiſſet prouocatum, Iaſ.d.l.præ
ſes, in fi.ff.de re iud. & ideo tali caſu ſentētia mit-
titur executioni, atque ſi appellatū non eſſet, d.
l.fi.§.illud,l.ſi cōtra maiorem, vbi Bart. C.de ap-
pellat. Ang.Imola, Caſt.Alexan. & Iaſ. in dicta l.
præſes, ad idē eſt gl.in l.2. in ver. exequutionem,
C.de temp. appell. Cardin. in clem. ſi appellatio-
ne,

ne,in 1.quæſt.de appell.& dicit Bald.in l.eos, nu.
7.ver.eſt & alia, C. de appell. quod fingitur retro
nunquam fuiſſe appellatum, & alios citaui in cõſ.
139.nu.10.& ſeq.vbi probaui quod effectus de-
ſertionis retrotrahitur quoad omnia.

Si verò ſnĩa ſecit tranſitum in iudicatum, non
25 potuit per eundem Iudicem reuocari,† quia facit
de albo nigrum,habetur pro veritate,l.res iudica-
ta,ff.de reg.iur.l.ingenuum,ff.de ſtatu hom.c.diſ-
finitiua,2.q.6.Spec.in tit.de ſen.§.fi.nu.15.& Iu-
dex,qui ſemel iudicauit,non põt iterum iudicare,
l.Iudex poſteaquã,ff. de re iud. alios concordãtes
citat Vant.de nullit.ex deſec.iur.ord.num.114.&
26 ſnĩa lata contra rem iudicatam,eſt nulla,†ſi de ea
fuit oppoſitũ,l.1.in prin.ff.quæ ſen. ſine appel. re-
ſcin.poſſ.l.poſt ſnĩam,C.de ſen.l.1.C. quan.pro-
uoc.non eſt neceſ.plures allegat Fel.in c.inter mo
naſteriũ,de re iud.Dec.qui reprobato Barto.dicit
hanc opinionẽ indiſtinctè procedere & eſſe cõem
in conſ.295.nu.4.vbi citat Butr. & Alex.Ruyn.in
conſi.62.nu.11.& conſi.124.nu.5.vol.5. Pariſ. in
conſi.108.nu.29.& ſeq.vol.4. & conſil.116.nu.6.
eo.vol.hanc item communem dicit Vant.in ti.de
nullit.ex deſe.proceſſ.nu.125.Natta in conſ.524.
num.4.quare ex his fundatur intentio Nauazoti,
& ſuſtinetur ſententia Dñi Vicarij Mediolanẽſis.

Non obſtat itaqne,quòd ſnĩa contineat expreſ
ſum facti errorem, quia fundetur ſuper propala-
tione Stephani Zoccolæ, qui tñ non depoſuit. re-
ſpondetur enim,quod vt ex hac cauſa vitietur,ne
27 ceſſe eſt ꝙ error † ſit in ipſa ſnĩa expreſſus,But.in
c.ab excommunicato,de reſcrip.Abb.in c.1.nu.4.
& 8.de re iud.Iaſ. qui alios citat, in l.ſi is, ad quẽ,
nu.23.ff.de acq.hær.vbi poſt Aret.quem citat, al-
legat tex.in c.per tuas,de ſen.excomm. hic autem
error non eſt in ſnĩa expreſſus,quia ex ea non põt
inferri quod Iudex errauerit. & quamuis ſit erro-
rem deprehẽdi per relationem, quam Iudex facit
ad acta, tñ id procedit qñ refert acta per modum
28 cauſæ diſpoſitiuę,† non qñ enunciatiuè cõmemo
rat acta,vt declarant Bar. & Bal.in l.1.C.de erro-
re calcu.& melius Bal.in l.2.nu.2.C.de re iud. vbi
ſubdit quod ſi Iudex dicat, eſt probatũ per tales
teſtes,ideo condemno, ſnĩa non erit nulla,quam-
quam illi teſtes non probent, ſequitur Aretin.in
d.l.ſi is, ad quem,& in c.quoniam contra, de pro-
batio. & hanc ſnĩam ab impugnationibus defen-
dit Felin.in d.ca.inter cæteras,col.3.ver.tertia de-
claratio. & ne aliena transferam, infinitos conge-
rit Vant.d.tit.de nullit.ex deſe.proceſſ.nu.129.&
ſeqq.Hic verò,etſi Iudex mentionem faciat de te-
ſtium depoſitionibus, de actis & de propalatione
Zoccolæ:tñ id facit per modũ non cauſæ,ſed enun
ciandi, quia dicit, viſis actis cum depoſitionibus
teſtium,&c. non ad demonſtrandnm,quòd ſuam
29 ſnĩam † ſuper illis fundauerit, ſed vt declaret ſe
acta vidiſſe: vti ad validitatem ſnĩæ neceſſe erat:ita
in propoſito eam Indicis aſſertionẽ declarat, Are.
in cõſi.156.col.2.vbi allegat Inno. & ſubdit quod
ſi illa verba,viſis actis,&c.intelligerentur probata
per modum cauſę,oẽs ſentẽtiæ iniuſtæ,eſſent nul-
læ, quia ſemper ea apponuntur a Iudice in ſenten
tijs,quod tñ eſſet abſurdiſſimum. ſed ante eum id
voluit Butr. in conſi.27.col.1. dicens non efficere
illa verba, vt ſententia referatur ad acta per modũ
cauſæ, ſequitur Iaſ.in d.l.ſi is, ad quem, nu.24.&
in l.1.nu.11. C.de erro.calcu. vbi ait diligenter no
tandum,Fely.in d.c.inter cæteras, col.3.ver.tertia
declaratio, Iaſ.d.l.præſes,nu.2.ff. de re iud.Vant.
d.tit.de nullit.ex deſec.proceſſ.nu.130. & dum Iu
dex mentionem faciat de propalatione Zoccolæ,
intelligit non de Stephano, qui non propalauit,
ſed de Antonio eius patre, cuius propalatio legi-
tur in proceſſu;& ita nõ credidit Iudex quòd Ste-
phanus propalauit,nec in hoc errauit.

Nec mouet, quòd hic videatur per modũ cau-
ſæ facta relatio ad acta, dum Iudex dicit Stepha-
num excõicatum ob propalationem in tempore
non factam,& ita ſenſerit Stephanum propalaſſe,
ſed extra tempus,cum tñ non Stephanus,ſed An-
tonius pater propalauit.Nam reſpondeo non eſſe
verum, quòd intellexerit de Stephano, nec id in-
ferunt illa verba: ſi enim Stephanus nunquã pro-
palauit,vtique verum eſt dicere,quòd non propa
20 lauit in tẽpore: negans † enim factum cum qua-
litate,non cenſetur fateri factum, & ſolam negare
qualitatem, Bal.in l.Gallus,§.forſitan,ff.de lib. &
poſthum.vbi dicit, quod negans ſnĩam rectè latã,
non videtur fateri ſententiam eſſe latam,ſequitur
Imola ibi,col.7.Sal.in l.qui ſe patris, num.12.C.
vnde lib.Alex.in conſi.49.nu.10.vol. 7.alios plu-
res citat Deciſ.Pedem.178.nu.7.& ſeq.vbi infert,
quòd reſpondens ſe non ratificaſſe ſponte, non fa
tetur ratificaſſe: ita in propoſito dicens Vicarius
Stephanum non propalaſſe in tempore, non ad-
mittit eum propalaſſe,nec de neceſſitate id ſuppo
nit,proindeq; non poteſt dici,quod pręſuppoſue-
rit Stephanum propalaſſe, & conſequenter erra-
uerit, & crediderit eum propalaſse. Confirmatur
21 etiam, quia uerba ſententiæ † non plus probant,
quàm ex eis inferatur de neceſſitate, l. ſi quis a li-
beris,§.vel ſi parens,ff.de lib.agno.l.1. C.de ord.
iud.l.2.C.de ord.cogni.l.penul.ff.de bis, qui ſunt
ſui,vel alieni iur.Barto.in l.Iulianus,num.5.ff.de
cond.ind.Alex.in conſi.108.num.2.vol.5. Dec.in
conſi.323.nu.1.Ruy. in conſi.31.nu.1.vol.5.Rol.
in conſi.79.num.10.& ſeq.volum.3.& eius verba
non extenduntur ad intellectum, quem poſsent
habere ex lata ſignificatione,Abb. in c.dilectus,n.
2.de off. ord. Iaſ.in l.centeſimis, §. fin.ff.de uerb.
ſign. Ripa in l.2.num.26.C.de eden.& facit,quia
dicitur minus ſoluere, qui nihil ſoluit, l.minus, ff.
de verb.ſign.Cur.iun.conſ.22.num.7.

Secundò reſpondeo quod etiã ſi ex prædictis
poſset aliquo modo inferri, quod Vicarius ſenſe-
rit Stephanũ propalaſse, tñ adhuc ſententia non
eſset nulla tanquam continens expreſsum errorẽ:
nam ad illius inualiditatẽ neceſse eſt, quod error
corporalibus oculis videri poſſit,nec ſat eſt,quod
ex mente ſententia reduci poſſit ad erroneum in-

tellectũ,

22 tellectũ,† quia eſſet error ſubauditus,& interpre-
tatiuus,& ita pulchrè determinat Inno. in ca.P.&
G.nu.3.de off.deleg. & dicit Bal.in c.quod trãſla
tionem,col.pen.ver.de ſnĩa,de off.deleg. boc eſſe
valde notabile, & iſtud dictũ reputant ſignanter
notandum Butr.in ca. ab excommunicato, de re-
ſcript.& Abb.in c.1.de re iud.ſequitur Ale.in cõſ.
79.nu.7.vol.2.vbi dicit,vt ſententia reddatur nul
la per expreſſionem erroris, requiri quod ſit tali-
ter expreſſus,vt corporali oculo legi & inſpici poſ
ſit in ipſa ſnĩa,Fely.in c.tranſlato,nu.2.de conſti.
& in ca.1.col.7.ver.limita quintò, de re iudic. vbi
dicit,quod error apparere debet ex verbis expreſ-
ſis ſententię:ſecus ſi oculo mẽtis virtualiter elicia-
tur ex intellectu verbum, quia non ſufficit æqui-
pollens. hanc etiam dicit notabilem limitationẽ,
& valde neceſſariam Iaſ.in l.1.nu.10.C.de errore
calculi. & communem cõcluſionem appellat Ale.
in conſi.59.nu.11.vol.3.dicens quod ad inualidã-
dum actum non eſt par virtus taciti,& expreſſi, la
tè Vant.in d.tit.de nullit.ex defec.proceſſ.nu.22.
Nat.in conſi.524.nu.18. & in conſi. ſeqq.nu.36.
hic uerò non eſt expreſſus error, nec legi poteſt,
ſed ex aliquibus coniecturis ſupra relatis, nec eis
quidẽ ſatis validis oſtenditur. ergo ſententia non
eſt nulla, & qñ eſt dubiũ, an Iudex referat ſe præ-
23 ciſè ad acta, vel nõ,fieri debet interpretatio † pro
validitate ſententię,vt poſt Bar.& Bal.ponit Are.
d.conſi.156.col.2.Abb.in ca.1.nu.7.de re iud.

Tertiò reſpondeo, quod in ſententia excõmu-
nicationis inductum eſt,quod non ſufficit eam er-
rorem cõtinere per relationem ad acta, ſed debet
24 error † oculis ſubijci corporalibus, nec aliter eſt
nulla,vt probatur in c.per tuas,de ſent. excomm.
per quem tex.ita dicit Aret.in c.quoniam contra,
quem citat Fely.in d.ca.inter cæteras, col.5.verſi.
octaua declaratio.quamuis relinquat cogitãdum.

Parum ẽt mouet,quod ex ſentẽtia Domini Vi-
carij Caſalenſis eſſet notoriè iniuſta, ideo non fe-
cerit tranſitũ in iudicatum: nã hic non cadit noto-
ria iniuſtitia, quia conſtat ex pluribus probatio-
nibus Stephanum Zoccolam fuiſſe conſciũ corũ,
quæ in rotulo continebantur;& pro eo, quod non
curauit propalare, iuſtè fuit nominatim excõmu-
nicatus, ſeu declaratus pro excõmunicando, nec
fuit neceſſarius iudicialis ordo in ea cauſa, vti ꝓ-
bat per multa Ale.omnino videndus,in conſ.134.
per totũ,vol.7.Pręterea,vt ſententia notoriè iniu-
ſta reddatur nulla, & non tranſeat in iudicatũ, ne-
ceſſe eſt, quod iniuſtitia inſurgat aliũde quàm ex
eo quod is,qui obtinuit,non probauerit: ſnĩa ete-
25 nim lata ſine probationibus,non eſt nulla,† quia
probationes non ſunt de ſubſtantia iudicij, ſed
pars grauata debet appellare, aliàs ſnĩa tranſitum
facit in iudicatum.ita determinãt Bart.& Bal.in l.
prolatam,in fi.C.de ſenten.Bal.in l.2.C.de eden.
But.in c.eccleſia,de conſti.Ale. in conſi.105.vol.
5.Aſſlict.in deciſ.47.nu.2.& 4.Dec. in conſ.295.
nu.2.Ruy.conſi.38.nu.2. in conſi.68.nu.2.vol.5.
Soc.iun.in conſi.38.nu.27.vol.2. Vant. de nullit.
ex defec.proceſs.n.122.& 130.Menoc. de arbitr.
iudi.q.33.n.11.Bero.in rub.de iudic.n.20. Con-
tard.in l.vnica,limit.9.nu.60.C.ſi a mom. poſſeſ.
vbi nu.59.dicit in propoſito, quod tali caſu mani
feſta iniquitas circa probatoria non vitiat ſenten-
tiam,quãdo Iudex non ſe refert expreſsè ad acta.

Remouetur & tertium, quia ſi Zoccola feciſset
omnem diligentiam pro habendis apoſtolis, non
tñ excuſaretur,quia lapſis triginta diebus,qui Iu-
dici ſtatuuntur ad eos dandũ,tenetur pars compa
rere coram ſuperiore,& proſequi appellationem:
quia vbi Iudex negligit,perinde eſt ac ſi recuſaret,
26 nec eo caſu neceſsarij ſunt † apoſtoli ad validita-
tẽ appellationis,vt probatur in d.c.ab eo,in fi.vbi
glo. fi. dicit quod in Iudice differente apoſtolorũ
traditionem æquiparantur dolus & negligentia.
& dicit tex.in clem.quamuis, in fi. de appella. qđ
ſi Iudex inſtanter requiſitus non curet apoſtolos
tradere intra triginta dies, licebit appellanti pro-
ſequi appellationẽ,atque ſi expreſsè denegaſset,
idem dicit gl.in ca.vt ſuper, ver.ex tunc,de appel.
in 6.idem voluit Rota in deciſ.406. in nouis. vbi
col.1. dicit quod etſi lapſis triginta diebus poſſit
Iudex apoſtolos exhibere ad inſtructionem Iudi-
cis ad quem,& teneatur pars eos recipere: tamẽ ſi
oblatos recuſet pars habere, poterit nihilominus
ſuam appellationem proſequi intra annum primi
fatalis, quia per lapſum triginta dierum Iudex a
quo amittit iuriſdictionẽ,nec eam reaſſumit ſi ve
lit poſtea tradere apoſtolos, qa terminus eſt per-
emptorius. & dicit Pract. Pap. in form. reſponſ.
Iudi.a quo,in verſi.ſtatuit,nu.5. quod vbi Iudex
negat apoſtolos,appellans tenetur ſtatim adire ſu
periorem,& ſuam producere appellationẽ, addi-
tio ad Matheſil.notab.21. Veſti.d.ca.3.nu.34.er-
go excuſabitur Zoccola propter Iudicis negligen
tiam,attento quod poterat apoſtolis vlterius non
expectatis ſuam proſequi appellationem,quę nũc
eſt deſerta non ſola culpa Iudicis, ſed etiam par-
tis.facit quod dicimus, impedimentum non excu
ſare,qñ eo ceſsante actus nihilominus non fuiſset
expeditus,Bar.in l.qui comeatus,ff.de re milit.cũ
multis congeſtis per D.Becium,conſ.104.num.3.
27 Accedat quod Iudicis negligentia † non ſolet par
tem excuſare, q̃ potuit recurrere ad ſuperiorẽ, &
ſibi conſulere contra negligentem Iudicem, Butr.
in c.ex ratione,in 5.q.nu.46. de appel. tunc enim
non ſola interuenit Iudicis negligentia,ſed partis
quoque accedit culpa. ideo imputandum illi eſt,
Ale.in conſi.72.nu.5.in fin.vol.6.ubi nu.7. dicit,
idem eſse qñ allegatur culpa partis, quia non ex-
cuſat, ſi adeundo ſuperiorem poterat remoueri,
Dec.in conſi.677.nu.5.& dixi in conſil. 8.nu.24.
quid eſt igitur, quod Iudicẽ accuſet Zoccola, qui
lapſis triginta diebus poterat,& debebat confuge
re ad metropolitanũ,&introducere appellationẽ.

Vltimo obiecto reſpondetur,quod etſi ſenten-
tia excommunicationis ſapiat interloquutoriã po
tius quàm diffinitiuam,atque ideo reuocari quan
docunque poſſit; tamen in præſenti facto non vi-
detur

detur principaliter agi de excõmunicãdo Zocco-
lã, ſed de declarando eum cõprehenſum in excõ-
niunicatione, quæ fuerat lata in genere, & ita de-
28 claratoria † non; eſt illa, quæ eũ excommunicet,
ſed declarat eũ iam fore excõmunicatum. ita in ſi-
mili declarat Soci. cõſ. 20. col. 12. ver. ad p̃dicta ẽt.
inter cõſ. Cur. ſe. Colleg. Florẽ. cõſ. 21. col. pe. ver.
ſecũdò reſpondetur, in eo. vol. vbi allegantur alij.

Reſpondeo ſecundò, ꝙ interloquutoria nun-
quam tranſit in iudicatum reſpectu Iudicis, qui
ſemper poteſt eam reuocare, ſed reſpectu partis ſi
non reclamat intra decem dies, vel ſi interpoſitã
29 reclamationem deſerit, mittitur † exequutioni, &
tranſit in iudicatum, c. dilecti, de electio. c. ſignifi-
cauerunt, de teſtib. Bar. in l. quod iuſſit, nu. 11. Iaſ.
nu. 28. & Ripa, n. 32. ff. de re iud. vbi dicunt quòd
Iudex poteſt quidem ex officio reuocare, ſed non
ad inſtãtiam partis, & lapſis decem diebus inter-
loquutoria tranſit in iudicatum ẽt ex tacito partis
conſenſu, vt dicit Iaſ. in loco prædicto, Bertran. in
conſ. 209. nu. 3. & conſ. 307. num. 6. vol. 2. & pro-
pterea ſat eſt quòd tranſiuerit in iudicatũ quoad
Zoccolam, qui petere nõ põt, quod ea reuocetur.

Et in tantum id verum eſt, vt lapſis decem die-
30 bus non amplius audiatur † quis per viam appel-
lationis, vt concludit gl. in c. ad reprimendum, in
verſi. ſuſpendatur, in fi. de off. ord. vbi dicit ꝙ au-
ditur ſolum per viã querelæ. & infert, quòd ideo
adire non poterit metropolitanũ, quia is non ha-
bet iuriſdictionẽ, niſi cauſa ad eũ deuoluatur per
appellationem, & loquitur in terminis de ſenten-
tia excõmunicationis, & ibi Abb. nu. 6. dicit illam
gl. ſingularem, menti tenendam, & a Doctoribus
communiter approbatam: quia & ſi excommuni-
cationis ſententia poſſit ẽt poſt mille annos retra-
ctari, & idem ſit in qualibet cenſura, vt eſt ſuſpen-
ſio & interdictum, quia dirigitur in animam, quæ
inuita ſeparari non poteſt a gratia Dei, tñ quoad
alios effectus tranſit in iudicatum, ſicut aliæ ſen-
tentiæ, & ideo debet appellari intra decem dies.
idem dicit Abb. in c. cõſanguinei, nu. 9. de re ind.
vbi inquit illam glo. eſſe notabilem, Philip. in ca.
directæ, col. pe. de appellat. Felin. in c. lator, col. 3.
verſi. tertia declaratio, de re iud. vbi allegat Butr.
Imo. Abb. & alios, idem Felin. in d. ca. conſangui-
nei, col. 1. ver. fallit ſecundò. & eſt generale in ſen-
tentijs, quæ non tranſeunt in rem iudicatam: ideo
dicit Abb. in c. ex parte, num. 13. de reſtit. ſpoliat.
quòd & ſi ſententia lata in cauſa matrimonij non
tranſeat in iudicatum, quoad hoc vt ſemper retra-
31 ctari poſſit, tñ non auditur cõdemnatus † per viã
appellationis, niſi intra decem dies appellauerit,
quia tranſit in iudicatum, ne poſt tempus admit-
tatur appellatio, & idem dicit Caſtren. in conſilio
355. nu. 2. vol. 1. vbi dicit quod lapſo tempore ſen
tentia mittitur exequutioni, alias iudicium in cau
ſa matrimoniali eſſet ſemper ludibrio, quia nun-
quam eſſet locus exequutioni, & vlterius dicunt
Abbas & Caſtr. in locis prædictis poſt Inn. quem
citant, quod Iudex non dẽt ſine iuſta cauſa audire
quemquã contra ſnĩam matrimonij; & quod ſnĩa
in cauſa matrimoniali tranſeat in rem iudicatam
quoad prædictos effectus, ponit Feli. in d. c. lator,
col. 4. ver. ſexta declaratio, & Natta in conſi. 444.
n. 12. & generalem regulam ita conſtituit Maran.
de ord. iudi. in 3. par. 6. p. prin. actu 1. in fin. vbi
poſt Philip. Franc. dicit idem eſſe, qñ fuit appella-
tum in tẽpore, ſed appellatio deſeritur, quia ſnĩa
mittitur exequutioni, ſicuti ſi non eſſet appellatũ,
& hos terminos parificat quoque Natta in loco
prædicto. quia ergo Zoccola non eſt proſequutus
appellationẽ, ſententia fecit tranſitum in iudica-
tum, & venit exequenda atque ſi non appellaſſet.

Demum reſpondeo, quod ſnĩa excommunica-
tionis licẽt quatenus ligat animam, reſpicitq; in-
tereſſe publicũ, non tranſeat in iudicatũ, tñ quoad
32 alia, quæ priuatum † concernunt intereſſe, tranſit
in iudicatum, & mittitur exequutioni, nec retra-
ctari põt, vt concludit Ioan. And. in c. venerabili-
bus, col. 2. verſi. item videtur ſi tantum, de ſen. ex-
com. in 6. vbi dicit quod ſi propter contumaciam
fuit quis excommunicatus & damnatus expẽſis,
ſentẽtia tranſibit in iudicatum, ſi non appelletur,
non quoad vinculum excõicationis, ſed quoad
contumaciã, & expenſas, ſequitur Abb. d. c. ad re-
primendum, nu. 7. quia non appellando videtur
ſecundum eum acquieuiſſe, & ponit rationẽ: nam
ideo ſemper retractatur ſententia, quia nunquam
eccleſia claudit gremium peccatori pœnitenti. hæc
aũt ratio non concernit intereſſe priuatum vel pe
cuniarium, ergo quoad effectus, in quibus ceſſat
dicta ratio, ſententia excõicationis ſortitur natu-
rã aliarum ſententiarum. idem tenet Abb. in d. ca.
conſanguinei, nu. 6. vbi refert Hoſt. dicere quòd
ſententia excõicationis quoad priuatam vtilita-
tem tranſit in rem iudicatam, ſed non quoad pu-
blicam. & Felin. ibi, col. 1. verſi. fallit primo. quare
ſequitur quod Zoccola, quod attinet ad damna,
expenſas & intereſſe, in quibus fuit condemnatus
verſus Nauazotum, non poteſt impugnare ſentẽ-
tiam, quia Dominus Vicarius Caſalenſis Epiſco
pi primo loco protulit eũ condemnando, & quod
illa ſententia tranſitum fecit in iudicatũ eo quod
proſequutus non eſt appellationem, ſed eam de-
ſeruit permittẽdo labi primum & ſecundũ fatale.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator cenſetur etiã relinquere partem hæredis, quando res legata eſt ſibi communis cum hærede.*
2 *Teſtator cenſetur legare etiam ius alienũ, & quod non habet, quãdo legat totum vel integrũ prædiũ.*
3 *Teſtator videtur totum prædium relinquere etiam alienum, quando legat ad menſuram. limita tamen, vt num. 13.*
4 *Creditor recipiendo vel petendo partem crediti, non cenſetur aliam partẽ remittere. Declara, vt n. 13.*
5 *Conſentiens non ſibi præiudicat circa ius futurum & ſuperueniens.*
6 *Teſtator in dubio cenſetur relinquere ſolum ius, quod habet in re.*

Obſer-

7 *Obſeruantia ſequuta declarat quid includatur in diſpoſitione.*

8 *Præſentia cum taciturnitate inducit conſenſum, quando concurrit aliquis poſitiuus actus.*

9 *Conſentiens alienationi rei, ſibi præiudicat in iure quod prætendit.*

10 *Teſtator cenſetur ſolum partem ſuam legare, licèt res ſit cum hærede communis, quando legat de bonis ſuis. vbi ampliat.*

11 *Compenſatio legati cum debito neceſſario non fit, quando teſtator legat de bonis ſuis.*

12 *Proœmium declarat intentionem diſponentis.*

13 *Teſtator non cenſetur totum prædium legare, quando menſura ponitur poſt demonſtratum corpus.*

14 *Moneta ſi ignoratur de qua ſenſerint partes, declaratur ex ſequutis ſolutionibus.*

CONSILIVM CCXXIIII.

SPECTABILIS Dñs Andreas Gaius Phiſicus Aſtenſis, cum poſſideret omnia bona cõmuniter, & pro indiuiſo cum no. Antonio Gaio, & ſororibus eius nepotibus ex fratre, ſuum condidit teſtamentum, in quo inſtituit Antonium eius nepotem hæredem, eoque decedente ſine filijs legauit Antonio Maſſacio petiã vnã terræ ſuper finibus Inſulæ ibi demonſtratam pro tanta, quanta eſt intra confines: viuens aũt hæres cum deueniret ad diuiſionem bonorum. tũ ſororibus repreſentãdo legati diẽ tradidit dicto Maſſacio vigore prædicti teſtamẽti medietatem dicti prædij: mox verò deceſſit ſine filijs, & ei ſorores ſucceſſerunt, nũc Maſſacius petit aliam medietatem recuſantibus prædictis ſororibus eã tradere, & videtur actorem ius fouere: primò, quia etſi regulariter teſtator videatur ſolum relinquere ius ꝙ
1 habet, tñ quando res legata † eſt cõis cũ hærede, videtur totam reliquiſſe, ex quo nõ grauatur hæres eam partem redimere, l. vnum ex familia, §. ſi rem, in fi. cum l. cum filius, §. dominus, ff. de leg. 2. & ita tenet Bar. in l. ſerui electione, §. fi. ff. de leg. 1. Bald. in conſi. 418. nu. 2. vol. 5. vbi dicit, quod ita intelligũtur omnia iura diſponẽtia quod teſtator videatur legare ſolum ius, Caſtr. in d. §. fi. num. 8. Alexan. nu. 2. verſi. tertiò limita, Iaſ. nu. 29. Socin. nu. 3. verſ. ſecundò limita, & Ripa, num. 13. vbi dicit communem, Roman. in ſing. 740. Corne. in conſi. 84. num. 8. vol. 2. Ruin. in conſi. 25. nu. 18. in fi. & in conſ. 74. num. 4. vol. 2. Aret. in §. non ſolum autem, num. 3. ver. ſecundo caſu principali, Inſtit. de legat. Gom. in tit. de legat. c. 12. nu. 15. circa fin. verſi. limita tamen ſuperiorem, Natta in conſi. 110. num. 6. Rolan. in conſi. 71. nu. 29. vol. 2. Crau. in conſi. 133. nu. 4. & hanc omnes dicunt eſſe communem ſententiam.

Secundò demonſtratur, quia teſtator poſtquã appoſuit confines, dixit, pro tãta quanta eſt petia intra dictos confines. hæc enim verba videntur deſignare totum, & integrum illud corpus, atque ſi dixiſſet, lego totum prędium, vel integrum pre-
2 dium, quo caſu cenſetur teſtator totum † legare, etiam ſi pro parte foret alienum, l. Iulianus, in fin. ff. de leg. 3. Bar. in d. l. ſerui electione, §. fi. in fi. ſequitur Ang. ibi, ver. ſi autem, Caſtr. nu. 6. Alex. nu. 2. ver. quia ſi teſtator, Socin. nu. 3. Iaſ. num. 24. & Ripa, n. 14. Imola in l. ſi domus. §. fi. col. 2. in prin. ver. ſi autem habeat partem. ff. de leg. 1. Dec. in conſi. 69. nu. 4. ver. & ad hoc ſpecialiter, Ruin. in conſi. 57. nu. 1. vol. 1. Duran. de arte teſtan. tit. 6. caut. 4. nu. 2. Natta in conſi. 117. nu. 1. vbi idem vult, quando teſtator vtitur vniuerſali ſigno, vt ſi leget quaſcunque domos, Cæphal. in cõſi. 36. nu. 12. & in conſi. 446. num. 19. vbi allegat Aret. in d. §. non ſolum, col. 2. Gomeſ. d. c. 12. nu. 15. circa fi. Simon de Pret. in tracta. de interpret. vlt. volunt. lib. 4. in 1. interpret. circa legata, dubita. 3. nu. 9. ver. cum denique. cum ergo teſtator videatur totã rem legaſſe, venit etiam pars quæ eſt hæredis.

Tertiò ſi illa verba, pro tanta quanta eſt, &c. referamus ad menſuram, ita vt totam ſignificent menſuram corporis concluſi intra confines additos, res videtur clarior, quia teſtator exprimendo
3 menſurã prædij, videtur totum relinquere, † alias legatarius non haberet menſuram enunciatam, vt explicat Bar. in d. l. ſerui electione, §. fi. in fi. vbi dicit idẽ eſſe quod menſura exprimatur, vel quod totum corpus relinquatur, & ſequũtur ibi omnes Doctores. ſicuti igitur & illa pars veniret in legato, quæ non erat teſtatoris, ſi legaſſet expreſſa certa menſura: ita venire debet, qñ teſtator prædium legat ſub illa verborum conceptione, pro tanto, quantum eſt. idem enim videtur ac ſi dixiſſet, quantumcunque ſit vel cuiuſuis ſit menſuræ.

Nec obſtat, quòd idem legatarius partem fundi acceptauerit ab hærede, atque ita ex obſeruantia ſequuta declaratum uideatur, quid comprehenderetur in legato: ad hoc enim reſpondetur,
4 quòd creditor recipiendo partẽ † debiti, non cenſetur aliam partẽ remittere, ſed eam petere põt, vt probatur ex his, quę ponit gl. in §. ſi minus. Inſti. de actio. ubi dicit, quod qui partẽ debiti petijt, & obtinuit, põt aliam partem petere coram eodem Iudice, Matheſil. in notab. 115. ubi latè agũt apoſtillæ, & ponunt Doctores in l. quidam exiſtimauerunt, præcipuè Iaſ. in fi. ff. ſi cert. pet. & aliquid in l. cum quædam puella, §. fi. ff. de iuriſd. om. iud. ubi quærunt, an petere poſſit creditor partẽ debiti in uno iudicio, & aliã partem in alio: eſſet enim ſuperflua quæſtio, ſi petendo partẽ cenſeretur remittere reſiduum. ſed in terminis, ꝙ petendo uel recipiendo partẽ ſibi non præiudicet, niſi utatur taxatiua, ꝓbatur in l. rationes. C. de probat. Bar. in l. ſi cũ dos, nu. 2. ff. de actio. rer. amota. Caſtr. in l. Lucius. §. fi. nu. 2. ff. ad Trebellia. & id confirmatur in contingentia facti uiua ratione: nam legatũ factum fuerat ſub conditione, cum Antonius deceſſiſſet ſine filijs. ſi uerò hæres partem rei legatæ tradidit ante euentum conditionis, quam tñ eo tẽpore tradere nõ tenebatur, cautè fecit legatarius recipiendo id, quod ſponte & nullo iure cogente

repre-

repręſentabatur,nec poterat opponere,quod to-
ta res eſſet ſibi debita, cum in eã diem purificata
non eſſet conditio.

Non ēt mouebit ſi dicatur,quòd legatarius nō
dum pręiudicauit ſibi recipiendo partem rei lega-
tæ,ſed abdicaſſe videtur a ſe omne ius cōpetēs, ex
quo conſentit aliam partē eiuſdem rei dari vni ex
ṗdictis ſororib. nunc conuentis pro ſuis dotibus:
quia rñdeo quod ius legatarij dependebat a futu-
5 ro euentu,ideſt a morte hæredis ſine filijs: † con-
ſenſus autem alienationi adhibitus nō præiudicat
quoad ius de ſu turo & ſuperueniēs ex noua cau-
ſa,Doct.in l.qui Romæ,§.duo fratres, vbi Ripa,
nu.77.ff.de verb.obl. Bal.in conſi.440.vol.3. tra-
dunt Bar.Bal.& alij omnes in l.1.C.de pact.& la-
tè dixi in cōſ.70.nu.5.& ſeq.vbi probaui, ꝙ fidei-
commiſſarius vocatus ſub cōditione,ſi interim cō
ſentiat rem fideicommiſſo ſubiectam alienari,po-
terit eueniēte caſu rem petere,nec ille conſenſus
obſtabit.

Quibus tñ nō obſtantibus arbitror actori nul-
lum ius competere in ea parte, quæ erat ipſarum
ſororũ de Gaijs, quia teſtator ĩ dubio relinquere
6 videtur ius, † quod habet in re, non id quod non
habet,d.l.ſerui electione, §.fin. l.quod in rerum,
§.1.l.ſi domus,§.fi.ff.de leg.1.l.vxor patrui,C.de
leg.Bal.Caſtr.Iaſ.& alij in l.1.C.qui teſt.ſac.poſſ.
Dec.in conſi.454.nu.11.Duran.de arte teſtan.ti.
6.caut.4.in prin. Gomeſ.d.ca.12.tit. de legat.nu.
15.in prin.latè Mant. de coniect.vltim. vol.lib.9.
tit.1.nu.8.Simon de Pret.in tracta. de interp.vlt.
vol.lib.4.tit.de interpret.circa lega.dubita.3.nu.
2.poſt Doctor.in d.l.ſerui electione,§. fin.vbi am
pliant procedere,ēt ſi confines appoſiti a teſtato-
re circumcludant totam rē.cuius cōcluſionis plu-
res rationes afferuntur:nam teſtator cenſetur hæ-
redem grauare quanto minus fieri poteſt,l.vnum
ex familia,§.ſi rem,l.ſi ita relictũ fuerit,in fi.princ,
& l.Sempronius,ff.de lega.2. item vltima volun-
tas ideo videtur adinuenta, vt homines de rebus
proprijs diſponere poſſint, ideo videtur in dubio
teſtator de proprijs reb. relinquere,nō de alienis,
Aret.in cōſ.154.& conſ.ſeq.idē Aret.in l.1.§.vlt.
circa fi.& in l.qui duos,col.1.ver.hæc tñ cōcluſio,
ff.de vulg.& pup.atque adeo verum eſt, quòd etſi
teſtator poſſit rē hæredis legare non minus, quàm
propriam,vt in d.§.ſi rem,& in §.non ſolum,& §.
ſi res legata,ver.ſi verò,& ibi gl.& Doct.Inſtit. de
legat.tamen ſi verba ſint ambigua & referri poſ-
ſunt ad rem teſtatoris,& ad eã quę hęredis eſt,fiet
interpretatio vt legatum comprehendat ſolũ rem
teſtatoris.eſt tex.in l.cum in teſtō,ff.de auro & ar-
gen.lega.l.ex facto,in prin.vbi Bart.ff.ad Trebell.
per quos ita determinat Aret.in d. conſi.155. di-
ligenter viſis,nume.2. circa fin. ver.facit optimè,
ſequitur Simon in d.3.dubit.num.3. addo Crau.
conſil.144.nu.8.

Secundò vbi ambigua fuiſſet teſtatoris volun-
tas, ea ſatis fuit ad fauorem Antonij hæredis de-
clarata,ex his,quæ poſtea hęres geſſit cum legata-
rio,quandoquidem cum hæres foret diuiſurus cũ
ſororibus bona communia tradidit legatario me-
dietatem prædij,de quo agitur,& in ipſa traditio-
ne dixit illud eſſe prædium relictum a Dño An-
drea eius patruo: ea igitur traditio partis facta in
exequutionem præcedentis legati, declarat quid
7 in legato includeretur: † poſterior enim qualitas
poſſeſſionis declarat quid a principio fuerit intē-
tionis,vt dicit Bal.in conſ.245.vol.3.& obſeruan
tia ſubſequuta interpretationem dat actui dubio
præcedenti,l.ſed Iulianus,§.proinde, ff.ad Mace.
§.pauonũ,Inſtit.de rer.diuiſ. latè Menoc. in cōſi.
49.nu.20.& ſeq. addo Tiraq.in tract. præſcrip.in
verſ.per annos decem, nu.24.Crau.in conſi.101.
nu.4.& in conſ.118.nu.2.Nattã in conſi.406.nu.
28.Rolã.in conſ.69.nu.50.vol.2. Cæph.in conſi.
272.nu.144.D. Becium in conſi.101.nu.49.non
enim eſt veriſimile qđ legatarius cui totũ prædiũ
debebatur, foret illius partē tantũmodo accepta-
turus, ſed cũ eſſet informatus de continētia teſta-
menti,cui interuenerat, cenſetur acceptando par-
tem declaraſſe qualis foret mēs teſtatoris legãtis.

Tertiò non ſolum recipit partē prædij, ſed etiã
conſenſit,quòd idem Antonius hęres aliam partē
daret vni ex ſuis ſororibus in dotē, & præſens illi
traditioni tacuit, ex qua taciturnitate inducitur
conſenſus: nam etſi regulariter ſimplex præſentia
non inferat conſenſum, tñ quando cōcurrit actus
8 aliquis poſitiuus,præſens † & tacens videtur con-
ſentire,vt eſt tex.in clem.1.de procurato. Bart.in
l.quo enim,in princ.ff.rem rat.hab.vbi fortius lo-
quitur de actu geſto in abſētia, quia nihilominus
ſi ſcientia ſuperuenit cum aliquo actu, nō impro-
bare,eſt approbare,idem Bar.in l.cũ tabernam,§.
§.1.in fi.ff.de pign.Abb.in c.cũ virum,in 3.notab.
de regul.vbi infert tacitam profeſſionem, quæ in-
ducitur ex impoſitione habitus, Soc.in conſi.291.
nu.13.vol.2. vbi loquitur de eo, qui collaudauit
actum, Dec.in conſ.267.nu.3.Ruyn. in conſ.95.
nu.9.vol.4.Gozad.in conſi.98.nu.6.Pariſ.in cōſ.
66.nu.19.vol.4.Felin.in ca.nonne,nu.10.de præ-
ſump.Crau.in conſ.111.nu.5. Nat.in conſi.131.
nu.3.& 4. & in conſi.589.num.6.Tiraq.de legib.
connub.gl.3.num.23. vbi latè id confirmat, & de
retract.conſang.§.1.gl.9.num.156.Dñs Becius in
conſ.106.nu.42.in propoſito autem caſu nō ſim-
pliciter legatarius interfuit contractui,quãdo hæ-
res partem dicti prædij aſſignauit ſorori,ſed etiam
ipſe ad ſui legati extinctionem recepit partē rei,
qui actus receptionis iunctus cum præſentia,& ta
citurnitate inducit conſenſum, qui poſtea legata-
9 rium habet excludere,quia cōſentiens † alienatio-
ni rei,in qua ius pretendit,videtur ius ſuum remit
tere,l.ſi ſeruus communis,ff.de donat.inter vir.&
vxo.l.ſi fundum per fideicōmiſſum,ff.de leg.1. Ti
raq.de retract.conſang.d.gl.9.num.137.& remit
tentibus iura ſua nō datur regreſſus,l.quæritur,§.
ſi venditor,ff.de ædil.edicto, cum alijs per Domi-
num Becium in conſi.38.num.4. atque ita rema-
net ſuper prædictis fundata exceptio ſororum in
indicio

iudicio cõuentarum, quæ etiam iuſtior apparebit
reſolutis his, quæ fuerunt in contrarium recitata.

Non ergo obſtat, quod prędium eſſet teſtatori
cõe cum hærede, atque ideo totũ videatur legaſ-
ſe, quia reſpondeo, quod contrarium non proce-
10 dit, qñ teſtator legatum fecit de bonis ſuis: † quia
licèt res ſit cum hærede cõmunis, non cenſetur le-
gare quod non eſt ſuum, ſed hæredis. ita declarat,
& limitat Bar. in d.l. ſerui electione, §. fi. nu. 2. & 3.
& ſequuntur oẽs illi, quos ſupra citaui pro cõtra-
ria parte, & eodem modo intelligit Mãtica d. li. 9.
ti. 9. nu. 12. & Simon d. dub. 3. n. 9. vbi plures alios
citat, quorum ſententia confirmatur ex his, quæ
poſt alios per eum relatos ponit Iaſ. in auct. præ-
terea, nu. 26. ver. limita iſtam communem, C. vn-
de vir. & vx. vbi inquit, quod & ſi regulariter lega
tũ ab vxore factum marito imputetur in debitum
neceſſariũ, quale eſt id, de quo ille text. loquitur,
vel ẽt lucrum delatum a ſtatuto, tñ fallit qñ vxor
11 relinqueret de bonis ſuis, † quia ceſſat tũc animus
compenſandi. idem quoq; tenuerunt Bal. Caſtr.
Alex. Corn. Riminal. Bened. Capra, Pepus, & alij,
quos adducit Phan. in tract. de lucro dot. gl. 8. nu.
89. hic verò quamuis d. Andreas legando dicto
Maſſaritio nõ dixerit ſe legare de bonis ſuis, tñ in
procœmio teſtamenti dixit velle de ſuis rebus di-
ſponere, & animus atq; intentio diſponentis co-
12 gnoſcitur ex his, quæ dixit in præfatione † ſuę di-
ſpoſitionis, l. 1. in princ. vbi Bart. ff. ad Macedon. l.
fi. vbi Bar. ff. de hæred. inſtituen. gl. in l. 1. ff. de iud.
Litem quia, §. vlt. ff. de pact. Tiraq. in tract. ceſſan.
cau. limit. 1. nu. 65. vbi dicit mentem, & voluntatẽ
diſponentis colligi ex procœmio, Silua. in conſ. 25.
nu. 7. & ea quæ dicta ſunt in procœmio, cenſentur
repetita in ſequenti diſpoſitione, Bar. in l. ſi ita ſti-
pulatus, §. Griſogonus, ff. de verb. oblig. & in l. Ti-
tia, §. idem reſpondit, ff. eod. tit. & ita dicit Soc. in
conſi. 24. nu. 3. vol. 4. vbi dicit quod verba genera
lia, & indefinita recipiunt interpretationẽ ex his,
quæ dicta ſunt in proęmio, Crau. in conſ. 192. nu.
21. vbi tenet ꝙ contenta in pręfatione, cenſeantur
repetita in ſequentibus, Cęph. in conſi. 246. n. 39.
& dicit Fely. in c. cum contingit, colum. 1. de fide
inſtr. ſemper eſſe aduertendum ad verba proęmij,
quia ex eo arguit intentio diſponẽtis, & dicit Bal.
in l. 3. §. 1. ff. de lib. & poſthum. ꝙ ea quę in pręfa-
tionibus pręmittuntur, ad oĩa ſequentia adaptan-
tur. idem dicit Ale. in conſi. 204. nu. 11. vol. 6. vbi
ait quod clauſula procœmialis refertur ad omnia,
& ita ipſe a procœmio codicillorũ infert ad diſpo-
ſitionẽ: & in terminis ꝙ teſtator non cenſeatur le-
gare rem hęredis, qñ in pręfatione teſtamẽti dixit
velle de rebus ſuis diſponere, concludit per prędi-
ctã rationem Corn. in conſ. 114. col. 2. verſi. coad-
iuuantur pręmiſſa, uol. 3. ſequitur Simon de Pret.
iñ d. trac. li. 2. dubi. 2. ſolu. 2. n. 37. folio mihi 132.
& rurſus eodem li. in 3. ſolut. 3. dubit. num. 36. &
iterum lib. 4. tit. de interpret. circa legata, dubit. 3.
nu. 9. in quibus locis in ſpecie tenet quod & ſi res
ſit teſtatori communis cum hęrede, tñ cenſeatur
teſtator ſolũ ſuã portionẽ legare, ſi in procœmio te
ſtamẽti pręfatus eſt uelle de ſuis bonis diſponere.

Secundò reſpondeo, quod contrarium proce-
deret, qñ reſiduum prędij legati eſſet hęredis: ſed
in quęſtione controuerſa hęres habet ſolum quin
tam partem, & ideo quoad alias quatuor non põt
dici, quod ueniant in legato, cũ illę nõ eſſent cões
teſtatori cũ hærede, ſed in totũ eſsent alienæ. ceſ-
ſat namque ratio, propter quã eſt inductã, quod
portio hæredis includatur, quia hęres non graua-
tur rem alienam redimere, id quod lex abhorret.

Nec obſiſtit ſecundum, quia illa verba, pro tan
ta quanta eſt, non ſignificant totum prędium, ſed
totius prędij menſuram: quantitas enim in rebus
immobilibus non cadit niſi ratione menſurę. & ſi
quis ſignificare uelit totalitem, ſeu integralitatem
prędij, utique non dicet tantum, uel quantũ eſſe,
ſed bene ſi uelit illius mẽſuram exprimere; proin-
de non eſt idem dicere totam uel integram, & ceſ-
ſat ideo argumentum.

Quod uero deducitur ex menſura, nõ conclu-
dit, quandoquidem locum haberet, ſi legatum eſ-
ſet factum ad menſuram, ut quia cępiſſet teſtator
mentis conceptũ explicare a menſura, & ita loqui
tur Bar. in contrariũ allegatus: at ſecus eſt, qñ lega
tum eſt ad corpus: tunc enim quamuis poſtea ſu-
13 bijciatur menſura, † ea tñ non attenditur tãquam
poſita ad demonſtrandum prędiũ, non ad illius la
titudinẽ ſignificandum, & ita reſpondet Soc. in d.
§. ſerui electione, §. fi. nu. 4. quia cũ menſura adie-
cta ſit ad demonſtrandum, non ampliat legatũ, &
infert quod etſi teſtator deſignando prędiũ circũ-
ſcribat confines, qui conueniant toti prędio, tñ ue
niet ſola portio teſtatoris, ẽt ſi eam haberet pro di
uerſo, & idẽ tenet Iaſ. nu. 25. & Ripa, num. 15. qui
nu. 16. idem dicit quod Soc. qñ dati eſſent cõfines:
hic ergo legatum eſt ad corpus, quia dicit teſtator
legare ſe prędiũ ſub talibus confinibus pro tanto,
quantum eſt, ut declarant Soc. Iaſ. & Ripa in loco
prędicto: propterea illa uerba, pro tanta, quanta
eſt, etiam ſi ſignificent integram totius prędij mẽ-
ſuram, non tamen includunt totum prędium in le
gato, nec poſsũt plus operari, quàm ſi uera totius
prędij menſura fuiſſet enũciata, quo caſu (ut dixi)
nõ ueniret totum prędium: expreſſio etenim eius,
quod tacitè ineſt, nihil operatur, l. 3. ff. de legat. 1.

Tertium pariter non refragatur, quia etſi reci-
piendo partem ſimpliciter ſibi non pręiudicet is,
qui eſt creditor in maiori parte: tamen id proce-
dit, quando nihil aliud concurreret ad comproba
tionem remiſſionis, ſed ubi alia concurrunt, tunc
licet etiam arguere a partis receptione.

Secundò reſpondeo, quòd contrarium proce-
dit, quando certum eſt plus fuiſse debitum, quàm
quod fuit receptum: tunc enim, quia remittere
eſt donare, quod non pręſumitur, l. cum de inde-
bito, ff. de probation. non ſatis facilè licet ex ea re-
ceptione conijcturare remiſſionẽ. aliud tamẽ eſt,
quando ambiguum eſt, an plus debeatur, uel id
ſolum quod fuit ſolutum: tum enim ex ſolutione

vel

vel prçſtatione arguitur ad obligationem,& ex ea deprehenditur & colligitur quid & quantum præſtandum eſſet,veluti dicimus,quòd vbi eſt ambi-
14 guum,de qua moneta partes ſenſerint,id declaratur ex ſolutionib.ſubſequutis, Bal. in l.ſi certis annis,nu.9.C.de pact. cũ multis adductis per Menoc.in conſ.49.n.20.vbi plurib.confirmat authoritatibus,& poſſent plura alia exempla allegari.diuerſitatis aũt ratio eſt, quia facilius ex forma ſolutionis declaratur prçcedens obligatio ambigua,q̃ certa tollatur: quare vbi agitur de declaratione actus dubij allegari poteſt qualitas ſequutæ traditionis,ſed non vbi agitur de certi debiti remiſſione: nos verò allegamus traditionem, & acceptationem eius parti prædij, quæ ſpectabat ad teſtatorem, ad demouſtrandum quod teſtator voluit ſolum relinquere partem ſuam.

Poſtremò non aduerſatur quod cõſenſus adhibitus per legatariũ non eũ excuſat a petitione legati nunc,quod purificata eſt relicti conditio: qa rñdeo, quod in præſenti facti non agitur de remiſſione futuri relicti eo tpe non purificati,ſed de remiſſione relicti purificati: nã etſi Antonius hçres nõ teneretur ante euentũ conditionis præſtare & tradere rem legatam, tñ potuit ante euentũ conditionis legatũ tradere,& diẽ legati repreſentare cõcurrente conſenſu legatarij, vt probatur in l.poſt mortem,vbi latè Iaſ. C.de fideic. & ideo habetur legatum,atque ſi purè factum eſſet,qñ non ex pacto euentu conditionis legatũ ſoluere, atque ideo ſicuti ſi legatum eſſet purum præiudicaſſet legatarius iuri ſuo conſentiendo quod res legata alij tradatur: ita ſibi præiudicat præſtãdo conſenſum alienationi rei, quæ etſi relicta ſit ſub conditione, ſtatim tñ traditur: cõtraria aũt loquuntur, quando res erat debita ſub conditione, & interim legatarius conſentit eam alienari, quia ius de futuro non ita facilè remittitur, ſicuti id, quod competit de præſenti, Doct.d.l.1.C.de pact.& ſimplex conſenſus non præiudicat in iure de futuro, quod tamen præiudicat in iure de prçſenti,vt in d.l.1.

SVMMARIVM.

1 *Aeſtimatio non facit emptionem, quãdo eadem res venit reſtituenda.*
2 *Aeſtimatio facit emptionem, vbi latè.*
3 *Amplia,etiam ſi promittat alternatiuè quis reſtituere rem, vel pretium.*
4 *Item quando ſimpliciter promittit dotẹ reſtituere.*
5 *Cap.reintegranda, 3.q.1.datur his, qui ceciderunt ſine culpa; ſecus ſi ex proprio contractu.*
6 *Promittas ſi quis centum libras in tot florenis, libra ſunt in obligatione, & floreni in ſolutione.*
7 *Debitor in pecunia,ſi vult dare tot bona in ſolutum, quid facere debeat.*
8 *Vendere promittens, intelligitur iuſto pretio.*
9 *Pretium requiritur in venditione.*
10 *Dominium non transfertur ſine traditione.*
11 *Conſtitutum nihil operatur, ſi apponitur venditioni facta pro pretio declarando.*
12 *Poſſideri nõ poteſt res incerta ratione loci & quota.*
13 *Conſtitutum non transfert poſſeſſionem rei incerta ratione loci & quota.*
14 *Conſtitutum collatum poſt mortem, nihil operatur.*
15 *Dominium rei data in dotem retransfertur ſine traditione in vxorem, quando dos venit reſtituenda. Limita, vt num.17.*
16 *Dotalia non ſunt prædia, quæ hæredes mariti dant vxori in ſolutum pro dote reſtituenda.*
17 *Poſſeſſio rei dotalis non retransfertur in vxorẽ ſoluto matrimonio, niſi tradatur.*
18 *Dominium transfertur per traditionem ſubſiſtente cauſa.*

CONSILIVM CCXXV.

ET SI multa dici poſſint: ea tñ attingẽdo, quæ magis ſtringere vidẽtur ad fauorẽ Beatreſinæ de Capſinis de loco Varengi, res ad id reducitur,an prædiũ, de quo fit mẽtio in inſtrumento dotali, producto in actis, dici poſſit fundus dotalis, ita vt aptè agat ad recuperandum illius poſſeſſionem,a qua dicit cecidiſſe ſine ſuo facto,& culpa? Et fortè aliquis diceret,illud eſſe dotale;quia etſi datũ fuerit æſtimatũ, tñ ibi maritus promittit dotẽ reſtituere in denarijs, vel in tot bonis,ſiue vbi melius placuerit eidẽ Beatreſinç,quo caſu cẽſetur maritus facultatem tribuiſſe vxori eligendi,q̃ mallet partem,pecuniã,aut bona.& cum mulier elegerit bona,illa debentur,non aũt pretiũ conuentum, quia a principio videtur conuentum
1 de re reſtituenda: qñ autem res datur æſtimata cum pacto,q̃ eadem res reſtituatur, tũc res venit, non pretium.ita Bal.in l.quotiens,num.3.ver.aut actum,C.de iu.dot.& procedit etiam,qñ eſſet cõuentum de fundo in eadem æſtimatione reddendo,vt idem Bal.dicit in l.ſi inter,nu.1.C.eo.ti.

Attamen negocio rectius examinato, cõcludo rem ad fauorem illorũ conuentorum de Capſinis carere prorſus dubitatione,quidquid mulieris ad
2 uocatus pertinaciter obſtrepat. æſtimatio enim in dubio facit emptionẽ, l.quotiens, C.de iu.dot. gl.in d.l.ſi inter,C.eo.ti.& dicit ibi Bal.gl.eſſe not. dignã ſiue res ſit, quæ ſeruãdo ſeruari poſſit, ſiuè non,Imo.Caſtr.& alij in l.ſi çſtimatis,ff.ſol.matr. & illam gloſſam cõem dicit Rol.in conſ.92.nu.9. vol.2.Natta in conſil.650. nu.2.Anch.mod.fam. quæſt.lib.2.q.36.nu.1. & fingitur maritus prçdia emiſſe,eorumq; pretium ab vxore recepiſſe in dotem,vt per gl.& Bal.in d.l.ſi inter, Natta d.conſil. 650.nu.2. Cæph.in conſ.351.nu.32. & qñ bona dantur in dotem æſtimata, definũt eſſe dotalia,& tranſeunt irreuocabiliter in maritũ, qui poteſt de eis diſponere vti de proprijs rebus, nec ſoluto matrimonio veniũt in reſtitutione,l.plerũque, §.ſed ſi ante,ff.de iu.dot.Imo.in d.l.ſi æſtimatis, vbi inquit, quod maritus poterit res tales alienare ſine conſenſu mulieris.idem tenuerũt Pract.Pap.Alc. Corn.Soc.Dec. & alij, quos citãt Rol.d.conſ.92. Natta d.conſi.650.Do.Becius conſi.42.per totũ,

Anch.

Anch.d.quæſt.36.Gaſp. Gaballin. in trac. de cui-
ction.§.4.nu.7.vbi dicit q̃ ſi res data in dotẽ æſti-
mata cuincatur, maritus aget ex empto cõtra do-
tantem,l.1.C.de iure dot.l.quotiens, & l. non ſo-
lum,C.eod.tit.Cephal.d.conſ.351.Bero. in conſ.
204.nu.14. & ſeq.vol.1. Bertran. in conſi.262.in
3 princ.vol.3.& procedit, etiam quando † maritus
alternatiuè promiſit rem, vel pretium reſtituere:
quia cum in alternatiuis electio ſpectet ad debito-
rem,poterit rem retinere,& æſtimationem redde-
re,ut eſt tex.in d.l.plerunque, in fi.ff. de iure dot.
Bal.in d.l.quotiens,nu.3. Natta d.conſi.650. nu.
4. Dominus Becius d.conſi.42.nume.9. quinimo
4 idem eſt,qñ ſimpliciter † maritus promitteret re-
ſtituere dotes: nã intelligerentur de pretio,nõ de
rebus,Bald.in d.l.quotiens, in fi. Socin. in conſil.
56.col.fin.vol.1. Natta loco prædicto, nu.5. Rol.
nu.15.& D.Becius nu.10. qui omnes in eodẽ fa-
cto conſuluerũt,licèt Rolan. ſupreſſerit vera par-
tiũ nomina.ſi igitur bona data in dotem cum æſti-
matione non ſunt dotalia,ſed tranſiuerunt in do-
minium mariti, ſequitur qđ ad ea nõ datur reme-
dium recuperandæ, quia vxor eorum poſſeſſionẽ
perdidit proprio facto,ideſt ex proprio contractu
venditionis fictæ, ſeu adumbratæ; & diſpoſitio
5 canon. reintegranda, 3.q.1.datur his ſolis, † qui
ſine culpa,& facto ſuo,ſed per iniuſtas cauſas de-
ſierunt poſſidere,vt not.Doct.ibi, & in c.ſæpe, de
de reſtitut.ſpoliat.in l.rẽ,quæ nobis,ff.de acquir.
poſſeſ.non aũt ijs, qui poſſeſſionem amiſerunt ex
proprio contractu, Alex. in conſi.92.nu.5.vol.1.
Soc.d.l.rem,quæ nobis,nu.8.vbi dicit cõem, Dec.
in conſi.56.col.fin.& dixi in conſi.28.nu.12.

Nec obſtat q̃ in dotali inſtrumento collata ſit
in vxorem facultas eligẽdi pretiũ, aut bona: quia
rñdetur, quod reſtitutio reſpicit ſolũ florenos,nõ
alia,ſed illa ſunt poſita in ſolutione: dicitur enim,
quod maritus ꝓmiſit dictos florenos reſtituere in
denarijs,aut ĩ tãtis ſuis bonis,vbi melius vxori pla
cuerit. verbum enim, reſtituere, determinat non
pecunias aut bona,ſed florenos,quia maritus pro
mittit ſolum florenos reſtituere, non res; & ideo
confirmatur ſentẽtia,q̃ bona data fuerint æſtima-
ta ea æſtimatione,quæ facit emptionem,quia ma-
ritus promiſit pretiũ reſtituere, & floreni ſunt in
obligatione:pecuniæ verò,& bona ſunt in ſolutio-
ne,l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle, ff. de
ſolut. Bart.in l. Paulus, in fi. ff. eod.tit. vbi infert,
6 † qđ ſi dedi in dotem cẽtum libras in florenis, idẽ
eſt ac ſi dictum eſſet,dedi florenos in ſolutum pro
centum libris: nam libræ ſunt in obligatione, flo-
reni verò in ſolutione. ideo in reſtitutione nõ po-
terunt peti floreni,ſed libræ,ſequitur Aret.in cõſ.
11.nu.3.Soc.in conſ.6.col.fi.verſ.vlterius ad præ-
dicta,vol.1.Cur.iun.in conſ.24.nu.6.& in tract.de
mone.q.11.Brun.in eod.tract.concluſ.vlt. declar.
5.ver.in hoc paſſu, Didac.in tract. numiſm.c.7.§,
vnico,verſ. octaua concluſio, & verſ. decima con-
cluſio,& ante eos idem voluit Bald. in conſi.213.
vol.5, vbi dicit, q̃ ſi in dotem dantur centum au-
rei ad rationem librarum trium, quod aureus vi-
detur æſtimatus,& ideo libræ ſunt in obligatione,
& eum refert, & ſequitur Boer. bene declarans in
deciſ.327.nu.10. Caph. in conſi.31.nu.4. & 12.
verſ.ad vltimum. ita ergo in propoſito, qñ mar-
ritus promiſit Beatreſinę reſtituere florenos in pe
cunijs,vel in bonis; certũ eſt q̃ floreni ſunt in obli
gatione, pecunia aũt vel bona dantur in ſolutum
pro florenis,& ita patet idem eſſe ac ſi promiſiſſet
maritus ſimpliciter florenos reſtituere, quo caſu
indubitatum eſſet qđ dos conſiſtit in pecunijs, &
æſtimatio facit emptionem, ſecundũ Bal.d.l.quo
tiens,nu.3.quem ſequuntur alij ſupra citati.

Secundò eſt aduertendum,quod ſi pecunia,&
bona eſſent alternatiuè poſita in obligatione, ad-
huc electio eſſet hæredum mariti, nec ſimpliciter
poſſet vxor eligere,vtram vellet partem alternati-
uè,vt dictum eſt in alternatiuis electio ſpectat ad
debitorẽ,& eſt text. præciſus in d.l.plerũque,in fi.
& ita tenuerunt Nat. Rol. & Bec.in locis præcita-
tis. nec obſtaret pactum cõceptum per illa verba,
vbi melius vxori placuerit:quia rñdeo,qđ illa ele-
ctio non eſt tributa reſpectu alternatiuæ, ita ſcili-
cet vt poſſit uxor alteram eius partem eligere, ſed
eſt tributa reſpectu bonorũ mariti, vt ſcilicet vbi
maritus velit non in pecunia ſoluere,ſed in bonis,
eo caſu poſſit mulier ex bonis ea capere, quæ mal
let.illud enim verbũ, ubi, eſt loci ſignificatiuum,
Iaſ.in l.a Diuo Pio,§.in uenditione,nu.7.ff.de re
iud.& in l.ſtipulatio hoc modo concepta, nu.21.
ff.de uerb.obli.ergo non conuenit pecunijs ſoluẽ-
dis per hęredes mariti,quia nomina debitorũ non
circumſcribuntur loco, ut per Iaſ. in locis prædi-
ctis:ubi infert quod ſi quis donet omnia bona pre
ſentia & futura ubicũq; poſita ſint, ualebit dona-
tio,quia iura & actiones,quæ loco non præfiniun-
tur,non cenſentur includi ea donatione.& confir-
matur,quia illud pactum intelligi debet ſecundũ
ius commune: de iure aũt cõi non datur creditori
electio,ſed debitori.& ſi intelligatur,ut dixi,quòd
eligat uxor ex bonis mariti, ubi maritus uelit ſol-
uere in bonis, erit pactum iuri communi confor-
me: nam qñ debitor in pecunia uult ſoluere in tot
bonis,ut quia nõ habeat pecuniam,debet oĩa cre-
7 ditori cõſignare, † qui poteſt ex eis eligere, auth.
hoc niſi, C.de ſolut. & ita ſeruat generalis practi-
ca,ut inquit Ferra.in form. reſponſ.libel. in actio.
hipoth. Benint. Rot. Bonon.deciſ.28. proinde cũ
ius eligendi conueniat ſolum eo caſu, quo bona
ſunt ſoluenda, non ẽt qñ maritus uellet in pecu-
nia ſoluere, dicendum eſt uxori conceſſam fore
electionem eo ſolũ caſu,qñ bona ſunt dãda, quia
talia ſunt ſubiecta, qualia demonſtrãt prædicata,
Neuiz.in conſi.92.nu.40. Bello.conſi.40.nu.3.

Tertiò reſpondeo quod etiã ſi Beatreſina po-
tuiſſet eligere,quinetiam elegiſſet ſatisfactionem
in bonis,de quibus agitur,non tamen poſſet præ-
tendere dominium aut poſſeſſionem ex ſola ele-
ctione, ſed æſtimatio fuiſſet neceſſaria: quia ubi
8 quis promittit uendere uel in ſolutum dare,† in-
telligitur

telligitur ſemper iuſto pretio,l.ſi fideiuſſor,§.me-
miniſſe,ff.de leg.1.& ibi notāt gl. Bart. Bal. Imola,
Cum.& alij.ad idē eſt tex.in l.cum quaſi, §.ſi plu-
res,cū l.ſeq.§.ſi is, cuius, ff.de fideicom.hære. Ti-
raq.de retract.conſang.§.1.gl.18.n.2.&.ſeq. Rol.
in conſi.71.nu.9.vol.3. nonenim ſubſiſtit vendi-
9 tio,† niſi adſit pretium,l.q ſæpe,§.1.ff. de cōtrah.
empt.l.fi.C.co.ti.§.ꝑtium,Inſti. de empt. & ven.
l.ſi voluntate,C.de reſcin.ven.& dicit tex.in l. pa-
cta connenta,ff.de contrah. empt.q ſubſtantia vē
ditionis conſiſtit in pretio, Alc. in conſi.18.col.1.
in fi.vol.1.& in conſi.39.n.5.vol.5.Crot.in l.ſcien
dum,nu.28.ff.de verb.oblig. Marſil.ſing.38.Soc.
iun.in conſi.84.nu.21.vol.2.& Bero.in conſ.188.
nu.15.vol.1. & cū datio in ſolutum vicē obtineat
emptionis,l.ſi prędiū, C.de euictio.l.eleganter,in
prin.vbi gl. & Caſt.ff.de pign.actio. idē eſt in da-
tione,quia non valet, niſi detur pro certo debito,
& pretio,vt inquit Anch.mod.ſam.queſt.lib.1.q.
28.vbi inſert quod ſi non conſtet de quātitate do
tis,& prædium detur viro in ſolutum, erit dotale,
licèt regulariter fundus in ſolutū datus pro dote,
non ſit dotalis, & præter æſtimationem neceſſaria
10 † eſt traditio ad tranſlationē dominij, l. traditio-
nibus,C.de pac.§.per traditionē,Inſtit.de rer.di-
uiſ.l.ſi ex ſtipulatione, ff.de acquis. poſſ.l.pen.C.
de rei vendi.& idem eſt in poſſeſſione; ut in dictis
iuribus. ſi igitur nunquam liquidatum eſt pretiū,
nunquam tradita res, non pōt mulier prætende-
re illius dominium, & poſſeſſionē, ac conſequen-
ter intentaret remediū recuperandæ poſſeſſionis.

Etſi dicatur q per conſtitutum appoſitum in
inſtrumento dotali tranſlata fuit poſseſſio; reſpon
deo quod conſtitutū eſt conditionale, vbi ſcilicet
uxor elegiſset ſatisſactionem in pręđijs,& ſacta ſo
ret prædiorum æſtimatio. ante autē æſtimationē
11 conſtitutum nihil operatur † per ea, q̄ ponit Cor.
in conſ.110.col.2.uer.iccirco,uol.3.ubi dicit,qđ
uenditione facta pro pretio declarando,ſi interim
uenditor conſtituat ſe tenere ꝑdium nomine em-
ptoris,nō erit ante declarationē trāſlata poſseſſio,
ſequitur Tiraq.de conſti.poſs.par.3.limi.29.n.3.

Accedat q ante electionem factū res data in ſo-
lutum eſt incerta ratione loci,& quotæ: ideo ſicu-
12 ti non potuit † poſſideri,l.tertia,§.incertā, ubi gl.
Bartol. Ang. Caſt. Alex. Iaſ. & alij,ff.de acq. poſſ.
Ang.in l.q̄ de tota,§.marte, ff.de rei uendi. Bero.
in conſ.159.nu.13.uol.1. Neuiza.conſ.38.nu.27.
conſi.68.nu.3.Silua.conſi.97.n.2. Deciſ. Pedem.
34.n.23. Hieron.de Monte in tracta. fin. regund.
c.89.nu.5.Cæph.conſi.159.num.1.ita neque eius
13 poſseſſio per † conſtitutū transferri, ut per Bart.
Imo. Caſt. Alc. Arc.& Iaſ.in d.§.incertam,cū alijs
citatis per Tiraq.in d.tract.limi.19. Pariſ.conſ.61.
uol.1. Bero.d.conſ.159. Confirmatur ēt, quia cō-
14 ſtitutū eſt collatum poſt mortem, † quo tpe ma-
ritus poſſidere non poterat, ergo nihil operatur,
Ange.in l.quāuis,§.1.ff. de acq.poſs. ubi Comen.
Alc.& Clau. Aqueſ. & infinitos ad id citat Tiraq.
in d.trac.par.3.limi.2.nu.1. quib. addi pōt Pariſ.
conſ.98.nu.21.uol.2. Bero.conſi. 58.nu.14.uol.3.
Bertr.conſi.315.nu.4.uol.2. Alcia.conſi.256.nu.
9. Nat.in conſi.189.nu.1. & Alba conſi.103.con-
ſtante enim matrimonio non erat locus pacto,cui
hæc mulier innititur, quoniam eſt conceptum in
caſu ſoluti matrimonij: iccirco non potuit ante
mortem viri eſſe locus pacto: poſt mortem autem
eſt quidem ei locus, ſed poſſeſſio non transfertur
ante liquidationē negocij, & pretij conuentionē.

Nec mouebit,ſi forte obijciatur,quod vbi agi-
tur de re in dotē data, eſt ſpeciale,quod eius domi
15 nium ſoluto matrimonio transferatur † ſine tra-
ditione in mulierē, l.in rebus, C. de iure dot. quia
videtur ſemper continuatum, ex quo per cauſam
dotis non fit vera dominij tranſlatio, ſed fingitur
vxor ſemper poſſidere, vt declarat Bald.in l.tradi-
tionibus.nu.14.C.de pac.ſeq.ibi Alc. in fi.& am-
pliat ibi Iaſ. n.20.ver.tertio decimò fallit, vt pro-
cedat ēt in fundo,quē mulier dedit in dotem cum
æſtimatione,ſi vir non eſt ſoluendo, allegat glo.in
d.l.in rebus, plures cumulat Duen. in reg.212.in-
cipiente,dominium, Cæph.in conſi.159. num.14.
Quandoquidem reſpondetur, hæc procedere in
fundo dotali: quia licèt datum fuerit marito in do
tem, mulier tñ ſemper retinuit qualequale domi-
nium: ideo eueniente caſu reſtituendæ dotis con-
tinuatur potius quam re trāſferatur in eam, vt in-
quit Bal.d.l.traditionibus.ſecus autē eſt in re, quę
non eſt dotalis, vt non ſunt prædia mariti in præ-
ſenti facto: in eis enim ceſsat ratio retrāſlationis.
& quamuis dātur in ſolutum pro pecunia dotali,
16 tñ non efficiuntur † dotalia,l.ex pecunia,C.de iu
re dot.l.vl.C.de ſeru.pig.dato manum.l.res,quæ,
vbi gl.& alij,ff.de iure dot. Tiraq. de retract. con-
ſang.§.32.gl.unica,n.16. Corn.conſ.172.col. pe.
circa fi.vol.1. ex quo infert Corne.ibi, col.2.in 4.
dub.q & ſi dos data primo uiro cēſeatur repetita
ſecundo, tñ hoc non procedit in prædijs, quæ hæ-
redes primi uiri dederunt uxori pro dotibus con-
ſiſtētib. in pecunia: ea enim tranſeundo ad ſecūda
vota, non uidetur dare in dotē ſecūdo uiro, ſequi-
tur Phan.in tract. de lucro dot. gl.10.nu.31.in fi.

Reſpōderi ſecundo pōt, q ſi ageretur de re do-
tali, nō etiam competeret remedium, quia rei do-
talis licèt ſine traditione dominium tranſeat ſolu
17 to matrimonio in uxorē, tamen † nō transfertur
poſseſſio.ita tenet Ang.in l.dotis actione,C.ſolu.
matr. Alex.in conſ.4.nu.6.uol.2. Dec. in l. dotis,
nu.2.C.de collat. in conſi.232.col.2.in princ. Iaſ.
in conſ.85.col.ult.uer.& tanto minus,uol.3. Rol.
in conſi.77.nu.36.uol.1.ceſsat obiectum,q domi-
niū ipſo iure transferatur: non enim ſufficit domi-
nium transferri, niſi ēt in uxorem trāſeat poſseſ-
ſio, ad hoc ut competat remedium poſseſſorium.

Poſtremò rūdeo, q ubi tā dominiū, quàm poſ-
ſeſſio trāſiret in uxorem, id eſset ex noua cauſa, &
diceretur nouum dominium, nonaque poſseſſio
acquiſita de tēpore ſoluti matrimonij, non ante;
& non eſset idem dominium cum eo quod habe-
bat vxor in eiſdē bonis, qñ ea marito dedit in do-

re æſtimata: illud enim vxor amiſit per contractũ
18 dotis celebratum cum marito ſequuta rei † traditione, vt probatur in d.l.traditionibus, cum gl.& Doc.& in l.nũquam nuda, ff.de acq.rer.dom. vbi per traditionem dominiũ transfertur præcedente cauſa legitima, vel iuſto titulo, glo.in l.minus inſtructus, in verſ.dominũ, C.de acq.poſſ.vbi Bald. Tiraq.de retract.conuen.in fi.nu.64.Ruy.in cõſ. 148.nu.9.vol.1.Soc.iun. in conſi.82.nu.9.vol.1. Alcia.in conſi.435.n.2. cum verò illud recuperat parte viri, cauſa eſt noua, & titulus diuerſus, quia dicitur ea prædia capere in ſolutum ab hæredibus viri, & hic nouus eſt contractus differens a primo.

SVMMARIVM.

1 *Minor non reſtituitur aduerſum lapſum temporis ad reemendum prædium venditum a patre ſuo ex titulo, de minoribus.*

2 *Reſtitutio in integrum aduerſus conuentionalis temporis præſcriptionem non conceditur propter iuſtã cauſam. vide num.14.*

3 *Minor nõ reſtituitur ex generali clauſula, niſi in ſubſidium, quãdo tutor nõ eſt ſoluẽdo. declarat, nu.16.*

4 *Reſtitutio ĩ integrũ nõ cõceditur, niſi ꝓbata læſione.*

5 *Reſtitutio ex generali clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa, non conceditur læſione non probata.*

6 *Minor non dicitur læſus ex ſolo lapſu temporis. limita tamen, num.20.*

7 *Reſtitutio non conceditur, niſi minor ſit paſſus damnum pecuniarium. fallit tamen, nu.17.*

8 *Reſtitutio datur ſolũ ad tuendũ res a minore poſſeſſas, nõ ad moleſtãdũ poſſeſſorẽ. declara, n.2 e. in fi.*

9 *Vendens cum pacto redimendi, non auditur lapſo tẽpore conuento ad redemptionem.*

10 *Reſtitutio conceditur etiam maioribus, quando ſubeſt iuſta cauſa.*

11 *Minor reſtituitur ad redimendum prædium ex generali clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa, quando etiam cum eo nihil eſt geſtum.*

12 *Reſtitutio conceditur infanti ex generali clauſula, quando ſubeſt iuſta cauſa.*

13 *Minor reſtituitur ex titulo de minoribus, etiam quãdo nihil cum eo eſt geſtum.*

14 *Reſtitutio ex generali clauſula conceditur aduerſus lapſum temporis conuentionalis.*

15 *Scientia tutoris nocet pupillo, etiam ſi tutor non feciſſet ſolemnia.*

16 *Minor reſtituitur ex generali clauſula, etiam tutore exiſtente ſoluendo, quando non probatur ſcientia, vel negligentia tutoris.*

17 *Reſtitutio conceditur ſine alia læſione, quando minor amiſit rem, quæ fuit maiorum ſuorum.*

18 *Minor confeſſus delictum, de quo aliter non conſtabat, reſtituitur non aliter probata læſione.*

19 *Minor fideiubens dicitur eo ipſo læſus, & reſtituitur ſine probatione læſionis.*

20 *Minor reſtituitur aduerſus præſcriptionem non probata aliter læſione.*

21 *Valor rei minuitur propter pactum retrouendendi quod fuit appoſitum in venditione.*

CONSILIVM CCXXVI.

CONCEDENDAM non eſſe magnificis Dominis Iulio Cæſari & Alberto fratribus de Carrara reſtitutionem in integrum aduerſus temporis lapſum, quod Dñs Albertus pater reſeruauerat ad redimendũ prædium venditum, videtur Dominus Baptiſta Serra emptor, & nunc conuentus euincere pluribus medijs. Et primò certum eſt, quod ex quo pater prædium vendiderat cum pacto redimẽdi intra quinquenniũ, non datur filijs reſtitutio ex capite de minoribus,
1 et ſi tempus † cucurrerit poſt mortem patris: verba enim edicti de minoribus, loquuntur de geſtis cum minore: Sed in præſenti caſu nihil eſt cũ ipſis minoribus geſtum, verum contractus initium habuit a defuncto, licèt poſtea per ſucceſſionem trãſiuerit ad minores, gl.in l.ſi cum militaribus, C.de teſtam.mili. Bar.in l.2.vbi cæteri oẽs, C.ſi aduerſ. vend.pigno.& in l.fi.C.in quibus cau.in integ.reſtit.non eſt neceſſa. Doct. in l. cum filiusfamilias, §.in hac, vbi præcipuè Ale.ff.de verb.obli.& quãuis tempus currat dum negocium pertinet ad minorem, tñ non ideo perſona minoris cõſideratur, quia tempus non eſt modus inducendæ, vel tollẽdæ obligationis, l.obligationum ſubſtantia, §.placet, ff.de actio.& oblig.l.2.§.& harum, ff.de verb. oblig. ſed attenditur initium contractus, qui incępit a maiore, licèt conſumationẽ recipiat cum minore, vt inquit Iacob.But.in d.l.2.C.ſi aduer. vẽ. pign.& hanc ſententiã, quod minor non reſtituatur aduerſus lapſum tẽporis ad redimendum, qñ contractus babuit originẽ a maiore, tenuit Corn. in conſi.219.li.1.vol.2.Soc.in conſ.112.col.pen. vol.1.Nat. qui bene declarat, in conſi.492.nu.2. & ſeq.Rol.in conſ.10.n.14.& ſeq.vol.2. vbi addit Pariſ.Ruy.Balb.& alios Tiraq.de retrac.conuen. §.1.gl.2.num.54.Bero.in conſ.121.&123. vol.3. Anch.moder.fam.q.lib.1.q.59.in prin.Caualcan. in tract.de tut.& cura.nu.101.& nu.143.& proſequitur Mauri.in trac.de reſt.in integ.c.97.& ſeq.

Secundò, quia licèt iuſta cauſa ſufficiat, vbi agimus de reſtitutione aduerſus tp̃s legale; tñ aliud eſt, qñ agimus de ꝑſcriptione conuentionali: tunc
2 enim iuſta † cauſa non excuſat, ſecundum gl.in d. l.militaribus, in verſi.diſtraxerunt, C.de teſtam. milit.vbi Bar.Bal.& Caſt. dicunt eam eſſe mirabilem, Bal. in ca.1.col.1.in ver.infantia, ti.quo tem. mil.Rom.in rub.ff.de arbit.col.pe.& in propoſito hoc voluit Cur.ſen.in cõſ.59.per totum, Cagnol. in l.1.q.16.C.de pac.inter emp.& ven.Caſt. Bert. & alij, quos citat Tiraq.d.§.1.glo.2.num.54.

Tertiò non etiam poteſt dari reſtitutio in integrum ex generali clauſula, ſi qua mihi tuſta cauſa, quia illa competit ſolũ in ſubſidium, quãdo tutores vel curatores minotis non ſunt ſoluendo; ſed
3 qñ ſunt ſoluendo, non datur reſtitutio, † quia ſatis eſt ſuccurſum minoribus, ſi agant contra tutores, vt latè declarãt Bal.& alij in l.ſi infanti, C.de iure delib.

delib.& in l.cum in antiquioribus,C.eod.tit.& in
l.qui duos,ff.de reb. dub. datur enim ex quadam
æquitate, quæ ceſſat vbi res minoris eſt ſalua agē
do contra tutores, l.1.ff.de in integr. reſt.l.1.in fi.
ff.ex quibus cau. maior. Socin.iun. in conſi. 128.
num.174.vol.1. & quod reſtitutio detur ſolum in
ſubſidium,probat tex.in l.fi.in princ.ff.de eo, per
quem fact.erit, & in l.planè, la ſeconda, §.1. ff.de
leg.1.Caſt. in l.2.C. ſi aduerſ.vend.pignor.in fin.
Rui.in conſi.119.col.pen.vol.5. Alba in conſ.18.
per totum. quandocunq; enim pōt tutori aliquid
imputari,reſtitutionis ceſſat remedium,Nat.in d.
conſi.492.nu.6.Rol.d.conſi.10.num.19. & ſeq.

Quartò ſi reſtitutio ex generali clauſula foret
concedenda,deberet probari læſio,aliàs non eſſet
locus reſtitutioni,quia nō ſufficit minor ætas, ſed
4 læſum eſſe oportet minorem ſui facilitate, † vel
aduerſarij dolo,l.nam & poſtea, §. ſi minor,ff.de
iureiur.l.verum,§.ſciendum,vbi Bart.& alij, ff.de
minorib.l.minoribus,C.de reſtitu. in integr. Bar.
in l.fi.C.eo.ti.Ang.in conſ.312.in fin.vbi dicit qđ
læſione non probata aduerſarius habet intentio-
nem fundatam, Abb.in conſi.77.verſi. aduertē-
dū tñ,vol.2. Soc.cōſi.57.vol.1. Dec.in conſi.474.
nu.5.& in l.fi.in 2.not.C.de tranſact.vbi ait quod
minori non detur ſimpliciter reſtitutio,ſed ita de-
mum ſi eſt læſus,& in conſ.616.in fine dicit,quòd
fundamentum reſtitutionis conſiſtit in læſione,
Ruin.in conſ.88.nu.4.vol.4.Gozad. in conſi.44.
nu.8.Pariſ.in conſi.121.nu.34.vol.1.Bero.in cōſ.
122.nu.9.& 10.vol.3.Crau.in conſi.192.num.4.
Natta in conſi.181.nu.9.& in conſi.343. per totū,
Rol.in conſi.10.num.9.vol.4. Deciſ. Pedem.158.
num.9.& ſeq.& quamuis prædicti ferè omnes lo-
quantur, quando agimus de reſtitutione ex titulo
de minoribus, tamen idem omnino eſt in reſtitu-
5 tione,† quæ poſtulatur ex generali clauſula,ſi qua
mihi iuſta cauſa , vt probat Bero.in d. conſi.121.
& in conſi.122.volum.3. vbi loquitur in terminis
de reſtitutione petita aduerſus lapſum temporis
ad redimendum prædium venditum. & ratio eſt,
quia facilius reſtitutio conceditur ex titulo de mi-
noribus,quàm ex generali clauſula,l.fi.ff.de reſti.
in integr. Aretin.in l.3.§. Labeo, vbi Iaſ.col.pen.
ff.de acq.poſſ.gl.& Alc.in l.cum quædam,in prin.
ff.de acq.hæred.Ruin.in l.1.§.nunciatio,nu.175.
ff.de ope. noui nunc. ideo ſi ob minorem ætatem
non conceditur reſtitutio ſine læſione , multo mi-
nus cōcedenda erit ex generali clauſula, atque ita
tenet in propoſito Crau. in conſi.271.num.8.ver.
quintò reſpondeo,refert & ſequitur Ceph.in cōſ.
314.num.13.& ſeq.læſio autē non reſultat ex ſolo
6 lapſu temporis,† niſi etiā aliud concurrat, vt pro-
bat Bar.in l.nā & poſtea,§.ſi minor, ff. de iureiur.
vbi dicit ꝙ minor,qui non appellauit in tempore,
nō reſtituitur ex eo ſolo, quod lapſum ſit tempus
ad appellandum,ſed probare debet habuiſſe tales
probationes,propter quas in cauſa appellationis
potuiſſet obtinere,& doctrinam Bartoli probarūt
Ang.Salic.Ale.Abb.Dec.Bero.Ant.Gabr.Deciſ.

Pedem.& Maurit. quos omnes citat, & ſequitur
Rol.in d.conſ.10.nu.15.verſi.quintò accedit, vol.
4.pulchrè diſputans Nat.in d.conſi.343.per totū.

Non etiam probatur læſio eo quod res,de qua
7 agitur, fuerit maiorum,quia † vt reſtitutio conce-
datur,conſideratur intereſſe nō ſimplicis affectio-
nis, ſed pecuniarum,c.1.de reſtit. in integr. l.ſcio,
ff.eo.ti.& ita in terminis concludit Bero.in conſi.
121.nu.18.& ſeqq.vol.3. vbi pluribus etiam mo-
dis reſpondet ad l.lex quæ, C.de adminiſtr.tuto.

Quintò ea reſtitutio videtur concedenda ſo-
lum ad effectū , ne minor re priuetur, quàm poſ-
8 ſidet;† non autem vt eam auocet a manibus alte-
rius poſſeſſoris, vt innuit gl.in l.qui in alterius, ff.
de reg.iur.& videtur expreſsè id velle gl. in l. cum
filiusfamilias,§.in hac,ff.de verb.oblig. vbi Caſt.
expreſsè ſic determinat , ſequitur Bero. d. conſil.
122.num.6.vol.3. vbi dicit dari reſtitutionem ad
tuendum propriam poſſeſſionem,non ad moleſtā
dum quemquam in eo,quod poſſidet.

Quod ſi reſtitutioni nō eſt locus,infertur nullo
iure prædictos Dominos fratres de Carraria ad-
mittendos eſſe ad redimendū prædium venditum
a patre, quia redimendi facultas eſt a contrahen-
tibus limitata ad quinquēnium , quod iā diu lap-
ſum eſt, ideo poſt curſum tēporis conuentionalis
redimere non licet: cum enim permiſerit tempus
9 † conuentum labi, videtur facultati redimendi re-
nunciaſſe,gl.& Ang.in l.ſi ego,ff.de neg.geſt. Bar.
in l.cum,§.qui ita,ff.de verb.oblig.& eſt text. qui
probat quod lapſo tempore non auditur venditor
volens redimere, in l.2. C. de pact. inter empt. &
vend.Soc.Ruin.Gozadin.Soc.iu.& Cagno.quos
in propoſito refert Rolan.d.conſ.10.nu.12.vol.2.
Nat.in d.conſi.492.nu.1.dixi latè in conſi.52.nu.
23.& ſeq. quare concludendum videtur indebitā
eſſe moleſtiā, quam dicti Domini fratres inferunt
nobili Baptiſtæ Serræ pro recuperatione prædij.

His tamen nequaquam refragantibus, magis
placet contraria ſententia, quæ eſt in fauorem Do
minorum fratrum de Carraria,quod ſcilicet reſti
tuendi ſint in integrum ad redimēdum prædium
a patre venditum , non obſtante temporis lapſu,
ſunt enim minores: imò cum pater eorum deceſ-
ſit,erant in ætate pupillari conſtituti, & iuſtam ha
buerunt ignorantiam eorum, quæ pater geſſerat,
l.qui in alterius,ff.de reg.iur.& quando ſubeſt iu-
10 ſta cauſa , nedum minor,† ſed etiam maior reſti-
tuitur,l.nec non, ff.ex quibus cau. maior. l. credi-
tor,§.primo,in fin.ff.de diſtract.pignor. & quan-
do ex titulo de minoribus non datur reſtitutio,
tunc ſi aliqua ſubeſt cauſa vel abſentiæ vel igno-
11 rantiæ,minor † reſtituitur.ita Bartol. in l.cum fi-
liusfamilias,§.in hac,ff.de verbor.oblig.in l.Emi-
lius,ff.de minor.& in l.ſecunda,C.ſi aduerſ.vend.
pignor.idem voluit Bal.in l.fin.C.ſi pend.appell.
mors interuen. Angel. in l.ſi inſulam, in 6. fallen.
reg.negatiuæ, ff.de verbo. oblig. Socin. in conſil.
112.in fi. volum.1.Ruin. in conſi.54.colum.pen.
volum. 5. Balbus in tracta. præſcript. in 1.par.6.

par.princip. num.32.in verſi.ſecundò limita, An-
nibal in repet.l. poſt contractum, num. 146.ff.de
donatio.Soc.iu.in conſ. 104.nu. 16.vol.3. Alciat.
in conſi.312.nu.2.Craue.in conſi.201.nu.34.vbi
concludit admitti reſtitutionem ad tempus redi-
mendi etiam contra præſcriptionem triginta an-
norum, vbi notat miram Doctorum varietatem,
& hãc tenet Foller.in praxi cenſuar. in §.inſtrum.
grat.pro conſt.prec.nu.21.& ſeq.ubi fortius con-
cludit dari reſtitutionem ex titulo quoque de mi-
noribus, & vbi aliud non obſtaret, admittũt Nat.
in d.conſ.492.nu.5.& Rol. in d.conſi.10.nu.4.&
ſecundum multos hæc reſtitutio in integrũ ex ge-
nerali clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa, datur etiã
aduerſus lapſum triginta annorum, ſecundũ Bar.
in l.1.§.ſi quis, ff. de itin. actuque priua. latiſſimè
Alexan. in d.§.in hac, alios multos citat Pinell. in
auth.niſi tricennale, nu. 58.& ſeq.C.de bo.mater.
vbi ponit quid ſtante præſcriptione quadraginta
annorum, Dominus Becius qui etiam plures cõ-
gerit in conſ. 50.per totum.facit in ſimili quod vo
luit gl.in l.2.C. de iure emphy. vbi inquit iuſtam
ignorantiam excuſare hæredem, qui non ſoluerat
canonem rei emphyteuticæ, ſequitur Barto.& alij
ibi, Butr.in ca.ſignificante, col.3.de pigno. vbi ait
excuſari emphyteutam qui fuit detentus in car-
ceribus, nec cadere a ſuo iure, & cõmunẽ opinio-
nem dicit Soci. iun.in conſi.70.num.23.vol.1.&
quod propter iuſtam cauſam ignorantiæ minor
reſtituatur, voluit Imo. in d.§.in hac, extollendo
Bartoli doctrinam, vbi dicit eſſe aureis literis ſcri-
bendam, ſingularem, & menti tenẽdam, ſequitur
quoque Iaſ.nu.6.eos citat Rolan. d.conſi.10.nu.
7.& Anch.moder.famil.quęſt.lib.1.q.59.nnm.2.

Hæc autem opinio videtur procedere ſine du-
bio, quando tempore mortis patris filij erant, vt
in præſenti caſu infantes: nam facilius conceditur
reſtitutio ex clauſula generali, ex quo in eis non
12 datur ſcientia,† Barto.in l.cum in antiquioribus,
num.3.C. de iure deliberan. quia quidquid videt
ignorat, iuribus vulgaribus, & dicit tex. in l.ergo,
in fi.ff.ex quib.cau.maior. quod edictũ illud per-
tinet ad furioſos, infantes, & ciuitates, & in termi-
nis inquit Aretin.in l.Pantonius, in fi.verſi. credo
ẽt poſſe dici, ff.de acq.hær. quod infanti datur re-
ſtitutio ex generali clauſula. & ita concludit in pu
pillo Anch.mod.d.q.fami.59.nu.4.& ſeq. & con-
firmantur ex ijs, quę Doctores ponunt in d.l.ſi in-
fanti, C.de iure deliberan.& in d.l.cũ in antiquio-
ribus. & ideo inquit Maurit. de reſtitu. in integr.
conſueuiſſe Dolanum Senatum ſubducere tẽpus
pupillaris ætatis ab ipſo tempore præſcriptionis.

Non obſtat itaq; quod nõ poſſit minor reſtitui
13 ex titulo de minoribus, † attento ꝙ cum eo nihil
eſt geſtum: nam in contrarium ſtare uidetur deci-
ſio Alber.in l.Emilius, col.fi.ff.de minor.qui dicit
quod in cõtingentia facti ſtandũ eſſet potius æqui
tati Imperatoris, qui permittebat reſtitutionem,
quàm rigori Pauli Iuriſcõſulti, qui eam negabat,
& allegabat quoq; tenuiſſe Gul. Cune.& Guido,
Suzar.eandem quoque ſententiam probauit Fol-
ler.in prac.cenſuar.§.inſtr.grat. pro cõſt. pret.nu.
21.ver.ego autem puto, allegat Bene.in c.Raynu-
tius, in ver.in eodem teſtamento, il primo, nu.34.
de teſtam.& ad l.Emilius, reſpõdet quod ibi pro-
pter pactum legis cõmiſſoriæ nihil minor de ſuo
amittebat; ſed aliud eſt, quando agimus de pacto
retrouendendi, quia ſi minor permittat labi tem-
pus, rem ſuam perdit: alia autẽ eſt ratio lucri ceſ-
ſantis, & alia damni emergentis. Sed quia Do-
ctores communiter tenent non dari reſtitutionem
ex eo capite; reſpondeo quod ſaltem dabitur re-
ſtitutio ex generali clauſula, ſi qua mihi iuſta cau-
ſa, & minor idipſum hac via conſequetur.

Nec mouet quod iuſta cauſa non ſufficiat ad
obtinendum reſtitutionem in integrum aduerſus
præſcriptionem conuentionalem: quia reſponde-
tur verum eſſe quoad titulum de minoribus, ſed
14 ex generali clauſula debet † concedi, per tex.in d.
l.ſi creditor, §.illud, ff.de diſtract.pigno.& dixi la-
tè ſupra in princip. huius partis. & quamuis Cur.
ſen.d.conſi.59.& cum eo Cagnol.voluerit cõtra-
rium, tamen eorum ſententia non recipitur com-
muniter, vt inquit Rolan. d.conſi.10.num.18.vol.
2.& dicit Natta in conſi. 492.nu. 5. quòd durum
eſſet recedere ab hac ſententia, quę innititur ſum-
mæ æquitati, & in contrarium faciunt, quæ ponit
Tiraq. de retrac.conuentio.§.1.gl.2.n.57. & ſeq.
& hæc ſentẽtia fuit in hoc Excellentiſſimo Senatu
approbata, & ſecundum eam iudicatum ad fauo-
rem magnificorum Dominorum Fratrũ de Co-
ſtis, qui fuerunt quamuis maiores reſtituti, non
obſtante lapſu temporis ad redimendum maſſari-
tium Caliani, ex quo durante tempore cõuentio-
nali fuerant carceribus mancipati.

Et nõ ſunt repellendi Domini Fratres de Car-
raria eo quod ſibi ſit cautũ contra tutores, quan-
doquidem non fuit probatum quod illi fuerint ne
gligentes, id quod erat maximè neceſſariũ, vt poſ-
ſent conueniri a miooribus, & huiuſmodi negligẽ
tia cadere non poteſt, niſi probata ſcientia corũ,
quę tamen io dubio oon præſumitur, ſed ignorã-
tia, l. verius, ff. de probatio. & quod ſit neceſſaria
15 tutoris† ſcientia, vt ea poſſit officere pupillo, pro-
batur in l.3, in fi. ff. de tribut.actio. & tunc ſolum
datur actio minori contra tutorem, qñ tutor ſciuit
contractum, & fuit negligens, aliàs mioor non põt
tutorem moleſtare, ſed dirigit ſuam actionem cõ-
tra principalem, Caſt.io d.l.cum filius, §.in hac, ff.
de verbo.oblig.& probat text.in l.ſi tutores, C.de
adm.tuto. & non poteſt tutor dici negligens, qui
ignorauit rem eſſe venditam cũ eo pacto, vt pro-
bat latè Soc.d.l.cum filius, §.in hac, col.penult. &
hoc modo loquitur Ruyn. in conſi.129.nu. 17.in
fi.vol.5. dum inquit, quòd ſtetit per tutorem, vel
quod tutor ſciuit. ita etiam Natta d. conſi. 492.
nu.6.& Rolan.d.conſi.10.nu.20.vbi verò non cõ-
16 ſtat de tutoris ſcientia vel negligentia, † dicunt
ſimpliciter Doctores dari reſtitutionem in inte-
grum, vt ſupra probaui. Cum ergo non probetur

tutores

tutores ſciuiſſe, nõ poſſunt hi Domini fratres eos
moleſtare:ergo liberum erit eis agere ad reſtitutio
nem contra Dominum Serrã poſſeſſorẽ,& empto
rem prædij. bene fateor quod ſi probaretur tuto-
res datos a patre in teſtamento ſciniſſe eum cõtra
ctum, poſſent minores agere contra eos, etiam ſi
non ſecerint inuentarium,& alia ſolemnia, ſecun-
dum Bar.in l.ſi infanti,nu.12.& l.cum antiquiori-
bus,nu.tertio, C.de iure deliber. & in l. qui duos,
nu.8.9.& 10.ff.de reb.dub.

Parum autem aduerſatur,quod de læſione pro
banda in contrarium fuit allegatum, quandoqui-
dem id tollitur multis modis; Et primò,cum illud
prædium eſſet ſuorum maiorũ, præſumitur mino-
res ad illud magnam habere affectionem; & licèt
intereſſe affectionis regulariter non habeatur in
conſideratione,ſed pecuniarium requiratur,tamẽ
hoc fallit cũ tractamus de affectione erga res, quæ
17 fuit maiorum:ea etenim † habetur pro læſione, &
ſufficit ad obtinendum reſtitutionem, vt eſt text.
expreſſus in l.ſi in emptione,ff.de minor. vbi dici-
tur concedendam eſſe reſtitutionem minori, qui
in ſubhaſtatione fuit ſuperatus adiectione alte-
rius,& ſatis intereſſe minoris quod fuit ſuperatus,
ſi probet rem fuiſſe ſuorum maiorum.& ſubdit gl.
ibi hoc intereſſe mirabile fore,ſequitur Bar. & in-
quit Bald. quòd propter affectionẽ fingitur mino
rem enormiter læſum,ex quo ſine læſione non re-
ſtitueretur,ſequitur Alex. in conſi.67.nu.quarto,
vol.quinto,dicens graue damnum pati minorem,
quando permittit rem paternam vẽdi. & dicit per
prædictum tex.gl.in l.1.in ver.reipublicæ, in fi.ff.
ſol.matr.quod & ſi non valeat legatum, quod nul
lam affert vtilitatem: tamen ſi teſtator mandet rẽ
alicui vẽdi iuſto pretio,valebit legatum, ſi res fuit
maiorum eius,cui eſt legata, & illum tex.dicit val.
de ſingularem Barbat.in conſi.13.num.3.vol.2.&
in conſi.18.nu.3.vol.2.& non reperiri alibi,inquit
Igne.in l.dudum,in quæſt... nu.31.C.de contrab.
empt.& in l.quatenus, col.11.ff.de reg.iur.ſequi-
tur Cur.iun.in l.vnica, num.16. in fin.C.de ſent.
quæ ſine cer.quant.vbi Sapia,nu.36.Alciat.num.
44.& 48.& Rebuff.nu.286.faciunt de eodem tex
tu mentionem,& quod reſtitutio concedatur hac
ſola ratione,voluit Alciat.in conſi.312.in princip.
& in tractat.præſumptio.reg.prima,præſump.20.
Pariſ.in conſi.32.num.29.vol.primo.& dicit Ca-
gnol.in l.quatenus,num.4.ff.de reg.iur.conſidera
ri hoc caſu intereſſe affectionis, etiam ſi nullã an-
nexam habeat utilitatem. & dicit Ant. Burg.in c.
1.num.23. de emp. & vend. illum tex. eſſe perpe-
tuo menti tenendum,quia continet ſingularem ca
ſum, in quo minor reſtituitur ratione ſolius affe-
ctionis,plura cõgerit Tiraquel.in præfatio.tracta.
de retract. conſang.num.34. & ſeqq. Gozadin.in
conſi.44.nu.7.latè etiam Foller.in dicta praxi cen
ſuar.§.inſtrum.grat.pro cõſt.cenſ.nu.21.& ſeqq.
Natta conſi.631.nu.12.& ſimilis eſt tex. in l.liber-
tus,qui ſoluẽdo,ff.de bon.libe. vbi dicitur noſtra
intereſſe adire hæreditatem, quæ non ſoluendo

ſit, ſi in ea extent prædia, quæ habeant ſepulchra
maiorum. quibus omnibus conſtat male loquutũ
fuiſſe Bero.d.conſi.121.nu.18.vol.3. qui negat in
tereſſe hoc affectionis non ſufficere ad reſtitutio-
nem, ſed pecuniarium requiri,id quod verum eſt
quando aliunde affectio deducitur,quam ex eo ꝙ
res fuerit maiorum. at ubi res fuit maiorum,id ha
betur loco maximæ læſionis,vt ſupra dictum fuit:
aliæ verò reſponſiones allegatæ a Bero. in loco ci-
tato non merentur reſponſum,quia impugnantur
paſſim a Doctoribus hic citatis,qui indiſtinctè te-
nent,ſolam affectionem non ſufficere ſine alio ad-
miniculo.

Reſpondeo ſecundò, quod in præſenti facto nõ
opus eſt probare læſionẽ, ex quo reſultat læſio eo
ipſo quod per lapſum temporis dicti Domini fra-
tres de Carraria amiſerunt facultatem redimendi
prædiũ,quæ ſibi comperebat;quod ſecus eſt,quã-
do minor petit ſe reſtitui aduerſus lapſum tempo-
ris ad probandũ uel appellandum:tunc enim læſio
non reſultat ex ipſo lapſu, quia poteſt eſſe quod
nullas haberet probationes, & quod nihil magis
poſſet deducere in cauſa appellationis, quàm in
cauſa principali;ideo maxima cũ ratione Bar.d.§.
ſi minor,& alij,qui eũ ſequuntur,dicunt minorem
probare debere, quoad probationes, vel aliquid
tale,propter quod potuiſſet obtinere, quod ſecus
eſt in lapſu temporis ad redimendũ, in quo lapſus
temporis aufert omnimodo & totaliter ius, quod
minoribus competebat,ideo nõ opus eſt aliter do
cere de læſione poſtquam ea patet ex ſolo lapſu,ad
duco id,quod voluit Ang.in l.certum, §.in pupil-
18 lo, ff.de confeſſ.vbi inquit minorem reſtitui † nõ
aliter probata læſione aduerſus confeſſionem deli
cti,ſi de eo aliter non conſtabat,quam per confeſ-
ſionẽ,quia ex ipſa cõfeſſione reſultat læſio & dam-
nũ,ex quo ſua confeſſio probat delictũ, quod alio
quin probatum non erat;& ſubdit quod eſt quoti
dianum,& notabile,& illud dictum multum com-
mendat Alex.in conſi.116.volum.tertio,& in d.l.
nam & poſtea,§.ſi minor,quem legit ſub l.ait præ
tor,& ibi quoque Iaſon,nu.7.ff. de iureiuran. vbi
dicunt diligentiſſimè notãdum eſſe,Iaſ. in l.error,
num.10.C.de iur.& facti ignoran.Cre.in ſing.67.
nu.ſecundo,Marſil.ſing.445.Alciat.in tracta.præ-
ſump.reg.prima, præſump.42.nu.10.Grammat.
inter conſilia crimin.conſi.16.num.primo & ſepti
mo, Rolan.in conſi.31.num.10. & in conſi.51.nu.
37.vol.primo,Menoc.latè in tracta.de arbitr.iud.
caſu 268. addo etiam id, quod uoluit gloſ. relata
ad textum in l.ait prætor,§.non ſolum, in ver.do-
19 ceat, ff. de minor. vbi inquit † reſtitui minorem
aduerſus contractum fideiuſſionis nulla probata
læſione,quia dicitur læſus eo ipſo quòd fideiuſſit,
ſequuntur ibi Bald. Alberic. & alij, Caſtr. in l.fin.
nu.quarto, C.in quibus cau.in integr. reſtitut. nõ
eſt neceſſ.Afflict.in deciſio.322.nu. ſeptimo, So-
cin.iun.in conſil. 47. num. ſexto, volum. quar-
to,dixi in conſilio 46.nume. ſecundo, conſil.87.
nume.4.conſil.114.nume.5.vbi poſt gloſ. & alios

dixi, locum vendicare etiam quando is eſſet ſol-
uendo, pro quo fideiuſſit. Ecce ergo qđ vbi actus
geſtus a minore ſecum affert incommodum vel
damnum, non eſt opus probare læſionem ad im-
putandum reſtitutionem. ad hoc etiam conſidero
id, quod voluit glo. in dicta l. fin. C. in quibus cau.
in integrum reſtitu. non eſt neceſſ. vbi dicit, quòd
in reſtitutione, quã minor poſtulat aduerſus præ-
20 ſcriptionem, † non opus eſt probare læſionẽ, quia
lapſus temporis auferendo ius quod competebat
minori, infert damnum, ſequuntur Caſtren. ibi,
num. 4. Miſinger. ſingul. obſeruat. centur. quarta,
obſeruatio. 16. in fine: ita ergo in propoſito lęſi di-
cuntur ipſi Domini fratres eo ipſo, quòd per la-
pſum temporis fuerunt excluſi a facultatate redi-
mendi, quæ ſibi intra quinquenniũ competebat.

Tertiò põt in propoſita quæſtione conſiderari
lęſio etiam in valore rei, atque ita cõcurrere etiam
poteſt pecuniarum intereſſe, quandoquidem vbi
res venditur cum pacto reuendendi, ſolet minus
iuſto pretio vendi. & ſi hi Dñi fratres prędium in-
tra quinquennium ſecundum redemiſſent, illud
omne ꝗ deerat ad ſupplendum iuſtum pretium
ceſſiſſet lucro ipſorũ: ergo permittendo labi tem-
pus conuentionale, amiſerunt illam partẽ pretij.
21 quod autem minus ſoleat res vẽdi † ꝑꝑ pactum
retrouendendi, voluit expreſsè Abb. in cap. in ali-
quibus, nu. 2. de decim. & in cap. ad noſtram, vbi
Butr. Barbat. & Anto. de Burg. de emptio. & ven.
Marian. in cap. cum Ioannes, in ſeptimo notab. de
fide inſtrumen. Socin. in conſi. 15. nu. 56. volum.
primo, vbi dicit quod tale pactum minuit tertiam
partem iuſti valoris, Iaſ. in l. prima, §. ſi hæres, nu.
9. & ſequen. & ibi Ripa, nume. 26. ff. ad Trebel-
lia. Crem. in l. ſecunda, nume. 248. & nume. 250.
C. de reſcind. vend. vbi Cagnol. nume. 243. & Pi-
nell. par. 3. cap. quarto, nume. 19. qui dicit ſolere
omnes rem vilius vendere ob ſpem recuperandi,
Didac. lib. 3. variar. reſolut. cap. 10. nume. primo,
& ſequen. Tiraquell. de retract. conuent. in præfa-
tio. num. 20. Caſſan. in conſuetud. Burgund. rubr.
5. §. 1. num. 21. Crauet. in conſil. 145. num. 9. Fol-
ler. in pract. cenſu. in §. inſtrumen. grat. proconſ.
cenſ. num. 12. Ruyn. in conſi. 66. nume. 9. volum.
4. Rolan. in conſil. 96. num. 38. volum. 2. Cæphal.
in conſi. 261. nume. 9. Deciſio. Pedemon. 41. nu.
14. tale enim pactum cenſerur pars pretij, l. fundi
partem, ff. de contrahen. emptio. Et ex hoc tol-
litur vnũ, quod potuiſſet obijci contra præceden-
tem reſolutionem, vt quia dictum fuiſſet non pro-
bari læſionem eo ipſo quod effugit dies redem-
ptioni præfixus, & amiſerunt minores facultatem
redimendi, quia ex eo fortè nullum damnum po-
tuit inferri minoribus: Nam reſpondetur, qđ hoc
eſt patẽs damnũ, quod res magis valebat quàm ſit
pretium ab emptore numeratũ, ideo intereſt mi-
norum non fuiſſe lapſum tẽpus ad redimendum.

Non reſiſtit quartũ, quòd reſtitutio ex gene-
rali clauſula detur ſolum ad tuendum bona, quæ
minor poſſidet, nõ ad moleſtandum poſſeſſorem:
quia reſpondeo, quòd hæc fuit opinio Cur. ſen. in
d. conſil. 59. quæ intelligitur ſolum in reſtitutione
ex titulo de minoribus, quia minor nõ ſolet reſti-
tui ad lucrum, ſed ex generali clauſula conceditur
hæc reſtitutio nedum minori, ſed etiam maiori,
quando iuſta cauſa ſubeſt, puta ignorantiæ, vt di-
xi ſupra, verſ. his tamen nequaquam, & ver. nec
mouet, quod iuſta. & cũ hac ſententia tranſit An-
charan. modern. in d. quæſtio. 59. nu. 5. vbi ita de-
clarat contrariam ſententiam, & eam quoque li-
mitat non procedere in infante.

SVMMARIVM.

1 *Citatio eſt neceſſaria ad validitatem iudicij.*
2 *Rei vendicatio datur ſolum contra poſſidentem.*
3 *Liti non dicitur ſe offerre, qui non fuit interrogatus, an poſſideat.*
4 *Reus ſi non poſſidet, qualiter ferenda ſit ſententia pro actore.*
5 *Actor venire debet inſtructus ad iudicium.*
6 *Mulcta, pœna, & condemnationes, ſunt fructus iuriſdictionis.*
7 *Exceptio, sua non intereſt, eſt litis finita.*
8 *Hæres ſine inuentario nõ impugnat diſpoſitionem defuncti factam ſuper feudo.*
9 *Pœna ſpectat ad eum, qui fuit dominus tempore ſententiæ, quando ſpectat ratione exercitij.*
10 *Domini plures ſi diuidant iuriſdictionem in annos, quilibet tamen remanet dominus inſolidum. ſed vide, nu. 24*
11 *Feudum regulariter diuidi poteſt.*
12 *Feudum diuidi ſemper poteſt, quoad vſum & commoditatem. & num. 25*
13 *Confiſcatio ad eum ſpectat, qui erat dominus tempore delicti commiſſi.*
14 *Tempus delicti, non cõdemnationis attenditur, quãdo pœna imponitur ipſo iure.*
15 *Delinquens ſtatim perdit dominium, & bona poſtea alienata reuocantur, quando pœna imponitur ipſo iure.*
16 *Citatio non eſt neceſſaria, quando pars eſt præſens.*
17 *Citationis defectus non annullat acta, ſi nihil allegetur quòd citatus poſſit opponere.*
18 *Reus ſi nõ poſſidet. Iudex declarat ſuper iure actoris, & reum abſoluit.*
19 *Ius tertij non poteſt deduci.*
20 *Proprietarius agens contra tertium, conſequitur fructus, licèt alius ſit vſufructuarius, ſecus ſi ageret contra vſufructuarium.*
21 *Fructus condemnationum dicuntur pendere, donec condemnatio non eſt exacta.*
22 *Fructus pendẽtes ſpectant ad proprietarium mortuo vſufructuario, etiam ſi maturi ſint.*
23 *Alex. in l. diuortio, §. ſi vir, col. fin. ff. ſoluto mat. quomodo procedat.*
24 *Boſſius in tit. de pœnis, nu. 22. reprobatur.*
25 *Bar. in l. inter tutores, num. 9. ff. de admin. tuto. declaratur.*
26 *Feudum diuidi poteſt reſpectu fructuum.*

CON-

CONSILIVM CCXXVII.

CASTRVM Sallabouis cum iuriſdi-
ctione, mero & mixto imperio eſt
infeudatũ magnificis Dominis Io.
Frãciſco Nattæ & Horatio Bocio;
contigit verò quendã Facinũ Mur-
ram de eo loco ſalſum dixiſſe teſtimonium in cau
ſa ciuili, & proinde condemnatũ fuiſſe a Dño Ca-
pitaneo Iuſtitiæ in confiſcatione bonorũ; ſed Dñs
Natta, quaſi ad ſe ſpectaret cognitio illius delicti,
& vtilitas condemnationis, auocauit a fiſco Duca
li bona damnati; nunc Dñs Horatius conuenit eũ-
dem Nattam ad relaxandum ſibi bona dicti Faci-
ni, quia iuriſdictio Sallabouis ad ſe ſpectaret tem
pore quo Facinus falſam fecit depoſitionẽ. Et quã
uis multa Dominus Natta dixerit, ordinauit tamẽ
Senatus Excellentiſſimus, eum debere relaxare ea
bona confiſcata: his verò non acquieſcens intro-
duxit Dominus Natta remedium ſupplicationis
aduerſus dictum ordinatum, plura adducit; & pri
mò, quod iudicium iam agitatum eſt nullũ, quia
non fuit citatus, cum tamen deberet citari, l. de
vnoquoque, ff. de re iudi. & citatio † requiritur,
etiam in extraiudicialibus, vt actus qui fit præiudi
cet tertio, l. fin. C. de author. præſtan. l. in conce-
dendo, ff. de aqua plu. arcen. cum ſimilibus.

Secundò adducit, quod de tẽpore primi iudicij
ipſe non poſſidebat bona confiſcata, ſed erant ad
manus Dñi Georgij fratris ſui: quapropter cõtra
ſe non potuit Dñs Bocius obtinere in rei vendica
tione intentata, quæ ſicuti exigit dominium in eo
2 qui agit, ita poſſeſſionem requirit † in eo qui cõue
nitur, l. officiũ, ff. de rei vend. l. vnica, C. de alien.
iud. mutan. cau. facta, vbi latè gl. & Doct. in §. om-
nium, Inſtit. de actio. vbi Ang. nu. 9. ponit, an re-
quiratur ciuilis & naturalis poſſeſſio vel altera ſuf
ficiat. & diffusè agit Iaſ. nu. 105. qui num. 110. po-
nit, an detur contra ſimplicem detentorem etiã ſi
reus dixiſſet extra iudicium ſe poſſidere, ſm Bart.
in l. is, qui ſe obtulit, ff. de rei vend. Iaſ. d. §. omniũ,
nu. 99. Didac. in c. Raynald. §. 3. n. 4. de teſta. ideo
prodita eſt a lege cautela, vt qui intendit experiri
actione reali, interroget reũ an poſſideat, l. qui pe-
titorio, ff. de rei vend. l. qui interrogatũ, ff. de inter
rog. actio. Ang. d. §. omnium, nu. 11. & ibi Iaſ. nu.
99. Caſt. in l. ſi a te, §. 1. col. 2. ff. de except. rei iudi.
Rol. conſi. 56. nu. 2. vol. 2. Nec dicatur Dñm Nat-
tam iudicio ſe obtuliſſe, quia non dicitur offerre
3 ſe liti is, qui non fuit interrogatus, † an poſſideat,
vt voluit gl. quam ſequitur Bar. in l. is, qui ſe obtu
lit, ff. de rei vend. Caſt. Abb. Alex. Soc. Fel. & alij,
quos citat Rol. d. conſi. 56. nu. 1. & ſeq. & vbi actũ
eſt cum eo, quem non conſtat poſſidere, venit cõ-
uentus abſoluendus, nec poteſt cõdemnari etiam
ſi conſtaret de iure, ſeu dominio agentis, vt dicit
Bart. in d. l. is, qui ſe obtulit, & dicit poſt glo. Bal.
in l. licet minimam, ff. de petit. hær. quod officium
Iudicis eſt non condemnare, ſed declarare, & eſt
tex. in c. examinata, de iudi. & in c. Raynaldus, cũ
glo. de teſtam. Abb. & Fel. in c. examinata, de iud.
& paſſim ponunt Doctores. & quamuis ſecundũ
aliquos ferri debeat ſententia, per quam declare-
tur ſuper iure actoris, tamen hoc procedit quãdo
4 actor † ignorabat reũ non poſſidere. at ſi ſciebat,
tunc nulla fieri poteſt declaratio, ſed ſola pronun-
ciari debet abſolutoria in fauorẽ conuenti; ita de-
charat Matheſil. in notab. 137. ſequitur Fel. in c.
aduerſario, col. 5. de exceptio. ſed in præſenti caſu
actor ſciuit, vel ſcire debuit Dominum Nattã non
poſsidere, quia ſemper actor debet uenire inſtru-
ctus ad iudicium, & præparare ſe in probationib.
5 quas eſt facturus, † Spec. in tit. de præparato. iudi.
§. 1. & actor debet eſſe certus de omnibus, ut dici-
tur in l. qui in alterius, ff. de reg. iur. ubi ideo infert
Bart. quod iuſta cauſa nõ excuſat actorem ab ex-
penſis, & idem dicit Bart. in l. cum, quem, ff. de iu-
di. Dec. & Cagn. d. l. qui in alterius, Dec. in l. qui
accuſare, in princ. C. de eden. & dicit Caſt. in l. de-
ſtitiſſe, nu. 5. ff. de iudic. quod actor non excuſatur
propter ignorantiam, quia debuit perquirere.

Tertiò ubi acta eſſent ualida, tamen ex alio ui-
debatur Dominus Natta abſoluendus, quia Do-
minus Hieronymus Bocius pater Domini Hora-
tij in ſuo teſtamento legauit Domino Vincentio
fratri ſuo uſumfructum Caſtri, & bonorum etiam
feudalium Sallabouis, & delictum fuit cõmiſſum
& confiſcatio contigit uiuente Domino Vincen-
tio; proptereaq; ſi tempus delicti inſpiciendum
eſſet, bona illa ſpectarent hæredibus Domini Vin
centij, qui erat uſufructuarius, non autem Domi-
no Horatio: mulctæ enim, pęnæ, condemnatio-
6 nes, & huiuſmodi † obuentiones ſunt fructus feu-
di, ſeu iuriſdictionis, Azo in ſum. C. de pęn. Bart.
Bald. & Ang. in l. ſi. q. 1. ff. ſol. mat. alios citat Tira-
quel. de retract. conuent. §. 5. glo. 4. nu. 18. Capic.
deciſ. 27. nu. 15. Boſſ. in tit. de pęnis, nu. 32. & ad
uſufructuarium ſpectant, l. item ſi fundi, ff. de uſu
fru. l. fructuario, ff. uſufr. quem. cau. pręcipuè cum
Dominus Vincentius uiuens uſumfructum petie-
rit, & fideiuſſerit de utendo & fruendo, & in eius
fauorem iudicatum fuerit, poteſt igitur Dominus
Horatius ſummoueri exceptione iuris & actionis
deficientis, uel tua non intereſt petere, quæ eſt li-
7 tis † finitæ, l. hoc corpus, §. competit, ff. de rei uen-
di. l. poſthumus, §. ſi qs ex his, ubi Bar. ff. de inoff.
teſtam. & repellit agentem a limine iudicij, Ang.
in l. ſi patroni, §. qui fideicommiſſaria, ff. ad Treb.
& non releuat quod Dominus Hieronymus non
potuerit de feudo diſponere legando feudi uſum-
fructum fratri: quia omiſſis pluribus alijs reſpon-
ſionibus, quæ accõmodari poſſent, dico, quod ex
quo Dominus Horatius adiuit paternam hæredi
tatem ſine inuentario, non poteſt impugnare di-
8 ſpoſitionem de feudo † factam, ſecundum Iacob.
Bald. Mart. Laud. Caſt. Aluar. Cardin. Alex. &
alios, quos citat Tiraquel. de retract. conſangui.
§. 1. glo. 9. num. 49. Arium Pinell. in l. 1. par. 3. nu.
81. C. de bon. mater. Rolan. in tracta. de inuent. §.
quid hæres, num. 18. folio 151.

Quartò facit pro Dño Natta, quia licèt tempo-
re cõmiſſi delicti iuriſdictio ſpectaret ad Dñm Bo
cium, tñ qñ formata fuit contra Facinum inquiſi-
tio, ſpectat iuriſdictio ad D. Nattam, & ipſe bona
reuocauit a fiſco Ducali, & ideo pœna illa ſpectat
D. Nattæ, qui erat Dñs iuriſdictionis tempore in-
9 quiſitionis † & ſñiæ, per ea quę ponit Alex. in l. di-
uortio, §. ſi vir, col. fi. ff. ſol. mat. vbi ait quod ſi pœ
na ſpectat rõne exercitij, tunc eius erit, qui actu iu
riſdictionẽ exercuit, quaſi obuenerit eius opera &
induſtria, & ita contrarias ſñias concordat, & mo
uetur argumento l. naturalẽ, §. illud, ff. de acqui. re
rũ dom. & §. illud. Inſtit. de rer. diui. vbi fera effici-
tur inſequentis, & capientis, non añt vulnerãtis: &
eius diſtinctionẽ approbat Ruin. in conſi. 193. nu.
2. vol. 1. & Boſſ. in tit. de pœn. nu. 22. vbi ait quod
hæc opinio habita fuit in cõſideratione in Senatu
Mediolanenſi tanquã proueniens ex diuino Ale-
xandri iudicio, quia Senatus ordinauit quod ſpe-
ctent condemnationes ad primum dñm, ſi eius tẽ-
pore ſaltem formata eſt inquiſitio, & non aliter.

Vltimò videtur, quòd ſaltem inter eos diuiden
da ſint bona confiſcata: nã fructus ad eum ſpectãt,
qui eſt dñs, l. fructus, ff. de rei vend. iuriſdictio añr
Fallabouis æqualiter ad eos oẽs ſpectat, ergo &
confiſcatio. & quamuis exercitium iuriſdictionis
ſit inter eos diuiſum in annos, ita vt exerceant iu-
10 riſdictionem alternis annis: † tñ quiſque eorum
remanet inſolidũ dñs, vt inquit Bart. in l. tutores,
nu. 6. ff. de adm. tuto. vbi infert, quod ideo vnus in
ſuo anno non poteſt condominum delinquentem
coercere, quia ſunt pares in iuriſdictione & pote-
ſtate, licèt adminiſtratio ſit diuiſa: infert quoque
quod vno delinquente, ſuperior poterit exerceri
iuriſdictionem in vtriuſque bonis, Abb. in c. pru-
dentiam, nu. 12. vbi Fel. & Dec. de off. deleg.

Verum prædictis non obſtantib. arbitror cõtra
riam ſñiam eſſe veriorem, & bona confiſcata Faci
no Murræ inſolidum ſpectare ad D. Horatiũ: iu-
riſdictio enim Fallabouis eſt diuiſa in annos inter
eum, & D. Io. Franciſcũ Nattam, & non eſt dubiũ
11 quod feudũ † diuidi põt, c. 1. §. pterea Ducatus,
de prohib. ſeu. alien. per Feder. c. omnes filij, ſi de
feu. fuer. controu. inter dom. & agna. c. 1. §. item ſi
domus, quib. mod. feud. amitt. & ibi dicit Iſer. q̃d
feudum poteſt diuidi inter plures filios vaſalli, &
voluit poſt Alex. & Curt. ſen. Rol. in conſ. 80. nu.
13. vol. 1. & procedit etiam in feudo iuriſdictionis,
quia a regula excipiuntur tantummodò feuda ma
iora, & regula ſtat firma in caſib. non exceptis, l.
quæſitum, §. denique, ff. de fun. inſtru. & ita tenet
Spec. in tit. de feud. §. quoniam, nu. 56. & latè de-
fendit Alex. in conſi. 7. nu. 5. ver. quintò probatur,
vol. 5. & eſt communis omnium opinio, vt atteſta
tur Soc. in conſ. 67. nu. 45. vol. 1. Curt. iu. in tract.
feu. par. 4. q. 30. col. 5. ver. ſecunda principalis re-
gula, Clar. de feud. q. 44. in fi. quinimò ex genera-
li totius Italiæ conſuetudine feuda & maiora diui
duntur, ſm Io. And. Spec. in rub. de feud. circa fi.
& ſequitur Old. Alex. Soc. Cur. ſen. Ruin. Pariſ. &
alij, quos citat Rol. d. conſi. 80. nu. 9. addo Dec. in
c. prudentiam, nu. 12. de off. deleg. Grar. conſil. 4.
nu. 29. vol. 1. Clar. d. q. 44. in fi. & omni caſu diui-
12 ſio fieri poteſt, quoad vſum & † commoditatem,
vti tenuerunt Bal. & Aluar. in d. §. præterea Duca
tus, & idem probarunt Butr. Alex. Soc. Curt. ſen.
Dec. Iaſ. Pariſ. & alij apud Rol. d. conſ. 80. nu. 38.
Ruin. in conſil. 19. nu. 18. vol. 1. Curt. iun. d. q. 30.
col. 3. ver. nonò limita. & quamuis plurib. modis
diuiſio fieri poſſit, tamen inter cæteros hic eſt pre-
cipuus, vt in annos fiat, & dñi alternis annis exer-
ceant, & adminiſtrẽt, vti dicit Ang. in l. 2. §. ex his,
ff. de verb. oblig. Bal. Aluar. & alij in d. c. præterea
Ducatus, vbi alios modos ponunt, Curt. iun. d. q.
30. col. 5. ver. ſed circa præmiſſa, Ruin. in d. conſi.
19. in fi. in anno verò ſpectante ad D. Horatiũ di-
ctus Facinus fecit falſam depoſitionem cõtra ma-
gnificam Dominam Camillam Faſſatam, & deli-
ctum commiſit, propter quod irrogata eſt pęna cõ
fiſcationis bonorum, propterea ad eũ ſpectat con
13 fiſcatio, † per ea quæ ponit Bald. poſt Cyn. quem
refert in l. fin. col. pen. q. 7. ff. de iuriſd. om. iud. vbi
dicit quod ſi quis emit a Rege reditus vnius men-
ſis: alter verò emit reditus menſis ſequentis, & cõ-
tingat maleficium committi vltima die primi mẽ-
ſis; tali caſu condemnatio, licèt fiat tempore ſecũ-
di emptoris, ſpectabit ad primũ, quia ei fuerat ius
quæſitum, per l. quæcunque actiones, ff. de actio.
& oblig. & Bal. ibi allegat l. is, qui in puteũ, §. ſi po
ſtea, ff. quod vi, aut clam. eandem ſententiam pro-
bauit Anch. in c. 1. ne præd. vices ſuas, Bal. & Ro.
in l. diuortio, §. ſi vir, vbi etiam Alex. nu. 11. ff. ſol.
matr. & ibi dicit Alex. rationem eſſe, quia ſtatim
cõmiſſo delicto acquiritur ius fiſco, & pęna dici-
tur ei quaſi debita, gl. in l. ſcriptum, in prin. in ver.
hypothecas, ff. de pact. idem tenuerunt Ang. Ana.
Alex. Barb. Soc. Iaſ. & alij, quos allegat Taraq. de
retr. conuent. §. 5. gl. 4. num. 19. vbi allegat plures
contradicentes, ſed pro hac parte multas adducit
rationes, addo Soc. in cõſi. 70. nu. 10. vol. 4. Ruin.
in conſi. 193. n. 2. vol. 1. Bened. in cap. Raynutius,
in ver. cętera bona, nu. 38. de teſtam. Caplc. in de-
ciſ. 27. nu. 15. Rol. qui alios congerit, in conſil. 77.
per totum, vol. 4. quamquam igitur condemnatio
facta ſit tempore Domini Nattæ, quia tamen de-
lictũ fuit admiſſum in anno Domini Horatij, ſpe-
ctabunt ad Dominum Horatium bona confiſca-
ta, non autem ad Dominum Nattam.

Et ſicuti inſpecto iure communi hæc ſententia
eſt vera: ita redditur indubitata, ſtante forma de-
creti Ducalis, cuius vigore bona teſtis, qui falſum
dixit teſtimonium, ipſo iure publicantur, & vbi
pęna imponitur ipſo iure, tunc non eſt dubium,
14 quòd inſpicitur tempus † commiſſi delicti, non
autem condemnationis, vt voluit Rebuff. in l. 3.
C. de ſuſceptor. & Arch. lib. 10. quem citat Bertr.
in conſil. 214. in fi. volum. 2. & ſequitur Rolan. d.
conſi. 77. in fi. vbi enim bona ipſo iure committũ-
tur, eorum dominium ſtatim tranſit in eum, qui
eſt dominus, vti fit in bonis fraudantium gabellã,

quæ

quæ fraude cõmiſſa efficiuntur gabellarij,& incõ-
tinenti vendicari poſſunt,l.commiſſa, vbi Bart.&
alij,ff.de publican.Sali.in l.neque,C.de vectig. &
commiſſ.Abb.& Bertach.quos refert, & ſequitur
Rolan.in conſ.42.nu.1. & hanc rõnem ponit Bar.
in l.poſt contractum,nu.12.ff.de donat. vbi dicit,
quod ſequuto crimine,ſtatim delinquens amittit
15 dominiũ.† & infert qđ eo caſu bona poſtea alie-
nata reuocantur a fiſco ſine pecunia , ſequitur ibi
Picus,nu.69.qui ait doctrinã Bart. eſſe cõiter ap-
probatam,& Io.Annib.nu.222. fortius dicũt Io.
And.Anch.Zenzelin.& Gem.in c.cũ ſ͠m,de hęre.
in 6.ꝙ ex quo per delictũ fiſcus efficitur dñus, põt
bona vẽdicare,ſequitur Ric. & Annib. in loco ſu-
pra citato, & idem voluit Boſſ. in tit. de publicat.
bon.nu.76.Clar.in pract.crimin.§.fi.nu.18. cum
itaque bona falſi teſtis applicentur fiſco ipſo iure,
non eſt quærendum quis eſſet dñus iuriſdictionis
tempore inquiſitionis vel ſniæ , quia iam ante in-
quiſitionem vel ſniam eorum dominium trãſit in
fiſcum , & delinquens remanet priuatus. & facit,
quia qualitas adiecta verbo vel participio,intelli-
gitur ſ͠m tempus verbi vel participij, l. in delictis,
§.ſi extraneus,ff.de noxal.proinde ſi bona ipſo iu-
re confiſcantur ſtatim delicto commiſſo , fatendũ
eſt, ea applicari fiſco illius temporis, aliàs domi-
nium bonorum remaneret in ſuſpenſo, quod eſſe
non debet,l.1.ff.de vſucap.§.1.Inſt.eo.tit.

Non obſtat igitur, quòd in primo iudicio Do-
minus Natta non fuerit citatus , quia non fuit ne-
ceſſaria citatio,qñ fuit ſemper præſens in iudicio,
16 & conſtat ex actis, † & citatio fit ad finẽ vt voca-
tus compareat,ideo nõ requiritur citatio,qñ pars
cõparet:ita ponunt Doctores in l.de vnoquoque,
præcipue Ang.Imola,& Alex.ff.de re iud. & hanc
ſniam tenuerunt Spec.Io.And.Iacob.Butrig.Bar.
Bal.Alber.Ang.Salic.Archid.Butr.Abb. Iaſ. Fe-
lin.Socin.Dec.& alij, quos cumulat Gabriel. cõ-
mun.opin.li.2.tit.de citatio.concluſ.1.nu.411. &
dicit Dec.poſt eos, quos citat, quòd valet iudiciũ
cum præſente,licèt non ſit citatus.ita in conſ.187.
col.3.ver.& quia iſte citatus. & idem eſt , qñ cita-
tio ex aliquo defectu eſt nulla, quia purgatur eius
vitium per ſubſequutam comparitionem, vt pro-
bat tex.in l.1.ff.de ferijs, vbi hoc notant Bart.Bal.
Alex.& Iaſ.Dec.d.conſi.187.col.3.Felin. in c. il-
lud,col.4.in 4.declarat.de præſcrip. & alios refert
Tiraq.de retrac. conſang.§.9.glo.2.num. 17. vbi
confirmat pluribus authoritatibus,& id aliquibus
modis declarat Natta in conſi. 18.num.3. Rol.in
conſi.9.nu.36.vol.1.cum igitur Dominus Natta
comparuerit , & interfuerit cuicũq; actui, proceſ-
ſus ſuſtinetur non minus quàm ſi fuiſſet citatus.

Secundò reſpondeo , quòd omiſſio citationis,
non poteſt hoc caſu vitiare proceſſum , quia D.
Natta nihil omnino allegat,quod ſi citatus dedu-
xiſſet,poſſet Senatum impellere in diuerſam ſen-
17 tentiã, & non ſufficit dicere, non fui citatus,† niſi
aliquid adducatur, quod eſſet oppoſiturus, vt ꝓ-
bat Alex.in l.non ſolum,§.morte,nu.47.ff.de op.
noui nunc. qui ait non eſſe audiendum emptorẽ,
ſi aduerſus euictionẽ requiſitam a venditore nihil
opponat præter quod lis non fuerit ſibi denũcia-
ta, nec oſtendit quo iure defendi poſſet , ſi fuiſſet
denunciata , allegat notata per Imo.in cap.fin.de
empt.& vend.ſequitur Crau. in conſi. 179. nu.6.
& Vant. qui id trahit ad omiſſam citationẽ in tit.
quib.mod.ſent.nul.defen.poſſit.& pro confirma-
tione faciunt,quæ dicuntur per Doctores in locis
ordinarijs,& præcipuè in d.l.de vnoquoque.dum
volunt non eſſe neceſſariam citationem eius , cui
conſtat nullam competere defenſionem. faciunt
& quæ dicuntur de hęredibus vxoris,qui obijciũt
culpã marito ꝙ nõ adhibuerit Medicũ vxori infir-
mæ,q̃a non audiuntur,ſi non probant Medicũ po
tuiſſe adhiberi.idẽ dicitur de tutore,cui nõ impu-
tatur ſi pupillares pecunias non conuertit in em-
ptionẽ prædiorũ,niſi conſtet prędia fuiſſe venalia.

Similiter non aduerſatur , quod Dñus Natta
non poſſideret, quia reſpondetur id non annulla-
re acta , nec impedire quo minus fieri poſſit exe-
quutio illius ſniæ contra eum nunc poſſeſſorem.
Nam & ſi rei vendicatio non detur contra eum,
qui non poſsidet;tñ vbi conſtat de iure agentis,te
netur Iudex declarare rem ſpectare ad actorem,&
18 reum abſoluere,† vt voluit gl.in l.ſi a te. §.1.ff.de
excep.rei iudic.in 3.lectu.& illum text.dicit Bart.
ibi ſcribendum eſſe literis aureis,& ſubdit virtutẽ
illius ſententiæ eſſe ꝙ ſi reus poſt ſniam incęperit
poſsidere, poterit cõtra eũ abſque nouo proceſſu
fieri exequutio,& idem dicit Bar.in l.is,qui ſe ob-
tulit,ff.de rei vend.Bal.in l.cogi,n.13.C.de petit.
hæred.Abb.in ca.examinata, & ibi Felin. col.1.&
2.de iudic. idem Felin.in cap.aduerſario,col.pen.
ver.ad illud,quod,de exceptio.Soci. in d.l. ſi a te,
§.1. vbi dicit communẽ, & eam defendit pluribus
rationibus Iaſ.in §.omnium,nu.23.Inſt. de actio.
alios plures citat Rolan.in conſi.56.nu. 6. & ſeq.
vol.2.non enim põt reus ſe iuuare ſnĩa abſoluto-
ria, quia tandiu abſolutus cenſetur , quandiu non
poſsidet,ſed qñ incipit poſsidere, virtus ſententię
declaratoriæ eum afficit. & pręter eũ idem voluit
Crau.in l.fi.n.60.Didac.in cap.Raynaldus, §.3.
num.3.de teſtam.Contard.in l. vnica,q.13. in fi.
C.ſi a moment.poſſeſ. Cuccus in l.fin.num.60.ff.
de rei vend. vbi tamen limitat, qñ ex noua aliqua
cauſa cępiſſet poſsidere,id quod voluit Soci.in d.
§.primo,fortius dicit Bal.in rub.extra de re iudic.
num.6. quod Iudex poteſt condemnare reum ad
reſtitutionem quandocunque recuperauerit rem.
ita ergo in præſenti caſu, ſi Dominus Natta tem-
pore motæ litis non poſsidebat, nunc verò poſsi-
det,pati debet exequutionem ſententiæ tunc latę,
non poteſt eam nunc in controuerſiam reuocare.
quinimo Felin.in dicto cap.examinata, colum.2.
ver. limita tertiò,dicit ſententiam eſse exequen-
dã, quamuis cęperit reus poſsidere ex noua cau-
ſa,per quam poſset alias ſe tueri, quod eſt contra
ea,quæ poſt Soc. ponit Cuccus d.nu. 60. ſed pro
nunc non habeo pro conſtanti , quia non expedit

examinare.& licèt prędicta ſint vera ſolũ,qñ actor ignotauit reum non poſſidere, tñ in dubio ignorã tia prꝗſumitur alieni facti, & inueſtigatio non fuit neceſſaria,vti volunt Doctores pdicti, & ſatis punitur negligentia actoris, ſi non obtinet exequutionẽ ſentẽtię, quam obtineret, ſi reus poſſideret.

Declinatur & tertium,quia licèt cõtigeret delictum tempore,quo vſusfructus ſpectabat ad Do-
19 minum Vicentiũ,tñ hæc exceptio eſt de iure,† & opponi põt a ſolo Domino Vincẽrio vſufructuario,non aũt a tertio,l.1.& a.ff. ſi ag. vectig. l.1.in fi.& l.a.ff.vti poſſid.l.a.ff.de excep.rei iud. l.cum ſeruum,C.de feru.fugit.l.ſi quis emptionis,§.ſed hæc ſuper illis,C.de præſcript.triginta anno. Nat. in conſi.419.in fi. Rol.conſ.57.nu.10.vol.3.& facit,quia tertius cui fundus nõ ſeruit, ſi conueniatur negatoria, non poteſt opponere de ſeruitute; quæ ab illo ſundo alij debetur,l.loci corpus,§.cõpetit,ff. ſi ſeru. vend. ſicuti igitur tertius non põt opponere de ſeruitnte alij debita, ita nec de vſufructu, qui dicitur ſeruitus, l. vti frui, ff.ſi vſusfr. pet.in prin.qnia fundus quoad conuentum eſt liber,& per illum text.ferè in noſtris terminis concludit Roſred.in ſuis quęſtio.Sabatin. quęſtio.10. quòd ſi proprietarius ſimplex agat contra tertiũ
20 rei vendicatione,† conſequetur ẽt fructus: licet ſecundum eũ aliud ſit,qñ ageret contra vſufructuatium,quia tunc non venirent fructus pro tempore quo vſusfructus durauit, & eum ſeqnitur Io. And.ad Spec.in tit.de fructib.& intereſ. §.1.in fi. in vlt.additio.idem tenuit Bal.in c.1.§.præterea, l'vlt.nu.17.de prohib.feu.alien.per Fede. vbi cõcludit, quòd ſi directus dominus ſendi agat rei vẽdicatione,obtinebit etiam ſructus, allegat l. pe.§. fi.ff.ſi vſusfruc.pet.vbi dicitnr quòd proprietario agenti negatoria, debentur ſructus.hoc ẽt probauit Alex.ad Bar.in l.ſi vſufructuatius, ff. ſi vſusfr. pet. & facit, qnia vſufructuarius non efficitur dominus fructuũ, niſi ipſe a ſolo ſeparauerit, & eos perceperit,vt probatur in l.arboribus,§. ſi fur decerpſerit,ff. de vſufr. vbi dicitur condictionẽ dari proprietario, qñ fructus a ſnre ſuerunt percepti. idem dicitur in l.ſi vſuſructuarius meſſem, ff.quibus mod.vſnſr.admittat,Bal.d.§.præterea, n.18. alios citat Tiraq.de retrac. conuent. §.5.glo. 4.in prin.& idem eſt in conductore,Bar.in l.ſi apes,§. fi.ff.de furt.Ruin.conſ.217.nu.7.vol.1.huiuſmo-
21 di autem pęnæ, & condemnationes † donec ſnnt exactæ dicuntur ſemper pendere, & inter ſructus pendentes connumerantur,Bal.in l.fi.n.5.& ſeq. C.de fruct.& lit.expẽſ.Imo.in l.diuortio, §.ſi vir, in fi.ff.ſoluto mat. vbi ait quòd ſicuti ſructus non ſpectant ad fructuarium,donec ſunt pendẽtes, ita nec confiſcatio nondũ exacta,ſequitur ibi Alex.& quamuis Imola,& Alex.loquantur,qñ non eſt lata ſentenria,tñ idem eſt poſt latam ſententiam ante exactionem,quia nibilominus dicuntur fructus pendentes. ita loquendo expreſsè in condemnatione voluit Socin.in conſ. 100.col.1.& 2. vol.1. Pariſ.in conſi.40.nu.8.volum.1,Ruin.in d.conſi. 193.num.2.volum.1.Bero. in conſi.133. num. 9. volum.2.cum itaque fructus pendentes ſpectent ad dominum,non autem ad vſuſructuarium, non poterit Dominus Horatius a petitione huius cõfiſcationis repelli ex iure quod competit vſufructuario, pręcipuè cum iam deceſſerit, atque ideo
22 a fructus pendentes † ſpectent ad proprietarium, ẽt ſi ſint maturi,& proximi perceptioni,d.l.ſi vſufructuarius meſſem,l.in ſingulos, in fi.ff.de annu. leg.cum alijs apud Tiraq.d.gl.4. in princ. Didac. in tract.uariat.reſolut.lib.1.c.15.nu.a.ver.his accedit,& nn.12.Et id in contrario dictum, fructus præteriti temporis ſpectare ad ſructuarium intelligitur,quando ſuerunt percepti, & probat tex. in. l.defuncta,ff.de vſufr.quem ita intelligunt Imola, Ale.& Ruin.in locis ſupra citatis.ſed aliud eſt, qñ nondum ſunt percepti, ſed adhuc pẽdent, qnales ſunt mulctæ & condemnationes.

Diſtinctio quoque Alex.in d.§.ſi vir, non facit difficultatem; quinimo confirmat partem, quam
23 nos tuemur. nam dicit † quod aut fructus & emolumenta iuriſdictionis ſpectant ad aliquos ratione laboris & induſtriæ; & tunc condemnatio ad eum pertinet, qui inquiſitionẽ formanit; ant ſpectant ex ſimplici venditione vel cõtractu, & is capit qui conduxit tempore delicti, & ita primum membrum intelligit, qñ ſpectat ratione laboris, & boc modo cõuenit exemplũ de fera, qnod aliàs non conueniret. nos aũt ſnmus in ſecundo membro, qnia emolumentum ſpectat non ratione induſtriæ, vel laboris, ſed ratione ſimplicis iuriſdi-
24 ctionis.ex his apparet,† Boſſium male intellexiſſe Alex.mentem, & proinde erraſſe Mediolanenſem Senatum,qui contra Alex.iudicauit. etſi intelligeremus, prout ipſe intelligit, ſecundum membrum diſtinctionis eſſet ſuperfluum, nec aliqua eſſet differentiæ ratio inter primum,& ſecundum.

Poſtremò non obſtat, quod etiam ſtante diuiſione quilibet ex vaſallis remaneat inſolidum dominus, & ideo confiſcatio inter eos ſit æqualiter diuidenda, prout videtur voluiſſe Bart. in l. inter tutores. quia reſpondetur Barto. in eo loco loqui
25 de ſeudis † maioribus, in quibus iuriſdictio eſt indiuidua. ſecus tamen eſt in ſeudis inferioribus, quæ diuidi poſſunt tam reſpectu iuris, quàm adminiſtrationis, & ita eum declarat Bal.in c.imperialem,§.prꝗterea Ducatus,nu.5. de prohib. feu. alien.per Feder. & eum ſequitur Alex.in conſi.7. num.6.vol. 5. & ideo, quia in præſenti facto ſeudum eſt diuiſnm,non ſolum reſpectu adminiſtrationis, ſed etiam reſpectu iuris,ſequitur quòd diuiſio ualet,& emolumenta ex feudo prouenientia ſpectant inſolidum ad eum,qui eſt dominus tempore,quo delicta committuntur.

Secundò reſpondeo, quòd Bar.in loco prædicto loquitur,quando feudi adminiſtratio eſt diuiſa, vel eius exercitium tantummodo: tunc enim omnes remanent inſolidum domini, & utilitas veniet inter omnes diuidenda, & eſſet communis: ſed in caſu noſtro ñedum diuiſum eſt exercitium

tium, & adminiſtratio iuriſdictionis, ſed ẽt vtilitas & fructus, proinde in eis non participant oẽs, ſed quiſq; percipit reditus contingentes tpe ſuæ adminiſtrationis, & non eſt dubiũ, ꝙ diuiſio ſeudi fie
26 ri pôt reſpectu † fructuũ, quia hoc voluit Bal. in l. cõi diuid. in fin. prin. ff. com. diuid. quem ſequitur Curt. iun. d. trac. ſeu. q. 30. col. 3. ver. nonò & vlt. & hoc eſt, quod dicunt Doctores in d. §. prætcrea Ducatus, ꝙ etſi feudum diuidi non poſſit, tñ commoditas eius bene pôt diuidi, & poſui ſupra ĩ ver. verũ prædictis. & videmus in hoc Ducatu hoc modo oĩa Caſtra & ſeuda eſſe diuiſa inter vaſallos, vt quiſque ſui tpis fructu percipiat: iccirco licèt ius feudi ſit & remaneat cõe, tamen vtilitas eſt diuiſa.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio interponi debet coram eo, qui tulit ſententiam, non coram alio.*
2 *Appellare licèt quis poſſit coram honeſtis viris abſente Iudice, tamen poſt illius reditum debet coram eo appellare. limita, nu. 17.*
3 *Appellans, qui non poteſt coram ſuperiore introducere appellationem, debet ſæpius proteſtari, & non ſufficit ſemel feciſſe.*
4 *Apoſtoli petendi ſunt ab eo, a cuius ſententia appellatur. aliàs appellatio eſt deſerta.*
5 *Apoſtoli ſunt literæ Iudicis a quo, quibus ſignificat Iudici ad quem, an dimittat appellantem a ſua iuriſdictione.*
6 *Appellans nõ proſequitur appellationẽ ſine apoſtolis.*
7 *Appellatio interponi debet coram Iudice ad quem, quando Iudicis copia haberi non poteſt.*
8 *Appellare licet coram honeſtis viris, quando abeſt Iudex, qui ſententiam tulit.*
9 *Appellans coram honeſtis viris, debet proteſtari ſe feciſſe diligentiam, & non inueniſſe Iudicem, & ſe libenter Iudici præſentaturum appellationem ſi habere potuiſſet illius præſentiam.*
10 *Appellari poteſt coram vno honeſto viro, ſi adſit notarius, & teſtes.*
11 *Appellatio interponi poteſt etiam extra iudicium coram honeſtis viris.*
12 *Appellatio interponi poteſt tempore quoque ad honorem Dei feriato.*
13 *Appellationem proſequi non licet die feriata.*
14 *Appellationem non fuiſſe deſertam, in dubio eſt pronunciandum.*
15 *Appellari poteſt coram probis viris etiam Iudice præſente, quando pars de eo timet.*
16 *Culpam vel negligentiam obijciens, tenetur probare quod ea ceſſante actus potuiſſet explicari.*
17 *Appellans coram honeſtis viris, non tenetur iterum appellare coram Iudice, poſtquàm redijt.*
18 *Appellatio interpoſita corã honeſtis viris, debet intimari Iudici, aliàs poteſt ſententiam exequi, & non dicitur attentaſſe.*
19 *Apoſtoli non ſunt neceſſarij, quando appellatio interponitur coram honeſtis perſonis.*
20 *Appellatio interpoſita coram honeſtis viris, eximit appellãtem a iuriſdictione Iudicis a quo, & transfert iuriſdictionem ad Iudicem ad quem.*
21 *Appellatio eſt corã honeſtis perſonis interponẽda abſente Iudice a quo, non autẽ coram Iudice ad quẽ.*

CONSILIVM CCXXVIII.

FISCVS Caſtagneti multa deducit contra Stephanũ Soram de eodẽ loco. Primò, quod appellatio per eum fuit modo nõ legitimo interpoſita, quia non corã iuriſdicente loci, qui ſnĩam protulit condemnatoriam, ſed coram vno ex vaſallis fuit producta, atque ideo nõ
1 valet, quãdoquidẽ appellatio † corã eo dẽt interponi, qui tulit ſnĩam, nõ coram alio, c. appellatio, de app. in 6. Spe. in tit. de appell. §. qualiter, nu. 8. ver. item cautus. vbi dicit quod ſi interponat quis appellationẽ in abſentia Iudicis coram teſtibus, talis appellatio cũ nõ proteget, & idẽ dicit Arch. in d. c. appel. Bal. in l. apertiſſimi, n. 3. ver. ſimile habemus, C. de iudi. vbi inquit idẽ ſeruandũ eſſe in libello recuſationis, quia proponi dẽt corã Iudice recuſato, ſi pôt eius pſentia haberi, Lapus alle. 39. n. 6. vbi ponit rõnem, Franc. b. in ca. ſi iuſtus, col. 4. de app. Soc. in conſi. 45. n. 1. uol. 1. & in cõſ. 39. nu. 32. vol. 4. vbi dicit eſſe com. opin. & rõnem eſſe, vt Iudici debitus honor deferatur, & ſubdit nõ ſufficere quod appellatio interponatur in loco tribunalis, quia Doc. requirunt quod fiat in pſentia Iudicis, alias eſt nulla, Ruy. in cõſ. 113. n. 9. vol. 4. vbi inquit ꝙ taliter appellans nõ incurrit pœnam indictã ex ſtatuto appellãtib. & idẽ dicit ĩ cõſ. 85. n. 4. uol. 5. Soc. iu. in cõſ. 138. n. 18. vol. 3. ubi infert, qđ geſta poſt huiuſmodi appellationẽ non reuocãtur vti attentata, Gram. in deciſ. 36. nu. 76. & ſeq. ubi multos cõgerit, Ceph. in conſ. 185. nu. 5. vbi dicit cõem, etiam qñ interpoſita eſt in loco tribunalis.

Secundò vbi ẽt propter allegatã Iudicis abſentiam licuiſſet appellationẽ interponere corã alijs, tñ appellãs poſt reditũ Iudicis, debuit eũ adire, &
2 corã eo appellare, † quia ceſſat impedimentũ, pp quod permiſſum erat iuris regulas tranſgredi. ita determinat Ang. Are. in l. 1. §. dies, col. 5. in fin. ff. qñ appellan. ſit. ubi allegat Matheſil. dicẽs hoc eſſe ſingulare. refert & ſequitur Fel. in ca. ex tranſmiſſa, col. 3. ver. ad hæc vltima, de præſcrip. ſi enim hodie nõ potuit habere copiam Iudicis, habebit cras, ut in ſimili dicit But. in c. rõne, circa mediũ, uerſi. ex his deciditur, de app. But. & Imo. in c. fin. de app. & facit id, quod dicitur de appellante, qui dũ acceſſit ad ſuperiorẽ pro introducẽda appellatione, nõ dicitur impeditus, ſi nõ Inuẽto ſuperio-
3 re ſemel proteſtetur, ſed dẽt pluries † eũ perquirere, aliàs currũt tempora appellationum, ſm But. in d. c. ex ratione. qñ enim magiſtratus abeſt, dẽt expectari, & tũc actus geri, vt inquit gl. in c. 1. in gl. fi. de cõſue. recti feu. & pſequitur Alc. in conſ. 16. nu. 5. vol. 1. q nõ ſufficit ꝙ appellans fuerit impeditus, ſi impedimentũ nõ durauit, alias eſſet ſemper in poteſtate partis ſemel nõ reperto Iudice appellare corã honeſtis pſonis atq; Iudicẽ fraudare honore ſibi debito & aduerſariũ ſuſpenſũ tenere.

Tertiò uidetur qđ ſaltem appellatio ſit deſer-

ta pro

ta pro eo, quod corã ipſo Iudice nõ fuerãt apoſto
li petiti, ſed corã illo vaſallo, corã quo interpoſita
4 fuit appellatio,† vti tenet Ang. Arc. in d.§.dies,&
ratio eſt, quia apoſtoli ſunt pars & ſubſtantia ap-
pellationis, c.1.& c.ab eo, de app. in 6. Rota deciſ.
366. ſi appelletur, col. 2. in nouis, Deciſ. Pedem.
7.n.4. Lancel. in trac. de attent. in 2. par. c. 12. limi.
50.n.202. ſolus autẽ Iudex a quo põt eos dare, vt
probatur d.c.ab eo, & c. vt ſuper, ea. cũ appellatio-
nibus, de appell. li.6. nemo enim põt aliquẽ dimit
tere a iuriſdictione a quo, præter ipſum Iudicẽ, vt
inquit Bal. in l. 2. nu.2. in fi. vbi ẽt Sali. nu.5. C. de
his, qui prop. metũ Iudicis. & facit ſignificatio &
diffinitio ipſorum apoſtolorum. ſunt enim literæ,
5 † quibus Iudex a quo ſignificat Iudici ad quem;
an appellantẽ dimittat a ſua iuriſdictione, vel reti-
neat, gl. in c. cordi, in ver. petat, de app. glo. & Alb.
in l. pręſes, C. eo. ti. Veſtri. in ſua praxi, li.7. nu.32.
vbi Grauat. nu.66. qui alios citat, Maran. d. par.6.
nu.225.& ſeq. ſi ergo pars appellans non compa-
reat corã Iudice a quo, nõ poterit habere apoſto-
6 los, & ſine eis nõ põt appellationẽ ꝓſequi,† Anc.
in d.c. ab eo, verſ. quartò nota, vbi dicit qđ appel-
lans non dẽt ire, vel mittere ad Iudicẽ appellatio-
nis ſine apoſtolis, & loco petitionis apoſtolorum
nõ ſufficit arripuiſſe iter ad ſuperiorẽ, vt dicit glo.
in c. dilecti filij, in verſ. facto, in fin. vbi Io. And. de
app. & adeo neceſſaria eſt apoſtolorũ petitio, ꝙ eã
omittens cẽſetur renũciare appellationi, l. quoniã
nõnulli, C. de app. c. ab eo, & cle. quãuis, eo. ti. q ni
mò ſi petãtur, & Iudex terminũ conſtituat ad eos
recipiendũ, & pars intra illũ non cõpareat, appel-
latio eſt deſerta, & illi videtur renunciare, d. cle.
quãuis, §. verſi; vbi Card. col.1. ver. oppono, ꝙ ex
quo, Mathe. ĩ notab. 21. vbi additionator plures ci
tat, Deci. Ped.7.n.3.& ſeq. q dicit, ꝙ eſt p̃ſumptio
iuris & de iure, q̃ non recipit cõtrariã probationẽ,
Maran. de ord. iud. par.6. uer. & quãdoq; appella-
tur, n.219. Pract. Pap. in forma apoſtol. in ver. ſta-
tuit & aſſignauit, nu.4. Veſtr. d. lib.7.n.33.& ſeq.

Quartò ex alio nõ uidetur legitima illa appella-
tio: nã debebat ſtãte abſentia Iudicis a quo inter-
poni corã Iudice ad quẽ, nec aliter valet ea appel-
7 latio producta corã honeſto viro,† vt probatur in
d.l.1.§.dies, ff. quã. appellã. ſit, primò enim requi-
ri dẽt Iudex a quo, deinde Iudex ad quẽ, & ibi hoc
no. Ang. Arc. q dicit ſe ita iudicaſſe, refert & ſequi
tur Ruy. in cõſ.6.n.11. vol.4. Addo Abb. in c. ſug-
geſtũ, n.4. circa med. de app. Imo. in c. fi. eo. ti. idẽ
tenuit Lancel. d. par.2.c.12. amplia.15. nu.51. vbi
eſſe notandũ, q2 alij nõ ponunt ꝙ copulatiuè duo
requirantur, & hanc partẽ ẽt tenuit Prępoſ. in d.c.
ſi iuſtus, n.14. dicẽs, ꝙ ſi agatur de uia appellatio-
nis, tenetur pars abſente Iudice a quo appellare
corã Iudice ad quem, non aũt coram honeſtis vi-
ris, licèt ſecus qñ per viã proteſtationis procedit.

Sed prędictis, & alijs ſimilibus non obſtãtibus,
concludo bene fuiſſe appellatũ per prædictũ Ste-
phanum Soram, nec fuiſſe deſertam ſuam appella
tionẽ, ſed legitimè & rectè fuiſſe introductũ: per-
quiſiuit enim diligenter Iudicẽ in loco Caſtagne-
ti, eoque nõ inuento cõparuit ad tribunal, vbi ius
reddere cõſueuit, & ibi eſt proteſtatus ſe facta om
ni diligentia non inueniſſe Iudicem, & libenter co
rã illo ſe fuiſſe præſentaturũ ſuam appellationem,
ſi ſui copiã feciſſet; deinde eadem repetita prote-
ſtatione produxit appellationem corã uno ex va-
ſallis dicti loci, & ꝙ plus eſt, ꝓbauit etiã Iudicem
ea die, & per biduũ ante abfuiſſe a loco Caſtagne-
ti; & eſt certiſſimũ, ꝙ ubi Iudicis præſentia haberi
8 non põt, ſufficit appellare † corã honeſtis viris, l.
cũ quidã, ubi Bar. Ange. & alij, ff. de app. gl. in cle.
s. in uer. maiori, eo. tit. Azo in ſumma, C. de app.
nu.26. Spe. in ti. de app. §. de officio, nu.12. Bar. in
l.1.§. fi. nu.11. ff. eo. ti. Bal. in d. l. apertiſſimi, nu.3.
& in auct. quę ſupplicatio, n.1. C. de precib. Impe.
offe. vbi dicit ſatis eſſe qđ libellus ſeu appellatio
detur notario actorũ, ſi copia Iudicis haberi non
põt, ſequitur Alex. ad Bart. in l.1.§. fi. nu.11. ff. de
app. Graua. ad Veſtr. d. li.7.n.58. Soc. d. conſi.45.
nu.1. uol.1. Abb. Præpoſ. & Dec. in c. fi. de appel.
Maran. de ord. iud. in 6. par. uer. & quandoq; ap-
pellatur, nu.133. latè alios citans Lancel. d. par.2.
c.12. amplia.15.n.5.& ſeq. & pręcipuè cũ ſit pro-
9 teſtatus ſecundũ formã prædictã, † ut requiritur,
c. ſi iuſtus, ubi no. omnes, de app. Doc. in d. l. cum
quidã, Corn. in conſ.292. col.2. uer. ſecũdò uide-
tur, uol.3. Soc. in d. cõſ.45.n.1. Ruy. in conſ.113.
nu.9. uol.4.& in conſ.85. nu.4. vol.5. ubi dicit eſſe
neceſſariã proteſtationem, & requiri pro forma,
Maran. d.n.133. Cæph. in conſi.185. n.6. Grau. ad
Veſtr. lib.7. nu.58. ubi plures alios alle. Lancel. d.
amplia.15.& quamuis iura & Doct. in pluriũ nu-
mero loquantur de honeſtis uiris, tñ ſufficit ultra
notariũ, & teſtes, unum honeſtæ conditionis adhi
10 beri, coram quo appellatio interponatur,† ut de-
clarat Lap. alleg.39.n.8. Abb. in d.c. ſi iuſtus, col.
5. ꝙ eſt c. fi. de app. & ſequitur ibi Prępoſ. n.8. Ma
ran. d.n.133. ĩ fi. Grau. d. li.7.n.58. Lãcel. d. ampli.
15.n.9.& 16.& Eman. Suarez in ver. appellatio, n.
209. poſt Peru. & Dec. ĩ d.c. ſi iuſtus, n.4. quare ſo
lẽnis eſt appellatio, ꝙ d. Stephanus interpoſuit.

Nec põt fieri ius, ꝙ nõ fuerit interpoſita ĩ loco
iudicij, quãdoquidem in quocunq; loco ẽt extra
11 iudiciũ proponi põt,† ſm Bal. in d. auth. q̃ ſuppli
catio, Ale. ad Bar. d.l.1.§. libelli, ff. de app. ſed aper
tius hoc uoluit Bal. in auth. hodie, n.5. C. de app.
vbi dicit ꝙ appellatio interponi põt in camera, q2
non conſiſtit in ſtrepitu iudicij, Grauat. d.n.580.
Maran. loco p̃dicto, n.134. fortius dixit idem Bal.
in d. auct. hodie, ꝙ interponi põt de nocte, ſicut de
die, p̃cipuè ſi Iudex ſedebat de nocte, ſequitur Iaſ.
in l. more Romano, n.13. ff. de ferijs, Graua. loco ſu
pra citato. quinimo interponitur appellatio tpe fe
riato, vt eſt tex. ĩ l.1. ubi Bar. & alij, C. de ferijs, Bar.
in l. diuus, in fi. ff. de ferijs, ubi uidetur ita quoq; te
12 nere ĩ ferijs inductis ad honorẽ † Dei, id ꝙ expreſ-
sè firmat Anch. in cõſ.361. uiſa plena, n.1. vbi n.4.
ſubdit ꝙ erit ẽt validũ inſtrumentũ, & acta facta ꝑ
notariũ die dominico uel alio feriato in honorem
Dei, q2 cõceſſo antecedẽti, cenſetur conceſſũ oẽ
neceſſarium, Fel. in c. cum M. Ferratienſis, nu.32.

ver.ſecunda concluſio,de conſtit.Iaſ.d.l.more Ro
mano,nu.13.Bertt.in conſil.58.nu.17.vol.1.Ma-
ran.vbi ſupra,num.134.quamuis aliud ſit quoad
appellationem exercendam, quia ea non poteſt
23 exerceri die feriata,† licèt tempora ſen ſatalia cur
rant ferijs durantibus,vt per Bar.& alios in l.2.C.
de temp.appell.Bar.Salic.& alios in d.l.1.C.de fe
rijs,Alex.in cõſ.188.nu.8.ver.imò plenius,vol.2.
Secundò pro dicto Stephano facit, quia in du-
24 bio pronunciandum eſt appellationem † nõ fuiſ-
ſe deſertam,Caſtr.in l.1.ff.ſi quis cautio.vbi idem
tenet Alex.Pariſ.in conſ.115.in princ.vol.1. Caſ-
ſad.in deciſ.8. in fi. ſub tit.de appellat.Soc.iun.in
conſi.3.in fi.volum.2.& in conſ.104.nu.27.vol.3.
Cæphal.in conſil.77.nu.25.Roland. in conſil.34.
num.3.volum.3. Lancello.in d.tracta. par.2. am-
pliat.1.num.22.& idem eſt,quando dubitatur an
appellatio ſit valida,quia iudicatur valida,l. quo-
ties,ff.de reb.dub.Caſſad.d.deciſ.8. in fi.ſimiliter
in dubio deferendũ eſt appellationi, vt voluit Spe
cul.in tit.de appell.§.nunc dicamus,ver.1. Rolan.
d.conſ.34.nu.3. quia hoc modo vtrique parti con
ſulitur, nec quicquam minuitur de iure partium.
His verò non obſtat ꝙ appellatio interponatur
coram Iudice,qui ſententiam tulit:quia reſpõdeo
procedere,quando illius copia poteſt haberi:at in
pręſenti facto Iudex aberat a loco Caſtagneti,nec
Stephanus tenebatur illum ſequi, aut perquirere
extra patriam,ideo licuit coram honeſtis perſonis
appellare, per ea,quæ latè deduxi in primo funda
mento huius partis,& idem eſt quando pars iuſtè
25 timet de Iudice,† quia etiam tunc poteſt appella-
re coram probis viris,licèt Iudex adſit,d.cap.ſi iu-
ſtus,vbi Docto.c.paſtoralis,§.præterea,de off.or-
din.Doct.d.l.cum quidam,Soc.d.conſi.45.nu.1.
Marant.d.num.133.& omnes alij ſupra adducti.
Nec mouet quòd reuerſo Iudice deberet pars
appellans ad eum redire, & coram eo appellare:
quia reſpondeo non fuiſſe probatum,quòd Iudex
redierit intra decem dies conſtitutos ad appellan-
dum,proinde nõ eſt quod imputetur parti, ſi non
redijt. & qui obijcit culpam, probare debet quod
26 facile erat actum explicare, † ſi non fuiſſet negli-
gens,Bar.in l.idemque,ff.pro ſocio,& in l.ſi ab ho
ſtibus,§.1.ff.ſoluto matr.vbi dicit quod obijciens
marito quod egræ vxori remediũ non adhibuerit,
probare tenetur quod Medicus extabat, qui pote
rat adhiberi,Alex.in conſi.74.in fin.vol.6.Dec.in
conſ.430. Ruyn.in conſ.93.nu.8.volu.5. dicens,
quod ad probandum negligentiam,qui tenebatur
exigere debitores,nõ ſufficit probare eum potuiſ-
ſe agere,niſi etiam oſtẽdatur quod facilè poterant
exigi,alios citat Rol.in trac.de lucro dot.q.64.nu.
12.& ſeq.Phanuc.in co.tract.gl.vlt.n.9.D.Becius
conſ.37.nu.20.cũ ergo nõ probauerit fiſcus quod
Iudex in tempore redierit,non poteſt culpam op-
ponere Stephano quod corã eo non appellauerit.
Reſpondeo ſecundò, quod poſtquam Stepha-
nus appellauit coram perſona honeſta, non tene-
batur poſtea redire ad Iudicem, etiam ſi is fuiſſet
poſtea in loco; ſed ſat eſt quod ante proteſtationẽ
fecerit diligẽtiam,vt eũ inueniret: Doctores enim
omnes,quos pro hac parte ſupra citauimus, dicũt
ſolum quod Iudice abſente, licet coram honeſtis
27 viris appellare, nec aliud requirunt, † & in ſpecie
ita tenet Egid. concluſ.381. & idem probat Milus
in ſuo reperto.in verſic.appellatio, col.12.verſ.ap-
pellatio debet fieri,Franch.d.c.ſi.q.13.de appella.
& ſecundum opinionem,quam nos probamus, iu
dicauit Rota Romana,vt teſtatur Feli.in d.cap.ex
tranſmiſſa,col.3.ver.ad iſta vltima,de præſcrip.&
latè defendit Caſſado.in tit.de appella.deciſ.8.vbi
confirmat multis rationibus,præcipuè qñ pars ap
pellauit in extremo momento temporis pręfixi,&
pręter eos hanc ſñĩam probat Bal.in l.2.nu.3.ver.
quæro,quid ſi poſt,C.de his,qui per met.iud.vbi
ait quod ſi quis propter iuſtum metũ Iudicis ap-
pellauit coram honeſtis perſonis,non tenetur ceſ-
ſante metu intra decẽ dies iterum appellare, quia
prima proteſtatio trahit effectũ appellationis, at-
que ita non eſt neceſſe illã geminare,laudat tñ ap-
pellationẽ de nouo introduci ad effectũ ne tenea-
tur appellans metũ probare, prout tenetur qñ ap-
pellauit extraiudicialiter, ſeqtur Præpoſ.in d.c.ſi.
nu.7.de appellat.Grauat.loco prædicto,nu.58. cũ
igitur pro hac parte pugnent Bal.Egid.Franc.Mi-
lus,Rota Romana,Prępoſ.& Caſſad.non videtur
dubitandum, quin præualeat contrariæ ſñĩæ,pro
qua ſtant Butr.Imola,Aret. & Fely. & non obſtat
quod ceſſante impedimento, tenetur quis facere
id,ad quod ante impedimẽtũ tenebatur, quia pro
cedit niſi lex aliud remedium miniſtret loco eius,
quod fieri debebat.ita rñdet Prępoſ.d.nu.7.ſed in
caſu noſtro ſtãte abſentia Iudicis. lex prouidet de
honeſtis viris,corã quib. licet appellare,& illa ap-
pellatio ſuccedit loco eius, quę debebat interponi
coram Iudice,vt per Præpoſ.loco prędicto.& quæ
in contrarium dicuntur de Butr.in c.ex ratione,&
Alex.in conſ.19.procedunt nõ in appellatione in-
terponenda,ſed in ea proſequenda vel exercenda,
qui ſunt diuerſi termini.ita reſpondet Caſſado.d.
deciſi.8. nu.10. facit quod ſupra diximus differre
interpoſitionem appellationis a proſequutione,
quia illa fieri poteſt die feriata,hæc autẽ non; pro-
inde eſt magis fauorabilis interpoſitio, quàm pro
ſequutio, nec de vno caſu licèt arguere ad alium.
Ad id verò quod dicebatur, non debere eſſe in
poteſtate partis fraudare Iudicẽ debito honore,
& aduerſarium retinere in ſuſpenſo, reſpondeo ꝙ
Iudici nulla infertur iniuria appellando coram ho
neſtis perſonis, cum ipſe abeſt, & imputatur ab-
ſentiæ:quo verò ad partem nulla illuſio, nec fraus
fieri poteſt,quia appellans tenetur intimare ſuam
appellationem Iudici & parti. & quamuis talis no
tificatio nõ requiratur ad effectum deuolutiuum,
requiritur tamen quoad effectum ſuſpenſiuum;
28 quia interim ſi Iudex † procedat ad exequutionẽ
excuſatur,nec dicitur attẽtaſſe, & idem eſt in par-
te,c.ſi duobus, vbi Ioan.Andr.de appellat. Lapus
alleg.39.num.10.Rota deciſ.309.attentata,in no-
uis,

uis, vbi dicit quod remedium attentatorum non
competit ad reuocãdum ea, quæ Iudex geſſit poſt
appellationem interpoſitam abſente Iudice, ſi nõ
fuit intimata, Abb. in c. ſuggeſtũ, nu. 5. & 6. de ap-
pell. Franch. in d. c. fin. quæſt. vlt. nu. 41. de appell.
Caſſad. tit. de appel. deciſ. 3. ſæpe impedito, in fi. la
tè Lancello. in d. tract. de attenta. p. 2. c. 12. amplia.
15. nu. 21. vbi allegat Imol. Paul. de Eleaz. Bero.
Maran. Miſinger. & alios. quinimo dicit Caſſad. d.
deciſ. 3. per totum, quod talis appellans tenetur re
ficere expẽſas omnes, quas victor fecit poſt latam
ſnĩam petendo exequutionem, quia eſt in culpa, ſi
Iudici vel parti ſuã appellationem non intimauit.
Non etiam aduerſatur, quod ſaltem eſſent a Iu
dice petendi apoſtoli, quia rñdetur dictum Ange.
Aret. eſſe falſum, quia vbi appellatio coram hone-
ſtis perſonis interponitur, nõ eſt neceſſe apoſtòlos
19 † petere, ſed rectè poteſt appellãs ſuperiorẽ adire
& appellationẽ introducere, ita tenent Archid. Io.
And. & Rota, quos refert Franch. in d. c. fi. q. 13. &
dicit Bal. in d. l. 2. nu. 2. in fi. C. de his, q̃ prop. met.
quod ſiue coram Iudice ad quẽ, ſiue coram hone-
ſtis perſonis appelletur, non eſt neceſſe apoſtolos
petere, ſequitur Ang. col. 1. & Sal. n. 5. Imola in d.
c. fi. vbi inquit quòd ſat eſt ſi appellãs proteſtetur
quod ſi haberet copiã Iudicis peteret apoſtolos,
ſequitur Præpoſ. nu. 17. Caſſad. d. deciſ. 8. nu. 9. in
fi. Abb. in c. bonæ, num. 8. in 4. different. de appell.
Maran. alios citat, d. p. 6. ver. & qñque appellatur,
nu. 227. vbi concludit quod ſi nõ appellatur in pre
ſentia Iudicis, ſufficit apoſtolos petere ſub condi-
tione, vt ibi. & hãc opinionem dicunt veriorem &
ſtilo ac cõi obſeruãtia approbatam additionat. ad
Dec. in c. fi. ſub nu. 4. de appellat. vbi dicunt conti-
giſſe in facto & fuiſſe ita iudicatũ, reprehenduntq́;
Ang. in loco in contrariũ citato: quia quidquid de
beret fieri coram Iudice a quo, põt fieri coram ho
neſtis perſonis, quæ ſuccedũt eius loco. nõ eſt igi-
tur de Ang. curãdum, & quæ dicunt de neceſſitate
apoſtolorum, procedunt qñ appellatio coram Iu-
dice interponitur, non qñ corã honeſtis viris, quia
tunc nõ ſunt neceſſarij apoſtoli. addo ego pro con
firmatione, ꝙ iſta appellatio interpoſita coram ho
neſtis perſonis eximit appellãtem a iuriſdictione
20 † Iudicis a quo, & transfert iuriſdictionem ad Iu
dicem ad quẽ, vt inquit Innoc. in c. dilecto, de ap-
pellat. Hoſti. in d. c. ſuggeſtum, vbi Abb. nu. 7. La-
pus d. allega. 39. Rota d. deciſ. 309. cum alijs apud
Lancello. d. ampli. 15. nu. 21. ergo non eſt neceſſe
quod tradantur apoſtoli, per quos ſolet Iudex a
quo denunciare Iudici ad quẽ, an dimittat vel reti
neat cauſam, poſtquã ex legis diſpoſitione cauſa
eſt remiſſa. Itẽ petitio horũ apoſtolorũ fit ad miti-
gandum irã Iudicis, qui ſolet cõmoueri contra ap
pellantẽm, vt poſt Guliel. dicit Lapus d. alleg. 39.
nu. 7. vbi verò q̃s appellat corã perſonis honeſtis,
ceſſat iracũdia Iudicis, ergo & apoſtolorũ petitio.
Vltimò nõ reſiſtit quòd eſſet appellandum co-
ram Iudice ad quem, nõ coram honeſtis perſonis;
nam contrarium eſt verius, quia ſtante abſentia
Iudicis licet coram honeſtis viris appellare. & in
hoc Doctores, quos ſupra pro fundamento huius
partis citaui, loquuntur indiſtinctè, non in defe-
21 ctum Iudicis ad quem. & in ſpecie ita † concludit
Franch. in d. cap. fin. vbi adducit alios.
Secundò reſpondeo, quòd contrarium proce-
dit, quando in loco poteſt adiri Iudex ad quẽ: ſed
quando eius copia haberi non poteſt, ſat eſt appel
lare coram honeſtis viris. ita contrarias ſententias
concordat Dec. in d. c. fin. nume. 4. in caſu autem,
de quo agimus, Senatus qui eſt ordinarius appel-
lationis Iudex, ſedet in Ciuitate Caſalis, quæ di-
ſtat a loco Caſtagneti triginta miliaribus.

SVMMARIVM.

1 *Compendioſa ſubſtitutio facta per verbum commu-
ne, continet pupillarem durante pupillari ætate.*
2 *Subſtitutus directè capit hæreditatem authoritate
propria.*
3 *Subſtituo verbum, importat nedum obliquam, ſed di
rectam etiam ſubſtitutionem.*
4 *Subſtituo verbum, magis importat directam, quàm
obliquam ſubſtitutionem.*
5 *Falcidia detrahitur de particulari quoque fideicom-
miſſo.*
6 *Subſtitutio facta in re certa per verbum commune,
importat legatum.*
7 *Verbum commune non importat vniuerſalem diſpo-
ſitionem, ſi datus eſt alius vniuerſalis hæres.*
8 *Subſtituo verbum, eſt commune.*
9 *Subſtitutus per fideicommiſſum non capit propria au
thoritate relictum.*
10 *Subſtituo verbum, eſt generale, & conuenit etiam
legato.*
11 *Subſtitutio facta per obliqua vel directa, non ciuilia
verba, in re certa non continet pupillarem.*

CONSILIVM CCXXIX.

PROBAVI, ni fallor, in priorib. ſcri-
ptis, ꝙ etſi inſtitutus in re certa poſ
ſit authoritate propria capere poſ-
ſeſſionem bonorum ſibi relictorũ,
aliud tñ eſt in eo qui fuit ſubſtitu-
tus. Verũ dubitatur cõtra Dñas Mariam, & Agne-
ſinam ſorores de Opicijs, ne ea propoſitio non ſit
vera in facto de quo agitur, quia ſubſtitutio facta
D. Iacobo pupillo eſt cõpendioſa, nec de hoc am-
bigitur: compendioſa aũt facta per verbũ cõe ſub-
1 ſtituo, eſt pupillaris † durante pupillari ætate, glo.
magna in fi. in §. qua ratione, Inſt. de pupil. ſubſti.
Cyn. in l. precib. C. de impub. & al. ſubſt. vbi Dyn.
Bar. Caſt. Sal. Alex. & alij, Ang. Imola, Caſt. Aret.
Alex. & alij in l. cẽturio, ff. de vulg. Cardin. & Imo-
la in c. Raynutius, de teſtam. Cardin. in conſil. 60.
col. 3. Capra in conſ. 7. col. 2. vol. 1. & communem
dicit Cuman. in conſ. 2. col. fi. Iaſ. in d. l. centurio,
Dec. d. l. precibus, Viglius in d. §. qua rõne, & ma-
gis communem Didac. in d. c. Raynutius, §. 9. nu.
17. & ſeruari in practica Guido Papæ quæſt. 521.
Bertr. cõſ. 26. vol. 1, & alij, quos citat & ſeqtur Ri-

pa

pa dicta l.centurio,nu.114.& nu.117. in fin.vbi in quit quod etſi hęc opinio videatur ambigua,tamẽ in practica non eſſet tutum ab ea diſcedere, ſequitur Soc.iun.in conſ.94.nu.28.vol.1.Alciar.lib.10. parerg.c.9.Bertr. in conſ.69.nu.7.vol.5. Bero. in conſ.124.nu.4.& ſeq.vol.2.Rub.in conſi.52.nu. 2.Neuiza.in conſ.53.nu.6.Ruyn.in conſi.76.col. 1.vol.2.Gomeſ.latè de teſt.c.7.num.6. vbi relatis tribus diuerſis ſententijs dicit hãc eſſe communẽ, & ibi in additionibus citantur alij, Rolan.in conſ. 69.per totum,vol.1. Eman. a Coſta in c. ſi pater, par.3.in ver. & econtra,num.8.& in ver.obliqua, nu.37.de teſt.& in par.2.in ver.ſuperſtite, nu.13. nouiſſimè multos cumulat atteſtando de communi Mantica in tract.de coniectur.vlt.vol.lib.7. tit. 3.nu.16.Simon de Pret.eod.tract.lib.3.interpret. 1.dub.6.ſolutio.10.nu.18. ſi autem eſt pupillaris & conſequẽter directa,infertur, quòd ſubſtitutus
2 potuit propria † authoritate poſſeſſionem capere rerum relictarum,ita Bart.in d.l.centurio,num.8. ver.effectus verò.vbi dicit præter alia referre, an ſubſtitutio ſit directa vel fideicommiſſaria, quia primo caſu poteſt capere authoritate,ſecundo verò tenetur habere de aliena manu, ſequuntur ibi alij præcipuè Galliaula,nu.102.& Ripa,nu.52.& hoc voluit etiam Caſtr.in d.l.precibus, nu.13.ver. pro declaratione. & in loco prædicto infert etiam Bar.quòd ſi ſubſtitutio eſt directa, vt quia ſit pupillaris,habebit ſubſtitutus remedium l.fin.C. de edicto diui Adr.tollen. quod tamen ante reſtitutionem realem vel verbalem non datur fideicommiſſario. ita etiam Ripa ibi,nu.51.& non mirum quòd contineat directam,ideſt pupillarem,quia li
3 cèt,ſubſtituo, ſit commune † verbum, eſt tamen aptum importare nõ minus directam,quam obliquam ſubſtitutionem, & in ſignificatione directa reperitur in l.iam hoc iure, ff.de vulg. ponit Bart. in d.l.centurio,nu.47.ſequitur Ripa,num.187.&
4 alij ibi, quinimo in dubio magis ſignificat † directam,quàm obliquam,d.l.iam hoc iure,Aret. in l. 1.in princ.col.5.ff.de vulg.ſequitur Galliaula d.l. cẽturio,nu.512.qui probat ꝙ propriè ſignificat directã,vel ſaltem magis directã, quàm obliquam.

At ſi diligentius quæſtio examinetur, palã fiet non poſſe Dominũ Gaſparem prætendere dictam ſubſtitutionem eſſe directam,& conſequenter capere manu propria res ſibi relictas:quandoquidẽ, vt dixi in primo reſponſo,non minus particularis fideicommiſſarius, quàm uniuerſalis debet rẽ habere ab hærede,& non minus de parriculari fidei-
5 commiſſo ſalcidia † eſt detrahenda quàm de legato particulari,l.1.C.quor.leg.poſtquam particularia fideicommiſſa ſunt legatis exæquata,l.1. vbi not.ff. de leg.1.& quemadmodum non licet vniuerſali fideicommiſſario propria authoritate capere fideicommiſſum,ita nec particulari.

Non obſtat itaque quòd ſubſtitutio prædicta ſit compendioſa, quia admitto verum eſſe,ſed nego eam cõtinere pupillarem ante pubertatis tempora, quinimo eſt omni tempore fideicommiſſaria, ex quo facta eſt in rebus particularibus, ideſt in domo,& prædio nemoreo; non autem vniuerſaliter in omnibus bonis, vt loquũtur iura in contrarium citata,atque ita concludit Bar.in d.l.conturio,nu.27.in fin.ver.ſecus ſi dicat. vbi inquit ꝙ ſi per verba communia relinquãtur alicui omnia bona mobilia & immobilia, nulla facta mentione iuriũ & actionũ,erit ſubſtitutus ille in re certa, & nõ capiat authoritate propria:apertius autẽ loqui
6 tur,nu.34.vbi dicit ꝙ † uerbũ cõmune adiectũ certę rei,ſemper importat legatũ, & nũquã inſtitutio nem.& infert quòd ſi teſtator inſtituta filia in centũ eidem quandocunq; decedenti ſubſtituat Caiũ in centũ,erit nõ directa ſubſtitutio pupillaris, ſed ſimplex legatũ, eſt tex.in l.Lucius, §.filiam,ff. de leg.2.hoc etiã tenuit Bal.in conſ. 110. ſubſtitutio, nu.1.uol.5.vbi id maximè dicit procedere, quãdo alius,vt in caſu noſtro, datus eſt uniuerſalis ſubſtitutus:& fortius vult procedere hoc etiam ſi ſit expreſsè facta caſu quo decederet in pupillari ętate, & in caſu quo pupillus fuerat inſtitutus ſolũ in re certa,cũ tamen in præſenti facto foret inſtitutus in omnibus bonis, Anchar.in d.c.ſi pater, in 13.not. de teſt.ubi ait ꝙ verbum cõmune adiectũ certę rei in pupillari ſubſtiturione,non trahitur ad uniuerſitatem,Imola in c.Raynutius,in materia pupillaris ſubſtitutionis,ver.ſi autem pupillaris ſubſtitutio facta ſit in certa re,de teſt. Are.in d.l.centurio, Pet.de Vbald.& Corn.qui in eodem facto conſuluerũt,cõſ.94.vol.1.ſed ante eos idem voluit Bal. in l.precibus,nu.50.C.de impuber.Aret.in conſi. 154.nu.11.& ſeq.Corn.in conſ.322.col.3.ver.concurrit etiam,vol.3.& hanc doctrinam inquit communiter approbatã Pariſ. in conſi.59.nu.5.vol.2. vbi dicit quod hoc caſu verbum cõmune non importat inſtitutionem, ſed fideicommiſſum in illa re, Soc.iun.in conſi.95.nu.10.vol.1. qui dicit eſſe magis communem opinionẽ, Benedict.in c.Raynutius,ver.in eodem teſtamento relinquens,il primo,nu.264.de teſt.Galliau.in l.centurio,nu.323. vbi ampliat duobus modis,& Ripa ibi, num.152. qui ponit quatuor ampliationes,& nu.186.vbi ait quod uerbum commune adiectum rei particulari habet ſemper obliquam ſignificationem; ſed præter eos eandem probauit Rom.in conſ.58.qui dicit communem, & in conſi.200.num.1. Natta in conſi.68.nu.4.ubi citat Bal.multis in conſilijs, Eman. a Coſta in d.c.ſi pater,par.3.in prin.num.8. ubi nu.ſeq.infert idem eſſe ex communi Doctorũ ſententia,quando ſubſtitutus quis fuiſſet ſolum in bonis reſtatoris,non autem pupilli,Mantica d.tracta.de coniect.vlt.vol.lib.7.tit.3.nu.13.quibus deprehenditur contrariam ſententiam,quæ communis pronunciatur limitari, & non procedere,quãdo ſubſtitutio eſt facta in re certa,aliud autem eſſe,quando facta eſt in uniuerſis bonis.

Hæc autem clariora ſunt ſtante quòd in preſenti facto teſtator poſtquam decedente Iacobo filio inſtituto ſubſtituit in domo & prædio Dominum Gaſparem fratrem, ſtatim in omnibus bonis ſubſtituit

ſtituit Dominas Mariam, & Agneſinam ſorores:
cum verò extat uniuerſalis hæres aut ſubſtitutus,
7 tunc verbum commune etiam vniuerſitati † adie-
ctum, non importat directam inſtitutionem, ſed
obliquatur, & trahitur ad fideicõmiſſariã, vt vo-
luit gl. notabilis in l. his verbis, in princ. ff. de hær.
inſt. vbi Imola, col. 1. dicit notandũ, Salic. in l. quo
niã indignum, nu. 4. C. de teſt. Soc. in conſ. 33. nu.
11. vol. 1. Alex. in l. centurio, num. 91. circa fin. vbi
idem tenet Iaſ. nu. 61. & Ripa, nu. 95. & 98. dicens
quòd nunquam importat directam inſtitutionẽ,
quando datus eſt alius ad uniuerſitatem bonorũ.
& non eſt dubiũ, ꝙ verbũ ſubſtituo, quo teſtator
8 eſt vſus, commune † eſt, vt ſupra dixi, & probat
Bar. d. l. centurio, nu. 46. Iaſ. nu. 62. Galliau. num.
511. qui dicit ita tenere Doctores communiter, Ri
pa, nu. 187. Inn. in c. ſi pater, nu. 3. de teſt. qui alle-
gat tex. in l. cohæredi, §. cũ filiæ, ff. de vulg. Corn.
in l. precibus, nu. 35. C. de impub. Franch. d. c. cum
pater, nu. 61. Cur. iun. conſ. 13. nu. 5. & cõmunem
dicit Alciat. in l. verbis ciuilibus, nu. 8. ff. de vulg.

Stante autem præſuppoſito, quòd ſuſtineatur
in uim legati uel fideicommiſſariæ ſubſtitutionis,
infertur quod Dominus Gaſpar non potuit ingre
di poſſeſſionem authoritate propria: quia vt dixi,
9 legatario † aut fideicõmiſſario id non licet, quam
uis directo hæredi permiſſum ſit, vt dixi ſupra pro
contraria parte ex Bar. in l. centurio, nu. 3. vbi Gal-
liau. num. 102. & Ripa, nu. 52. & in ſpecie hoc vo-
luit Galliau. nu. 324. ubi dicit quod non licet hoc
caſu capere authoritate propria.

Nec mouet quòd verbũ, ſubſtituo, ſit aptũ im-
portare directam ſubſtitutionem, ſicut obliquam,
& ꝙ ſit ſecũda inſtitutio: quia reſpõdeo verum eſ-
10 ſe, ſed magis ſore generale, ita † quod conuenit e-
tiam legato, l. Titius & Seius, cum duab. ſeqq. ff.
de hęred. inſt. Bar. in d. l. centurio, nu. 47. & ita te-
nent omnes, ut inquit Iaſ. nu. 62. & defendit Ripa,
nu. 187. qui reſpondet omnibus, Iaſ. & Galliau.

Præterea etiã ſi ſubſtituo, eſſet directũ uerbũ,
vti cõtẽdit Galliau. adhuc idem eſſet & obliquare
tur, tũ quia in relictis particularibus nihil refert in
11 ter † directa verba & obliqua, l. omne verbum, C.
com. de leg. Inſt. de ſing. reb. per fideicõmiſſum re
lict. in prin. per quę iura ita dixit Bar. ĩ d. l. cẽturio,
nu. 18. vbi infert ideo ꝙ ſubſtitutio cõpendioſa fa-
cta verbis directis in re ſingulari, nõ cõtinet pupil
larẽ intra tẽpora pubertatis, id ꝙ voluit etiã Imo-
la ibi, & in d. c. Raynutius, de teſt. intelligẽdo tamẽ
de directis uerbis, nõ ciuilibus, Rom. in conſ. 200.
Alex. in conſ. 45. nu. 15. vol. 1. vbi diſtinguit inter
merè ciuilia, & ea quę nõ ſunt merè ciuilia, Corn.
in conſi. 94. col. 1. vol. 1. & in conſ. 47. col. pen. ver.
& ideo cũ uerbũ, eod. vol. Galliau. la in d. l. cẽturio,
nu. 324. Iaſ. nu. 61. & Ripa, nu. 94. Soc. iun. in conſ.
121. nu. 18. vbi dicit cõmunẽ, vol. 1. Eman. a Coſta
in d. c. ſi pater, par. 3. ver. & ecõtra, nu. 1. & 24. vbi
poſt Alciat. dicit eſſe communẽ, tũ quia datus fuit
in præſenti caſu vniuerſalis ſubſtitutus, quo caſu
verba non merè ciuilia obliquãtur, & importãt fi-
deicõmiſſariã ſubſtitutionẽ, gl. in d. l. his verbis, ff.
de hęr. inſt. cũ alijs, quos ſupra citaui, ver. hęc autẽ.

Stat ergo concluſio, quam primo loco firmaui, quod ſubſtitutio facta ad fauorem Domini Gaſparis non poteſt ſuſtineri tanquam directa, ſed tanquam fideicommiſſaria, & conſequenter relictæ ſibi res erant non manu propria, ſed a fideicõmiſſario vniuerſali capiendæ.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtamentum ſecundum tollit primum etiam ſi non ſit contrarium & factum ſit ſpeciali iure.*
2 *Codicilli poſteriores non tollunt priores, limita quando ſunt contrarij, vt nu. 14.*
3 *Codicilli non corrigunt teſtamentum, nec econtra. limita ſtante contrarietate, nu. 14.*
4 *Codicilli veniunt appellatione teſtamenti, ſunt teſtamentum & illius pars.*
5 *Codicilli. Diſpoſita in codicillis cenſentur ineſſe teſtamento.*
6 *Codicilli confirmantur teſtamento confirmato, niſi tamen ſint contraria inuicem, vt nu. 18.*
7 *Approbatio teſtamenti refertur etiam ad codicillos.*
8 *Poſteriora prioribus derogant.*
9 *Teſtamentum primum quod fuerat reuocatum per ſecundum ſi confirmetur, perinde eſt ac ſi diſpoſita in eo forent repetita in diſpoſitione confirmante.*
10 *Teſtamentum primum quod fuerat reuocatum per ſecundum reconualeſcit, quãdo teſtator declarat velle cum eo decedere.*
11 *Teſtamentũ cõfirmatũ videtur eſſe in confirmante.*
12 *Teſtamentum reuocatum quando confirmatur, agitur ex confirmante, non ex confirmato.*
13 *Cõtraria dicũtur, quæ repugnãt ratione eiuſdẽ finis, mutuo ſe expellũt, & vno poſito remouetur alterũ.*
14 *Codicilli ſi ſint inuicem contrarij vel repugnent teſtamento, attenditur vltima diſpoſitio.*
15 *Legatum ſecundo loco pure relictum corrigit primũ datum ſub conditione.*
16 *Legatum reuocatur nuda & tacita voluntate, & facilius quàm detur.*
17 *Exceptio confirmat regulam in non exceptis.*
18 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius.*
19 *Codicilli inſunt teſtamento largè & impropriè.*
20 *Verba debent intelligi in ſignificatione propria, & ſecundum ſenſum grammaticalem.*
21 *Codicilli non veniunt appellatione teſtamenti quando ſeparatim de vtroque de per ſe facta eſt mentio.*
22 *Codicilli non veniunt appellatione teſtamenti quando continent vnicum legatum.*
23 *Prædictis dictio, refert præcedẽtia cum omnibus qualitatibus.*
24 *Nepos non venit appellatione filij, quando facta filiorũ mẽtione nominatiuè dicitur poſtea, prædictis, etc.*
25 *Heredis non venit appellatione hæredis quando facta nominatim hæredis mentione dicitur, prædictã hæredes, &c.*
26 *Crau. in conſ. 257. quomodo procedat.*
27 *Repugnantiam non inducit Deus aut natura.*
28 *Cõtrarietas vt euitetur fieri ſẽper debet ĩterpretatio.*

CON-

CONSILIVM CCXXX.

TRes leguntur factæ diſpoſitiones a
Dño Melchione Opicio Cheriẽſe.
Prima eſt in teſtamento, in quo le-
gauit Dom. Marię, vxori ſuę, dotes
& donationẽ propter nuptias; ita
tamẽ quod donationis ſolũ habeat pro vita vſum
fructum. Secunda eſt in primis codicillis, quibus
relinquit eidem Dominæ Mariæ mundum omnẽ
mulicbrem; & declarat, quod vbi Iacobus eius fi-
lius, & hæres, matri præmoriatur, liceat matri de
donatione propter nuptias & dicto legato diſpo-
nere pro libito voluntatis. Tertia verò eſt in po-
ſterioribus codicillis, quibus reformat ſubſtitutio
nem factam in fauorem Dominarum Marię & A-
gneſinæ ſororum, vt ſcilicet æqualiter ſuccedant,
nõ obſtante q̃ in teſtamento eas per portiones inę
quales ſubſtituiſſet; deinde confirmat teſtamen-
tum in omnibus ſuis partibus, punctis & articulis,
ita quod prius detractis legatis, quæ fecerat Do-
mino Gaſpari, reſiduũ inter ſeipſas diuidant æqua
liter: venit ideo in controuerſiam, an legatum do-
nationis propter nuptias liberè debeatur vxori, ita
quod non obſtante morte Iacobi, qui prædeceſſit,
poſſit de ea diſponere ſecundum formam prioris
codicilli; an verò eius ſit ſolum vſufructuarius, &
teneatur reſtituere cum morietur. dubium facit,
1 quia etſi per ſecundum teſtamẽtum † tollatur pri-
mum, etiam non contrarium, l. 3. §. ſi quis ita ſit ip
ſe, ff. ſi cui pluſquam per leg. Falcid. l. ſi iure, ff. de
leg. 3. §. poſteriore, ff. quib. mod. teſt. infir. l. ſi quis
priore, ff. ad Trebell. l. ſancimus, C. de teſt. Didac.
in rubr. de teſt. par. 2. nu. 1. Natta in authen. hoc in
ter, nu. 1. C. de teſt. & in conſi. 484. num. 4. Clar. de
teſt. quæſt. 94. etiam ſi ſecundum factum ſit de iu-
re ſpeciali, l. 2. ff. de iniuſto, rup. teſt. l. eius militis,
§. militia miſſus, in fine, ff. de teſt. milit. Doctores
in l. hac conſultiſſima, §. ſi quis autem, C. de teſt.
Dec. in conſi. 264. & conſi. 475. tamen non ſic eſt
2 in codicillis, † quia primi non reuocantur per ſe-
quentes, ſed poteſt quis cum pluribus decedere
codicillis, §. fin. vbi not. omnes, Inſtit. de codicill.
Specul. in tit. de inſtrum. editio. §. compendioſè,
nu. 35. verſ. cæterum ſi vtraque, & §. viſo de impu
gnatione, nu. 2. & nu. 5. vbi ideo tutius dicit relin-
qui aliquid in codicillis, quàm in teſtamẽto, & ita
fieri conſulit Cępolla in caut. 87. ſequitur Natta
in d. auth. hoc inter liberos, nu. 88. C. de teſt. Simõ
de Pret. in tract. de coniect. vlt. vol. lib. 2. interpret.
1. dubit. 1. ſolutio. 10. nu. 26. & idem eſt in codicil-
lis & teſtamento: quia ſe compatiuntur inuicem,
3 & vna diſpoſitio tollit aliam, † ut probatur Inſtit.
de codicill. in fine, l. ante tabulas, & l. ab inteſtato,
ff. de iure codicill. Spec. d. §. compendioſè, nu. 35.
ver. ſi verò vna, Pariſ. conſi. 61. nu. 48. vol. 2. Manti
ca de coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 1. num. 11. quamuis
ergo Dominus Melchion plures fecerit codicil-
los, non tamen per ſecundos videtur voluiſſe rece
dere a diſpoſitis in prioribus.

Lib. 11. Conſ. 10. Petri Surdi.

Secundò augetur difficultas, quia teſtator cõfir
mando teſtamentũ, videtur etiam confirmaſſe prę
4 cedentes codicillos, quia dicuntur † teſtamentum,
glo. fin. in c. quamquam, de vſur. in 6. glo. in l. 2. in
ver. perſonalis, vbi Bal. C. com. de leg. glo. in l. 3.
in ver. omnes, circa fin. C. de conſt. pec. multos cõ-
gerit concordantes Iaſ. in rub. ff. de leg. 1. nu. 15. &
ibi latè proſequitur Crau. nu. 39. & ſeq. vbi dicit
fortius non eſſe acceſſorios teſtamenti, ſed dici te-
ſtamenti partem, & quæcunque in codicillis fiunt,
5 perinde teſtamento inſunt, ac ſi ipſo eſſent † diſpo
ſita, l. 2. §. codicillorum, vbi Bar. ff. de iure codicil.
l. 3. §. fin. ff. eod. tit. l. in bello, §. codicilli, ff. de ca-
ptiu. & poſtlim. reu. l. quædam, §. 1. ff. de iure codi
cillo. glo. in d. l. quædam, in prin. ideo infert Capra
in conſi. 3. nu. 20. quòd ſi teſtator mandat non ſol
ui aliqua legata, donec ſit ſatisfactum contentis in
teſtamento, videtur ſenſiſſe non ſolum de legatis
in eo teſtamento relictis, ſed etiam de his, quæ po
ſtea facta fuerunt in codicillis, quia videntur eidẽ
teſtamento ineſſe. plus dixit glo. in l. 1. in ver. iudi
cium, C. de codicill. quòd ſicuti rupto teſtamento
6 rumpuntur codicilli, vt ibi. ita confirmato † teſta-
mento cõfirmantur codicilli. & hoc dictum ſequi-
tur ibi Fulgoſ. Caſtr. in prin. qui inquit eſſe ſingu-
lare, & idem repetit Alex. nu. 4. & Iaſ. num. 3. C. de
codicill. hoc etiam tenuit, ſed immemor prædicto-
rum omnium, Crauet. in conſi. 257. nu. ſecundo,
ver. ſecundò, quia ſicut.

Tertiò legatum, quod in teſtamẽto factum fue
rat cũ onere reſtituendi poſt mortem, fuit in prio-
ribus codicillis reformatũ, quia relictũ fuit abſolu
tè detracto onere reſtitutionis. quando ergo teſta
tor in vltimis codicillis confirmauit omnia diſpoſi
ta in teſtamento, intelligi debet cõfirmaſſe eo mo-
do, quo ipſe in prioribus codicillis reformauerat,
vt ſcilicet pręſtarentur legata ſecundũ modũ adie-
ctũ in primis codicillis; ita probat Crau. in conſi.
257. per totum. vbi ſi teſtator, qui in teſtamẽto fe-
cerat pingue legatum filio primogenito, conditis
codicillis illud in parte minuat, deinde filij ſecũdo
7 geniti approbent † & confirment paternum teſta
mentũ, concludit quòd ea approbatio extenditur
etiã ad codicillos, ita vt legatum non aliter debea-
tur, quàm ſecundũ diminutionẽ factã in codicillis.
ita in propoſito approbãdo teſtator cõtenta in te-
ſtamento, cenſetur voluiſſe, quòd ea quidẽ pręſtẽ-
tur, ſed cum eo modo, qui fuit datus in codicillis.

Vrgent hæc quidem ad fauorem vxoris, ſed eis
non obſtantibus contrarium verius exiſtimo te-
neri, ſcilicet vxorem reſtituere prædictis ſubſtitu
tis donationem propter nuptias poſt mortem, vti
diſponitur in teſtamento: quia diſpoſitio, in qua
confirmatur teſtamentum in ſingulis partibus &
8 articulis, eſt ultima, & regulariter poſteriora † prio
ribus derogant, l. pacta nouiſſima, C. de pact. & cũ
volũtas hominis ſit ambulatoria, ſemper attendi-
mus vltimam, §. poſteriore, Inſtit. quibus mod. te-
ſtam. infirm. Caſtr. conſ. 155. col. 2. verſi. item tunc
eſt verũ, vol. 1. Pariſ. conſ. 10. nu. 3. & ſeq. vol. 3. &

procedit hoc nedum in vltimis voluntatibus, ſed
etiã in cõtractibus, in quibus nõ eſt neceſſe appo-
nere clauſulã, caſſantes, &c. vt per ſecundũ cenſea-
tur primo derogatũ, vt inquit Decius poſt Bart.
quẽ citat in d.l. pacta nouiſſima. Cum igitur teſta-
tor in vltimis codicillis confirmet teſtamentum in
omnibus ſuis partibus, legatum vxori ſactũ erit eo
modo præſtandũ, quo fuit in teſtamẽto relictum,
non autem vti cõtinetur in primis codicillis, quia
forma vltimæ diſpoſitionis eſt attendenda.

Secundò in hanc ſentẽtiam adducor, quia cũ te
ſtator omnia contenta in teſtamento confirmaue-
rit, licèt legatũ ſactũ vxori fuerit in codicilis refor-
matum adempto onere reſtituẽdi: tamẽ idem eſt,
ac ſi dictum legatum, & alia in eo cõtenta fuiſſent
per extenſũ repetita in codicillis vltimis. hęc enim
9 eſt virtus confirmationis, † probatur in l. poſthu-
mus, §. ſi paganus, ff. de iniuſto, rup. teſt. vbi teſta-
mentum reuocatum per ſecundũ, ſi ſic confirma-
tur, cõuertitur in fideicommiſſum, & in eo relicta
omnia debentur, declarant ibi Bart. Imola, & alij,
ad idem eſt tex. in l. ſi quis priore, ff. ad Trebell. &
in §. ſi quis priore, inſt. quib. mod. teſt. infir. l. 1. C.
de codicill. quæ iura probant, quòd & ſi primũ te-
ſtamentum reuocetur per ſecundum, reuiuiſcit ta
men in vim codicillorum, quando in ſequentibus
tabulis confirmatur, Ang. in conſi. 158. col. 1. ad
iſtem eſt tex. in l. pen. §. planè, ff. de bono. poſ. ſec.
tab. vbi qui plura fecerat teſtamenta, ſi codicillis
declaret velle mori cum primo teſtamento, ſupre-
ma voluntas, quæ defecerat, uidetur redijſſe, Ang.
in conſi. 108. nu. 3. qui dicit ſufficere voluntatem
declaratoriam, & dicit Caſtr. in l. hæredes palam,
§. ſi quid, num. 6. ff. de teſt. quod teſtator ſaciendo
nouum teſtamentũ, ſi repetat vnum ex legatis ſa-
ctis in primo, non cenſetur alia repetere, niſi id fa-
ciat expreſsè, vel tacitè confirmando primũ teſta-
mentum: quibus verbis vult, quòd confirmãdo te
ſtamentum, videatur repetere legata in eo relicto:
quinimo, vt dixi, ſufficit quòd teſtator declaret, ſe
10 velle † decedere cum primo teſtamento, quia eo
ipſo cõualeſcit rupto ſecũdo, ut probatur d. l. pen.
§. planè. & hoc multis comprobat Ruy. in conſi. 2.
per totum, vol. 2. Menoc. qui tamen de Ruino in
conſi. 176. per totum, Mantica de coniect. ult. uol.
lib. 12. tit. 1. num. 41. Simon de Pret. de coniect. ult.
uol. lib. 4. interpret. 3. dub. 2. nu. 35. & quòd diſpo
ſita in primo teſtamento, habeantur pro repetitis
in ſecundo, quando in ultimo teſtator confirmat
primum, noluit Natta in conſi. 483. nu. 2. & conſi.
484. nu. 25. & in conſi. 527. nu. 10. Cephal. in cõſi.
73. per totum, Mantica d. tit. 1. num. 36. cum ergo
codicilli ultimi confirmando teſtamẽtum referãt,
11 uidetur illud † teſtamẽtum eſſe in codicillis, quia
relatum eſt in referẽte, l. aſſe toto, ff. de hæred. inſt.
ut inquit in propoſito Crau. in conſi. 103. nu. 6. &
idem eſt in quacunque etiam priuata ſcriptura,
quæ ſit relata, ut poſt Caſtren. dicit ibi Crau. ideo
ſicuti ſi legatum factum uxori ſuiſſet in ultimis co
dicillis repetitum in omnibus & per omnia, prout
legitur in teſtamento, non eſſet dubitandum, quin
teſtator uideretur receſſiſſe a diſpoſitione ſacta in
primis codicillis, ſed hæc ultima forma eſſet atten-
denda: ita dicendum eſt in propoſito, quando le-
gatum eſt relatiuè repetitum, quia relatio cẽſetur
fieri cum omnibus ſuis qualitatibus, dicta l. aſſe to
to. & ultima diſpoſitio attenditur, ut ſupra dixi: &
in tantum dicunt Doctores renouari relicta per
huiuſmodi confirmationem, & cenſeri repetita in
12 ultima diſpoſitione, ut agatur ad ea non ex † pri-
ma confirmata, ſed ex ſecunda diſpoſitione confir
mante, ut eſt gl. in d. l. ſi quis priore, ff. ad Trebel.
Caſtr. in l. prima, in fine, Alex. nu. 2. & Iaſ. nu. quar
to, C. de codicil. Ruyn. dicto conſ. ſecundo, nu. 14.
uol. ſecundo, Natta in conſi. 483. nu. 17.

Tertiò certum eſt, quòd legatum donationis
propter nuptias ſactum in teſtamento, eſt contra-
rium diſpoſitioni ſactæ circa idem legatum in pri-
mis codicillis, quia in teſtamento erat limitatum
ad uitam uxoris, in codicillis uerò ſi præmorere-
tur filius, erat liberè remanſutum apud uxoris hę-
redes. non enim poſſunt ſimul ſtare quod habeat
ſolum pro uita, uel quod habeat pro ſemper. di-
13 cuntur autem contraria † ea, quæ ratione unius
ſubiecti & eiuſdem finis repugnant, l. prima, C. de
furt. & cõtraria mutuò ſe expellunt, Ariſt. in quin-
to Metaph. & ad poſitionem unius ſequitur de-
ſtructio alterius, gl. in l. ſed etſi pupillus, §. pen. in
uerſi. inſtitoria, ff. de inſtito. actio. & unum atque
idem ſubiectum non eſt capax duorum contrario
rum, l. ſi ancillam, ff. pro ſuo, Caſtr. in l. manumiſ-
ſiones, nu. 8. ff. de iuſt. & iure. ſtante autem contra
rietate, nulli dubium quin ſtandum ſit codicillo ul
timo, in quo confirmat teſtamentum; quia inter
duas compatibiles diſpoſitiones ſi quid ſit contra
14 rium, ut inter duos codicillos, † uel inter codicil-
lum & teſtamentum, poſterior diſpoſitio tollit pri
mam, ut eſt tex. præciſus in l. cum proponatis, C.
de codicill. ubi omnes Doctores ponunt, quod ul
timus attenditur codicillus, ſi ſit priori contra-
rius. & licèt in dubio fieri debeat interpretatio,
per quam codicillus nõ contradicat codicillo, aut
teſtamento, l. non ad ea, ff. de conditio. & demon-
ſtratio. c. inter dilectos, de fide inſtrumen. tamen
ſi non poſſunt reduci ad concordiam, ultima di-
ſpoſitio attenditur, l. ſi mihi & tibi, §. in legatis, ff.
de leg. primo, Dec. in conſi. 337. col. fin. uerſi. ſecũ
dò non obſtat, Pariſ. in conſi. 34. nu. 50. uolum. 2.
Mantica de coniectu. ult. uolunt. lib. ſexto, titu. 4.
num. 8. Simon de Pret. in cod. tracta. lib. ſecundo,
interpret. prima, dubit. prima, ſolutio. 10. nu. 24.
& pro hoc facit tex. in l. non ad ea, in uerſi. ſi prius,
ff. de cond. & demonſt. ubi ſi teſtator qui prius rẽ
15 uni legauerat ſub conditione, illam † ex interual-
lo eidem leget purè, cenſetur corrigere primum le
gatum & debetur ſecundum, Ruyn. in conſi. 38.
num. 16. uol. 8. Cæphal. in conſi. 67. num. 17. uer.
quæ concluſio, Rolan. in conſi. 31. num. 1. uol. 4.
idem eſt, ſi in legato primo dicatur, quod res non
exeat familiam, in ſecundo uerò nihil ſit dictum,

ualebit

ualebit ſecundum Bar.l.Statius, in prin.ff.de iure fiſci,Curt.iun. Ruyn.& Natta citati a Manticali. 12.tit.1.num.38.

Quartò teſtator poſtquàm portiones ſororũ ſubſtitutarũ reformauit, expreſsè diſpoſuit quòd exceptis legatis factis Domino Gaſpari ſorores prædictæ inter ſe cæteraomnia bona diuidãt.quibus verbis videtur fortius in totum reuocaſſe le-
16 gatum vxori: nam legata † nuda etiam voluntate adimi poſſunt,l.ſi iure,ff.de leg.3.l.3.§.ultimo,ff. de adim.leg.vbi dicitur quod etiã tacitè adimuntur, ſicuti nuda & tacita uoluntate relinquuntur, l.cum proponebatur,ff.de leg.ſecundo, l.nutu,ff. de leg.3.l. & in epiſtola, C.de fideicom. quinimo dicit Soc.per illum text.in l.ſi ita fuerit, in princ. n.5.ff.de reb.dub. qđ fauorabilior eſt ademptio, quàm datio,ſequitur Alciat.in rub.ff.de acq.poſſ. nu.9.id quod in præſenti facto apertè oſtenditur, teſtatorem facere uoluiſse,quia excepit ſolum le-
17 gata facta Dño Gaſpari: ea enim exceptio † confirmat regulam in caſibus non exceptis,l.nã quod liquidè,in fin.ff.de penu.leg.l. quæſitum, §.denique,ff.de fundo inſtru.l.in his,vbi no. ff. de legib. & excludendo ſolum legata Domino Gaſpari,vi-
18 detur † alia omnia includere, l.cum prætor, ff.de judic.c.nonne,de præſumpt. & facit tex.in l.tribunus,§.fin.ff.de teſtam. milit. vbi caſsando vnum, cenſetur alia approbare,latè Rolan. conſi.61.nu. 11.vol.3.D.Becius conſi.55.nu.11.Menoc.conſi. 86.nu.26.& facit, quod voluit Caſtrenſ. in conſi. 155.col.2.uerſi. præterea etiam ſi, uolumine primo, ubi inquit, quòd teſtator caſsando vnum ex legatis factis in primo teſtamento, cenſetur omnia alia approbare.

Non obſtat autem, ꝙ codicilli priores non reuocantur per poſteriores,quia hoc non procedit, quatenus contrarias contineat diſpoſitiones: tũc enim attenduntur vltimi, ut eſt tex. in d.l.cũ proponatis, C.de codicill.vbi Doctores notant,& dixi ſupra in uerſ. tertiò certum eſt. at hic codicilli ſunt cõtrarij, quia in primis uxori libera propter nuptias donatio conceditur, quãdocunque filius præmoriatur: in ultimis uerò,quibus teſtamentũ confirmatur, donatio relinquitur cum onere reſtituendi poſt mortem.

Secundũ quoque non aduerſatur:quia etſi codicilli uideantur pars teſtamenti atque ei ineſse, tñ qñ continent aliquid,quod eſt inuicem contrarium,tunc codicilli non dicuntur ineſse teſtamento: quia vt dixi, una diſpoſitio nõ continet cõtrariũ,& tunc poſterior attenditur. ita in ſpecie reſoluit Capra in conſ.3.n.22. qui fuit in contrariũ allegatus,dicens ꝙ diſpoſitio facta de teſtõ,nõ refertur ad codicillos cõtrarios,Simõ d. ſolu.10.n.25.

Reſpondeo etiã quod codicilli ueniunt ſub no-
19 mine teſtamenti, & uidentur ei ineſse largè † & impropriè, non autem ſtrictè & uerè, ut latè probat multis Iaſ.in rub.ff.de leg.1.nu.15.& in conſ. 174.nu.11.&13.uol.4.& ideo cum ſtatutorũ uerba propriè ſint intelligenda, ſi ſtatutum loquatur de teſtamento, non uerificabitur in codicillis, ut poſt alios probat Pariſ. in conſi.51.nu.25. uol.3.
20 in dubio autem uerba intelligi debent uerè † & propriè,non largo,l.1.§.ſi is,qui nauem,ff.de exercit.Soc.& Sadol.in l.in ambiguo,ff.de reb.dub.& ſecundũ grammaticalem ſenſum, Card. in c.relatum,in ult.not.diſtin.37.Neuiz.in conſ.92.n.11.

Pręterea in hoc facto teſtator ſeparatim loquutus eſt de teſtõ,& de codicillis: ideo qñ confirma-
21 uit teſtamentum, non põt referri † ad codicillos, l.cũ ex filio,§.filia,ff.de vulg.Bal.in conſ.190.col. 2. circa med. uol. 2. ſic dicimus maſculinum non concipere fęmininum, qñ de utroque ſit ſeparata mentio,Bald.in l.in multis,ff.de ſtatu homi.Dec. in c.prudentiã,in prin.col.2.de offi.deleg.& in terminis ita reſpondet Crau. in rub. ff.de leg.1.n.11.

Rurſus priores illi codicilli nihil aliud continent, præter legatum illud factum uxori, cum ea ampliatione de qua ſupra, ideo non poteſt dici quod ueniãt appellatione teſtamenti, ut declarat
22 † Barbar.in rub.extra in teſtam.col.11.uer. fatendum eſt,ſequitur Pariſ. in conſi.81.nu.27.uol.3. Simon d.dubit.1.ſolutio.nu.19.

Poſtremò teſtator nõ fecit indefinitè & ſimpliciter mẽtionem de teſtõ,ſed illud deſignauit multis demõſtrationibus ſumptis a Notario, qui fuit de eo rogatus ab inſtitutione, ſeu ſubſtitutione facta de prædictis ſororibus ſuis ab inſtitutione filij & ab alijs:deinde verò dicit,quod confirmat teſtamentum prædictum in omnibus ſuis partibus
23 & articulis.illa enim dictio,prædictis,refert † præcedẽtia cũ omnibus ſuis qualitatibus, Dec.in cõſ. 278.col.fi. Ruy. in conſ.206.nu.5.vol.2.Pariſ.in conſ.86.nu.36.vol.2.Bero.in conſi.132.n.7.vol. 3.Soc.iun.in conſ.102.n.3.vol.3.& ideo licèt appellatione filiorum, veniant nepotes ex generalitate ſermonis: tñ fallit, quando facta ſemel mentione filiorum nominatim, poſtea dicit teſtator,
24 dictos † ſeu prædictos filios. refertur enim tunc ad nominatos,non ad alios, Alc.in conſ.140.vol. 6.Dec.in conſi.465.num.8.Cur.iun.in conſi.58. col.1. in fi. Hinc & eſt quod etſi hæredis appellatione veniat hæres hæredis: tñ fallit, quando nominatis ſemel hæredibus dicit teſtator,prædictos
25 hæredes, † quia eo caſu diſpoſitio reſtringitur ad nominatos,Imo. in l.ſi quis filium, §.fi.ff. de acq. hære.Arc. ibi, qui dicit veriſſimam hanc eſſe concluſionem Ruyni in conſ.29.num.4.& ſeq.vol.2. Duran. de arte teſtan. tit.6.caut.60.num.1.& 2. teſtator igitur in hoc facto non eſt ſimpliciter loquutus de teſtõ,ſed de eo ĩ quo ipſas ſorores ſubſtituit,in quo inſtituit filium ſuum Impuberem,legata fecit Dño Gaſpari,propterea trahi nõ põt ad codicillos,in quibus nulla fit de prędictis mentio.

Quod verò dixit Crau.in conſi.257.confirmationem teſtamẽti factam a ſecundo genitis referri etiam ad codicillos, procedit propter multa alia, non autem ſolum pro eo, quod codicilli cenſeantur ineſſe teſtamento, vt apud eum videri poteſt.
26 Secundò reſpondeo, † illud locum vendicare in

hæredе, vel tertio loquente poſt mortem teſtato-
ris:nam mortuo teſtatore cõſiderantur teſtamen-
tum & codicilli,prout ſunt iam in eſſe deducta, &
pro vnica mentis teſtatione: ſed in teſtatore conſi
derantur ſemper tanquã diuerſi actus, prout ſunt
in fieri. Tertiò teſtator fecit diuerſimodè mentio-
nẽ de teſtamẽto, & de codicillis: ergo loquẽdo de
vno,voluit intelligere de alio,vt dixi ſupra. Quar-
tò non ſimpliciter eſt loquutus de teſtamento,ſed
cum expreſſa deſignatione de eo, in quo filiũ in-
ſtituit,ſorores ſubſtituit,fratri legata reliquit: quę
omnia leguntur in teſtamento, non in codicillis;
ergo non ſenſit de codicillis, ſed de teſtamento.

Tollitur ex prædictis deciſio Caſt.Alc. & gl. in
l.1.C.de codicil.qui dicebant,ꝙ confirmato teſta
mento,cẽſentur cõfirmati codicilli,quia hoc pro-
cedit quoad validitatem,vt ipſi loquuntur. Secun
dò illud procedit, qñ codicilli non ſunt in aliquo
contrarij,ſed quatenus contradicunt teſtõ,non cẽ
ſentur confirmati: quia ſicuti Deus & natura non
27 poſſunt † actum repugnantem in eſſe producere,
ſecundũ Ang.in conſ.187.circa fi. quem ſequitur
Dec.in l.vbi repugnantia,in prin.ff.de reg. iur.ita
ẽt non poteſt teſtator contrariam diſpoſitionem
confirmare; & cũ non poſſit,non ẽt præſumendũ,
quod id facere voluerit: quia vt euitetur contra-
rietas,improprianda ſunt uerba,Bart.& Doc.in l.
2.§.creditum,ff.ſi cer.pe. & fieri ſemper debet in-
28 terpretatio,† per quam euitetur contrarietas, ca.
inter dilectos,de fide inſtr.Cy. Bal. & Doc.in l.cũ
falſo,C.de iur.& facti ignor. Bar.in l.fi.§.itẽ quæ-
ſitum,ff.de cond.ind.Crot.in conſ.61.nu.12.Cra
uet.in conſ.70.nu.5.Menoc.latè in conſ.2.nu.61.

SVMMARIVM.

1 *Seruitutem fundo communi non imponit vnus ex pluribus dominis eiuſdem,limita nu.20.& ſeq.*
2 *Seruitutem non acquirit fundo communi vnus ex pluribus dominis eiuſdem.vbi latè,limita nu.14.*
3 *Seruitus eſt tota in toto,& tota in qualibet parte fundi, tam dominantis,quàm ſeruientis.*
4 *Seruitus poteſt diuerſo tempore acquiri diſiunctim a diuerſis dominis, ſicut etiam a diuerſis ſeparatim imponi.*
5 *Seruitus non poteſt diſiunctim, & diuerſo tempore acquiri a pluribus dominis per ſtipulationem.*
6 *Sententia lata in fauorem vnius, prodeſt alij in indiuiduis.*
7 *Sententia lata in fauorem vnius domini, non prodeſt alij, vbi agitur de conſtituenda ſeruitute, ſecus de conſtituta.*
8 *Seruitus ex quibus dicatur eſſe realis,non perſonalis.*
9 *Seruitus realis tranſit in emptorem rei.*
10 *Seruitus acquiritur præſcriptione & pacto.*
11 *Seruitus continua realis præſcribitur decem annis inter præſentes,& viginti inter abſentes.*
12 *Titulus non requiritur in præſcriptione iurium incorporalium.*
13 *Poſſeſſio negatiui iuris nõ acquiritur, niſi poſtquàm prohibitus exercuit actus & ius prædictum.*
14 *Seruitus acquiri poteſt præſcriptione per vnum ex pluribus dominis, & ibi rationẽ vide diuerſitatis.*
15 *Scientia & patientia habetur pro conſenſu in fauorabilibus.*
16 *Donatio quæritur abſenti per ſolam ſcientiam.*
17 *Seruitus vt per vnum ex pluribus dominis quæratur, ſufficit tacitus aliorum dominorum conſenſus.*
18 *Ratificatio præſumitur ex longiſſimi temporis curſu.*
19 *Seruitus poteſt pluribus inſolidum conſtitui, & præſtari.*
20 *Seruitus poteſt ab vno ex pluribus dominis imponi rei communi pro diuiſo.*
21 *Seruitus poteſt ab vno ex pluribus dominis imponi rei communi quo ad hoc ne cedens prohibeat eum, cui conceſſit ſeruitutem.*
22 *Seruitutem poteſt vnus ex pluribus dominis acquirere quo ad hoc, ne concedens poſſit vetare eum uti.*
23 *Faciens actum nullum fauore aliorum, non tamen poteſt contrauenire.*
24 *Vnus ex pluribus dominis agere poteſt inſolidum pro ſeruitute debita fundo communi.*
25 *Seruitus communi fundo debita conſeruatur per vnum ex ſocijs.*
26 *Seruitus poteſt retineri per partes, licet non poſſit acquiri.*

CONSILIVM CCXXXI.

NON rectè egiſſe videtur magnificus
Dominus Iacobus Philippus Sa-
lamonius contra nobilem Bartho-
lomeum Ceruetum, dũ petijt cõ-
pelli eum ad claudendũ feneſtras
domus,vel apponendum ferreos cancellos ita, ne
ab eis deſpicere poſſit in ſubiectam vicinalem viã
atque in vicinas domos. Nam etſi inſtrumento
publico dictus Ceruetus ita facere promiſerit: ta-
men, quia in eo non interuenerunt omnes ij,qui-
bus via erat communis, ſed ſolus Rainerius La-
uellus, & ſpectabilis Domina Maria de Regibus,
nulli fuit ſeruitus acquiſita. ſicuti enim vnus ex
1 pluribus † dominis non poteſt communi fundo
imponere ſeruitutem, l. 2. ff. de ſeruit. l. per fun-
dum, & l. vnus ex ſocijs, ff. de ſeruit. ruſt. præd.
2 ita vnus ex dominis vnius fundi non † poteſt ſer-
uitutem fundo acquirere, niſi omnes domini in-
terueniant, l.ſi vnus,ff.de ſeruit.ruſt. præd.l.pro-
prium,ff.com.præd. vbi dicit, quòd per vnum ſo-
cium communi ſolo ſeruitus acquiri non poteſt,
& ponit rationem, quia ſeruitutem recipere, niſi
ſibi nemo poteſt. idem dicitur in l.ſi quis duas, §.
duas autem,ff.eo.tit.Azo C.de ſeruit. & aq.num.
22.Alex.in l.2.§.ex his,num.15.ff.de verb.oblig.
vbi Iaſ.num.17.Cæpol.in tract. ſeruit.titu.de ſer-
uitu.vrb.prædio.c.15. qui poſſint acquir. ſeruitũ.
& dicit Aret.Inſtit.de vſufr.ꝙ vt quis poſſit acqui
rere ſeruitutem, debet eſſe inſolidum dominus
fundi.idem repetit in §. inter ruſticorum, num. 2.
eod.tit.& in §.æquè ſi agat,num.1.Inſti, de actio.
duplex autem prædictorum aſſignatur ratio. Pri-
ma,quia ex alterius contractu ius alteri non quæ-
ritur.

ritur,l.ea q̃ ciuiliter,ff.de acq. rer.dom. l.1.C. per
quas perſo.nob.acq.Secunda eſt, quia ſeruitus tã
reſpectu dominantis, quàm ſeruientis ſundi, tota
3 † eſt in toto,& tota in qualibet parte, ſicut anima
in corpore humano,l.ſi cui,ff.de ſeruit.l. certo ge-
neri,§.ſi totus,& l.via conſtitui,§.fi.ff.de ſeruit.ru
ſtic.prædio.ideo nõ põt vni particulæ fundi acqui
ri,quin ẽt quæratur toti.id autem fieri non põt,er
go pro nulla parte quęritur.Item non põt vnus ex
dñis fundi dominantis vti ſeruitute pro parte ſua,
quin ẽt vtatur pro parte ſocij,quæ eſt indiuiſa,ſed
ſocio, vt dictum eſt,non põt acquiri ex pacto alte
rius, quinimò in pręſenti caſu videtur ꝙ conſtitu-
tio ſeu acquiſitio ſeruitutis facta ꝑ prædictos Rai
neriũ & Mariam , non potuerit validè ratificari ꝑ
alios ſocios, quibus illa via eſt cõis , quia facta eſt
acquiſitio per ſtipulationẽ.& licèt regulariter poſ
4 ſit ſeruitus acquiri diſiunctim† diuerſo tẽpore per
plures ſocios,qñ.ſ.vnus poſt alium acquireret, vt
in l.receptum eſt,ff.com.præd. ſicut ẽt econuerſo
ex plurib. dominis poteſt quilibet ſeparato actu
& diuerſo tpe ſundo ſuo imponere ſeruitutem , l.
per ſundum,ff.de ſeru.ruſt.prę.Azo d.tit.de ſeru.
& aq.nu.20.Cæpol. de ſeru.vrb. præd.c.14.col.2.
in fi.verſ.item quid de dño,Aret.d.§.ęquè ſi agat,
nu.1.in fi. tñ hoc fallit, vbi acquiritur per ſtipula-
5 tionem, quia tunc eodem † tpe & vnico actu fieri
dẽt, ex quo ſtipulatio non ſtat in pendenti, l.vsũ-
fructum,ff.de ſtipul. ſeruo. & ſtipulatio vnius an-
tequã interueniat ſtipulatio alterius euaneſcit , &
non reconualeſcit ſequuta alterius ſtipulatione.
ita declarat eleganter Caſt.in l.2.§.ex his,nu.5.ff.
de verb.oblig.& hoc eſt,qđ dicit text.in l.ſi vnus,
ff. de ſeru.ruſt. præd. dum inquit, vnius ex ſocijs
ſtipulationẽ inutilem eſſe. in tantũ aũt uerum eſt,
ſeruitutẽ cõi fundo nõ acquiri , niſi per omnes,ꝙ
6 etſi ſnĩa † in fauorẽ unius proſit alij in indiuiduis,
l.a ſnĩa,in prin. ff.de app.Alex.in l.ſi duo,in prin.
nu.8.ff.de iureiu. & in l. iuſiurandũ ꝙ ex conuen-
tione,§.procurator,n.2.circa fi.ff.de iureiu. & eſt
tex.qui loquitur in ſeruitute, in l.ſocij corpus,§.ſi
fundus,ff.ſi ſeru.ven.& in l.ſi cõi,ff.eo.ti.Bar.in l.
ſi qui ſeparatũ,§.qđ eſt reſcriptum, in prin. ff.de
app.tñ vbi agimus de ſeruitute non cõſtituta, ſed
7 acquirenda, † vel conſtituenda; tũc ſnĩa in fauorẽ
unius ſocij,non prodeſt alij, eſt tex.in l.pro parte,
ff.de ſeruit.per quẽ ita dixit Bar.ĩ d.§.ex his,n.14.
vbi Imola,col.pen.ver.ſed an cõſtituta ea, Caſtr.
n.4.q dicit oẽs ita tenere,Alc.n.15.in fi. ubi ideo
reprę̃hendit Roma.qui tenebat contrariũ, Are.d.
§.inter ruſti.nu.2.ver.ſecus ſi vnus, Inſti. de ſeru.

Contrarium tñ omnino verius arbitror , rectè
ſcilicet egiſse magnificũ D.Iacobum Philippum:
nã habet pro ſe inſtrumentũ conuentionis factæ
inter dictũ Ceruetum,& D. Mariã de Regibus,in
qua cauſam habet mediãte perſona magnifici D.
Stephani,qui fuit hæres D.Marię,& inſtrumentũ
facit plenã fidẽ,Bar.in l.1.ĩ prin.n.8.ff.de ope.no.
nũ.cũ ſimilib.& cõſtitutio dictę ſeruitutis eſt rea-
8 lis,† q a dicitur in trãſactione,ꝙ Ceruetus ꝑmittit

cãcellos ferreos tenere ad feneſtras,ne poſſit deſpi
cere in uiã uicinalẽ,& domos cõtiguas,& qñ ſerui
tus debetur a re rei,dicitur realis,l.unus ex ſocijs,
ff.de ſeru.ruſt.p̃d. & cã adiecta, q̃ cõcernit fauorẽ
viæ & uicinarũ habitationũ,oſtendit realẽ eſſe ſer
uitutẽ impoſitã,dũ dicitur,ne deſpici poſſit in uiã
& domos,gl.Bar.& alij in l.3.§.opus,ff. de op.no.
nũ. Bal.in l.ea lege,n.18.C.de cõ.ob cau.Cępol.de
ſeru.urb.p̃d.c.2.col.3.ĩ prin.ideo trãſiuit in D.Sa
9 lamoniũ emptorẽ † domus,l.1.ff.com.p̃d.§.ideo,
Inſti.de ſeru.gl.in l.frater a fratre, ff. de cõ. indeb.
Cy.in l.3. C.de ſeru.& aq.ubi ait,ꝙ realis ſeruitus
rẽ afficit,& eſt tex.ĩ l.ſi aquæ ductus,ff.de cõtrah.
emp.alios multos allegaui ĩ conſ. 17.nu.14.addo
Are.Inſti.de ſerui.§.1.n.3.ubi ait,ꝙ ſeruitus realis
tranſit in quẽcunq; poſseſsorem fundi dominãtis
contra quemcũque poſseſsorem fundi ſeruientis.

Secũdò moueor,q a ubi aliud ius deficeret, D.
Salamonius p̃ſcripſiſset ius ſeruitutis prędictę,ex
quo iuncto tpe authorũ ſuorũ poſſedit,ſeu quaſi
hãc ſeruitutẽ,ne Cerueto liceret habere feneſtras
ſine ferreis cancellis.clarũ eſt.n.ꝙ ſeruitus acqui-
10 ritur nõ minus p̃ſcriptione,† q̃ pacto,vel alijs mo
dis,vt eſt glo.magna in l.ſeruitutes, la grãde,ff.de
ſeru.gl.& Doc.in l.2.C.de ſeru. & aq. Azo.ĩ ſum.
C.de ſeru.& aq.n.29. Dy.ĩ c.poſſeſsor, de reg.iu.
in 6.Bar.in l.1.§.denique,ff.de aqua plu.arc.alios
citat Cępol.de ſeru.vrb.p̃d.c.19.quom.qual.& qñ
cõſtituatur,circa principiũ. & q a hęc eſt cõtinua,
ex quo ſine hõis facto ſucceſſiuo exercetur, ſuffi-
11 ciunt decẽ anni inter p̃ſentes,& viginti inter† ab-
ſentes,vti fit in reb.immobilib.l.fi.C.de p̃ſcr. lõgi
tẽp.l.2.vbi gl.& Doc. C.de ſeru.& aq.gl.& Doc.ĩ
d.l.ſeruitutes,la grãde, Azo in ſumma, C.de ſeru.
& aq.n.29.verſ.in his ergo caſib. Cæpolla d.c.19.
col.2.verſ.his itaq; p̃miſſis. alios multos citat Bal
bus in trac.p̃ſcr.in 2.par.4.par.prin.q.1.nu.2.vbi
dicit,hãc eſſe cõem antiquorũ, necnon & moder-
norũ Doctorũ ſnĩam,ex mẽte iuriũ collectã, Are.
d.§.æquè ſi agat,n.10.Nat.in cõſ.431.n.7. & in p̃-
ſcriptione incorporalium non requiritur titulus,
12 † vt eſt text.in l.ſi q s diuturno,vbi glo. & Doc.ff.
quemad.ſeruit.amit.gl.Bar.& alij ĩ d.l.ſeruitutes,
la grãde.& rõ differentię inter corporalia & incor
poralia eſt,q a maius verſatur ꝑiudiciũ,vbi agitur
de corporalibus,cum de dominio tractetur,q̃ vbi
tractamus de incorporalibus,in quibus ſolũ eorũ
conditio grauatur,ita Dy.d.c. poſſeſsor, col.4.de
reg.iu.in 6.Cy.in l.2.q.5. C. de ſeru.& aq. alia ẽt
additur ratio, q a corporalia iura q̃rũtur perſonæ,
q̃ põt ſibi prouidere de titulo:ſed incorporalia q̃-
runtur rei,l.qui alieno,§.fi.ff.de ne.geſt.q a res nõ
põt prouidere de titulo,cũ ſit inanimata. hanc re-
fert Balb.in d.trac.2.par.4.par.prin.q.2.ubi mul-
tos cumulat tenentes,titulũ non requiri in acqui-
ſitione realis ſeruitutis. addo Azon. in d. rubr.de
ſeru.& aq.n.29. q tñ loquitur ſub verbo, fortè,&
hanc opinionẽ dicit in terminis d.l.ſi quis diutur-
no,receptiorem Vaſq.illuſtr.q.c.65.nu.7.latè An
to.Gomez.in tit.de cõtrac.c.15.nu.27. & quam-

uis aliqui contradicũt, tñ hęc eſt certa ſnſa,qñ agi
mus de vero titulo,vr.ſ. nõ requiratur,vt per Co-
raſ.in l.ſeruitutes,la 4.n.30.verſ. hic titulus, ff.de
ſerui.vbi nu.31. dicit, ſaltẽ in quaſi ſeruitute non
requiri titulũ,& ita intelligit d.l.ſi quis diuturno.
& ibi ponit rationẽ, quare non ſit neceſſarius titu
lus,Meno.de retin.poſſ.rem.5.n.53.vbi n.38.for-
tius vult,quod nõ ſit neceſſarius titulus, etiam qñ
poſſeſſor agit interdicto de itin. actuque priuato.

His autem pro fundamento poſitis nõ refraga-
tur,quod ex ſtipulatione Raynerij, & Dñæ Marię
non potuerit acquiri ſeruitus, ex quo plures alij
erant dñi viæ vicinalis, iuxta l.ſi vnus, ff.de ſeruit.
ruſt. pdio. quia reſpondeo primò acquiſitã fuiſſe
ſeruitutem non tantũ pacto & tranſactione prædi
cta,ſed ẽt pręſcriptione,quia lõgiſſimo tpe D. Sa-
lamonius,& ſui authores poſſederũt, ſeu quaſi:&
13 licèt in negatiuis non aliter q̃ratur poſſeſſio,† quã
prohibendo,gl.in l.qui luminibus, ff.de ſeru. vib.
prædio.& ibi Bar.Caſt.& alij,latè Gomeſ.de con-
tract.c.15.nu.28.verſ.item adde.tñ in caſu noſtro
extat prohibitio, quia fuit coram magnifico Dño
Vicario Ciuitatis inſtitutum iudicium, quod fuit
tranſactione finitum, & ab ea die qua iudicialiter
Ceruetus fuit prohibitus,ſemper acquieuit,& cã-
cellos ferreos habuit in feneſtris: quãuis ergo pa-
cto ſeruitus acquiri non poſſit per vnum ex ſocijs,
tñ ſecus eſt qñ tpe acquiritur, ideſt pręſcriptione,
14 quia tunc † non omniũ conſenſus eſt neceſſarius.
ita probat tex.in l.ſed ſi inter,ff.de ſeruit.vrb.præ-
dio.vbi gl.cum ſic intelligit,rationẽ ponens, quia
acquiſitio,quę fit tpe,prouenit a lege,non ab ho-
mine, ideo eſt potentior, l. legitima, ff. de pact.&
quamuis glo.de hac ratione dubitet,tñ Bar.ibi eã
approbat, quia in præſcriptione lex eſt immedia-
ta cauſa,ſed in pacto eſt mediata. addit ẽt glo. aliã
rationẽ, quia nempè præſcriptio tanquam funda-
ta in publica vtilitate, eſt potior pacto: & ſubdit
ibi Ang.quod per hoc declarantur oẽs leges, quæ
dicunt,vnum ex ſocijs non poſſe ſeruitutem acqui
rere communi fundo, ſequitur Caſtr.dicens præ-
ſcriptionem validiorem eſſe pacto propter perſe-
uerantiam conſenſus, & ibi alijs cõfirmat, idẽ vo-
luit glo.fi.in l.propriũ,ff.com.præd.Caſt. in l.pro
parte,nu.4.ff.de ſeru.Cyn.in l.1.nu.2.in 3.oppoſ.
C.de ſerui.& aq.vbi dicit rationẽ eſſe, quia cẽſen
tur oẽs ſocij tacitè cõſenſiſſe, qđ ſeruitus cõi fun-
do quæratur,& dicit Ang.in §.inter ruſticorũ,nu.
2.Inſt.de ſeru.quod in eo tex.eſt caſus ſingularis.

Secundò reſpondeo, in caſu noſtro ſatis inter-
ueniſſe omnium ſociorum cõſenſum, ex eo quod
ſciuerũt in vim dictę tranſactionis Ceruetũ appo-
ſuiſſe feneſtræ ferreos cancellos, & eos retinuiſſe
longiſſimo tpe,imò ad hanc vſq; diem,& in fauo
15 rabilibus ſola ſcientia, † & taciturnitas cõſenſum
inducit,l.qui patitur,vbi gl.ff.man.l.ſi remunerã-
di,§.ſi paſſus,ff.co. Bar. in l.quæ dotis, nu.22.vbi
Iaſ.nu.70.ff.ſoluto matr.Fely.alios referens, in c.
nonne,de præſump.Goza.in conſil.98.nu.5.Soc.
jun.in conſi.102.nu.7.vol.3.Ripa in conſi.81.nu.
13.& dicit Bart.in l.quo enim, ff.rem rat. haberi;
quod vbi actus reſpicit merũ cõmodum vel acqui
ſitionem,tunc nõ improbare eſt approbare.& di-
cit Bal.in l.ſi abſentis,n.6.C.ſi cer.pe. quod ſi ap-
probatio eſt utilis, tunc actus dicitur approbari
eo ipſo quod non improbatur. ideo inquit Dec.
in conſi.58. nu.2.verſ. imò ex eo duntaxat, quod
ſi vxor ſcit acquiſitionẽ factam a marito ſuo nomi
ne,cenſetur eo ipſo ratificare:idẽ in donatione vo
luit Soc.iun.in conſil.67.nu.13.vol.3. vbi allegat
Inno. dicere quod ſemper præſumitur conſenſus
alicuius,qñ actus eſt illi concupiſcibilis,allegat ẽt
Claud.in l.quæ dotis,col.5.Gui.Papę cõſ.23.col.
8.vbi ait,ſufficere ſcientiã,quę colligitur ex vicini-
tate,vel conſanguinitate,Ruy.conſ.174.nu.5.ver.
ſed ex alio,vol.1.& hoc ẽt voluit Bar. in l. fi.nu.4.
ff.de conſti.Princ.ubi dicit,ꝙ priuilegiũ quæritur
abſenti a die ſciẽtię,& cũ allegat Nat.in conſ.242.
16 nu.7.& ꝙ donatio † quęratur abſenti per ſolã ſciẽ
tiam,voluit Areti. in l.qui abſenti, n.4.col.2.ff.de
acq.poſ.quem citat & ſequitur Cæph. in cõſ.33.
nu.19. vbi colligitur ſcientia ex ſola cõſanguinita-
te.idẽ in donatione tenuit Rol. in cõſ.19.nu.33.&
ſeq.vol.1.vbi ſcientiam elicit ex coniecturis, & in
cõſ.4.n.28.vol.2.vbi loquitur de cõtractu emptio
nis, Crau.in conſ.12.n.4.Menoc.in conſ.92.n.66.
Burſa.in cõſ.119.n.1.Hypp.Rim.in cõſ.108.n.13.
Deciſ.Peruſ.29.n.8.Anch.moder. ſam.q.lib.2.q.
23. in pręſenti autẽ caſu ſcientia non põt negari,
cũ iam quęſtio fuiſſet in iudiciũ nomine omnium
ſociorũ deducta, poſtea verò tranſactione amica-
biliter cõpoſita, & niſi vicini ſciuiſſent cõpoſitio-
nem,non tacuiſſent tãdiu, nec litem cęptam deſer
uiſſent. præterea continue verſabantur in eo loco,
ubi erant feneſtræ,& uidebant eas cancellis orna-
tas,erant uicini,qui ideo præſumuntur ſcire, quæ
geruntur in uicinia, iuribus vulgatis, & præcipuè
Rol.d.conſ.19.nu.38.ergo præſumendus eſt con-
17 ſenſus,† qui ſufficit, ſi tacitè interueniat in acqui-
ſitione ſeruitutis,ut probatur ex d.l.ſed ſi inter, ff.
de ſeruit.vrb.præd.ſm intellectũ Ange.ibi,qui di-
cit quod valet acquiſitio vnius ſocij ab altero ſo-
cio,quia vẽdendo ſocius conſentit acquiſitioni,&
eũ ſequitur Caſt.ibi,& hoc expreſsè uoluit Cy.in
d.l.1.n.2.ĩ 3.oppo.C.de ſeruit.& aq.dũ inquit,ꝙ
ſicuti ſocius abſens ſi expreſsè cõſentiat,ualet ac-
quiſitio ſeruitutis facta per vnũ, ita ſi tacitè cõſen
tiat.uolũt itaq; pdicti Doctores,quod ſufficiat ta-
citus ſociorũ conſenſus in acquirenda ſeruitute.

Reſpondeo tertiò,quod ex curſu longiſſimi tẽ-
18 poris præſumitur ratificatio,† ita uolunt Ange.&
Alex.in l.ſciendum,ff.de uerb.oblig.Dec. in conſ.
297.nu.3.& 4.Gozad.in conſi.11.nu. 16. Socin.
iun.in conſi.139.num.14.uol.3.Bero.in conſ.104.
nu.11.uol.3.Crau.in tract. de antiq. temp. par.2.
nu.66.Cæph.in conſ.240.nu.7.Meno. conſ.1.nu.
82.Vaſq.illuſtr.q.c.61.nu.15. & ante eos Soci. in
conſi.46.col.2.in fi.uerſi.præterea,uol.3.

Quartò reſpondeo,quod domui Cerueti impo
ſita fuit ſeruitus, non tã ad commodum viæ uici-

nalis,

nalis,quæ eſt omnib. ibi habitantib. cõis,q̃ etiam
ad vtilitatem circumſtantiũ ædium, quia dicitur,
ne poſſit in dictã viam, & in vicinas ædes reſpice-
re. licèt ergo reſpectu viæ plures eſſent ſocij,tamẽ
reſpectu ædium nulla extat ſocietas, ſed quiſque
inſolidũ ſuas poſſidet, proinde quidquid ſit rõne
viæ,hoc certũ eſt qđ quoad domos vicinas nõ di-
citur ſeruitus cõſtituta plurib. inſolidũ,ita vt vni-
cuique ius ſit quęſitũ,& ſeruitus ſit debita pro ſua
19 domo. Clarũ eſt aũt ꝙ ſeruitus † põt plurib. inſo-
lidum conſtitui & p̃ſtari,l.via,§.quoconque,ff.de
ſeru.ruſti.præd.l. Lucio, ff.de aq.quot.& æſtiua,l.
qui per certũ,ff.com.præd.l.2.§.fi.ff.de ſeru.ruſt.
præd.ponit Bar.in l.2.§.ex his,nu.3.ff.de ver.obl.
vbi Ang.col.fi.& Imo. qui col.pen. in ptin.ver.in
glo.ſuper verbo,per ſingulos,optimè declarat,di-
cẽs qđ ſeruitus põt diuerſis perſonis conſtitui re-
ſpectu plurium fundorũ non communium, & qđ
ita loquitur d.l. Lucio,& in facto noſtro eſt tex.in
l. propriũ,ff.com.præd. qui videtur mihi p̃ſentem
controuerſiã decidere: dicit enim,ſi vẽdendo fun
dũ conuenio,qđ ſeruiat meo fundo,nec nõ & fun
do vicini, valebit cõſtitutio quoad me,& adiectio
vicini habebitur pro nõ appoſita, quia nemo põt
alij ſeruitutẽ acquirere: ita in propoſito Dña Ma-
ria de Regib. ſtipulata eſt ſeruitutẽ ſibi & vicinis
ædib. licèt itaque reſpectu vicinarũ nõ valeat ſti-
pulatio, ſuſtinebitur tñ quoad ſuas. aliud aũt eſt,
qñ ſtipulatur ſibi & ſocio, cũ quo rẽ habet cõem,
quia tũc ſeruitus neq; ſtipulãti prodeſt,neque ſo-
cio,vt dicitur in d.l.propriũ, q̃ duas ponit qõnes,
ſecundum glo.ibi, & declarat optimè Caſt.& pro
hoc facit,quia videmus idem ſeruari in fundo,cui
ſeruitus imponitur. ſi enim ſit pluribus pro indiui
20 ſo communis, vnus † ex ſocijs non poteſt illi ſer-
uitutem imponere; ſed ſi ſit communis pro diui-
ſo,poterit quilibet ſuę parti ſeruitutem imponere
ſocio inuito, uel inſcio,l.ad certã, ff.de ſeruit.q̃li-
bet.n.pars facit totũ,l.recte,§.fin.ff.de uerb.ſign.
& non conſideratur res tanquã ſit plurium domi-
norũ,l.quod in rerũ, §.ſi quis poſt,ff.de leg.1.de-
clarat bene Coraſ.in d.l.unus,nu.9.ff.de ſeru.ſicu
ti ergo ab uno ex ſocijs rei diuiſæ põt ſeruitus im-
poni, ita ẽt ab uno poteſt rei ſuæ ſeruitus acquiri.
Poſſum & quintò reſpondere, ꝙ ubi etiam age-
retur ſolùm de commodo uiæ,adhuc non obſtan-
te communione poſſet D.Salamonius uti ſucceſ-
ſor D.Mariæ cogere Ceruetum ad tenendum can
cellos ferreos: nam etſi ſeruitus communi fundo,
non quæratur per unum ex ſocijs,tamen is nõ po-
teſt prohiberi,ne utatur, qui eſt ſtipulatus. ad qđ
probandum adduco tex.in l.per fundum, in fi.ff.
de ſeru.ruſt.præd. ubi dicitur,ꝙ etſi unus ex pluri
bus dominis non poſſit rei cõmuni imponere ſer-
21 uitutem: tamen † qui conceſſit ſeruitutem,non po
terit uetare, ne ceſſionarius utatur. & ratio eſt, ſe-
cundum Caſtr.ibi, quia ius etſi non ſit quæſitum
in re,eſt tñ quęſitum contra concedentem: & ſub-
dit hoc eſſe uerum non modo quãdo res pertinet
ad multos, ut ſingulos, ſed etiã quãdo ſpectat ad
multos vt in vniuerſo, & hoc dicit notabile Azò
in ſum.C.de ſeruit. & aq.nu.20. Cępol.dè ſeruit.
vrb.præd.c.14. q. poſſit conſtitui ſeruit.col.2.ver.
itẽ quid de dño fundi, Floria. in d.l.per fundum,
Ang.d.§.inter ruſticorũ, nu.2. Inſt.de ſeruit.& in
§.æquè ſi agat,nu.1.Inſtit.de act. Coraſ.d.l.vnus,
nu.9.in fi.& quãuis tex.in d.l.per fundũ,loquatur
in vno ex dominis fundi ſeruientis,tñ idem eſt qñ
dñs fundi cõcedit ſeruitutem vni ex ſocijs alterius
fundo,quia nõ quæritur quidem ſeruitus,niſi oẽs
ſocij non ſentiant; tñ qui conſtituit, vel ceſſit, vel
22 promiſit † ſeruitutem vni ex ſocijs,non poterit il-
lum prohibere,ne vtatur iure ceſſo,ita voluit glo.
in l.2.§.ex his,ff.de verb.obl.quę dum dicit,quòd
vnus ex plurib. ſocijs obtinens ſñiam pro ſeruitu-
te conſtituenda,poterit vti ſeruitute cõtra conſti-
tuentẽ,& eam ſequitur Bar. ibi,nu.14.dicens,ꝙ ſi
ſeruitus vni conſtituatur ex plurib. hæredib. non
poterit is prohiberi,quin vtatur,& allegat dictam
l.per fundũ, quæ loquitur non qñ vni ex pluribus
dominis promittitur ſeruitus, ſed qñ vnus ex plu-
ribus dominis imponit fundo cõi ſeruitutẽ, Ang.
circa fin.declarando glo. ibi dicit, quod obtinens
ſententiam, vtitur ſeruitute,non quia ſit ſeruitus,
ex quo vni ex dominis conſtitui non poteſt, ſed
quia ille contra quem lata eſt ſententia, nõn po-
teſt contradicere, ſicuti non poſſet ſi ſeruitutẽ pa-
cto conſtituiſſet,Caſt.nu.4.qui dicit, quod vtitur
non ſeruitute, ſed commodo ſeruitutis, & dicit l.
per fundũ, facere in ſimili. idẽ probauit Imo.ibi,
col.pen.ver.ſed an ea cõſtituta,Alex.nu.16.& 17.
& ſequũtur alij ibi,atq; ita quod dicitur vnum ex
plurib. ſocijs poſſe conſtituere ſeruitutẽ in re cõi,
quoad præiudicium ſuum, trahunt Doctores ad
caſum contrariũ, vt ſcilicet eodẽ modo vni ex ſo-
cijs poſſit cõſtitui ſeruitus ad præiudiciũ cõſtituẽ-
tis, q̃ nõ poterit impedire, ne is vtatur iure ceſſo.
Et pro cõfirmatione adduco qđ etſi nemo poſ
ſit tertio præiudicare faciendo actum: tñ qui facit,
non poteſt contrauenire,etiam ſi ſit reſpectu alio-
23 rũ nullus, † vt probatur in l.2.ff.com.prædio.vbi
Ang.dicit,eſſe notabile,quod ſi quis mihi cõceſſit
ius aquæ ducendæ per viã publicam,licèt cõceſſio
ſit nulla,tamen ſi is me impediat,ero tuẽdus in eo
vſu per vtilem actionem contra illum prohibentẽ.
& idem dicit, qñ conceſſa eſt mihi facultas faciẽdi
pontem ſuper viam publicam, aut ædificãdi molẽ
dinum,quia etſi conceſſio mero iure non ſuſtinea
tur,tamen concedens nõ poterit prohibere,& be-
ne ibi exornat Caſt. nu.3.dicens, quod conceſſio
valet,& eſt ſeruanda in pręiudicium concedentis.
Sextò licèt vnus ex pluribus dominis non poſ-
ſit ſeruitutem acquirere cõi fundo,tamẽ bene po-
24 teſt ſolus agere † inſolidum,vt eſt tex.in l.loci cor
pus, §.ſi fundus, vbi glo.ff.ſi ſerui.vend.& ibi in-
fert Bar. quòd in indiuiduis quilibet põt inſolidũ
agere, & ſubdit hoc procedere, quando non agi-
tur de cõſtituenda ſeruitute, ſed vt declaretur, an
cõpetat,& idẽ tenet Ang.& Caſt.ad idẽ eſt tex. in
l. qui in aliena, §.fi.ff.de neg. geſt., vbi dicitur,qđ

qui ſeruitutis cauſam defendit, repetit ab omnibus ſocijs expenſas litis. hoc ēt uoluit tex. cum gl. in l. 2. §. ex his, in ver. non facit, ff. de uerb. oblig. ubi Bar. n. 14. in princ. Caſt. in ſummario Alc. nu. 6. Iaſ. nu. 6. Alcia. n. 37. & Galiau. n. 26. in fi. Ang. in d. §. inter ruſticorum, nu. 2. uerſi. ſed aduertas, Inſtit. de ſeruit. & ratio eſt, quia facilius quid conſeruatur, quàm de nouo quęratur, l. oratione, §. fi. ff. de ritu nuptia. l. patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui, uel alieni iur. & ideo ſeruitus communi fundo
25 debita poteſt conſeruari † per unum ex ſocijs, l. aquam, ff. quemadm. ſeruit. amit. & comprobat multis Cæpolla de ſerui. vrba. prædio. cap. 22. in prin. Ang. d. §. inter ruſticorum, nu. 2. hinc etiam fit, quod etſi non poſſit per partes acquiri, poteſt
26 tñ per partes † retineri, l. unus ex ſocijs, ff. de ſeru. ruſtic. prædio. l. pluribus, §. etſi placet, ff. de uerb. oblig. quare cum non agatur nunc de conſtituendo ſeruitutē de nouo, ſed de conſeruando iam cōſtitutam, admitti debet Dñus Iacobus Philippus,

S V M M A R I V M.

1 *Subſtitutio reciproca non continet fideicommiſſariā, etiam ſi fiat inter eos, qui prius erant vocati per fideicommiſſum, num. 2.*

3 *Subſtitutio directa fieri poteſt, etiam in fideicommiſſis.*

4 *Subſtitutio reciproca non continet fideicommiſſariā, etiam ſi teſtator poſt eam inter ſubſtitutos faceret fideicommiſſum.*

5 *Subſtitutio reciproca eſt, quando plures purè, & ſine temporis tractu inuicem ſubſtituuntur.*

6 *Subſtitutio reciproca expirat hæreditate adita.*

7 *Subſtitutio vbi deficit, bona remanent libera penes grauatum, qui de illis diſponit pro libito.*

8 *Hæreditas non adita, non tranſmittitur.*

9 *Subſtitutus vulgaris non admittitur, quando grauatus non vult, vel non poteſt eſſe hæres.*

10 *Subſtitutus vulgaris impedit tranſmiſſionem.*

11 *Subſtitutio vulgaris continet tres conditiones, ideſt ſi grauatus nolit, vel non poſſit eſſe hæres, & ſi aliū hæredem non fecerit ex perſona ſua, & num. 29. in fine.*

12 *Minor inſtitutus hæres tranſmittit ius petendi reſtitutionem in integrum aduerſus omiſſam aditionē, & idem eſt in infante.*

13 *Subſtitutio reciproca non continet fideicommiſſariā, etiam quando in teſtamento extat clauſula codicillaris, vbi vide rationes. ſed contra, nu. 16.*

14 *Clauſula codicillaris ſemper intelligitur in teſtamento inter liberos.*

15 *Subſtituo verbum, eſt commune, aptum comprehendere directas, & obliquas ſubſtitutiones.*

16 *Clauſula codicillaris poſita in teſtamento efficit, quòd ſubſtitutio reciproca continet fideicommiſſariam, & ibi latè agitur. licèt contra ſupra, nu. 13.*

17 *Clauſula codicillaris virtutem teſtamenti transfundit in codicillos.*

18 *Codicillis hæreditas directè non datur, & omnia tūc petuntur iure fideicommiſſi.*

19 *Clauſula codicillaris operatur, quod verba directa obliquantur, vbi infertur ad teſtamentum inter liberos, & ad teſtamentum iuratum.*

20 *Clauſula codicillaris operatur, quod relicta in teſtamento debentur a venientibus ab inteſtato.*

21 *Subſtitutio reciproca continet fideicommiſſariam, quando fit in codicillis.*

22 *Codicillorum verba directa obliquantur.*

23 *Clauſula codicillaris trahit directam ſubſtitutionem ad fideicommiſſum, ſi conſtet de expreſſa teſtatoris voluntate.*

24 *Subſtitutio reciproca continet fideicommiſſariam, quando fit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum.*

25 *Subſtitutio directa obliquatur, quando conſtat de teſtatoris voluntate.*

26 *Subſtitutio obliqua reducitur ad directam, ſi conſtet de teſtatoris voluntate.*

27 *Clauſula acceſſoria declarat intentionē diſponētis.*

28 *Clauſula codicillaris tacitè intellecta, non eſt paris potentia cum expreſſa.*

29 *Clauſula codicillaris de iure Digeſtorum non intelligebatur in teſtamento inter liberos.*

30 *Subſtitutus vulgaris non admittitur, quando inſtitutus eſt infans, cui competit beneficium l. cum antiquioribus, C. de iure delib. & quando hæreditas non adita trāſmittitur.*

31 *Infans, & minor tranſmittunt hæreditatem cuiuſuis extranei non aditam ex beneficio l. cum antiquioribus.*

32 *Subſtitutio reciproca licèt propter clauſulam codicillarem contineat fideicommiſſariam, tamē adita hæreditate ſubſtitutio fideicommiſſaria expirat.*

33 *Conditio appoſita teſtamento, & vulgari ſubſtitutioni, cenſetur repetita in codicillis, uel ab inteſtato in fideicommiſſaria importata ex codicillari clauſula.*

34 *Subſtitutio directa, quando obliquatur, tunc fideicommiſſarius ſuccedit ſolùm in caſibus, quibus erat ſuccedendum ex directa.*

35 *Fideicōmiſſum nō agnitū tranſmittitur ad hæredes.*

36 *Clauſula codicillaris nihil operatur contra voluntatem teſtatoris.*

37 *Clauſula codicillaris operatur, vt id ſolum debeatur per fideicommiſſum, quod fuerat directè relictum, vbi infertur ad multa.*

38 *Clauſula codicillaris, nihil operatur in teſtamento, quod poteſt ſuſtineri iure teſtamenti.*

39 *Clauſula codicillaris per verba præſentis temporis non ſuſtinet teſtamentū, quod rumpitur præteritione poſthumi, et ibi latè exornatur inferēdo ad alia.*

40 *Minor, & infans, vt tranſmittant hæreditatem non aditam, quatuor requiruntur, vt ibi.*

41 *Infans non tranſmittit ius adeundi hæreditatem, niſi probetur eum, vel tutorem ſciuiſſe, quòd eſſet delata.*

42 *Minor, & infans etiam ignorantes hæreditatem eſſe delatam, tranſmittunt ius adeundi mediante reſtitutione in integrum.*

43 *Reſtitutio in integrum ſemper conceditur hæredi minoris ex eiuſdem minoris perſona.*

Reſtitu-

44 *Reſtitutio in integrum ex generali clauſula conceditur hæredi ad adeundum hæreditatem ſtante iuſta ignorantia.*

45 *Subſtitutus vulgariter pupillo, qui deceſſit ante aditionem, iuſtè retinet hæreditatem, donec hæres pupilli differt proponere reſtitutionem aduerſus omiſſam aditionem.*

CONSILIVM CCXXXII.

CONDIDIT Reuerẽdus Dominus Germanus de Zopis teſtamentum, in quo hæredes ſibi inſtituit filios maſculos naſcituros ex ſemine Dominorũ Bonifacij & Petri eius nepotum de Zopis, necnon filios maſculos naſcituros ex ſemine Carentini, & Michaelis etiã de Zopis in ſtirpes, & non in capita, ipſos filios naſcituros inuicem ſubſtituẽdo; & caſu quo dicti D. Bonifacius, & Petrus decederent ſine filijs maſculis, volnit, quod tunc, & eo caſu filij dictorũ Michaelis, & Carentini ſuccedant: deceſſit autem Dominus Bonifacius relicto ventre prægnante, ex quo natus eſt maſculus, qui tamen intra annum deceſſit ſuperſtitib. magnifica Domina Hippolyta, & alijs eius ſororibus. ſtante prædicta ſerie facti dicendum videtur, quod non ſit locus ſubſtitutioni prædictæ reciprocæ, & quod ſorores dicti Bonifacij excludunt ſubſtitutos: nam regulariter reciproca ſubſtitutio continet ſolum vulgarem, & pupil-
1 larem, † non autem fideicommiſſariam, l. iam hoc
iure, ubi notant omnes, ff. de uulg. & pupill. ibi, in
uulgarem tantum caſum, l. 2. C. de impub. in cap.
ſi pater, de teſtam. & ita tenet Bar. in l. Lucius, col.
fin. ff. de uulg. ubi de communi atteſtantur Alex.
num. 13. & 19. Iaſ. nu. 29. Alcia. num. 47. & Ripa
nu. 40. idem Bar. in d. l. 2. vbi dicit ſæpius ita conſuluiſſe, ubi Corn. num. 1. Dec. nu. 4. & Curt. iun. num. 12. Bal. in l. in teſtamento, in 3. q. ubi Sali. & Caſtr. C. de teſtam. milit. Aret. in l. ſed ſi plures, ff. de uulg. & pupil. Bened. in cap. Raynutius, in uer. ſi abſq; liberis moreretur, il ſecondo, in tract. ſubſtit. breuiloq. num. 36. de teſtam. Crot. in conſ. 2. nu. 8. Bertran. in cõſ. 222. n. 4. & 5. vol. 2. vbi dicit eſſe magis cõem opinionem, & in cõſ. 360. vol. 4. & in conſ. 36. nu. 2. vol. 6. & idem voluit Deci. in conſ. 205. nu. 6. Pariſ. in conſ. 41. nu. 1. in conſ. 82. nu, 4. vol. 2. Rol. qui alios citat, in conſ. 25. num. 3. vol. 1. Eman. Coſta in d. cap. ſi pater, in princ. primæ par. num. 12. & in tertia parte, in ver. obliqua, nu. 4. Menoc. in conſ. 85. nu. 66. Decian. in conſil. 56. nu. 13. volum. 3. & in conſ. 24. nu. 5. volum. 2. Simon de Prætis, qui infinitas authoritates ad id cumulat in tracta. de interpret. vlti. volunt. lib. 3. interpret. 3. dubit. 1. ſolut. 6. num. 3. dicens eſſe tenendam in iudicijs, & ratio principalis eſt, quia ſi contineret fideicommiſſum, eſſet penitus inutilis, cum tantum hæres teneretur reſtiruere quantum recepiſſet, vt declarat Aret. in dicta l. ſed ſi plures, Crot. in conſil. 62. nu. 10. & procedit hæc ſententia, etiam ſi reciproca ſubſtitutio fiat inter eos, qui
2 prius fuerunt per fideicõmiſſum † vocati, vt ſi hæres grauatus ſit poſt mortẽ reſtituere Titio, & Meuio, & deinde ſubiungat teſtator, quos inuicẽ ſubſtituo, nam inter eos non dabitur ſucceſſio per fideicommiſſum, d. l. iam hoc iure, iuncta l. vt hæredibus, ff. de leg. 2. ita Eman. in d. ver. obliqua, nu. 12. quia etiam in fideicommiſſis fieri poſſunt dire-
3 ctæ † ſubſtitutiones, dicta l. vt hæredibus, Zanc. in
l. hæredes mei, §. cum ita, nu. 78. ff. ad Trebel. in 1. parte, Crot. conſ. 65. nu. 2. & idem eſt econtra, qũ teſtator poſt reciprocam ſubſtitutionem faceret fideicommiſſum: quia licèt onus fideicommiſſi eis ſit iniunctum, tamen inter ſe intelliguntur ſolum
4 ſubſtituti directè, † id eſt vulgariter, & pupillari-
ter, quando ipſi ſunt pupilli, & teſtator habet eos in poteſtate, vt voluit Caſt. in conſ. 14. ſi cõtingat, col. 2. ver. reſtat reſpondere, vol. 1. Zanc. d. §. cum ita, parte tertia, num. 17. & ſeq. & non eſt dubium, quin ſubſtitutio, de qua agimus, ſit reciproca, ſiue breuiloqua, quia teſtator filios naſcituros, vt ſupra, ſubſtituit inuicem: cum enim purè, & ſine aliqua conditione vel tẽporis tractu ſubſtituit reputando ſubſtitutionem de vno ad alium, tunc reci-
5 proca fit ſubſtitutio, † quæ ſub vna verborum cõ-
ceptione plures cõtinet, vt declarat Bar. in d. l. Lucius, q. 1. & 2. & præcipuè quando dicitur, inuicem ſubſtituo, d. l. iam hoc iure, l. in teſtam. §. hæc verba, ff. de hæred. inſtit. uel dictio uiciſſim, l. de fidei commiſſo, C. de tranſac. Natta in conſ. 551. nu. 1. Decian. in conſ. 41. nu. 4. volum. primo, Simon de Præt. lib. 3. interp. 2. dubit. prima, ſolut. 9. num. 1. ubi plures recitat formulas, quib. huiuſmodi ſubſtitutio concipi ſolet. ſi igitur reciproca eſt ſubſtitutio, & fideicommiſſariã non continet, ſed ſolam uulgarẽ, attento quod inſtituti non erant ſub poteſtate teſtatoris, qui ideo non potuit eis pupillariter ſubſtituere, ſequitur quòd fratri poſthumo inſtituto & defuncto ſucceſſerunt magnifica Domina Hippolyta, & aliæ ſorores. Nam reciproca
6 ſubſtitutio expirat hæreditate † adita, l. poſt aditã,
C. de impub. l. ſi legata, C. de legat. iuncta d. l. ut hæredibus, Pariſ. d. conſil. 82. nu. 4. Eman. d. uerſ. obliqua, nu. 17. & in uerſ. interdum, nu. 27. uerſic. ſecũdum hanc, & ubi deficit ſubſtitutio, uel ſit caduca, bona remanent penes grauatum, qui de eis
7 poteſt liberè diſponere, † & ſi non diſponit, tran-
ſeunt in ſucceſſores ab inteſtato, l. prima, §. ſi autem aliquid ſub conditione, C. de cad. toll. l. prima, §. dies incertus, ff. de cõd. & demonſtr. l. ſi cum hæres, in princip. & l. huiuſmodi, in fin. ff. quando dies leg. ced. Natta latè in conſil. 191. num. 2.

Et ſi dicatur, quod hoc procederet, ſi dictus infans ex Domino Bonifacio adiuiſſet, quia per aditionem expiraſſet uulgaris: ſed ueritas eſt quòd
8 non adiuit, † & hæreditas non adita, non tranſmit-
titur, l. prima, §. in nouiſſimo, C. de cad. tollen. l. qui liberos, §. hæc uerba, & l. ſed & ſi plures, in princip. ff. de vulg. l. emancipata, C. qui admit. l. 3. §. hoc igitur, ff. de bono. poſſ. Dec. in conſilio 103. num. 45. Bertr. in conſil. 220. nu. 2. uol.... Crauet.

in

in cõſ.47.nu.4.Menoc.cõſ.1.nu.477. Aſcan.Cle.
in tracta.de patr.poteſt.effectu 13.nu.1. ſuit ergo
locus vulgari ſubſtitutioni, quæ eſt contenta in re
ciproca, & alij debent ſuccedere, inter quos facta
eſt reciproca : ſubſtitutus enim vulgaris admitti-
9 tur, quandocunque inſtitutus † non poteſt, vel nõ
vult eſſe hæres, l.cum proponas, C.de hæred. inſt.
Doctores oẽs in l.1. ff.de vulg. vbi præcipuè Bart.
Socin.& Ripa, & excludit ac impedit tranſmiſſio-
10 nẽ, † ideſt, ne ius ſucceſſionis tranſmittatur in hæ-
redem inſtituti defuncti, vt per Bar.in l.3.§.1.& in
l.ſi legatum, §.1.ff.de adim.lega.Imo.in l.qnidam
ita, in princ.ff.de adim.leg.Caſtr. & Iaſ.in l.ſi lega
ta, C.de legat.latè Gomeſ.de teſta. cap.9. nu.34.
Reſponderi poteſt, ꝙ vulgaris ſubſtitutio non
ſolum continet duas illas conditiones, ſi hæres nõ
11 poſſit, vel nolit; ſed etiam tertiam, † ſi alium ſcili-
cet ex ſua perſona hæredem non fecerit, l.ſi pater-
familias, ff.de hæred.inſt.Soc.in conſ.110.nu.14.
volum.1. vbi allegat Bart.Imo.& alios, idem So-
cin.in l.1.nu.14.ff.de vulg. vbi etiam Ripa, Zaſ.in
tract.ſubſtit.c.1. de vulg.nu.9.Leon.in eod.tract.
tit.de vulg.nu.58. & nouiſſimè Simon de Prat. in
d.tract.de interpret.vltim.volunt.li.3.interpret.2.
dubit.prima, ſolut.5.num.11.in propoſito autem
filius Dominj Bonifacij, qui infans deceſſit, fecit
ſorores hæredes, quia ad eas tranſmiſit ius reſtitu
12 tionis in integrum aduerſus omiſſam † aditionẽ,
per ea quæ voluit Iac.Butr.in l.1 ff.de teſtam. mi-
lit.Io.Andr.in capit.in præſentia, de probat. quos
refert & ſequitur Bar.in l.Pantonius, num.2. ff.de
acq. hæredit. dicunt enim quòd ſi minor deceſſit
non adita hæreditate, poterit eius hæres petere re-
ſtitutionem aduerſus omiſſam aditionem, per l.
qni duos, in princ.ff.de reb.dub.idem voluit Bar.
in d.l.1. ff.de teſtam. milit. & in l.non ſolum, vbi
Ang.ff.de in integ.reſtit.Bal.in l.1.§.in nouiſſima,
num.6.C.de cad.toll.& in l.2.num.3.C.ad Orfic.
Corne.qui alios citat in conſ.312.col.fi.ver.nec l.
ſecunda, &c. volum.4. vbi dicit eſſe communem
opinionẽ, & eàm ſe tenniſſe legendo, & conſulen-
do, Soc.latè in conſi.153.nu.29.vol.2. quia ſicuti
mors cum abſentia operatur, quod detur reſtitu-
tio, ita minor ętas cum morte idem operari debet,
cum non minus ſit fauorabilis minor ætas, quàm
abſentia. & quamnis multi ex prędictis loquantur
in adulto, tamen idem eſt in infante, qui nõ debet
eſſe deterioris cõditionis, quam adultus, vt decla-
rat Soci.loco prædicto, qui ait eſſe magis commu-
nem opinionẽ, & refert multos eam tenẽtes : hanc
etiam in infante dicit communem Iaſ.in l. ſi infan
ti, nu. 17.C.de iure delib. vbi refert nonnullos te-
nentes, & facit potens ratio, quòd beneficium re-
ſtitutionis in integrum, tranſmittitur ad hæredes,
l.non ſolum, ff.de reſtitut.in integr.Crau.conſ.17.
in fi. Phanuc.in tracta.de inuent.par.2.nu.36.po-
tci ſit ergo ſorores beneficio reſtitutionis accepta
re hæreditatem ex perſona infantis defuncti, & ita
ceſſabit per huiuſmodi aditionem vulgaris ſubſti
tutio contenta in reciproca, de qua ſupra.

Et non obſtat quod in teſtõ eſſet clauſula codi
cillaris concepta per verba futuri temporis, ſi non
valet, vel valebit, &c. quæ operari videtur ſm ali-
quos, quod fideicommiſſaria contineatur in reci-
proca, quia verior videtur contraria opinio, quòd
ſcilicet clauſula codicillaris non trahat ſubſtitutio
13 nem directam ad fideicommiſſum. † ea enim clau
ſula trahit cauſam teſtati ad cauſam inteſtati, non
mutata forma, & tendit ad conſeruandum volun-
tatem teſtatoris, non ad ampliandum; & qñ teſta-
tor facit reciprocam ſubſtitutionem, non videtur
quòd velit inducere fideicommiſſum, ideo clau-
ſula codicillaris non debet operari, vbi volũtas de
fecit teſtatoris, & cum ſit exequutiua, non diſpoſi-
tiua, nõ alterat principalem diſpoſitionem, vt per
multa dicit Bal.in conſ.170.nu.10.vol.5. quem in
terminis citat Deci.in l.precibus, nu.18.C.de im-
pub. vbi dicit allegata in contrariũ procedere non
in reciproca, ſed in compẽdioſa, quæ ſui natura eſt
apta comprehẽdere fideicommiſſariam, & ſubdit
ſe conſulere nolniſſe, & eſſe notandam hanc decla
rationẽ, quia quandoque peritiſſimi decipiuntur.
hanc etiam opinionem probat Coraſ.in l.hæredi-
tatem, qnæ eſt lex 2.nu.16.C.de impube. vbi ante
eum Cur.iun.nu.18. & eam quoque tenet Eman.
a Coſta in d.c.ſi pater, in 3.p.in verſi.obliqua, nu.
19.de teſtam.in 6. vbi dicit dubium poſſe quidem
ſubeſſe, qñ facta eſſet reciproca continens vulgarẽ,
& pupillarem, ſed eſſe rem extra difficultatem, qñ
reciproca continet talem vulgarem, ut in præſenti
caſu, in quo facta eſt: ij, qui ſub aliena, non teſtato-
ris ſunt poteſtate, quia non includitur fideicom-
miſſaria in reciproca, nõ pro eo quod teſtator nõ
poſſit ita diſponere, ſed proinde quod voluerit hæ
redes fideicommiſſo grauare, ideo illa clauſula nõ
poteſt nulgarem cõuertere in fideicommiſſariam
contra uoluntatem teſtatoris, & contrarijs autho-
ritatibns rñdet, ut per eum, qui addit quod codi-
cillaris clauſula non põt plus operari, quàm ſi re-
ciproca eſſet facta in codicillis, ſed ſi eſſet in codi-
cillis, non traheretur ad fideicommiſſum, niſi con
ſtaret teſtatorem id uoluiſſe, ut quia nõ poſſet eſſe
locus directæ ſeu uulgari, ut per eũ: ergo idẽ erit,
quando facta eſt in teſtõ adiecta clauſula codicil-
lari, Soc.iu.in cõſ.80.nu.77.& ſeq.uol.2. quia ſm
eum operatur clauſula ſolum in ſubſtitutione cõ-
pendioſa, quæ ſit concepta directis uerbis : efficit
enim, quod fideicõmiſſum includatur, quod alias
non includeretur propter naturam directorũ uer-
borum : ſed natura compendioſæ id patitur; & ita
uoluntas teſtatoris non repugnat: ſecus in recipro
ca, in qua & uerba & natura ſubſtitutionis repu-
gnant, id etiam uoluit in conſ.33.nu.21.uolum.3.
Alciat. in conſil.548. num.4. ubi addit quod & ſi
24 clauſula codicillaris † ſemper intelligatur in te-
ſtamento inter liberos, ſecundum gloſ.communi-
ter approbatam, l. cohæredi, §. cum filia, in fine,
ff.de uulg. Iaſ.in l.hac conſultiſſima, §.ex imperfe-
cto, colum.3.C.de teſtam. tamen ſi quis dicat, in-
ſtituo filium, & ſubſtituo nepotem, non imputa-
bitur

bitur fideicōmiſſum per illa verba,vt eſt text.in l.
Gallus,§.primo,ſecundū quartū caſum, ff. de lib.
& poſthu.& quāuis de Coraſ.& Eman.non memi
nerit,eandē tñ multis cōprobat & defendit Ceph.
in conſ.420.per totum, Alba in conſi. 29. num.9.
Quæ etſi multum videantur colorata, tñ eis nō
obſtantibus contraria verior videtur ſententia,qđ
ex quo filius Dñi Bonifacij deceſſit, admittantur
ſubſtituti per fideicommiſſum:teſtator enim plu-
ribus inſtitutis eos inuicem ſubſtituit:& verbum,
15 ſubſtituo,eſt commune,† aptū non minus conti-
nere, & ſignificare fideicōmiſſariam ſubſtitutio-
nem,quam directam,l.cohæredi,§.cum filia, ff.de
vulg.l.precibus,verſ. ſi verò ſubſtitutio, C.de im-
puber.gl.in §.fi.in verſi.extraneo,Inſtit.de pupill.
ſubſtit.Docto.in l.Centurio, ff.de vulg.& pup.cū
alijs apud Eman.a Coſta in d.ca.ſi pater, par. pri-
ma,in verſ.moreretur,nu.16. vbi dicit communē,
Decian.in conſi.1.nu.67. vol. primo. & quamuis
regulariter ſubſtitutio fideicommiſſaria nō inclu-
datur in reciproca, ſed reſoluatur in vulgarem, &
ſubſtineatur tanquam directa,per ea,quę ſupra di
cta ſunt pro contraria parte in princip. tñ in teſta-
mento de quo habetur ſermo,extat clauſula codi-
cillaris concepta per verba futuri temporis, id ſi
nō valet vel valebit iure teſtamenti,valeat iure co
dicillorum.huius vero clauſulæ virtus eſt,quod re
16 ciprocam conuertat † in fideicommiſſum, vt vo-
luerunt expreſsè Fulg. Caſtr. & Corne.in l.ſi fra-
ter, C.de fideicomm. & ante eos voluit Bald. in l.
verbis ciuilibus,ff.de vulg.vbi inquit,quod ſubſti
tutio facta verbis directis in teſtamento,conuerti-
tur in fideicōmiſſariam,ſi extet clauſula codicilla-
ris,quod ait ibi Ang.eſſe nouum dictum,& ſequū
tur plures,quos ibi nu.2.refert Alc. qui atteſtatur
de communi.hanc ēt probauit Soc.in conſ.6.n.9.
vol.3.Galiau.in l.Centurio,n.300.ff.de vulg. vbi
miratur,quod Dec.nō viderit Fulg. Caſt. & Cor.
in prædictis locis,& ſubdit,quod ſe ipſum Decius
decipit,Sapia in d.l.2.nu.29.C.de impube.vbi di
cit clauſulam codicillarem habere hunc ſenſum,
quod ſi teſtamentum non valebit iure directo,va
leat iure codicillorum,Iaſ.in l.precibus,nu.11.vbi
dicit procedere ēt ſi clauſula codicillaris non eſſet
expreſſa,ſed ſubintellecta in teſtamēto inter libe-
ros,vel qñ adeſt iuramentū, quod vim habet clau
ſulæ codicillaris.eſt verum,quod non loquitur in
breuiloqua,ſed in compēdioſa formata verbis di-
rectis.ſed ibi Curt.iun.nu.55.hanc tenet reprobā
do expreſsè Dec.in breuiloqua. idem Cur. iun.In
conſi.48.col.3.verſ.non obſtat ſi quiſpiam,vbi id
præcipuè dicit verum, qñ vt in præſenti caſu, ver-
ba dubia ſunt & apta continere non minus fidei-
commiſſariam,quam rectam, & in conſi.139.nu.
23.dicit eſſe notabilem ſallentiam, Grat.in conſi.
8.num.10.& ſeq.vol.2.huius ſententiæ fuit etiam
Ripa in l.Lucius,nu.45.ff.de vulg.modo clauſula
ſit verbis concepta, denotantibus futurum tēpus:
ſed aliud dicit,quando clauſula continet ſolum tē
pus præſens.quam diſtinctionem poſt longam di-
ſputationem probauit quoque Rub. in l. Gallus,
§.quidam rectè,nu.18. & pluribus ſeqq.ff. de lib.
& poſthu. ubi multa allegat in vtranque partem;
& in conſi.129.nu.2.vbi dicit hoc procedere mul
to certius, quādo extat commune verbum vt hîc;
Soc.iun.in conſil. 166.per totum, uol.2. ubi dicit
eſſe magis communiter receptam, & recuſat con-
ſulere pro cōtraria opinione.& dicit Pariſ.in cōſi.
41.num.53.vol.2. quod magis vera & communis
opinio eſt contra Deciū, Cagn.In l.precibus, nu.
193.C.de impub. & alijs,Crau.in conſi.22.num.
8.ubi allegat ſolum Curt.iun. & Galiau. dicēs qđ
Dec.mouetur malo fundamento, quod procede-
ret ſi ſubſtitutio eſſet expreſſa vulgaris:ſed quan-
do eſt reciproca, quia eſt dubium, an ſuſtineatur
Iure directo,vel fideicommiſſi,Doctores interpre
tantur,quod ſit directa: ſed ubi appoſita codicilla
ris clauſula dubium ceſſat, propterea trahitur ad
fideicommiſsū,Duran.de arte teſtan. ti.de ſubſti.
caut.29.nu.2. Cotta in memor.incip. ſubſtitutio
directa, vbi dicit notandum, Zanc. in d.l.hæredes
mei,§.cum ita,in 7.par.nu.102.Hippol.Rimin.in
d.l.precibus,nu.449.latè Decian.in conſi.primo,
nu.303.& ſeq.vol.primo,ubi in propoſito noſtro
dicit opinionem Decij procedere, quando verba
teſtatoris ſunt merè directa,& expreſsè repugnāt:
tunc autem ſecundum eum,qñ uerba ſunt cōmu-
nia & apta continere fideicommiſſum, & allegat
Caſtr.in conſi.200.uol.primo,dicentem,quod ſi-
cuti per clauſulam codicillarem obliquatur inſti-
tutio concepta per uerba communia: ita & multo
magis obliquabitur ſubſtitutio, q̃ ſit formata per
uerba communia. hanc ſententiam nouiſſimè te-
nuit Mantica in trac.de coniect.ult.uolun. li.5.tit.
2.nu.7.ubi tranſit cum diſtinctione Ripæ, Rubei,
& Cagno. in locis prædictis, Simon de Prætis de
interpret.ultim.uolun.li.3.interpret.3.dubit.pri-
ma,ſolut.7.per totam,& libro 2.ſol.11.nume.15.
ſol.... huius dicti plura recipiuntur fundamēta.
Primò,quia per clauſulam codicillarem uirtus
17 † teſtamenti transfunditur in codicillis, l. quære-
batur,ff.de teſtam.milit.l.ex ea,§.primo, & ibi po
nit Aretin.in ſummario,ff.de teſtamen. ex codicil
18 lis autem hæreditas directè non † datur,l.hæredi-
tatē,& l.ſi idem,C.de codicill.l.pen. in fine, ff. de
cond.inſti.l.hęreditas,C. de his quibus ut indign.
§.codicillis, Inſtit. de codicill. ſed omnia conuer-
tuntur in fideicommiſſum, & iure fideicommiſſi
petuntur,l.2.§.fi.ff.de iure codicill.§.fin.Inſti. de
codicill.l.2.C.eod.tit.l. ſecunda, ff. ad Trebellia.
& non ſolum legata,& fideicommiſſa,ſed liberta-
tes & inſtitutiones, ac quæcunque alia ſcripta in
teſtamento,in quo extat clauſula codicillaris,ſunt
in cauſa fideicommiſſi, l. poſthumus,§. fina,ff.de
iniuſto rup.teſtam.
Secundò,quia natura, & uirtus clauſulæ codi-
19 cillaris eſt,quod per eā verba directa † obliquan-
tur & conuertuntur in fideicommiſſum, ut uoluit
Bart.author huius opinionis,in d.l. uerbis ciuili-
bus,ff.de uulga.ubi Ang.& Alexan. num.2. & di-

cit

cit ibi Imola, quod hoc eſt ſingulare. idem uoluit Ange. in l. 1. ff. de iure codicillo. Alex. in conſi. 82. nu. 3. uol. 2. & in conſi. 40. n. 3. uol. 3. Iaſ. qui alios citat in d. l. precibus, nu. 11. in fine, uerſ. limita tñ. ubi dicit hanc declarationem eſſe ueram & bonã, & inſert, quod idem erit in teſtamento inter liberos, quia in eo ſubintelligitur clauſula codicillaris; & idem ubi eſſet iuramentum, quia uim habet clauſulæ codicillaris, ut per eum, Matheſil. in notab. 140. ubi ait, hanc eſſe mirabilem doctrinã, & latè alios addẽs Caccialup. in d. l. precibus, nu. 52. uer. ſeptima concluſio. dicens quod eſt notandum, & ſingulare & milies faciet honorem, ubi & nu. 17. in fi. Soc. in conſ. 144. num. 2. uol. 1. Bello. conſ. 58. nu. 4. latè quoque eam comprobat Decian. in conſi. primo, nu. 302. uol. 1. & cum iſta opinione tranſeunt ferè omnes, quos ſupra citaui in princ. huius partis. & quamuis loquantur in ſubſtitutione compendioſa facta uerbis directis, quæ propter naturam ſubſtitutionis obliquatur, Dec. d. l. precibus, nu. 18. Mantica d. lib. 5. tit. 2. nu. 8. & lib. 6. tit. 4. num. 15. tamen idem eſt in breuiloqua, quæ ſit concepta uerbis communibus: nam non minus trahi põt ad fideicommiſſum, quàm compẽdioſa, quia natura uerbi communis id patitur, ſicuti etiam natura compendioſæ ſubſtitutionis.

Tertiò ea ſententia confirmatur, quia clauſula codicillaris operatur, quod relicta in teſtamento debeantur etiam ab his, qui ſuccedunt ab inteſta-
20 to, † atque hi teneantur hæreditatem reſtituere heredibus ſcriptis in teſtamento, Oldr. ĩ conſ. 171. nu. 18. Bal. in l. quærebatur, nu. 2. in fine, ff. de teſt. milit. Ang. in conſi. 118. nu. 1. Alc. in conſ. 26. nu. 8. & 10. uol. 1. Corne. in conſi. 118. nu. 3. & 17. uol. 2. Dec. in conſ. 369. nu. 1. & 2. vbi ait oẽs in hanc ſententiam conuenire, Pariſ. in conſi. 64. nu. 13. vol. 2. Soc. iun. in conſi. 3. num. 27. vol. 4. Alcia. in conſi. 566. nu. 8. Ripa in conſi. 128. nu. 18. Didac. in c. Raynaldus, §. 3. nu. 8. de teſtam. Duran. de arte teſt an. tit. 3. cau. 1. nu. 4. Rolan. in conſil. 71. nu. 57. vol. 2. dicens, quod ita tenent communiter Doctores, Mantica d. tracta. lib. 6. tit. 4. nu. 16. & ſeq. vbi dicit idem eſſe, quando ſecundum teſtamentum continens clauſulam codicillarem eſſet nullum, quia hæredes ſcripti in primo, videntur grauati hereditatem reſtituere ſcriptis in ſecundo, latiſſimè D. Beccius conſ. 107. nu. 5. ſicuti autem ab inteſtato debetur hæreditas his, quibus fuerat ex teſtamento relicta, quando appoſita eſt clauſula codicillaris, ita & multo facilius virtute eiuſdem clauſulæ, quod eſt directo relictũ, debet per fideicommiſſum præſtari, cum plus ſit tranſire a diſpoſitione teſtamentaria ad ſucceſſionem inteſtati, quàm deberi ex teſtamento per fideicommiſſum, quod ex eodem teſtamento fuerat directè relictũ.

Quartò idẽ eſt, quod ſubſtitutio breuiloqua, ſeu reciproca facta ſit in codicillis, vel quod ſit facta in teſtamento, quod cõtineat clauſulam codicillarẽ, vt ſupra dixi in prima ratione, ex quo clauſula codicillaris transfundit & cõuertit teſtamentum in codicillos, d. l. quærebatur, ff. de teſtam. milit. Clarũ autem eſt, quod ſubſtitutio breuiloqua
21 facta in codicillis cõuertitur † & mutatur in fideicõmiſſariam, & eam continet, vt probatur in d. l. Sceuola, ff. ad Treb. per quã ita dixit Bar. in l. Lucius, nu. 20. ff. de vulg. & ante eum Oldr. in conſi. 33. quidam habuit, nu. 1. Bald. in l. iam hoc iure, §. fi. verſi. quæro iuxta, ff. de vulg. ubi ait reciprocã ſubſtitutionẽ cõtinere ſemper fideicommiſſariã, qñ fit in diſpoſitione, in qua non põt fieri directa ſubſtitutio, & allegat ad hoc Cynum, quæ ſententia eſt cõmuniter recepta, ut dicit Caccialup. in d. l. precibus, nu. 50. ubi Curt. iun. num. 5. Ripa in d. l. Lucius, nu. 43. uerſi. tertio limita. & eſt regulare,
22 quod in codicillis verba directa † obliquantur, glo. Inſti. de vulg. ſubſtit. in princ. & in l. fin. C. de codicil. Ale. & Arct. I l. uerbis ciuilibus, ff. de uulg. & eam glo. dicit communiter receptam Didac. in d. c. Raynutius, §. 5. nu. 2. c. fi. de teſta. Ema. Coſta in d. c. ſi pater, ĩ uer. interdũ, n. 25. de teſtam. ĩ ſexto, Mantica d. tit. 4. n. 14. ubi fortius dicit, q̃ inſtitutio in codicillis cõuertitur in fideicommiſſum.

Non obſtat igitur, quod ſubſtitutio reciproca, de qua in teſtamento, expirauerit per mortem poſthumi ante hæreditatem aditam: quia reſpõdeo, quod procederet ſi ſolam contineret directã: ſed quia continet etiam fideicõmiſſariam ex ui clauſulæ codicillaris, erit locus ſubſtituto, quãuis poſthumus ante aditionem deceſſerit, ſecũdum deciſionem Baldi, Ang. Fulgoſ. Caſtr. Comen. Soc. Iaſ. Galiau. Sapiæ, Cur. iun. Ripæ, Rubei, Soc. iu. Pariſ. Crau. Grati, Coti, Cagnoli, Duran. Zanc. Deciani, Riminal. & Manticæ, quos ſupra retuli.

Non mouet ratio Decij dicentis, quod clauſula codicillaris non operatur, quando deficit uolũtas teſtatoris, quia uerum eſt; ſed negatur, quod in præſenti controuerſia deficiat uoluntas teſtatoris: nam quando teſtator utitur clauſula codicillari, demonſtrat ſuam eſſe intentionem, quod diſpoſita in teſtamento ſortiantur effectum æque ac ſi feciſſet non teſtamentum, ſed codicillos. at ſi idem diſpoſuiſſet in codicillis, certum eſt quod ſubſtitutio obliquaretur ex præſumpta teſtatoris uoluntate: ergo obliquari pari modo debet in teſtamẽto. & in terminis dicit Caſt. in conſ. 200. col.
23 prima, uol. primo, q̃ clauſula † codicillaris trahit ſubſtitutionem directam ad fideicommiſſum ex uoluntate teſtatoris expreſſa, quæ in fideicõmiſſis dominari ſolet, l. cũ quæſtio, in fin. C. de leg. & quæ debet principaliter attendi, l. in conditionibus primum loci, ff. de cond. & demon. ſtante autẽ uoluntate teſtatoris, non eſt dubitandum quin ſubſtitutio hæc trahatur ad fideicõmiſum, ſicuti
24 uidemus qñ teſtator ſubſtituit uulgariter, † pupillariter, & per fideicommiſſum, ſm Bald. in l. iam hoc iure, §. fi. col. fi. ff. de uulg. ubi ut iam fideicommiſſaria contineatur in reciproca conſuluit, quod ſubſtitutioni addatur clauſula illa, uulgariter, &c. & idẽ uoluit Imola in d. l. Lucius, nu. 12. ubi Alex. nu. 19. & Ripa, num. 46. ff. de uulg. & hoc tenent omnes,

omnes,vt inquit Coraſ. in l.2.nu.15.C.de impub.
Bertr.in conſil.127.nu.1.volum.3.& nullã de Bal.
Imola,& Alex.mentionẽ faciens,ita voluit Dec.in
conſi.95.nu.4.verſi.ſed in caſu iſto, Pariſ.in conſi.
11.nu.31,vol.3.Bero.in conſi.94.nu.9.& in cõſi.
124.nu.7.vol.2.Coſta in d.capit.ſi pater,par.3.in
ver.obliqua,nu.5.& nouiſſimè alios citans Simon
de Pret.in d.tract.lib.3.interpret.2.dub.prima,ſo
lut.5.nu.24.& ſeq.ſicuti igitur reciproca continet
fidei commiſſariam, ſi adſit clauſula illa, vulgari-
ter,&c.ita eam continere debet, quãdo adeſt clau
ſula codicillaris,quia ſemper obliquatur ſubſtitu-
25 tio, † cum de ipſius teſtatoris conſtat voluntate,
ſecundum Capram in conſi.50.nu.14.quẽ refert
& ſequitur Ripa in d.l.Lucius,nu.43.verſi.limita
ſecundo. quemadmodum obliqua ſubſtitutio re-
26 ducitur ad directã, † ſi teſtatorem ſic apparet vo-
luiſſe,vt per Caſtr.in l.verbis ciuilibus, nu.6.ver.
ſecundus,ff.de vulg.vbi Alex.nu.6.verſi.hoc verũ
ſi tamen appareat, & Aret.col.1. circa med.quos
citat & ſequitur Simon d.ſolut.5.nume.23.in fin.
quamuis ergo ex ſola reciproca non colligatur, ꝙ
voluerit fideicommiſſum minuere, tamen id colli-
gitur,quando apponit clauſulam codicillarem,&
ita clauſula non operatur prǣter voluntatem teſta
toris,ſed ſecundum voluntatem.

Eodem modo reſpõdetur ad eã rationem,qua
dicitur,quod clauſula codicillaris non auget volũ
tatem teſtatoris,nec extẽdit,ſed eam ſecundũ ſuos
terminos confirmat.Nã verũ eſt quod non auget,
nec ampliat, ſed vbi per eam clauſulam importa-
tur fideicommiſſum, non extenditur teſtatoris vo
luntas,ſed iam inducta conſeruatur omni meliori
modo, licèt non per illud ſolũ remediũ quod ver-
ba ſonant,ſed per aliud,vt in præſenti facto, quia
finis teſtatoris fuit, quod ſubſtitutus admittatur,
licèt verba videantur directã ſolummodò ſubſtitu
tionem importare, & per illã clauſulã ſubſtitutus
admittitur per fideicommiſſum,& ita voluntas fi-
nalis teſtatoris mittitur exequutioni inſpecto ma-
gis fine,quàm ſono verborũ,& nõ dicitur hoc mo
do extendi,vel ampliari volũtatem ex ea clauſula,
cũ variatur modus,nõ ſubſtantia ſucceſſionis;& ſi
per huiuſmodi variationem augeretur voluntas,
vel ſi non eſſet permiſſa huiuſmodi extenſio,vtiq;
falſum eſſet quod dicunt Doctores cõpendioſam
conceptã per verba directa cõtinere fideicommiſ-
ſum in teſtamento, in quo eſt poſita clauſula codi
cillaris,quod tamen eſt ab omnibus receptum,vti
ſupra demonſtraui.eſſet quoque falſum,quòd vir
tute clauſulæ prædictæ verba prædicta obliquan-
tur in teſtamentis,cum tamẽ id omnes admittant,
quia ſemper ratio illa ſubſiſteret quod clauſula nõ
auget diſpoſitionẽ,ſed eã intra ſuos terminos con
firmat:ſed vt dixi,intelligendũ eſt reſpectu ſubſtã
tiæ,ſed reſpectu modi,ſolet ea clauſula variare, vt
ſi quid erat directis verbis ordinatũ,ſortiatur eſſe
ctum per fideicommiſſum ſeu per aliam viam.

Reſpõderi etiam commode poteſt ad id, quod
Decius dicebat,clauſulam codicillarem eſſe neceſ
ſariam,& exequutiuam, non debere propterea al-
terare principalem diſpoſitionem: quãdoquidem
nego primùm eam clauſulam eſſe exequutiuã,ſed
diſpoſitiuã, quod ſi admittamus eam acceſſiuã eſ-
ſe,licèt huiuſmodi clauſulæ non ſoleant ſubſtan-
tiam diſpoſitionis mutare, tamen ſolent volunta-
27 tem † diſponentis declarare, qualis fuerit,vt tra-
dit Bal.in l.eã quam,nu.36.ver.ſed pone, quidã,
C.de fideicõmiſſis, quem ſequũtur Cur.ſen.Soc.
Dec.Ruyn.Pariſ.Grat.Alcia.Socin.iun.& Natta,
quos omnes citat & ſequitur D.Becius in cõſ.88.
nu.50.ita ergo clauſula codicillaris declarat teſta-
toris voluntatem eſſe,ꝙ ſubſtitutus reciprocè ſuc-
cedat omni meliori modo,directè ſcilicet ſi poteſt:
ſinminus per fideicõmiſſum, & hoc eſt quod vo-
luit dicere Caſtr.in d.conſi.200.col.1.vol.1.dum
inquit eam clauſulam ſignificare expreſſam teſta-
toris voluntatem, a qua in fideicommiſſis non eſt
ſecundum eum recedendum,ex quibus ſublatum
eſt fundamentũ Eman.a Coſta, qui dicebat fidei-
cõmiſſariam non contineri in reciproca, non quia
teſtator non poſſit hoc diſponere, ſed quia non ve
lit:nam cũ teſtator vtitur clauſula codicillari, iam
ceſſat voluntatis defectus conſideratus a Coſta.
Nam,vt dixi,cenſetur teſtator velle quando illam
apponit clauſulam, alias eſſet omnino ſuperflua,
& ſubſtitutionem illam non ſuſtineret, atque ſi fa
cta eſſet in codicillis, cum tamen ſtante clauſula
non tam cenſeatur teſtari,quam codicillari.

Quod verò dicebatur ſubſtitutionem recipro-
cã conuerti in fideicommiſſariã, tunc ſolũ quãdo
natura diſpoſitionis non patitur ꝙ directa fiat ſub
ſtitutio,non ſubſiſtit ratione:quia & ſi videatur te
ſtator voluiſſe fideicommiſſũ conſtituere quando
directè diſpoſuit in codicillis vel alia diſpoſitione,
quę nõ admittit inſtitutionem vel directã ſubſtitu
tionem,tamen id nõ habet locũ in eo ſolũ caſu,ſed
ſemper dũ de teſtatoris apparet volũtate,vt ſupra
dixi.& ideo cũ apponitur clauſula illa,vulgariter,
&c.licèt agatur de teſtamento, cõuertitur diſpoſi
tio in fideicõmiſſũ,ſi directè ſuſtineri non poteſt.

Fundamentum quoque, quod deducit Alcia.a
ſubintellecta clauſula codicillari in teſtamento in-
ter liberos,parum mouet. Nam ea clauſula tacitè
28 intellecta,non eius † eſt potentiæ, cuius eſt clauſu
la expreſſa,vt multis probat Crau.in conſi.34.nu.
1.& ſeq.vbi loquitur de iſta clauſula tacita in teſta
mento inter liberos. & per hanc rationem vult ꝙ
non ſuſtineat teſtamentum,quod eſt nullum præ-
teritione poſthumi, & id comprobat & euincit
pluribus rationibus & authoritatibus.

Secundò reſpondeo, quod teſtamentum inter
liberos antiquo iure non continebat tacitè clauſu
29 lam † codicillarem, ſed id fuit iure Codicis indu-
ctum ex l.fin.C.fam.erc.vbi colligit glo.in l.cohæ
redi,§.cum filiæ,ver.valuit,ff.de vulg. ideo ex tex.
in l.Gallus,§.1. deduci non poteſt argumentum,
quod fundetur ſuper codicillari clauſula, prout
Alciat.in loco prædicto deducit.

Poſterior hæc ſententia meo iudicio verior eſt
& ma-

& magis a Doctoribus recepta: ſed ni fallor, mini-
mè procedit in propoſita facti ſpecie: præſuppò-
nitur enim infantem filium Dñi Bonifacij deceſ-
ſiſſe intra annũ datum ad liberandum ſuper adi-
tione hæreditatis, qua ratione tranſmiſit ad ſoro-
res & hæredes ius deliberandi, quod ſibi compe-
tebat, l. cum antiquioribus, C. de iure delib. hæc
autẽ tranſmiſſio operatur idem ac ſi infans legiti-
mè adiuiſſet, quo ad ſubſtitutum vulgarem, quia
ſubſtitutio vulgaris continet tacitam conditionẽ,
ſi inſtitutus noluerit, vel non potuerit eſſe hæres,
vel alium hæredem ex ſua perſona non fecerit, l. ſi
paterfamilias, ff. de hæred. inſti. Bar. Imola, & alij,
quos refert, & ſequitur Socinus in conſ. 20. n. 14.
vol. primo, & alios ſupra citauimus, verſi. & ſi di-
catur. ideo vbi inſtitutus eſt infans, cui competat
30 beneficiũ d. l. cũ antiquioribus, ſubſtitutus † vul-
garis excluditur, & ſucceſſio defertur iure trãſmiſ-
ſionis ad hęredes infantis defuncti, gl. Bal. & Caſt.
in l. quandiu, ff. de aq. hære. Bar. in l. prima, nu. 20.
ff. de vulg. vbi Iaſ. nu. 35. & ſeq. alios citans dicit
eſſe communẽ, & eam defendit ab impugnationi-
bus aliorum, Bar. in d. l. ſi paterfamilias, Bal. in d.
l. cum antiquioribus, Alc. in conſi. 4. nu. 35. vol. 2.
vbi generaliter conſtituit regulam, vt ſubſtitutus
vulgaris excludatur quandocunque hæreditas nõ
adita tranſmittitur, Soc. conſi. 8. nu. 9. vol. 4. & in
conſi. 135. nu. 26. vol. 2. vbi dicit magis commu-
nem, & hanc communem dicit Ripa in d. l. prima,
nu. 133. licèt contrarium ipſe teneat, eam quoque
communem dicit Coſta in d. ca. ſi pater, in prima
par. in verſi. habens, n. 22. de teſtam. in 6. Zancus
in d. l. hæredes mei, §. cum ita, in 2. par. num. 28. in
fin. ff. ad Trebell. vbi addit Ruyn. & Alcia. & ratio
principalis eſt, quia donec extat inſtitutus, non
admittitur ſubſtitutus, nec ſecundo gradui eſt lo-
cus, dum extat primus, d. l. quandiu, ff. de acq. hęr.
& per tranſmiſſionem durare videtur primus gra
dus inſtitutionis, quia hæres & defunctus haben-
tur pro eadẽ perſona, vt in Auth. de iureiu. a mor.
præſt. in prin. proinde cùm hæres defuncti adit, vi-
detur ipſe infans adire, & non refert, vter ipſorum
adeat: quia, vt inquit Aretin. in d. l. prima, iſtá
conditio, ſi hæres erit, eſt neceſſaria ad vulgarem
ſubſtitutionem; conditio autem neceſſaria imple-
ri poteſt per æquipollens, & fictè, non minus quã
præcisè & verè. & prædicta procedunt non ſolum
31 in hæreditate patris, ſed ẽt in hæreditate † cuiuſ-
cunque extranei, quę tranſmittitur, ſicut paterna,
ex d. l. cum antiquioribus, vt ibi declarant Docto-
res, & præcipuè Iaſ. & idem Iaſ. in d. l. prima, nu.
37. dicens ꝙ tranſmiſſio quæ fit ex beneficio iuris
deliberandi, habet locum in omni hæreditate. ſi-
cuti igitur per aditionẽ infantis expiraſſet ſubſti-
tutio vulgaris, d. l. poſt aditam, & dixi ſupra circa
principium poſt Bart. in d. l. prima, num. 46. ff. de
vulg. ita extinguitur per aditionem ſororũ & hęre-
dum infantis factam vigore dictæ tranſmiſſionis,
ita vt euaneſcat in totum illa vulgaris ſubſtitutio
inuicem facta inter omnes inſtitutos.

Et quamuis propter clauſulam codicillarem di
ci poſſit & verius, ac magis ſecundũ ſupradicta re-
ceptam, quod vulgaris illa ſubſtitutio cõuertatur
in fideicommiſſariã, & contineat quoque fideicõ-
miſſum: tñ fideicommiſſarij non poſſunt ſuccede-
32 re in iſto † caſu, vt concludit Mantica in dicto tra-
cta. de coniectu. vltim. volun. li. 5. ti. ſecundo, in fi.
dicens, quod per aditionem extinguitur. & licèt
vigore clauſulæ codicillaris vulgaris ſubſtitutio
vertatur in fideicommiſſariam, tñ ea non minus
expirat per aditionem, quam vulgaris. & ratio eſt
quia ſequuta aditione deficit conditio, ſub qua fa
cta fuit ſubſtitutio vulgaris: ea enim fit ſub condi-
tione, ſi hęres non erit, vel alium non fecerit hęre-
dẽ, ſed tranſmittendo ius deliberandi fecit alium
hæredem: deficiente autẽ conditione ſubſtitutus
non admittitur, vt ſunt iura vulgaria, & conditio,
quæ fuit appoſita in teſtamento, & ſubſtitutione
33 † vulgari, cenſetur ab inteſtato repetita in codicil
lis, vel ab inteſtato in fideicommiſſaria, vt inquit
Bal. in d. conſ. 170. nu. 10. vol. 5. Dec. in d. l. preci-
bus, nu. 18. quorum ratio vera eſt, licèt deciſio ſit
improbata. Addo præter Manticã, ꝙ vbi ſubſtitu-
tio directa obliquatur & vertitur in fideicõmiſſũ,
tunc fideicõmiſſarius non ſuccedit indiſtinctè in
34 omnib. caſibus, ſed in his ſolis, in quib. † erat ſuc
cedendũ ex directa, vt concludit Bar. in l. 1. n. 3. ff.
de iure codicillo. quia cũ miſterio dicunt iura qđ
ius teſtamenti ꝑ clauſulam codicillarẽ conuerti
tur in codicillos & in cauſam fideicõmiſſi: meritò
igitur conditiones poſitæ in teſtõ cenſentur repe-
titæ in codicillis, vel in fideicõmiſſo, & non aliter
ex fideicommiſſo ſuccedendũ eſt quàm ſuccede-
retur ex teſtamento, ſi ei locus fuiſſet, & ſubſtitu-
tio fideicõmiſſaria obliquata vigore codicillaris
clauſulæ, non põt plus operari, quàm poſſet ope-
rari directa, ſi teſtamentũ fuiſſet validum, vt dicit
Cuman. in d. l. 1. n. 9. & quãuis Bar. in loco prædi-
cto repręhendatur communiter, quatenus vult ꝙ
35 fideicommiſſum non agnitum non † tranſmitta-
tur, vt per Rom. Alc. Iaſ. & alios ibi, & in l. cum fi-
lio, ubi latiſſimè Crau. in ſecunda par. nu. 283. &
pluribus ſeq. & Ripa nu. 74. cum alijs citatis per
Eman. Coſtã in d. c. ſi pater, in 3. par. in ver. inter-
dum, nu. 38. tñ eius ratio eſt approbata, ut ſcilicet
ſubſtitutus per fideicommiſſum inductũ ex codi-
cillari clauſulã, admittatur ſolum his caſibus, qui-
bus erat admittendus per vulgarẽ, & ita declarat
Coſta in loco prędicto, n. 41. ubi ita diſtinguendo
conſtituit tertiam concluſionẽ, quam legibus &
rationibus cõfirmat. comprobari põt hæc opinio,
36 quia clauſula † codicillaris nihil operatur contra
voluntatẽ teſtatoris, Bal. d. conſ. 170. Dec. d. l. pre-
cibus, cum alijs per Tiraq. in l. ſi vnquã, in uer. do-
natione largitus, n. 266. C. de reuoc. donat. Alciat.
in conſ. 527. nu. 9. uoluntas autẽ teſtatoris eſt, qđ
ſubſtitutus non ſuccedat, niſi in caſu, in quo fuit
ſubſtitutus, ideſt eueniẽte cõditione, ſub qua ſub-
ſtitutio eſt facta: & ideo cum fideicommiſſum in-
ductum per clauſulam codicillarẽ cenſeatur con-
ceptum

ceptum ſub ea conditione, quæ continetur vulga-
ri ſi hęres non erit, deficit qñ per tranſmiſſionẽ in-
ſtitutus alium facit hæredẽ; & ſicuti deficeret vul-
gatis, ita deficit fideicommiſſaria ſtante pręſuppo
ſito quod fideicõmiſſum debeatur ſub ea condi-
tione, ſub qua facta erat vulgaris ſubſtitutio. & vl-
tra prędicta dicit Bar. in l. prima, q. t t. nu. 16. ff. de
iure codicill. quod clauſula codicillaris operatur,
37 † vt id ſolum debeatur per fideicõmiſſum, quod
fuerat directo relictum: & infert ideo ꝙ ſi ex duo-
bus fratribus æqualiter inſtitutis vnus ex eis dece
dat relictis filijs, non operabitur clauſula codicilla
ris, ꝙ frater viuens conſequatur portionẽ fratris
defuncti, quia ſm eum ea portio non fuerat dire-
cto relicta fratri ſuperſtiti, proinde non ei debetur
per fideicõmiſſum, & Bart. ſequitur Alex. & Dec.
quos citat, & approbat D. Becius in conſi. 107. nu.
26. & præter eum Soc. iun. in conſi. 29. nu. t4. vol.
3. vbi eoſdem nominat authores. & per eandẽ ra-
tionem dicit Soc. in conſ. 140. n. 7. vol. primo, qđ
vbi in teſtamento aliquid eſt relictum ſub condi-
tione, ſicuti conditione deficiente is, cui directè
fuit relictũ, excluditur ex teſtamento: ita pariter
excluditur qñ vigore clauſulę codicillaris ſuſtine-
tur teſtamentum in vim fideicõmiſſi, quia eo mo-
do debetur a venientibus ab inteſtato, quo debe-
batur ex teſtõ, ſi non fuiſſet irritum. idem dicit in
conſi. 76. in fine, vol. 3. vbi ait ꝙ ſi caſus a teſtato-
re prouiſus non euenit, ſicuti relictũ non debere-
tur ex teſtamento, ita quoque nõ debetur ex clau-
ſula codicillari ab inteſtato vel per fideicommiſ-
ſum, quia clauſula codicillaris ſuſtinet ab inteſta-
to id, quod ob teſtamẽti inualiditatẽ non põt de-
beri ex teſtamẽto, non autẽ quod debeatur ab in-
teſtato, quod ſi teſtamentũ fuiſſet validum nõ de-
beretur. & dicit Dec. in cõſ. 242. col. 2. in fi. quod
ſubſtitutus nõ plus conſequitur ab inteſtato, quã
conſequuturus fuiſſet ex teſtamento, ſi fuiſſet vali-
dum; & quod conditio poſita in teſtamento cenſe
tur repetita ab inteſtato, quando res reducitur ad
cauſam inteſtati ex clauſula codicillari, Bero. in
conſi, 63. nu. 40. vol. 2. dicit clauſulam codicillarẽ
non operari quod ab inteſtato debeatur id, quod
ex teſtamento non debetur ob deficientem teſta-
toris voluntatem, vt quia caſus a teſtatore proui-
ſus non euenerit, ſed operari ſolum quòd debitũ
ex teſtamento quod propter validitatem non ha-
bet effectum, peti poſſit ab inteſtato.

Et ſicuti non eſt locus fideicommiſſo, quia nõ
ſit purificata conditio vulgaris ſubſtitutionis, ita
non eſt eidẽ locus, quia conditio ſcripta in clauſu-
la codicillari non euenit: teſtator enim nõ ſimpli-
citer voluit teſtamentũ valere iure codicillorum,
ſed ſub conditione, caſu quo non valeat, uel uale-
ret iure teſtamenti: vbicunque autẽ ſuſtinetur iu-
re teſtamenti, ceſſat uirtus clauſulæ codicillaris,
38 † quia deficit conditio, ut dicit Corn. in conſ. 18.
col. fi. uol. 2. quem ſequitur Anch. mod. fam. q. li.
2. q. t 1. nu. 22. & eſt regulare quod nunquam ex
vi dictę clauſulæ inducitur fideicõmiſſum, niſi cõ-
ditio verificetur, ut uoluit Bar. in l. 1. q. 6. nu. t o. ff.
de iure codicill. ubi inquit quod ſi clauſula ſcripta
39 eſt per uerba præſentis temporis, † non ſuſtinebit
teſtamentum aduerſus præteritionem poſthumi,
quia teſtamentum tempore quo fuit conditum, &
qñ deceſſit teſtator, erat ualidum, & proinde defi-
cit conditio, & eũ ſequitur Bal. Imola, Salic. Caſt.
Ang. Aret. Iaſ. Capella Tholoſ. & Port. quos citat
Ant. Gabrie. com. opin. li. 6. ti. de clauſ. concluſ. 8.
nu. t. alios multos, & præcipuè Soc. Corn. Franc.
& Dec. allegat Crauet. in conſi. 69. num. 1. Crot. in
conſi. 117. nu. 4. Tiraq. d. l. ſi unquam, in uer. dona
tione largitus, nu. 265. C. de reuoc. don. Ripa qui
dicit cõmunem in conſi. 129. nu. 29. Duran. de ar-
te teſtan. tit. 3. cau. t o. nu. 3. Clar. de teſtam. q. 46.
circa finem, vbi dicit hanc eſſe ęquiorẽ, veriorẽ, &
magis communem, & quod eum intrepidè ſeque-
retur iudicando & conſulendo Simon de Pret. in
d. trac. de interpret. vlt. uolun. li. 2. interpret. 1. du-
bit. t. ſolut. t 1. nu. 8. & dicit Imola in l. verbis ciui-
libus, col. 1. ff. de vulg. quod ſi clauſula eſt uerbis
præſentis tẽporis concepta, tunc ſi ſubſtitutio di-
recta ſemel a primo ualuit, numquã trahitur ad fi-
deicommiſſum. ſequitur ibi Aret. col. penultima,
& dicit Fulgoſius in authentica, ex cauſa, col. pen.
uerſ. concluditur ergo, C. de libe. pręte. quod cum
teſtamentũ eſt ualidũ, ceſsat uirtus clauſulæ, quia
deficit conditio. hoc ẽt uoluit Salicetus in l. fin. §.
ſi. verſi. quintò, C. de codicill. & alios addit Simõ
in d. ſolutio. t t. nu. 5. & ſeq. ubi dicit quod ex uir-
tute clauſulæ, quæ ſit per uerba præſenti tẽporis
concepta, non conuertitur in fideicõmiſsum teſta
mẽtum, quod ab initio ualuit, ſi ex poſt facto an-
nulletur, ex agnatione poſthumi capitis diminu-
tione uel aliter, & refert Rip. & alios ſupra cita-
tos, qui dicunt qđ reciproca ſubſtitutio non con-
tinet fideicõmiſsum, qñ clauſula eſt ſcripta uerbis
ſignificantibus præſens tp̃s, & quemadmodum te
ſtamentũ non cõuertitur in fideicommiſsum, uel
codicillos, qñ eſt a principio, ſi clauſula habet uer
ba denotantia præſens & non futurum tp̃s, licèt
ex poſt nullum, uel inualidum reddatur, ita non
tranſit in cauſam codicillorum, licèt clauſula ha-
beat uerba futuri temporis, ſi numquã teſtamen-
tum efficiatur nullũ, aut inualidum; quia quibuſ-
cunque uerbis clauſula ſit concepta præſentibus
uel futuris, ſi poſita eſt conditionaliter, id eſt ſi nõ
ualet, &c. numquam ei eſt locus, niſi eueniat con-
ditio, & caſus, in quem uoluit teſtator ſuum teſta-
mentum tranſire in codicillis, aliàs clauſula ope-
raretur contra mentem teſtatoris: & qua ratione
non debetur fideicommiſsum in primo caſu, ea-
dẽ ipſa nõ debetur in ſecũdo, cũ utroque caſu de-
ficientis conditionis cauſa impediat conuerſionẽ.

Concludo igitur ex quo teſtamentum fuit ſem
per ualidũ, & nunquam irritum aut nullum, ſed
habuit effectũ per aditionem, quæ fieri põt a præ-
dictis ſororibus ex iure tranſmiſso. per mortẽ pu-
pilli fratris, quod nunquam fuit purificata condi-
tio clauſulæ codicillaris, & conſequenter nunquã

erit

erit locus fideicommiſſo, nec teſtamentũ conuertetur in cauſam codicillorum. & licèt ſolus Mant. id dixerit, rationes tñ ſunt adeo efficaces, qđ meo judicio non poteſt de hoc probabiliter dubitari.

Hæc verò procedũt, quatenus nihil obſtet quo minus ſit locus tranſmiſſioni, & dummodò ex iure tranſmiſſo ſorores poſſint adire: quatuor enim
40 requirũtur † vt beneficio d.l. cum antiquioribus, fiat tranſmiſſio; primum quod hæreditas ſit delata; ſcđm quod non ſit repudiata; tertiũ ꝙ deceſſerit intra annum deliberationis, quia tranſmittitur ſolum illud tp̃s, quod eſt reſiduum; quartũ ꝙ ſciuerit, vel infans, vel pater, aut tutor hæreditatem eſſe delatam, vt notatur ab omnibus in d.l. cũ antiquioribus. in facto autẽ ignoro an poſſit huiuſ-
41 modi ſcientia probari, quæ tñ eſt neceſſaria, † vt per Bar. ibi, nu. primo, Ale. nu. 5. Corn. nu. 3. Bart. in l. qui duos, in prin. ff. de reb. dub. & in l. ventre, in fi. vbi Ang. nu. 5. ff. de acq. hær. Bened. in c. Raynũtius, in verſi. mortuo itaque teſtatore, il 2. num. 166. & 182. de teſtam. & cõmunem licèt ipſe contrarium contendat Alc. in d.l. vẽtre, nu. 44. Coſta in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, in vlt. par. nu. 107. ff. de libe. & poſthu. vbi tñ probari non poſſit ſciẽtia infantis, eiusve tutoris, aut patris, remedium erit, quod petatur reſtitutio in integrum ex generali clauſula, ſi qua iuſta cauſa, &c. quia hoc mo-
42 do ſorores prædictæ conſequentur † in effectu beneficium dictæ legis, Ange. & Caſtr. in d.l. ventre, Imola, & Caſt. in l. Pamponius, ff. de acq. hær. Ale. in conſi. 169. nu. 12. verſ. vel tertiò, vol. 2. vbi dicit generale eſſe, quod ignorans hæreditatẽ ſibi delatam, ſi decedat ea non adita, poſſit hæres per reſtitutionem in integrum eam conſequi, ſequitur Iaſ. d.l. cum antiquioribus, n. 3. verſi. & iuxta hoc. vbi dicit hoc eſſe verum, & continere magnã ampliationem, quamuis contrarium tenuerint Bald. Fulgo. Anch. & Ale. quos ibi citat, & pro hac parte in fauorem hęredum minoris facit, quia ſemper
43 eis conceditur † reſtitutio ex perſona minoris ex generali, vt poſt multos a ſe relatos cõcludit Ale. in l. infanti, nu. 8. C. de iure delib. vbi dicit magis communem, Bened. d. verſi. mortuo itaque teſtatore, il 2. nu. 182. & ſeq. Alcia. in d.l. ventre, n. 44. & communem dicit Coſta in d.c. ſi pater, par. 1. §. habens, nu. 26. eam pariter communem teſtatur, & plures addendo ſequitur Simon de Præt. in d. tracta. lib. 3. interpret. 1. dubit. 5. ſolut. 4. num. 37. præcipuè quando ignorauit quis ſibi eſſe delatam hæreditatem, quia tunc ſiue hæres minor eſſet, ſi-
44 ue maior, ſemper reſtitutio † conceditur, vt per Soc. in d.l. qui duos, in prin. nu. 25. ff. de reb. dub. Duran. de arte teſtan. titu. 11. caut. 1. nu. 7. Simon in loco prædicto, num. 38. verſi. non ſolum enim, vbi citat Ale. & Gomeſ. dicens cõmunem eſſe opinionem, quod ſola ignorantia, iuſta ſit cauſa concedendi reſtitutionem in integrum.

Bene verum eſt, quod dum hæ ſorores differũt petere reſtitutionem in integrum iuſtè; & meritò
45 illi ſubſtituti vulgariter retinẽt † hęreditatem, tãquam ſi infans ille noluiſſet, vel nõ potuiſſet hęres eſſe; quia licèt donec eſt ſpes quod ſit locus inſtituto, non admittatur ſubſtitutus, tñ hoc eſt verum, quãdo ſpes fundatur ſuper iure communi, ſed cũ eſt poſita ſuper iure ſpeciali reſtitutionis in integrum, ſtatim admittitur ſubſtitutus, argumento l. ꝙ ſi minor, §. Scęuola, ff. de minorib. declarat Bar. in l. 1. n. 19. ff. de vulg. Coſta in d. ver. habẽs, n. 27.

SVMMARIVM.

1 *Aedificare licet ſuper communi pariete, dummodo ædificium remaneat commune.*
2 *Aedificare licet ſuper communi pariete, etiam ſi obſcurentur lumina ſocij, ſi paries ſit ad id deſtinatus. ſed contra, num. 14.*
3 *Socius non agit ad demoliendum, quando ſocius eo patiente ædificauit.*
4 *Vicinus præſumitur ſcire facta vicini.*
5 *Aedificans in ſolo alieno patiente domino, non cogitur demoliri.*
6 *Arbor plantata non dimiſſo ſpatio, non euellitur ſi vicinus ſciuit & eſt paſſus.*
7 *Agens ex vna cauſa & probans de alia, ſuccumbit.*
8 *Paries. Non poteſt ſocius ædificare ſuper cõmuni pariete, quãdo eſt debilis, & nõ aptus ferendo oneri.*
9 *Aedificare licet ſuper communi pariete inuito ſocio duobus in caſibus tantum.*
10 *Socius non poteſt in re communi aliquid facere, quod noceat alteri parti.*
11 *Protectum facere nemini licet etiam in re cõmuni.*
12 *Aedificare nemo poteſt in proprio, per quod aliquid mittatur in alienum.*
13 *Aedificatũ iniuſte in re cõmuni venit demoliẽdum.*
14 *Aedificare non licet ſuper communi pariete, quando per ædificium obſcurantur feneſtra ſocij.*
15 *Socius poteſt attollere tectum ſuper communi pariete etiam claudendo feneſtras ſocij, & quare.*
16 *Protectum facere quod procumbat per latitudinem ſex vnciarum, an liceat.*
17 *Ignorantia præſumitur.*
18 *Tempus præciſè eſt probandum, quando eſt fundamentum intentionis.*
19 *Socius non ſibi præiudicat tacendo, quando a principio ignorauit ſocium ædificare.*
20 *Patientia non datur ſine ſcientia.*
21 *Aedificium factum ſuper re communi, quando ſit demoliendum, & quando non.*
22 *Aedificium factum in re communi ſciente ſocio, deſtruitur per interdictum quod vi aut clam.*
23 *Socius poteſt agere ad demoliendum & ad cautionem damni infecti, quando ſocius eo inuito ædificat in re communi.*

CONSILIVM CCXXXIII.

QVod licuerit Blaſino de S. Petro altius tollere parietẽ ſibi cõem cum Antonio de Bino, & ſuper eo ędificare, non obſtante ꝙ lumina domus dicti Antonij obſcurentur, & conſequẽter qđ ędificium factũ non ſit deſtruendum,

dum,infraſcripta ſuadere vſr. Primò,quod con-
ſtat, parietem illum eſſe cõem pro indiuiſo, quo
1 caſu dicunt Doctores, quod poteſt altius † tolli,
dum tamen quod ſuperædificatur, remaneat cõe,
vt voluerunt Bar.Ang.& Florian.in l.quidam Hi-
berus,ff.de ſeru.vrb.prædio.per l.parietis, & in l.
inter quos, in princ.ff.de dam. infecto, Cæpoll.in
tract.de ſeru.vrb.prædio.cap.40.de pariete,col.6.
verſic.tertio principaliter. vbi allegat tex.in l.hoc
quod dictũ,§.& ſi ex tribus,ff.de ſeru.vrb.prędio.

Secundò hoc videtur procedere etiam ſi ædifi-
cando officeretur luminibus vicini, ex quo paries
non eſt factus ad clauſuram, ſed magnus,& deſti-
2 natus oneri ferendo. † ita latè probat Iaſ.in conſi.
98.in 1.dub.vol.1.vbi per plura fundamẽta cõclu
dit,quòd & ſi lumina domus ſocij obſcurẽtur,po-
teſt alter ſocius illo inuito altius tollere & ædifica
re,& eum ſequitur Neuiz.in conſ.65.col.fin.circa
fin. & quãuis de Iaſone non meminerit, idem vo-
luit Bero.ſamil.q.26.nu.3. quando ita craſſus eſt
paries,quod poteſt ferre ædificium impoſitum.

Tertiò vbi non licuiſſet ædificare, adhuc opus
nõ eſſet demoliendũ, q a d.Ant. paſſus eſt ędificiũ
fieri,proinde non datur actio ad deſtruendũ ędifi-
3 ciũ,ſed ad hoc vt ſibi caueatur pro intereſſe,† pro
batur in l.Sabinus, ff.com.diuid. ex qua l.in fi.vi-
detur fortius ſecundum magnificum Dñm Vica-
rium,quod niſi probetur Antonium abſuiſſe,non
poſſit peti demolitio. patientia aũt in facto proba
tur, quia non contradixit Ant. niſi perfecto quaſi
ędificio,cũ tñ tanquã vicinus pſumatur non igno
4 raſſe,quod Blaſinus † ædificaret,l.octaui, C.vnde
cogn. Alex. in conſ.24.col.2. & in conſ.94. col.6.
vol.5.Crau. in conſ.148.nu.5. Rol.in conſ.3.nu.
101.vol.1.pro quo facit q a ædificãs in ſolo alieno,
5 patiẽte dño, non cogitur † demoliri, Petr.Cyn.&
Sal. in l.2.C.de rei vend. Sal.& Alex.in l.3.§.La-
beo,ff.de acq.poſſ.Ruy.in conſ.55. nu.3.vol.4.&
in l.1.§.nũciatio,nu.7.ff.de ope. noui nun.facit ẽt,
& ſi non liceat in ſolo proprio plãtare propè ſolũ
vicini, niſi certo ſpatio dimiſſo, ſm l.fin.ff.fin.re-
6 gund.tñ ſi plantetur ſciente † & non contradicẽte
vicino,non erit eradicandum,gl.in l.mœniana,C.
de edifi. priua. Cępolla & Corne.quos citat & ſe-
quitur atteſtando de cõi Neuiz. in conſ.58. nu.1.

Quartò videtur ẽt quòd Antonius contradixe-
rit ſolum reſpectu ruinæ, quæ cauſari potuiſſet in
cõi pariete,propter impoſitum ędificium: nã pro-
teſtatus eſt primo loco, ꝙ vbi paries cõis demoli-
retur propter onus prædictum, intendit illũ refici
a Blaſino propria impenſa,& ab eo præſtari omne
futurũ damnum,proindenon pôt redire ad actio-
nẽ pro demolitione, ſed inſiſtere debet actioni in-
tentatæ, quæ ſi non competit, debet ſuccumbere,
7 etiã ſi melius agere potuiſſet,primũ ex † alia l.ha-
bebat,in prin.ff.de inſtit.actio.Fel.in c.2.de reſcr.
Soc.in l.naturaliter, §.nihil commune,nu.2.ff.de
acq.poſſ. Pariſ.conſi.vlt.num.4.vol.1.cum ſimili.

Arbitror tñ ædificium prædictũ eſſe demolien-
dũ: quia & ſi paries de quo eſt ſermo, ſit cõis pro
indiuiſo, tñ ea viſitatione facta per mag. D.Vica-
riũ,& ex relatione expertorũ, qui fuerunt miſſi ad
inſpiciendũ & referendũ qualitatẽ parietis,cõſtat
eũ debilẽ eſſe & non aptũ ferendo oneri, imò iam
dehiſcere atq; oneri ſuccũbere. certũ eſt autẽ ꝙ &
ſi liceat ſocio altius tollere murũ cõem pro indiui
ſo, tñ ſi murus non poſſit ſuſtinere ędificium,fieri
8 † illud nõ poteſt,arg.l.cuius ędificium, ff. de ſeru.
vrb.prædio. Cępol.ita declarat in d.tract.vrb.pd.
c.40.col.6.verſi.tertio principaliter. & idẽ voluit
Bero.ſam.q.26.nu.2.verſ.quarto cũ paries.& nu.
ſeq.vbi in hoc refert & ſequitur Cępol.hoc ẽt pro
bauit Boer.in conſ.5.nu.26. vbi tranſit cũ Cępol.
duo enim tantũ ſunt caſus,quib. licẽt inuito ſocio
aliquid facere in cõi pariete; primus, qñ eget repa
9 ratione † & refectione, d.l.parietis, cum l.ſeq. vbi
Bar.ff.de dam.inſec.ſecũdus eſt,qñ vellet aliq d fa
cere,quod ſibi prodeſt & vicino non nocet, vt in-
cruſtare,pingere,vel dealbare,argum.l. ſi ædes,ff.
comm.diuid.Imo.in l.in reficiẽdo,ff.de dam.inſe-
cto.Bero.in conſ.131.nu.8.& ſeq.& latius in cõſi.
132.nu.8.vol.2. & pro hoc facit Ang.in l.quidam
Hiberus, col.2. verſic.ſimiliter reſtat videre, ff.de
ſer.vrb.præd.vbi inquit ꝙ inuito ſocio poſſunt no
ua tigna mitti in cõem parietem,ſi tamen aptus ſit
ad ferendum onus, ſecus verò non,l.ſi ædes, cum
gl.ff.com.diuid.ſequitur Cæpol.d.tracta.de ſeru.
vrb.præd.c.30.de ſeru.tig.immitt.quæſt.4.col.1.

Secũdò moueor, quia per dictum ædificiũ offi-
citur luminib.vicini,q obſcurantur, ideo in re cõi
10 nõ licet aliquid facere,† ꝙ ſocio noceat,l.quidam
Hiberus,§.pariete,& l.fiſtulã,in princ.& §.2.ff.de
ſer.vrb.præd.& ita cõcludit Cępol.d.c.40.ver.ter
tiò principaliter. vbi dicit hanc eſſe veritatẽ, & ita
ſeruari in practica, & ad hoc facit qđ voluit Ang.
d.l.quidã Hiberus,col.2. vbi inquit non licere im
mittere noua tigna in cõem parietem, quando ea
nocerent vicino, ſequitur Bero.d.conſ.132.nu.9.
& ante cũ Cępol.d.c.30. & dicit in ꝓpoſito Bero.
d.cõſ.132.nu.12.quòd ſocius non tollit altius mu-
rum cõem, qñ clauderentur feneſtræ ſocij, allegat
multos.hanc etiam concluſionẽ,quod ſi ędificium
nocet ſocio, non permittatur ædificare, probauit
Boer.d.conſ.5. nu.26. ſed magis in terminis facit
quod voluit Alber. in l.altius, C.de ſeru. & aqua vbi
dicit,quòd non licet ſocio ſuper communi re ædi-
ficare,quando per tale ædificium obſcurantur ſo-
cij lumina, quia tenetur ſeruare antiquã formam,
ſuper quam erat ædificatum, ſequitur Cæpol. de
ſeru.vrb.præd. cap.36. de ſeru.ne lumin.q.7. vbi
ſubdit eſſe valde notãdum,& hæc eſt regula quod
ſocius nihil facere poteſt,quod noceat ſocio, vt in
quit Cæpolla cap.62. colum.3. verſic. ſed poſito.

Tertiò ex eadem viſitatione & relatione pro-
batum eſt, quod ſuperædificatus paries procum-
bat per multas vncias ſupra ſolum proprium An-
tonij de Bono. certum eſt autem quod non licet
11 † protectum facere,l.1. in fi.vbi,protegendi,ne,ff.
de ſeru.vrb.præd.vbi Ang.dicit, quod vicinus nõ
poteſt aliquid facere ſupra vicini ſolum, ẽt ſi con-

quieſcat ſuper proprio, & nõ attingat vicini ſolũ,
vt ẽt declarat ibi Caſt. Cæpol.de ſeru.vrb.præd.c.
32.de ſeruit.protegen.dixi in conſ.137.num.7.&
ſeq.vbi declaraui, quid ſit protegere, & ĩ proprijs
terminis eſt text.in l.ſi cum meus, §.ſi paries, ff. ſi
ſeruit. vend. vbi ſi communis paries opere abs te
facto in ædes meas inclinet, cogeris opus remoue-
re: & dicit ibi Caſtren. in ſummario, quod non li-
cet ſocio aliquid facere in re communi, quod no-
ceat in fundo proprio alterius ſocij, fortior eſt tex.
in l.ſi quando, in princip.ff.eod.tit. vbi idem dici-
tur, quando paries eſſet proprius vnius vicini, &
facit, quia etiam in ſuo nemo poteſt ædificium fa-
12 cere, † per quod aliquid mittatur in vicinum ſo-
lum, l.prima, vbi Ang.ff.de ſeruit. vrban. prædio.
Soc.in conſi.240.num.11.verſi.præterea, volum.
primo, Bero.in d.conſ.132.num.14.vol.3.additio
Hiero. Cuccal. ad Dec. in l.nullus videtur, ff. de
reg.iur.vbi dicunt non licere propè murum vicini
facere fornellum auricalchi, quia fumus immitti-
tur in vicinas ædes, ſequitur ibi Cagnol.num.4.

Stante præſuppoſito, quòd non licuerit ædifi-
care ſuper communi pariete, infertur quòd iniu-
13 ſtè ædificatum venit † demoliendum, l. ſed & ſi
inter, in princ.ff.de ſeruit.vrb. præd.l.fiſtulam, in
princ.ff.eod.& eſt tex.in l.Sabinus, com.diuid.

His verò nõ obſtat ꝙ ſuper cõi in diuiſo parie-
te poſſit ſocius ædificare, ſi velit quod ædificiũ ſit
cõe, quia hoc procedit cõcurrentibus duobus.pri
mum, ꝙ paries ſit habilis ad ferendum onus, ẽm
ꝙ ędificium non noceat ſocio. ſed in p̄ſenti facto
vtrunque deficit, quia paries eſt tenuis & debilis,
iamque vt dictũ eſt ſuccumbens oneri dehiſcit, &
labaſcit, ideo non licet illũ altius tollere, vt dixi
in ver.primo, & ſecundo fundamẽto huius partis.

Quod vero voluit Iaſ. in conſ.98. in primo vo-
lum.licere ędificare etiam ſi vicino officiatur, pro-
cedit quando murus eſt aptus ſuſtinendo ædifi-
cio. ita ipſe loquitur & mouetur, quia ſocius in-
uito ſocio vtitur re communi ad vſum deſtinatũ.
ſed hoc ceſſat, vt prædixi, quia debilis eſt murus
& vetuſtate confectus, & iam contraxit plures &
latas rimulas, & ſcinditur ac aperitur.

Secundò reſpondeo, quod cõcluſio Iaſonis eſt
14 falſa † & expreſsè cõtra deciſionem Alber. in d.l.
altius, C.de ſeru.& aq. Cæpol.in d.c.36.q.7. & li-
cèt Bero.d.q.26.idem teneat, quod Iaſ.tñ contra-
rium tenuit in conſ.132.n.12.vol.3. & facit quod
inquit Caſt.in l.ſi cum meus, ff.ſi ſeru.vend. quod
non licet in re cõi aliquid facere quod noceat in
proprio alterius ſocij.facit etiam quod de nouis ti
gnis voluit Ang. ſupra relatus in l.quidam Hibe-
rus, col.2.ubi ait poſſe ſocium noua mittere tigna
in communem parietem, dummodo nõ ſolum ſit
aptus & deſtinatus ferendo oneri, ſed etiam per
miſſionem non officiatur vicino, atque ita duo re-
quirit, nec ſufficit quod ſit aptus & deſtinatus. Et
quamuis Alber. loco præcitato loquatur nõ de pa
riete, ſed de area vel itinere, vt Iaſ.dicit: tñ moue-
tur ea ratione quod non poſſit nouum facere ædi-
ficium obſcurando lumina vicini. quæ ratio cum
ſit generalis, & procedat etiam in ædificãte ſuper
communi pariete, efficit vt idem dicendum ſit de
ædificio facto ſuper communi pariete.

Et non obſtat, quod voluit Cępolla c.62.de fe-
neſtr.col.3.ver.ſed poſito pro conſtanti, quẽ citat,
& ſequitur Iaſ.d.conſi.98.nu.8.verſ.quinto prin-
cipaliter. ubi dicit, quod ſocius põt eleuare tectũ
15 domus ſuæ & illud reponere † ſuper cõi pariete ẽc
obturando & claudẽdo feneſtras, quas ſocius ha-
bebat in eo muro: quia ideo illud procedit, ex quo
aliter non poſſet vti cõi pariete, ut ibi inquit Cæ-
polla, & inutilis eſſet ſibi paries communis, ſi non
poſſet tectum eleuare: & propterea ne vſus omni-
no interdicatur ſocio, propter quẽ ædificatus fuit
paries, permittitur ſibi tectũ illi parieti imponere,
obſcurando lumina ſocij. alia ẽt eſt ratio, quia ſo-
cius, qui murum ædificauit, qui debet remanere
cõmunis, non potuit conſtruendo in eo feneſtras
excludere ſocium ab uſu cõmunis parietis, atque
ita eum priuare facultate utendi re communi ad
vſum deſtinatũ: & quid prodeſſet ſocio quod res
ſit communis, ſi ea non poſſet ad ordinatũ, & deſti
natum uſum uti? at ſecus eſt, qñ ſocius poteſt uti
communi pariete ſine damno ſocij, vt in præſenti
facto. & quod hic ſit Cępollæ ſenſus, patet: quia ar
guendo in contrarium dicit regulam eſſe, quòd ſo
cius non põt in re communi aliquid facere inuito
ſocio, propter quod illi fiat damnum, vel incom-
modum: ſi verò hæc eſt regula, ſeruari debet.

Tertiò reſpondeo, ꝙ in præſenti facto nondum
fabricauit Blaſinus ſuper communi muro, ſed etiã
produxit ędificium ſupra ſolum Antonij, qua ra-
tione tollendum eſt tanquam protectũ, quod non
potuit fieri, vt dixi in tertio fundamento. Nec di-
16 catur ꝙ intra ſex † uncias liceat ædificium proten
dere ſupra alienum ſolum, per tex.in l.ſi quando,
in princ.ff.ſi ſeruit. ven. quia reſpondeo ꝙ in caſu
noſtro latius procumbit ædificium, ideſt per octo
uncias & ultra. ita dicunt experti adhibiti. Præte-
rea non ẽt licet per ſex uncias producere in alie-
num, ut expreſsè notat Ange.in d.l.ſi quando. lo-
quitur enim ibi Iuriſconſultus de ſex uncijs, ſecun
dum contingentiam facti, nõ quia illa menſura ſit
permiſſa, ſed quia ita contigit in facto, de quo in-
terrogabatur. Vel etiam dici poteſt gratia exẽpli
Iuriſconſultum loquutum de ſex uncijs, nõ quia
uſque ad eam menſuram liceat ædificium expor-
rigere in uicinum ſolum, ſed ad excludendum mo
dicam fortè menſuram dimidiæ unciæ, vel unius
vnciæ, ad demonſtrandum quòd ædificium mo-
dico ſpatio prouectum & protenſum in ſolum ui-
cinum, non eſt tollendum, quæ omnia hic ceſſant.

Patientia uerò dicti Antonij, & taciturnitas
non ei poteſt nocere, quia a principio ignorauit
17 quod Blaſinus altius tolleret, & ignorantia † prę-
ſumitur, l. uerius, ff. de probation. & qui allegat
ſcientiam, tenetur probare, Bellam.conſil.10.col.
10. Barbat.conſi.62.num.6.uolum.4. Ruyn.con-
ſilio 26.nu.10.uol.1. Gozad.conſi.102.num. 22.

Crot.

Crot.in conſ.90.nū.26.Ripa cōſ.24.nu.3. Crau.
in conſ.134.nu.18. Deciſ.Ped.71. nu.36.Caph.
in conſ.429.nu.37.& tempore quo Blaſinus cępit
ædificare, Antonius non inhabitabat vicinam do-
mum,& in menſe Septembri, qñ cępit eam domũ
habitare, ſtatim eſt proteſtatus contra Blaſinũ,&
contradixit, quod ſi Blaſinus contendat Antoniũ
ſciuiſſe antequam familiā in eā domum traduxe-
rit,tenetur nedum ſcientiam vt ſupra probare,ſed
etiam determinati temporis: quia vbi tempus eſt
18 fundamentum intentionis, † probandum eſt pre-
cisè ab eo qui allegat,gl.in l.eum actum,vbi Bart.
ff.de nego.geſt. cum alijs per me citatis in conſil.
135.nu.55.& ſcientia vt inducat patientiam,quæ
noceat, non ſufficit ſi ſuperueniat facto iam ædifi-
19 cio, ſed interueniſſe debet t͠pe quo ſocius † ędifi-
cabat,p ea,quę poſt gl.& Bar. ponit Corn. in cōſ.
207.col.pen.vol.3.vbi dicit neceſſe eſſe qđ minor
tēpore alienationis eſſet ſciens ad hoc vt per quin
quennium poſt perfectam videatur ratam habere
alienationem factā ſine decreto, nec ſufficere, qđ
ſuperuenerit ſcientia,dixi in conſi.49.nu.32.in fi-
ne, & in terminis quod non inducatur patientia
præiudicialis pet patientiā, niſi ea ſcientia habita
a principio,allego tex.in l.ſi propius,in fi.ibi,ſi ab
initio,ff.de mort.infer.quod ſi non probatur ſciē-
20 tia,fruſtra allegatur patientia, † quia non datur ſi
ne ſcientia. ignotans enim non patitur,& ideo pu
pillus,quia ignotat quidquid videt,non poteſt pa
ti,l.in eo,§.pupillus,vbi Cagn. nu.1.& 2.ff.de reg.
iur.facit l. qui patitur, ff.mand.& inquit Dec.in l.
ſemper qui non prohibet,nu.1.ff.de reg.iu. quod
verbum patitur,arguit præſentiā,& nu.2.dicit idē
in abſente, poſtquā ſcit, quòd fuit geſtũ,& qđ nō
ſit patientia ſine ſcientia , probat Butr.in c.perue-
nit,col.5. circa finem, de cenſib. ſequitur Balb.in
1.par.3.par.princ.quæſt.10.nu.30. & quod ſcien-
tia ſit neceſſaria, probatur in ipſa l. Sabinus,in fi.
21 ff.comm. diuid. † vbi dicitur quod abſens agit ad
demolitionem , & in ignorante, quod agat ad de-
molitionem , concludunt ibi omnes,dum poſt gl.
conſiderant in eo textu quatuor caſus . primũ qñ
ſocius ſciens contradixit : ſecundum,qñ ſciens ta-
cuit: tertium,quando expreſsè conſenſit: quartũ,
qñ abſuit vel ignorauit.& dicunt in primo & quar
to dari actionē ad demolitionē: in ſecundo nō agi
ad demoliendum, ſed ad intereſſe, vel cautionem
damni infecti: in tertio neque ad demoliendũ,ne-
que ad intereſſe,ita Bar.& Bald.ibi, idem Bart.in
l.qui bona, §.ſi quis iuxta, ff.de dam.infect.vbi ēt
Imola,& Alex.Boer.d.conſ.5.nu.28.vt ergo quar
tus caſus ignorantiæ differat a ſecundo, eſt faten-
dum,quod in ſecũdo requiratur ſcientia,& Bar.in
d.l.Sabinus, dicit expreſsè quod requiritur ſcien-
tia cum taciturnitate. cum ergo hic non probetur
ſcientia , non poteſt adduci tolerantia, atque ideo
licebit agere ad demoliendum tāquam opus factũ
ſit eo ignorante ex quarto reſponſo,l.Sabinus.

Reſpondeo etiam,quod etiā data ſcientia , po-
teſt Antonius agere ad deſtructionem operis,non
quidem iudicio communi diuidundo,ſed ex inter
22 dicto , † quod vi aut clā, vt eſt tex.in l.ſi propius,
in princ.ff.de mort.infer.quem ad hoc in terminis
noſtris, quando quis permiſit ædificium fieri,al-
legat glo.in d.l.qui bona,§.ſi quis iuxta.

Poſtremò non obſtat, q̃ Antonius conqueſtus
fuerit ſolum de dāno , quod illatum fuit luminib.
nō autem requiſiuerit demolitionem , qñquidem
ſi bene videātur multiplicatæ deductiones illius ,
dignoſcetur eum petiuiſſe cautionem pro infecto
23 dāno & deſtuctionē ędificij,id quod facere † po-
tuit , vt eſt tex. in l. qui bona, §.ſi quis opus, ff.de
dam. infecto,vbi no.omnes Doctores. idem dixe-
runt Bar.in d.§.ſi quis iuxta,in fi.vbi etiam Ange.
Imola,& Alex.& ad hoc eſt etiā tex. in l.Sabinus,
ff.comm.diuid.quem allegat Iaſ.d.§.ſi quis iuxta,
Caſtr.in d.l.ſi quando,in fine,prin.ff.ſi ſeru.vend.
vbi dicit quod ſi paries inclinat in meum ſolum ,
agere poſſum vt tollatur,& timeo ne ruat,poſſum
ſimul petere cautionem damni infecti.

SVMMARIVM.

1 *Regiſtrari debent bona in loco , vbi ſunt poſita.*
2 *Collecta ſolui etiam debent a domino loci pro allodia libus bonis. contra, nu.25.*
3 *Collecta ſoluenda eſt etiam pro bonis feudalibus. ſed contra,num.28.*
4 *Præſcriptio non habet locum ſtante mala fide.*
5 *Immunitatis præſcriptio nō inducitur ſpatio quadra ginta annorum,niſi probato titulo.contra,nu.36.*
6 *Vniuerſitas reſtituitur aduerſus præſcriptionem im- munitatis.*
7 *Bona in dubio præſumuntur libera , & nulli oneri obnoxia.*
8 *Immunitas a collectis præſumitur, quando bona non leguntur deſcripta in regiſtro.*
9 *Collectam ſoluere non cogitur, qui non eſt deſcriptus in libro exactoris.*
10 *Immunis præſumitur, qui longiſſimo tempore onera non ſoluit.*
11 *Titulus beneficij præſumitur ex poſſeſſione decēnali.*
12 *Præſcriptio habetur pro veritate, æquiparatur priui- legio,& habetur pro ſolutione.*
13 *Præſcriptio longiſſimi temporis excludit omnē actio- nem,& tribuit ſecuritatem.*
14 *Immunitas a collectis præſcribitur curſu quadragin- ta annorum.*
15 *Immunitas a ſolutione collectarum præſcribi poteſt.*
16 *Immunis præſumitur res, pro qua collecta non ſolui- tur , ſi pro alijs ſoluitur.*
17 *Incluſio vnius, eſt excluſio alterius.*
18 *Onera certa ſpeciei promittens ſoluere , videtur de- clarare quòd pro alijs non teneatur.*
19 *Immunitas fauorabilior eſt , quàm obligatio , & ſu- biectio.*
20 *Immunitas. In dubio ſit interpretatio pro immu- nitate.*
21 *L.forma,de cenſibus quomodo intelligatur.*
22 *Habilitas terminorum ſupponitur , quando de vno diſputamus.*

23 *Accidens eſſe non poteſt ſine ſubiecto.*
24 *Præſcriptio tollit ciuilem, & naturalem obligationē quoad effectum.*
25 *Collectare non poſſunt domini locorum habentes iuriſdictionem.*
26 *Præſcriptum tantum dicitur, quantum fuit poſſeſſum.*
27 *Conſuetudo nocet ſolum eis, qui paſſi ſunt.*
28 *Feudalia bona non poſſunt collectari.*
29 *Immunitas præſcribitur etiam ſciente ſe teneri ad collectas.*
30 *Bona fides in dubio præſumitur in poſſidente.*
31 *Mala fides purgatur lapſu annorum triginta.*
32 *Mala fides non dicitur in creditore, qui non fuit interpellatus.*
33 *Titulus præſumitur ex lapſu tēporis immemorialis.*
34 *Immunitas a collectis præſcribitur etiam non interueniente interpellatione.*
35 *Præſcribens immunitatē, non tenetur probare quòd non ſoluerit.*
36 *Præſcriptio immunitatis, quando inducatur ſine titulo.*
37 *Reſtitutio non datur ſine læſione.*
38 *Reſtitutio catenus conceditur, quatenus ſubeſt læſio.*
39 *Vniuerſitas non dicitur læſa ob immunitatem bonorum, quæ nunquam fuerunt obnoxia oneribus.*
40 *Immunis nō includitur edicto de regiſtrando bona.*
41 *Sententia, quod ſoror mittatur in poſſeſſionem omnium bonorum exceptis feudis, non mittitur executioni, niſi conſtito, quæ bona non ſint feudalia.*
42 *Reus ſatis eſt ſi poſſit offuſcare intentionem actoris.*
43 *Sententia certa ferri non poteſt in re dubia.*

CONSILIVM CCXXXIIII.

VIDEO ex iuribus mihi exhibitis,
& motiuis traditis per Clariſſimū
Dominum Arbitrum, pondus con
trouerſiæ pendentis inter agentes
Communitatis Montis berſarij ex
vna, & Illuſtres Dominas Conſtantiam, & Zano-
biam ſorores de Turchis eiuſdem loci Dominas,
in hoc conſiſtere, an teneantur dictæ Dominæ ſo-
rores regiſtrare bona, quæ poſſident in eo territo-
torio, & pro eis onera agnoſcere. & nonnulla con
tra dictas Dominas ſorores in fauorem Commu-
nitatis vrgere videntur. Primò generalis regula,
1 quod ibi regiſtranda ſunt bona, † vbi ſunt poſita,
l. forma, §. ſi verò quis agrum, ff. de cenſib. l. 3. §.
munus, ff. de muner. & honor. Alber. in rub. ff. eo.
tit. num. 23. & 24.

Secundò facit, quia etiam domini habentes in
loco iuriſdictionem, tenentur ibi agnoſcere onera
2 pro bonis allodialibus, † quæ poſſident. ita enim
voluit Bart. in l. munerum, §. patrimonium, ff. de
muner. & honor. Alb. in rub. ff. eo. tit. col. 22. verſ.
ſed quarto, nūquid nobiles. quo motus fundamē-
to ſæpe conſuluit Purpur. contra dominos locorū,
aſſerens Cōitates habere contra eos fundatam in-
tentionem, vt in conſi. 327. vbi contra Scarampos
Dominos Curtiſmilij, in conſi. 336. vbi cōtra Do-
minos Caſtiglioni, Ripa in conſil. 92. num. 4. & in
conſil. 172. nume. 8. Crauetta in conſil. 642. vo-
lum. quarto, Egid. de Coma in tracta. de collect.
fol. 210. vſque ad folium 257. ſecundum Mediola
nenſem impreſſionem, vbi id tenet etiam ſi bona
fuerint domino donata a ſubditis, vel ad domi-
num perueniſſent ex confiſcatione. & hanc ſenten
tiam probat etiam Feſtaſ. in tracta. de collect. par.
quarta, cap. 3. nume. 13. & ſequen. qui omnes hoc
tenent in nobili, & in vaſallo.

Tertiò hoc videtur fortius procedere etiam ſi
bona eſſent feudalia, quia etſi affecta ſint ea ſerui-
3 tute, † ſunt tamen collectis & oneribus ſubiecta,
vt latè probat Egid. loco prædicto, folio 225. &
voluit Bald. in c. 1. §. 1. nu. 1. per quos fiat inueſtit.
quem ſequitur Soc. in conſi. 217. col. 1. verſic. ter-
tio probatur, Purpur. In conſil. 543. vbi loquitur
de onere hoſpitādi milites, arcendi hoſtes, cuſto-
diendi locum, extruendi ageres, ad vitandū aqua-
rum inundationes, liberandi locum a peſte, & ge-
neraliter de quibuſcūque oneribus impoſitis pro
communi vtilitate, nō minus dominorum, quàm
ſubditorum, & arguit de Eccleſia ad vaſallū, hoc
etiam tenuit Natta in conſi. 312. nu. 6.

Quartò non poſſunt dictæ Dominæ ſorores iu-
uare cauſam ſuam ex præſcriptione, quia præſcri-
4 ptio non currit ſtante mala † fide, cap. fin. de præ-
ſcrip. cum autem ſcirent ipſæ & authores ſui, ſe te-
neri ad regiſtrandum & ſubeundum onera, dicun
tur in mala fide. ita concludit Alex. in conſil. 136.
nu. 18. & ſeq. vol. 2. Ripa in conſi. 26. num. 24. vbi
poſt Alex. dicit quatuor requiri. primò interpella
tionem Communitatis, ſecundò contradictionem
poſſidentis, tertiò bonam fidem, quartò ſcientiam
Communitatis & patientiam. idem voluit Plot.
dicto conſi. 36. nu. 7. Natta in conſil. 226. nu. 5. &
6. Feſtaſ. in dicto tracta. par. 4. cap. 4. nu. 20.

Quintò cum hic non deducatur immemorialis
poſſeſſio, neque probetur, non inducitur præſcri-
ptio ex curſu quadraginta annorum, niſi probato
5 titulo † valido, vel inualido. ita declarat contrarias
concordando ſententias Bald. in d. tract. præſcrip.
in 7. q. 1. par. 5. par. princ. nu. 4. quem ſequitur Ri-
pa in d. conſi. 26. nu. 25. Rol. in conſi. 5. nu. 62. vol.
2. hic uerò nullus omnino titulus oſtenſus fuit: er-
go fuit neceſſaria præſcriptio immemorialis.

Sextò opponitur quod omni caſu Communi-
6 tas eſt reſtituenda aduerſus præſcriptionem, † vt
concludit Plot. d. conſi. 36. in fi. fungitur enim vi-
ce minoris, l. res publica, C. ex quibus cau. maio.
Alex. conſil. 1. col. 4. uol. 4. Corn. conſi. 148. col. 2.
uol. 1. Purpur. conſi. 548. nu. 104. gl. 1. in fi. in l. res
publica, C. ex quib. cau. maio. Iaſ. in l. vt inter, nu.
16. C. de ſacroſan. eccleſ. in l. ſi hæres, §. uicis, nu.
3. ff. de lega. 1. Crot. conſi. 145. nu. 2.

Septimò allegatur ordo quidam excellentiſſi-
mi Senatus Mediolani, diſponens quod etiam
bona feudalia regiſtrentur, diminuta tamen one-
ris parte tertia.

Octauò tranſactio inita anno 1528. cum autho

ribus

tibus Dominarum ſororum prædictarum videtur
rem in tuto ponere: nã pro bonis acquiſitis a mor
te Domini Gabrielis citra, fuit expreſsè conuen-
tum, quod regiſtrentur, & pro eis ſoluantur one-
ra, pro alijs uerò antiquis extat iuris cõis diſpoſi-
tio, de qua ſupra, ita arguit Purpu. conſ. 565. n. 14

Horum autem ratione non habita, amplector
contrariam ſñiam tanquam iuri conſonam, q̃ præ
dictæ Dñæ ſorores iure non teneantur regiſtrare
bona, quæ poſſident, nec pro eis agnoſcere onera.
7 Moueor in primis, quia bona † omnia in dubio li-
bera, & nulli oneri obnoxia præſumuntur, Hoſt.
& Io. And. in c. nimis, de iureiu. Bal. in conſi. 351.
col. 2. uol. 1. alios citat Crau. in conſ. 111. nu. 9. ubi
propriè loquitur de ſeruitute ſoluendi collectas.

Secundò adduco, quod in regiſtris Communi-
tatis Montis berſarij non legitur hæc bona fuiſſe
unquam deſcripta, & regiſtrata: ergo præſumptio
8 eſt, quod † ſint immunia & excẽpta, ut arguit Cur.
iun. in cõſ. 106. nu. 4. & 7. ſequitur Crau. in conſi.
111. nu. 14. addens q̃ ſicuti ex regiſtratione proba
tur obligatio ad ſoluendum onera; ita per regiſtra
tionis defectũ, ſeu omiſſionem probatur liberatio,
ſeu exemptio: facilius enim ius libertatis acquiri-
tur, quã ſeruitutis, Abb. in conſ. 94. nu. 1. ita quoq;
arguit Menoc. in conſi. 21. num. 23. & in conſi. 75.
nu. 10, addo Feſtaſ. in d. tracta. par. 4. c. 4. nu. 33. &
ſeq. ubi alios allegat. & ideo inquit Bart. in l. 1. C.
de exacto. trib. li. 10. quod grauatus ad ſoluendũ,
9 dicere põt exactori, quod oſtendat † ſibi, an ſit in
libro deſcriptus, quia ſi non eſt deſcriptus, indebi
tè moleſtatur. & inquit Bal. in l. 1. §. quod ſi nemo,
col. pen. uer. ſuper tertio puncto, ff. quod cuiuſq;
uniuerſit. nom. quod non deſcriptus in ęſtimo nõ
põt grauari, niſi ſit ſubditus. & dicit Ang. in l. fi. C.
ſine cenſu, uel reliq. quod ubi collectæ imponũtur
per æs & librã, attenditur ęſtimum, non poſseſsio
bonorũ, Dec. in conſ. 285. n. 5. reaſsumit Cur. iun.
in cõſ. 42. n. 4. fuiſsẽt. n. uериſimiliter authores ha-
rum ſororũ interpellati ad regiſtrandũ, ſi bona eſ-
ſent onerib. obnoxia, argumẽto l. cũ de indebito,
ff. de probat. Crau. qui ita arguit, in cõſ. 11. nu. 17.

Tertiò facit, quod uoluit Io. de Ligna. in c. acce
dens, de p̃ſcript. quẽ citat & ſequitur Abb. in cõſ.
94. nu. 2. uol. 1. ubi dicit, qđ ſi quis longiſsimo t̃pe
10 onera non ſoluit, p̃ſumitur † ex aliqua legitima
cauſa excẽptus, ſequitur Crau. in conſi. 111. nu. 10.
facit quod uolunt Inno. Hoſt. & Fely. ĩ c. illud, de
præſumpt. ubi dicunt quod & ſi poſseſsio benefi-
cij non proſit ſine titulo: tñ ex decẽnali poſseſsio-
11 ne probatur titulus p̃ſumptus, † quia cum Epiſco
pi uiſitãdo inquirant de titulo, nõ eſt uериſimile, q̃
ſubditi permiſiſsent tãto t̃pe eccleſiã retineri ſine
titulo, & ideo Caſsado. alios citans in deciſ. 8. ſu-
per reg. cancel. dicit regulã de triennali tueri ẽt eũ
poſseſsorem, qui titulũ habet, ut ſupra p̃ſumptũ.

Quartò moueor, quia prędictæ Dominæ ſoro-
res præſcripſerunt longiſsimo, quin etiam imme-
moriali tempore immunitatem, quia nõ eſt homi
nis memoria, quod ipſæ uel authores ſui ullo un-
quã tempore ſoluerint aliqua onera, uel bona ali-
qua regiſtrauerint: ideo non poſſunt nũc moleſta-
ri pro ſolutione, vel regiſtratione, quia pręſcriptio
12 habetur pro † veritate, gl. magna in l. 1. § prin. ver.
ſed ſi egi, ff. de eden. Bal. §. ſi quis per triginta, col.
2. vbi Præpoſ. col. fi. tit. ſi de feudo fue. controuer.
gl. in l. 1. C. de ſerui. & aqua. & pręſcriptio æquipa
ratur priuilegio, Bal. in l. 1. nu. 10. C. de emancip.
lib. & præſcribens ſimilis eſt ſoluenti, l. ſi pupillus,
in fi. ff. de adm. tut. ſaltẽ quoad hoc vt ille excluda
tur, contra quẽ eſt præſcriptũ, vt poſt Bar. & Feli.
declarat Balb. in d. trac. de præſcrip. par. 1. q. 6. nu.
4. & ſeq. vbi addit quod æquiparatur pacto præ-
13 ſcriptio, & qñ eſt longiſſimi t̃pis † excludit omnẽ
actionem, c. ad aures, c. vigilanti, ca. fi. de præſcrip.
l. oẽs, & l. ſicut, C. de pręſcrip. triginta anno. & tri-
buit omnem ſecuritatem, vt per Pariſ. conſi. 101.
nu. 81. vol. 1. & qui alias tenetur ad onera collecta-
14 rum præſcribit immunitatem curſu † quadragin-
ta annorum, l. fi. C. de fun. patrimo. lib. 10. Bar. in
conſ. 59. Commune Spoleti, nu. 7. vol. 1. vbi dicit,
quod onus ei non põt imponi, qui per quadragin
ta annos nihil ſoluit, Bal. conſi. 257. vol. 2. Roma.
in conſ. 275. col. pen. clarè Corn. conſi. 162. uol. 3.
& hanc ſñiam probatunt Iacob. de Sãcto Georg.
Pet. Antibol. & Pariſ. quos citat, & ſequitur Rol.
in conſi. 5. nu. 58. vol. 1. Crau. in conſi. 111. nu. 12.
vbi alleg. Bald. & alios, Alcia. in conſ. 214. num. 5.
Bello. in conſ. 39. nu. 4. Ripa in conſi. 172. num. 5.
Silua. in conſi. 83. nu. 10. Nat. in conſ. 446. nu. 23.
Feſtaſ. de collect. par. 4. c. 4. q. 7. nu. 1. & ſeq. habe-
tur enim pro indubitato, quod præſcribi poſſit li-
15 bertas non ſoluendi, † per tex. in ca. de quarta, de
præſcrip. gl. in clem. 1. in uer. legitima, de cenſib. in
l. in fraudem, in uerſi. ſortiri, C. de annon. & tribu.
lib. 10. Natta in conſi. 406. num. 4. Crau. in conſi.
111. num. 3. Menoch. in conſi. 75. num. 6. & ſeq.

Sextò plurimum tuetur partes harũ Domina-
rũ ſororum tranſactio anno 1528. celebrata inter
cõmunitatem & homines loci parte una, & Domi
nos Turcos anteceſſores Dominarũ nunc conuen
tarum, ubi pacto actum eſt quod tenerentur dicti
Dñi ſoluere pro bonis acquiſitis a morte Dñi Ga
brielis citra, bonaq́; ſic ut ſupra acquiſita regi-
ſtrare, & in regiſtro deſcribi facere: de alijs autem
bonis, ſiue antiquitus Caſtro pertinentibus, ſiue
acquiſitis ante mortẽ Dñi Gabrielis nihil dicitur:
propterea alia bona cenſentur approbata pro libe
ris, & nulli oneri obnoxijs. ita arguit Corn. in cõſ.
142. col. 2. uol. 1. ubi dicit quod ſi collecta, uel ga-
16 bella † cõſueuit exigi pro aliquibus rebus, & pro
alijs non, uidentur alia conſtitui immunia, allegat
no. per Bart. in l. ſi publicanus, §. in uectigalibus,
ubi ẽt Ang. & Caſt. ff. de publican. & idem uoluit
Cor. in cõſi. 199. col. 3. eo. uol. & dicit Crau. in cõſ.
111. nu. 4. quod ſi Cõitas acceptat regiſtrationem
quoad aliqua bona, cenſetur acquieuiſſe, & cõſen-
ſiſſe quod alia ſint libera, & tacendo uidetur ſibi
p̃iudicare quoad alia, quia incluſio unius, eſt ex-
cluſio alterius, l. cũ pretor, ff. de iudi. & cum Com-

munitas reclamauerit reſpectu acquiſitorũ a mor
te Domini Gabrielis, & ea petierit, & conuenerit
regiſtrari, videtur libertatem non ſoluendo pro re
liquis confirmare, vt eſt tex. in l. tribunus, §. fin. ff.
de teſtam. vbi Bal. dicit quod quorundam detra-
17 ctio eſt aliorum cõfirmatio, † & quod Epiſcopus
reprobando vnum ex pluribus negocijs geſtis per
Vicarium, alia videtur approbare, & idem Bal. in
l. noſtram, nu. 2. C. de teſtam. dicit quod infirma-
tio in quibuſdam, videtur cæterorum confirma-
tio, & latè exornat D. Becius in conſ. 55. nu. 11. &
ſeq. Rol. in conſ. 61. nu. 11. vol. 3. Menoc. in conſi.
86. nu. 26. & quamuis prædicti Doctores moueã-
tur generali regula prædicta; tñ extat text. ferè in
noſtris terminis in l. 2. ff. de iure immu. vbi dicitur
18 quod qui promiſit certa onera † ſoluere, videtur
declarare, quod nolit pro reliquis teneri, & per il-
lum tex. ita infert in propoſito Bar. d. conſ. 59. nu.
3. & 4. volum. primo, vbi dicit quod ſubmittens ſe
quoad aliqua, remanet liber in cęteris, quia expri-
mendo certa, ad quæ vult teneri, declarat quod in
alijs non vult teneri, Soc. in conſi. 74. nu. 7. vol. 1.
Neuiza. in conſ. 66. n. 24. & 52. vbi dicit trãſactio-
nem, in qua homines Monticelli & Cornigliani
promittunt certa onera ſoluere pro prædijs, quæ
poſſidebant ſuper finibus Albæ probare immuni-
tatem, quoad alia onera, quia obligando ſe expreſ
sè ad vnam ſpeciem tributi, videntur declarare
quod noluerunt eſſe obligati, quoad non expreſ-
ſa: ſicuti igitur promiſſio reſpectu certorum one-
rum inducit negationem reſpectu aliorũ, ita ſup-
ponendo regiſtro quędã bona videntur ab eo one
re cætera bona ſubduxiſſe. & facit quod ſicuti im-
munitas pro certis rebus conceſſa non extenditur
ad alias, ita ſubiectio facta quoad aliquas res, non
debet ad alias trahi, vt contrariorum eadem ſit di-
ſciplina, præcipuè cum fauorabilior ſit liberatio,
19 quã obligatio, vt in noſtro propoſito † conſiderat
Abb. in conſ. 94. nu. primo, Crau. d. conſ. 111. n. 10.

Poſtremò ſi res eſſet dubia, eſſet tñ in fauorem
Dominarũ ſororum pronunciandum, quia in du-
20 bio pro immunitate † contra collectarum onera
eſt iudicandum, vti Corn. concludit in conſi. 194.
num. 8. vol. 4. Grat. in conſi. 61. num. 55. volum. 1.
Purpur. in conſ. 428. num. 87. Deciſ. Ped. 95. nu.
18. D. Becius conſi. 73. in fine.

Et prędictis quidẽ non reſiſtit l. forma, §. ſi ve-
rò quis agrũ, cum alijs ſupra citatis, quia non pro-
21 bat is textus, † quod in dubio bona ſint oneribus
obnoxia, ſed quod vbi ſunt obnoxia, tunc ibi cen-
ſenda ſunt, vbi ſunt ſita, atque ibi non erat dubiũ,
an bona eſſent collectabilia, ſed in quo loco debe-
rent collectari: cum. n. diſputamus de vno, tũc cæ-
22 tera † pręſupponuntur habilia, §. in extraneis, In-
ſtit. de rer. diuiſ. præcipuè, qñ contentio eſt ſuper
accidenti, vt qũ quæſtio eſt de loco: tunc. n. ſuppo
nitur debiti ſubſtãtia, aliàs fruſtra eſſet reſpectu lo
23 ci contentio, cũ accidens eſſe nõ poſſit ſine † ſubie
cto, l. nec vllã, §. abſentis, vbi Ang. ff. de peti. hære.
l. Põponius, §. ſi. vbi Arc. ff. de acq. poſſ. Bal. in l. a.
C. de bon. poſſ. ſecun. tab. l. omniũ, C. de teſta. hic
aũt nõ conſtat bona eſſe collectabilia, ergo textus
ille non facit ad propoſitũ. & cum res oẽs pręſumã
tur liberę, & a principio inſpecta rerũ natura nulla
eſſet ſeruitus, qui allegat ſeruitutẽ vel obligatio-
nẽ, tenetur illã probare, Crau. d. conſi. 111. nu. 9.

Secundò reſpondeo, quod ẽt ſi contra poſſeſ-
ſorẽ vrgeret aliqua pręſumptio, ceſſaret tñ in caſu
pręſenti, in quo inſpectis libris regiſtri, in quo de-
ſcripta ſunt omnia bona collectis ſubiecta, non rẽ
periuntur ea, quæ nunc ab iſtis ſororibus poſſiden
tur. Cum tñ veriſimile ſit quod non fuiſſent om-
nia, ſi cum cæteris grauari potuiſſent. cũ ergo ex
omiſſione profeſſionis & regiſtri oriatur præſum-
ptio libertatis, ut dixi ſupra in ſecũdo fundamẽto
huius partis, hæc præſumptio tollit eã, quæ dedu-
citur ad l. forma. quia vna præſumptio tollit aliã,
l. diuus, ff. de in integr. reſti. & aduertatur, quia hic
non agitur de pura immunitate præſcribenda ab
eo, qui alias teneretur ſoluere, ſed de cõſeruanda
vbertate conceſſa a natura, vt dicã infra, vbi tracta
bo de reſtitutione ĩ integrũ aduerſus pſcriptionẽ.

Tertiò reſpõdeo, qd vbi ẽt bona fuiſſent ſui na-
tura collectabilia, tñ attenta pręſcriptione nõ poſ-
ſent moleſtari eorum poſſeſſores, quia pręſcriptio
24 † extinguit ius illius, cõtra quẽ pręſcribitur, & tol
lit ciuilẽ obligationẽ, imo & naturalẽ quoad effe-
ctũ, Bar. in l. ſi. §. 1. ff. rẽ rat. hab. Butr. Imo. & Feli.
in c. ad aures, de præſcrip. Balb. d. par. 1. q. 6. nu. 1.

Nec refragatur quod domini locorũ immuni-
tate nõ gaudeant, ſed collectari poſſint, quia mul-
ti in contrarium citati loquuntur non in dominis
habẽtibus iuriſdictionem cum mero & mixto im-
perio, ſed in nobilibus, & quoad habentes iuriſdi-
ctionem cõmunis videtur opinio quod collecta-
25 ri non poſſint a Communitate † ſibi ſubiecta, vt
probat Brun. in conſi. 91. & latius in cõſi. 103. per
totũ. vbi dicit procedere ẽt qñ bona nunc a dñis
poſſeſſa forent aliàs regiſtrata, in quo tñ contrariũ
tenuit Ale. in conſ. 145. vol. 2. & Brun. alleg. Guid.
Papæ in q. 384. idem Brun. inter conſ. Purpu. cõſ.
336. Silua. in conſi. 61. nu. 25. ſed præter eos Cor.
in conſi. 194. vol. 4. Chriſtoph. Nicell. in pract. de
mun. car. 15. verſi. an autẽ nobiles, Bertran. in cõſ.
207. nu. 2. vol. 1. vbi idem dicit in bonis, quæ cum
prius eſſent Dominorũ Caſtri, fuerunt ab eis ven-
dita, & deinde iterum de nouo quæſita, quod vo-
luit ẽt Brun. d. conſi. 91. & Silua. conſi. 61. nu. 30.
& hanc ſententiam quod domini locorum non te
neantur ad collectas, cõprobat multis D. Becius
d. cõſ. 73. per totũ. & fundamentalis ratio eſt, quia
Cõmunitas non põt ponere collectam, niſi ijs, qui
ſunt ſubditi, Corn. conſ. 199. nu. 11. uol. 1. cũ mul-
tis apud D. Beciũ loco prædicto. & licèt conſuetu
do ſit in contrarium, tamen ea procedit eatenus,
quatenus Communitas conſueuit, quia tantum
dicitur acquiſitum per conſuetudinem, vel præ-
26 ſcriptionem, † quantum fuit in vſu, Bal. cap. pri-
mo, circa finem, qui feud. dare poſſ. & in l. fin. ver-
ſic. unum aliud quæritur, C. commun. utr. iudic. &
dicit

dicit in propoſito Cur.iun.in tract.de ſeu.in ſexta
prin.quæſt.nu.5.quod conſuetudo non extēditur
ad perſonas ſimiles:at dñi nedum non ſunt ſubdi-
ti,ſed ſunt ſuperiores: conſuetudo aũt collectandi
nō ſubditos,non extenditur ad dños,in quib. con
currit qualitas fortior,& ideò Bal.in cōſ.257.vol.
2. loquendo de Cōitate Caſtri Rocherij,quæ nũc
ſubijcitur Illuſtriſſimo Dño Comiti Gulielmo Sā
27 georgio, dicit quod conſuetudo † non arctat eos,
contra quos conſuetudinantes non ſunt vſi, ſequi
tur Natta conſil.555.nu.8.vbi loquitur in noſtris
terminis, D. Becius d.cōſ.73.nu.16.verſi.ſuperio-
ra facilius.& per rōnes prędictas quod etiam Dñs
Caſtri non teneatur ad onera impoſita Cōmuni-
tati ſubiectę,voluit Alciat.in cōſ.61.col.fi.& Nat-
ta d.conſ.555.per totũ. Cum ergo habeamus pro
hac ſententia Guid.Papæ,Corn.Nicell. Antibol.
Bertr. Alciat.Nattam,Brun.Silua.& Bec.non vi-
detur dubitandum, quin hæc pars ſit tenenda ad-
uerſus Purpur.Egid.& Cran.qui fuerunt in cōtra
rium allegati. Secundo reſpondeo quod in pręſen
ti caſu vltra ius commune concurrit præſcriptio,
vt deduxi in quarto fundamento huius partis.

Item dico, & multo fortius reſpectu bonorum
feudalium: ea enim non poſſunt cum cæteris col-
lectari, quia cum vaſalli pro eis ſint obligati do-
mino ad ſeruiendum, non debent pro eiſdem du-
28 plici onere † grauari,contra glo.in l.honorem, ff.
de mune. & hono.& ita contra Purpur.tenet Iſer.
in tit.quæ ſint regal.ver.& plauſtrorum. & eum ſe
quitur Iacobin.in tit.de homag.num.41.Brun.in
conſ.103.nu.2.ver.& iſte eſt caſus noſter, Purpur.
conſi.467.nu.8. Natta in conſi.460.nu.16.Crau.
in conſi.627.Rol.in conſi.82.nu.49.Silua.conſi.
28.nu.13.conſi.60.nu.9. Alc.in conſi.61.in fi.in-
ter conſi.Silua.& doctrina Bal.in capit.1.§.1.per
quos fiat inueſtitura, non probat vaſallum poſſe
collectari pro re feudali, ſed ponit quando onus
eſt impoſitum rei feudali, an dominus, vel vaſal-
lus teneatur ſoluere; & concludit pertinere ad va-
ſallum, qui percipit fructus, & intelligit de oneri-
bus, quæ vaſallus tenetur ſubire: atque ita decla-
rat Purpur.d.conſi.543. in princ.& eodem modo
intelligi debent Soc. & Natta,qui ſequuntur Bal.

Quod verò dictum eſt,malam fidem impedire,
ne potuerint Dñæ ſorores & ſui authores præſcri-
bere, rñdeo quod imò in præſcribenda libertate a
29 ſolutione onerum mala fides,ideſt ſciētia,† quod
quis teneatur ad collectas,nō impedit. ita dicit in
terminis Bal.in conſ.257.in fi.vol.2.vbi inquit ꝙ
libertas pręſcribitur etiam ab eo,qui ſcit ſe teneri,
allegat l.ſequitur,§.ſi verò,ff.de vſucap.eum pro-
bat Iaſ.in conſ.25.nu.6.in 3.& conſ.101.num.29.
vol.4.Bello.in cōſ.39.nu.4.Rub.in conſ.21.nu.3.
Rol.in d.cōſ.5.n.59.vol.1.Gram.deciſ.100.n.23.

Secundò reſpōdeo,quòd hic ceſſat mala fides,
30 quia in dubio pręſumitur bona fides † in poſſidē-
te,gl.Abb. & alij in c.ſanctorum, in c.ſi diligenti,
in c.auditis,in c.fi.de præſcrip. glo.in l.emptionis
titulo,in ver.tenuerint, C.de præſcrip.30. annor.
Bar.Bal.Ang. Butr.Alex.Curt.ſen. Balb. & Curt.
iun.quos citat, & ſequitur atteſtando de commu-
ni D.Becius in conſi.95.nu.9.& hanc opinionem
tenent Iaſ.Alc. Didac.& Tiraq. quos approbādo
refert Ferdi.Vaſq.illuſtr.quæſt.c.79.nu.15.qui di
cit cōem, etiam qñ nullus allegatur, vel probatur
titulus,quod etiam voluerũt Balb. & Bec.in locis
prædictis, qñ alius antiquior poſſeſſor non appa-
ret. hæc autem opinio facilius procedit in poſſeſ-
ſione 30.annor.quia ex ea pręſumitur bona fides,
31 & purgatur mala fides, † quæ inſurgit ex defectu
tituli,ſecundum Bar.in l.1.in fi.C.vnde vi.vbi Sa-
li.col. fi.Abb.qui dicit ſingulare & menti tenendũ
in d.c.ſi diligenti,col.3.Bal. & Ang.in l.ſuper lon-
gi,col.3.C.de præſcrip.30.annor. Alex.Cor.Soc.
& Cur. ſen.citati a Balbo in repe.l. Celſus, par.3.
num.11.in 4.conclu.ver.ex præmiſſis infertur, &
ver.iſtam ſuam concluſionem, ff.de vſucap.Crot.
in conſ.65.nu.12.Iaſ.§.ſed iſtæ,num.10. Inſtit.de
actio.Aret.in cōſ.63.col.pen.Crau.de antiq. tēp.
par.4.§.materia iſta,nu.4.& hanc dicit cōem opi-
nionem Vaſq.illuſtr.quæſt.c.81.nu.2.& in termi-
nis,quod ad præſcribendũ immunitatem ſufficiat
bona fides præſumpta ex curſu longiſſimi tēporis,
vult Balb.in d.tract.in 2.par.5.par.prin.q.7. in fi.
Cōtrarium autem procedit in mala fide vera,quæ
nullo tempore purgatur. ita diſtinguit in propoſi-
to Feſtaſ.d.tracta.par.4.c.4.nu.24. vbi dicit aliud
eſſe, quando bona eſſent deſcripta in regiſtro, &
Ita loquuntur Doctores in contrarium allegati.

Ceſſat item mala fides ex eo quod nũquam ip-
ſe,vel authores ſui fuerũt interpellati ad ſoluēdũ:
nã is quoque,qui verè debet,pręſcribit,& non di-
32 citur in mala fide, ſi non † fuit interpellatus, quia
pōt credere qđ creditor velit remittere, vel maio-
rem gratiã facere differēdo, Hoſti.in ſum.de præ-
ſcrip.§.quæ res, col.1.Abb.in c.fi.n.18.de ꝑſcrip.
in c.quod clericus,nu.43. de foro comp. Dec.cōſ.
554.col.1. Cacialup.in l.omnes populi, nu.65.ff.
de iuſt.& iu.Ripa conſ.169.nu.5.Tiraq.qui mul-
tos citat in l.ſi vnquã, in ver.reuertatur, nu.390.
C.de reuoc.dona. Vaſq.illuſtr.quæſt.c.76. nu.8.

Reſponderi etiam poteſt,quod hoc agimus nō
ſolum de curſu 30. & 40.annor.ſed etiã de imme-
moriali tempore, quo caſu nō requiritur bona fi-
33 des, quia lapſu tanti temporis † præſumitur titu-
lus,& bona fides, Inno.d.c.ſi diligenti,vbi Abb.in
fi.cum multis apud Balb.d.tract.in 2.p.3.p.princ.
q.6.nu.12. & in d.l. Celſus,par.3. nu.7. & poſſem
multos allegare,quos omitto. Rurſus video allega
tum tranſactionis titulũ in inſtrumēto anni 1528.
ibi enim dicũt authores harum ſororum,quod ex
tranſactionibus antiquis ipſi non tenentur onera
agnoſcere pro ſuis bonis: atq; ita allegant titulum
quod etiam ſecundum allegata in contrariũ ſuffi-
cit. Vltimò aduertatur,quod hic agitur nō de exē-
ptione,vel immunitate propria,quia bona hæc nũ
quam fuerũt ſubiecta,ſed ſemper libera, vt dicam
inferius: ergo propriè non eſt præſcriptio,& con-
ſequenter non requiruntur bona fides & titulus.

Alia verò requiſita notata per Alexan. in dicto conſ. 136. non ſunt, vt exiſtimat, neceſſaria. in primis, n. quod dicit de interpellatione, eſt falſum, & qui ab eo citantur Doctores loquuntur in actibus merè voluntarijs, in quibus nõ acquiritur poſſeſſio, niſi quando interpellatus quis recuſat. verum in collectis ſufficit, quòd fuerint aliquando impo-
34 ſitæ † collectæ, & a multis exactæ, quod ſi tunc aliqui non ſoluant conſtituuntur illi in quaſi poſſeſſione libertatis, ita declarat Crau. in d. conſil. 112. nu. 21. & ſeq. vbi dicit illud fuiſſe nimium audacter ab Alexand. dictum, & hanc ſententiam, quando extat titulus, vel aliquid loco tituli, ꝓbauit Balb. in d. quæſt. 10. 7. nu. 4. Gram. in deciſ. 100. num. 25. Rub. in conſ. 21. nu. 3. Natta in conſil. 406. nu. 21. conſil. 446. num. 15. Cæphal. in conſil. 129. nu. 10. in fine. & dicit Natta in conſ. 226. in fi. quod omnia illa requiſita non ſunt neceſſaria, Feſtaſ. d. cap. 4. num. 18. Roland. conſil. 5. num. 61. vol. 1.

Similiter non eſt neceſſe, quod præſcribẽs pro-
35 bet ſe non ſoluiſſe, ſed ſufficit q allegent † non ſoluiſſe, vt concludit Bar. d. conſ. 59. Com. conſ. 142. colum. pen. vol. 3. Crot. in conſil. 134. nu. 4. verſic. ſed inſtari poterit, Natta in conſi. 406. nu. 12. conſil. 446. nu. 14. Crau. in conſ. 57. num. 9. conſ. 111. nu. 11. Menoch. in conſ. 75. nu. 8. Gabr. commun. opinio. lib. 1. tit. de probatio. concluſ. 6. nu. 38. qui enim vult dicere eas ſoluiſſe, tenetur probare.

Quod item dictum fuit de titulo, non habet locum: quia vt dixi ſupra, verſi. ſecundo rñdeo quòd hic ceſſat, &c. bona fides præſumitur ꝓpſu longiſſimi temporis, etiam quando non conſtat de titulo. Item fuit hic allegatus, ideo ſumus extra terminos, in quib. Balb. loquitur. Tertiò ſumus in poſſeſſione immemoriali, in qua etiam ſecundũ Balb. nõ requiritur titulus. Præterea ea diſtinctio Balbi, quòd non exiſtente titulo requiratur tempus im-
36 memoriale, non eſt vera, & † illam improbat Natta in conſil. 431. num. 27. & non procedit, quando interuenit ſcientia, & patientia partis; tunc enim inducitur præſcriptio ſine titulo. ita Imola in cap. cum eccleſia Sutrina, colum. penult. verſ. ſecundo modo poteſt, de cau. poſſ. & propr. Fel. in c. ſi diligenti, colum. 5. in 2. reſtrictione, de præſcrip. Dec. in conſil. 134. in fi. Natta d. conſil. 431. nu. 28.

Reſtitutio quoque non eſt Communitati con-
37 cedenda, quia † non datur ſine læſione, l. nam & poſtea, §. ſi minor, vbi Docto. ff. de iureiur. l. verſ. §. ſciendum, vbi Bartol. ff. de minor. Ang. in conſi. 312. in princip. vbi dicit læſione non probata obtinere aduerſarium, & ad hoc citaui multos in cõſil. 95. nume. 2. quinimo eatenus conceditur reſti-
38 tutio, quatenus † abſtulit læſio, clemen. prima, in fi. de reſtitut. in integr. Tiraq. de retract. conſang. §. primo, glo. 14. num. 74. cum multis, quos citaui in conſil. 79. num. 10. & in ſpecie Purpur. conſil. 492. nume. 24. quod autem hic nulla adſit læſio, oſtenditur, quia iſta bona nunquam allibrata, vel regiſtrata fuere, nunquam oneribus obnoxia, & eorum poſſeſſores nunquam pro eis agnouerunt collectas & onera, & ideo dici non poteſt q huiuſmodi præſcriptio attulerit damnum Communita-
39 ti. ita in terminis † conſiderat Barbat. in conſ. 26. nu. 20. in fi. verſi. nec obſtat, cum opponitur, vol. 2. vbi ait immunitatis priuilegium pro bonis, quæ nunquam fuerunt ſubiecta onerib. non poſſe dici damnoſa vniuerſitati, quando ea nũquam habuit collectandi ius formatũ: puta quia bona nunquã fuerint regiſtrata, quia propriè ea bona non dñr exẽpta, ſed præſeruata in ea libertate, in qua erant ab origine mundi, ſecundum Bald. d. conſil. 257. vol. 2. non enim naſcuntur homines vt compellantur on. ſubire, vt inquit Rube. d. conſi. 21. nu. 3. poſt Cyn. Abb. & Alex. ſed omnes naſcuntur liberi. pro dictam opinionem approbat etiã Cæphal. in conſi. 58. nu. 35. verſi. ſecundo placet reſpõſio, vbi dicit quod Communitas certat de lucro, quũ vult ad regiſtrandũ compellere pro bonis, q ab origine erãt libera, & quod per immunitatis priuilegiũ nõ læditur, quia tollitur ius nondum quæſitum, & aliud eſt damnũ pati, aliud lucrũ non facere, l. fi. §. pen. C. de codicil. cũ ergo bona hæc nullo vnquã tẽpore fuerint collectata, vel onerib. ſubiecta, vel in regiſtro deſcripta, nõ dicitur læſa Cõitas ex eo quod dñi præſcripſerint pro eis immunitatẽ: quia ſi ius collectandi non competebat Communitati, nihil fuit ſibi ablatum, proinde ceſſat reſtitutio.

De ordine Excellentiſſ. Senatus non eſt ſermo faciendus, quia in proceſſu non video illum fuiſſe productum: ſed vbi etiam extaret ordo aliquis eo modo diſponens, vti ſupra allegatur, non tamen noceret, quia nõ includeret hęc bona, quæ ex tranſactionibus ſunt immunia, & quorum poſſeſſores præſcripſerunt immunitatẽ. adduco quòd voluit in propoſito Caſtr. in conſi. 318. col. 3. nu. 2. verſi. tertia cauſa, ſeu ratio, volum. 1. vbi dicit ordinem
40 conſignãdi omnia bona † non ligare eos, qui eſſent immunes, quia ea conſignatio fit ad effectum grauandi conſignantes. qui autem grauari nõ poſſunt, quia immunes, nõ tenentur cõſignare, ſequitur Natta in conſil. 328. nume. 7. vbi pariter dicit proclama de regiſtrando bona, non ligare immunes, dixi in conſil. 135. num. 85.

Octauum fundamentum non vrget: quia vt dixi, non eſt verum, quod bona, quæ nunquam fuerunt regiſtrata, vel oneribus ſubiecta, regiſtrari debeant; imò qui nunquam fuit collectatus, poteſt recuſare ne ſoluat, præcipuè quando per quadraginta annos ceſſauit, & multo minus, quando per immemoriale tempus. Secundò reſpondeo, quod vbi etiam agentes Communitatis inſpecta iuris diſpoſitione poſſent collectare bona, non antea regiſtrata: tamen in præſenti caſu extat præſcriptio, tam reſpectu eorum, quæ dicuntur acquiſita poſt mortem Domini Gabrielis, quam etiam reſpectu eorum, quæ antiquitus ante illius mortem poſſidebantur, quæ tollit illam facultatem, vt ſupra dixi. Tertiò dico quod Communitas, quæ agit ad regiſtrationem, tenetur probare, quòd bona, quæ petit regiſtrari, ſint acquiſita poſt mortem Domini

ni

ni Gabrielis. alia enim ſunt indubitāter immunia
vigore tranſactionis prædictæ, vt demonſtraui in
6. fundamento: nam actor probat fundamentum
ſuæ intentionis, l. ei qui dicit, ff. de probat. & Do-
minæ ſorores ſunt in quaſi poſſeſſione immunita-
tis, ſeu libertatis, & hoc eſt poſſeſſionis cõmodũ,
§. reſtituendæ, Inſtit. de interd. facit quod voluit
Dec. conſi. 517. nu. 5. & 6. Rim. in conſi. 22. nu. 3.
& 9. vol. 1. Socin. iun. in conſ. 67. nu. 15. vol. 1. di-
41 cunt ſtãte ſententia quod ſocer † mittatur in poſ-
ſeſſionem bonorum fratris, exceptis feudis maſcu
lis, & bonis quorum fœminæ nõ ſunt capaces, de-
bere ſororem probare, quę ſint bona quorum ipſa
ſit capax. Accedit quod reo ſufficit offuſcare intẽ-
42 tionem actoris, ẽt ſi eam plenè nõ † deſtruat, Bal.
conſi. 79. nu. 9. vol. 2. Crau. conſi. 6. nu. 27. Natta
conſ. 32. in fi. & non ẽſt dubiũ, quin incertum ſit,
quæ fuerint quæſita bona poſt mortem Domini
Gabrielis, & quę eſſent antiqua, non ergo ferri dẽt
43 certum iudicium in † re dubia, Natta d. conſ. 32.
in fine. Cum hæc bona poſſint nõ minus eſſe anti-
qua, quàm ẽt poſtea quæſita, ideo non valet argu-
mentum, Purpur. in d. conſi. 565. quia cum res ſit
dubia, actor ipſe debet vel certificare Iudicẽ, quæ
ſint bona collectabilia, vel ſuccumbere.

SVMMARIVM.

1 Diſpoſitio dicitur ſpecialis, quando in vno ſolo poteſt verificari.
2 Argumentum ab vltimis voluntatibus ad contractus, valet.
3 Demonſtrationes non ſunt neceſſariæ, quãdo conſtat de corpore. intellige, vt nu. 13.
4 Demonſtrationes quæ quando ſunt poſitæ, & vna cõcordat, altera diſcordat, non vitiatur contractus. limita, vt num. 17.
5 Demonſtrationes ſi tres adſint, & ex eis vna diſcordet, non vitiat.
6 Demonſtrationes duæ ſi conueniũt non refert ſi aliæ plures non concordent.
7 Emptio & venditio conſenſu perficitur.
8 Vẽditio vitiatur, quãdo partes diſcordãt in corpore.
9 Incertitudo remouet conſenſum a toto, & a parte.
10 Conſtitutum non operatur, quando res eſt incerta ratione loci & quota.
11 Identitas rei probari debet per duas demonſtrationes, & nomen regionis.
12 Error in confinibs vitiat diſpoſitionem.
13 Error in corpore vitiat cõtractum, etiam ſi vnus ex contrahentibus ſenſerit de certo corpore.
14 Error in ſubſtantia vitiat in contractu oneroſo, ſecus in lucratiuo, vel vltima voluntate.
15 Teſtator in dubio legare videtur ius, quod habet in re.
16 Res aliena vendi poteſt.
17 Demonſtrationum duarum ſi altera vni corpori, altera alij conueniat, vitiatur actus.
18 Demonſtrationes duæ ſi duobus conueniant corporibus, res efficitur obſcura & dubia.
19 Demonſtrationes quatuor ſi adſint, & duæ vni, duæ verò alij rei conueniant, res eſt ambigua.
20 Demonſtratio quæ fit per confines, præualet proprio nomini.
21 Demonſtratio potentior vincit debiliorem, & plures vincunt vnam.
22 Clauſula, ſaluis alijs verioribus confinibus, arguit quod partes non voluerunt ſe reſtringere ad expreſſos.

CONSILIVM CCXXXV.

VENDITIO, quam fecit Dominus
Paulus Puteus Bonellus Domino
Bonifacio Irico de ſorte, quam ha-
bebat vltra Padum in regione ad
Ruptum ſub confinibus Domino-
rum fratrum de Schiapacacijs, & Petri Lonati, vi
detur poſſe ſuſtineri, licèt verè prædijs prædictis
non cohæreant prædia dictorum Dominorũ fra-
trum: moueor aũt pluribus rationibus, & primò
Dominus Paulus in illa regione nullum aliũ ha-
bebat fundum, præter prædictum: ergo cum ven-
ditio in eo ſolo verificari poſſet, habetur perinde
ac ſi apto demonſtrationum numero fuiſſet in in-
1 ſtrumento dẽſignatus, quia ſpecialis † dicitur di-
ſpoſitio, quando in vno ſolo poteſt verificari, l. 2.
ff. de libe. & poſthum. l. fundus, qui locatus, ff. de
fundo inſtru. facit quod inquit Iaſ. in l. ſi quis in
fundi vocabulo, nu. 41. in fine. verſ. quid tenendũ,
ff. de leg. 1. vbi licèt teſtator nihil cẽſeatur legare,
qñ dicit, lego aratorium prædiũ, quod habeo iux-
ta Titium, ſi eo loco habebat pratum, ſecundũ gl.
Ang. Imolam, Raph. & Alex. ibi: tamen ſi in eo lo-
co ſolum illum habebat fundum, tenet ſuſtineri le
gatum, quia ſatis ex eo cõſtat de corpore, & ita in
terminis dicit Alba in conſi. 10. nu. 7. & licèt Iaſ.
in loco prædicto loquatur in vltimis volũtatibus,
2 valet tamen † argumentum ab eis ad contractus,
l. pactum inter hæredem, ff. de pac. Alexan. in l. ita
ſtipulatus, là grande, num. 31. ff. de verbo. obliga.
poſt Barto. in l. demonſtratio falſa, ff. de cond. &
demonſtra. Alba, qui ita reſoluit, in d. conſi. 10.
num. 10. & quod hoc modo res dicatur ſufficien-
ter demonſtrata, voluit etiam Crau. in conſi. 112.
nu. 5. & quomodocunque conſtet de corpore, va-
let contractus, etiam ſi omiſſa fuerit omnis demõ-
3 ſtratio, † ſecundum Barto. in d. l. ita ſtipulatus,
num. 9. vbi Alex. nu. 30. & 31. & Iaſ. nu. 15. Felin.
in c. cum cauſam, col. fin. de probat. Alba in dicto
conſi. 10. nu. 12. dicens eſſe generale in omni ma-
teria, quod ſuſtineatur incerta promiſſio, ſi con-
ſtet de qua re contrahentes ſenſerint.

Secundò clarum eſt, quod in præſenti caſu vna
demonſtratio conuenit, quia fundo vendito cohę
4 ret Petrus Lonatus: licèt aũt alia † diſcordet nõ
non vitiatur contractus, vt videtur tex. in l. pen. §.
paterfamilias, ff. de lega. 3. per quẽ ita dixit Iaſ. in
d. l. ſi quis in fundi vocabulo, n. 34. ſequitur Alba,
d. conſ. 10. n. 22. ad idẽ eſt tex. in l. patronus, §. pri-
mo, & in l. ex his verbis, ff. de leg. 3. quos text. alle-
gat Caſt. ad hoc, in l. ſi in nomine, in fi. C. de teſta.

Tertiò

Tertiò addo quod prẹter demõſtrationem Pe-
tri Lonati conuenit ẽt mẽſura, quia dicitur in in-
ſtrumento illam eſſe modiorũ vndecim, & ita duẹ
videntur concordare demonſtrationes. nõ itaque
curandum, quod vna diſcordet: quia ſi ex tribus
confinibus duo conueniunt, & tertium ſit falſum,
5 dicitur conſtare † de corpore, & valet contractus,
Caſtr. in l. demonſtratio falſa, in princip. nu. 6. ff.
de cond. & demonſtr. quia fruſtra addita fuit ter-
tia demonſtratio, qñ res ſatis erat deſignata per
duas, l. primã, in fin. ff. de dote praleg. idem tenet
Alex. in d. l. ſi in nomine, nu. 2. verſi. potes reſpon
dere, C. de teſtam. idem Alex. in conſi. 73. nu. 7. in
fine, vol. 3. & in conſi. 38. num. 4. vol. 5. Roland. in
conſi. 67. nu. 18. vol. 2. idem voluerunt Ruin. Pa-
riſ. Socin. iun. & Alcia. quos citat, & ſequitur Me-
noch. in trac. de arbitr. iud. caſu 105. nu. 12. & no-
uiſſimè Simon de Pret. in tract. de coniect. vltim.
volun. li. 5. interpret. 2. dubit. 4. nu. 323. vbi poſt
Alex. limitat ſolum, qñ ageretur de pẹna, quia ad
excuſandum ab illa non ſufficit duas demonſtra-
tiones eſſe veras, niſi tertia quoque verificetur.

Quartò addi poteſt, quod hic non ſolum duæ,
ſed aliæ conueniunt, nempe Petrus Lonatus, mẽ-
ſura, regio in qua eſt poſita, quæ oẽs dicuntur de-
monſtrationes, vltra quod conuenit ẽt qualitas,
quod ſcilicet ſit ipſius Domini vẽditoris, propte-
rea ſufficienter res dicitur demonſtrata, ita in ſimi
li Crau. in reſpon. pro genero, num. 321. ubi hoc
modo colligit numerum demonſtrationũ. quini-
mo ubi duæ conueniunt, non eſt curandum ſi aliæ
6 † multo plures diſcordent, quia non attenditur
quod ſit præter neceſſitatem: ita aperte dicit Caſt.
in d. l. ſi in nomine, alleg. in d. l. primam, in fin. vbi
Barto. ff. de dote præleg. Felin. in ca. cum cauſam,
col. fi. uerſi. quinto ſcias, de probation. & ita quo-
que uoluerũt Riminal. & Pariſ. in locis citatis per
Roland. qui ita quoque tenet d. conſi. 67. nu. 18.
Crau. in d. reſpon. pro genero, nu. 326. Hieron. de
Monte in tract. finium regund. cap. 87. nu. 4. quia
ſecundum eum quidquid adijcitur ultra neceſſa-
riam demonſtrationem, fruſtra ſit, & non uitiat,
Ang. in trac. malef. in ver. Caium Sempronij, verſ.
quæro, quid ſi, nu. 5. Cæph. in conſi. 443. n. 35. &
ſeq. vbi impugnat Alex. contrarium tenentem, &
hoc dicit ipſe procedere in fortioribus terminis,
ideſt qñ ex quatuor demonſtrationibus duẹ cõue
niunt, & duæ non. tunc. n. vult, quod ẽt actus ſuſti
neatur, quod voluit quoque Rol. prẹdicto, dicens
contra Caſtrenſ. eſſe communem opinionem.

Cẹterum ſi diligenter inſpiciatur qualitas pro-
poſiti facti, contrarium erit dicendũ, contractum
ſcilicet prædictum eſſe nullum, & nõ poſſe aliquo
modo ſuſtineri, quia partes diſcordarũt in corpo-
re: Dominus enim Paulus id egit vt venderet prẹ-
dium, quod erat ſuum, & cui cohæret Petrus Lo-
natus: Dñus verò Boniſacius voluit aliud emere,
quod eſt iuxta Dominos fratres Schiapacacias.
7 emptio † enim & venditio eſt ex contractibus, qui
conſenſu contrahuntur, l. conſenſu, ff. de actio. &
oblig. Inſtit. de oblig. & conſi. in prin. hic vero non
conſenſus, ſed diſſenſus interuenit, cum vnus ex
contrahentibus de vno, alius de alio ſenſerit præ-
8 dio. error itaque in corpore ſeu re † vendita vitiat
diſpoſitionem, vt eſt text. expreſſus in l. in vendi-
tionibus, ff. de contrahen. emp. vbi glo. & Docto-
res notant, quod ſi emptor credidit ſe vnum cor-
pus emere, & venditor de alio cogitauit, nihil agi-
tur, gl. in l. ſi quis in fundi vocabulo, vbi ẽt Iaſ. nu.
31. qui dicit hoc procedere in quocunque cõtra-
ctu oneroſo propter pretium, vt ibi Ripa, nu. 11.
& ratio eſt, quia incertum eſt quid veniat in ipſa
9 venditione, & incertitudo remouet † conſenſum
a toto, & a parte, l. decem, ff. locati. & no. in ca. pri-
mo, de arbitr. in 6. & vitiat omnem diſpoſitionẽ,
vt latiſſimè probat Marſi. in rub. C. de probat. nu.
382. & ſeq. & licèt aliquando incertitudo rei non
vitiet venditionem, vt quãdo emitur iactus retis,
l. ſi iactum retis, ff. de actio. emp. tñ dum res eſt in-
certa, non valet venditio: ideo qñ res eſt incerta ra
tione, vt quia dictum eſt, vendo tot iugera ex præ-
dio maioris menſuræ, non ualet uenditio, donec
facta eſt menſura, l. ſi in uenditione, ff. de peric. &
com. rei uendi. l. Iulianus, §. Titius, ff. de acti. emp.
l. quod ſæpe, §. in his, ff. de contrah. emp. & faciũt
10 quæ de † conſtituto ponũt Bar. Imola, Caſtr. Ale.
Aretin. & Iaſ. in l. 3. in §. Incertum, ff. de acq. poſſ.
Bero. conſi. 58. nu. 15. volum. 3. Tiraq. de conſti.
poſſ. par. 3. limita. 19. num. 1. & ſeq. Marſi. d. rubr.
C. de probatio. num. 400.

Quod autem res ſit incerta, probatur, quia idẽ-
titas rei, ut probetur, cõuenire debent duẹ demon
11 ſtrationes, † eſt text. in l. Titius hæres, ff. de actio.
emp. in l. cum ſeruo, §. fi. ff. de contrah. empt. glo.
in l. forma, in uer. uicinos, ff. de cenſib. Din. in l. pa
tronus, §. 1. ff. de legat. 3. & dicit Bar. in l. demon-
ſtratio falſa, in princip. quæſtio. 7. n. 14. ff. de cõd.
& dem. tunc conſtare de corpore rei, quando ap-
ponitur nomen loci cum duobus confinibus. idẽ
dicunt Bar. Alex. & alij in l. ſi quis in fundi uoca-
bulo, ff. de leg. primo, Ale. in conſi. 73. num. 4. uol.
3. Socin. in conſi. 89. num. 9. uol. 1. & in conſi. 54.
nu. 20. uol. 4. & in emptione hoc uoluit expreſsè
Alex. in conſi. 180. num. 6. uol. 6. ubi dicit eſſe de
ſubſtantia emptionis, & uenditionis, Crau. in cõſ.
198. nu. primo, & in d. reſpon. pro genero, n. 321.
Natta in conſi. 314. num. 4. Alba in conſ. 10. num.
5. ubi dicit eſſe notam & communẽ concluſionẽ,
Hiero. de Monte in tracta. finium regundo. cap.
86. nu. 1. Rolan. in conſi. 67. nu. 15. uol. 2. ubi ci-
tando Bald. Corn. Socin. Ruin. & Pariſ. dicit non
eſſe ab hac opinione recedendum in conſulen-
do, uel iudicando, Simõ de Pret. d. dubit. 4. & ult.
nu. 321. & ubi diuerſa ſunt confinia, tunc res ar-
guuntur eſſe diuerſẹ, ut inquit Ruin. in conſi. 50.
nu. 2. uol. primo. & qñ res non eſt bene deſignata,
tunc diſpoſitio non ualet, puta ſi erratũ eſt in cõ-
12 finibus, † ut inquit gl. in l. ſi quis in fundi uocabu-
lo, ff. de legat. primo, ubi dicit, ſi teſtator legat ui-
neam, quæ erat iuxta Titium, quod legatum non
ualebit,

valebit ſi erat pratiuum prędium, non vineatũ, ſe-
quitur Ang. ibi, qui ſubdit fuiſſe ita determinatũ
contra quendam ſuum conſanguineum, idipſum
quoque eodem in loco probarunt Imola, Raph.
& Alex. Natta in conſi. 138. nu. 18. ſed in præſen-
ti caſu prædium nõ fuit certitudinariè deſignatũ,
vel demonſtratum, quia ex duabus demonſtratio
nibus vna ſola conuenit, alia verò diſcordat, pro-
pterea non poteſt dici quod venditio ſuſtineatur,
& id apertius fuit ex reſolutione contrariorum.

Non obſtat igitur, q primo loco dicebatur Do-
minum Paulum vẽditorem nullum habere alium
fundum in ea regione præter illum, quem dicit ſe
vendidiſſe, atque ideo haberi atque ſi omnia con-
finia fuiſſent expreſſa: quia procedere poteſt in le-
gato & vltima voluntate, quę dependet omnino a
ſolius teſtatoris ſenſu. ſed in contractib. aliud eſt;
hi enim duorum exigunt conſenſum: & ideo licèt
vnus de vno ſentiat corpore, alius de alio, vitiatur
contractus. quod ſecus eſt in legato, in quo ſufficit
13 quod teſtator † ſentiat de certo. ita diſtinguit in
ſimili glo. in l. cum poſt, §. gener, ff. de iure dot. &
ſequitur Bart. in l. ita ſtipulatus, la grande, nu. 8. ff.
de verb. obl. vbi allegat etiã gl. in l. ſi quis a filio, §.
ſi quis plures, ff. de leg. 1. & Caſt. in d. l. ita ſtipula-
tus, dicit eſſe bene notandũ, hoc etiam voluit Cu-
man. in d. §. ſi quis plures, licèt Alex. in d. l. ita ſti-
pulatus, nu. 33. & Iaſ. nu. 15. cõtrarium tenuerint.
& qñ agimus de contractu oneroſo, tunc error in
ſubſtantia vitiat, non autem in contractu lucrati-
14 uo, † ſeu in vltima voluntate, vt impugnando glo.
tenuit Iaſ. in d. l. ſi quis in fundi vocabulo, nu. 31.
& ante eum Bar. in d. l. demonſtratio falſa, nu. 10.
& ibi Soc. nu. 9. & illa ratio, quod ex quo vnum ha
bet fundum, videatur de illo intellexiſſe, optimè
procedit in legato, quia rei alienæ legatum nõ va-
let, niſi probetur teſtatorẽ ſciuiſſe quòd eſſet alie-
na, §. quòd autem diximus, Inſt. de legat. & in du-
15 bio cenſetur teſtator legare † quod ſuum erat, nõ
autem quod erat alienum, l. ſerui electione, §. fin.
ff. de legat. 1. l. quod in rerum, §. 1. l. ſi domus, §. fin.
ff. eo. tit. l. vxor patrui, C. de legat. res autem aliena
16 † vendi poteſt, l. rem alienã, ff. de contrah. empt.
gl. in l. ſi quis alienam, ff. de actio. emp. Alex. in cõ-
ſil. 69. in princ. vol. 4. Rolan. in conſi. 57. num. 20.
vol. 3. conſi. 60. nu. 57. conſi. 100. nu. 43. vol. 4. ea
autem ratio bene ſuadet, quod venditor ſenſerit
de illo, ſed non infert, quod emptor quoque de
eo ſenſerit, & vtriuſque conſenſus debet in eandẽ
rem conuenire, aliàs non valet actus.

Quod verò dicitur ſufficere quod vna ex demõ
ſtrationib. conueniat, licèt alia diſcordet; quia rñ-
detur hoc fore verum, ſi ea quæ non conuenit huic
prædio, non conueniret ẽt alij. ſed in propoſito li-
cèt Dñi fratres de Schiappacacijs non cohæreant
prædio Dñi Pauli, cohærent tamen alij prædio, de
quo ſenſerat Dominus Bonifacius, & quod eſt in
termedium inter prædium Dñi Pauli & illud Do-
minorum de Schiappacacij, quãdo autem ex dua-
bus demonſtrationib. vna conuenit vni rei, & al-
17 tera † alij, tũc res efficitur dubia, & diſpoſitio non
ſuſtinetur. ita contrarium dictum declarat Iaſ. in
d. l. ſi quis in fundi, nu. 34. & quamuis nihil alle-
gat, tamen ante eum hoc tenuit Caſtr. in l. ſi in no
mine, nu. 4. C. de teſtam. vbi ita limitat deciſionẽ
prædictam, vt ſcilicet non procedat, quando alia
demonſtratio conuenit alteri rei. & dicit ibi Alex.
eſſe notandum & quotidianum, & probat Rim. in
fi. ſubdens eſſe notabile, & idem tenuit Corn. ibi,
Alba in conſ. 10. nu. 22. Simon de Prętis d. dubit.
4. nu. 327. vbi allegat ẽt Ruyn. qui tñ mihi hoc nõ
dicit; quinimo illi intermedio prædio conueniunt
ambę demonſtrationes, qua ratione dicendũ eſt,
qđ partes de eo, non de alio ſenſerint, ex quo illi
omnes conueniunt, Caſtr. loco prædicto, nu. 4.

Eodem modo tollitur quod dictum fuit p̄dio
Domini Pauli conuenire nedum demonſtrationẽ
Petri Lonati, ſed etiam menſuram, ideo non eſſe
curandum de alia, quãdoquidem ea menſura con
uenit etiam intermedio prædio, de quo ſenſit Dñs
Bonifacius, atque ita res in dubio conſtituitur. ad
duco quod voluit Bart. in d. l. demonſtratio falſa,
in princ. in quæſt. 7. nu. 15. in fi. ff. de cond. & dem.
18 vbi ait, quod & ſi res dicatur in claro, † & conſtet
de corpore quando duæ conueniunt demonſtra-
tiones, tamen ſi aduerſarius oſtendat ſicuti illæ
conueniunt etiam alij rei, ponitur res in obſcuro,
ſecundum formam l. duo ſunt Titij, ff. de teſtam.
tute. & cum duo extent prædia eoſdem habentia
cõfines, non poteſt dici quod partes ſenſerint ma-
gis de vno, q̃ de alio, ſequitur ibi Caſtr. n. 6. dicẽs
quod eo caſu non conſtat de corpore, Caſtr. &
Alex. in d. l. ſi in nomine, Ruyn. in conſi. 115. n. 3.
& 14. vol. 5. Alba d. conſi. 10. num. 13. Simon d. 4.
dubit. nu. 327. & fortius nu. 331. facit etiam quod
poſt Bart. dicit Soc. d. l. ſi quis in fundi vocabulo,
nu. 4. & 5. quod & ſi probato nomine proprio res
reddatur certa, tamen ſi demõſtretur alia res eiuſ-
dem nominis, efficitur dubia.

Pari quoque reſolutione diluitur quartum ar-
gumentum: quia licèt ſufficiant duæ demonſtra-
tiones, ita quòd non ſit curandum ſi aliæ plures
non conueniant, tamen intelligi illud debet cum
moderatione, vt ſcilicet vendicet locum quando-
que illi corpori non conueniũt demonſtrationes
non etiam conueniunt alij: ſed quando multæ de-
19 monſtrationes † vni corpori non conueniunt, ſed
alteri accommodantur, tunc redditur incerta res,
& ambiguus animus Iudicis, nequit vni quàm alij
applicari, probat tex. in l. patronus, §. primo, ff. de
lega. 3. per quem dixit Ang. in d. l. ſi in nomine, C.
de teſtam. quod ſi ex quatuor demonſtrationibus
duæ conueniant uni rei, & aliæ duæ alteri, res re-
manebit incerta, & probatio erit ambigua, ſequi-
tur Soc. in d. l. ſi quis in fundi vocabulo. ad idem
allegatur Caſtr. in l. in teſtamento quidam, ff. de
condit. & demonſtr. quem citat, & ſequitur Alex.
in conſi. 73. nu. 8. verſi. plus dicit, vol. 3. & in conſi.
38. nume. 5. vol. 5. quia non magis iſtæ, quàm illæ
præualere debent, ſed vna probatio elidit aliam,

Docto-

Doctores in l. admonendi, ff.de ireiur. ſicut vna
præſumptio aliam elidit, l.diuus, ff.de in integ.re-
ſtitut.& quamuis Rol.d.conſi.67.num.18.vol.2.
dicat quòd Caſtr.malè loquitur, tamen hoc eſt ve
rum, ſi duæ aliæ demonſtrationes ſimpliciter qui-
dem non conuenirent, ſed nec etiam conuenirent
alij rei. ſed quando duæ demonſtrationes vni rei
non conuenientes, alij tamen conueniunt, tunc ſe
inuicem elidunt, & res dicitur ambigua, & Caſtr.
non habet contradictorem, atque ita illius dictum
intelligit, & declarat Alex. d.l.ſi in nomine, nu.2.
circa finem, verſi.quod intelligo verum. & Rimin.
ibi in fi.verſi.quod intellige verum, quando appa
reret. Ruyn.in d.conſil.115.nu.4.volum.5. Pariſ.
in conſi.58.nu.22. & 24.vol.3.vbi dicit quod pa-
res demonſtrationes rem deducunt in ambiguũ,
& ille ſuccumbit ad quem ſpectat onus probandi.
hoc etiam modo declarat Rolan. d.conſil.67. nu.
19.atque ita ſaluantur Caſtr.& Alex.ab impugna
tione Cæphali, & aliorum, eodem modo eum de-
fendit Hieron.de Monte d.tract.cap.87.nume.8.
cum ergo intermedio prædio conueniant ferè om-
nes demonſtrationes, ideſt cohærentia dictorum
Dominorum fratrum, Petri Lonati, menſura, re-
gio, & alia, clarum eſt quod contractus ſit incer-
tus, & licet prædio Domini Pauli conueniat enun
ciatio illa poſita in inſtrumento, dum dicit, quod
vendit prædium, quod habet, &c. quæ non conue
nit alij: tamen econtra intermedio prædio conue-
nit cohærentia dictorum fratrum, quæ tamen non
conuenit prædio Domini Pauli, fit vt demonſtra
tiones remaneant pares; imò magis attenditur de
20 monſtratio, † quæ fit per confines, quam ea quæ
fit per nomen proprium, ſecundum gl. in l.ſi quis
in fundi vocabulo, vbi Doctores, præcipuè Alex.
num.10.Iaſ.num.32. & Ripa, num.17.& ante eos
Bart.d.l.demonſtratio falſa, num.18.Ruyn.in con
ſil.115. nume.15. volum.5. Hieron. de Monte d.
tract.cap.85.in princ.Simon de Prætis d.dubit.4.
num.330.& inter demõſtrationes attenditur ſem
21 per illa, quæ eſt potentior, † Alex.in d.conſil.38.
num.5. vbi dicit quod ſi ab vna parte conueniant
plures, illę attenduntur, & in conſi.8. nu.4.vol.4.
Iaſ.pulchrè d.l.ſi quis in ſundi vocabulo, num.31.
& Ripa, nume.21.& per hęc tollitur vis clauſulæ,
& ſi alij ſint veriores confines, quæ videtur qui-
dem arguere quod voluerit venditor ſe reſtringe-
22 re † ad illos confines, ſecundum Alexan. in con-
ſil.8. numero 8. volum.4. Pariſ. in conſi.64. nu-
mero 28.volum.1.Hieron. de Monte d.tract.cap.
88. in fi. ſed cum non apparet de corporis verita-
te, ex alijs remanet res incerta.

S V M M A R I V M.

1. *Subſtitutio concepta in vnum caſum, non extenditur ad alium.*
2. *Fideicommiſſum eueniſſe qui dicit, probare tenetur.*
3. *Ablatiui abſoluti important conditionem.*
4. *Promiſsio fructuum naſciturorum, intelligitur ſi naſcantur.*
5. *Datũ ſub vna cõditione, cẽſetur ademptũ ſub cõtraria.*
6. *Conditio ſi deficit, idem eſt ac ſi diſpoſitio non eſſet facta.*
7. *Omiſſum habetur pro omiſſo, & remanet in diſpoſitione iuris communis.*
8. *Teſtator nõ ſufficit, quòd ita velit, niſi ẽt ita diſponat.*
9. *Mors eſt priuatio vitæ.*
10. *Mori non dicitur, qui nunquam eſt natus.*
11. *Deceſſiſſe non dicitur ſine liberis, qui liberos habere non poterat.*
12. *Subſtitutio facta, ſi poſthumus decederet ſine filijs, nõ habet locũ poſthumo non nato. ſed contra, nu.26.*
13. *Tunc, dictio, denotat temporis extremitatem, & reſtringit diſpoſitionem ad caſum expreſſum.*
14. *Subſtitutio facta poſthumo decedenti ſine liberis, nõ habet locum poſthumo non nato, quando dictum fuit, tunc. ſed contra infra, nu.46.*
15. *Qualitas ſtare non poteſt ſine ſubiecto.*
16. *Grauari non poteſt, qui non fuit honoratus. limita, vt num.52.*
17. *Subſtitutio non extenditur de vno ad alium caſum, quando per extenſionem excluderetur perſona magis dilecta.*
18. *Abſurdum vt euitetur, multa contra communes regulas conceduntur.*
19. *Vulgaris ſubſtitutio expreſſa dicitur, quando in ſubſtitutione ponitur verbum, vulgariter.*
20. *Subſtitutus vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, eligit ex qua velit ſubſtitutione ſuccedere.*
21. *Vulgaris ſubſtitutio locum habet, quando inſtitutus non vult, vel non poteſt hæres eſſe.*
22. *Vulgaris ſubſtitutus admittitur omni caſu, quo inſtitutus non poteſt eſſe hæres, vndecunque impotentia proueniat.*
23. *Vulgaris ſubſtitutio facta in vno caſu, extenditur ad omnem caſum ſimilem, & includit omnes caſus, per quos inſtitutus impeditur ſuccedere, & ibi latè exornatur, & procedit etiam in vulgari, quæ comprehenditur ſub compendioſa.*
24. *Vulgaris incluſa ſub compendioſa, dicitur ſolum expreſſa verbis generalibus.*
25. *Subſtitutus filio decedente ante patrem admittitur, ſi patri ſuperuiuens repudiet eius hæreditatem.*
26. *Subſtitutus poſthumo decedenti ſine filijs admittitur eo non nato.*
27. *Interpretatio fieri debet, ne diſpoſitio reddatur ſuperflua.*
28. *Clauſula quando cenſeatur appoſita ex conſuetudine notarij.*
29. *Clauſula omnes ſcripta cenſentur de voluntate teſtatoris, quando poſſunt diſpoſitioni conuenire.*
30. *Subſtituo verbum, eſt commune, & aptum comprehendere obliquam ſucceſſionem.*
31. *Verba hæc, hæredem ſuum eſſe voluit, ſunt directa, & non important fideicommiſſum.*
32. *Fideicommiſſarius non eſt propriè hæres.*
33. *Teſtator ſi relinquit vxori mille tota tempore vitæ ſuæ, donec caſtè & honeſtè vixerit, & poſt eius mortem ea relinquat Titio, erit locus ſubſtituto, ſi contin-*

contingat uxorem inhoneſtè viuere.

34 *Notarius ſi quid in teſtamento omiſit, poteſt id ſupplere per viuam vocem teſtium.*

35 *Teſtes duo ſufficiunt ad declarandum dubiam teſtatoris intentionem.*

36 *Hæres licèt non ſit expreſſè nominatus in teſtamento, ſufficit tamen tacita inſtitutio.*

37 *Subſtitutio extenditur ad caſus diſsimiles, etiam ſi facta ſit per modum conditionis, quando in eis teſtator fuiſſet idē diſpoſiturus, ſi eſſet interrogatus.*

38 *Vulgaris ſubſtitutio ſub vna conditione, extenditur ad aliam.*

39 *Conditione deficiente, non deficit ſubſtitutio, quando in eo caſu teſtator fuiſſet idem relicturus.*

40 *Inſtitutio quando efficitur caduca, deficit omnis cōditio oppoſita in ſubſtitutione ei facta.*

41 *Omiſſus non dicitur caſus, in quo teſtator idem ſtatuiſſet, ſi fuiſſet de eo interrogatus.*

42 *Omiſſus non dicitur caſus, in quo militat eadem ratio.*

43 *Omiſſus non dicitur caſus, qui comprehenditur ſub tacita & coniecturata teſtatoris voluntate.*

44 *Conditio habetur pro non adiecta, quando facta eſt impoßibilis.*

45 *Voluntas teſtatoris in fideicommißis magis attenditur, quàm verba.*

46 *Subſtitutio facta in vno caſu per dictionem, tunc, extenditur ad caſum ſimilem.*

47 *Tunc, dictio, non impedit extenſionem ad alium caſum, quando conſtat de voluntate teſtatoris.*

48 *Subſtitutio vulgaris ſubrogatur loco inſtitutionis, & dicitur ſecunda inſtitutio, & poteſt fieri inſtituto.*

49 *Pupillaris ſubſtitutio continet vulgarem.*

50 *L. ab eo, C. de fideicommiſſ. procedit ſolum in ſubſtitutione fideicommiſſaria.*

51 *Fideicommiſſum continet onus.*

52 *Grauari vt quis poßit ſufficit, quod honor ſit deſtinatus, licèt caſu non habeat effectum.*

53 *Subſtitutionis primo gradu deficiēte, eſt locus ſecūdo.*

54 *Dilectus quis magis dicatur, cognoſcitur non ſolum ex qualitate perſonę, ſed etiam ex diſpoſitis in teſtamento.*

55 *Legatarius in re legata dicitur magis dilectus, quàm hæres.*

CONSILIVM CCXXXVI.

IN ſuo vltimo teſtamento Antonius Fizzorius de Verduno legauit aureos cētum quinquaginta Iacobinæ filiæ ſuæ: & quia vxor erat prægnans, ſi pareret filiam, ei tantundem reliquit: quod ſi maſculum peperiſſet, inſtituit eum hæredē vniuerſalem in omnibus bonis, & tali poſthumo decedente in pupillari ætate, vel alias quandocunque ſine filijs legitimis & naturalibus, tunc eidem poſthumo ſubſtituit ac hæredem vniuerſalem vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum eſſe voluit Facium Fizzoriū eius nepotem ex fratre. contigit, nullum naſci poſthumum, quare Facius nepos agit ex ſubſtitutione.

Cauſa verò inſtructa Prætor Verduni me conſuluit pro deciſione cauſæ. & diceret fortè aliquis,
1 non fuiſſe locū ſubſtitutioni, quia ſubſtitutio † cōcepta in vnum caſum, non extenditur ad alium, l. ſi. vbi Bar. C. de inſtit. & ſubſtit. l. fin. C. de hæred. inſti. ideo cū ſubſtitutio facta ſit poſthumo naſcituro, & is nō fuerit natus, nō erit locus ſubſtituto.

Secundò, quia qui dicit caſum fideicōmiſſi eueniſſe, tenetur † illud probare tanquā fundamentū
2 ſuæ intētionis, l. ei, qui dicit, ff. de probatio. l. actor quod aſſeuerat, C. eod. alias ſemper obſtat actori regula, quæ habet, ꝙ aſſerens caſum hunc includi probat, quia de hoc nō loquitur ſubſtitutio, Soci, conſi. 62. nu. 44. & ſeq. vol. 3. Gozad. in conſi. 21, nu. 8. Pariſ. in conſi. 86. num. 11. vol. 2. Soc. iun. in conſ. 155. col. 3. vol. 2. Crau. in conſi. 161. num. 16.

Tertiò ſubſtitutio facta de perſona Facij eſt cōditionalis, quia facta eſt decedente poſthumo na-
3 ſcituro: illi enim ablatiui † abſoluti importāt cōditionem, ideſt ſi poſthumus deceſſerit, l. euictis, ff. de euictio. l. a teſtatore, ff. de cond. & demonſtr. cum alijs apud Dominū Becium in conſi. 39. nu. 18. Itē cum fit mentio de filio naſcituro, intelligitur ſi naſcatur, arg. l. interdum, ff. de verb. obli. vbi
4 diſpoſitio facta de fructibus † naſcituris, intelligitur ſi naſcantur, Caſt. in l. ex conducto, §. ſi vis tēpeſtatis, col. prima, ff. loca. Nat. in conſi. 86. nu. 2, & in ſpecie, ꝙ diſpoſitio facta de naſcituro, ſit cōditionalis, ponit Alcia. in conſ. 495. nu. 4. Soc. iun. in conſ. 172. nu. 14. vol. 2. hæc autem conditio deficit, quia poſthumus non eſt natus: ergo non da-
5 tur actio, quia † datum ſub una conditione, cenſetur ſub contraria ademptum, l. ſi legatum purè, ff. de adim. leg. l. aliquando, ff. de cond. & demonſtr. l. quod purè, ff. quan. dies leg. ced. l. ſi pecuniam, ff. ſi cer. pet. Ruyn. in conſ. 33. nu. 3. conſi. 170. nu. 5. vol. 3. Natta in conſi. 200. nu. 5. Cæph. in conſ. 17, nu. 20. Deciſ. Pedem. 166. nu. 4. & quando deficit
6 conditio, † idem eſt ac ſi diſpoſitio non fuiſſet facta, l. pecuniam, quam, ff. ſi cer. pet. l. neceſſario, §. quod ſi pēdente, ff. de peric. & com. rei vend. Soc. iun. in conſ. 4. nu. 16, vol. 2. Pariſ. in conſ. 8. nu. 25. vol. 3. Ripa in conſi. 81, nu. 23, vbi dicit, paria fore quod aliquid non fiat, vel quod fiat ſub conditione, quæ non ſit purificata, Tiraq. in l. ſi vnquam, in uerſ. reuertatur, n. 277. C. de reuoc. don. Cæph. in conſ. 269, nu. 22. Crau. in conſ. 170. nu. 8. Rol. in conſ. 58. num. 15. vol. 3. Deciſ. Pedem. 50. num. 12. cū igitur defecerit conditio ſubſtitutioni adiecta, fruſtra ſubſtitutus agit.

Quartò hic caſus, quando ſcilicet poſthumus non naſceretur, fuit penitus omiſſus a teſtatore, qui in eum caſum nihil omnino diſpoſuit: ergo
7 haberi debet pro omiſſo, † & debet remanere in diſpoſitione iuris communis, l. commodiſſimè, ff. de lib. & poſthum. l. ſi extraneus, ff. de condict. ob cau. alios plures citat Tiraq. in tract. primog. quæſtio. 40. num. 190. quibus accedunt Pariſ. in conſilio 75, num. 41. volum. 2. & in conſi. 63. nume. 8. volum. 3. Socy. iun. in conſi. 128. num. 199. vol. 1.

& in

& in conſi. 170.nu.31.vol.2.Bero.in conſ.63.nu.
31.vol.2.& conſi.57.nu.51.vol.3.Crau.in conſi.
161.nu.10.vbi dicit,quod caſus contingens præ-
ter ordinationem teſtatoris, non includitur in di-
ſpoſitione,Roland.conſ.56.nu.7.vol.3. Cæph.in
conſ.419.nu.46.& facit,quia non ſufficit teſtato-
8 rem † voluiſſe, niſi etiam diſponat, l. ſi repetendi,
C.de cõd.ob cau. Bal.& Imola in l. quidam cũ fi-
lium,ff.de hæred.inſtit. vbi dicunt quod non agi-
tur ex omni voluntate teſtatoris,ſed ex ea ſolum,
quæ tranſiuit in diſpoſitionem, id quod etiam di-
xit Bald.in conſi.235. vol. 5. & nihil vltra inquiri
debet, præter quod in inſtrumento ſcriptum eſt,
vt dicit Bald.l.fin.C.de falſa cau.ad.leg.

Quintò ſubſtitutio facta eſt caſu, quo poſthu-
mus naſciturus decedat in pupillari ętate,vel alias
quandocunque:ſed non dicitur deceſſiſſe,qui nũ-
9 quam eſt natus. mors enim † eſt priuatio vitæ, §.
deinceps, in Auct. de nupt. & priuatio p̃ſupponit
habitum,l.decem, ff. de verb. oblig. ſolus enim is
10 moritur,† qui viuit, l.qui duos, ff.de manum. te-
ſtam. cum ergo non ſit natus aliquis poſthumus,
non euenit cõditio, nec videri poteſt deceſſiſſe ſi-
ne filijs,& ita arguit Oldr.in conſi. 177. nu.4. vbi
tres alias allegat rationes,quas non refero.

Sextò ſubſtitutio eſt facta poſthumo deceden-
ti ſine liberis,ſed non dicitur deceſſiſſe ſine liberis
poſthumus,qui eſt natus,quia non dicitur ſine li-
11 beris,qui liberos † habere non poterat,argu.l.pri
mę,ff.de ſuis & legitim.& ſimili argumento vtitur
glo.magna,circa fin.in l.precibus, C.de impub.&
alijs ſubſtit.Bal.in l.ex tribus, in 2.col. C.de inoſſ.
teſtam.ergo non eſt credendũ, qđ teſtator volue-
rit ſubſtituere caſu quo poſthumus nõ naſceretur,
qui eſt contrarius ei, quem expreſſit: & cui verba
non conueniunt, non ẽt conuenit diſpoſitio, l.qđ
conſtitutum,cum ſimilibus,de teſtam.milit.

Septimò hoc voluit Oldrad.in conſ.142.vbi te-
ſtator duos inſtituat poſthumos,& in oĩbus dece-
dentibus aliquem ſubſtituat, negat eſſe locũ ſub-
12 ſtitutioni, † ſi vnicũ teſtator ſuſcipiat poſthumũ,
licèt is moriatur ſine filijs, idẽ voluit in conſ.177.
per totum. vbi ſi pater inſtituto poſthumo ſubſti-
tuat filium ſecundo loco naſciturũ, & ſecundo fi-
lio decedẽte ſubſtituat fratrem, vult ꝙ vnico filio
poſthumo decedente ſine filijs, frater ex ſubſtitu-
tione nõ admittatur, licèt is ſolus foret natus, per
rõnes,quas ibi allegat,& tacito authore idem om-
nino dicit Io.And.ad Spec.in titu. de teſtam. §.in
primis,ſub num.33.verſ.occurrit ẽt caſus nouiſſi-
mus,dicens ſubſtitutionẽ factam de filio naſcitu-
ro, eſſe omnino inutilem eo non nato, Alber. in l.
precibus,nu.44.verſi.iterũ quęro,C.de impuber.
Rom.in l.quandiu,ff.de acq.hær. Caſt.in cõſ.219.
nu.primo,vol.primo,vbi non allegat Oldr. & mo
uetur,quia ſubſtitutio facta ſit in morte plurium,
atque ideo nõ verificetur, qñ vnus tantum mori-
tur,& alius non eſt natus, Ale.in conſi.primo, nu.
13.vol.primo,Soc.in conſ.259.nu.3.col.3.verſic.
& probatur iſta cõcluſio,vol.2.vbi dicit quod niſi
conditio impleatur, ſubſtitutio non habebit locũ,
nec fiet extenſio de vno caſu ad alium, & in conſi.
76.nu.7.vol.3.Ruyn. in conſ.96.nu.19. conſ.104.
num.5.& 6.conſ.172.nu.4.conſi.175. num.5. vol.
5.in conſ.4.num.5.volum.3. & in l. hæredes mei,
§.cum ita, nu.6.ff. ad Treb. vbi dicit ſæpius obti-
nuiſſe ſecundum hanc opinionem, Socin. iun. in
conſ.169.nu.5.& 6.vol.1.Alciat. in conſ. 492.nu.
8.& ſeq.vbi hanc ſententiam defendit pluribus ra
tionibus,Craue.in conſ.361. per totum, vbi mul-
ta adducit fundamenta,& rurſus in cõſ.363.Nat.
in conſ.667. per totum, qui eiſdem vtitur funda-
mentis,quib. vſus eſt Crauetta,& pręcipuè allega
tur, quod ſubſtitutio facta caſu quo poſthumus
non naſcatur,non habet locum poſthumo nato,li-
cèt non ſit hæres,vt voluit Ange. in conſ.93. circa
fi.quem ſequitur Soc.d.conſ.259.col.2.in fi.& in
d.conſ.76.nu.7. ſicuti autem ſubſtitutio facta ſub
conditione, ſi filius non naſcatur, non extenditur
ad caſum, in quo naſcatur: ita quando fit in ca-
ſum natiuitatis, non debet extendi ad caſum in
quo non naſcatur, allegant etiam conſil. Anchar.
356.col.2. qui dicit ſubſtitutionem factam ſi filij
naſcantur, non ſubſiſtere, ſi nullus naſcatur, cita-
tur quoque Fulgoſ. in conſ. 49. qui noſtro conſi-
milem diſputat caſum.

Octauò hęc opinio in propoſita facti ſpecie cõ-
firmatur, quia ſubſtitutio eſt limitata, & reſtricta
ad tempus, quo poſthumus hæres inſtitutus dece
deret:dicitur enim in teſtamento, & dicto poſthu-
mo decedẽte,&c.tunc ſubſtituit Facium,&c.quæ
13 dictio,tunc,denotat † temporis extremitatem,l.ſi
is legatum,§.1.ff.de cond.& demon.l.vxori vſum-
fructum villæ,ff.de vſufru.leg.l.lecta, cum ibi not.
ff.ſi cer.peta.& reſtringit diſpoſitionem ad caſum
expreſſum ita ne ad alium caſum trahatur, vt pro-
bat Rom.in conſ.131.col.prima,nu.primo,Alex.
in conſ.3.nu.4.vol.primo, Dec. in l.fi.nu.2. C.de
inſtit.& ſubſtit.& in conſ.63.num.2. Tiraq.de re-
tract.conſang.§.primo,gl.11.nu.39.Rub.Alex.in
conſ.31.nu.5.Boer.in deciſ.38.nu.6.Crau.in cõſ.
98.num.5.Duran.de arte teſtan.titu.5. caut.161.
prope finem,Cæph.in conſ.390.nu.55.& ſeq.vbi
latè comprobat,Rolan.latè in conſ. 56.nume.19.
vol.3.cum alijs apud Simon. de Pret.de interpre.
vltim.volun.lib.primo,interpret.1.dubit.4.ſolut.
12.nu.4. & in propoſito noſtro, quod ſubſtitutio
limitata per dictionem, tunc, concepta deceden-
14 te poſthumo ſine liberis, non habeat † locum, ſi
poſthumus non naſcatur,probat Anch. in d. con-
Aretin. Florian. Iacob. de Santo Georg. Curt. ſen.
Fabian. de Chiochi, Alex.& alios,quos refert, nu.
20. concludit filium hoc caſu tale lucrum capere
11 vltra legitimam ſibi iure naturę † debitam, & atte
ſtatur hanc eſſe magis communem, & veriorem
Ruin.conſil.94.nu.5.verſi.quod autem, in 5.vol.
Crau.conſ.142.num.4.conſil.194.nu.1. Roland.
de lucro dot.quæſt.27.per totã,quod tamen nunc
non expedit tractare,quia de hoc non ſum interro
gatus,ſufficit autem locum eſſe reuocationi, & ſu-
per ipſa regula fundatam eſſe intentionem Domi-
næ Helenæ,ita vt niſi contrarium probet Domina
Barbara,habeat neceſſario ſuccumbere.

Huic verò fundamento ſic poſito non obſtat ꝙ
fuit obiectum Dominã Helenam eſſe a decreto ex
cluſam a ſucceſſione paterna,& ideo non poſſe re-
uocare id, quod prȩter iuris diſpoſitionẽ pater re-
liquit nouercę,ſm Ang.in d.§.optimè.nam rñdeo
12 deciſionem Ang.non eſſe veram,† quia nõ eſt at-
tendendum,an filia poſſit, vel non poſſit patri ſuc
cedere,qñ certum eſt beneficio d.l.hac edictali, lu
crum deferri filijs,etiam qui non ſint patris hære-
des.lex enim nedum tale relictum aufert nouercę,
ſed illud filijs defert, vt concludit ibi Bal. in noua
lect.& præter Bal.in plurib.alij locis hoc voluerũt
Alex.& Soc.quos refert & ſequitur Bertran.in ea
dem lege,verſi.ſi verò plus,num.25.& ſeq.dicens
hanc eſſe verã,approbatam, & cõem opinionem :
tale enim lucrum defertur filijs in pęnam parẽtum
tranſeuntium ad ſecunda vota,& ideo eis debetur
tanquam filijs, nõ tanquam hæredib.id quod hac
vnica rõne comprobari poteſt:nã quod iure hęre-
ditario defertur, æquis portionib.defertur & mo
do quo ipſa hæreditas,l.vt iuriſiurandi,§.ſi liberi,
ff. de op. lib. & tñ ſi filius eſſet vnicus & inſtitutus
pro certa tantum parte,haberet totum lucrũ,quia
diuiditur tale lucrum non pro portionib.hęredita
13 rijs,ſed ęqualiter † inter ipſos filios,quamuis inę-
qualiter inſtitutos,vt eſt tex.in d.§.optimè, in Au
th. de nupt. quia cũ omnes fuerint æqualiter iniu-
ria affecti, eos debet æqualiter pœna reſpicere, &
ita tenuit ibi Ang.dicens expreſsè non deferri pro
portionib.hæreditarijs,& Florian.in ſua diſput.in
cip. mulier, Salic. in d.l. hac edictali,vbi Bertran.
d.verſi.ſi vero plus,nu.24.& 26.ſequitur igitur ta
le lucrum ad filios transferri non vti hæredes, ſed
vti filios. hoc arg. vtitur in ſimili Bald.in c.1.nu.7.
de eo,qui ſibi & hær. Caſtr.in l.quoties,in fi.C.de
hæred.inſtit.vbi dicunt feudum conceſſum pro ſe
& hæredib. maſculis,nõ eſſe abſolutè hęreditariũ,
quia non defertur ſm formã hæreditatis:& in ter-
minis quod filia excluſa a ſtatuto admittatur ad
lucrũ,ex d.l.hac edictali,tenuit Caſtr.in conſil.in-
cip. Franciſcus habuit vxorem,quod tñ non inue-
nio inter impreſſa,& illi ſubſcripſerunt Anto. Ro-
ſell. Io. de Imo.& Florian. vt refert Cor.in cõſ.82.
col.4.verſi.conſuluit autem, vol.3. Soc.in cõſ.35.
nu.12.vol.4.vbi ponderando verba Bal.in d.l.hac
edictali, diſtinguit inter filios capaces & incapa-
ces; vt qui ſunt capaces admittãtur ad illud lucrũ,
licet ſtatuto uel renunciatione ſint excluſi ; ſi uerò
ſint incapaces, ut fratres Minores,non admittan-
tur.ſi.n.filius non hęres admittitur,utique ſtatutũ
excludens ab hęreditate non cenſetur excludere a
dicto benef.eandem probauit ſententiam Dec. in
conſ.396.col.fi.ubi dicit Ang.dictum non eſſe ue-
rum , quia ſucceſſio eſt prorſus a tali lucro ſepara-
ta,& ideo lucrum nõ regulatur à ſucceſſione. hanc
quoque ſequitur Brun. ſibi contrarius, in d.tract.
de ſtat.excluſ.fœm.in 8.princip.artic.nu.144. in-
ferens quod filij maſculi ex ſecundo matrimonio
nõ poterunt excluſionem obijcere contra ſororẽ,
Bertran. in d.l. hac edictali,§. ſi uero plus, nu.29.
ubi diligenter reſpondet ad fundamenta Angel.in
d.§.optimè, eãdem quoque ſniam probauit Soc.
iun.in conſil.103. nu.43.uol.1. ubi ſolum allegat
Corn.& Brun. Anton.Gabr. commu.opi.li.3.tit.
de ſecun.nupt. concluſ.4.nu.40.uerſi.18.amplia.
comprobatur ex eo quod uoluit Salic.in l. fœmi-
næ,l. illud,C.de ſecund.nupt.ubi concludit quod
14 filia per ſtatutum excluſa † a ſucceſſione, admitti
tur tñ ad bona quæ filijs deferuntur ob tranſitum
parentum ad ſecunda vota, & eum ſeq. Dec. Soc.
Ruin. Brun. Pariſ.& D. Rol.qui eos refert,in con-
ſil.95.nu.43.uol.1. Ripa d.l.fœminę,nu.12.ſicuti
igitur ſtatutum excludens a ſucceſſione filiam do-
tatam,eã non excludit a lucro ſibi delato per tran
ſitum parentis ad ſecundas nuptias , ita nec debet
excludere a lucro dictæ l.hac edictali . nec ſatisfa-
cit rñſio Ripæ,qui dicit lucrum l.fœminæ, deferri
propter iniuriã,quam parens infert filijs tranſeun
do ad ſecunda uota, ſed lucrũ de quo in l.hac edi-
ctali,cauſatur ab iniuriã,quæ fit minus relinquen-
do filiæ quàm nouercæ:nam quod pater non poſ-
ſit plus relinquere uxori in ſecundo matrimonio ,
quam filijs ex priori,eſt inductum in pęnam ſecũ-
do nubẽtium, & propter iniuriam filijs factam, &
inter pœnas quę parentibus infliguntur ob ſecun-

da vota numeratur pœna d.l.hac edictali, & ideo
non eſt bona ratio per eum aſſignata.

Et non mouet, qđ paria ſint non extare in rerũ
natura, vel extare & nõ ſuccedere: q̃a & ſi hoc ve-
rũ ſit, non impedit tñ quominus filia excluſa a ſuc
ceſſione admittitur ad hoc lucrũ; nam hoc lucrum
nõ defertur iure ſucceſſionis, ſed a lege confertur
ẽt in filios, qui nõ ſunt hæredes parentũ, vt dictũ
eſt, & ei eſt locus inuitis parentibus. fateor igitur
quoad ſucceſſionẽ, filiam excluſam a ſtatuto habe
ri pro mortua, ſed non quoad lucrum quod defer
tur alio iure quàm ſucceſſionis: & cum ſucceſſio
ſit prorſus a tali lucro ſeparata, vt dicit Dec. conſ.
396. non debet ab vna ad aliam viam commode
inferri, l. Papinianus exuli, ff. de minor. vbi verò
plura cõpetunt remedia, vno ſublato non tollitur
alterum, Bar. in l. ſi dominus, ff. de ſeru. vrb. præd.
& ita arguit Dec. in loco prædicto, id quod multo
magis locũ habet, vbi agimus de re odioſa & ſtri-
ctè intelligenda, vt eſt ſtatutum excludens filia.

Similiter non aduerſatur, quod dicitur, filiam
a ſtatuto excluſam perdere iura ſuitatis, quia non
deſinit eſſe filia: & ideo cũ lucrũ ex l. hac edictali,
deferatur indiſtinctè filijs ex priori matrimonio,
habebit ſuam portionem filia, quamuis non ſua,
ſicuti maſculus qui retinet iura ſuitatis: vbi.n. lex
non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, l. de
pretio, ff. de public. & appellatione filiorũ, veniũt
omnes ẽt emancipati: quia etſi ceſſent iura ſuita-
15 tis, non tamen ceſſant iura † ſanguinis, & ea q̃ na-
turam reſpiciunt, l. iura ſanguinis, ff. de reg. iur. &
ſublata ſuitate, non tollitur obligatio nec affectio
naturalis, vt de emancipatione dicit gl. in §. teſti-
bus, Inſti. de teſtam. vbi eam ſequitur Io. de Plat.
Ioan. Fab. & Aret. quare cum diſpoſitio d. l. hac
edictali, fundata ſit ſuper naturali affectione &
obligatione quã pater habere debet erga filios, ad
mitti debet filia excluſa, ſicut maſculus. qua rõne
licèt hactenus non inueniã factum a Doctoribus,
dicerem idem eſſe in filio ex priori matrimonio
16 emãcipato: † quia in eo licèt deficiat ſuitas, ſuper-
ſunt tñ reliquię patrię poteſtatis & naturalia iura.

Argumentũ quoque, quod fecit Brun. dicens
quoad ſucceſſionẽ æquiparari, quod filia ſit exhę-
redata, vel quod ſit excluſa, licèt exhæredatio pro
cedat a ſuo vitio, excluſio verò nõ cõtineat vitiũ,
non rectè procedit: quia licèt vtranque filiã exclu
dat, ex quo tñ diuerſa eſt cauſa excluſionis, magis
extẽditur excluſio quæ cauſatur a vitio, q̃ ea quæ
inducitur ſine culpa filiæ: & ideo licèt filia exclu-
ſa a decreto nõ admittatur ad ſucceſſionem, nõ tñ
extendi debet excluſio ad lucrũ, quod eſt a ſucceſ
ſione ſeparatũ, ſicut ecõuerſo cauſa q̃ fuit potens
ad exhæredandũ filiam, eſt ẽt potens ad excluden
dum eam a tali lucro. licèt igitur tã exhæredatio,
q̃ excluſio filiã priuent ſucceſſione, & in hoc ſint
paris potentiæ, non tñ hoc locũ habet in cæteris.
erit igitur cõcluſio, quod ẽt ſi Domina Helena ſit
excluſa a ſucceſſione, tñ admittatur ad lucrũ ſibi
delatum ex diſpoſitione d. l. hac edictali.

Confirmatur autẽ hæc ſñia ex verbis decreti,
quibus dicitur qđ filia dotata nullũ habeat regreſ
ſum ad petitionẽ hæreditatis paternæ vel mater-
næ: petendo.n. Dña Helena lucrũ hoc, nõ dicitur
petere hęreditatẽ paternam vel maternã, quia vt
dictũ eſt ſupra, aliud eſt lucrũ prędictũ, aliud hęre
ditas. & in propoſito dicit Bald. in cõſ. 357. nu. 6.
vol. 1. qđ ſtatutũ Medio. diſponẽs qđ nulla poſſit
17 mulier † extra territoriũ nubere cũ hęreditate, nõ
habet locũ qñ nupſit cũ dote materna, etiam ſi nil
aliud ſit in hæreditate, p̃ter dotẽ, quia dos & hære
ditas differunt rõne & diffinitione: etſi q̃s de dote
teſtatur, nõ dicitur de hęreditate teſtari, ſed de re
certa, ſequitur Bru. d. tract. de ſtat. exclu. fęmin. in
8. princ. art. q. 26. in fi. nu. 139. D. Becius in conſi.
112. nu. 19. ita ergo in ſimili licèt non admittatur
ad petitionem hæreditatis, debet tamẽ admitti ad
petitionem huius lucri, quod eſt diuerſum & ſepa
ratum ab hæreditate, atque alio iure defertur.

Addo etiã quod cũ ſtatutũ ſeu decretũ filiam
excludat a petitione hęreditatis, cenſetur eã exclu
dere qñ agit ad bona tanquã ex paterna hęredita-
te & iure hæditario, non autem qñ alio iure agit,
q̃ hæreditario, vt in præſenti facto, in quo ſæpius
repetitum eſt lucrũ non deferri hæreditario iure:
& pro hoc facit quod voluit Bart. poſt Dynũ quẽ
refert in l. item videndum, §. fi. ff. de pet. hær. vbi ſi
frater faciat fratri quittationẽ pro omni eo quod
petere poſſet de hæreditate paterna, non impedi-
18 tur petere † feudum vel emphyteuſim, quia non
petit hęreditario iure, ſequitur ibi Bal. & Ang. &
alij quos refert Iaſ. in v fib. feud. nu. 45. vbi tamen
poſt Spec. & alios limitat, quando frater promi-
ſiſſet nihil petere de bonis, quia feudum eſt in bo-
nis, non in hæreditate, & hoc procedit etiam ſi re-
nunciatio, vel quittatio ſit iurata, vt voluit Bal. in
c. 1. nu. 9. an agn. vel fil. vbi dicit filium, qui renun
ciault hæreditati paternæ, non ſibi præiudicare in
feudo, & hanc optimã eſſe cautelam a nullo imagi
natam ad euitanda onera creditorũ, Iaſ. in l. ſi non
ſortem, §. libertus, nu. 34. ff. de cond. indeb. aliud
enim ſunt bona, aliud hæreditas: & hoc procedit
non ſolum, quando ex conuentione filius decedit
de hęreditate paterna, ſed etiam quando per ſtatu
tum excluditur, nam ſecundum Aluar. in d. cap. 1.
colum. pen. uerſi. item addas aliam, ſtatutum ex-
19 cludens † filiam ab hæreditate, uel ſucceſsione pa
tris, non eam excludit a petitione feudi, ſi eius eſt
naturæ, ad quod admittantur fœminæ, ſequitur
Cardin. conſi. 2. Rolan. de lucro dot. q. 54. nu. 12.
pari ergo ratione filia excluſa ab hęreditate admit
titur ad lucrum, de quo nunc eſt ſermo.

Poſtremò non obſtat, quòd ſicuti hæres non
poteſt contrauenire diſpoſitioni factę a teſtatore
in fauorem nouercę ſecundum Io. de Amic. Dec.
& Bell. ita nec legatarius. ad hoc etenim primò re-
ſpondetur, falſam eſſe concluſionem, quod filius
hęres non admittatur ad beneficium d. l. hac edi-
ctali, & in contrarium eſſe communem opinionẽ:
quia & ſi regulariter hęres nõ ueniat contra factũ
defuncti,

deſuncti, d. l. cum a matre, C. de rei vend. tamen
hoc fallit, qn̄ teſtator aliquid fecit contra legis ꝓ-
20 hibitionem. illud enim hæres † non tenetur ratū
habere, quod procedit in præſenti caſu: quia cum
l. hac edictali, prohibeat ne maritus plus relinquat
ſecundæ vxori, quàm vni ex filijs prioris matrimo
nij, illud relictum habetur pro non ſcripto, & tan-
quam a principio inualidum non conualeſcit per
aditionem, vt in noſtris terminis concludit Bal. in
conſ. 161. vol. 5. dicens quod filius agnoſcens reli
ctum ſibi ſactum cum clauſula, ne plus poſſit pete-
re, non prohibetur vti beneficio d. l. hac edictali,
Crau. in conſi. 200. nu. 5. vbi dicit, ſic tenuiſſe Ber
tran. in l. hac edictali, §. ſi verò plus, nu. 12. Gram-
mat. in deciſ. 93. nu. 9. Phanuc. in tracta. de lucro
dotis, glo. 5. nu. 45. & in tract. de inuentar. par. 7.
num. 113. in quibus locis reprobat Dec. & Io. de
Amic. qui tenuerunt contrarium, Menoc. in conſ.
11. nu. 25. & generaliter obſeruatur, vt hæres im-
21 pugnare poſſit, quæ teſtator contra legem † diſpo
ſuit, vt per Corn. in conſi. 200. nu. 6. vol. 4. Craue.
d. conſi. 200. in quibus locis loquitur, quando te-
ſtator vltra debita alimenta aliquid filio ſpurio le
gauit. idem eſt quando factum defuncti tendit ad
fraudādum hæredem beneficio ſibi conceſſo a le-
ge, vel ſtatuto, vt latiſſimè cumulat Tiraq. de re-
trac. conſang. §. 1. glo. 9. num. 57. & de facto nullo
& contra legem ponit Deciſ. Pedemont. 180. nu.
1. & ſeq. & Deciſ. ſequen. nu. 19. D. Becius in conſ.
72. nu. 17. & de facto inualido Menoch. conſi. 89.
nu. 5. & 9. Phanuc. d. tract. de inuentar. par. 7. nu.
112. & ſeq. vbi aliqua ponit exempla.

Secundò reſpondeo, quod etiam ſi vera eſſet
concluſio, quod hæres non poſſit vti beneficio l.
hac edictali, tñ hoc non procedit in legatario, qua
lis eſt Dña Helena, quia in ea ceſſant rationes hoc
in hærede inducentes: nā legatarius non cenſetur
eadem perſona cum defuncto, vt cenſetur hæres,
qni perſonam defuncti repreſentat, vt in Auth. de
iureiuran. a moriente præſt. in princ. nec cenſetur
proprium factum ipſius legatarij. & quamuis in le
gatario videatur procedere regula, ex qua perſo-
na, ff. de reg. iur. tamen non ita eſt in veritate, quia
22 illa procedit, quando lucrum quis † capit iure hæ-
reditario, non alio, vt declarant Caſtr. & Corn. in
l. fi. §. in computatione, C. de iur. delib. & propte-
rea quicquid inaduertenter tenuerint Cur. iun. Al
23 ciat. Natta, & Menoch. in contrariū allegati, † ve-
rior eſt opinio quod legatarius poſſit venire cōtra
factum defuncti, & eam tenuit Caſtr. cui nemo ex
aduerſarijs iure comparandus eſt, in l. cum a ma-
tre, C. de rei vend. nu. 3. verſi. itē ſi ſentiret. & obli
gationes defuncti non tranſeunt in legatarium, vt
no. in l. 1. C. ſi cer. pe. & in l. 1. §. ſi hæres præcepto,
ff. ad Treb. per quam rationem ita quoque decla-
rat Arelat. in l. generaliter, n. 125. C. de ſecū. nup.
Gabriel. com. concluſ. lib. 6. ti. de reg. iur. concluſ.
11. nu. 18. Rolan. de confect. inuen. verſ. quid ſi pa
ter vendidit, nu. 5. vbi dicit qnod ſi legatarius non
poſſit impugnare factum defuncti, ſequeretur in-
directè quod legatum ſemper cēſeretur factū ani-
mo cōpenſandi, quod tñ nnn eſt verū, niſi expreſ-
sè a teſtatore dicatur, qn̄ debitum habet originē
ex cauſa voluntaria, vt per Doct. in auth. pręterea,
C. vnde vir, & vxor. quinimo nedum in legatario,
24 ſed ēt in hęrede in re certa, † vera eſt concluſio, ꝙ
pōt factū defuncti impugnare, ita tenuerunt Bar.
Bal. Caſt. Ale. & alij in d. l. fin. §. in computatione,
& alij quos refert Rol. in d. verſic. quid ſi pater,
vbi loquitur de filio, qui fuit inſtitutus in ſola le-
gitima, vel in quota bonorum non hæreditatis,
Gabr. d. concluſ. 11. num. 16.

Et non mouent rationes contra deductæ, quod
ſcilicet teſtator poſſit de re legatarij diſponere, ſi-
cut de re hæredis: quia & ſi id verum ſit, tñ proce-
dit, qn̄ diſponeret in teſtō: tūc enim legatarius for
tè non poſſet diſpoſitionem impugnare, quia ac-
25 ceptando † legatū, videtur approbaſſe teſtamen-
tum, l. ſi pars, §. fi. ff. de inoffi. teſta. l. Papinianus,
§. ſi cond. ff. eodem tit. videtur enim iudicium de-
functi agnoſcere; ſed qn̄ teſtator inter viuos di-
ſpoſuiſſet de re legatarij, non impediretur legata-
rius impugnare factum defuncti, quia in ea diſpo
ſitione inter viuos ceſſat ratio approbationis teſta
menti, quæ militat in teſtō. Similiter non mouet,
qnod teſtator poſſit ita grauare legatum, ſicut hæ-
redem, d. l. ab eo, quia licèt hoc verum ſit, tñ pro-
cedit qn̄ conſtat eum voluiſſe grauare; non enim
ſufficit potuiſſe teſtatorē hoc facere, niſi ēt faciat;
& vbi teſtator onus adijcit legato, & ipſum gra-
uat legarariū aliquid dare uel facere, tunc fateor
ꝙ legatarius tenetur onns legato adiectū agno-
ſcere, quia acceptans legatum, cogitur acceptare
26 onus † impoſitum, l. cum ab uno, in prin. ff. de leg.
2. c. officij, de teſtam. l. qui tutelam, ff. de teſta. tut.
l. Titia, la prima, §. qui inuita, ubi gl. ff. de leg. 2. l. ſi
compenſandi, C. de hære. inſti. ſed qn̄ teſtator ſim
pliciter aliquid legat, nō uidetur impoſuiſſe onus
legatario, ne contraueniat ei, quod fecit teſtator
uiuens, quia ut dictum eſt, legatum in dubio non
cenſetur factum animo compenſandi, & ideo non
impeditur legatarius impugnare factū defuncti.

Nec aduerſatur quòd ſingulari ſucceſſori no-
ceat exceptio, quæ authori nocet: quia reſponde-
27 tur hoc uerū eſſe, qn̄ cohæret † rei; tunc enim cō-
comitatur ad quemcunque tranſeat. ſecus ſi non
ſit in rē, l. apud Celſum, §. de authoris, ubi Alber.
in fin. ff. de doli mali excep. Tiraq. de retract. con-
ſang. §. 1. gl. 9. nu. 128. Ruin. in cōſ. 76. nu. 15. uol.
5. & hoc modo intelligo quod dictum fuit de cō-
feſſione, quæ probat contra ſingularem ſucceſſo-
rem, ut procedat quando concernit rē in qua ſuc-
ceſſit confitenti, ne diuerſę ſit naturæ confeſsio ab
alijs probationibus. & ita loquuntur qui dicunt
cōfeſsionem authoris nocere ſingulari ſucceſſori.

SVMMARIVM.

1 *Monaſterium non ſuccedit loco filij, quando ingre-
diens iam de bonis diſpoſuit in alios, & quando mo
naſterium non habuit bona ingredientis.*

2 *Grauatus ingreditur religionem incapacem bonorũ, ſubſtitutus ſtatim capit bona.*

3 *Subſtitutus ſub conditione, ſi deceſſerit grauatus, expectare debet mortem grauati.*

4 *Mors ciuilis non ſufficit, ſed naturalis expectatur in ſucceſſione eius, qui ingreditur religionẽ capacem.*

5 *Mors ciuilis non comparatur naturali, quando non operatur eundem effectum.*

6 *Subſtitutus alicui decedenti ſine liberis, non admittitur, niſi ſequuta naturali morte, quando grauatus eſt ingreſſus religionem capacem, etiam ſi ad eam non portauerit bona.*

7 *Conditio non impedit ortum actionis.*

8 *Fiſcus capit bona ſubiecta fideicommiſſo, & ea retinet pendente conditione.*

9 *Bona ſubiecta fideicommiſſo poſſunt conditione pendente alienari.*

10 *Legitima non debetur filio eius, qui ingreſſus eſt religionem, niſi poſt naturalem mortem patris.*

CONSILIVM CCXXXVIII.

DOCTORES ſæpe contendunt, an
Monaſterium habeatur loco filij;
ſed perſtringendo quæſtionem videtur
quòd ex quo Dominus Bartholomæus
de Octauis profeſſus
eſt Religionem Regularium Canonicorum ſancti
Auguſtini, euenerit caſus fideicommiſſi paterni,
qui vno ex filijs decedente ſine filijs ſubſtituit ſuperuiuentẽ:
nam etſi aliquando Monaſteriũ ſuccedat
loco filij, tñ hoc procedit qñ ingrediens Religionem
transfert bona in eam: at ſecus eſt qñ iá
1 diſpoſuit † de bonis, vt fecit Dñus Bartholomęus,
qui inſtituit hæredem Dominũ Cæſarem, vnũ ex
fratribus, & ſeu illi donauit ante ꝓfeſſionẽ omnia
bona ſuà, ita Bal. in c. in præſentia, nu. 13. de probatio.
vbi inquit, duo requiri vt euaneſcat ſubſtitutio;
primum ꝙ grauatus ingrediatur Religionẽ;
ſm quòd transferat bona in eam: & infert quod ſi
Monaſterium nollet bona, tali caſu ſubſtitutus nõ
excluderetur. addit vnum ſimile de filio, qui licèt
debeat excludere ſubſtitutum, ſi tñ damnetur ad
metalla, non excludit, l. ſi poſt mortem, §. liberi, ff.
de bon. poſſ. cõtra tab. l. 1. §. ſi pater, ff. de cõiung.
cum emancip. liber. & ratio eſt, quia cũ Monaſterium
non poſſit eſſe hæres, nõ habetur hæredis loco.
hanc ẽt quęſtionem decidere videtur Bald. in
auth. niſi rogati, nu. 20. C. ad Treb. vbi dicit ꝙ grauatus
ſi ante ingreſſum Religionis fecit teſtamentũ,
in quo inſtituit pro parte extraneũ, & pro parte
Monaſteriũ, erit locus ſubſtituto pro parte, quę
fuit extraneo relicta; q̃a quod Monaſteriũ habeatur
pro filio, eſt perſonale priuilegiũ, quod alij nõ
prodeſt, cũ eo tráſit Caſt. ibi, nu. 5. vbi dicit introductum
fuiſſe, quoad bona fauore Monaſterij, qđ
loco filij ſuccedit, ſed fauorẽ ceſſare, qñ alij fuerũt
relicta, Alc. in conſi. 13. nu. 5. vol. 3. quia poſtquã
non fauemus loco Religioſo, non debemus etiam
ſubſtituto nocere, Felin. d. c. in præſentia, nu. 59.
quæſtio. 7. vbi leuiter tangit, Mantica de coniect.
vltim. volunt. lib. 11. tit. 7. nu. 10. & 14. & ideo vi-
2 demus, quod vbi grauatus ingreditur † religionẽ
incapacem in particulari, vel communi, ſtatim facta
profeſsione habetur pro mortuo, & ſubſtitutus
ſuccedit, ex quo bona non poſſunt tranſire in
Religionem ſeu Monaſterium, Bar. in auth. ſi qua
mulier, nu. 11. vbi Iaſ. num. 26. C. de ſacroſ. eccleſ.
Bart. & Bal. in l. 1. C. de teſtam. Bart. & alij in l. cũ
pater, §. hæreditatem, ff. de leg. 2. Doctores in d.
c. in præſentia, dixi in conſ. 90. nu. 7. & ſeq. in quibus
locis dicunt etiam quod hæres inſtitutus in teſtamento
condito ante profeſsionem, accipit bona
ac ſi teſtator deceſsiſſet.

Sed ego arbitror quod expectanda ſit mors naturalis
Domini Bartholomæi, nec ante ſubſtituti
poſsint admitti: facta enim fuit ſubſtitutio ſub cõditione,
quando vnus ex inſtitutis moriatur, ſed
3 nondum cõditio euenit, † dum Dominus Bartholomęus
viuit, ergo expectanda eſt eius mors, l. ex
facto, §. ſi quis rogatus, il ſecondo, & §. ſeq. ff. ad
Trebell. l. Statius Florus, §. fin. ff. de iure fiſci, l. ex
ea, §. inſulam, ff. de verb. oblig.

Secundò moueor, quia vbi quis ingreditur religionem
capacem ſaltem in cõi, expectanda eſt
4 mors naturalis, vt ei ſuccedatur, nec ſufficit † ciuilis,
Bar. in d. l. Statius, §. fi. & in l. cum pater, §. hæreditatem,
il primo, ff. de leg. 2. atque ita quoque
tenent But. & Abb. in d. c. in præſentia, vbi Felyn.
nu. 5. q. 8. qui ita diſtinguit inter religionem capacem,
& incapacem, & latiſsimè Dec. num. 67. qui
multos allegat concludens, quod teſtamentũ huiuſmodi
ingredietis nõ ſortitur effectum, niſi poſt
mortem naturalem, qua ſequuta eſt locus legatis
& alijs relictis, Ripa in l. ex facto, §. ex facto, num.
12. ff. ad Treb. Grat. conſi. 68. nu. 16. vol. primo,
Emili. conſi. 155. Pariſ. conſi. 65. vol. 2. Vaſq. de
ſucceſſ. creatio. lib. 3. §. 21. limi. 10. nu. 170. & ſeq.
in fi. vbi dicit hanc eſſe receptiſsimam omniũ ſententiàm,
licèt quo ad Religionem incapacem maximè
Doctores controuertant. & ratio eſt, quia
poſſet ſubſtitutus decedere ante grauatum, & qñ
mors ciuilis non operatur eundem effectum, quẽ
5 naturalis, tunc † ciuilis non attenditur, nec venit
appellatione mortis, l. 1. §. fi. ff. de bono. poſſ. contra
tabu. Cin. & Bal. in l. Deo nobis, C. de epiſc. &
cler. cum alijs a me citatis in conſi. 90. nu. 27.

Et non obſtat, ꝙ Monaſteriũ non ſuccedat loco
filij, niſi qñ in eũ transferũtur bona: quia reſpõdeo,
qđ hic non quęrimus, an Monaſteriũ ſuccedat
loco filij, ita quod excludat perpetuò ſubſtitutũ;
ſed an ſit locus ſubſtitutioni viuẽte grauato, q̃
eſt ingreſſus Monaſteriũ, quæ ſunt diuerſæ quæſtiones:
poſſunt. n. ſtare quod Monaſteriũ nõ excludat
ſubſtitutũ, & tñ nõ admittatur ſubſtitutus,
niſi poſt naturalẽ mortẽ grauati: & vtilitas ſecundæ
quęſtionis eſt, q̃a poſſet ſubſtitutus decedere
ante grauatũ, vt per Doctores in d. c. in præſentia,
& alios citatos paulo ſupra: efficeretur. n. caducũ
fideicommiſſum, l. vnica, §. ſi autem ſub cõditione,
C. de cadu. tollen. cum ergo Doctores in con-

trarium

trarium citati dicunt Monaſterium non exclude-
re ſubſtitutum,quando bona ſunt alij, quàm Mo-
6 naſterio relicta, intelligi debent † eueniente natu-
rali morte grauati,atque ita ſuo tempore,qñ veri-
ficatur conditio,non ante;quia cum de vno diſpu
tamus,cætera præſupponuntur habilia,§.in extra
neis,Inſtit.de hæred.quæ ab inteſt.defer. & in ter
minis ita declarat Riminal.in conſi.481.per totũ,
vbi concludit, ſubſtitutum non admitti niſi expe-
ctata naturali morte grauati,qui ingreſſus eſt Mo
naſterium capax bonorum , & eum ſequitur Zãc.
in repet.§.cum ita,l.hæredes mei,par.10.nu.39.

Illa vero rõ , quod bona ſint relicta extraneo,
non facit quod ſubſtitutus admittatur ante tem-
pus,quia non eſt quærendum,quo iure extraneus
habeat bona , ſed an ſubſtitutus in eis ius foueat
ante diei euentũ,l.fin.vbi gl.& Bald.C.de rei vẽd.
7 conditio enim ortum impedit † actionis, l.cedere
diem,ff.de verb.ſign.& ideo videmus,quod ſi gra
uatus pendente conditione delinquat,fiſcus capit
bona fideicommiſſo ſubiecta, eaq; retinet, donec
8 caſus eueniat † fideicommiſſi,l.Statius,§.Corne-
lio felici, ff. de iure fiſci, Doctores in l.filiusfami-
lias,§.diui,ff.de leg.1.Ang.in l.Papinianus,§.me-
miniſſe,ff.de inoffi.teſt.Alex.in conſil.23.nu.2. &
19.vol.1. Capra in conſil.125. Bocr. deciſ. 268.
nu.3.Bero.famil.quęſt.41.col.3.Boſſ.in tit.de pu
blicat.bono.nu.34. Tiraquel. de retract. conuen.
§.1.glo.7.nu.10.Clar.in Pract. crim.§.fin.quæſt.
78.nu.10.vbi dicit quod ita practicatur, Rolan.in
conſi.98.nu.10.vol.2.alios citaui in conſi.73.nu.
74.addo glo. quæ non ſolet allegari , in c.1.§.hoc
quoque,in verſi.maſculo, de feudi ſucceſſio.eodẽ
modo videmus, quod bona ſubiecta conditionali
fideicommiſſo,poſſunt pendente conditione alie-
9 nari,nec fideicommiſſarius † poteſt ea auocare ab
emptore,niſi poſt conditionis euentum,vt eſt tex.
in l. fin. §. ſed quia noſtra, C. commu. de leg.vbi
gloſ. in prima ſolutione , & ibi Caſtr. & Iaſ.nu.7.
ad idem glo. in l. cum pater,§.libertis,ff.de leg.2.
Bar.in l.Marcellus,§.res,quæ,vbi Imo.& Alex.ff.
ad Trebel. comprobaui in conſi.73,num.75. non
eſt ergo curandum,penes quem ſint bona, ſi fidei
commiſſum nõdum eſt purificatum, nec eius dies
euenit ; non enim habetur pro mortuo per ſolum
ingreſſum religionis , ſeu poſſeſſionem in ea. qua
ratione reprobata opinione Canoniſtarum , con-
cludunt communiter Legiſtæ, quod vbi pater in-
greditur religionem, non datur filio legitima , ni-
10 ſi poſt naturalem † mortem patris,Petr.Cin.Bar.
Fulg.& Sal.in auth.ſi qua mulier, C.de ſacroſan.
eccleſ.Bal.in repet.cap.ſi pater,col.vlt.de teſtam.
Alex.in l.ſi cum dotem, in princ.ff.ſol. matrim.&
hanc communiter teneri dicunt Fulgoſ. & Salic.
in loco prædicto , vbi eam quoque ſequitur Iaſ.
nu.50. vbi poſt Salic. reſpõdet diuerſis modis ad
tex.in cap.cum ſimus,de regular.ſuper quo Cano
niſtæ maximum conſtituunt fundamentũ pro con
traria parte,idem Iaſ.in auth.ingreſſi,num.44.C.
de ſacroſ.eccleſ.vbi alleg.& pec.Bart.& Abb.

Contra tamen Riminaldum tenuit Feli.in con
ſil.8.ſed loquitur in pia cauſa ſubſtituta, quæ non
excluditur a monaſterio:& mouetur falſa conclu-
ſione,quod mors ciuilis æquiparetur naturali.

SVMMARIVM.

1 Gabellam ſoluere tenetur dominus rerum,& ſi vector
ſoluit,repetit à domino.
2 Hæres gabellam ſoluit pro re,quam tenetur præſtare
legatario.
3 Gabellam ſoluit venditor,qui rem tenetur portare ad
domum emptoris,
4 Deſtinatum habetur pro facto.
5 Potentia propinqua actui,habetur pro actu.
6. Fiſcus non tenetur ad gabellũ etiam cauſa mercimo-
nij,& ſi locaſſet cũ facultate exigendi a quocũque.
7. Gabellam ſoluit pro contractu is,qui commodum per-
cipit ex contractu,& ibi infertur ad aliqua.
8 Gabella non debet ſolui pro rebus,quæ ad fiſcum defe-
runtur.
9. Gabellam non ſoluit, qui coactus defert res ad exerci
tum,licèt aliud ſit in ſponte deferente.
10 Gabella non eſt ſoluenda pro naui ventorum vi appul
ſa,vel piratarum incurſione.

CONSILIVM. CCXXXIX.

MVLTAE Vniuerſitates in hac pa-
tria taxãtur a magnificis Dominis
Quæſtorib. ad præſtandum in ſin-
gulos annos certam quantitatem
vuarum,bladi,& vini:eiſque pretiũ
accepto ferũt ſuper ordinaria cõpoſitione , quam
ſoluunt quotannis Ducali cameræ. Contingit au-
tem dubitari, an Vniuerſitates teneantur ad ſolu-
tionem gabellarum , quæ exiguntur in territorijs,
per quæ vectores dictarum rerum iter faciunt ? &
videtur dicẽdum Vniuerſitates teneri , quia onus
1 † ſoluendi gabellam ſpectat ad dñm rerum, Bar.in
d.l.1.§.hic titulus,nu.6.ff.de publicia.vbi dicit qđ
mulio ſoluit gabellam impoſitam pro mulo, ſed
dñs eam ſoluit,quę pro mercib.eſt impoſita,idem
Bar.in l.cum in plures, §.vehiculum, ff. locati.vbi
limitat ſolum,qñ aliter ſe habet conſuetudo, Ber-
tachin.in tract.gabell.p.7.q.3.vbi poſt Bal.in l.fi.
C.commoda.inquit, quod ſi mulio ſoluit gabellã
pro mercibus,eam repetit a dño earum,alios citat
Stracca in tract.de nauib.p.3.nu.9.certum eſt aũt
quod blada & alia, quæ portãtur nomine Vniuer
ſitatum,ſunt ipſarum Vniuerſitatum:ergo ipſæ ſu
bire debent onus vectigalis . & dicit in propoſito
Bar.in l.1.in fi.ff.de alim.& cibar.leg.quod hæres,
2 † qui tenetur rem præſtare, cogitur gabellã ſolue-
re,quia ante traditionem eſt dominus,& dicit eſſe
de hoc tex.in l.cum in plures,§.pen. & dicit idem
Bart.in l.item illa,in fin.ff.de conſtit.pecun.quod
ille, qui vendit frumentum , vel vinum in genere,
3 tenetur portare † proprij expenſis . idem voluit
Bald. in l.acceptam,quæſtio.15.C.de vſur.vbi in-
quit,quod qui tenetur quantitatem frumenti prę-
ſtare,illam portare debet ſuis expenſis ad domum
credito-

creditoris, quia onus gabellæ eſt annexum rei, ſequitur Salic.nu.15.dicens quod debitor ſoluit gabellam,qui res portat dãdas creditori,ex quo ſunt ſuæ, Socin.in conſ.247.nu.1. & 3. cum ergo ante traditionem dominium rerum ſit penes Vniuerſitates,videtur eas teneri ad ſolutionem vectigalis.

Contrarium tñ exiſtimo verius eſſe,quod ſcilicet Vniuerſitates nõ teneantur ad ſolutionem gabellę,ſeu vectigalis pro reb.pdictis,quas deferunt ad Ducalem camerã: illæ enim,& ſi fiſci vere non ſint, pertinent tñ ad fiſcum deſtinatione, quia ad hoc portantur vt fiſco tradantur,& conſignentur,
4 & deſtinatum habetur pro † facto,l.etſi nõ ſint,§. quid ergo,l.lana,& l.veſtimentorum,ff.de auro & arg.legato,l.ligni,§.1.ff.de leg.3.l.ſi chorus,§.1. ff.eod.tit.l.cætera,§. hoc Senatuſconſultum, il ſecondo,ff.de leg.1. Pariſ.in conſ.125.nu.11.vol.4. Menoch.de arbitr.caſu 290.num.19.D.Becius in conſ.60.num.32.& habetur pro facto,quod mox fieri debet,l.pen.vbi gl.& Bart.ff.de teſtam.milit.
5 & inquit ibi Bal.quod potẽtia † propinqua actui, habetur pro ipſo actu,& quod de proximo conſecrandus,habetur pro conſecrato,& inquit Geminian.in c.cum in illis,de præben. in 6.& in c.ponderet,in fine,diſtinct. 50.quod is non dicitur mentiri, qui in precib. Papæ porrectis dixit ſe ſcribere in regiſtro Papæ, cũ deberet de proximo incipere ſcribere, licèt adhuc nihil ſcripſiſſet. alios ponit Iaſ.in auth.ſi qua mulier,nu.23.C.de ſacroſ.eccl.
6 fiſcus autem eſt immunis,† & non tenetur ad ſolutionem gabellæ,vt eſt tex.in l.licitatio,§. fiſcus,ff. de publicia.& procedit ẽt in rebus, quas fiſcus habet mercimonij cauſa,vt voluit glo.in l.ſi publicanus,§.1.ff.de publicanis.& hoc etiam tenent Bar. Angel.de Perigl.& alij in d.§.fiſcus. quia ſicuti fiſcus non poſſet a ſe ipſo exigere: ita locando non videtur plus iuris trãſtuliſſe in conductorẽ, quàm ipſe haberet, Bald. in l.emptor,nu.4.C.de hæred. vel actio.vend.vbi allegat Dinum in d.§.fiſcus, & eum ſequitur Salic.nu.5.& quod fiſcus non teneatur ad gabellam,voluit Alex. in conſ.149. num.7. vol.2.Bertachin.in tract.de gabell.p.7.quęſtio.8. vbi dicit vidiſſe pluries pro hac parte iudicatũ, ſed pro conciliãda contrarietate Doctorum limitat non procedere in communitate,quod tamẽ intelligit Iul. Ferret.tract.de gabell.nu.292.in Cõmunitate non habente fiſcum.ſed vt verum fatear,rationes,quibus mouentur Din. Rainer.Bart.Bald. Angel. Salic.& alij, procedunt nedum in fiſco & Communitate habente fiſcum, ſed etiam in quocunque priuato,qui ſit dominus gabellæ.& prędictam ſententiam probauit quoque Rui.in cõſ.89. nu.1. volum.1. vbi dicit procedere immunitatem etiam pro rebus quas habet mercimonij cauſa, & quando locaſſet gabellam cum facultate exigendi a quocunque,& pro omnibus rebus, quia in generali ſermone non venit perſona loquentis, l.inquiſitio,C.de ſolutio.& nemo videtur facultatẽ concedere contra ſeipſum, vt per Alexand. loco prædicto. idem tenet Boſſ. in tit. vectig. ſoluc. qui tenean t, nume.4. vbi allegat Bartol. Socin. & Iaſ.

Accedat ꝙ Cõitates bladum, & alia portant ad fiſcum,nõ cum aliquo commodo, ſed potius cum damno, quia minori prętio æſtimantur, quàm ſit eorum verus valor: ideo ſi cõmodum ſpectat Camerę,non eſt iuſtum quod Cõitas ſoluat vectigal: ſed vbi fiſcus non eſſet immunis,ad eum ſpectaret ſolutio,per ea, quæ ponit Salic.in rubr.C.de reb.
7 cred.vbi dicit ad eum ſpectare † gabellam pro cõtractu ſoluere,qui ſentit commodũ ex contractu: & infert quod pro mutuo gratuito ſoluit recipiẽs, ſed pro vſurario ſoluit dans, Soc.in conſ.247. nu. 2.in prin.& nu.3.verſ.aliquando & quarto,vol.2.

Demum etiam ſi res non eſſent fiſci, eo tñ ipſo quod ad fiſcum deferuntur,non eſt pro eis ſoluenda gabella: hoc enim eſt particulare priuilegium,
8 quod † gabella non debet ſolui pro rebus,quæ ad fiſcum deferuntur, vt eſt tex.in l.vniuerſi,C.de vectigal.& commiſſ.vbi gl.Bar. Bald. & alij notant, Bertach.in d.tract.in 2.par.octauę par.princ.q.9. Ruin.in d.conſ.89.nu.5.verſ.præterea pro rebus, poſt gl. in l.ſi publicanus,§.1. in verſi.municipiũ, ff.de publica. Iulius Ferret.in d.tract.num.129. & pro hoc facit, quia etſi deferẽ tes res ad exercitum teneantur ſoluere gabellam, l.licitatio,§.mercato-
9 res,ff.de public.tamen qñ eas † coacti portant,nõ tenentur ad gabellam,vt probatur in d.l.licitatio, §.res exercitui,& ita declarat Bald.in conſil.496. vol.4.Boſſ.in tit.vectig.pro quib.reb. ſoluat,n. 3: licèt Bertach.d.ſecunda par.octauæ par.prin.q.8. dicat indiſtinctè nõ eſſe ſoluendam gabellam pro rebus, quæ ad exercitum ferũtur,& Iulius Ferret. loco prædicto,nu.127. non enim iuſtum videtur, quod teneatur quis ſoluere gabellam pro rebus, quas inuitus portat: ideo iure ſancitum eſt quod nõ ſoluatur gabella pro nauibus,& mercibus,quę vi ventorum, vel tempeſtatis, vel incurſione pira-
10 tarum,vel alio timore † in aliquem portum vectę, vel reductæ ſunt præter intẽtionem nautæ,vel domini,vt probatur in l.Cęſar,l.interdum, & l.fin.§. ſi propter neceſſitatem,ff.de publica.l.1.vbi Bart. & Bald.C.de naufrag.lib.11. Feli.in c.querelam, de iureiur.in cap.2.in fi.de conſtitu.latiſſimè exornat alios citans Ripa de priuileg. contract. cau. peſt. nu.158.& ſeq.vbi refert plures quæſtiones, Iulius Ferret.d.tracta.num.115.& ſequen.

Ex ijs autem multiplex colligi poteſt reſolutio ad ea, quæ ſupra in contrarium fuerunt allegata: procedunt enim, quando res non ſunt deſtinatæ, vt ſint fiſci,uel quando non deferuntur ad fiſcum, vel quando ſponte, non metu pœnæ, aut iuſſu ſuperioris portantur,vt ſupra dictum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus dicitur teſtatus deceſſiſſe, quando pater dedit ei ſubſtitutum pupillarem.vide num.3.*
2 *Subſtitutio pupillaris,eſt teſtamentum pupilli.*
3 *Pupillus impropriè & fictè dicitur teſtatus, quando pater pro eo fecit teſtamentum.*
4 *Verba conuentionis d. . ent verè & propriè intelligi.*

5 *Verba capi debent in ſenſu naturali.*
6 *Res tranſit ad poſſeſſorem cum onere ſibi iniunčto.*
7 *Legem apponere rei ſuæ poteſt quilibet eã tradendo.*
8 *Subditi non poſſunt in præiudicium domini diſſolue-
re venditionem iam factam, ſi de ea tertia pars do
mino ſpectabat.*
9 *Vxor non poteſt in præiudicium filiorum primi ma-
trimonij viro inſtituto dare vulgarem ſubſtitutum.*
10 *Filius, qui malitioſè permittit labi tempus ad petẽ-
dum bonorum poſſeſſionem, non præiudicat patri.*
11 *Fraus non præſumitur, etiam ſi alteri fiat præiudi-
cium, & quando dicatur factum in fraudem.*
12 *Subſtitutus pupillaris ſuccedit ex voluntate patris,
non pupilli.*
13 *Mater ſuccedens ex ſubſtitutione pupillari, dicitur
ex voluntate patris ſuccedere, & infertur ibi ad
deciſionem.*
14 *Ratio habetur pro expreſſa, quando ſola poteſt aſſi-
gnari.*
15 *Proœmium arguit cauſam finalem diſpoſitionis.*

CONSILIVM CCXL.

PROPONITVR, antiquiſſimam ex-
tare conuentionem inter Illuſtres
Dominos Comites, & homines
Camini, quod tertia pars bonorũ
eorum, qui ab inteſtato decederẽt,
ſpectet ad Dominos, qui cum totum territorium
Camini poſſiderent, illud particularibus conceſ-
ſerunt cum eo pacto: conſtat etiam, eam conuen-
tionem locum vẽdicare in ſucceſſione pupillorũ,
& aliorum inteſtabilium; quia ſic fuit ex ſententia
Excellentiſſimi Senatus declaratũ, quidquid Cæ-
phal. & alij plures in contrariũ conſuluerint: con-
tingit autem nunc tractari de ſucceſſione ſecundi
Facibonis, cui decedenti in ætate pater ſubſtituit
fratrem, & videtur quod Domini Comites non
poſſint in eius bonis prętendere tertiã portionem:
quia licèt inter Doctores ſit controuerſia, an pu-
pillus dicatur inteſtatus, vel inteſtabilis, tñ quan-
1 do habet patrem, qui pro eo poteſt teſtari, † dici-
tur teſtatus, vt poſt Soci. concludit diſtinguendo
Dec. in conſi. 563. nu. 4. verſi. verum, quia ratio, &
ante eum Ang. in conſi. 104. nu. 2. verſi. in contra-
rium, quod. vbi inquit quod pupillus dicitur teſta-
tus mori, qñ pater fecit pro eo teſtamentũ ſubſti-
tuẽdo pupillatiter, Alcia. in conſ. 249. n. 5. Cæph.
in conſ. 210. nu. 10. & 33. ideo ceſſat Dominorum
prætenſio. & prædictorũ ratio eſt, quia ſubſtitutio
2 pupillaris † dicitur teſtamentũ pupilli, l. moribus,
ff. de vulg. & pupill. c. Raynutius, & c. Raynaldus,
de teſtam. c. ſi pater, eo. ti. num. 6. dixi in conſi. 48.
nu. 6. & videtur de hoc eſſe ferè in terminis deci-
ſionem Iacobini in tracta. de Roidis, nu. 27. verſ.
ſed ponamus, pater. vbi mouetur ea ſola ratione,
quod ſubſtitutio pupillaris ſit teſtamentũ pupilli,
& ſubdit ita ſe conſuluiſſe, & famoſiſſimos Docto
res ſubſcripſiſſe conſi. Bruni, conſi. 206. col. 2. &
non obſtabit ſententia Senatus, quæ declarat cõ-
uentionem locum habere ẽt in ſucceſſionibus pu-
pillorũ, quia debet intelligi qñ pater non fecit pro
eis teſtamentum, & ita qñ neque propriè, neque
impropriè teſtamentum condiderũt. & hæc intel-
ligentia videtur ſumenda, quia ea conuentio dici-
tur contraria iuri communi, ſecundum quod ſuc-
cedunt agnati decedentibus ab inteſtato, non au-
tem domini, & proinde ſtrictè debet interpretari.

Hæc etſi plurimum vrgeant, non tñ videntur
quæſtionem abſoluere: nam Dñi pro ſe habent re
gulam conuentionis, quod ſcilicet ſuccedunt pu-
pillis, & alijs ab inteſtato decedentibus pro tertia
parte. & licèt ſubſtitutio pupillaris dicatur teſta-
mentum pupilli, & eo caſu pupillus dicatur teſta-
3 tus: tñ hoc eſt impropriè † & fictè, non autem ve-
rè, vt probatur Inſti. de pupilla. ſubſtitut. §. qua ra
tione, vbi tex. vtitur dictione, tanquã, quę eſt nota
improprietatis, & ita dicit Aret. in l. ſi ita ribus, col,
3. in fin. verſ. tertia concluſio, ff. de vulg. & pupill.
& ibi Alc. nu. 21. & ponit ẽt Bru. in tract. de ſtatu.
exclu. fœmin. in octauo. artic. princip. nu. 48. verſic.
quarto limitatur, Ioan. de Garonib. in auth. ex te-
ſtamento, num. 13. C. de ſecun. nupt. Capha. in d.
conſ. 210. nu. 24. & ſubſtitutio eſt ſequela paterni
teſtamenti atque illius acceſſoria, vt inquit Caſt.
in conſ. 375. n. 2. vol. 1. Garon. loco prædicto, nu.
16. & conuẽtio celebrata inter Dominos & homi-
4 nes, dẽt intelligi verè † & propriè, nõ autem fictè,
l. non aliter, ff. de leg. 3. l. 1. §. ſi is, qui nauem, ff. de
exercito. & toleratur potius nullitas actus, quam
verborũ impropriatio, l. verbis ciuilib. vbi Caſtr.
& Alc. in ſecundo notab. ff. de vulg. & pupill. Arc.
in l. a Titio, col. fi. ff. de verbo. oblig. Crau. in conſ.
288. col. 3. Menoch. in conſi. 86. nu. 74. & in conſi.
97. nu. 4. Dominus Becius in conſi. 21. num. 13. &
ſubſtitutio prædicta teſtamentum dicitur pupilli
inſpecta iuris diſpoſitione, non autem quia natu-
5 raliter ita ſit. verba autẽ debent † capi in ſenſu na-
turali, nõ ciuili, l. fi. vbi Bal. Sali. Caſt. & alij, C. de
his, qui ætat. ven. impetra. l. ex ea parte, §. ſi inſulã,
vbi Bar. & alij, ff. de verb. oblig. cũ multis, quos ci
tat Tiraq. in repet. l. ſi vnquã, in verſi. ſuſceperit li
beros, nume. 17. C. de reuoc. donat. & de retract.
conuen. §. 4. glo. 6. nu. 10. dixi in conſi. 90. nu. 24.

Confirmatur, quia cum hęc bona fuerint cũ eo
onere tranſlata in ſubditos, quod aliquo ipſorum
decedente ſine teſtamento. dñs ſuccedat pro ter-
6 tia parte, tranſiuerunt ẽt ad patrem affecta † eodẽ
vitio, & vinculata eodem modo, c. cum non ſit, ex-
tra de decim. ca. recolentes, extra de ſtatu mona-
cho. l. via conſtitui, §. ſi fundus, ff. de ſeruit. ruſtic.
prædio, & põt quis rem ſuam tradendo apponere
7 † quam vult legem, l. in traditionibus, de pact. Za-
barel. in clem. quia contingit, in 11. notab. de reli-
gioſ. dom. alios citat D. Becius in conſi. 101. num.
25. & 26. & pater non potuit in præiudiciũ domi-
norũ teſtari pro filio, quia hoc eſſet in fraudem do
minorum, qui deficiente filio nullo condito teſtã
erant ſucceſſuri, & cũ ius eſſet in ſpe dominis quę-
ſitũ, non potuit pater ſubſtitutũ dare pupillarem,
qa ſubditi nihil facere poſſunt in præiudiciũ dñi,
l. pri-

l.ptiuatorum,C.de pact.Iacobin. ideo in tract.de
8 Roidis,nu.28.dicit quod ſi dño ſpectet† ius tertię
venditionis,non poterunt partes contractũ perfe-
ctè cęlebratũ reuocare in præiudicium dicti iuris,
& nu. 35. dicit ꝙ partes non poſſunt in damnum
dñi committere notario, ꝙ cancellet inſtrumentũ
venditionis per eos factæ,& de fraudulenta ſubſti
tutione ponit Bal.in conſi.336.in 1.dubio, vol.3.
9 vbi dicit quod ſi vxor inſtituto † ſecundo viro in
omnibus bonis ſubſtituit alium vulgariter,nõ erit
locus ſubſtitutioni tanquã fraudulenter factæ in
præiudiciũ filiorum ex priori matrimonio,& eum
ſequitur Bertr.in l.hac edictali,verſi. ſi verò plus,
nu.23.in fine,C.de ſecun.nup.Ripa in conſi.190.
per totũ,& de his, quæ in fraudẽ geruntur, multa
ponit D.Becius in conſ.52.nu. 66. & alijs præce-
dentibus,& Iacobin.in d.tract.de Roidis, n.36.&
ſeq. ponit plures modos,quibus fraus põt cõmit-
ti,& inquit Bar.in l.ſi is,qui hæres,§.neque filius,
10 col.2.ff.de acq.hæred.quod & ſi lapſus † tempo-
ris excludat nedum filiũ, ſed etiã patrem a peten-
da bonorum poſſeſſione,tamen ſi filius malitioſè
permittat tempus labi,non præiudicabit patri,ſe-
quuntur ibi Imola,Rom.Cuma.Alex.in l.1.num.
6.in fine,C.qui admi.vbi Dec.in prima lect.n.29.
& in 2.nu.105.Cur.iun.nu.26.Iacob. Niger, nu.
21.Sapia,num.26.Zucard. nu.49.

Et ſi dicatur,quod fraus nõ pręſumitur , etiam
ſi alteri fiat præiudicium,Ruyn.in cõſ. 213.n.30.
11 vol.primo,& ſicuti non† committit fraudem,qui
ſe plus altero diligit,ſecundum Barba.in conſ.20.
nu.21.vol.4.& facere id licet cũ fraude , quod fie-
ri etiam permittebatur ſine fraude , vt eſt tex.in l.
qui autem,in princ.ff.de his,quæ in fraud. credit.
quem ad hoc citat Zucard.in l.1.nu.51.in fine,C.
de pact. reſpondeo , quod præmiſſa ſunt vera, qñ
quis diſponit de re ſua, vt dicit Ruyn. locò prædi-
cto,& ita loquitur tex.in d.§. qui autem. at hic nõ
diſponit de re ſua,ſed de re iã vinculata, vel obli-
gata , de qua nullo modo poteſt præter formam
conuentionis diſponere cum fraude,vel ſine.

Non obſtat autem quod pupillus dicatur teſta
tus,qñ pater dedit pupillarem ſubſtitutũ: quia re-
ſpondeo quod dicitur quidem teſtatus,ſed impro
priè, ex quo ſubſtitutio pupillaris eſt fictè , & im-
propriè teſtamentũ pupilli , & partes in conuen-
tione cenſentur conſideraſſe ſucceſſionem reſpe-
ctu voluntatis cuiuſque decedentium , vt ſcilicet
poſſet quilibet teſtãdo relinquere bona cui vellet:
ſed pupillaris ſubſtitutio quoad voluntatem,& or
dinationem dicitur teſtamentum patris, quia ſuc-
12 ceditur per eam ex voluntate † patris,non autem
ex voluntate pupilli,qui non habet velle, aut nol-
le.ita notatur in l. in teſtamento, C. de mili. teſta.
gl.ĩ l.Papinianus,§.ſed nec impuberis,ff.de inoff.
teſtam.& Caſt.in l.omnem,nu.3.C.ad Tertul.di-
cit quod ſubſtitutus pupillaris ſuccedit ex volun-
tate patris cum alijs,quos allegaui in conſ.31.nu.
48.qñ autem conſideratur voluntas, tunc pupilla
ris ſubſtitutio nõ dicitur teſtamentum pupilli,ſed
patris, & ideo concludit Ioan. Garron. in auct.ex
teſtõ,nu.17.& ſeq.C.de ſecun.nup.quod ille tex.
13 non habet locum,qñ mater † ſuccedit ex pupilla-
ri ſubſtitutione,quia bona tunc non habet ex uo-
luntate filij, nec eo caſu cenſetur filius remittere
iniuriam illatam ſibi per tranſitum matris ad ſecũ
da uota;& non põt in ea cõuentione,alia ratio cõ-
ſiderari, quare magis Dñi excludãtur a tertia por
tione , qñ ſubditi decedunt cum teſtamento , quã
vbi moriuntur ab inteſtato , niſi quia iuſtum viſũ
eſt relinquere cuique liberum ſupremum rerum
ſuarum iudicium,& cũ ſola poſſit aſſignari, debet
14 †pro expreſſa haberi,gl.in l.quamuis,C.de fidei-
commiſ.vbi Bal. dicit procedere non ſolum in ſta
tutis,ſed etiã in teſtamentis,ſequũtur Abb. Rom.
& Ale.quos citat D. Becius in conſi. 62.num.10.
Crot.in conſi.18.nu.2. Curt. ſen.conſi.11.col.3.
uerſi.6.adduco,Ripa in l.ſi conſtante, num.65.ff.
ſoluto matrimonio,Crau.in trac.de antiqui.tem.
par.4.in prin.nu.83.& id multò clarius eſſet,ſi in
prooemio conuentionis fieret mentio de huiuſmo-
15 di facultate diſponendi,nam †cauſa finalis diſpo
ſitionis colligitur ex illius prooemio,l.1.ff.ad Ma-
cedon.l.fi.ff.de hæred.inſtituen.l.Titia, §.idem re
ſponſum,ff.de uerbor.oblig.l.regula,§.licèt, ff.de
iur.& facti ignoran. Bal.in l.hæc verba, ff.de falſa
cau.adiecta legato.Ang.ĩ l.item quià,§.Iulianus,
ff.de pac.Alex. in conſi.75.num.3.uolum.6.cum
multis ſimilibus: ſed quia non uidi uerba conuen-
tionis, non facio ſuper hoc fundamentum. quid-
quid tamen ſit, concludo nõ potuiſſe patrem da-
re pupillarem ſubſtitutum in pręiudicium Domi
ni, & conſequenter pupillum uerè inteſtatum de-
ceſſiſſe,non obſtante teſtamento patris.

S V M M A R I V M.

1 Referenti creditur,quando tenor relati eſt ſcriptus,
& partes de eo poſſunt diſponere.
2 Confeſſio teſtatoris probat , & ſubſtinetur in vim
legati.
3 Verba enunciatiua in ultima uoluntate diſponunt.
4 Fideicommiſſum allegans tenetur probare.
5 Maioratus eſt ſimilis fideicommiſſo , & in eo verifi-
cantur iura loquentia de fideicommiſſo.
6 Maioratus eſt odioſus,& ſtrictè interpretandus.
7 Conditio poſita in prima ſubſtitutione, ſi deficit, cæ-
teræ omnes ſubſtitutiones deficiunt.
8 Alienationis prohibitio non extenditur ultra quar-
tum gradum.
9 Maioratus non admittit agnatum,qui ſit ultra deci-
mum gradum.
10 Proximitas grauati,non grauantis attenditur in ſuc
ceſſione maioratus.
11 Maſculi quando vocantur ad ſucceſſionem,cenſetur
teſtator conſideraſſe agnationem.
12 Agnationem reſpexiſſe videtur teſtator, qui exclu-
dit filias ſtantibus maſculis.
13 Agnationem conſideraſſe cenſetur teſtator , qui di-
greditur ad plures gradus ſubſtitutionum.
14 Maioratus inſtituitur , vt bona conſeruentur indi-
uiſa

uiſa ad familiæ decorem.

15 *Maioratus eſt ſimilis feudo, & gubernatur eiſdem regulis.*

16 *Fœmina non ſuccedit in feudo.*

17 *Præfatio arguit cauſam finalem.*

18 *Actus ſequens, cenſetur factus in exequutionem præcedentis tractatus.*

19 *Corrigere ſe ipſum incontinenti nemo præſumitur.*

20 *Mutatio voluntatis non præſumitur etiam ex interuallo.*

21 *Conceſſio interpretatur, vt ſit petitioni conformis.*

22 *Fideicommiſſum inducitur ex eo, quod teſtator voluit bona conſeruare in agnatione.*

23 *Fideicommiſſum inducitur ex tacita voluntate conſeruandi agnationem.*

24 *Fideicommiſſum inducitur & probatur coniecturis.*

25 *Ratio habetur pro expreſſa, quãdo alia reddi nõ põt.*

26 *Proximior præſumitur is, qui probat ſe agnatum certo gradu, & non aliter.*

27 *Maior natu admittitur, quando plures vocantur ad rem indiuiſibilem.*

28 *Interpretatio ea fit, per quam diſpoſitio non reddatur eluſoria.*

29 *Clauſula generalis poſita in fine non refertur ad ea, de quibus facta eſt ſpecialis diſpoſitio.*

30 *Interpretatio ea fit, per quam minus lædatur actus.*

31 *Fideicommiſſum inducitur, quando teſtator mandat bona tranſire de vno ad alium.*

32 *Semper, dictio, importat omni tempore, & omni caſu, & inducit fideicommiſſum.*

33 *Maioratus declaratur ſecundum conſuetudinem regionis.*

34 *Maioratus relictus filio, extenditur ad nepotem.*

35 *Ratio ampliat dictum.*

36 *Subſtitutio extenditur de perſona ad perſonam ex coniecturata teſtatoris voluntate.*

37 *Alienandi prohibitio facta vni, extenditur ad alios ratione agnationis conſeruanda.*

38 *Fideicommiſſum extenditur vltra perſonas nominatas ob rationem agnationis conſeruandæ.*

39 *Extenſio non inducitur, quando eadem eſt ratio.*

40 *Extenſio de perſona ad perſonã admittitur in correctorijs, ſi rõ eſt expreſſa, vel habetur pro expreſſa.*

41 *Maioratus non eſt odioſus, ſed fauorabilis.*

42 *Filij poſiti in conditione cenſentur vocati, quando teſtator conſiderauit agnationem, etiam ſi ratio nõ ſit expreſſa, ſed tacita.*

43 *Filij poſiti in conditione, cenſentur vocati in maioratu.*

44 *Conditio, ſi deceſſerit ſine filijs, non extinguit fideicommiſſum, licèt defecerit, quando filij poſiti in conditione ſunt vocati.*

45 *Conditio, ſi deceſſerit ſine filijs, licet deficiat, tamen non expirat ſubſtitutio, quando teſtator voluit conſeruare bona in agnatione.*

46 *Maioratus magis refertur ad conſeruandam agnationem, quam fideicommiſſum.*

47 *Proximitas attẽditur reſpectu grauãtis, nõ grauati.*

48 *Maioratus defertur iure ſanguinis, nõ hæreditario.*

49 *Maioratus extenditur vltra decimum gradum.*

50 *Fideicommiſſum defertur vltra decimum gradum, quando teſtator voluit conſeruare agnationem.*

51 *Maſculi quando vocantur, non veniunt maſculi deſcendentes ex fœminis.*

CONSILIVM CCXLI.

DISPOSITIO Don Chriſtophori
Colnmbi ſcripta de anno 1505. &
de qua Notarius fuit in loco Vallis
Dolleti rogatus de anno 1506. eſt
valida: quia etſi referat ſe aliàs in
Hiſpalenſi Ciuitate diſpoſuiſſe, nec illud teſtamẽ-
tum reperiatur, tamen continet illud ipſum, quod
ibi inquit ordinaſſe, & vbi in referente expreſſus
eſt tenor relati, creditur referenti, non conſtito de
2 relato, † ſi ſumus in his, quæ pendent a ſola diſpo-
nentis voluntate, Bald. in auct. ſi quis in aliquo,
col. 2. vbi Decius col. pen. in fi. C. de eden. Dec. la-
tè in l. edita, nu. 86. C. eo. tit. & in conſi. 169. col. 3.
verſi. & hoc confirmatur, Bero. in conſi. 198. num.
23. vol. 1. latè Meno. in conſi. 90. nu. 42. præcipuè,
quando quoad ſubſtantiam tenor relati recitatur
in ſcriptura referente, vt per Roma. in conſil. 317.
col. 2. Iaſ. in d. auct. ſi quis in aliquo, colum. pen. &
Bello. in conſi. 36. nume. 7. ſed præter eos hoc vo-
luit Bal. in l. 1. in fi. C. de epiſcop. & cler. Dec. dicta
auth. ſi quis in aliquo, colum. penult. in fine, Ripa
in l. admonendi, nu. 35. ff. de iureiu. Crau. in conſ.
157. nu. 16. Deciſ. Pedem. 39. nu. 4. vbi alios citat,
& prædicti Doctores loquuntur de cõfirmatione
eius, de quo non apparet id, quod facit ad præſen
tem controuerſiam, quia Don Chriſtophorus te-
ſtamentum Sibilliæ conditum confirmauit in vlti
ma hac ſua diſpoſitione. & prædictorum ratio eſt,
quia ſuperuacua eſt demonſtratio, ſi res eſt certa,
l. 1. in fi. ff. de dote prælega. l. ſi non deſignata, C.
de fal. cau. adiec. leg. & non eundo per mendicata
ſuffragia, videtur ferè in noſtris terminis tex. in l. ſi
donatio. C. de donatio. vbi ſi quis in teſtamento
confirmat donationem certæ rei, quam aſſerit ſe
feciſſe, valet diſpoſitio, & ſuſtinetur ex teſtamento
relictum, licèt non probetur donatio, & ibi notat
Bal. quod verbum, confirmo, importat diſpoſitio
nem nouam, & de per ſe. & ſubdit quod ſi in in-
ſtrumẽto aliquo ſit mẽtio alterius inſtrumẽti, non
eſt neceſſe conſtare de primo, ſi ſecundũ diſpone-
re poteſt principaliter per ſe; & infert ad alia, &
idẽ dicit Bal. in conſ. 418. licèt dominns, vol. 5. vbi
ſi quis leget domum, quam dicit eidem fuiſſe lega
tam a patre in ſuo teſtamento, debetur domus ẽt
ſi de paterno teſtamento non appareat. confirmat
Iaſ. in l. admonendi, nu. 41. de iureiur. quia vbi te-
ſtator refert ſe ad aliquid, quod non requiritur,
diſpoſitio non vitiatur, ſed ſuſtinetur, ſequitur Ri
pa, num. 35. Dec. in conſi. 63. num. 5. vbi dicit pro
cedere in quacunque materia, & num. 6. verſi. nec
obſtat, quod verba, vbi dicit aliud eſſe, quando
cõſtaret relatũ aliud diſponere. & nouiſſimè ita de
clarat Simõ de Prætis in tract. de interpret. vltim.
volũt. lib. 6. interpret. 2. dubit. 4. ſolutio. 2. n. 238.
verſi.

verſi.ſed quid ſi non apparet.addo pro confirma-
tione id,quod voluit Bart.in l.cũ quis decedẽs,§.
codicillis,ff.de leg.3.vbi vult, qđ ſi in teſtamento
2 confiteatur † teſtator ſe aliquid debere, vel rece-
piſſe,& illud leget,peti poterit ex teſtamẽto,ſi aliter
ter probari non poterit veritas debiti,Alex.in con
ſil.122.nu.3.vol.7.Ripa in l.fęminæ, nu.45.C.de
ſecund.nup. Duran. de arte teſtan.tit.6.caut.6.in
prin. Natta in conſ.73.nu.5.Rol. de lucro dot.q.
80.nu.9.Cæph.in conſ.86.num.12.Ant.Gom.de
teſtam.c.12.nu.81.Mantica de coniect. vlt.volũt.
lib.10.tit.4. nu.2. Vaſq. de ſucceſſio. creatio.§.9.
nu.30.vbi dicit communem eſſe opinionẽ,Eman.
a Coſta in l.ſi ex cautione, in 12.fallen.nu.3.verſi.
adde tñ,C.de non num.pec.Simon in d.tract.lib.
2.interpret.2.dubit.2.ſolut.2.nu.91.& ſeq.qua-
re cum Don Chriſtophorus in vltima ſua diſpoſi-
tione fateatur ſe reliquiſſe & ordinaſſe,vt ibi legi-
tur,& velit diſpoſitionem ſuã ſortiri effectum, nõ
eſt, quod reuocetur in dubium ſubſtãtia maiora-
tus. & hæc planiora ſunt ſi diligenter intueamur
formã verborum: qñquidem nedum refert quod
ait feciſſe Sibilliæ,ſed etiã diſponit de nouo,& mã
dat pſentem ſuã diſpoſitionem obſeruari,ita vt ſe
mel habeat effectum, atque ita videtur teſtator bi
nas tabulas teſtamenti feciſſe, l.Sempronius,vbi
gl.ff.de leg.2. & in teſtamentis attendimus volun
tatem teſtatoris;quibuſcunq; verbis ſit declarata:
3 nã etiam enunciatiua † verba probant diſpoſitio-
nem, & eã inducunt, l.vnum ex familia,§.vltimo,
vbi Bart.& alij,ff.de leg.2. Mantica in d.tract.lib.
3.tit.12. nu.2. etiam ſi probata ſint in codicillis,l.
etiam hoc modo, & l.& eo modo, vbi Iaſ.ff.de le-
g2.1.Mantica lib.6.tit.4.nu.17.

Præſuppoſita igitur dictæ diſpoſitionis validi-
tate,videndũ eſt, an ex ea ſit vocatus Illuſtr. Dñs
Don Baldaſſar Columbus ex Dominis Caſtri Cu
cari,& an ſit præferendus mulierib. & alijs deſcen
dentib. ex linea fœminina Don Chriſtophori. &
primo quidem aſpectu diceret quilibet, eum non
eſſe vocatum; primò,quia & ſi Don Chriſtopho-
rus inſtituerit de bonis ſuis maioratũ, eũ tñ conſti
tuiſſe ſolum videtur inter deſcendentes ſuos, &
his deficientib. inter deſcendentes a fratrib. ſuis:
nec enim alios nominat agnatos, vel affines, & in
maioratu,qđ non loquitur inſtitutio,non eſt prę-
ſumendum;ac qui dicit maioratum includere hũc
4 caſum,tenetur probare,† vt dicimus in fideicom-
miſſo,l.cohæredi,§.cũ filiæ, ff. de vulg.Cæphal.in
conſ.67.nu.27.Rol.conſ.46.nu.1.vol.3. & in du-
bio pronunciandum eſt,fideicommiſſum non ex-
tare,l.Lucius,§.tres hęredes,vbi Iac.de Are.Dyn.
Alb.& alij,ff.ad Trebel.Rol.loco prędicto. & quę
5 dñr de fideicommiſſo, † locum habent in maiora-
tu,qui ei videtur exequatus, vt per Didac.variar.
reſol.lib.1.cap.15. & pract.q.c.38. Pariſ.conſ.72.
nu.80.lib.4. Tiraq.de iure primog.q.5.num.14.
Oroſcius in l.de quib. nu.69.ff.de legibus.& cum
6 maioratus ſit odioſus, † & exorbitans a regulis iu
ris cõis, vt inquit Alciat. in cõſ.96.nu.27.Bero.in
conſ.120.nu.85.vol.2.& nu.72.& ſeq. Lupus in
c.per veſtras,§.26. reſtat,nu.20. Roder.in l.quo-
niam in priorib. in 5.limitat.nu.4.in fi.C.de inoſ-
fic.teſtam. ſtrictè debet interpretari, vt minus læ-
dat ius commune.& quãuis poſt enumeratas per-
ſonas filiorum & fratrũ Don Chriſtophorus ſub-
dat, *che s'intenda così d'uno in altro il parente più
proſſimo alla mia linea*,&c.tñ illa verba intelligi de-
bent reſpectu deſcendentium a filijs & fratrib. vt
ſcilicet ex his proximior ſuccedat, non autem vt
alij præter eos cenſeantur vocati. ita declarant in
ſimili ea verba de maiore in maiorem, Alciat.d.
conſ.96.nu.36. & Bero.d.conſ.120. nu.55.& 83.

Secundò, quia maioratus non fuit ſimpliciter
conſtitutus,ſed ſub conditione,ſi Dõ Didacus pri
mogenitus & alij primũ vocati deceſſiſſent ſine fi-
lijs;hęc aũt conditio expirauit,quia Don Didacus
reliquit filios;& ideo cũ omnes ſubſequentes ſub-
ſtitutiones factæ cenſeantur ſub eadem illa condi-
7 tione † deficientiũ filiorum, euanuerunt cum ipſa
conditione, l.cum in teſtamento,ff.de hęred.inſti.
l.ſi mater,§.fi.vbi Iaſ.in ſecũdo notab. ff.de vulg.
& pupil. Rol.in conſ.56.nu.13.& ſeq.vol.3.& non
fit locus ſequentib. ſubſtitutionibus qñ conditio
appoſita priori non purificatur,glo.in l.qui habe-
bat,vbi Ang.& Imo.ff.de vulg.& pup.Bal.in con-
ſil.162.& conſ.276.vol.1.Anch.in conſ.137.prin
cipaliter,Cur.ſen.conſ.45.nu.11.& 17.Dec.in cõ
ſil.205.& conſ.377.Ruyn.in conſ.35.n.3.& con-
ſil.161.nu.18.vol.3.Pariſ. in conſ.44. in princ. &
in conſ.87.nu.7.vol.2.Cæph.in conſ.401.nu.22.
latius in conſ.17.nu.10.& alibi ſæpe,latiſſimè Zan
eus in repe.l.hæredes mei,§.cum ita,p.2.nu.67.ff.
ad Treb.cum igitur defecerit conditio appoſita in
prima ſubſtitutione, non poteſt agi ex ſequenti-
bus ſubſtitutionibus,quia omnes euanuerunt.

Tertiò videtur qđ maioratus non extendatur
8 vltra quartũ gradum, quia hęc eſt natura † prohi-
bitę alienationis, vt contineatur intra quartũ gra-
uati gradum, §. nos autem, vbi no.Iacob.Belu.&
Ang.in Auth.de reſtit.fideic.ponit Alex.in conſil.
56.in prin.vol.1.Iaſ.in l.voluntas,nu.9. verſ.ſecũ-
da notabilis,C.de fideic.Pariſ.conſ.39.n.1.vol.3.
Alciat.in l.filiusfamilias,§.diui, nu.42.ff.de leg.1.
cui concluſioni ea quoq; finitima eſt,qđ ad maio
9 ratum ſeu fideicommiſſum hi ſoli cenſentur † vo-
cati,qui ſunt intra decimũ gradum, & aliàs ab in-
teſtato teſtatori ſucceſſuri, non etiã remotiores,l.
vlt.C.vñ legit.§.pen.Inſt.de ſucceſſ.cogna. Doct.
in l.1.C.unde uir & uxor, Bal.in conſ.334. vol.3.
Anch.in conſ.94.col.2. Dec.in conſi.321.nu.2.at
qui Dominus Don Baldaſſar, neque intra quartã
eſt generationem,neq; intra decimum gradũ inn-
gitur Don Didaco, qui ultimo loco poſſedit ma-
ioratum, ideo excludendus uenit, præcipuè cũ in
10 ſucceſſione maioratus perſona vltimi † grauati at-
tenditur, tam ad dinumerationem graduum, quã
ad proximitatem inſpiciendã,ut per multa probat
Vaſq.de ſucceſſionib. creat.libro 3.§.27.nume.3.
ubi concludit,proximitatẽ dijudicari inſpecta per
ſona

ſona grauati, non etiam teſtatoris grauantis.
Hiſ tñ non refragantibus, concludo D. Baldaſ-
ſarem omnino ex diſpoſitione Don Chriſtophori
admittendum ad bona maioratus, ſicut ſupra di-
ctũ eſt conſtituti, eumq; cæteris omnib. præcipuè
& a fœminis deſcendentib. præferendum: nam ex
dicta diſpoſitione conſtat Don Chriſtophorũ vo-
luiſſe bona ſua omnia conſeruare in agnatione &
familia, idq; deducitur ex pluribus. Primò, quia
ad prædicti maioratus ſucceſſionem vocauit ſem-
11 per maſculos, † quæ vocatio inducit præſumptio-
nem, quod reſpexerit ad agnationẽ, vt per Cum.
in conſil. 2. quem ſequuntur Soc. Iaſ. Dec. Ruin.
Pariſ. Bero. Soc. iun. Grat. Neuiz. & Rimin. iun.
quos citat & ſequitur Simon de Pret. in d. trac. de
interpret. vlt. volunt. lib. 3. dubit. 3. interpret. 1. ſo-
lut. 11. nu. 5. vbi eã confirmat multis rationib. ſub
dens eſſe magis cõem, & ab ea non recedendum,
Mantica in tract. de coniect. vlt. volun. lib. 6. tit. 15.
nu. 2. vbi alios citat, addo Rol. in conſi. 70. nu. 29.
vol. 3. vbi fortius vult, qualitatem maſculinitatis
cenſeri repetitã fauore agnationis in ſequenti ſub
ſtitutione, in qua fuerat omiſſa, quando teſtator
maſculos inſtituit & filias dotauit, Menoc. in cõſi.
44. nu. 10. Cæphal. in conſi. 251. nu. 49. vbi loqui-
tur expreſſè in teſtatore, qui vocauit maſculos ad
maioratum, & vult, quod motus cenſeatur fauore
agnationis conſeruandæ, præcipuè quãdo ſæpius
eſt illa qualitas repetita, Purpur. conſi. 35. num. 4.
inter conſi. Silua. Zancus d. §. cum ita, nu. 62.
Secundò, quia proprias filias excluſit, & alias
12 omnes amouit a ſucceſſione, † donec maſculus ex
titiſſet: quæ ratio demonſtrat teſtatoris voluntatẽ
fuiſſe, quod agnati admitterentur, Corn. in conſi.
146. vol. 2. Cagn. in l. 1. nu. 53. circa finem, C. de
pact. Zanc. loco prædicto, nu. 61. Ripa in l. Centu-
rio, nu. 164. ff. de vulg. Mantica in d. tracta. lib. 11.
tit. 3. nu. 15. Cæphal. in conſi. 137. nu. 12.
Tertiò teſtator plures fecit ſubſtitutionum gra
13 dus, † in quibus vocauit ſemper maſculos, Corn.
in conſi. 74. col. 2. volum. 2. Purpur. Gozad. Pariſ.
& Zancus, quos citat Simon de Pret. lib. 3. dubi-
tat. 2. ſolut. 3. num. 17. folio 301.
Quartò, quia hæc eſt principalis ratio maiora-
tus, vt bona vnita, & indiuiſa conſeruentur ad fa-
14 miliarum decus, honorem, & amplitudinem, † vt
probat Socin. iun. conſi. 47. num. 6. vol. 3. Pariſ. in
conſil. 72. nu. 81. volum. 4. comprobat Tiraquel.
de iure primogen. quæſt. 71. nu. 2. Didac. variar.
reſolut. lib. 1. cap. 15. circa fin. & lib. 3. cap. 5. nu. 5.
verſi. tertiò eadem opinio, vbi dicit ideo maiora-
tum inſtitui, vt patrimonia indiuiſa, integra, illæ-
ſaque penes familias maximo cum reipublicæ cõ-
modo conſeruentur; & infert fęminas ideo nõ ſuc
cedere in maioratu informi, & ſimpliciter inſtitu-
to nulla regula adiecta, Cæphal. in conſi. 251. nu.
48. vbi ex hoc deducit præſumptam conſeruandæ
agnationis rationem in eo, qui ordinauit bona ſua
deferri, per Pinell. l. 1. parte 3. nume. 99. pro quo
15 facit, quia maioratus ſimilis eſt feudo, † & eiſdem
ferè regulis procedit, vt voluit Socin. d. conſil. 47.
nu. 6. & 16. Bal. Archid. Præpoſ. & Caſt. quos ci-
tat, & ſequitur Didac. d. lib. 3. cap. 5. nu. 5. verſic.
quintò feuda, Pariſ. in conſil. 72. nu. 74. vol. 4. Be-
ro. d. conſi. 120. nu. 21. vol. 2. Rol. cõſi. 58. nu. 70.
volum. 3. Cæphal. in conſil. 251. num. 40. & con-
16 ſil. 252. num. 18. in feudis autem † non ſuccedunt
regulariter fęminæ, cap. 1. §. hoc autem notãdum,
tit. de his, qui feud. dare poſſ. cum infinitis citatis
per Dominum Becium in conſil. 101. num. 34. &
ſeqq. Menoch. in conſil. 95. ferè per totum. ſed ea
deferuntur agnatis, vt in iuribus vulgaribus, quia
conſeruari debent in familia, & agnatione quæ
non conſeruatur per fęminas, vel maſculos a fęmi-
nis deſcendentes, vt per Menoc. loco præcitato.
Quintò, quod Dõ Chriſtophorus voluerit bo-
na cõſeruari in ſua agnatione, probatur ex verbis
inſertis in licentia cõſtituendi maioratum, quem
eidem conceſſerunt Ferdinandus, & Iſabella Re-
ges Hiſpaniarum. legitur enim ſupplicaſſe eiſ pro
dicta licentia, vt apud poſteros remaneret ſui me-
moria perpetua, nomenq; ſuæ domus & propaga
tionis; & vt ſui poſteri, & ſucceſſores eſſent hono-
rati. Si igitur in petenda licentia hanc cauſam ex-
poſuiſſet, dicendum eſt illum fuiſſe ea motum, &
17 nõ alia, vt videmus in proęmio, † quod arguit cau
ſam finalem diſpoſitionis, Bart. in l. fin. poſt prin.
ff. de hæredib. inſtituen. Dec. in conſil. 10. num. 2.
quæ cauſa cenſetur repetita in ſequentibus, Crau.
in conſi. 192. nu. 21. Mantica, lib. 5. tit. 15. num. 7.
Rolan. in conſi. 80. num. 50. volum. 1. Menoch. in
conſi. 1. nu. 413. Dominus Becius in conſi. 20. nu.
11. cum multis ſimilibus, quos omitto, ex eiuſmo-
di ipſius inſtituentis maioratum petitione declara
tur inſtitutionis forma, quia præcedentia decla-
rant ea quæ ſequuntur, vt in l. ſemper in ſtipulatio
18 nibus, ff. de reg. iur. & actus, † qui ſequitur, cenſe-
tur factus in exequutionem præcedẽtis tractatus,
glo. in l. quædam mulier, ff. de rei vendic. Crau. in
conſi. 91. nu. 9. & in conſi. 158. in fi. & non eſt cre-
dendum, quòd teſtator mutauerit in conſtituẽdo
maioratum eam uoluntatem, quam in mente gere
bat, qñ pro eius validitate impetrauit licentiam,
19 quia neque correctio † præſumitur, l. pręcipimus,
in fi. C. de appellat. in glo. in c. cupientes, §. quod
20 ſi per viginti, de electio. neque voluntatis † muta-
tio, l. cum hic ſtatus, §. 1. in fi. ff. de donat. inter vir.
& uxo. l. eum qui, ff. de probatio. Afflict. in deciſ.
381. nu. 4. etiam dato temporis interuallo, c. maio
res, extra de baptiſ. Aret. in l. Titia, §. idem reſpon
det, il primo, col. 3. ff. de uerb. oblig. Zuccard. in l.
poſthumo, num. 14. C. de bon. poſſ. contra tab. D.
Becius in conſil. 1. num. 24. & ſicuti ex interroga-
tione declaratur reſponſio, quæ intelligitur ſecun
dum eam, §. præterea, Inſtit. de inut. ſtipul. ita ex
21 petitione declaratur cõceſſio, † vt ſit illi cõformis,
Bald. in c. inter dilectos, in uer. cæterũ, uer. ex for-
ma petitionis, de fide inſtr. Bart. in l. 1. uer. quartò
quarto. ff. ad leg. Iul. maieſt. Alex. in cõſ. 184. nu. 7.
uolum. 1. Dec. in conſi. 33. col. 1. & in conſi. 669.

nu.7.Felin.in d.c.inter dilectos, nu.14.Dominus
Becius in conſi.21.nu. ſecundo. ſi igitur intentio
diſponentis fuit conſeruare bona ſua in agnatio-
ne, ſequitur, quod ea debent trāſire non ſolum in
filios expreſsè nominatos, & ad fratres, ſed etiam
ad quoſcunque de eius familia & agnatione, quia
ratio conſeruandi bona in agnatione, eſt potens
22 inducere perpetuum fideicommiſſum, † Socin. in
l.qui Romæ, §.cohæredes, num.18.ff.de verbor.
oblig. & in conſi.12.num.18.vol.3.Dec.in conſi.
23.num.4. non enim bona poſſunt conſeruari in
agnatione, niſi per fideicommiſſum tranſeant de
vno in alium, l.peto, §.fratre, ff.de legat. ſecundo,
Cuman.in d.l.ſi cognatis, Socin. dicto conſi. 12.
nu.18.Pariſ.in conſi. 30.nu.22. volum. ſecundo,
Crau.in conſi.113.nu.quinto, vt latius probaui in
conſi.96.nu.14.& ſeq. vbi dixi id procedere non
ſolum, qñ hæc ratio eſt expreſſa, ſed etiam quādo
23 eſt tacita, & colligitur † ex cōiecturis, vt vult Bal.
in l.quotiens, nu.8.C.de fideicom.Socin.iun.cōſ.
168.nu.78.vol.ſecundo, d.conſ.30.nu.26. Crau.
conſi.130.nu.9.Rube. conſi.28.nu.6. Roland.in
conſ.23.nu.24.vol.quarto, & clarum eſt ex conie
24 cturis induci, † & probari fideicommiſſum, l.cum
proponebatur, ff.de leg. ſecundo, l.cum virum, &
l.cum quæſtio, in fi.C.de leg.Caſtren. in l. penul-
tima, ff. de leg. primo, cum multis allegatis a Si-
mone de Pret.in d.trac.de interpret.vltim.volun.
lib.3.interpret.prima, dubi.3.ſolut.12.nu. primo,
Mantica de coniectu.vltim.volunt.lib.7.tit.3.nu.
primo, vbi latiſſime proſequitur, & defendit pro-
cedere, etiam ſi verba teſtatoris non ſint expreſſa,
Eman. a Coſta in l. Gallus, §. & quid ſi tantum,
nu.25.& ſequenti, ff. de liber. & poſthum. vbi di-
cit poſſe fideicōmiſſum induci nutu, Rolan.conſi.
6.nu.15.vol. quarto, Gomeſ.lib.primo, c.quinto,
nu.23.& ſequen.& Hippolit.Riminal.in cōſi.23.
nu.85. dicit, quòd ratio conſeruandæ agnationis
25 fideicōmiſſum inducit, & quando alia ratio † nō
poteſt aſſignari, habenda eſt atque ſi eſſet in di-
ſpoſitione expreſſa, ex gl.in l.quamuis, ubi Bald.
Rapha.Caſtren.& Iaſ.C.de fideicomm. Alexan.
in conſi.100.nu.10.uolum.quarto, Dec.in conſi.
15.num.ſecundo, multos alios citat Simon dicta
dubit. 3. ſolut. 11. numero quinto, ubi latè agit,
Cæphal.in conſilio 196.num.13. ubi poſt Dec.&
alios vult hanc rationem conſeruandæ agnatio-
nis, quamuis non expreſſam inducere fideicom-
miſſum, Dominus Becius in conſi. 62. numero
10.Mantica dicto tracta.libro 6.titu.14.num.20.
negari ergo non poteſt inſpecta ea ratione fidei-
commiſſum inductum fuiſſe in fauorem eorum,
qui ſunt de agnatione, ſeu familia de Columbis:
proinde cum Don Baldaſſar ſit ex ea, uenit admit
tendus ad maioratum, excluſis alijs competitori-
bus, qui uel ſunt fœminæ, uel deſcendunt a fœmi-
nis, & conſequenter inhabiles ſunt, & non ſunt
uocati ad maioratum fauore agnationis inſtitu-
tum, non opus habet probare ſe proximiorem,
uel alium non extare qui ſit proximior, ſed ſat eſt
probaſſe coniunctum ſe teſtatori ſeu Don Chri-
ſtophoro in octauo gradu, & Don Didaco, qui vl
timus poſſeſſor fuit maioratus in vndecimo. eſt
enim cōis diſtinctio, quod aut quis probat in ge-
26 nere † ſe affinem vel agnatum, non deducto tamē
certo aliquo gradu; & tunc non admittitur ad ſuc
ceſſionem: aut probat certo ſe gradu coniunctum,
& tunc præſumitur proximior, & qui vult dicere
quòd alius extet, probare tenetur. ita concilian-
tur dicta per Cuma.& Alc.in l.is poteſt, ff.de acq.
hæredit.ex Are.in l.ſed ſi de ſua, ff.eo.ti. per Dec.
in conſi.321.col.fin.verſi.vltimò non obſtat.plu-
res addit Neuiza.in conſ.10.nu.9.Alciat.in conſ.
199.nu.21.& in conſi.499.nu.quarto, Tiraq. de
retractu conſanguin.§.11.gl.prima, nu.9.Rolan.
in conſ.32.nu.25.vol.3.& quamuis Don Baldaſ-
ſar fratres habeat, ſolus tamen ipſe tanquam natu
maior eſt vocatus, quia vbi plures vocantur ad rē
27 indiuiſibilem, non concurrūt omnes, † ſed ex his
qui maior eſt natu, vt probat in maioratu Rode-
ric.in d.l.quoniam in prioribus, ampliat. 10. nu.
26.C.de inoff. teſtam.verſi. vnum tene, vbi dicit
eſſe perpetuò commendandum memoriæ, quia fa
ciet honorem, & ipſe ſæpius habuit in facto, Pariſ.
d.conſi.72.num.113.vol.quarto, Lup.in rubr.de
donatio.inter vir.& vxor.§.69.num.21.Didac.d.
lib.c.5.num.3.Vaſqu.de ſucceſſio. creat. lib.3.§.
27.num.2.

Secundò dico hanc eſſe expreſſam Don Chri-
ſtophori diſpoſitionem, quia ſi non conniuenti-
bus oculis legatur diſpoſitio, poſtquam loquutus
eſt de Didaco primo eius filio, & de Ferdinādo ſe
cundogenito ac de fratribus, ſubdit, *che s'intenda
coſi d'uno all'altro il parente piu propinquo alla mia li-
nea, & queſto ſia per ſempre, &c,* non enim voluit
finiri ſucceſſionem maioratus in deſcendentibus,
& fratribus teſtatoris, ſed conuolare & tranſire vo
luit ad agnatos, quod ſi ſolum inſtituere voluiſſet
maioratum inter filios & fratres, non erat neceſſe
illa verba adijcere, *che s'intenda coſi d'vno all'al-
tro, &c.* quia eo ipſo quod dixerat ſe maioratum
ordinaſſe, ſatis erat explicitum quod de vno ad
alium natu maiorem bona tranſirent, ſic dictante
natura maioratus, vt declarat Lup. d.§.69.nu.21.
ubi dicit donationes Regis factas cum clauſula,
quod habeat quis eas iure maioratus, ſpectare ſuc
ceſſiue ad primogenitos, & tenuerunt Roderic.
Vaſq. Pariſ. & Didac. in locis proximè citatis. ne
igitur adiectio illa ſit ocioſa, & ſuperflua dicendū
eſt dictum fideicommiſſum, & extenſum maiora-
tum etiam ad agnatos qui neque ab inſtituente,
neque ab eius fratribus deſcendunt: nullum enim
uerbum eſſe debet ſine effectu operandi, l.ſi quan
do, ff.de leg.1.Bald.in rubr.C.de contrah. empt.
28 nu.9. & interpretatio † fieri debet, per quam di-
ſpoſitio non reddatur ſuperflua & eluſoria, l. ſi
prætor, ff.de iudic.Alexand.in conſi.81.num.ſe-
cundo, uolum. ſexto, Ruinus in conſilio 57.nu-
mero ſexto, uolum.tertio, Crauc.in conſi.35.nu-
mero 25.& procedit etiam in teſtamentis, dicta

l.ſi

l.ſi quando, & notat Bart. in l.generali, §.1.ff.de
vſufruc.legato,& dicit Grat.in conſi.126. nu.24.
& ſeq.volum.2. quod inducitur fideicommiſſum
vbi non extat, vt verba aliquid diſponant,& ante
eum a tollenda ſuperfluitate ita ad inducendũ no
uum fideicommiſſum arguit Caſtren. in conſ.43.
colum.ſecunda,verſi.ſed in contrarium,& in con-
ſilio 222.circa principium,volum.ſecundo. Item
illa verba, *il parente piu propinquo alla mia linea*,nõ
poſſunt referri ad deſcendentes ex Don Chriſto-
phoro, vel eius fratribus, tũ quia teſtator iam de
eis diſpoſuerat qualiter deberent venire ad maio-
ratum vocando ſecundogenitum,vbi primogeni-
ti linea maſculina defeciſſet; deinde vero Bartho-
lomeum fratrem, quando nõ extarent filij ex Dõ
Didaco & Don Ferdinãdo, & vltimo loco alium
fratrem decedente Don Bartholomeo ſine filijs;
29 & generalis clauſula in fine poſita † non refertur
ad ea,de quibus facta eſt ſpecialis prouiſio,l.vxo-
rem,§.feliciſſimo, in fine,ff.de legat.tertio,l.cohæ
redi,§.qui patrem, ff.de vulg. & pupil.l.doli clau-
ſula,ff.de verborum oblig.latè Oſaſc. deciſ.Pede-
mon.169.numero primo:tum vero quia non con
ueniunt filijs & fratribus illa verba, *il parente piu
propinquo*, nã expreſsè filios & fratres vocauerat,
nec in eis ſuberat dubium circa ſucceſſorẽ,proin-
de clauſula referri debet ad alios agnatos,ad quos
poteſt referri, argumento l. ſi idem, §.finali,ff.de
iuriſdict. omnium iudicum, Felin.in cap.cauſam,
quæ,in ſecunda limitatione, de reſcript. & cũ hæc
declaratio non conueniat filijs & fratribus, nõ eis
etiam conuenit diſpoſitio, l.quarta, §.totiens, ff.
de damno infecto. cum natura maioratus ſit tran-
ſire non ſolum in fratres,ſed generaliter in omnes
agnatos,nimium reſtringeretur,ſi illa clauſula ve-
niret referenda ad ſolos filios & fratres: proinde
30 intelligi † eo modo debet, per quem minus lædit
actum,ſecundum Menoc. in conſi.61.nu.27.

Tertiò probatur,Don Chriſtophorum voluiſ-
ſe perpetuum inducere fideicommiſſum, quia di-
31 ſpoſuit bona tranſire *d'vno all'altro* † *parente piu
propinquo, &c.* illa enim verba clarum cauſant fi-
deicommiſſum,vt in ſimili probat Decius in con-
ſil.38.numero quarto, Ruyn.conſi.151.nume.7.
volumine ſecundo, vbi quando dictum eſt quod
vnus ſuccedat alteri,Pariſ.in conſilio 55.nume.3.
volum.2.Grat.conſ.31.numero 20.volum.2.plu
res citat Simon de Pret.lib.3.dubit.5. ſolutio.10.
numero 19.

Quartò id etiam deprehenditur ex illis verbis
Don Chriſtophori,dum dixit, *& queſto ſia per ſem
pre.* dum enim dixiſſet velle,quod bona tranſeant
de vno ad alium, ſubdit hoc pro ſemper eſſe ſer-
32 uandum. dictio enim, ſemper, † ſignificat omni
caſu, & omni tempore, l.prima,vbi glo.ff.ſoluto
matrimonio.ita tenent Dec.in conſilio 23.colum.
ſecunda, conſilio 38. nume.quarto, Curt.iun.in
conſil.22.colum.fina.Gozadin. in conſil.102.co-
lum.prima, Pariſ.in conſi.37. num.24.volum.ſe-
cundo, Ruyn.in conſi.128.colum. fina.volum.1.

comprobat Rolan.conſ.23.num.17.& ſeq.vol.4.
Simon de Pret. de interpret. vltim. volunt.lib.3.
dubitat.5.nu.19.& ſequen.

His igitur ſic poſitis fundamentis, non obſtat
quod inſtitutio maioratus non loquatur de alijs
agnatis,exceptis filijs & fratribus:quia ſupra pro-
ximè demõſtrauimus nedum filios & fratres, ſed
quoſcunque etiam agnatos eſſe ad maioriam vo-
catos. Secundò,quod ex quo Don Chriſtopho-
rus voluit bona ſua per maioratum deferri, ſatis
vocauit agnatos, quia de natura maioratus eſt,
quod in eo ſuccedãt agnati natu maiores, ex quo
inſtituuntur ad conſeruationem domus & fami-
liæ,vt per Pariſ.dicto conſi.72.Socin.Tiraquel.&
alios, quos ſupra citauimus, præcipue Lupum di-
cto §.69.num.vigeſimoprimo. & inſtitutio maio-
33 ratus † recipit interpretationem a conſuetudine,
& more prouinciæ,vbi vitam agit, qui illum inſti-
tuit,vt probat Didac.dicto cap.quinto, nume.ſe-
cundo,vbi loquitur, quando nulla data eſt forma
ab inſtituente, ſed dictum ſolum, quod ea bona
habeat iure maioratus, & hoc etiam repetit in ver
ſic.ſeptimò ad idem, vbi verſic. octauò ſubdir, le-
gem Tauri 45. cuius diſpoſitione poſſeſſio conti-
nuatur in natu maiorem, intelligi etiam ad fauo-
rem eius, qui non eſt nominatus in diſpoſitione,
dummodò ſit proximior. Hinc infertur ſalſum eſ-
ſe, quod in contrario dictum eſt, maioratum non
34 extendi ad perſonas in eo non nominatas; † nam
contrarium defendit verius Didac.loco prædicto,
num.tertio,verſic.quartò ex his, vbi reprobando
Roderic.concludit alienandi prohibitionem iniũ-
ctam filio extendi ad nepotes, quamuis præter
Roderic. idem teneat Lupus dicto §. 26.col.fina.
& in verſi. ſecundò ex his Didac. determinat ma-
ioratum relictum filio extendi ad nepotes, & vo-
luit ipſemet Lup.in d.rub.§.69.nu.21.

Tertiò etiam ſi diſpoſitio eſſet limitata ad filios
& nepotes, extenderetur tamen ad agnatos pro-
pter rationem illam conſeruandæ agnationis,qua
diximus Don Chriſtophorum fuiſſe motum ad
inſtituendum maioratum de bonis ſuis, quia ra-
35 tio † ampliat dictum, l.regula, §.ſi quis ius igno-
rans,ff.de iur.& facti ignoran.vbi Bart. & Bald.&
ideo licèt regulariter ſubſtitutio non extendatur
de perſona ad perſonam, ſecundum Ange.Cum.
& Iaſ.in l.Gallus,§.& quid ſi tantum, ff.de libe.&
poſthum.tamen hoc fallit, quando in contrarium
36 extat coniecturata † teſtatoris voluntas, vt dicit
Angel.in eo loco,vbi Aret.colum.quinta,in prin-
cip.verſic. ſecuudò fallit, & ſequuntur Corne.Ia-
ſon,Crot.Capra, Pariſ. Garzias, Grat.& Crauet.
quos citat Cæphal.in conſil.252.nume.21. vbi in
quæſtione maioratus ita reſpondit, & alios citauit
in conſil.96.nume.38. Mantica lib. tertio,tit.16.
num.octauo,& nono. & ideo in prohibitione alie
nãdi facta reſpectu aliquarum perſonarum,quod
37 trahatur ad alias † ex vi dictæ rationis,voluit Ca-
ſtren. in conſilio 303. numero 3. verſic. circa pri-
mum videtur, volumine primo,Curt.iun.in con-

ſil.43.nume.11. Socin. in conſ.43. in primo dub. volum.3. dicens diſpoſitionem teſtatoris per latitudinem dictæ rationis extendi de perſona ad perſonam, Crotus in conſi.decimoſexto, nume.32.& in l.filiusfamilias, §.diui, num.127.verſic.aliquando & quartò, Pariſ. in conſi.52.nume.16.volum. ſecundo. & quòd dicta ratio deducat fideicom-
38 miſſum vltra perſonas † nominatas, voluit Crot. in cõſil.28. Pariſ. in conſil.30. volum. ſecundo, Curtius iun.conſi.145.colum.quinta, Cæphal.in conſil.134.Mantica lib.6.tit.decimoquarto, num. 23.poſt Alciat.in conſi.650.nume.ſecundo,& latè probaui dicto conſi.96.nume.42.& ſequen. & ſecundum conſilium meum fuit in dicta cauſa iudicatum a Pedemontano Senatu. & procedunt hæc non modo quando ratio eſt expreſſa, ſed etiã quando tacitè colligitur, vt concludit Pariſ.conſil.25. numero 39. volum.3. Curtius iun. in conſil.111.numero vndecimo, in fine, Crauet.in conſil.130.& 155.numero ſeptimo, Mantica, lib.ſexto, tit.14. nume.vigeſimoprimo. vbi ergo agnati non eſſent expreſsè vocati, ſufficeret ratio familiæ conſeruandæ ad inducendum fideicommiſſum in eorum fauorem; &, vt dictum eſt, non eſt exten-
39 ſio, † quando eadem hæc militat ratio, ſed eſt interpretatio intellectiua, vt inquit Bald. in dicta l. quamuis, C. de fideicommiſſ. quem ſequuntur Caſtren.Alexan.Corne.Socin.Iaſon, Pariſ.& alij adducti per Manticam dicto libro ſexto, titu.14. num.20.& Simon dicta ſolut.vndecima, numero quinto, Cæphal.dicto conſil.196.num.13.Rolan. conſil.14.nume.30.volum.3.& admittitur huiuſ-
40 modi extenſio etiam in materia correctoria † de perſona ad perſonam, quando ratio eſt expreſſa, vel habetur pro expreſſa, vt per Bald.& Salic.in l. venia, C. de in ius vocando, Caſtr.Iaſon, & Dec. quos citat, & ſequitur Crauc.in conſi.155.nume. ſeptimo, & de antiq. tempor.par.quarta, in princ. numero 83. Ripa in l.ſi conſtante, nu.65.prætérquam quod non ita abſolutè arbitror verum, ma-
41 ioratus inſtitutionem odioſam & ſtrictè † interpretandam, cum reipublicæ interſit familias habere nobiles & diuites, qua ratione dixit Didac. dicto capit.quinto, numero 5.verſi. tertiò eadem, licitam eſſe maioratus inſtitutionem, quod etiam probauit Tiraquel. de iure primogen. quæſtio.3. nu.13.vbi poſt Oldrad.& alios dicit cõuenire iuri diuino, ciuili, & canonico, quod etiã affirmat Vaſquius de ſucceſſio.creat.lib.3.§.26.nu.118.

Secundò non aduerſatur, quod ſubſtitutiones factæ ſint ſub conditionibus, quæ defecerſit, ideſt decedentibus Don Didaco, & Ferdinando ſine filijs: quia eſt aduertẽdum, quod licèt inter Doctores maxima ſit contentio an filij poſiti in conditione, cenſeantur vocati: tamen vbi teſtator geſſit in
42 mente agnationem conſeruare, † vti voluiſſe Dõ Chriſtophorum ſupra demonſtrauimus, tũc filij poſiti in cõditione, cenſentur vocati, Pariſ. in conſil.76.num.9.volum.ſecundo, & in conſil.6.num. 16.volum.3. vbi loquitur etiam ſi talis ratio non ſit expreſſa, Mantica lib.vndecimo, tit.3.num.14. & 15.& Simon lib.3.interpret.prima, dubit.3.ſolut.3. numero primo, & ſequen. ſolio mihi 300. & in maioratu ſemper filij poſiti in conditione,
43 † vocati cenſentur, vt concludit Vaſquius lib.3. §.26. numero 93.ea ratione, quia inſtituentis eſt voluntas, quod bona perpetuo ſint in familia, ſed ante eum Bologn.conſ.62.numero 26.ſed quando filij ſunt non ſolùm poſiti in conditione, ſed etiam vocati, tunc ſubſtitutio ſub conditione fa-
44 cta, ſi ſine filijs deceſſerit, † non expirat relictis filijs, vt inquit Guido Papæ quæſtio.331. Dec. in conſ.270. colum.fin. Zancus in l. hæredes mei, §. cum ita, par.ſeptima, nume.47.ff.ad Trebellian. Item quandocunque teſtator vult bona conſeruari in agnatione, ſubſtitutio non expirat, licèt defi-
45 ciat illa conditio; † ſed tranſit ad alios, quia cenſentur gradatim omnes ſucceſſiuo ordine grauati bona reſtituere, vt per Caſtren.in conſil.334.colum.ſecunda, volum.primo, Craue. in conſil.98. nume.primo, Zanc.dicta par.ſeptima, nu.46.Pariſ.conſ.90.num.39.conſ.92.num.58. in fine, volum.2.& hæc procedunt multo magis in maioratu, in quo magis conſideratur ratio conſeruandi
46 † bona in familia, quàm conſideretur in fideicommiſſo relicto familiæ, vt probat Pinell.in l.prima, par.3.nume.100.C.de bon.mater. & faciunt, quæ dicentur infra.

Quatenus verò dicebatur, eos cenſeri ſolum uocatos ad maioratum, qui ſunt intra decimum gradum, & qui ab inteſtato eſſent ſucceſſuri; reſpondeo eſſe aduertendum, quod (ut dixi ſupra in fine primi fundamenti) Don Baldaſſar eſt coniunctus octauo gradu Don Chriſtophoro, ut ex arbore agnationis deprehenditur, atque ideo eſt intra gradum ſucceſſibilem; nec eſt uerum quod
47 proximitas eius attendatur, qui ultimus † maioratum poſſedit, ut dicitur in contrario, ſed perſona inſpicitur inſtituentis, ut eſt regulare in ſubſtitutione fideicommiſſaria, ſecundum Bartol.in l. hæredes mei, §.cum ita, nume.quarto, ff.ad Trebellian.& in l.ſi cognatis, nume.3.ff.de reb. dub. Socin. conſi.161.col.penult.nu.39.uerſic.quinta concluſio, Iaſ.in conſ.215. colum.penult.uolum. ſecundo, & in conſ.159. uolum.quarto, ubi teſtatur de communi, Dec.conſi.primo, num.quarto, uerſic. allegata ſupra, & uerſic. ſecundò non obſtat, & conſil.146.colum.fina.uerſic. ſexto & ultimo, Ruin. in conſil.142. num.14. & ſequen. uolum.3. Pariſ. in conſil.83. numero decimo, conſil.88. numero 36. uolum. ſecundo, Gozadin. in conſ.67.numero 8.& 12.Crot.in l.filiusfamilias, §.diui, numero 159. uerſic. quartò quæritur, ff.de legatis primo, Ripa 161.numero 51. Socinus iun. in conſil.168.nume.70. uolum.ſecundo, Bero.in conſil.112.numero 27.& in conſil.176.in fine, uolum.ſecundo, ubi quod eſt uerior, magis communis, & ſeruanda in practica, Rube.conſi.126. uerſicu. ſecundus caſus, Ripa in l. Lucius, nume.47.ff. de uulgari, & pupilla. & in l. ex facto, nume.

nu.6.ff.ad Trebellian. Rube. rurſus in l.Gallus, §. quidam rectè, nu.76.ff.de lib. & poſthum. vbi dicit communem, Fabius qui dicit pariter communem in l.hæredes mei, §.cum ita, nu.40.ff.ad Trebellian. Aleia. in l.cum ita, §.in fideicommiſſo, nu. 7.ad Trebellia. vbi dicit eos, qui amplexi ſunt cõtrariam ſententiam, nõ moueri firmis rationibus, ſed milites eſſe lenis armaturę, & in l. ſecunda, col. penul.ff.de vulg. Natta in conſi. 675. nu.24. Roland. in conſi.70.nu.73.vol.3.ubi ait, contrariam ſententiam communiter reprobari, Duran.de arte teſtan.tit.quinto, cau. 21.nu.3. Cæph. in conſi. 493.nu.13. Port. Imo.conſi.55.nu.85.verſ. quoniam apertè, vbi citat quoque Bertran. Hier. de Torniell. hanc quoque communem & ucriſsimã dicit Hieron. Gabriel. conſi.86.nu.11.& ſeq.& in conſi.121.nu.9. Decian. in conſi.21.nu.primo, & ſeq.uol.ſecundo, Zancus licèt ſubdubius, §. cum ita, par.9.nu.primo, & ſeq. Tobias Nonius, conſi. 76.nu.33. Manti. de coniect. ult. uolun.li.8.tit.12. nu.31. Burſat. in conſi.primo, nu.23. & conſi. 61. nu.18.& latiſsimè diſputando ad partes, Menoc. in conſi.124.a princip. uſque ad nu.54. Simon de Pret.de interpret. ultim. uolunt. lib.3. interpret.3. dubit.4. ſolut.3.nu.35.dum loquitur de fideicommiſſo ſimpliciter relicto familiæ, agnationi, uel domui. & hanc quoque ſententiam amplectitur Didac. pract. queſtio.c.38. quamquam Vaſq. loquẽdo de maioratu in tract. de ſucceſsio. creatio. li.3. §.27.nu.3.& ſeq. contrarium ſequatur, ſed quam nunc tuemur, latè nos defendimus in conſi. 120. per totum, ad quod me refero. unum addo, quod ex forma inſtitutionis Don Chriſtophori res uidetur indubitata, quia uocat *il parente piu propinquo alla mia linea.* quare cum de ſua linea loquatur, proximitas eſt ad inſtituentem referenda, nõ ad grauatos, per ea quę ponit Simon de Pret. loco
48 prædicto. Accedat quod in maioratu † ſucceditur ratione ſanguinis, nec attenditur perſona ſucceſſoris, ſed eius qui maioratum inſtituit, ut ſæpius repetit Pinell. d.l. prima, par.3.nu.99. & 100. ubi inſert quod maior natu reuocare poterit alienata per grauatum, etiam ſi ei extiterit hæres; quod uerum ſit, an ne; non excutio, quia non pertinet ad præſentem controuerſiam. & dicit Didac. in rubr. de teſtam. par.3.nu.26. quod natu maior non ſuccedit hęreditario iure, ultimo grauato, ſed iure sãguinis admittitur, id quod repetit in tracta. pract. quæſt.c.13.nu.ſexto, & c. 38.nu. ſecundo, in fine Antonius Padill. Grego. & alij Hiſpani, quos nouiſsimè citat Anton: Cordu. in l. ſi quis a liberis, §.ſi mater, nu.51.ff.de lib. agnoſcen. non ergo eſt mirum, ſi in dignoſcenda proximitate inſtituentis perſonam inſpicimus. & confirmatur ex precibus quas Dõ Chriſtophorus Hiſpaniarum Regibus porrexit, in quibus narrat ideo ſe maioratus conſtitutionem affectare, ut ſuæ domus & familiæ decus & memoria perpetuo uiueret: uoluit enim ex his ſuam perſonam attẽdi. & ſanè ſi proximitatem a grauato metimur, temporis longo tractu non erit memoria de Don Chriſtophoro.

Reſpondeo quoque in maioratu admitti eum
49 qui eſt ultra decimum † gradum, idq́ue ex communi, & in Hiſpanijs recepta interpretatione, quę deducitur a iure regio & uoluntate inſtituẽtium, ut uoluit Didac. uar. reſolut. li.3.c.5.nu.4. ubi loquendo in maioratu, extendit etiam quando nulla certa forma fuit ab inſtituente præſcripta, ſed ſolum dictum, quòd bona deferuntur iure primogenij & maioratus. & paulo ſupra, uerſi. uerum Iuſtiniani, inquit, l. tauri 27. cautũ eſſe, quod prohibitio alienandi maioratus bona, extendatur ultra quartum gradum, eamq́ue ampliat etiam, quando teſtator ſimpliciter maioratum ordinat: quia ſi nõ declarat tempus, intelligitur in perpetuum. ita quoque tenet Pariſ. in conſi.72.num.104.uol.4. ubi dicit in maioratu ſuccedere tranſuerſales in infinitũ, quia in eis ſucceditur, ut in regno & principatu. & ratio eſt etiam, quia inſtituens maioratum, reſpicere uidetur ad familiæ perpetuam conſeruationem, ut diximus ſupra. quãdo uerò fidei-
50 commiſſum ſit fauore agnationis, ſucceſsio † producitur in infinitũ, ut Pariſ. docet poſt alios, quos citat, d.conſi.72.nu.85. aliter enim res non duraret perpetuo in familia, ut per eum ibi, Didac. d. c.5.nu.3.uerſi. ſecundum quod, Roderic. in dicta l. quoniam in prioribus, in ſecunda limit. nu. 17. ubi cõſulit, qualiter concipiẽda ſint uerba in erectione maioratus; & eſt regulare quando teſtator uoluit ſuæ memoriæ proſpicere, latiſsimè citando probat Simon in d. tracta. dub.6. ſolut.1. in fi. li.3. & in præſenti caſu diſpoſuit Don Chriſtophorus, quod ſucceſsio ſit perpetua, dum dixit, *& questo ſia per ſempre.* dictio enim, ſemper, idem eſt quod perpetuo, ideo vltra decimum gradum protenditur in infinitum, vt poſt Ale. Decium, Ruy. Gozadin. Pariſ. & Gualden. concludit Simon d. lib.3. dubit. tertia, ſolut.10.num.17. & præter eum latè etiam Roland. in conſi.23.nu.27.& ſeq. vol. quarto, vbi probat, quid ſignificet illa dictio, ſemper, & vult quod perducat fideicommiſſum ad omnes vſque in infinitum, vt dixi ſupra, in quarto fundamento huius partis.

Concludo itaque, Don Baldaſſarem omnino eſſe vocatum, & admittendum ad maioratum inſtitutum a Don Chriſtophoro Columbo, præferendumq́ue eſſe eum fœminis, & his qui per lineam fœmininam deſcendunt, qui proinde conſeruare non poſſunt familiam & agnationem de
51 Columbis, & qui ſunt a teſtatore † excluſi, quando vocauit maſculos, vt per Ioan. Lup. in rubr. de don. inter vir. & vxo. §.69.nu.34. Hæc autem pauca ex tempore collegi, latius paratus explanare, ſi quando otium dabitur ab occupationibus, quibus penè obruor, & omnia ſub emendatione cuiuſlibet melius ſentientis.

SVMMARIVM.

1 *Moneta minuta ſolui poteſt pro groſſa. limita tamen latius, vt infra.*

2 Debitor ſoluere non poteſt aliud pro alio, creditore inuito.
3 Moneta certa ſpecies, quando deducta eſt in pactũ, alia ſolui non poteſt.
4 Debitor, qui promiſit ſoluere ducatos boni auri, & iuſti ponderis, non poteſt aliam ſpeciem ſoluere.
5 Soluere qui promiſit ſcuta auri in auro, non liberatur ſoluendo monetam.
6 Verba ſi non conueniant, ipſa quoque non conuenit diſpoſitio.
7 Determinatio reſpiciens plura determinabilia, determinat æqualiter omnia.
8 Pars vna copulatiuæ, declarat aliam.
9 Verba vbi ſunt clara, non eſt opus interpretatione.
10 Clauſula in fine poſita, refertur ad omnia præcedentia.
11 Interpretatio, quæ nos reducit ad ius antiquum, eſt fauorabilis.

CONSILIVM CCXLII.

QVAMVIS obligatio magnifici Do
mini Ioan. Antonij Pichi erga ma-
gnificum Dominum Gulielmum
Tarachiam ſit de annuis quinqua-
ginta ſcutis auri ſolis & a ſole, ta-
men videtur quod aliam poſſit monetam ſoluere,
quia ex generali conſuetudine debitor pōt vnam
monetā ſoluere pro alia, ideſt groſſam pro minu-
1 ta,† Bar. in l. Paulus, num. 3. & 4. ff. de ſolutio. in l.
prima, §. primo, ff. de auro & argen. legato, Bar. in
l. ſecunda, §. primo, col. 1. ff. ſi cer. pet. Doctores
poſt glo. in l. ſi quis argentum, in prin. in ver. æſti-
matione, C. de donatio. Afflictus in tit. quæ ſint re
gal. in ver. moneta, num. 21. inquit præſumi tacitè
actum, quod ſoluatur ſecundum conſuetudinem,
Curt. iun. in conſi. 24. nu. 5. in l. cum quid, nu. 25.
ff. ſi cer. pet. & in tract. monet. q. 9. Rube. in conſi.
148. nu. 1. verſ. ſecundò facit, Didac. in tracta. de
collatio. veter. numiſmat. c. 7. §. vnico, nu. 1. Tiraq.
de retract. conſang. §. 1. gl. 18. n. 31. Boer. in deciſ.
327. nu. 3. verſ. tamen de conſuetud. Pinell. in rub.
C. de reſcind. vend. par. 1. c. 3. nu. 16. Natta in cōſ.
454. num. 1. Cæph. in conſi. 31. num. 2.

Sed inſpecta forma inſtrumenti obligationis
exiſtimo contrarium eſſe verius, & ſolutionem nō
poſſe fieri in alia moneta: quia cum ſit conuentū
de ſcutis auri ſolis & a ſole, non poteſt debitor rē
2 vnam pro alia ſoluere, inuito † creditore, l. 2. §.
mutui datur, ff. ſi cert. pet.

Secundò moueor, quia vbi pactum conuentū
eſt, quod ſolutio fiat in certa ſpecie monetæ, tunc
3 non attenditur conſuetudo, † ſed pactum ſerua-
tur, Bald. in l. non amplius, §. fi. ff. de legat. primo,
vbi inquit, quod promittens ſoluere decem libras
Piſanorum, nō poteſt aliam monetæ formam da-
re, ſequitur Imola ibi, colum. 2. in fi. & Aretin. col.
4. verſi. qui etiam dicit, Brun. in tract. de augum.
mone. in vltima concluſ. in 3. mem. verſi. aliquan-
do verò & quarto, & in verſic. aliquando verò &
quinto, Pinell. in d. c. 3. nu. 17. at in præſenti caſu
facta eſt expreſſa conuentio, quod ſolutio fiat in
tot ſcutis auri ſolis & a ſole: ergo alia moneta ſol-
ui non poteſt.

Tertiò niſi pactum hoc importaret, verba eſsēt
ſuperflua: dictum eſt enim quod ſoluantur ſcuta
auri ſolis & a ſole, & illa verba, auri, ponuntur ad
differentiam monetę, alia verba ſolis, excludunt
ſcuta auri Italiæ vulgo nuncupata; illa verò vlti-
mo loco poſita, & a ſole, excludunt quamcunque
aliā formam, quæ ex cōſuetudine alias fuiſſet ad-
mittenda in ſolutione; & niſi ea verba, & a ſole, id
operarentur, eſſent omnino ocioſa, quia illis quo-
que non obſtantibus fuiſſet locus cōſuetudini, &
ſat erat demonſtratus valor auri dicendo, ſolis. vt
autem euitetur ſuperfluitas, fieri debet ſolutio in
forma conuenta, & non in alia, vt per Brun. in d.
vlt. concluſ. verſi. aliquando verò quis promittit,
4 vbi poſt Bar. & alios inquit, debitorem † qui pro-
miſit ducatos boni auri, & iuſti ponderis, nō poſ-
ſe aliam formam, ſeu ſpeciem monetæ ſoluere, ſe-
quitur Cæph. in conſi. 31. num. 11. & ſequen.

Quartò conſidero geminationem illā, ſolis, &
a ſole, quę ſolet multū operari, l. baliſta, ff. ad Tre-
bellian. & adduco quod voluit Cur. in. in d. tract.
5 q. 10. vbi dicit, qđ promittens ſcuta † auri in auro,
non liberatur ſoluendo aliā monetam, nec vti pōt
conſuetudinis prædictæ beneficio propter vim ge
minationis, ſequitur Brun. in d. 3. memb. verſ. ali-
quando verò quis promittit, vbi ſubdit, quod pri
ma, auri, expreſſio ſignificat valorē, & monetam,
quæ eſt in obligatione; ſecunda verò expreſſio, in
auro, ſignificat id q eſt in ſolutione & monetæ ſpe
ciem ſoluēdā. qua ergo ratione dū dicitur, auri in
auro, receditur a cōſuetudine, eo ipſo receſſum vi-
detur qn̄ dictū eſt, auri ſolis, & a ſole. augetur fun
damentum, quia bis & ter fit mētio de ſcutis ſem-
per cum illa geminatione, ſolis, & a ſole, ita vt vo-
luntas partium non poſsit reuocari in dubium.

Quintò conuenerunt partes expreſsè, quod ſo-
lutio fiat in tot ſcutis auri ſolis & a ſole. pondero
illud verbum, tot, quod cum ſit numerale, impor-
tat vnicā monetam, quę poſsit numerari, & ſi di-
uerſæ monetę ſoluantur pro vno ſcuto auri ſolis
& a ſole, vtique verba illa non verificabuntur, ne-
que verū erit dicere q ſolutio facta ſit in tot ſcutis
6 auri ſolis: vbi verò verba † non conueniunt, non
ēt cōuenit diſpoſitio, l. quarta, §. totiēs, ff. de dam.
infecto, l. ſi ſeruum, §. non dixit, ff. de acq. hæred.

Sextò conuentum eſt quod ſolutio fiat in ſcu-
tis auri, & in pecunia: vtique ſi quæcunque mone-
ta potuiſſet ſecūdum partium voluntatem ſolui,
ſat fuiſſet dixiſſe quod ſolutio fiat in pecunia. ſed
adiectum eſt quod fiat in ſcutis auri ſolis & a ſo-
le: ſicuti ergo pecuniæ mentio excludit aliam rei
ſpeciem, ita mentio ſcuti auri ſolis & a ſole, exclu-
dere debet omnem aliam ſpeciē monetæ, vt vna
7 determinatio † reſpiciens plura determinabilia
æqualiter omnia determinet, l. iam hoc iure, ff. de
8 vulga. & vna pars copulatiuæ † declarat aliam,
Soc. in l. 1. nume. primo, ff. de reb. dub. Phanuc. in
tracta.

tract.dot.in vèr.reſtituenda,nu.15.Crot. in conſilio 45.num.3.

Septimò poſtquam dictũ eſt,quod ſolutio fiat
in ſcutis auri ſolis & a ſole, & in pecunia,ſubdunt
partes quod non liceat ſoluere in alia re,quæ ver-
ba clara ſunt,quia ſi nõ põt ſolui in alia re, quàm
in ſcutis auri ſolis & a ſole, non erit licita ſolutio
9 in alia ſpecie monetæ:& vbi verba ſunt clara,† nõ
egemus interpretatione, l. continuus, §. 1. ff. de
verbor.oblig.& a verbis claris non eſt recedendũ,
Bar.in l.quod cõſtitutum,ff.de teſtam.mili. Dec.
in conſ.33.col.1.Dominus Becius conſ.21.n.32.

Nec dicatur quod illa clauſula, & nõ in alia re,
referenda ſit ſolum ad pecuniam:quia reſpondeo
quod duo præcedebãt: primum, quod ſolutio fiat
in ſcutis auris ſolis & a ſole: ſecundum quod fiat
10 in pecunia, ideo ad omnia præcedentia † referri
debet,l.talis ſcriptura,§.fi.ff.de legat.1.c.ſecũdo
requiris,de appella.vbi Dec.nu.3.allegat multos
concordantes. & ſubdit id procedere multo ma-
gis qñ non ſubeſt ratio,quare magis ad vnum re-
feratur,quàm ad alium; hæc verò facilius de iure
effectum ſortiuntur,ſi conſideremus,quod fauo-
11 rabilis illa eſt interpretatio,† quæ non reducit ad
ius antiquum,glo.in c.ſtatutum,in ver.numeran-
dũ,de præben.in ſexto, Butr.in c.olim tibi,de ver.
ſignifi.Ale.in l.ſi conſtante,ff.ſolu.matrim.Iaſ.in
auth. quas actiones,C.de ſacroſ. eccleſ. Feli.in c.
cum acceſſiſſent,col.2. de conſtit. & res quælibet
de facili redit ad primæuam ſuam naturam, ca.ab
exordio,35.diſt.l.ſi vnus, §.pactus ne peteret, ff.
de pact.de iure autem non põt quis vnam mõne-
tam ſoluere pro alia,quã promiſit, vt per Bart.&
alios in d.l.Paulus,& in d.§.mutui datio ,& in di-
cta l.ſi quis argentũ, & alibi ſæpè,quidquid Cur.
iun. & aliqui, pauci illi quidem,tenuerint.

SVMMARIVM.

1 Datio in ſolutum indicatur, quando bona obligantur cum pacto quòd fructus non imputentur in ſortem. vide num. 18.
2 Contractus indicatur ab effectu,non a denominatione partium.
3 Contractus talis indicatur, qualem partes nominant.
4 Præcedentia dubia declarantur a ſequentibus.
5 Pretij quantitas arguit,quid venerit in venditione. vbi latè probatur.
6 Aeſtimatio non facit emptionem, quando maritus promittit ſimpliciter dotes reſtituere.
7 Datio in ſolutum extinguit debitum.
8 Pignus vel hypotheca contrahitur, quando res obligatur pro debito.
9 Obligatio eſt ius ad rem,pignus verò eſt ius in re.
10 Hypotheca accedit obligationi perſonali, & ſine ea non ſubſiſtit.
11 Hypotheca contrahitur quando conceditur facultas ingrediẽdi poſſeſſionem propria authoritate: & idẽ eſt quando dicitur, quòd creditor poſſit alienare pignus,vel promittit debitor ſoluere ſuper tali re.

Lib. II. Conſ. Io. Petri Surdi.

12 Super, dictio, importat hypothecam & obligationem bonorum.
13 Obligari non poteſt domino res propria.
14 Conſtitutum transfert dominium & poſſeſſionem, etſi conſtituens non poſſideat,ſi tamen eſt dominus.
15 Veriſimile quod non eſt,habet falſitatis imaginem.
16 Subiecta talia ſunt, qualia prædicata demonſtrant.
17 Verba intelligi debent vt aliquid operentur, licèt oriretur intellectus iuri communi contrarius, & contineret iniquitatem, & præiudicium tertij.
18 Hypotheca conſtituitur, non datio in ſolutum,quando res obligatur cum æſtimatione, dicendo,do,concedo, aſſigno.
19 Dare, eſt dominium transferre.
20 Concedo,verbum,ſignificat tranſlationem dominij.
21 Aſſigno, verbum,& conſigno,importat dominium.
22 Fructus pignoris non imputantur in ſortem, quando vſuræ ſunt a iure Canonico permiſſæ.
23 Mulier vidua petit vſuras, quando non poteſt viuere aliunde, & fecit diligentiam pro exigendis dotibus.
24 Pactum contra naturam contractus intelligitur, vt quanto minus fieri poteſt,lædat ius commune.
25 Pactum contra naturam feudi intelligitur, vt lædat naturam feudi, quanto minus poteſt.
26 Principalis contractus attenditur, non pacta in eo appoſita.
27 Feudum in aliquibus alteratum, retinet naturam ſuam in alijs.
28 Contractus tunc indicatur ab effectu, quando pactum appoſitum alterat illius ſubſtantiam.
29 Contractus quædam ſunt ſubſtantialia,quædam naturalia,quædam accidentalia.
30 Pactum contra ſubſtantiam contractus non valet, ſecus contra naturam,vel accidentia.
31 Pactum appoſitum contra ſubſtantiam contractus, mutat eum in aliam ſpeciem contractus.
32 Pactum quòd fructus non extinguant ſortem, non eſt contra ſubſtantiam pignoris.
33 Paria ſunt vſuras promittere & paciſci quòd fructus non imputentur in ſortem.
34 Pactum quòd fructus non extinguent ſortem, erat validum iure Digeſtorum.
35 Vtile non debet vitiari per inutile.
36 Pactum contra ſubſtantiam contractus, non eum transfundit in alium ſi verba non patiuntur.
37 Pactum de fructibus non imputandis in ſortem, non ſufficit ſolum ad transformandum contractum.
38 Pactum quòd fructus non imputentur in ſortem, eſt vſurarium,& non valet.
39 Contractus denominatur ab eo, in quo præualent pacta,licèt aliqua alium ſuadeant contractum.
40 Pactum poſitum in exequutiuis, non transformat contractum.
41 Donatio cauſa mortis non dicitur, licèt in exequutiuis fiat mentio mortis.
42 Mulier poſt annum luctus lucratur fructus rei obligatæ pro reſtitutione dotis.
43 Contractus quando indicetur ab effectu, & quando a denominatione partium.

CONSILIVM CCXLIII.

CONTRACTVS, qui fuit celebratus
inter Illuſtriſſimum Dominum An
toniotum Adurnũ Ducem Genuæ,
& Illuſtriſſimam Dominam Annã
Picam eius vxorem, & in quo Do-
minus Antoniotus in caſum ſoluti matrimonij
obligat omnia bona ſua, & in ſpecie Caſtra cum
bonis oĩbus Caſtelleti, & Siluani pro dotis, & do
nationis propter nuptias reſtitutione, cũ pacto ꝙ
illa tenere & poſſidere poſſit, donec fiat integra ſo
lutio dictarum dotium & donationis, abſque eo
ꝙ teneatur fructus percipiendos imputare in ſor-
tẽ, videtur potius datio in ſolutum, quàm pigno-
ratio, id ꝙ ſuaderi, quin & concludenter demon-
ſtrari videtur ex his, quæ in fortioribus terminis
1 † conſuluit Aretin. in conſ. 159. longa eſt iſta con-
ſultatio, in 6. dub. nu. 15. vbi mouetur, quia pactũ
quod creditor faciat fructus ſuos, eſt contra natu-
rã pignoris, in quo creditor tenetur imputare fru-
ctus in ſortem, c. cum cõſtat, & c. illo vos, de pign.
& in c. conqueſtus, de vſur. & in c. ad noſtram, de
iureiur. vbi dicitur tale pactum ſapere vſurariam
prauitatẽ, & in dubio non eſt præſumendũ deli-
ctum, l. merito, ff. pro ſocio. cũ ergo hoc pactũ ma
gis accedat naturæ dationis in ſolutũ, contractus
dijudicabitur datio in ſolutum, attento quòd pa-
cta appoſita magis conferunt ad cognoſcendum
contractũ, quàm ipſa denominatio, l. inſulã. ff. de
præſcrip. verb. Bal. in l. prima, C. de rer. permut. &
in rub. C. de iure emphiteu. in vltima quæſtio. &
dicit Aretin. in loco prædicto, qđ qualitas pacto-
rum declarat, qualis ſit contractus, ẽt ſi nomẽ ex-
preſſum a contrahentibus repugnaret, l. ſi vno. ff.
loca. & loquitur Aretin. licèt in inſtrumento dica-
tur, quòd debitor intendit aſſecurare creditorem
pro quantitatib. ſibi debitis, & ideo obligat tales
res. idẽ tenuit Soci. conſ. 9. n. 30. vol. primo, Iaſ. in
conſ. 93. in primo dub. vol. primo, Natta in conſ.
496. & per eaſdem rationes in ſimili contractu ce
lebrato inter virum & vxorem concludit Decian.
in conſ. 35. n. 43. vol. 2. ciuitatem Derthonæ fuiſ-
ſe in ſolutum datã Sereniſſimæ Chriſtiernę Duci
Lotharingiæ. nec ideo poſſe redimi a Catholico
Hiſpaniarum Rege, oblato principali credito, pro
qua parte nouiſſimè conſuluit Meno. in conſ. 201.
vol. 3. vbi mouetur, quia partes vſæ ſunt verbo aſ-
ſignationis, ceſſionis, iurium, conſtitutionis, pro-
curatoris in rem propriã cum clauſula, omni me-
liori modo; ſed principale fundamentum cõſiſtit,
quia pactum eſt contra naturã cõtractus, & quod
denominatio partium non attendatur, ſed cõtra-
2 ctus † iudicetur ab effectu, tenuerunt præter eos
Ruin. conſ. 160. nu. 11. vol. primo, conſ. 107. in fi.
vol. 4. Pariſ. conſi. 78. nu. 11. vol. primo, conſi. 88.
nu. 20. eod. vol. conſ. 33. num. 38. vol. 3. conſi. 72.
nu. 54. vol. 4. Crot. conſ. 79. n. 25. Bero. conſ. 153.
nu. 5. conſ. 168. nu. 17. vol. primo. Neuiz. conſ. 92.
nu. 12. Alciat. conſi. 3. nu. 9. conſ. 103. nu. 6. conſi.
162. nu. 15. Meno. conſ. 27. nu. 45. in præſenti autẽ
caſu multa cõcurrunt ex prædictis, ergo idem eſt
dicendum, quod ſcilicet ſit datio in ſolutum, non
pignus: quare nõ poterunt Illuſtres Domini Hie-
ronimus & fratres de Adurnis, qui dño ſucceſſe-
runt in dictis feudis & bonis, petere quod fructus
percepti per prædictam Dominã Annam, & per
Comites Thomam, & Paulũ Picos extinguãt ſor-
tem dotis Dominę Annę, cuius ipſi ſunt hæredes.

Cæterum re melius perpenſa, concludo locum
eſſe imputationi fructuum ad extinctionem prin-
cipalis debiti, per ea quę dixi latè in prioribus ſcri
ptis, quę nõ ſunt mihi hoc loco repetẽda: & con-
tractus, qui fuit inter partes celebratus, eſt nõ da-
tionis in ſolutum, ſed pignoris, quatenus in eo fit
mentio de Caſtris & bonis Caſtelleti, & Siluani.

Primò, quia partes cũ ita nominarunt, & talis
3 iudicatur † contractus, qualem partes appellant, l.
fideiuſſores magiſtratuum, §. 1. ff. de fideiuſſ. l. qui
ſaxum, vbi Imo. ff. de dona. vbi dicitur, quòd con-
tractum iudicamus ſecundũ verba, latè Neuiz. in
conſ. 92. nu. 2. & is videtur celebratus contractus,
quem forma oſtendit verborũ, l. qui fundũ, §. fun-
di, ff. de contrah. emp. Bar. in l. cotem. §. qui maxi-
mos, nu. 5. ff. de public. & talis iudicatur, qualis in
ſui figura apparet, Alex. in conſ. 3. col. 2. verſ. poſ-
ſet diſcuti, vol. 1. & ita tenẽt Bal. Abb. Barba. Ale.
Socin. Dec. Natta, Cæphal. & alij, quos citat Dñs
Becius in conſ. 35. nu. 9. vbi poſt Aret. & Ruin. di-
cit, quod ſi in cõtractu ſint diuerſæ qualitates, quę
oſtendere poſſint diuerſos contractus, iudicãdus
eſt talis contractus, qualem partes appellant, &
poſt Crau. in conſi. 20. nu. 4. ſubdit procedere, ẽt
ſi aliæ præſumptiones vrgerent in contrariũ. addo
Rip. in trac. de priuileg. contract. cau. peſt. nu. 47.
Crot. latè in conſ. 93. nu. 6. & ſeq. Deciſ. Pedem.
139. nu. 24. & hæc quidem debent facilius ſibi lo-
cum vendicare in præſenti facto, in quo nõ ſemel,
ſed pluries ipſamet Domina Anna Pica profeſſa
eſt in publicis inſtrumentis, contractum prædictũ
eſſe pignoris; & primum quidẽ, quando Illuſtriſſi
mus Dominus Antoniotus collocauit matrimo-
nio Dominam Magdalenam eius filiam cum Illu
ſtre Domino Barnaba, & eidem pro dotibus de-
dit in ſolutum Caſtra omnia vallis Barberiæ: tunc
cum Domina Anna narrãdo quòd illa Caſtra, &
alia omnia fuerant ſibi obligata & hypothecata
pro dotium reſtitutione, renunciat hypothecæ,
quoad illa quæ dabantur in ſolutũ Domino Bar-
nabæ, & reſeruat ſibi hypothecam ſuper alijs bo-
nis. Similiter poſt mortem Domini Antonioti,
quando petijt ab excellentiſſimo Domino Mar-
chione Montisferrati aſſenſum ſuper contractu
prædicto, de quo nunc eſt quæſtio, narrat, & expo
nit Dominum Antoniotum obligaſſe, & hypothe
caſſe Caſtra pręfata pro reſtitutione dotiũ. Iden-
tidẽ dicit & ſignificat Carolo V. Imperatori pro
impetrando aſſenſu ſuper eodem cõtractu, vti ex
publicis documentis videri poteſt; hæ autem re-
petitæ cõfeſſiones, & denominationes magis eni-

xè

xè oſtendunt voluntatem partium,ad notata in l. baliſta.ff.ad Trebell.Neuiz.in conſ.66.nu.28.latè D.Becius in conſ.21.nu.24.vbi ponit,quando verba ſunt non ſolum geminata, ſed triplicata, & ex his quæ fuerunt a partibus dicta, vel geſta poſt contractū,dignoſcitur qualis eorum eſſet animus a principio.l. hæredes palam,§. ſi quis poſt. ff.de teſtam.& quę trahi poſſnut ad varium ſenſum,de
4 clarantur † per ſequentia, l.quæſitum. §. fin.ff.de lega.3. Neuiz.qui alios citat,in conſ.66.nu.48.& dicit Bald.in l.legatorum petitio.§.vlt.in fin.ff.de leg.2.quod vbi pręcedentia ſunt generalia,& obſcura, ea verò quæ ſequuntur ſunt determinata, tunc præcedentia declarantur a ſequentibus, ſequitur Iaſ.in l.ſi ſeruus plurium. §.fin.nu.3. ff.de leg.1.cum ergo partes, quādocunque de hoc contigit ſermo, nominauerit hunc eſſe contractum pignoris,non eſt aliter iudicandus a nobis.

Secundò idipſum oſtenditur,quia Caſtra,quæ fuerunt pro dictis dotib.obligata,inſpecto tempo ris non ſolum præſentis valore, ſed qñ actus fuit geſtus,excedunt valorem aureorum centum mille, & ideo non eſt veriſimile quod Dñs Antoniotus,vir ſagax,& prudens,pro dotib. aureorum decem mille voluerit in ſolutum dare bona valoris aureorum centum mille, & ex qualitate pretij co-
5 gnoſcitur † quid venerit in venditione,gl.in l.1.§. qui ſuperficiem,vbi etiam Bart.ff.de ſuperficieb. Bar.in l.patronus.§.1.ff.de leg.3.& hoc modo arguit quoque Bal.in conſ.245.vol.3.vbi ex quantitate pretij iudicat,an vaſalli & aliæ res particulares veniant vendito caſtro, eodem argumento in venditione caſtri,nulla Baldi facta mentione,vtitur Imola in l.3.in fine prin.ff.de acq.poſſeſ.& dicit Barbat.in cap.ex parte,col.5.de feud.quod ex quantitate pretij cōuenti cognoſcitur, ſi vaſallus in venditione omnium ſuorum bonorum voluit comprehendere feudum, & hāc dicit ſingularem limitationem Cur.iu.in tract. feud.in 4.par.princip.in 3.reg.ver.reſtat tñ,in fine.dicit etiam Ang. in l.quidquid aſtringendæ,quod etſi figulus vendēdo omnia vaſa ſua cogatur regulariter tradere non ſolum terrea & vitrea, ſed etiam argentea, & aurea, ſi talia habeat: tñ fallit ſi ex qualitate pretij aliud debeamus pręſumere,puta ſi venditio ſit facta pro decem, & vaſa argentea valeant centuplo plus,quia non venient argentea,& dicit Afflict.in ca.1.§.illud quoque,nu.22.de prohib.feudi alienat.per Feder.quod & ſi vaſallus iuſſus a domino conſignare bona feudalia,poſſit dominū eludere oſtendendo ceſpitem terræ, tamen hoc fallit ſi illius ceſpitis reditus non proportionatur ſeruitio, quia reddat ſolum decem, & ſeruitium præſtetur domino de decem, per eandem rationem concludit Natta in conſil.460.nu.13.quod ex quantitate pretij cognoſcitur quid,& quantum includatur in feudi cōceſſione,& multa ſimilia videri poſſunt apud Socin. in l.1.nume.8.ff.de reb.dub. Dec.in conſ.500.nu.5. Pariſ.conſ.64.nu.44.vol.1. Bero. in conſ.156.nu.6. & conſ.160.num.3.vol.1. & in quæſt.famil.48.nu.1. & quæſt.61.nu.4. Ruin. in conſ.50.nu.4.& 18.vol.1.Socin.iun.in conſi.36. nu.11.vol.3.Neuiz.conſ.7.nu.4. & cōſ.38.nu.4. Bertran.conſ.29.nu. 2.vol.1.conſ.6.vol.7.Bello. in conſ.27. nu.5.Crau.in conſ.105.nu.9. Didac. pract.quæſtio.cap.3.nu.3.uerſi.hæc uerò. Hiero. de Monte in tracta.fini.regund.capit.88.nu.8.& in c.95.nu.5.& ſeq.Roland.in conſ.82.num.52. uolum.2.& conſ.58.num.11.uol.4.Gomeſ.in titu.de legat.cap.12.nn.14. Paris de Puteo de rein tegr. feud.cap.81.nu.4.& ſeq.ubi pulchrè loquitur,Tiraq.in l.boues,§. hoc ſermone, limitat.12. num.1.Menoch.in conſ.34.nu.6.cum ergo ualor bonorum quocunque tempore inſpecto nō commenſuretur quantitati dotis,ſed eam multo excedat,dicendum non eſt quòd celebratus fuerit cōtractus dationis in ſolutum,quia partes non præſumuntur ita uoluiſſe ſuum iactare,l.cum de inde bito.ff.de probatio.nec ſe decipere tam immoderatè per ea,quę notātur in l.2.C.de reſcind.uend.

Tertiò uoluiſſe illuſtriſs. D. Antoniotum pignori cōcedere,& obligare Caſtra prædicta & bona,non autem ea in ſolutū dare Dñæ Annæ Picæ, cum apertè conuincunt uerba inſtrumēti dotalis: nam poſtquam confeſſus eſt habuiſſe & recepiſſe a Comite Io.Frāciſco Pico pecunias dotales,promittit illas dotes cū augumento reddere,reſtituere, conſignare, & deponere in omnem caſum & euentum dotis reſtituendæ, conſtante, uel ſoluto matrimonio:ſi.n.Caſtra illa forent data in ſolutū, non fuiſſet conuentum de reſtituendis illis dotib. in pecunia,ſed de reſtituēdis Caſtris,pro quo ſufficit allegare id, quod uoluit Bald. in l.quotiens,in prima lectu. nu.4.C.de iure dot.ubi inquit, ꝙ & ſi mulier det uiro in dotem prædium extimatum, tamen ſi maritus in caſum dotium reſtituendarū
6 promittat dotem † reſtituere, tenebitur ad pecuniam,non ad bona,quia appellatione dotis uenit uera dos,quę in pecunia conſiſtit,ut per cum.cuius deciſionem dicit notabilem Soc.in conſil.56. num.5.uolum.1.Natta in conſi.650.num.5. ubi allegat ſic quoque uoluiſſe Alexand.in conſil.76. num.4.uolum.5.idem tenuit Roland.in conſ.92. nu.15.uolum.2.& Dominus Becius in conſi.42. num.10.nec enim uerba contrahentium ibi intelligi poſſunt de Caſtris, cum uſque ad illum locū nulla Caſtrorum eſſet facta mentio, ſed ſolum de pecunijs in dotem datis. ſicuti autem non poteſt uideri contractus emptionis ad fauorem mariti celebratus, quando conuentum eſt quòd ſoluto matrimonio reddatur mulieri prędium,quòd fuerat datum in dotem cum æſtimatione, quia hoc pactum eſt contra naturam emptionis, ut inquit Bal.d.l. quotiens,in 2.lectn.ita non poteſt uideri celebratus contractus dationis in ſolutum ad fauorem uxoris pro reſtitutione dotis, quando eſt conuentum quòd dos in pecunia reddatur, quia tale pactum eſt contra naturam dationis in ſolutum,per quam res ipſa eſt tradenda, nō pretium, facit ferè in terminis Soc.conſ.9.nu.34.uolum.1.

Quartò

Quartò oſtenditur ex ſubſequentib. verbis in-
ſtruměti, dum dicitur quod Dña Anna poſſit bo-
na,& Caſtra ibi enunciata tenere & poſſidere,do-
nec & vſq; quo fuerit ſibi plenè & integrè ſatisfa-
ctum pro dictis dotibus,& augmento.ſi enim bo-
na fuiſſent datum in ſolutum Dñæ Annæ, dicere-
tur ſtatim ei fuiſſe ſatisfactum pro dotib.& augu-
7 mento, quia datio in ſolutum inducit † extinctio-
nem debiti,vicem ſolutionis habet,& liberat debi
torem, vt per Bar. in l.ſi quis aliam. ff.de ſolut. in
princ.& in l.libera. C.de ſent.& interloq. Pariſ.in
conſ.8 1.nu.3 5.vol.2. & ſolutione eius, quod de-
betur, tollitur omnis obligatio, Inſtit.quib. mod.
toll.oblig.in princ.Ang.in rub.de exceptio.col.3.
& 5.Neuiz. in conſ.57. in fi. vbi poſt Bal. dicit ꝙ
ſolutio cãcellat inſtrumentũ debiti . non fuit ergo
datio in ſolutum,ſi debitum dotis non erat ſatisfa
ctum, ſed ſubſiſtebat, & ſi fuiſſet ſatisfactum, ad
quid dictũ fuiſſet,Caſtra poſſe retineri,donec dos
& augumentũ ſoluerentur,& datio in ſolutum nõ
fit ad tempus,donec.ſ.ſit ſatisfactum pro dotibus
& augumẽto,ſed facta eſſet ſimpliciter,& ſi partes
voluiſſent , quod mediante ſolutione dotium re-
ſolueretur datio , facile eis fuiſſet dicere, quod ex
tũc Dominus Antoniotus dabat illa Caſtra in ſo-
lutum, cum pacto tamen ea redimendi, ſoluendo
quantitatem dotium & augumenti , nõ autem ire
per ambages,& verborum inuolucra,arg.l.vnicę,
§.ſinautem ad deficientis. C.de caduc.tollen.

Quintò verba inſtrumenti dotalis expreſsè di-
cunt,quod Dñs Antoniotus pro obſeruantia con
tentorum in inſtruměto obligat & hypothecat di
cta Caſtra. hac autem verba inducunt cõtractum
8 pignoris,qui propriè † continet obligationem re-
rum,l.pignoris perſequutio.ff.de pig.l.ſi cum vẽ-
ditor,§.fina.ff.de euict.Neguſ.in tracta.de pig.in
3.p.1.mem.nu.1.& datio in ſolutũ continet tran
ſlationem dominij,l.exemplo,in prin. ff.de actio.
empt.l.ſi ita diſtrahatur.§.1.ff.de contrah.empt.
conſtitutio aũt pignoris nõ transfert dominium ,
ſed debitor remanet dominus,l.nõ eſt nouum. ff.
de acq.rer. domi. Dec.in l.nemo plus iuris, nu.3.
9 de reg.iur.differunt aũt obligatio † & dominium:
quia,vt dicit Bal.in l.error,C.ad l.Falcid. obliga-
tio eſt ius ad rem : dominium verò eſt ius in re. &
dicit tex.in l.contrahitur,ff.de pig.quod vbi quis
rem ſuam obligat,hypotheca ſtatim contrahitur,
& obligatio prædicta conſtituit pignus, ſecũdum
Aret.in conſ.159. nu.14.verſic.2. hoc probatur,
Crot.in conſil.93.num.12.& ſeq. ſed melius cæ-
teris declarat Socin. in conſil.43. nu.3. volum.1.
vbi dicit,quod rem obligans, pignus vel hypothe
cam dare dicitur.& num.5.ſubdit,quod verbum,
obligare,non poteſt ſe habere ad dominij tranſla-
tionem.& nu.6.ver.præterea verbum,dicit,quod
verbum, obligo, non reperitur in iure poſitum in
ſignificatione dationis in ſolutum . & dicit Bero.
conſil.62.nu.23.volumine tertio,quod hypothe-
ca non continet dominium,aut poſſeſſionem.

Sextò facit,quia in contractu dotali dicitur, ꝙ
Dominus Antoniotus obligat prædicta Caſtra, &
bona pro obſeruantia oĩum ſupra in eodẽ inſtru-
mento promiſſorũ, ideſt pro dotis & auguměti re
ſtitutione; per quæ verba datur intelligi,conſtitu-
10 tum fuiſſe pignus,quod ſui natura † ſolet accede-
re præcedẽti alicui obligatione,nec per ſe ſubſiſte
re poteſt,l.contrahitur.ibi,propter aliquã obliga-
tionẽ.& not. Bar.& alij,ff.de pig.l.fideiuſſor obli-
gari,vbi etiam Bartolus,ff.de fideiuſſo.Alexan.in
conſi.134.nu.20.vol.6.Ruin.in conſ.224.nu.11.
vol.1.Socin.iun.conſ.20.nu.6.vol.2.Bero.latè in
conſ.203.nu.16.& ſeq.volum.1. Neguſ.in primo
mem.3.p.princ.nu.9. & obligatio propriè conſti-
tuitur pro obſeruantia promiſſorum:datio autem
in ſolutũ non pertinet ad obſeruantiam promiſſæ
reſtitutionis dotiũ & augumenti,nec ei conuenit.

Septimò facit, quia cõuentum extitit, quod in
caſum reſtituendarum dotium liceat Dñæ Annæ
propria authoritate ingredi omnia,& quęcunque
bona Dñi Antonioti: item & ea alienare ac vende
11 re,quæ pacta arguunt † cõtractum pignoris,vt de
primo Bald. in l.3.§.fi.vbi Alex.ad Bar.ff.qui po-
tio.in pig.hab.& de ſecũdo Bar.in d.l.3.§.fi.& de
vtroque ponit Neguſ.in d.primo mem.3.p.prin.
nu.4.vbi dicit contrahi pignus,qñ debitor impar-
titur creditori licẽtiam intrandi ſua bona propria
authoritate, & alienandi bona pro ſuo credito;&
idem eſt ſecundum eum,quando dicitur ſuper ta-
li fundi , quia tunc fundus cenſetur obligatus , vt
per Bar. in l.codicillis.§. inſtituto.ff.de lega.2. id,
quod ſeruit in propoſito noſtro , qa dicitur in eo-
dem inſtrumento,quod poſſit ſuper illis bonis do
12 tes percipere; & de illa dictione,ſuper,† quod im
portat obligationem bonorũ,tenẽt Spec.in tit.de
locato.§.nunc aliqua,nu.109.Hoſt.eo.ti.ver.quæ
actio.in fin.Alex.in conſ.156.nu.3.vol.6.Afflict.
in deciſ.162. num.6.Neguſ.de pignor.in quarto
mem.2. par.princ.num.164. verſi.vigeſimus ter-
tius caſus,Gigas de penſio.quęſt.51.nu.17.Crau.
in conſ.20.nu.10.Natta in conſ.106.nu.10.conſi.
341.nu.6.conſ.496.nu.3.Deciſ.Pedem.56.nu.1.

Octauò ſi bona cenſerẽtur in ſolutum data, in-
duceretur perplexitas,contrarietas, & repugnan-
tia in ipſa diſpoſitione , quia ipſamet bona eſſent
Dominæ Annæ obligata,cum tamẽ ſit impoſſibi-
13 le,quod alicui res propria † ſit obligata,quæ non
poteſt ſeruire ſuo domino.l. neque pignus , ff.de
reg.iur.vbi Dec.& Cagn.Bart.in l.ex ſextante,§.
Latinus. ff.de except. rei iudic. ita arguit Aret.d.
conſil.159.num.14.verſi.nec poteſt dici,Soci. in
conſil.93.num.6.verſi.præterea verbum, volum.
primo.quia ſecundum eum,ſcripturæ interpreta-
ri debent,ne contineant repugnantiam,l. ſcriptu-
ræ.C. de fide inſtr. eadem ratione in terminis no-
ſtris vtitur Crot.in d.conſil 93.num.13.& ſeq. &
huic ſundaměto non obſtant duæ reſpõſiones ac-
commodatæ per Aret.d.conſ.139.nu.17.verſ.non
obſtat quod in dicto.quia reſpondeo,primam nõ
conuenire facto noſtro,quia dominium horũ Ca-
ſtrorum, ſi eſſent data in ſolutum,foret in Domi-
nam

nam Annam tranſlatum per conſtitutũ appoſitũ
in inſtrumento, ſtante eo quod Dñs Antoniotus
24 erat verus dñs & poſſeſſor † eorũ, Bart. Bal. & alij
in l.cum res, ff. de acqui. poſſeſ. & no. in l. fundũ, ff.
de fundo dot. Tiraq. de conſtit. par. 2. limit. 1. nu.
25. vbi poſt alios, quos citat, dicit fortius, quod
etiam dominus, qui non poſſidet, transfert domi-
nium conſtituendo ſe alterius nomine poſſidere.
Secunda etiam ratio, quæ fundatur ſuper verbis
importantibus dationem in ſolutum, non poteſt
aptari huic facto, in quo nullũ extat verbũ, quod
ſignificet dationem in ſolutum; & licèt pactum de
non imputandis fructibus in ſortem, cõueniat ma
gis dationi, quàm pignori: tamen ſolum non eſt
potens commutare in alium contractum cõſtitu-
tionem pignoris, vt infra latius demonſtrabo.

Nonò ſi dicamus dominium horum bonorum
fuiſſe translatũ in Dominam Annam, & ei fuiſſe
omnia data in ſolutũ, ſequeretur abſurdum, quod
ſcilicet Dñs Antoniotus voluerit pro quantitate
aureorũ decem mille dare vxori omnia bona ſua:
nam ſub eadem verborũ conceptione & forma nõ
ſolũ illa Caſtra ſpecialiter, ſed omnia bona eodẽ
contextu generaliter obligauit, eandemq́; obliga-
tionem fecit Illuſtr. Dñs Hieronymus, frater Dñi
Antonioti, cum tamen non ſit veriſimile, id eos fa
cturos, ſtãte maximè valore tam egregio ſuorum
bonorum, nec quiſquam ſanus id feciſſet, & res
eſſet fatui hominis, ſeipſum omnibus priuare bo-
nis pro dotium reſtitutione, quarũ valor nõ aſcen
25 dat ad decimam ſui patrimonij, & † quod non eſt
veriſimile, habet falſitatis imaginem, Neuiz. in cõ
ſil. 66. nu. 55. latè Tiraquel. in præfat. l. ſi vnquam,
nu. 37. C. de reuoc. dona. latè D. Becius conſi. 101.
nu. 46. & ſeq. vbi quod omnia pacta interpretan-
tur ſecundum id, quod eſt veriſimile.

Decimò pactum, de quo in cõtractu, quod Do
mina Anna percipere poſſit oẽs fructus, & reditus
bonorum ibi expreſſorũ, arguit pignoris contra-
ctum fuiſſe celebratũ, non dationis in ſolutũ: tum
quia in ſolo pignore conſiderari ſolet, an fructus
extenuent ſortem, non autem quũ res datur in ſolu
tum, l. 1. C. de pignor. actio. cap. ad noſtram, il pri-
mo, de iureiur. cap. cum contra, de pign. & ſubie-
26 cta talia † ſunt, qualia eorum prædicata demon-
ſtrant, c. inter dilectos, de fide inſtr. Soc. in l. quib.
dieb. §. dominus, ff. de cond. & demonſt. tũ verò,
quia in datione in ſolutum pactũ, ne fructus extin
guant ſortem, eſſet omnino ſuperfluum & ocio-
ſum: nam etiam ſi hoc non eſſet dictũ, erat a iure
ſic diſpoſitum, q fructus cedant lucro eius, cui bo
na dantur in ſolutum, vt probat Aret. d. cõſi. 159.
num. 12. ver. circa quintum, & nu. 16. Iaſ. d. conſil.
92. col. 2. vol. 1. Decia. & Menoc. in locis ſupra in
contrarium citatis, & tamen in conuentionib. fie-
ri debet interpretatio, vt omne verbum aliquid
27 operetur, † & non ſtet ociosè, l. ſi quando, ff. de
leg. 1. Bald. in rubr. C. de contrah. empt. quæſt. 9.
Dec. in conſi. 626. nu. 7. vbi quod ne ſillaba quidẽ
ſtare debet ſine effectu, & dicit Soc. conſ. 2. nu. 8.
vol. 4. procedere in contractib. iudicijs, iuramen-
tis, & vltimis voluntatib. & dicit Crau. in reſpon.
pro genero, nu. 46. habere locum ẽt in materia ſtri
cta & pęnali, & verba debent aliquid operari; licèt
intellectus oriretur iuri cõi contrarius, c. cauſam,
quæ, de reſcrip. quem tex. aduocat ad hoc Alex. in
conſil. 33. nu. 10. vol. 1. ſed idẽ dixit ante eũ Gem.
in c. ſi Papa, de priuileg. in ſexto, Crot. in cõſ. 136.
nu. 13. & 55. Pariſ. in conſ. 100. nu. 48. vol. 1. Bero.
in conſ. 134. nu. 20. vol. 2. Neuiz. in cõſi. 2. nu. 48.
Cæph. in cõſi. 104. nu. 9. vel contineret iniquitatẽ,
aut præiudiciũ tertij, glo. in l. fi. §. in computatio-
ne, vbi Docto. C. de iure delibe. Inno. in cap. inno-
tuit, de eo qui furt. ordin. ſuſcep. Imo. in l. ex facto,
in prin. ff. de vulg. Dec. in conſi. 74. in fi. Soc. con-
ſil. 60. nu. 15. vol. 1. Gozad. conſil. 5. nu. 3. Crot. d.
conſ. 136. nu. 13. Bero. conſ. 134. nu. 20. vol. 2. Bel-
lo. conſi. 7. num. 13. Crau. in conſi. 70. num. 26. &
pro genero, nu. 52. Cępha. d. conſi. 104. nume. 22.
ne ergo pactum prædictum ſit ſuperfluum, & poſi
tum ſine virtute operandi, dicendum eſt contra-
ctum pignoris fuiſſe celebratum, non dationem
in ſolutum, & ita in terminis arguit Soc. in d. con-
ſil. 93. nu. 7. verſi. præterea illud pactum.

18 Vndecimò, quòd ſit pignus, nõ † datio in ſolu-
tum, tenuerunt Socin. in d. conſi. 93. colum. 1. 2. &
3. volum. 1. & Crot. in d. conſil. q. 3. per totum, qui
hoc voluit in terminis quidem magis dubijs: nam
in eorum quæſtione præter pactum ne fructus im
putarentur in ſortem, concurrebant multa alia, &
præcipuè in facto, ſuper quo Socin. reſpondit. erat
19 enim verbum, dare, † quod importat tradere, &
dominium transferre, l. vbi autem non apparet, ff.
de verb. oblig. §. ſic itaque, Inſt. de actio. & verbũ,
20 concedo, † quod etiam conuenit transferendo do
minio, l. vxori, §. fi. vbi Bart. ff. de leg. 2. l. ad eũ, vbi
Bart. & Imola, ff. de donat. & verbum, conſigno,
21 † quod idem ſignificare poteſt, ſecundum Aret.
in d. conſ. 159. num. 15. Iaſ. in d. conſi. 92. in princ.
Soc. conſi. 9. nu. 30. vol. 1. Natta conſil. 496. nu. 5.
& Menoc. in conſ. 201. nu. 8. aderat etiam pactum,
quod locatio iam facta a viro obſeruaretur, quod
non fuiſſet neceſſariũ ſi fuiſſet de pignore actũ: itẽ
& bona fuiſſent ęſtimata, & æſtimatio regulariter
facit emptionem, l. vnica, §. ſed & nouiſſimi, C. de
rei vxo. actio. & in quæſtione Croti erat verbum,
aſſigno, & pactum quod creditor volebat datium
obligatum exercere per ſe ipſum & adminiſtrare,
& his non obſtantib. concludit ambo contractũ
pignoris fuiſſe celebratum, nõ dationis in ſolutũ.

Præmiſſis verò non reſiſtunt conſilia Aret. Iaſ.
Socini, Nattæ, Deciani, & Menoch. in contrarium
citata, quia ea loquuntur in terminis longè fortio
ribus & diſparibus, qui non concurrunt in propo
ſita controuerſia: in caſu enim Aretini partes vſæ
fuerant uerbis importantibus tranſlationem do-
minij, nempè dant, aſsignant, concedunt, &c. item
bona aſsignata erant cum æſtimatione, quæ face-
re ſolet emptionem: in caſu autem noſtro nullum
eſt poſitum verbum, quod poſsit cõuenire tran-

ſlationi

ſlationi dominij,in caſu autem Soc.vltra verbum,
dare,tradere,& conſignare,vtraq; æſtimationem
extabant plura alia, & præcipuè quod haberet iu-
re proprio eum clauſula, ad habendum,& facien-
dum quidquid placeret;item promiſsio de defen-
dendo tã in proprietate, quàm in poſſeſsione ; itẽ
in caſu reſtitutionis maritus ꝓmittebat pecuniã,
non bona ; item conuentum erat, ne maritus poſ-
ſet domum illam alienare,quod non fuiſſet neceſ-
ſarium, ſi pignoris contractus ſuiſset celebratus.
Similiter in caſu Iaſ.bona fuerãt tradita per uiã
aſsignationis,quod verbũ,ut dictum eſt ſupra,im
portat dominiũ, & tradẽs ſe de dictis bonis diſue-
ſtiuit , & uxorẽ inueſtiuit,quod ſecundũ eũ deno-
tat dominij tranſlationem, & ulterius mulier iudi
ciali uia acceperat in ſolutum bona ſibi aſsignata.
Pari modo in caſu Nattæ multa etiã plura con
currebant, nempe bona fuerant pro fundo dotali
aſsignata,data, tradita, & remiſſa cũ reſeruatione
dominij in certis quibuſdam caſibus,quæ reſerua
tio arguit in alijs dominium fuiſſe tranſlatum , &
uxor appellabat contractum dationem in ſolutũ ,
atque ita omnia conueniebant dationi in ſolutũ ,
ſicuti in noſtro facto nihil omnino conſentit cum
ea, ſed cum pignore. Nec minora leguntur in con-
ſilio Deciani,quia erat uerbum,aſsigno, cum ceſ-
ſione iurium , tranſlatione dominij, &c. & rurſus
transferendo dominium,& poſſeſsionem mandã-
do ſubditis & uaſallis, quod ei fidelitatem iurent,
& obediant uti ueræ Dominæ,&c.quę omnia uer
ba important tranſlationem dominij , quare non
eſt mirum , ſi potuit ſuſtineri uti datio in ſolutũ ,
cum ſubſtantialia uerba dominiũ ſignificare poſ-
ſent, quod affirmari nequaquam poteſt in hoc fa-
cto, in quo verba ſubſtantialia ſignificant pignus,
& dationi conuenire non poſſunt,& aliud dixiſsẽt
prædicti Doctores , ſi ſolum extitiſſet pactum de
non imputandis fructibus in ſortem.
Nec mouet, quod pactum de lucrãdo fructus,
non conueniat pignori, ſed ſit contra eius naturã:
quia reſpondeo pluribus modis . & primò , quod
imò tale pactum magis conuenit pignori , quam
dationi in ſolutum : nam in datione non opus eſt
tali pacto, ſed eo quoq; ceſſante recipiens in ſolu-
tum facit fructus ſuos : in pignore autẽ cadit con-
ſideratio, an faciat fructus ſuos creditor, uel non.
Secundò reſpõdetur , quod ex quo pactum eſ-
ſet ſuperfluum, ſi eſſet datio in ſolutum, debet re-
ferri ad pignus, licèt a iure ſit reprobatum in con-
tractu pignoris : ita in terminis reſpondet Socin.
d.conſi.93.num.7.uer. præterea illud pactum.
Tertiò reſpondeo,quod pactum prędictum de
fructibus non imputandis , reſtringi poteſt & de-
bet ad caſus, quibus de iure cõmuni creditor poſ-
22 ſidens pignus † facit fructus ſuos,nec imputat in
ſortem, ut quando de iure Canonico uſuræ licitæ
debentur , & petuntur, ſecundum Abb.in c.con-
queſtus,num 6.de uſur.moder. Pariſien. in conſi.
41.num.6.7.& 17. ubi concludunt,quod pactum
de lucrandis,& non imputandis fructibus, eſt lici
tum & validum, quandocunq; vſuræ ſunt licitę,&
qñcunque debentur. confirmat Deciſ. Pedemon.
143.num.2. mulieri autem viduæ debentur vſuræ
dotales, quando non habet aliunde,& fecit omnẽ
23 † diligentiã vt exigeret dotes, Bal. Ang. Iaſ.& alij,
in l. diuortio, ff. ſol. mat. Neguſ. de pign. in 5. mem.
5. par. princ. nu. 17. Crau. in conſ. 189. Didac. va-
riar. reſolut. lib. 3. c. 1. verſi. ſextò hunc etiam, Plot.
de in lit. iuran. §. vndecimo, nu. 27. verſic. fallit ter-
tio. eſt autem regulare, quod pactum poſitum con
tra naturam contractus, intelligi debet ſecundum
24 illius actus naturam, † vt illi præiudicet quãto mi
nus fieri poteſt, l. quęro, §. inter locatorem, ff. loca.
l. ſtipulatus, ff. de vſur. Spec. tit. de locato, §. nunc
aliqua, verſi. 94. Alex. in cõſ. 106. nu. 4. & 5. vol. 4.
& ita pactum locationi contrarium interpretatur
Bero. famil. quæſt. 97. nu. 5. Ruyn. in conſ. 81. nu. 6.
vol. 1. pulchrè Gozad. in conſ. 74. num. 14. & ſeq.
vbi dicit, quod pactũ locationis, vt locator tenea-
tur de damno dato in fructibus a ſolo ſeparatis ,
quia eſt contra naturã locationis , reſtringi debet
ad caſus, quib. de iure cõi remittitur penſio, ideſt
quando damnum datum in fructibus, eſt intolera
bile & abſtulit medietatẽ penſionis , Cæphal. latè
in conſ. 104. per totum,& comprobaui in cõſ. 34.
nu. 46. & ſeq. & facit quod voluit Bal. in rub. C. de
contrah. empt. nu. 9. vbi licèt verba debeant ſem-
per aliquid operari, tamen non aliter debent ope-
rari, quam ſecũdum naturam actus, ſuper quo in-
terponuntur, de quo latiſſimè ponit Natta in con-
ſil. 416. nu. 1. & ſeq. Rolan. in tract. de lucro dot. q.
37. per totam, Dominus Becius in conſi. 101. nu-
mero 5 a. idem ſeruatur in feudis, vt pactum cõtra
25 eorum naturam † appoſitum inueſtituræ, intelli-
gatur vt minus lædat feudi naturam , quàm fieri
poſſit, cap. 1. §. feudum ea lege, ſi de feu. fuer. con-
trouer. inter dom. & agnat. Dominus Becius in d.
conſ. 101 . nu. 24. Cum igitur hoc pactum de fru-
ctibus non imputandis ſit contra naturã pignoris,
debet intelligi , vt minus lædat pignus, & ita vt ei
ſit locus qñ vſuræ ſunt licitæ, non autẽ indiſtinctè
in omni caſu, & ita intelligit Soc. d. cõſ. 93. nu. 17.
verſic. nec obſtat , quod vltimo, non autem debet
transformare contractum in aliam ſpeciem.
Quartò reſpondeo, quod & ſi pactum eſſet cõ-
tra naturam pignoris, tamen non ideo debet trãſ-
formare contractum in aliam ſpeciem, quæ pacto
magis conueniat, quia attenditur principalis con-
26 tractus, † nõ pactum in eo appoſitum, l. fundi par
tem , ff. de contrahen. emptio. l. ſi ſterilis, §. ſi tibi
fundum , ff. de actio. empti. & denominatio fit a
principali , non ab acceſſorio , l. non omnis, l. ſi ti-
bi,& l. ſi quis nec cauſam, vbi Bart. ff. ſi cer. peta. &
dicit Bald. in l. auia, in fi. C. de iure dot. in ſecunda
lect. quod natura contractus non mutatur pacto,
& ideo non eſt menſurandus contractus a pacto
inſerto , ſed ab eius ſubſtantia ; & ideo dicimus q
27 feudũ in parte alteratum ex † pacto, quod ſit con
tra naturam ſuam, non deſinit eſſe feudum, ſed in
reliquis retinet naturam ſuam , eſt tex. in c. 1. vbi
no.

no.Bal.tit.ꝑ quos fiat inueſtitu. Iſer. in c.1.quib.
mod.feud.amitt.Soci.in l.Gallus,§.etiam ſi paren
te,col.2.verſi.confirmatur hoc,ff.de lib. & poſth.
28 & ibi vult quod tunc ex † pacto iudicetur contra-
ctus, quando pactum alterat ſubſtantiam contra-
ctus,Claud.in tracta.feud.tit.de diffinit.& inuen.
feud.fol.60.cum multis apud Neuiza.in conſ.92.
num.48.alios citat Dominus Becius in conſi.88.
nu.19.& in conſ.101.nu.74. Natta in conſi.114.
nu.7.& conſ.464.nu.20.Cæpha.in conſ.173.nu.
29.Silua.in conſi.42.nu.5.Rolan. in conſi. 2.nu.
135.vol.2.Menoch.in conſi.35.num.19.

Et pro clariori reſolutione ſciendum eſt quod
29 quædam in cõtractu ſunt ſubſtãtialia, † quædam
naturalia,quædam accidentalia,vt per glo.& Do-
ctores in l.pacta conuenta, ff.de contrah. empt.&
in l.iuris gentium, §.quinimo, ff.de pact.declarat
Bal.in l.1.nu.1.C.commoda. & in l. ad exactionẽ,
nu.3.C.de dot.promiſſio. Ioan.de Prat. in l.cum
quid,nu.3.ff.ſi cert.peta.Feli.in c. cum M. Ferra-
rienſis,nu.43.de conſtit.pulchrè Bereng.in d.l.pa
cta conuenta,in primo ca.nu.46.& ſeq.in quibus
locis declarant, quæ ſint contra naturã, quæ con-
tra ſubſtantiam, & quæ contra accidentia contra-
ctus: ea verò pacta, quæ ſunt contra ſubſtantiam
contractus,nõ valent, & vitiant contractum,l.vbi
ita donatur,de donat.cau.mor.quæ verò ſunt cõ-
30 tra naturam,vel contra † accidentia,valent.ita di-
ſtinguunt gl.Bar.& alij in d.l.pacta conuenta, vbi
latè Bereng.d.c.1.nu.46.& ſeq.Bart.Caſtr. & alij
omnes in l.2.in prin.vbi Dec.nu.17.ff.ſi cer.pe.&
in l.cũ quid,vbi Butig.Dec.Iaſ. & alij, ff.eo.tit.&
in d.l.iuriſgentium,§.quinimo,Bero.in conſi.38.
nu.4.vol.1.& in conſ.165.nu.17.eod.vol.Neuiza.
in conſ.91.num.22.& in conſi.92.num.49.& ſeq.
Claud.d.tit.de diffinit.& inuen.feu.folio 55.Nat.
in conſi. 49.nu.19.& 20.& in conſi. 114.nu.6. &
ſeq. vbi dicit quod pactum appoſitum contra na-
turã emphyteuſis, non facit quod contractus de-
ſinat eſſe emphyteuticus,Menoc. conſi.84.nu.17.
modo pactum eſt contra naturalia, vel accidenta-
lia contractus, nõ eſt neceſſe quod transfundatur
in aliũ contractum,ſed ſuſtinetur in ea ſpecie,quã
partes voluerunt:transfuſio autem fit,quando pa
31 ctũm eſt contra ſubſtantiam † contractus. ita de-
clarat Barto.in l.vbi ita donatur,ff.de donat. cau.
mor.Bal.in l.2.nu.4.C.de iure emphyteu.Butr.&
Imo.in c.cum M.Ferrarienſis, vbi Fely.nu.41.de
conſti.Abb.in c.1.nu.10.de commodato,& in ca.
fi.nu.4.de precar.vbi eſt aduertendum,quod & ſi
loquatur de pacto cõtra naturam, tñ intelligi dẽt
de eo quod eſt contra ſubſtantiam contractus, ſe-
cundum iura quę allegat,& idem tenet ibi Barba.
Claud.d.tit.de deffinit.feu.fol.55.moder.Pariſ.in
tract.de vſur.nu.353.Neuiza. in conſi.86.nu.13.
ſed pactum quod fructus non imputentur, non
32 † eſt contra ſubſtantiam pignoris, licèt ſit vſura-
rium. nam pignus erat iure Digeſtorũ cognitum,
& tamen eo iure permiſſę erant vſuræ, l.placuit,ff.
de vſur.l.eos,C.eo.tit.Bar.in auth.ad hæc,C.eod.
Didac.li.3.varia.reſol.c.1.nu.6.& paria ſunt paci-
33 ſci quod fructus † non imputentur in ſortem, &
promittere vſuras,c.1.ca.conqueſtus,& c.fruſtra,
cum ibi no.de vſu.Alex.in conſi.31.nu.3.verſi.&
hanc partem,vol.6.Rube.conſi.55.nu.2. Neguſ.
de pigno.in quinto mem.quintæ par.nu.10.ſicuti
ergo licebat eo tempore promittere vſuras, ita li-
34 cebat conuenire † quod fructus non imputaren-
tur.ita in terminis voluit glo.in l.1.C. de diſtract.
pigno.quam ſequitur ibi Bal.glo.in l.qui Romæ,
in princ.vbi omnes,ff.de verb.oblig. & licèt nunc
tale pactum ſit iure improbatum,tñ id eſt propter
peccatum,& quia eſt vſurarium,non quia ſit con-
tra ſubſtantiam pignoris,& niſi vſura eſſet prohi-
bita,liceret in pignore paciſci de lucrandis fructi-
bus, & eſſet proprius contractus pignoris, etiam
hodie: quare ſi pactum non eſt contra ſubſtantiã
pignoris, non debet contractus pignoris in alium
transfundi, ſed remouebitur pactum tanquã nul-
lum,& remanebit contractus atque ſi nullum adie
35 ctum foret pactum, quia vtile † non debet vitiari
per inutile,l.1.§.ſi ſtipulante, ff. de verbo.oblig.c.
vtile,de reg.iur.in ſexto,glo.in c.ea quæ, eo. tit.&
lib. & quod non ſit contra ſubſtantiam pignoris,
voluit Soci.d.l.qui Romæ,nu.14.

Quinetiam ſi verè pactum eſſet contra ſubſtan
tiam contractus, nõ poſſet transformari in datio-
nem in ſolutum, quia verba ipſa nõ id patiuntur:
nã, vt dixi, in toto contractu nullum extat verbũ
aptum importate dominij tranſlationẽ,quę in da-
tione eſt neceſſaria,qñ is,qui dat eſt dñs: proinde
concludit Bar.in d.l.vbi ita donatur, transfuſionẽ
36 non fieri, qñ ſignificatio † verborum non admit-
tit,eſt tex.in l.cũ precario,ff.de precar.& ibi Bart.
dicit quod pactum contra ſubſtantiam cõtractus,
eſt nullũ,& idem volunt ibi Ange.& Caſt. qui di-
cunt quod annullatur pactum,& remanet contra-
ctus,qñ ſalua ratione recti ſermonis non põt trãſi
re in aliam ſpeciem.idem voluit glo. in l. qui Ro-
mæ,in prin.in ver.obtulerit.ibi,itẽ quid ſi dedit pi
gnus, ff.de verb.obli. vbi inquit valere contractũ
pignoris cũ pacto, quod creditor lucretur fructus
loco uſurarũ, & debitor non poſſit luere intra an-
num; ſed non ualebit ſi conueniat, quod nunquã
liceat luere, quia eſt contra ſubſtantiam contra-
ctus,& magis uidetur uoluiſſe alienare, quã obli-
gare,Caſt.nu.5.Aret.col.3. uerſi. ſecundò aduer-
te,ubi dicit,quod in prædicto caſu pactum, uel ui
tiatur,uel uitiat contractũ,& melius cæteris Alex.
nu.7.circa finẽ,verſi. item uidetur, quod dictum,
ubi in terminis quęſtionis,quã gl. ibi tractat, vult
ꝙ ille contractus pignoris non poſſit tranſire in
emptionẽ,quia uerba non patiuntur eum ſenſum,
& allegat d.l.cũ precario,& cõmuniter approbari
dicit Soci.ibi nu.14. & licèt ipſe teneat contrariũ,
tamen vult quod talis contractus pignoris nõ mu-
tetur in alium, Iaſ.quoque, nu. 27.dicit expreſsè
quod unus contractus nõ tranſit in alium propter
pactum appoſitum cõtra ſubſtantiam cõtractus,
quando uerba non poſſunt ad alium contractum
aptari,

aptari,ex quo infert ad gl. ibi,& vult quod pigno-
ris contractus cum pacto nunquã luendi,& q fru-
ctus non imputentur, non tranſeat in emptionẽ,
quia nomen pignoris ei nullo modo põt conueni
re,& concludit ſecundum Aret. & Alex.quod pa-
ctum erit nullum,Claud.in d.tit. de diffinit. & in-
uent.feu.folio 55.Iaſ.conſi.6.col.6.verſi. nec ob-
ſtat dum,vol.3.moder.Pariſien. in tract. vſur.nu.
353.vbi dicunt non dari tranſitum de vno cõtra-
ctu in alium,niſi concurrat voluntas & poteſtas.
eandem concluſionem admittit Nat.in conſ.126.
nu.8.dicens tunc transformari vnum contractum
in alium,qñ verba patiuntur;ſed in propoſito iam
eſt dictum,q contractus pignoris non põt tranſi-
re in dationem in ſolutum, ſecundum Aret. Alex.
Iaſ.& alios,poſt gl.in d.l. qui Romæ. ergo vel cõ-
tractus erit in totum nullus,vel illud pactũ vitiabi
tur,non autem fiet transfuſio,& ob qualitem ver-
borum ita pariter dicit Crot.conſi.93.nu.11.

Rurſus præter ſupra dicta probatur, meo iudi-
cio, ineuitabili fundamento, quod pactum de nõ
imputandi fructibus in ſortem, non ſit potẽs, nec
37 ſufficiens ad inducendũ mutationem† contractus
de vno in alium: habemus enim text. in c. illo vos,
de pigno. vbi dicitur,contractũ præſumi vſurariũ,
qñ res vẽditur adiecto pacto quod intra tẽps liceat
redimere,& quod vltra ſortẽ aliquid detur & fru-
ctus in ſortem computẽtur:& ita licèt ibi eſſet pa-
ctum de fructibus imputandis,quod eſt contra na
turam emptionis,tñ tex.non dicit quod ex hoc ſo
lo ſit contractus pignoris, ſed vult alia concurre-
re,ideſt quod aliquid ſit promiſſum vltra ſortẽ,&
quod ſit pactũ de retrouendendo, vel quod emp-
tor conſueuerit fœnerari: ergo ad transformandũ
contractũ non ſufficit pactum de imputandis fru-
ctibus.& quod alia requirantur,probat tex. ibi,&
ſequuntur Doctores,præcipuè Butr.& Abb.Ant.
Burg.in ca.ad noſtram, nu.56.de empt. & vendi.
Augetur argumentum, quia in tex. non iudicatur
contractus pignoris, licèt illæ adſint coniecturæ,
ſed ſolum Papa præſumit contra emptorẽ,quod ſi
contractus eo caſu foret transfuſus in pignus, vti-
que non inſurgeret præſumptio vſuræ,ſed proba-
tio;quod ſi omnibus illis indicijs ſtantibus nõ au
ſus eſt Papa decidere illum eſſe contractũ pigno-
ris, ſed hoc dubium relinquit ibi, qualecunque
ſit, &c. multo minus audendũ erit in hoc facto, in
quo ſolũ extat pactũ de fructib. non imputandis.

Addo q ſi ex ſolo pacto de fructibus in ſortem
nõ imputandis mutaretur actus in dationẽ in ſolu
tum,& deſineret eſſe pignus,fruſtra Doctores di-
ſceptarẽt,an valeat in pignore pactũ, q fructus nõ
imputentur,& fruſtra dicerent nõ valere, quia sẽ-
per ualeret, & contractũ pignoris confunderet in
38 dationẽ in ſolutum,cuius † tñ contrarium dicunt
Bal.in l.1.C.de diſtrac.pign. Abb.c.1.n.2.de vſu.
Cuma.in conſi.19.in ult.dub. Neguſ.in d.quinto
memb.quintæ partis,num.10.Guido Papæ ſing.
502.Bertran.cõſi.421.vol.4.cũ multis alijs,quos
citaui in prioribus ſcriptis,verſ.& quamuis extet.

Reſponderi ẽt poteſt,quod contrariũ procede-
ret,ſi nõ extarent alia in eodẽ contractu: ſed quia
multa plura concurrunt, quæ ſoli pignori conue-
39 niunt, † & aptari non poſſunt dationi in ſolutum,
vti ſupra demonſtrauimus; nullo modo põt deno-
minari contractus a datione, ut in ſimili probat
Barba.in conſi.14.col.pen.& fi.vol.2.ubi inſpiciẽ
dam vult eſſe maiorem pactorum partẽ ad cogno
ſcendum,quis contractus fuerit celebratus,ſequi
quitur Neuiz.in conſi.92.nu.48.& ita conſiderat
Soc. in conſ.9.n.36.vol.1.dicens, quod vbi plura
ſunt verba, q̃ important tranſlationẽ dominij, tũc
non dicitur eſſe contractus pignoris.& facit quod
poſt Aret.dicit Claud.in d.ti.de diffini.ſeu.fol.55.
vbi ait quod ſi cũ nomine expreſſo a partibus cõ-
currant aliqua de ſubſtantialibus,præſumitur par
tes voluiſſe facere contractum, quem nominaue-
runt,non alium. addo Cagno. in l. vbi repugnan-
tia,nu.5.ff.de reg.iur. & dixi in conſi.126.nu.23.

Accedat quod pactum de fructibus non impu-
tandis in ſortem, non eſt poſitum in diſpoſitiuis,
ſed in exequutiuis,ideo non debet mutare princi-
40 palem † diſpoſitionem,clem. 1. in fin.de præben.
Butr.& Imola,in c.quoniam Abbas,de offi.deleg.
Crot.conſ.45.nu.8.cum multis apud D.Becium
in conſ.24.nu.21.& conſi.111.nu.25. & dicit Iaſ.
in propoſito, in conſi.6.col.1.vol.3. quod & ſi pa-
ctum de non reuocando faciat donationem cauſa
mortis tranſire in donationẽ inter viuos,per text.
in d.l.ubi ita donatur. tamen ſi ſit poſitũ inter exe
quutiuas clauſulas,remanebit cauſa mortis dona-
tio,nec mutabitur, Natta in conſ.129.nu.7.ubi ita
declarat d.l. ubi ita donatur. & in ſimili facit, qđ
41 etſi donatio dicatur cauſa † mortis, quando in ea
ſit mentio mortis, tamen fallit quando ſit mentio
in exequutiuis,ut poſt Bal.Alc.Soci.Iaſ. & Ruyn.
uoluit Rolan.in conſi.61.nu.13.& ſeq.uolum. pri-
mo, Dec.in l.more maiorum,nu.34.ff. de iuriſdi.
omn.iud. Boer.in deciſ.353.num.12.

Vlterius nõ eſſet mirum,ſi partes etiam per er-
rorem in cõtractu pignoris appoſuiſſent pactum
de fructibus non imputandis, credentes illud eſſe
de iure licitũ: nam Bal. qui nihil ignorauit, tenuit
in auth.ei,qui,nu.39.C.de bon.auth.iud. poſſi. q
42 mulier poſt annum luctus fructus † rei obligatæ
pro dotium reſtitutione lucretur,& Bero.in conſ.
205.nu.6.uol.1.dicit, quod in pignore dato pro
dote fructus nõ imputantur in ſortem.non cenſen
tur itaque per illud pactum uoluiſſe facere cõtra-
ctum dationis in ſolutum, ſi crediderunt pactum
ſuſtineri in contractu pignoris, quem celebrant,
ut in ſimili pacto reſpondet Soc. d.conſ.93.nu.6.
verſi.nec me mouet,& in conſ.15.nu.39.uolum.1.

Ex prædictis ſatisfactum eſt quoque rationi in
contrarium allegatæ, quia dicebatur quod con-
tractus non iudicatur a partium denominatione,
ſed ab effectu: nam reſponſum fuit procedere,
43 † quando eſſent pacto appoſita contra ſubſtantiã
actus,quem partes nominarunt: tunc enim nõ at-
tenditur nominatio partium, ſed effectus & ſub-

ſtantia

ſtantia,vt dixi ſupra, in verſi. quartò reſpõdeo ex
Socino in d.§.etiam ſi parente, & Claud.in d.tit.
de diffinit. ſeu.fol.60. ſecus autem, quando pacta
ſunt non contra ſubſtantiam, ſed contra naturam
vel accidentalia: quia tunc idem remanet contra-
ctus,quem partes nominarunt,licèt ſit in ea parte
alteratus, vt dictũ eſt ibi de ſeudo & emphyteuſi.

Secundò fuit rñſum non procedere,qñ conſtat
quod partes voluerunt contractũ facere, quẽ no-
minarunt, non alium; vel qñ verba partium non
patiuntur illum contractũ,qui ex pactis arguitur:
tunc enim attenditur partium voluntas, & potius
vitiatur actus, quàm vt alius cenſeatur cõtractus,
ſm Bar.in d.l.vbi ita donatur, cum alijs ſupra po-
ſitis,verſ.quinetiam,qui loquuntur etiam quãdo
pacta ſunt contra ſubſtantiam contractus.

Tertiò fuit dictũ,contractũ dijudicari quidẽ ab
effectu: ſed ſi diuerſa ſint pacta, quorum aliqua
vnum arguant contractum, aliqua verò aliũ, tunc
ille iudicatur contractus, in quo magis incaleſcit,
& pro quo plura ſunt pacta,vt dixi in verſi.reſpõ-
deri etiam poteſt,ex Barbat.Neuiza.& alijs.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio facta a ſorore, cenſetur in dubio fieri contemplatione fratrum. infra, nu.7.nu.11.*
2 *Frater vtrinque coniunctus excludit conſanguineos.*
3 *Soror ſi vni ex fratribus renunciat paternam hæreditatem, ea omnibus fratribus acquiritur.*
4 *Ius accreſcendi. Portio accreſcit portioni, non perſonæ in iure accreſcendi.*
5 *Renunciatio facta ante aditam hæreditatem, habetur pro repudiatione.*
6 *Renuncians hæreditati ſibi delata, non videtur adire. ſed vide infra.*
7 *Renunciatio cenſetur contemplatione fratrum facta, etiam ſi pater eam ſtipuletur pro hæredibus. ſed contra, nu.13.*
8 *Pactum factum vni, non prodeſt alij.*
9 *Renunciatio facta vni, non extenditur ad alium.*
10 *Pactum de non petendo hæreditatem, prodeſt ei ſoli, qui illud acceptauit.*
11 *Renunciatio in dubio videtur facta fauore illius, cui fit.*
12 *Renunciatio facta vni fratrũ, nõ trahitur ad alios, quãdo ex cõiectura apparet de mente renunciãtis.*
13 *Renunciatio facta patri ſtipulanti pro ſe, & hæredibus, acquirit omnibus hæredibus.*
14 *Soror quando patri renunciat propter dotem hæreditati materna, acquiritur ius ſoli patri.*
15 *Liberatio refertur ad præcedentem obligationem, & præſupponit ius liberanti quæſitum.*
16 *Verba cui non conueniunt, ei nõ conuenit diſpoſitio.*
17 *Aequalitas non attenditur inter filios, quando conſtat quod pater voluit ſeruare inæqualitatem.*
18 *Aequalitas ſufficit, ſi inter filios adſit, quando pater deceſſit.*
19 *Adire videtur, qui cedit, vel facit pactum de non petendo, vel donat.*
20 *Adire videtur pater nomine filiorum infantium maternam hæreditatem eo ipſo quòd non reſtituit.*
21 *Indefinita æquipollet vniuerſali.*
22 *Donatio facta contemplatione mortis, efficitur inter viuos, ſi ſit acceptata pro hæredibus.*
23 *Contrahere non videtur ſub nomine officij, qui promittit pro hæredibus.*

CONSILIVM CCXLIIII.

BONIOANNES Pollatus plures ha-
bens liberos ex prima vxore præde
functa, & alios ex ſecũda,matrimo
nio collocauit Dño Laurentio Ca-
uatię Dominam Mariam ex prima
vxore,quę renũciauit patri ſtipulanti,& acceptãti
pro ſe,& hæredib.omnia iura ſibi in materna hęre
ditate competentia:nunc Dñs Iorius frater vtrin-
que coniunctus Dñæ Mariæ in diuiſione, quæ fit
cum fratrib.conſanguineis,præſupponit ſibi inte-
grè deberi maternas dotes: alij verò dicunt eas æ-
qualiter diuidẽdas inter omnes hæredes patris, &
quæſitum a me fuit, vtra partium iuſtius agat? &
primò quidem aſpectu dicẽdum videretur, quod
Dominus Iorius foueat ius: Nam certũ eſt quod
1 dos matris ſpectat ad filios, & renunciatio † facta
a Dña Maria, in dubio cenſetur facta contempla-
tione fratrum ſuorum,Salic.in l. pactum quod do
tali,nu.5. circa finem,C.de pact.Alex.in conſ.29.
nu.5.vol.3. Butigel qui dicit perpetuò notãdum,
in l.qui Romæ,§. duo fratres,num.36. ff.de verb.
oblig.Corne.in conſi.291.colum.3.in fine.vol.3.
Pariſ.in conſil.3.nu.28.volum.2.conſi.26.nu.25.
volum.3.Socin.iun.in conſ.184.nu.15.volum.2.
Bero. in conſil.170.num.9.volum.1. Capic. de-
ciſ.190. Roland. in conſil.26.num.34. volum.3.
Cæphal. in conſil.65.num.42. Dominus Becius
in conſil.74.nume.20. & dicit hoc procedere ne-
dum fauore maſculorum,ſed etiam aliarum perſo
narum, ſi ſubſiſtat veriſimilis coniectura, inquit
Corn.d.conſi.291.colum.3.& inferunt ideo præ-
dicti omnes,quod ſi poſtea decedant maſculi,mu
lier quæ renunciauit,admittetur ad ſucceſſionem,
non obſtante renunciatione, & non eſt dubium
quod ſoror renuncians, videtur renũciaſſe ad con
templationem fratrum vtrinque coniunctorum,
non etiam conſanguineorum tantum; quia ſicuti
2 illi in ſucceſſione excludunt † conſanguineos,§.ſi
igitur defunctus,in Auth.de hęr.ab inteſt.venien.
§.conſequens,eod.tit.auth.defuncto, vbi Docto-
res, C.ad Tertullian. gloſ. in l.1. ff.de iur. & facti
ignor.Cyn.& Bal.in auth.itaque,C.commun. de
ſucceſſio.& ibi etiam Alber.Angel.& Salic.Iaſ.in
l.re coniuncti,num.17.ff.de legat.3.Rube.in con-
ſil.56.num.1.Alba in conſil.81. Crot.in conſ.63.
num.17. Natta in conſil.395.num.1. Cæphal.in
conſil.22.num.27.& in conſi.323.nu.14. Didac.
de ſucceſſio. creation. nume.7. ita ſoror cenſetur
eos magis diligere, quàm fratres conſanguineos
tantum, ex quo dilectio ex ordine ſanguinis pro-
cedit, & ſecundum affectionem regulatur renun-
ciatio; & ideo dicit Dyn.in conſ.13.quod ſi ſoror
renun-

3 renunciet † vni ex fratrib. hæreditatem paternam,
& maternam, hæreditas acquiretur non ſoli reci-
pienti, ſed omnib. fratribus: quia cũ omnes æqua-
liter diligeret, cenſetur omnium contemplatione
renũciaſſe, ſequitur Bal. in l. pactum, quod dotali,
quæſt. 8. nu. 6. C. de collatio. Aretin. in l. plane, §. ſi
duobus, col. 6. in fine, ff. de legat. 1. Rube. Alex. in l.
pater filium, nu. 150. ff. de inoffic. teſtam. Fabian.
de Chioch. in auth. nouiſſima, n. 224. C. de inoffi.
teſtam. & in terminis, quod ſtantibus fratribus ex
duplici matrimonio, filia cenſeatur patri renuncia
re ad commodum filiorum, ſeu fratrum vtrinque
coniunctorum, non autem cõſanguineorum, con-
cludit Aret. in conſil. 91. nu. 2. verſic. confirmatur
iſta concluſio, & nume. 4. verſ. & quod pater reci-
piendo, vbi dicit hanc quoque cenſeri patris reci-
pientis intentionem, quod renunciatio cedat com
modo filiorum ex eodem matrimonio, vt hoc mo
do ſeruetur inter filios æqualitas, & filij primi ma
trimonij habeant præcipuam dotem maternam,
ſicuti eam capiunt filij ex ſecunda vxore: & ſubdit
quod hæc pars eſt amplectenda, quia habet æqui-
tatem, & remouet cauſam ſcandali inter filios.

Hæc autem ſentẽtia videtur planior, ſi dicamus
renũciationem prædictam ſapere repudiationem:
nam & ſi facta ſit poſt mortem matris, tamen quia
non conſtat ante renunciationem Dominam Ma-
riam adiuiſſe matris hæreditatem, ſuſtineri debet
tanquam repudiatio, & in totũ accreſcit filijs eiuſ-
dem matrimonij, quia per ius accreſcendi vno re-
4 pudiante portio † accreſcit portioni, non autẽ per
ſonæ, l. ſi totam, vbi Bar. ff. de acq. hære. l. ſi ex plu-
ribus, ff. de ſuis & leg. hęred. l. cum ex filia, §. fin. ff.
de vulg. Doctores in l. re cõiuncti, vbi Bal. nu. 48.
ff. de legat. 3. vbi Ripa num. 197. & num. 200. Iaſ.
in l. Lucius, num. 31. ff. de vulg. Dec. in conſi. 304.
nu. 3. Crot. in conſil. 32. nu. 18. Dec. in l. 1. nu. 38.
in 2. lectu. C. quando non petent. par. Cagnol. in
rubr. C. quando non peten. par. nume. 38. & 43.
Caſſan. in conſil. 14. num. 9. verſ. & hoc maximè,
Cæphal. in conſil. 29. num. 9. vbi inſert, quod por-
tio aſſumit naturam portionis, cui accreſcit, con-
ſil. 59. num. 40. & in conſil. 60. num. 6. vbi inſert ei
non accreſcere, quia nullam habet portionem, &
in propoſito dicit Caſt. in l. ſi actionem, in prin. C.
5 de pact. quod ſi renũciatio fiat a ſorore † ante adi
tam hæreditatem, facit videri ac ſi renuncianti hę-
reditas non eſſet delata, & ſubdit eſſe perpetuò
menti tenendum, ſequitur Alexand. qui dicit per-
petuò menti tenendum, Iaſ. nu. 2. in fine, & Dec.
num. 4. idem Caſt. in l. planè, §. ſi duobus, ff. de le-
ga. 1. Alex. in conſi. 149. num. 5. vol. 7. Ripa d. l. re
coniuncti, num. 210. & ſecundum hanc partem re
fert Boer. deciſ. 184. in fine, fuiſſe iudicatũ, Caſtr.
in conſi. 253. volum. 1. vbi latè diſtinguit inter re-
pudiationem, & renunciationem, & non poteſt ali
ter nominari, quàm repudiatio: nam qui renũciat
6 hæreditati, non † videtur adire, l. fuit quæſtionis,
ff. de acquir. hæred. l. licet, & l. ſi quis pecuniam, ff.
ſi quis omiſ. cau. teſtam. ita declarat Aret. in con-
ſil. 91. colum. 2. verſi. his tamen non obſtantibus,
& dicit Corne. in conſil. 147. colum. 2. verſic. nec
per dictam, volum. primo, quod donans portio-
nem hæreditatis ſibi delatam, non videtur adire,
ſed potius repudiare, & idem dicit in conſil. 211.
colum. 3. verſic. nec ob id quod, volum. 2.

Nec dicatur ꝙ in præſenti caſu renunciatio de-
bet prodeſſe omnib. hæredib. patris, ex quo facta
fuit patri acceptanti pro ſe, & ſuis hęredibus: quia
reſpondeo quod etiam ſi ſtipulatio ſit hoc modo
concepta: tamen, cũ extarent fratres vtrinque con
iuncti, qui cenſentur magis dilecti, & qui ex conie
cturata mente ſororis cenſentur excludere cõſan-
7 guineos, cenſetur nihilominus † facta renunciatio
contemplatione fratrum, non hæredum, vt in ter-
minis concludit Bald. in conſil. 437. num. 2. vol. 1.
quem ſequitur Bertr. in conſil. 328. num. 2. vol. 3.

Attamen prædictis non obſtantibus renuncia-
tionem factam a Domina Maria fuiſſe quæſitam
ſoli patri, & portionem dotis maternæ, quæ ſibi
ſpectabat, pertinere ad omnes patris hæredes æ-
8 qualiter, quia † pactum factum vni non prodeſt
alij, l. ſi vnus, §. ante omnia, ff. de pact. & ibi notant
Bartol. Caſtr. Alexand. & Iaſ. in l. Imperatores, in
princ. ff. de tranſactio. Ruin. in conſil. 11. nume. 8.
vol. 1. Iaſ. in l. iuriſgentium, §. prætor ait, nu. 9. ff.
de pact. Dec. d. l. ſi actionem, in princ. C. de pact.
Tiraq. de retract. conſang. §. 1. gl. 9. nu. 127. idem
eſt in renunciatione, quę facta vni non extenditur
9 † ad alium, l. ſi ſuus, vbi Bal. & l. ſicut, vbi etiã Bal.
C. de repud. hære. l. iubemus, C. ad Velleian. Caſt.
in conſ. 70. volum. 2. Rom. in conſil. 472. in princ.
Crot. in conſ. 89. nu. 7. Tiraq. d. gl. 9. nu. 127. & in
pacto de non petendo, hoc voluit glo. in l. ſi actio-
nem, ſecundum primam lectu. C. de pact. vbi ſi ex
duabus ſororibus altera facit fratri pactum de nõ
10 petendo † paternam vel maternam hæreditatem,
non proderit ſimile pactum ſorori, ſed ſolum fra-
tri acceptanti, ſequitur ibi Bald. qui dicit notan-
dum, & cum eo tranſeunt Caſtre. Alexand. & Iaſ.
Crot. in conſil. 89. num. 9. vbi loquitur in pulchro
caſu, & dicit Alexand. in loco prædicto, quod glo.
in hoc neminem habet contrarium, & Bal. ibi di-
cit quod aliud eſt renunciare, aliud facere pactum
de non petendo, idem voluit Caſtr. in conſil. 252.
colum. 5. uerſi. pro cuius euidentia, uolum. primo,
Rom. in conſil. 22. nu. 3. Socin. in conſ. 34. num. 5.
uolum. 4. Dec. d. l. ſi actionem, nu. 4. Bald. in l. fin.
num. 16. C. de pact. Alex. conſil. 149. nu. 6. uol. 7.

Accedit quod etiam ſi eſſet ſimplex renuncia-
11 tio, † ea cenſetur in dubio facta contemplatione
Iaſon, qui dicit eſſet pulchram doctrinam in l. 1.
num. 2. ff. qui ſatiſdare cogant.

Quintò facit quod dixit Paulus Picus in l. in
quartam, nume. 170. ff. ad legem Falcidiam, ubi
6 inquit filio petenti † legitimam ſi fortè hæres ſcri-
ptus moram faciat, dicendoque in hæreditate ex-
tare plures creditores, quibus ante detractionem
legitimæ ſatis ſit faciendum, diu producat legiti-
mæ præſtationem, quod tali caſu ſi filius offe-
rat ſe paratum recepta legitima ſatisſacere pro ra-
ta creditoribus hæreditarijs & fideiuſſores præ-
ſtet, cogendus erit hæres portionem legitimam
illi aſſignare non expectata ulterius liquidatio-
ne æris alieni, allegat tex. in l. cum hæreditas, ff. ad
Trebel. ubi dicitur, quòd hæres coactus adire, po-
terit etiam cogi ut pręſtita ſibi a fideicommiſſario
fideiuſſione de releuando indemnem a creditori-
bus reſtituat hæreditatem; & ſubdit Pau. ibi quòd
& ſi alias tenuerit contrarium, tamen tunc non ui-
derat illum textum, & ſi uidiſſet & allegaſſet, for-
tè

tè res aliter fuiſſet deciſa, quòd ſi oblata fideiuſſio
ne de ſoluendo ære alieno admittitur filius ad legi
7 timam, quæ ex quo eſt quota † bonorum, dicitur
incerta & illiquida, Bart. in l. meminimus, C. quã-
do & quibus quarta pars, lib. 10. Curt. ſen. in con-
ſil. vlt. Berengar. in l. in quartam, in tertio cap. nu.
63. ff. ad legem Falcidiam, Pau. Picus ibi, nu. 159.
& ſequent. vbi dicunt communem eſſe opinioné,
quod non poſſit ideo filius propria authoritate
poſſeſſionem capere legitimæ, multò magis erit
admittendus Cocarella præſtita ſimili cautione
ad maſſaritium, quod eſt certum, liquidum, & cer
tis limitibus definitum.

Contrariam verò ſententiam vti verlorem am
plector, & fitmiſſimè teneo, nõ poſſe Cocarellam
immitti in poſſeſſionem maſſaritij, de quo eſt quę
ſtio, niſi prius liquidò oſtẽdat maſſaritij valorem
eſſe intra vnciã, quæ ſola a iure fuit conſtituta; mo
ueorq; ex plurib. primo, quia Cocarella eſt actor,
8 ideo probare debet ſuæ intentionis † fundamen-
tum, l. actor, C. de probat. cum alijs ſupra citatis:
eo verò non probante, debet omnino ſuccumbe-
re, l. qui accuſare, C. de eden. & procedit etiam ſi
actor inſiſteret negatiuę, Bar. in l. in illa, ff. de verb.
oblig. vbi etiam Ripa, Natta in conſ. 214. nu. 1. ſed
in iure habemus ꝙ filio naturali non poteſt auus
legare, vel donare, vel quouis alio titulo relinque-
re vltra vnciam, ſtante legitima ſobole, d. l. fin. iun
cta l. 2. C. de natur. lib. §. nos igitur, in Auth. quib.
mod. natur. effici. ſui. hic verò non conſtat maſſa-
ritium donatum, excedat ne vnciam, vel non: er-
go non eſt ſundata agentis intentio, quia remanet
dubium, an totum debeatur maſſaritium, vel eius
pars tantum: dubia autem probatio non releuat
9 probantem, quia debet eſſe certa † & concludere
per neceſſe, l. non hoc, C. vnde legit. cap. in pręſen
tia, vbi no. de probatio. Bal. in l. ad probationem,
C. de probatio. & res non efficitur dubia de iure
vel de facto, quando probatio eſt incerta, Bald. in
l. ſecunda, C. de bonor. poſſeſ. Iaſ. dicta l. non hoc,
num. 6. qninimo probatio dubia ſemper interpre
tatur contra probantem, ſecundum gloſſ. in dicto
cap. in præſentia, Bar. Bald. Iaſon, & alios in dicta
l. non hoc, cum alijs quos citaui in conſi. 5. nu. 48.
vbi dixi hoc procedere etiam in materia fauorabi
li: & ratio eſt, quia in dubio pro reo eſt pronun-
ciandum, l. ſauorabiliores, ff. de reg. iu. & pro poſ-
ſeſſore, l. in pari, vbi Doctores, ff. de reg. iur. & qđ
probatio debeat eſſe cõcludens, voluit etiam Do-
minus Becius in conſ. 52. num. 101. hinc dicimus,
ſatis eſſe reo ſi poſſit obſcurare probationes agen-
tis, ſecundum Bald. in conſi. 79. num. 7. volum. 2.
Craue. in conſi. 6. num. 127. Nattam in conſil. 32.
in fine, vbi dicit quod in re dubia iudicium nõ de-
bet eſſe abſolutum, ne veritas offendatur, cap. fin.
33. diſtin. & indecens eſt & nimis graue ferre cer-
tam ſententiam in re dubia, capit. graue, vndeci-
ma, quæſtio. 3. non enim eſt quærendum de iure
poſſeſſoris, ſi non conſtat de iure petitoris, l. Pau-
lus, in fine, ff. quibus mod. pigno. vel hypoth. ſolu.

Bartol. in auct. hoc locum, num. 12. verſic. 3. C. ſi
ſecun. nup. vbi dicit quòd ius metimur ex perſo-
na actoris, l. fin. vbi glo. & Bald. citant concordan
tes, C. de rei vendit. Bald. in cap. cæterum, num. 2.
de iudic. & dicit Bald. in l. cum mulier, ff. ſoluto
matrim. quod intentio actoris fundari debet in iu
re ſuo, non in excluſione iuris rei, ſequitur Ruin.
in conſil. 48. numero 12. volumine 4. & quando
probationes pares ſunt, ſemper reo fauetur, cap.
ex literis, de probatio. Dec. in l. qui accuſare, nu-
mero 16. C. de eden. Menoch. de arbitr. iudic. ca-
ſu 98. & idem eſt, quando actoris probatio ſupe-
rat in aliquo probationem rei, vt demonſtrant
Aret. & Felin. in cap. noſtra, de teſtibus, Caccia-
lup. in l. admonendi, numero 229. vbi etiam Ripa,
in fine, ff. de iureiuran. nemo autem negabit quin
dubium ſit, an valor maſſaritij unciam excedat,
uel non. quomodo ergo poterit Excellentiſſimus
Senatus totum maſſaritium adiudicare Cocarel-
læ, qui capax eſt ſolius unciæ. expectanda eſt ita-
que ualoris liquidatio, & interim a ſententia, uel
ſaltem ab exequutione eſt abſtinendum.

Secundò facit, quia nepos ex filio naturali eſt
incapax, & ultra unciam nihil omnino habere po-
teſt ex diſpoſitione aui, ſiue inter uiuos, ſiue ex ul
tima uoluntate, ut dictum eſt, & iura loquuntur
prohibitiuè, ut uideri poteſt in l. fina. §. filijs, C.
de natur. liber. ubi dicitur, iura prohibuerunt, &
idem probatur in §. nos igitur, in Auct. quibus
mod. natur. effician. ſui, ubi dicitur, non poſſit re-
linquere & donare. quando uerò alicui relinqui
10 non poteſt, tunc † omne relictum habetur pro nõ
ſcripto, probatur in l. prima, C. de hæredibus in-
ſtituen. relictum ergo filio naturali uel nepoti le-
gitimo ex eo, qui non poterat inſtitui, nec erat
capax, ut dixi, & repetit ſæpius Iaſon in l. hære-
ditas, nume. 5. 7. & 9. C. de his, quibus ut indign.
habetur pro non ſcripto, quod etiam uoluit Go-
mez de teſtamen. cap. decimo, numero 29. uerſic.
& idem eſt ſi inſtituatur. ideo Doctores dicunt,
quòd non applicatur fiſco, quando apertè fuit re-
lictum, ſed tranſit in hæredem uel inſtitutum uel
11 uenientes † ab inteſtato; quod ſecus eſt quando
eſſet capax, ſed foret indignus, quia tunc caperet
fiſcus. ita diſtinguit Bart. in l. prima, ubi Iaſ. nu-
mero tertio, & in dicta l. hæreditas, numero quin-
to, & decimo, C. de his, quibus ut indign. idem
Bart. in l. fin. nume. octauo, ff. de his, quibns ut in-
dign. & quod tranſeat ad agnatos, non ad fiſcum,
uoluit gloſ. in l. prima, ubi Bartol. Bald. Salic. &
alij omnes, C. de natura. liber. Angel. & Imola in
l. ex facto, §. Iulius Longinus, ff. de uulga. & pu-
pilla. quod ſi hæc donatio in eo quod excedit un-
ciam, habetur pro non ſcripta, quomodo ad illud
datur actio, & quomodo de eo Excellentiſſimus
Senatus poterit iudicare.

Tertiò ubi etiam Senatus Excellentiſſimus iu-
dicaſſet donationem ualidam, & Cocarellam ius
fouere, adhuc non poſſet exequi antequam foret
liquidatum, an excedat unciã, uel non, quia exe-

12 quutio fieri nõ poteſt † ante liquidationem; ideo
inquit Bart. in l.proinde, §.notandum, ff.ad leg.
Aquil.quod ſi inſtrumenta habent ex forma ſta-
tuti excequutionem paratam, debent tñ eſſe liqui-
da, Bal.in l.2.nu.6.C.de executio. rei iudic.vbi di
cit quod inſtrumenta non liquida continent obli-
gationem velatam, quæ debet teſtibus, vel inſtru-
mentis detegi, allegat l.fin.C.de compen. Corne.
in conſil.296.num.11.vol.3. alios citat Dominus
Becius in conſil.5.nu.7.idem Bald.in l.ſi quidem,
nn.5.C.de exceptio.dicit, quod vbi aliquid in iu-
dicio deducitur, debet liquidari, & infert ad inſtru
mentum conditionale, quod nõ meretur exequu-
tionem, Alex.qui alios citat in l.1.nu.13.ff.de leg.
2.hanc etiam ſententiam tenuit Bart. poſt gl. in l.
1.ff.de eden. vbi ſtante prædicto ſtatuto, vult qđ
peti poſſit exequutio inſtrumenti pro damnis &
intereſſe non liquidatis, ita tamen quod ante exe-
quutionem fiat liquidatio, ſequitur ibi Bald. Ful-
goſ. Caſtren. Rom. & alij, quos citat Iaſ.nu.31.&
pro hac parte faciunt multi, quos citat Iaſ.in loco
prædicto, nu.32. qui volunt, quod non etiã poſſit
exequutio peti inſtrumenti non liquidi, nedũ fie-
ri ante liquidationem. & licèt Doctores prædicti
videantur inuicem contradicere: tamen ſi rectè eo
rum dicta põderentur, nulla erit cõtrarietas, Bart.
enim & alij primo loco citati dicunt, quod peti po
teſt exequutio inſtrumenti non liquidi, ſed nõ fie
ri ante liquidationem: alij verò dicunt, quod in-
ſtrumentum non liquidum non poteſt mitti exe-
quutioni, & hanc concordiam innuit Alex.in d.l.
1.nu.13.verſi. ſed aduerte, ff.de lega.2. Bened.in
tracta. de guarentig. quæſt.2. colum.2. Galeſ. de
form.cam.inſtru. par.3.nu.6. folio mihi 127. ſed
quidquid ſit, quamcũque teneamus opinionem,
ſemper reſultat, quod exequutio non fit ante li-
quidationem, & concordia prædicta magis mihi
placet, quàm ea quam ponit Roman. in conſ.211.
in fi.& quod liquidatio ſit omnino ad exequutio-
nem neceſſaria, probat Bald. in dicta l.2.nu.7.C.
de exequu. rei iudica. vbi inquit quod ſi contra in
ſtrumentum nulla poteſt opponi exceptio ex for-
ma ſtatuti, poterit tamen opponi, quod non eſt li-
quidum, Dec.in conſi.421.nu.6.& Dominus Be-
cius dicto conſil.5.nu.6. Caſtren. in conſi.169.in
fi.vol.2.Deciſ.Pedem.129.num.5.

Quartò hoc idem videmus in exequutione ſen
tentiæ: nam & ſi aliquando ferri poſſit incerta ſen
tentia, præcipuè in vniuerſalibus, gloſ. in l.1.ff.de
eden.in l.1.ff.de legat.ſecundo, Roman.in conſil.
211.nume.5. tamen non poteſt mitti exequutio-
23 ni, † niſi prius fiat liquidatio, l.hæc autem, §.pri-
mo, ff.ex quibus cau. in poſſeſ.eat.not. in l.fin.C.
de compenſatio. Bald. in l.1.nume.4.verſic.quæ-
dam opponuntur præter ſententiam, C.de iur. &
facti ignor. vbi dicit, quod exequutio pro expen-
ſis non liquidatis licet comprehenſis in ſententia,
non poteſt fieri ante liquidationem, & in l.1. nu.
7. in fine, ff.de eden. dicit quod ſententia non li-
quida debet in exequutione liquidari, & in capit.
paſtoralis, §. quia verò, num.16.de iudic.inquit,
quod ſententia non liquida non mittatur exequu
tioni, ſed prius liquidetur. idem dicit in conſilio
165.volumine 4. & in additio. ad Specul.in tit.de
exception.in fine.vbi dicit, quod non fit exequu-
tio ſententiæ, niſi ſit in radice, & ſubſtantia liqui-
da.& ſubdit eſſe de hoc tex.aureum in dicta l.hæc
autem, §.1.ff.ex quibus cauſis in poſſeſ.eatur, Iaſ.
in dicta l.1.num.32.in fine, ff.de eden. & ante om
nes dicit gloſ. in d.l.1. quod & ſi valeat ſententia
condemnans ad reſtituendum hæreditatem, ta-
men in exequutione fiet liquidatio rerum, quæ
præſupponuntur eſſe in hæreditate, & Bartol.ibi,
numero 8. dicit hanc practicam eſſe menti tenen-
dam. idem voluit gloſ.in l.2.C.de ſentent.quæ ſi-
ne cer. quantit. vbi Bartol. numero 2. & nume.5.
qui loquitur, quando ſententia eſt lata in iudicio
vniuerſali, & dat modum liquidandi in praxi, &
eum citat, & ſequitur Roman. dicto conſil.211.
Alexan.dicta l.prima, num.13.ff.de legatis ſecun-
do, ſequuntur alij a Iaſ.citati in dicta l.prima, nu-
mero 29.& ſequen.poſt Alexand.numero 23.vbi
benè loquitur, Simon de Pret. de interpretat. vl-
tim. volunt. libro quinto, interpret.vltima, du bi-
tat.prima, nume.115.& nume.117.Deciſio Pede-
montana 129.num.14.& ſequen. qui omnes poſt
gloſ.dicunt poſſe in vniuerſali iudicio ferri ſenten
tiam incertam, ſed non exequi eam, niſi facta liqui
datione. ita ergo ſi Senatus totum adijudicaret
maſſaritium, non tamen deberet exequi ſentẽtia,
niſi facta liquidatione, an capiat vnciam, vel vltra
bonorum donatoris.

Quintò moueor: quia videmus, quod & ſi in
reſtitutione vniuerſalis fideicommiſſi proferatur
ſententia incerta contra hæredem grauatum, vt
ſcilicet fideicommiſſario hæreditatẽ reſtituat de-
24 tracta legitima & Trebellianica; tamen † ante-
quam fideicommiſſarius mittatur in poſſeſſionem
fieri debet liquidatio, in qua examinetur, & decla
retur quid dimittendum ſit pro legitima, & Tre-
bellianica, nec ante cogitur grauatus realiter rela-
xare bona, ita Bald.in l.filium, quem habentem,
num.36.C.fam.erciſ.quem ſequitur ibi Matheſi-
la.in repetitio.in fine, Purpura. in conſil.104.nu.
8.Marzar.in ſua formula fideicommiſ.quæſt.70.
ita ergo in præſenti caſu dicendum eſt, quod de-
clarandum prius ſit ſuper valore bonorum.

Sextò accedit, quia omni caſu daretur Domi-
no Bocio retentio, donec facta ſit liquidatio, an
maſſaritium capiat vnciam, vel vltra, etiam ſi la-
ta eſſet ſententia, quia retentio datur etiam poſt
25 ſententiam, † ex quo ſententiam non impugnat,
iuxta ea, quæ ponunt Bart. & Bald. in l.prima, C.
de iur. & facti ignoran.& in retentione ponit Bal.
in l. peremptorias, nume.12.C.ſent.reſcindi non
poſſe, Caſtr. conſil.166.nume.3.volum.2.Corne.
in conſil.147. colum.penul.in fine, volum.2.Dec.
in conſi.119.num.2. Crau.in conſi.148.nume.2.
Capic.deciſ.119. Rolan.in conſi.28.nume.3.vo-
lum.primo, Cæpha. in conſil.299.num.36.& pro

hoc

hoc facit,quod inquit Bal.in conſil.171.vol.1.vbi
16 dicit quod filius poſſidens † bona patris, non po-
teſt amoueri a ſua poſſeſſione, donec facta ſibi ſit
conſignatio legitimæ. & quamuis contrarium te-
nere videatur Dec. in conſ.235. in quarto dubio,
num.5. dum dicit filio non fieri hypothecam pro
ſupplemento legitimæ: tamen ſi bene videatur,
non impugnat Bald. ſed cum ſequitur,col.fin.nu.
6.verſi.& iſta opinio. vbi ait Bald.in d.conſil.non
tenere quòd filius habeat hypothecam, ſed quod
ſolum ei detur retentio,& ita quoad retentionem
Decius tranſit cum Baldo, atque ita intelligit &
declarat Purpur.in conſi.104. nu.7. vbi apertè te-
net, quòd filius poteſt retinere bona patris,donec
facta ſit liquidatio legitimæ, & retentio datur
etiam vbi non eſt hypotheca,vt probaui in conſi.
7.num.23. loquendo de hærede creditore,& poſt
Bartol. probat Neguſ. in tracta. pignor. in primo
mem.tertiæ par.num.17.

Septimò facit quod de legitima dicit Pau. Pi-
cus in d.l.in quartam, dum inquit, nu.170.quòd
Senatus iudicauit non teneri hæredem tradere le-
17 gitimam † filio ante factam æris alieni liquidatio-
nem,etiam ſi filius offert fideiuſſorem de reſtituē-
do, ſed iuſſit hæredem liquidare intra tempus ſibi
ſtatutum, quę ſententia placuit etiam excellentiſ-
ſimo huic Senatui, qui ſecundum eam ſæpius iu-
dicauit,& eam opinionem confirmat Picus dupli-
ci fundamento,vt per eum.

18 Octauò euitandi ſunt oēs † circuitus, l.cū fun-
dus,§.ſeruum, ff.ſi cer.peta.l.dominus teſtamen-
to,ff.de condict.indebi. clem.auditor,de reſcript.
Io.Andr.ad Spec. in rubr.de oblig.& ſolut.col.1.
Alex. & Dec. d.§.ſeruum tuum, in princ. Iaſ.latè
in dicta l. dominus teſtamento, num.3. Tiraquel.
de retract. conuentio. in fine, nume.41.Natta in
conſil.153.num.9.Menoc.conſi.68.nume.19.vbi
allegat Gramm. Boer.& alios, Deciſio.Pedemon.
129.num.16.euitabitur circuitus,ſi antequam mit
tatur Cocarella in poſſeſſionem, cogatur liquida-
re valorem maſſaritij: aliàs enim ſi nunc immitte-
retur, poſtea facta liquidatione neceſſe haberet
reddere quod eſſet conſequutus.

Poſtremò adiuuatur pars Bocia naturali ratio
ne,quia cæteris omnibus paribus diſtat ratio ęqui
tatis, quòd dum tractatur de valore maſſaritij, an
capiat vel excedat vnciā, ſtet poſſeſsio penes reū,
penes poſſeſſorem,& penes nepotem ex legitimo
& naturali filio potius quàm penes actorem,& pe
nes nepotem ex naturali filia; quod ſi fideiuſsio
eſt præſtanda, vtique magis recipienda eſt a Do-
mino Bocio, in quo concurrunt tot fauorabiles
qualitates,quàm a Cocarella.

Hæc vero cum ita ſint, non eſt curandū de con
trarijs: ea enim ſigillatim diuelluntur. & primò
non obſtat,quòd regula ſit,poſſe auum nepoti le-
gitimo ex filio ſpurio vel naturali relinquere quā-
tum vult: quia hoc verum erat de antiquo iure,&
nouiſsimo inſpecto iure,tum demū licet auo,cum
prole caret legitima,proinde non ſimpliciter dici-
mus poſſe auum relinquere, ſed cum adiectione,
cum non extat ſoboles legitima; & aliud eſt quod
ſit quid ſimpliciter tale, vel tale qualificatum. ſed
vtcunque ſit, ſi conſtituamus abſolutam regulam
quòd liceat auo, ea eſt limitata, quādo extat ſobo
les legitima: ea verò limitatio eſt probata, quia
conſtat extare, & in hoc non eſt difficultas, ſed in
eo an Cocarella teneatur ꝓbare, quòd valor maſ-
ſaritij non excedat vnciam, in quo neque regula,
neque limitatio facit ad propoſitum.

Tollitur etiā ſecundū,quia vt dixi,poteſtas aui
eſt limitata ad vnciā: qui ergo vti vult beneficio
aui,& lege dicente quod auus pōt vnciā relinque-
re,tenetur probare id, quod petit eſſe intra vnciā:
19 quia qui lege vtitur,aut ſtatuto, † tenetur proba-
re illius qualitates concurrere, & verificari,l.1.§.
quod autem ait pretor, & ibi no. Bar.ff.ne quid in
flum.pub.l.pretor,la ſeconda, §.docere,ff.vi bon.
rapto.Bar.in l.in cauſis, vbi etiam Bal.C.de accu
ſat.vbi dicit ſuccūbere eum,qui agit ex ſtatuto,&
non probat eius requiſita, & dicit ſingulare Soc.
in conſil.55.num.4.vol.1.Dec.in conſi.13.col.4.
circa medium,verſi.non obſtat ſucceſsiua,Tiraq.
de retract.conſang.§.8.glo.7.nu.1.& dicit Socin.
iun.in conſ.72.nu.22.vol.2.quod vbi actio cōpe-
tit ratione alicuius qualitatis,tenetur illam quali-
tatem probare tanquam ſuæ intentionis funda-
mentum, Ripa in conſi.78.nu.1.Cotta in memor.
incip. qualitas, Craue. in reſpon.pro genero,nu.
31.Plot.in tract.de in litem iuran.§.8.nu.2.& ſeq.
Natta in conſi.254.nu.2. & in conſ.266. nume.5.
Rol.in conſ.67.nu.26.vol.2.Caph. in conſi.256.
in fi.Menoc.in conſ.74.nu.15. D.Becius in conſ.
53.nu.9. in propoſito autem cum facultas relin-
quendi ſit auo limitatè conceſſa, is qui petit reli-
ctū, probare tenetur illud nō excedere legitimam
quantitatem;& iſta limitatio eſt appoſita actioni,
non autē attributa exceptioni; ideo ēt ſi reus nihil
omnino probet, actor non obtinebit, niſi probet
relictum eſſe intra vnciam, ex quo non eſt ſimpli-
citer,ſed cum iſta qualitate conceſſa auo facultas.

Verba uerò illa, quibus lex utitur in l. prima,
& ſecunda, C. de natur. lib. dicendo quòd retra-
ctetur uel reddatur, non probant quod relictum
ſit ante liquidationem præſtandum, ſed dicunt,
quod præſtitum eſt retractandum, & reſtituen-
dū. loquuntur autem ea iura diuerſis in terminis,
ideſt quando iam præſtitum eſt relictum, uel ali-
ter peruenit ad manus ſpurij: eo enim caſu ego
arbitror,quod actor qui uult recuperare,ſeu reuo
care relictum tanquam ultra legitimam quantita-
tem factum, tenetur ipſe probare quod excedat
quantitatem legitimam,quia hoc eſt ſuæ intentio
nis fundamentum. at ſecus eſt, quando ſpurius
uel nepos ex eo agit. hoc enim eſt reorum, & poſ-
ſeſsionis commodum,ut onus probandi in aduer-
ſarium transferatur. hinc uidemus quod & ſi ſit
cōtrouerſia,an quis diues ꝑſumatur, uel pauper;
tamen in hoc conueniunt, quod is teneatur pro-
20 bare,q̄ ſuper diuitijs,aut † paupertate ſe fundat,

ſecundum glo.in l.ſi verò,§.qui pro rei qualitate,
ff.qui ſatiſd.cog.cum alijs,quos citaui in conſ.39.
nu.12.& dicit Dec.in conſi.517.nu.6.in fine,verſ.
& cum pars noſtra, quod & ſi ſententia ſit incerta
& adiudicet omnia bona , exceptis feudis maſcu-
lis , tamen onus probandi , quæ ſint , vel non ſint
feuda maſcula, incumbit ei qui non poſſidet,quia
hoc eſt poſſeſſionis commodum.

Non etiā aduerſatur dictū Ang. in l.4.§.ait prę
tor,quia illud procedit ad euitandū pęnā, & ita lo
quitur ipſe,& alij,qui eū ſequuntur;& rō eſt,quia
21 ne quis pœnam incurrat, quęlibet cauſa † & leuis
rō excuſat,l.igitur,ff.de liber.cau.gl.in l. plagij,C.
ad leg.Fab.de plagiar.Alex. in conſ.75.col.3.vol.
5.multos citat Tiraq.in tract.de pęn.tēp. cau.43.
per totam, D.Becius in conſi.60.nu.16.& ſeq. di-
xi in conſi.86.nu.22. at vbi non agitur de euitādo
pęnā,ſed de acquirendo, tunc non ſufficit fideiuſ-
ſio,ſed ius actoris eſt liquidandum, nec aliter fieri
poteſt exequutio, vt ſupra dixi: alia enim eſt ratio
damni vitandi,alia acquirendi. ideo videmus,qđ,
22 & ſi impedimentum excuſat a mora, † & pœna,l.
ſi vehenda, §.idem iuris, ff.ad leg. Rhod.de iactu.
l.non exigimus, §.1.ff.ſi quis cautio,l.Celſus,§.1.
ff.de recep.arbit.Bald.in l.diffamari,nu.5.in fi.C.
de ingen.& manum.Boer.deciſ.40. nu.3.Menoc.
de arbit.iud. caſu 153.num.3. tamen non excuſat
quoad hoc vt impedito detur actio,atq; ſi nō fuiſ-
ſet impeditus,Butr.& Abb.in c.ſicut,l'vlt.de iure-
iur.vbi reprobant Hoſt.contrarium tenentē, De-
cius in l.cū proponas,la ſeconda,num.4.C.de pa-
ctis,Natta in conſ.50.nu.7.conſil.451.nume.38.
Meno.in conſ.1.nu.368.conſ.55. nume.5.Rol.in
conſ.69.nu.12.vol.4.facit etiam,quia & ſi impo-
tentia excuſet ab onere fideiubēdi, & ſufficiat tūc
iuratoria cautio: hoc tamē eſt,ne quis ob defectū
fideiuſſionis amittat ius ſuum , ſed ea cautio iura-
23 toria † non operatur , vt aduerſarius cogatur ali-
quid tradere æquè, ac ſi fideiuſſiſſet,ſecundū Bal.
in l.2.C.de vſur.& fruct.legat. & idem videtur te-
nere Alex.in conſ.57. in fi.vol.3.Iaſ.in l.1.nu.23.
verſi. nonò limita, ff.qui ſatiſd. cogant.ita in caſu
noſtro licèt vbi res non eſt liquida,ſufficiat ad eua
dendū pęnam, fideiubere tñ non ſufficit ad acqui-
rendum ius, vel compellendū reum , & poſſeſſorē
ad dimittendum rem, quia melius eſt iura intacta
ſeruare , quàm poſt cauſam vulneratam remediū
quærere , l. fin.C.in quib. cau.reſt. non eſt neceſ.
reſpondet etiam aliter Capie.deciſio.17.nu.8.

Vltimò non obſtat , quod voluit Picus in l.in
quartam,num.170. quia ex quo contrarium cen-
ſuit Senatus ab eo relatus , parum eſt curandum
de illius opinione,contra quam fuit iudicatum,&
24 tex. quem ipſe † allegat in l. cum hæreditas,ff.ad
Trebellian. non probat eius intentionē: quinimò
fouet hanc partem; nam & ſi dicat quod hęres po
teſt compellere fideicommiſſarium ad ſibi cauen-
dum pro indemnitate , tamen non excludit quin
poſſit etiam retinere bona , donec ſit releuatus .
hoc enim probatur ibi, in verſi.nam quod dicitur
retinere, vbi dicit retentionem non eſſe perpetuū
remedium,ideſt indiſtinctè ſufficiens,vt ibi decla-
rat glo.in verſ.perpetuum , Imola in princ.Caſtr.
nu.1.in fine,verſic.nec obſtat quod debeat, Alex.
nu.7.verſi. in tex.ibi , nam quod dicitur , innuens
quod ſi hęres vellet,retinere poſſet bona, non au-
tem exigere fideiuſſionem , & ita illud remedium
fideiuſſionis inuentum fuit in fauorem hæredis ,
quod ſi hęres nolit eam fideiuſſionem exigere, po
terit retinere. dum ergo tex. dicit retentionem nō
eſſe ſemper ſufficiens remedium , quia aliquando
hęreditas conſtat ex iuribus incorporalibus , ad-
mittit quod eſt in facultate hæredis uel retinere ,
uel exigere cautionem, & hoc modo non probat,
quod hæres cogatur mediante fideiuſſione reſti-
tuere hæreditatem,ut hic arbitratur Picus.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus non poteſt bona Eccleſiæ alienare,vel in feudum , aut emphyteuſim dare ſuis conſanguineis etiam ex cauſa,& ſeruatis ſolemnitatibus. vide tamen, nu.15.& 16.*

2 *Eccleſiæ bona ſolita concedi in feudū vel emphyteuſim vno modo , non poſſunt concedi ſub diuerſis pactis,& ibi infertur ad exempla. vide tamē,nu.17.*

3 *Prælati confeſſio non probat,ſi dicit alienationem cedere in vtilitatem Eccleſiæ.*

4 *Eccleſiæ bona ſi alienantur ſine ſolemnitate , alienatio redditur nulla.*

5 *Eccleſiæ bona recuperantur cum fructibus , quando alienata fuere ſine ſolemnitate.*

6 *Acta & proceſſus non præſumuntur.*

7 *Prælatus poteſt ſine ſolemnitatibus infeudare,ſeu in emphyteuſim dare bona ſolita concedi,quæ ſunt reuerſa ad eius menſam.*

8 *Eccleſiæ bona poſſunt in emphyteuſim alienari , & toleratur huiuſmodi conceſſio.*

9 *Eccleſiæ bona alienantur ſine ſolemnitatibus cum authoritate Papæ.*

10 *Papa poteſt nouos caſus inducere pro valide alienandis bonis Eccleſiæ.*

11 *Præſcriptio quadraginta annorum datur contra Eccleſiam, excepta Romana.*

12 *Præſcriptio non incipit contra Eccleſiam viuente prælato,qui malè alienauit.*

13 *Mala fides non poteſt allegari poſt triginta annos , quia purgatur lapſu tanti temporis.*

14 *Bona fides inducitur per ſententiam.*

15 *Prælatus poteſt alienare bona Eccleſiæ , infeudare & in emphyteuſim dare conſanguineis ſuis , ſi ceſſet fraus , & non ſint Eccleſiæ graues: ſecus autem in œconomo.*

16 *Prælatus poteſt conſanguineis ſuis concedere in feudum vel emphyteuſim res ſolitas.*

17 *Prælatus poteſt ſub alia forma cum ſolemnitatibus concedere res ſolitas infeudari,vel dari in emphyteuſim,licèt ſecus ſine ſolemnitatibus.*

18 *Eccleſiæ bona alienari poſſunt cum cauſa, & ſeruatis ſolemnitatibus , etiam ſi ſint de menſa, & non ſolita concedi.*

19 *Eccleſia bona ſolita infeudari, ſi alienẽtur ſub diuerſis pactis, alienatio non eſt in totum nulla, ſed vitiatur ſolum in eo quod excedit ſolitam formam.*
20 *Decretum facit præſumi alienationem eſſe vtilem Eccleſiæ.*
21 *Alienationem eſſe vtilem Eccleſiæ probatur inſtrumento alienationis, vbi ita dicatur, accedente diuturnitate temporis, & longa poſſeßione.*
22 *Eccleſiæ non fuiſſe vtilem alienationem probari poteſt, licèt Commißarij declarauerint contrarium.*
23 *Eccleſiæ an vtilis ſit alienatio, inſpicitur tempus contractus.*
24 *Solemnitas extrinſeca præſumitur interueniße ex lapſu longißimi temporis.*
25 *Solemnitates neceſſariæ in alienationibus præſumuntur interueniſſe accedente lapſu longi temporis & poßeßione, etiã ſi in inſtrumẽto nihil de eis dicatur.*
26 *Solemnitas actorum & proceſſus præſumitur ex lapſu longißimi temporis, ſi de eis fiat mentio in ſententia.*
27 *Sententia antiqua dicitur arbitrio Iudicis.*
28 *Confeßio quòd ſolemnitates interuenerint, transfert onus probandi in aduerſarium.*

CONSILIVM CCXLIX.

ALIENATIONEM Caſtri & bonorum Procozzoni aliàs factam a Reuerendiſſimo Dño Epo Senogallienſi de anno 1544. nullam fuiſſe, & auocari eam nunc poſſe per Illuſtriſſimũ Dñm Cardinalem Ruſticutiũ a manib. perilluſtris Dñi Nicolai Carreti, Comitis Milleſimi, ex infraſcriptis, exiſtimaret aliquis inferri, & probari poſſe. Primò quod facta fuerit primum in Illuſtrem Dominnm Stephanũ Vigerium fratrem Epiſcopi, contra tex. in §. hoc verò, in verſic. œconomi, in Authen. de alienat. & emphyt. qui expreſsè prohibet rem Eccleſiæ concedi conſangui-
1 neo. † & glo. ibi in verſic. concedimus. ad idem eſt tex. in authen. quibuſcunque, C. de ſacroſ. Eccleſ. & ibi hoc videntur tenere Bartol. & Bal. & Alber. dicit interdici alienationem tanquam ſuſpectam propter ſanguinis coniunctionem, id quod reaſſumit Bald. dicens faciles eſſe homines ad frandandum Eccleſias fauore coniunctorum. idem enim eſſe videtur, quod prælatus emat, vel quod vendat coniuncto, ſecundum gloſ. d. §. hoc verò. & Bald. d. authen. quibuſcunque, dicit quod contractus prohibitus in perſona propria, cẽſetur etiam prohibitus in perſona propinquorum, & Caſtr. vult hoc procedere etiam ſi fiat alienatio ex iuſta cauſa, & ſeruatis ſolemnitatibus. & dicit gloſ. in c. peruenit, 1. quæſt. 3. quod Epiſcopi ſunt cœci circa conſanguineos, & nepotes, quos quęrunt diuites reddere damno Eccleſię. & idem eſt, quando a prælato res conceditur in feudum conſanguineo, quia interdicta eſt conceſſio, glo. in c. 1. §. fin. ſi de inueſtit. lis oriat. inter dom. & vaſall. gl. in c. 1. qui ſucceſſio. teneant. præcipuè, quando de nouo concedit, ſecundum Bald. in d. auth. quibuſcunque, & in l. 1. queſt. 25. ff. de rer. diuiſ. Aluar. d. c. 1. in prin. Imola in c. vt ſuper, de reb. Eccle. non alien. vbi tutius eſſe conſanguineis non concedere. cum ergo hæc noua ſit conceſſio, non videtur valida.

Secundò nullitas ex eo videtur reſultare, quia facta fuit aliter quàm ſolita eſſet fieri huiuſmodi cõceſſio in emphyteuſim, & ſub diuerſis pactis, & conditionibus, & præcipuè quia non ſolũ pro de-
2 ſcendentibus, ſed etiam pro cognatis, contra † ea, quæ ponit Bal. in auth. qui rem, C. de ſacroſ. Eccl. vbi dicit quod res Eccleſiæ ſolita in emphyteuſim dari ad tertiam generationem maſculinã, non poteſt concedi ad maſculinã & fœmininam. vbi Bar. dicit, quod ſi eſt ſolita dari ad tempus, non poteſt concedi in perpetuum, Bal. in c. 1. in verſ. conſuetudo. titu. qui feud. darę poſſ. & in auct. ſi quas, C. de ſacroſ. Eccleſ. verſic. iuxta hoc. vbi quod ſeruari debet conſuetudo, Caſtren. in l. etiam. ff. ſoluto matrim. Albe. in d. authen. hoc ius, in fine, vbi allegat Specul. Goffred. & Azon. Alex. in conſi. 9. volum. 3. vbi quod in feudum dari non poteſt, ſi eſt ſolita concedi in emphyteuſim, Claud. in Specul. feud. reg. 1. limit. 8. folio 214. & quando conceſſio excedit ſolitam formam in aliquo, vitiatur in totum, ſecũdum Bar. in d. auth. qui rem, nu. 7. cuius opinionem dicit magis communem Alex. in conſil. 143. nu. 3. volum. 7. & eandem probauit in l. 1. §. ſed & ſi mihi, col. 2. vbi Socin. & Alciat. num. 11. ff. de verb. oblig. Iaſ. d. authen. qui rem, Afflict. in deciſi. 107. num. 2. & 3. vbi ait placuiſſe hanc ſententiam maiori parti Dominorum de Rota, alios multos citat D. Becius in conſil. 92. num. 22.

Tertiò non poteſt alienatio prædicta ſuſtineri: quia & ſi conſtet, Paulum III. Pontificem maximum, conceſſiſſe facultatem alienandi, tamen ea eſt ſub conditione, ſi conſtaret delegatis eam cedere in euidentem Eccleſiæ, ſeu menſæ Epiſcopalis Senogallienſis vtilitatem: at de huiuſmodi vtilitate non apparet, & reſcriptum prædictum conformatur iuri communi, cap. primo, de rebus Eccle. non alien. in ſexto, vbi requiritur euidens
3 vtilitas, & in hoc non † creditur alienanti, etiam ſi ſit Papa, vt vult Prępoſ. in cap. non liceat, 12. q. 2. nec ſtatur inſtrumento, d. cap. non liceat, Guido Papæ quæſt. 151. poſt Gemin. in d. cap. primo, & dicit Barbat. quòd confeſſio partium non probat contractum eſſe vtilem, vt in conſil. 40. colum. 5. volum. primo, Rebuf. in compend. tit. de reb. Eccle. non alien. num. 75. & qui dicit contractum cedere in vtilitatem Eccleſiæ, tenetur probare, quia hoc non præſumitur, d. cap. primo, vbi glo. de reb. Eccleſ. non alien. in 6. Guido Papæ & Rebuff. loco prædicto. cum ergo forma non ſit ſeruata, cor-
4 ruit † alienatio, glo. in ſumma 12. q. 2. & in cap. ſine exceptione, in verſi. profuturum, & in cap. primo, de reb. Eccleſ. non alie. in 6. in clemen. prima eod. titu. vbi Cardin. in §. primo. & talis poſſeſſor non eſt tutus in foro cõſcientiæ etiam ſi alienatio facta ſit in caſu licito, ſecundum Inno. in cap. ple-
5 rique, de immunit. Eccl. & recuperari poteſt † res

cum fructibus, cap. Apoſtolicos, c. monemus, ca-
pit. ſtatuimus, 12. q. 2. cap. non liceat, vbi gl. ead.
cau. & quæſt. Rebuff. d. compend. num. 102. verſi.
irrita, Rodoan. in tracta. de reb. Eccleſ. non alien.
quæſt. 22. §. ſed nunquid res Eccleſiæ, per totum.
Et non dicatur ꝙ præſumitur interueniſſe pro-
ceſſum, & acta, quæ erãt neceſſaria, ex quo legitur
ſententia Dominorum delegatorum, quibus man
dauerat Pontifex, quod negocium expedirent; &
conſtito de vtilitate, licentiam impartiretur: quia
6 reſpondetur nõ præſumi proceſſum, † aut acta, ſe-
cundum Io. quem citat & ſequitur gl. fin. in capit.
quoniam contra, de probatio. & dicit Spec. in tit.
de ſenten. §. iuxta, in verſi. ſed pone, quod atteſta-
tionibus publicatis, Ioan. And. in addit. ad Spec.
in eod. tit. §. vt autem. verſic. & nota, in verſi. cita-
tum, Inno. in cap. cum in iure peritus, colum. pri-
ma, in fine, de offi. deleg. Bal. in auth. ſi quis in ali-
quo, colum. ſecunda, verſic. ſed ſi ponamus, C. de
eden. Angel. & Imola in l. de vnoquoque, colum.
prima, ff. de re iud. vbi dicunt hoc procedere etiã,
quando recitarentur in ſententia, Abb. in cõſ. 92.
colum. prima, in fi. volum. primo, in capit. tenor,
colum. 2. de re iud. Feder. de Sen. in conſil. 170.
Sed & ſi hæc nõ parum videantur vrgere, arbi-
tror tñ tutum eſſe Dominum Comitem Nicolaũ,
& validam fore alienationẽ Caſtri prædicti, & bo-
norum Procozzoni; nec eum poſſe iure moleſtari,
quia prælatus poteſt ſine aliqua ſolemnitate con-
7 cedere in emphyteuſim rem Eccleſiæ, † quę ſit ſo-
lita concedi, & fuerit ad Eccleſiam reuerſa, not. in
c. 2. de feud. in cap. vt ſuper, vbi Doctores, de reb.
Eccleſ. non alien. Calder. in conſil. vlt. de conſue-
tud. & in cap. primo, de his, quæ fiunt a pręlat. Ca-
ſtren. in l. etiam, in fi. ff. ſoluto matri. Socin. cõem
dicens in conſ. 120. nu. 23. volum. 4. vbi ait vidiſſe
conſultum a præſtantib. viris, & ſe bis conſuluiſſe,
Dec. in conſ. 142. colum. 2. num. 1. ver. & prædicta
maximè, latè Rodoan. in tract. de bon. Eccleſ. non
alien. in rub. de caſibus in quibus fit alien. rer. Ec-
cleſ. ſine ſolemni. verſ. item alio caſu videntur, nu.
1. & ſeq. quia ſecundum eum, qui citat, non dici-
tur alienare, qui veterem inuenit alienationem, &
præſumitur vtiliter facta, quando conſueuit fieri,
& non dicitur alienatio, ſed conſuetudinis obſer-
uantia. hãc etiam communem dicit Didac. varia.
reſolu. lib. 2. cap. 17. num. 4. Clar. in tracta. de em-
phyt. quæſt. 6. num. 1. in fi. & de feu. quæſt. 13. nu.
6. Phanuc. in tracta. de dot. gloſ. 10. num. 28. Re-
buff. in compend. de reb. Eccleſ. non alien. nu. 33.
verſi. octauus caſus, Caualca. in tracta. de tuto. &
curat. num. 161. & non eſt mirum, quia res ſemel
legitimè alienata, ſemper eſt alienabilis, l. pater fi-
lium, §. quindecim, ff. de leg. 3. & quod valeat con
ceſſio, quando res conſueuit concedi, ponit Natta
in conſ. 367. num. 17. & in conſ. 589. num. 10. Ro-
land. in conſil. 1. num. 82. & ſeq. vol. 1. vbi fortius
loquitur, quãdo prælatus iuraſſet nõ alienare bo-
na Eccleſiæ, & ibi latè proſequitur, vt per eũ, Me-
noc. conſi. 79. num. 6. proinde cum hæc bona fue-
rint aliàs in emphyteuſim conceſſa, non fuit opus
alia ſolẽnitate in eorũ cõceſſione, de qua agimus.
Secundò & ſi cõceſſio in emphyteuſim de iuris
rigore non minus videatur prohibita in bonis Ec-
cleſiæ, quàm cæteræ alienationes, tñ Eccleſia Ro-
8 mana de conſuetudine huiuſmodi † conceſſiones
tolerat, & diſſimulat tanquàm vtiles. ita Spec. in
tit. de locato, §. nunc aliqua, nu. 6. vbi allegat Mar
tin. de Fano. hoc etiam voluit Azo in ſumma, C.
de ſacroſan. Eccle. in fi. Ang. in §. quia verò, in Au
then. de nõ alien. ſequitur Alex. in cõſ. 79. nu. 19.
in primo volum. Clar. de emphyteu. quæſtio. 25.
nu. 7. ſubdens ꝙ & ſi ſolemnitates neceſſarię, & de
quibus in c. ſine exceptione, 12. q. 2. conſuetudi-
ne non poſſint tolli: tamẽ fallit quando nõ agitur
de totali alienatione, vt de feudo vel emphyteuſi.
Tertiò, vbi alienatio fit authoritate Papæ, alia
9 non requiritur ſolẽnitas, † ex quo eius authoritas
ſupplet ſolemnitatẽ, c. quoties, de pact. c. primo,
de tranſact. Caſt. cõſ. 229. col. 1. vol. 1. & probatur
dicta concluſio in c. ad audientiam, il ſecondo, vbi
glo. & Doctores, de Eccle. ædifican. & ita tenet in
terminis Abb. in conſi. 41. nu. 3. & ſeq. vol. 1. alle-
gans Archid. ſic tenuiſſe, & inquit diſcuſſionem,
quæ fit a commiſſario Apoſtolico, obtinere vices
tractatus, Dec. in conſ. 142. col. 1. verſi. & cum ta-
lis alienatio, & in conſ. 174. nu. 3. in conſ. 341. nu.
12. vbi dicit idẽ eſſe, qñ interuenit authoritas Cõ-
miſſarij Apoſtolici, Rebuf. in d. tract. de reb. Ec-
cle. non alien. nu. 15. uerſi. fallit, quãdo Papa, Cæ-
pha. in conſ. 9. nu. 10. D. Becius in conſi. 3. nu. 28.
Rodo. in d. tracta. de reb. Eccle. non alien. in rub.
de tracta. nu. 67. in rubr. de conſenſu. §. in reb. au-
tem, nu. 12. & in eadem rub. §. ſenſus, nu. 18. & ali
bi ſæpè. in præſenti uerò alienatione extat breue
Apoſtolicum, & conceſſio facta a delegatis Apo-
ſtolicis; ergo dubitari nõ poteſt de ualiditate alie-
nationis, præcipuè cum non ſine diſcuſſione facta
fuerit, ut in ea legitur; & qñ Papa concedit faculta
tem alienandi, quærendũ non eſt, an facta ſit alie-
natio ex cauſa licita in iure expreſſa, quia poteſt
10 inducere † nouos caſus, quib. fiat alienatio, Hoſti.
& alij in c. non liceat, 12. q. 2. Rodoan. in d. tract.
in rub. de cauſa incommoditat. in princ. num. 27.
ubi allegat Anch. in conſ. 310. & Caſt. in cõſ. 284.
Quartò ubi omnes ſolemnitates ceſſarent, Do-
minus Comes eſſet præſcriptione quadragenaria
tutus: poſſedit enim iuncto tempore authorũ hæc
bona quadraginta annis continuis; & certum eſt
quod quadraginta annis præſcribitur cõtra Eccle
11 ſiam † quamcũque, Romana excepta, ut in auth.
quas actiones, C. de ſacroſan. Eccle. cap. de quar-
ta, cap. ad aures, & cap. illud, de præſcrip. glo. fin.
in cap. fin. de præſcrip. in ſexto, & in cap. faculta-
tes, in uerſic. triginta annorum, 14. q. 2. Abb. in d.
cap. de quarta, colum. 2. ubi latè diſputat, & ibi ſe
quitur Feli. & hæc eſt uera concluſio tam antiquo
rum, quàm modernorum, ut inquit Guido Papæ
quæſt. 161. ubi reijcit diſtinctionem Bald. & Al-
uar. in cap. primo, qui feud. dare poſſ. Soc. in con-
ſilio

ſilio 15.num.58.vol.primo,vbi dicit,quod etiam
ſtante errore datur præſcriptio, licèt deficiant ſo-
lemnitates neceſſariæ,probat Balb.in tracta.præ-
ſcrip.in tertia parte quartæ par.princip.q.2.in pri
ma parte quintæ par.princip.in princ. nu. primo,
& ſeq.vbi hanc concluſionem ampliat & exornat
multis modis: & hanc dicit eſſe veram concluſio-
nem Rodo.in d.tracta.rubr.de ſignifi.verb.alien.
§.item ſub vocabulo,n.14.vbi propriè loquitur in
re ſeudali vel emphyteutica,Rebuff. in d. compē.
num.36.vbi tñ allegat ſolum Guido Papæ in d.q.
161.& licèt dicant omnes, quòd durante eo præ-
lato,qui alienauit,nō incipiat currere pręſcriptio,
12 ſed demum eo mortuo,† vt eſt tex.cum glo.in ca.
ſi ſacerdotes,16.q.3.glo.fi.in c. 2. vbi Imolà, de
præſcrip.glo.fi.in c.primo,de reſtit.in integr.li.6.
Inno.in c.ex literis,eod.tit,Abb. in c. cum non li-
ceat,de præſcrip.Ioan.Fab.in l.fi.C. in quib.cau.
in integ.reſtit.non eſt neceſſ.Guido Papæ q.150.
vbi dicit ſubduci tp̄s,quo vixit prælatus alienans,
alios citans Balbus in d.prima par.quintę par.nu.
8.Rebuff.d.compend.n.36. vbi ſubdit idem fuiſ-
ſe iudicatum ſuo tēpore,Rodoa.d.§.item ſub vo-
cabulo,nu.5.tñ hoc procedit, qn̄ conſtat prælatū
male alienaſſe: at in caſu noſtro non probatur;
quinimò, vt dicam inferius in reſolutione cōtra-
riorum,pręlatus ritè & rectè alienauit,ideo tp̄s in-
cipit currere a die alienationis.& quamuis titulus
requiratur ad præſcribendum res eccleſiæ, vnde
cauſari poſſit bona fides, ſecundum Bal. in conſi.
367.n.primo,vol.3.item & bona fides, vt per eū:
tñ hæc omnia interueniunt in præſenti facto,quia
titulus conceſſionis adeſt, & bona fides præſumi-
13 tur curſu † longiſſimi temporis triginta, & multò
magis quadraginta annorum; tanto enim tēporis
ſpatio purgatur vitium malæ fidei, & dicit Bar.in
l.fi.n.17.C.vnde vi,quod mala fides non pōt allo
gari poſt triginta annos,Abb. in conſ. 89. colum.
3.conſ.102.col.1.in fi.vol.1.Aret.in conſ.63.col.
pen.Alex.in conſ.151.col.fi.vol.2.Afflict.in deciſ.
40.nu.12.& in deciſ.240.nu.3.Cur. ſen. in conſi.
82.col. 2. & hanc deciſionem inquit ſingularem
Iaſ.in conſ.57.n.23.vol.primo,Dec.in conſ.267.
& in conſ.272.nu.9. vbi quod ſemper retrò præ-
ſumitur fuiſſe bonæ fidei, Curt.iun.in conſ.52.n.
2.Balbus in l.Celſus,in 3.par.princip.nu. 9. verſ.
ſit ergo concluſio,vbi nu.11.dicit,eſſe cōmunem,
& numquam ab ea recedendum, Ruyn. in conſi.
156.nu.10.vol.primo, & in conſ. 34.nu.10.in ſe-
cundo vol.Soci.iun. in conſ.115. num.30. vol.2.
Crau.de antiquit.tempor.par.4.§.materia iſta,n.
20.Boer.in deciſ.42.nu.35. Pinell.in authen. niſi
tricennale,nu.12.C.de bon.mater. Alba in conſi.
28.n.2.vbi dicit hanc eſſe ſingularem & ab omni-
bus approbatam limitationem, latè Vaſq. illuſtr.
q.c.81.n.2.Meno.de recuperan.poſſ.rem.13.nu.
70.alios citat D.Becius ad Iaſ.d. conſ.57.nu. 23.
quinimo ſnīa Dominorum delegatorum bonā fi-
14 dem inducit,& cauſat † pręſcriptionem,ſecundū
Bal.in l.1.n.23.C.de fur.vbi loquitur etiam ſi ſo-
ret circa ea erratum in iure, ſequitur Dec. in d.
conſ.282.nu.9.verſ.nam authoritas.vbi ait quod
ſentētia etiam a principio inducit bonam fidem.
quibus omnibus videtur mihi fundatam eſſe in-
tentionem Domini Comitis, quæ etiam erit luci-
dior & firmior reſolutis contrarijs,vt infra dicam.
His itaque non obſtat, quòd conceſſio Caſtri
Procozzoni facta fuerit ab Epiſcopo Senogallen-
ſi Dño Stephano eius fratri,atque ideo ſit ſuſpe-
cta, imo ēt nulla; quia contrarium verius eſt, &
15 † magis a Doctoribus receptum in pręlato,quid-
quid ſit in œconomo, vel alio adminiſtratore. ita
Archid.in c.Epiſcopus,10.q.ſecūda.quia ex quo
conſanguineus recipit æqualibus pactis, eccleſia
non læditur: habetur enim pro extraneo Feder.
Sen.in conſ.210.col.ſecunda, verſi. reſtat videre.
vbi dicit quod ceſſante fraude Epiſcopus dēt po-
tius contrahere cum coniunctis atque eis benefa-
cere,quàm extraneis, præcipuè ſi cōſanguinei ſint
bonę vitæ,Bal.in c.cæterum,nu.12.de iud. vbi di-
cit Epiſcopum poſſe ſuis conſanguineis inſeuda-
re,ſicut cęteris,in c.1.in prin.nu.16.ti. ſi de inueſt.
inter dom.& vaſall.vbi poſt glo.ibi dicit Epiſco-
pum de conſuetudine, quæ obſeruatur, poſſe in-
ſeudare agnatis:ſed ſubdit idem eſſe de iure, quia
ſi agnati ſint idonei,pōt ſeudum eis concedi,ſicut
extraneis,allegat in ſimili qđ dicimus de exequu-
tore ad diſtribuendum in pauperes, Aluaro. ibi,
col.8.ver.& prædicta ſunt vera.vbi hoc tenet, qn̄
maximè ſeruatæ ſuere ſolemnitates,Abb.in conſ.
41.num.3.volum.primo,vbi dicit,iura in contra-
rium allegata procedere in conſanguineis œcono
mi non prælati,de quo canones magis confidūnt;
& ſubdit ꝙ probatio ſit ob ſuſpicionem fraudis,
ſed ea ceſſat qn̄ ſit authoritate ſuperioris.idē om-
nino dicit ipſe in c.cum ſuper,n.18. de reb.eccle.
non alien.poſt Ancha.ibi Feder. Senen. conſ.52.
ubi dicit iura contraria loqui,qn̄ cōſanguinei eſ-
ſent graues eccleſiæ, non ſi honeſti ſint, & probi,
Alcia. in tract.præſum.reg.1. præſump.20. Ioan.
Iaco.de Leonar.conſ.114.n.423.poſt conſ. Bru-
ni,Menoc.in conſ.79.nu.19.ubi dicit communē.
Secundò reſpōdeo, quod ubi res erat ſolita in-
ſeudari,uel concedi in emphyteuſim, non prohi-
bētur prælatus id facere cum agnatis & cōſangui-
16 neis ſuis,ſicuti cum extraneis,† quia non uidetur
aliquod præiudicium inferri eccleſię,ita Iacob.de
Beluiſ.in uſib.feud.tit.2.Bar.in auth. quibuſcun-
que,num.5.C.de ſacroſan.eccle.ubi Bal.num.4.
dicit, quod ubi res erat ſolita inſeudari, ualet cō-
ceſſio tam de iure, quàm de conſuetudine, dum-
modo conſanguinei non ſint nimium potentes,
idem Bal. in cap.1.in princ. num.9.titu.qui feud.
da.poſſ.Aluar.d.cap.1.in princ.colum.7.uerſ.ſed
tu dic,quod tit.ſi de inueſt.inter dom.& agn.An-
cha.in clem.1.num. 20.de exceſſ. prælato.Abb.d.
cap.cum ſuper,& in d.conſ.41.Iaſ. in tit.qui ſeu.
dare poſſ.num.14.& ſeq.ubi num. 19.in fin.uerſ.
tamen ex prædictis. ubi dicit magis communem
opinionem, quod prælatus poſſit inſeudare con-
ſanguineis

ſanguineis ſuis rem ſolitam concedi, Iacobin. de
Sancto Georg.in ſeud.quæſtio.n.35.Cur. iun. in
tract.feud.in prima par.ſecundæ par.prin.q.7.col.
2.verſi.in tanta Doctorum. vbi dicit magis com-
munem ſnĩam,Rip.de rem. ad conſeruan. vbert.
nu.170.latè Clar. qui cõem dicit in tract. feud.q.
13.nu.5.Rodoan.de reb.eccle.non alien.rubr.an
præla.poſſit res eccle.alien. ſine ſolemnit.nu.1. &
ſeq.vbi n.35.dicit eſſe magis cõem ; & poſt longã
diſputationem multis referendo hanc partem te-
net & dicit cõem Claud.Aquen.in tracta.feud.tit.
qui ſeud.da.poſſ.limit.5. folio mihi 194. & repe-
rio,quod hoc voluit Iſern.in c.1.col.5. verſ. item
attende quod hic,tit.qui ſucceſſ.teneant.ſequitur
ibi Paris de Put.col.pe. verſi. prælati, an poſſint.
Meno.d.conſ.79.n.19. ſola enim conſanguinitas
non inducit ſuſpicionem fraudis.arg.l.fi.ff.de his,
quib.vt indign. Bart.in l.poſt contractum, ff. de
donatio.Alcia.d.præſum.19.nu.14. & cæteris pari-
bus,eſt conſanguineis potius quam extraneis be-
nefaciendum,vt per Iaſ.in d.tit.qui ſeud.da.poſſ.
nu.19.ad quod poſſunt multa cumulari,& in præ-
ſenti controuerſia concurrunt multa,ideſt autho-
ritas Papæ,ſententia,temporis diuturnitas, & alia;
proinde cenſeri debet licita conceſſio prædicta,li-
cèt ab Epiſcopo facta fuerit fratri.

Nec reſiſtit, quod Domino Stephano conceſſum
fuerit Caſtrum Procozzoni ſub forma diuerſa
a prima conceſſione:quia vbi de hoc appareat,nõ
tñ ideo conceſſio eſſet nulla. contrariũ enim pro-
cedit,quoad hoc vt prælatus poſſit ſine ſolemnita
tate alienare vel infeudare rem ſolitam cõcedi. at
27 ſi velit cum ſolemnitatibus † debitis alienare, põt
ſub alia forma concedere, nec vitiatur alienatio,
ſub prætextu quod aliter facta ſit,quàm fieri con-
ſueuerit. ita loquuntur Doctores in contrariũ ci-
tati, & hoc videtur voluiſſe Bald. in auth. ſi quas
ruinas,n.2.C.de ſacroſ.eccl. vbi dicit, quod ſi aliena-
tio fit ex diſpoſitione iuris cõis,& non ex conſue-
tudine, tunc põt in quãcunque formam fieri, dũ
ſit eccleſiæ vtilis,Saly.n.1.in fi.& quod hoc ſit ve-
rum,probatur:quia res eccleſiæ põt liberè aliena-
28 ri ſeruatis ſolemnitatibus † in caſu licito, c.ad no
ſtram,vbi gl. de reb. eccleſ. non alien. multo ergo
magis põt infeudari,& in terminis eſt text. in d.c.
ad noſtram,Iacob.Beluiſ.in cap.primo,qui feud.
da.poſſ.vbi Aluaro.col.6.verſ.oppono quod imo
eccleſia, & col.7.verſi.interdum prælatus vult in-
feudare.qui omnes dicunt quod ſeruatis ſolemnitati
bus in caſu licito põt prælatus infeudare rem,quæ
non ſit ſolita concedi.idem voluit Mart. Laud. in
d.c.primo,col.pe.in 7.limit.& ita intelligunt oẽs,
vt inquit Claud.in d.Spec.feuda.in 2.reg.declar.
2.folio 241.vbi ait,quod res, quæ ſunt de menſa,
poſſunt infeudari cum debitis ſolẽnitatibus.idem
dicit in 4.limitat.folio 269. vbi ait quod res non
ſolitæ infeudari,poſſunt tñ infeudari cum ſolẽni-
tatibus, & quod res põt infeudari in omnibus ca-
ſibus, in quibus põt cum ſolẽnitatibus alienari,
& idẽ Claud.in prima regula,limit.8.verſ. & pro
hoc,folio 22.dicit quod prælatus põt cenſum ec-
cleſiæ debitum minuere cum debitis ſolemnitati-
bus requiſitis in alienatione rerum eccleſiæ, Alc.
conſ.79.n.9.vol.primo.& pro hoc facit,quod vo-
luit Archid.in c.primo, 35. q.8.vbi dicit quod res ſo-
lita infeudari,ſi facta ſit de menſa, non poterit in-
feudari ſine ſolẽnitatibus, ſequitur Cur. iun. de
feu.par.2.in prin.q.5.princip.nu.primo. præſup-
ponit ergo quod poterit infeudari cum debitis ſolẽ-
nitatibus.reſoluendo itaque dubium dico, quod præ-
latus ſine ſolemni tatibus rem,quæ conſueuit con
cedi ſub vna forma, non poterit infeudare ſub
alia,ſed bene id poterit facere ſeruatis debitis ſolẽ
nitatibus, ſicuti poſſet in totũ abſolutè alienare.

Quinimò ſi ẽt facta fuiſſet conceſſio ſub forma
diuerſa ſine ſolẽnitatibus, non tñ ideo eſſet in to-
tum nulla,quidquid in contrarium voluerit Bart.
19 in d.auth.qui rem.ita enim † probat tex. in §.ne-
que illud,in Auth.de non alien.per quẽ dicit Bal.
in auth. ſi quas ruinas, in prima col. C. de ſacroſ.
eccl. quod ſi quid factum eſt in noua inueſtitura
contra ſolitum,id vitiatur, ſed in reliquis inueſti-
tura ſuſtinetur:vtile enim non ſeparatur per inu-
tile in ſeparabilibus,l.ſancimus. C. de donat. Do-
ctores in l.1.§.ſi ſtipulanti.ff.de verb.oblig. hanc
quoque ſentẽtiam probarunt Fulgoſ. & Caſtr. in
auth.qui rem. Imola in c.fi.car.vlt. extra de feud.
Bal.in l.ſi pupillorum,§.vlt.ff. de reb. cor. in cap.
primo,§.ſimiliter.de lege Conra.& in ca. primo,
col.fi.vbi etiam Mart. Lauden. in fi. qui feud.da.
poſſ. Rom.d.§.ſi ſtipulanti,Imola in l.quod dici-
tur,in fi.ff.de verb.oblig.Alc.in conſi.38. colum.
2.vol.2.illud enim annullatur,quod fit contra le-
gem,non quod fit ſecundum legem.Iaſ. qui dicit
text.in §.neque illud,eſſe valde notabilem in cõſi.
54.nu.15.vol.primo,Dec.in auth.qui rem, col.fi.
vbi dicit communem,& in conſ.142.n.5. Cur. iu.
de feud.par.2.quæſt.6.verſi. ſecunda principalis
difficultas,vbi dicit veram & communem, Iaco-
bin.in ſua inueſtit.in ver.in feudum, nu.38. hanc
etiam dicit veriorem & magis communem Clar.
de emphyt.quæſt.6.num.2.& de feud.quæſt. 13.
num.8.Tiraq.de retract.conuentio.in fi.nu.144.
Claud.in d.tract.reg. prima, lim. 8.verſi. ſed ſtat
pulchra quæſtio,folio 222.ubi dicit communem,
& poſt longam diſputationem declarat.text. in §.
emphyteuſim,in Auth.de alienat.& emphyt.Ro-
doa.in d.tract.in rubr.caſus, in quibus prælat. re-
uerſ.non infeud. ex quibus apparet, hanc eſſe cõ-
munem & veram ſententiam, quod emphyteuſis
excedens in aliquo ſolitam concedendi formam,
non uitiatur in totum, ſed in ſolo exceſſu, atque
ideo Dominus Comes non poſſet moleſtari. Ac-
cedat quod ſi poſſet probari conceſſionem eſſe fa
ctam aliter quã fieri conſueuerit,fortè etiam con-
ſtaret nouam inueſtituram eſſe utiliorem menſæ
epiſcopali.

Et non aduerſatur, quod breue apoſtolicum
conceptum ſit ſub conditione, quatenus conſtet
conceſsionem cedere in euidentem eccleſiæ utili-
tatem,

tatem, & de ea nunc non conſtet: quia reſpondeo
q ex quo delegati a ſede apoſtolica declararũt cõ-
ceſſionem ſic vt ſupra faciendam, ceſſuram in ec-
cleſię vtilitatem, eſt pręſumendum, quod ita ſe res
habeat: quia vbi decretum eſt interpoſitum, ſem-
20 per contractus præſumitur † vtilis eccleſiæ, vt in-
quit Bal. in c. primo, n. 7. qui feud. da. poſſ. arg. l. 1.
C. de præd. curial. li. 10. & per eundem tex. inquit
Bal. in c. ſicut, nu. 6. de re iudi. quòd actus ſemper
præſumitur vtiliter factus, quando interuenit de-
cretum, Alc. in conſi. 79. nu. 18. vol. primo, Dec. in
conſi. 142. nu. primo, col. 2. verſi. & cum dicatur fa
cta, Iaſ. conſi. 54. nu. 19. vol. primo, Dec. conſi. 53.
nu. 3. ver. & quia, D. Becius ad Iaſ. in loco prædi-
cto, Rodoan. in d. tract. in rubr. de cau. vtilit. n. 74.
& ſeq. & quamuis multi in contrarium allegati di
cant, quod non creditur inſtrumẽto alienationis,
21 in quo partes dicunt factam alienationem † in ec-
cleſiæ vtilitatem, tñ contrarium voluerũt gl. Inno.
Hoſti. & Card. Floren. in c. ea noſcitur, de ijs, quæ
fiunt a præla. & eorum opinio poteſt procedere,
qñ cum huiuſmodi aſſertione concurrit longin-
quitas temporis & poſſeſſio, vt per Butr. in d. c. ea
noſcitur, quem citat, & ſequitur Guido Papæ q.
151. in fi. & huius dicti ratio eſſe põt, quia non eſt
veriſimile quòd Epiſcopus toleraſſet huiuſmodi
alienationẽ, cum ſingulo anño teneantur viſitare
ſuam dięceſim, & ſcrutari iura eccleſiæ, vt in ſimi-
li dicunt Hoſtien. Card. Butr. Imo. & Abb. in cap.
illud, de præſump. Caſſad. deciſ. 2. de cau. poſſ. &
propr. & deciſ. 8, ſuper regu. cancellar. quod com-
22 miſſ. cau. ac proceſſ. bene fateor q probari † põt
contrarium, ideſt quod contractus non fuerit vti-
lis, l. & ſi preces, C. de præd. mino. Inno. in ca. du-
dum, in ver. tractatus, de reb. eccle. non alien. Ge-
min. in c. ſine exceptione, col. fi. 12. q. 2. & in conſi.
48. Abb. conſi. 41. vol. 1. Iaſ. conſi. 55. vol. 1. Dec.
conſi. 142. Rodoan. d. rubr. de cau. vtilit. nu. 156.
& ſeq. ceſſat enim præſumptio, vbi habemus veri-
tatem, vt dicit in ſimili Afflict. in deciſ. 107. nu. 6.
ſed in hoc attenditur tempus celebrati cõtractus,
23 † vt cognoſcatur an actus eſſet vtilis, nec ſuffice-
ret quod ex poſt deſierit eſſe vtilis, c. ad aures, vbi
glo. fi. de reb. eccle. non alie. & ita quoq; in ſimili
dicunt Bar. Bald. & Doctores omnes in l. 2. C. de
reſcin. vend. & textum prædictum inquit eſſe ad
hoc valdè notabilem Iaſ. in d. conſi. 55. nu. 3. conſ.
54. nu. 20. conſi. 119. nu. 8. vol. 1. addo Calder. in
conſi. 5. de rer. permutat. Rebuff. in d. compend.
nu. 73. in fi. Rodoan. d. rub. de cau. vtilit. nu. 137.
Bertran. conſi. 42. num. 11. vol. 1. Crau. conſi. 221.
colum. 6. D. Becius conſi. 3. num. 19.

Poſtremò non facit dubium, quòd non conſtet
de actis agitatis coram Dominis apoſtolicis dele-
gatis, & quod ea non præſumantur: quia reſpon-
deo quòd attento longiſſimi temporis lapſu præ-
24 ſumuntur interueniſſe omnia ſolemnia, † Bart. &
Doctores in l. qui in aliena, ff. de acquir. hæred. &
in l. ſciendum, vbi Alexan. dicit communem, ff. de
verbo. obliga. Doctores in l. ſi certis annis, C. de
pact. & dicunt Butr. & Imola in ca. ea noſcitur, de
his, quæ fiunt a pręla. quod ſi emptor rei eccleſia-
ſticæ diu poſſedit, præſumitur emiſſe cum debitis
ſolemnitatibus, etiam ſi in inſtrumẽto emptionis
25 † nihil de eis dicatur, Alex. in conſi. 79. num. 10. &
ſeq. vol. 1. vbi poſt glo. & Ioan. And. in d. ca. ea no-
ſcitur, dicit quod onus probandi incumbit ei, qui
dicit ſolemnitatem non interueniſſe, alios cumu-
lat Iaſ. in d. l. ſciendũ, nu. 17. & ſeq. ff. de verb. obli.
vbi vult hoc procedere etiam ſi in inſtrumento de
eis non fiat mentio, multos etiam addit Rolan. in
conſi. 99. nu. 25. & ſeq. vol. 2. Crot. in conſ. 42. nu.
12. Ruy. in conſi. 66. nu. 4. vol. 5. Caſſan. in conſi.
11. nu. 83. & ſeq. latè Crau. de antiq. tempo. par. 3.
in prin. verſ. primus caſus eſt, Vantius in tit. quib.
mod. ſenten. nulla defen. poſſ. nu. 28. in fine, Vaſq.
illuſtr. quæſtio. c. 63. nu. 14. & in c. 64. num. 4. Ro-
doa. in rub. de authorita. prælat. in alienatio. inter-
pon. §. ſed an in alienatione, nu. 15. qui omnes lo-
quentes de alienatione rei eccleſiaſticæ, dicunt ex
ſolius temporis decem annorum curſu pręſumi ſo
lemnitates, accedẽte maximè poſſeſſione, Rebuf.
in d. compend. nu. 37. quod ſi hoc procedit in poſ-
ſeſſione, & curſu decem annorum, multo magis lo
cum habebit in lapſu temporis triginta & qua-
draginta annorum, & longiſſima poſſeſſione, etiã
ſi agatur de graui præiudicio, vt poſt Abb. Alex.
Soc. Corn. Iaſ. Dec. & Ripã concludit Crau. in d.
par. 3. in princ. nu. 15. & ſeq. & in ſpecie, quod ſo-
lemnitas actorum & proceſſus præſumatur ex lõ-
26 giſſimi tẽporis lapſu, † ſi maximè de eis in ſenten-
tia fiat mentio, vt facta fuit in quæſtione propoſi-
ta, voluit Bal. in l. emancipatione, C. de fide inſtr.
vbi etiam Sali. Ale. in conſ. 105. vol. 5. quia ſecun-
dum eum iudex veriſimiliter non ita pronuntiaſ-
ſet, niſi vidiſſet proceſſum, Alciat. qui alios citat,
in tracta. præſumpt. reg. 3. præſ. 9. nu. 22. Crau. la-
tè agens & multos citans in dicto tracta. de antiq.
tempo. par. 1. §. ex præmiſſis abſolutam, num. 5. &
ſeq. Vant. d. tit. quib. mod. ſenten. nul. defen. poſſ.
nu. 28. verſi. pro huiuſmodi itamque, Anto. Gabr.
commu. opinion. li. 2. tit. de ſenten. concluſ. 4. nu.
35. addo Rotam in deciſ. 473. in nouis, vbi dicitur
præſumi ſolemnitatem, qñ præceſſit tempus ſuffi-
ciens ad præſcribendũ, ſequitur Rodoan. in rubr.
de conſen. & an præſumatur, nu. 10. & per totum.
dicitur autem ſentẽtia antiqua in propoſito poſt
lapſum triginta annorum, vel alterius temporis,
27 ſecundum arbitrium iudicis, † vt per Alex. in cõſ.
79. colum. 4. vol. primo, Vant. in d. tit. quib. mod.
ſenten. nulla defen. poſ. num. 28. verſi. ſuper quo,
Meno. de arbitr. iudi. caſu 4. quin etiam licèt con-
feſsio facta in inſtrumento non probet plenè ſo-
lemnitates interueniſsẽ, tamen transfert proban-
28 di onus, † vt inquit Bal. in conſi. 314. nu. primo,
vol. 5. Abb. in conſi. 41. colum. 3. volum. primo,
Rebuff. in d. compend. num. 37. in fi.

Hæc verò omnia confirmantur ex ijs, quæ po-
ſtea ſequuta ſunt, quandoquidem mortuo Illuſtr.
Domino Stephano Viguerio, cui facta fuerat cõ-
ceſsio,

ceſſio, Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Dominus Cardinalis Ruſticutius, Epiſcopus Senogallienſis, appræhendit poſſeſsionem miniſterio agẽtium ſuorum, Caſtri Procozzoni & bonorũ pertinentium. Verum vti iuſtiſsimus eſt, & æqui amãtiſsimus, poſſeſsionem poſtea remiſit Illuſtri Dominæ Comitiſſæ Nicoletæ matri prędicti Domini Comitis Nicolai, quæ coram Reuer. Domino Vicario Epiſcopi prædicti fidem fecit de Breui prædicto apoſtolico, de ſententia delegatorum, & de inueſtitura ac cõceſsione ſubſequuta, & tamquã vnica filia Dñi Stephani petebat ſe admitti ad ea bona, vt conſtat actis in curia prędicta agitatis de anno 1573. Rurſus poſtea eodem anno, de menſe Septembri, orta controuerſia ſuper eiſdem bonis inter excellentiſsimum Dominum Ducẽ Vrbini, & Nicoletam, cõpromiſſa fuit in eundem Dominũ Cardinalem & Epiſcopũ, & coram eo agitata, & ita poſſeſsio non fuit clandeſtina, ſed notoria. Cõcludo igitur Dominũ Comitẽ non eſſe in poſſeſsione dictorũ bonorum & Caſtri moleſtandũ.

SVMMARIVM.

1 Incapax poteſt inſtitui, vt alij reſtituat. fallit, vt infra, num. 29.
2 Donatio facta filio a patre valet, quando ita donatur vt in alium tranſeat.
3 Vxor inops nõ imputat in quartam debitam id, quod maritus reliquit cum onere reſtituendi.
4 Mater poteſt quantum vult, relinquere filijs ſecundi matrimonij, dum ne filij primi fraudentur legitima.
5 Spurio relinqui poteſt cum onere reſtituendi. vide tamen, num. 40.
6 Pater poteſt plus relinquere ſecundæ vxori, quàm filijs primæ, quando relinquit cum onere reſtituendi filijs.
7 Maritus quando plus reliquit ſecundæ vxori quàm filijs primæ, & ſubſtituit filios ſecundi matrimonij, tunc ſolum interuſurium medij temporis capiunt filij primæ vxoris.
8 Vtile non vitiatur per inutile.
9 Vxor inops imputat in quartam debitam in bonis viri interuſurium medij temporis, quando maritus legauit cum onere reſtituendi in diem, vel ſub conditione.
10 Pœna eſt commenſuranda delicto.
11 Subſtitutio dicitur compendioſa, quando habet tractum temporis.
12 Subſtitutio compendioſa verbis communibus concepta, continet vulgarem expreſſam verbis generalibus.
13 Subſtitutus vulgaris admittitur, quando inſtitutus non poteſt, vel non vult eſſe hæres.
14 Spurio inſtituto ſubſtitui poteſt vulgariter, & tunc ſubſtitutus admittitur.
15 Mater poteſt in totum inſtituere ſecundũ virum dato vulgari ſubſtituto. ſed contra, num. 28. & 30.
16 Fraus non præſumitur, ſed probari debet, præcipuè quando diſponit quis de re ſua. fallit, num. 33.
17 Mater nõ poteſt plus ſecundo viro relinquere, quàm filijs primi matrimonij, & ſi relinquit, res cum fructibus auocatur.
18 Filijs primi matrimonij applicatur quidquid maritus reliquit vxori vltra relictum factum filijs.
19 Factum in fraudem legis, nullum ſortitur effectum.
20 Mater habens filios ex primo viro, non poteſt plus relinquere filio ſecundi viri ex alia vxore, quàm vni ex filijs primi, & relictum cenſetur in fraudẽ.
21 Fraus dicitur quando mater relinquit non ſecundo viro, ſed fratri vel amico.
22 Maritus ſi relinquat ſecundæ vxori cum onere reſtituendi tertio plusquam filijs ex prima vxore, erit relictum pro non ſcripto, ſi tertius talis ſit in quo fraus præſumi poſſit.
23 Vxor ſi plus reliquit ſecundo viro quàm filijs primi, & filium ſecundi viri inſtituit, non poterit maritus repudiare relictum in præiudicium filiorum primi matrimonij.
24 Cauſa ceſſante, non ceſſat effectus conſumatus.
25 Extinctum quod ſemel fuit reuiuiſcere non poteſt.
26 Vxor ſi inſtituat filios ſecundi matrimonij, & ſubſtituat ſecundum maritum in vſufructu, filij primi matrimonij reuocabunt relictum.
27 Vxor non poteſt ſecundo viro ſubſtituere filios ſecundi matrimonij, in eo quod illi plus reliquit quã filij primi, ſed ſubſtitutio dicitur in fraudem facta.
28 Subſtitutus vulgaris datus ſecundo viro inſtituto ab vxore non ſuccedit, ſed filij primi matrimonij, quia ſubſtitutio dicitur facta in fraudem.
29 Incapax non poteſt inſtitui, licèt grauetur onere reſtitutionis, quando non ſtatim debet reſtituere.
30 Bal. in l. hac edictali, nume. vigeſimoquarto, reprehenditur.
31 Grauatus fideicommiſſo reſtituit ſolum id, quod habuit hæreditario iure.
32 Filij primi matrimonij capiunt plus relictum ſecundo viro, etiam ſi non ſint hæredes matris.
33 Fraus præſumitur, quando actus celebratur inter perſonas prohibitas.
34 Grauatus onere reſtituendi, dicitur interim dominus.
35 Donatio facta inter virum & vxorem, eſt nulla etiam ſi non ſit perpetuò remanſura apud donantem.
36 Quod potui nolui, quod volui adimplere nequiui.
37 Filij primi matrimonij reuocant ſolum id, quod fuit plus ſecundo viro relictum, quàm ſibi, & non vltra.
38 Subſtitutio vulgaris expirat per aditionem.
39 Mulier quando per tranſitum ad ſecunda vota priuatur relictis factis a viro, ea non applicantur ſubſtituto vulgari, ſed filijs primi viri, & ibi declaratur, quomodo procedat.
40 Spurius non poteſt inſtitui etiam dato ſibi ſubſtituto, vbi tamen vide qualiter intelligatur.
41 Spurio relictum applicatur cohæredi, vel ſubſtituto, vel venientibus ab inteſtato.
42 Nepos legitimus ex filio ſpurio inſtitui non poteſt patris contemplatione.

CON-

CONSILIVM CCL.

DVBIVS eſt caſus, qui proponitur,
quia & ſi Dorothea de Bergamo
filios habẽs ex Iacobo Caſtellaro,
primo viro, eis in modica quantita
te inſtitutis, hęredem vniuerſorum
bonorũ ſcripſerit Io. Petrum de Burgo, ſcđm vi-
rum, atque ei decedẽti ſubſtituerit Zaninum filiũ
ex ſecundo matrimonio, idque videatur contra di
ſpoſitionem l. hac edictali, C. de ſecun. nupt. tñ in
cõtrarium pro validitate inſtitutionis multa face-
re videntur. Et primò, quia non videtur ſecundo
viro relictum, quod ita relictũ eſt, vt in filios tran-
ſire debeat, l. cogi. §. hi qui ſolidum, ff. ad Trebell.
vbi qui non poteſt hæres inſtitui, ita tñ poteſt in-
1 ſtitui, † vt alij reſtituat, quod maximè procedit, qñ
taliter inſtitutus eſt capax partis, licèt non totius,
vt in caſu noſtro, ſm gl. in d. l. eam quam, in verſi.
cogũtur, C. de fideicom. & in d. §. hi qui ſolidum.
ideo videmus quod & ſi non valeat donatio facta
2 a patre filio in poteſtate, † tñ fallit qñ aliquid do-
natur, quod nõ eſt apud filium permanſurum, ſm
Bar. & alios in l. 2. §. 1. nu. 1. ff. de donatio. eodem
modo licèt vxor inops imputet in quartam legatũ
ſibi factum a viro, tñ non procedit, qñ erat graua-
3 ta illud alij reſtituere, quia non videtur vxori † re-
lictum, quod alij erat reſtituendum, ſecundũ Ang.
in l. ſi cum dotem, §. ſi pater, circa fi. ff. ſoluto ma-
trim. Aret. in auct. præterea, C. vnde vir, & vxor,
vbi Corn. & Iaſ. nu. 26. verſ. tertiò limita, Fabian.
de Pep. nu. 51. filijs autem poſterioris matrimonij
non eſt dubium quòd mater poteſt quantumlibet
relinquere, dum tamen filij prioris viri non frau-
4 dentur † ſua legitima, quia diſpoſitio l. hac edicta-
li, procedit ſolum in odium ſecundi viri, nõ autem
eius filiorũ, §. 1. in Auct. de trien. & ſemiſ. & in Au
then. vt lice. mat. & auiæ, in princ. Imola in c. cum
contingat, colum. 8. de iureiur. Barbat. in ca. Ray-
nutius, colum. 71. de teſtam. Bal. Ang. Caſtren. &
Corne. quos citat & ſequitur Bertran. in l. hac edi-
ctali, §. ita tamen, num. 15. C. de ſecund. nupt. & in
5 conſil. 63. num. 3. volum. 1. ideo ſpurio † relinqui
poteſt, vt alij reſtituat, vel diſpenſet, Ang. & Imo-
la in l. in tempus, ff. de hæred. inſtit. Bal. conſ. 336.
colum. 2. volum. 3. Alex. d. §. hi qui ſolidum.

Secundò, quod valeat relictum factum ſecun-
do viro vltra id, quod relictum eſt filijs ex priore
marito, quando grauatur reſtituere filijs poſterio
ris mariti, voluit expreſsè Bald. in l. hac edictali,
nu. 24. verſi. pone, quod extant filij, C. de ſecund.
nupt. vbi dicit, ſi pater plus reliquit ſecundę vxori
quàm filijs primę, cum onere tamen reſtituendi fi-
6 lijs ſecundi matrimonij, † quod tunc mortua vxo-
re legatum erit integre reſtituendum ſubſtitutis,
ſi tamen filij primę vxoris non ſint defraudati ſua
legitima, & de hoc videtur tex. in l. mulier, quæ, in
princ. ff. ad Trebel. vbi ſuſtinetur relictum factum
viro cum grauamine illud reſtituendi filijs, & qui
text. non eſt correctus, vt ibi dicunt Angel. Imola,
Caſtr. & Alexand. in prin. Bertran. in d. l. hac edi-
ctali, in princip. nu. 56. quia, vt inquit Ang. in loco
præcitato, maritus magis eſt cuſtos, quàm hæres.

Tertiò ſi poſſet eſſe locus diſpoſitioni l. hac edi-
ctali, in præſenti facto detrahendum eſſet de præ-
dicta inſtitutione non tota ſubſtantia, quæ exce-
dit relictum factum filijs primi matrimonij, ſed ſo
lum illud medij temporis interuſurium, quod ma-
ritus erat, dum viueret, percepturus ex inſtitutio-
ne, nõ habita rõne alterius temporis, ex quo poſt
mortem hæreditas erat filio reſtituenda, id quod
voluit Bald. in d. l. hac edictali, num. 24. dum præ-
ſupponit, filios primi viri reuocaſſe nouercam ad
7 æqualitatem, ſed poſt mortem nouercæ † hæredi-
tatem fore filijs ſecundi viri reſtituendam, ſecun-
dum teſtatoris diſpoſitionem, & per hanc deciſio-
nem Bald. in terminis ita determinauit Bertran. in
conſil. 63. vol. 1. vbi dicit quòd tali caſu filij primi
matrimonij reuocant plus relictum pro vita, ſed
poſt mortem matris eſt locus ſubſtitutioni.

Confirmatur autẽ hæc opinio multis rationib.
8 Primò, quia vtile non vitiatur per † inutile, l. pri-
ma, §. ſi ſtipulante, ff. de verb. oblig. c. vtile, de reg.
iur. in 6. l. ſancimus, in princ. C. de dona. gl. in c. ea
quæ, de reg. iur. in 6. Secundò, quia videmus q &
ſi legatum vxori factum cum onere reſtituendi alij
non imputetur in quartam: tñ ſi non ſtatim, ſed cũ
interuallo reſtitui debet, ita quod aliquod vtile ſit
vxori remanſurum, illud emolumentum medij tẽ-
9 poris † eſt vxori imputandum, ſm Iaſ. in d. authẽ.
præterea, nu. 26. uer. tertio limita, Fabian. de Pep.
nu. 52. qui allegat etiam Corne. & Ioan. de Mon-
teſperello: quia eatenus eſt puniendus quis, quate
10 nus legem offendit, ex quo pœna † eſt delicto cõ-
menſuranda, l. reſcriptũ, ff. de his, quib. ut indign.
l. Paulus, ff. ad leg. Falcid. in facto noſtro Doro-
thea non contrauenit legi, niſi quatenus uiro reli-
quit interuſurium medij temporis: quia quatenus
poſt mariti mortem uoluit hæreditatẽ reſtitui Za-
nino illius filio, non uenit contra legem: ergo illud
ſolum interuſurium eſt adimẽdum. Quartò l. hac
edictali, uult qđ habeatur pro nõ ſcripto id, quod
fuit plus relictũ ſecundo coniugi: at detracto emo-
lumẽto, quod maritus eſt pro uita recepturus, cæ-
terum non uidetur ſibi relictum, ut dixi ſupra, er-
go illud non uenit ſub diſpoſitione dictæ legis.

Quartò ſi inſtitutio facta in fauorem ſecũdi ui-
ri non eſſet ualida, non tamen bona applicarẽtur
filijs ex priore matrimonio, quia ſubſtitutio illa
11 facta marito decedenti, eſt compendioſa, † quia
habet tractum temporis in futurum, Bar. in l. cen-
turio, nume. 32. uerſic. ſecundo oppono ad prædi-
cta, ff. de uulg. & ibi Iaſ. num. 53. Decius in conſil.
384. in princip. & in conſil. 572. in prin. Neuiz. in
conſil. 53. num. 2. & 3. conſil. 54. num. 2. Craue. in
conſil. 22. num. 7. & 9. & in conſil. 62. nu. 3. Crot.
in conſil. 61. num. 6. Bello. in conſil. 18. num. 6. Co-
ſta in cap. ſi pater, par. 1. uerſi. eidem filio, num. 14.
de teſtam. Menoc. in conſ. 95. num. 3. compendio-
ſa autem continet uulgarem expreſſam uel bis ge-
netali-

12 neralibus: qñ eſt cõcepta per verba † communia,
ſm Bart. in d. l. centurio, nu. 32. & in l. 1. num. 8. ff.
eod. tit. ſequuntur ibi Doctores cõmuniter, Alex.
in conſi. 1. vol. primo, Aret. in l. generaliter, C. de
inſtit. & ſubſtitut. Dec. in l. precibus, nu. 16. C. de
impub. Coſta d. c. ſi pater, par. 2. uer. ac deinde fi-
lio, nu. 7. Hieron. Gab. in conſi. 104. nu. 2. Gomeſ.
de teſtam. c. 3. nu. 12. at qñ inſtitutus habet ſubſti-
tutum vulgarem, tunc ſi non põt, uel non vult hæ-
13 res eſſe, fit locus ſubſtituto vulgari, † ut eſt tex. in
l. prima, ff. de vulg. in l. precibus, C. de impub. §. 1.
Inſti. de vulg. Bar. Bal. Caſtr. Imola, & alij in l. 3. §.
fi. ff. de lib. & poſthum. & dicunt prædicti, ac Are.
Alex. Socin. & Iaſ. ibi, quòd diſpoſita in teſtamen
to poſſunt uires accipere a ſolo gradu vulgaris
ſubſtitutionis: ideo ſi maritus inſtitutus nõ eſt ca
pax ſucceſſionis, erit locus vulgari ſubſtitutioni,
quæ fuit a Dorothea ordinata in fauorem Zanini;
& eſt nouum, quod ubi incapax inſtituitur, illud
capiat ſubſtitutus vulgaris: nam idem uidemus in
ſpurio, cui & ſi nihil poſſit relinqui, ut in authen. li
cet, C. de natur. lib. auth. ex cõplexu, C. de inceſt.
nup. & omne relictũ habeatur pro nõ ſcripto, Iaſ.
l. hæreditas, C. de his, quibus ut indign. tñ ei dari
14 põt vulgaris ſubſtitutus, † qui in defectum ſpurij
capiet ſucceſſionem, ſm Bar. in l. 2. C. de hære. in-
ſtitu. ubi dicit, ſe hoc conſilium dediſſe cuidam,
qui filium habebat ſpurium legitimatum, ſed du-
bitabatur ne legitimatio eſſet nulla, ſequitur Bal.
ibi, nu. 1. & 2. dicens ſubſtitutionem vulgarẽ fieri
poſſe filio ſpurio teſtatoris, quia in ea non requi-
ritur quod inſtitutus ſit capax, & pari modo fieri
põt fratri minori deportato & damnato ad mor-
tem, & cuilibet non capaci, & cũ eo tranſit Iaſ. nu.
9. poſt Salyc. Duran. de arte teſtã. ti. primo, caut.
14. nu. 14. Gomeſ. de teſtam. c. 3. nu. 14. uerſi. ex
quo deducitur, Hieron. Gabriel. latè in conſ. 104.
idem eſt aũt in ſecundo uiro, qui ſi inſtituatur da-
to vulgari ſubſtituto, licèt inſtitutio non ſuſtinea-
15 tur, tñ erit locus vulgari † ſubſtituto, ita per prędi
ctã rationẽ concludit Bal. in conſ. 401. nu. 4. uol.
2. Accedit, q a ut trãſeat ad filios primi matrimo-
nij, nõ ſufficit ꝙ mater inſtituerit, ſed neceſſe eſt ꝙ
ẽt maritus acceptauerit: nã ſi uir repudiet inſtitu-
tionem, non tranſibit ad filios primi matrimonij,
quia non dicitur relictum, quod fuit repudiatum,

Et non dicatur quòd ſubſtitutus vulgaris ui-
detur datus in fraudem legis, quia reſpondetur,
16 quod fraus † in dubio non præſumitur: & qui eã
allegat, tenetur probare, l. meritò, ff. pro ſocio. etiã
ſi actus præiudicium tertio ferat, quia fraudẽ non
committit, qui de re ſua diſponit, Barba. conſi. 31.
nu. 21. uolum. 4. & quod fraus in propoſito non
præſumatur, uoluit Bertran. in conſ. 186. numero
4. uol. 3. ideo quando uxor relinquit filio mariti
ex alia uxore, ſuſtinetur relictum, nec ſubiacet di-
ſpoſitioni l. hac edictali, pręcipuè ſi non probatur,
quod aliquid ſit ad patrem reuerſurum, argu. d. l.
mulier, in prin. ff. ad Trebell.

Quæ & ſi maximè urgeant, tum propter autho
ritates, tum verò propter rationes; tñ concludo ve
riorem eſſe contrariam ſnĩam, & inſtitutionem vi
ri reducendam, & reuocandam eſſe ad æqualitatẽ
17 cum filio primi † matrimonij, cui minus fuit reli-
ctum ex clara diſpoſitione l. hac edictali, §. optimè
vero nobis, in Auct. de nupt. Bertran. in conſ. 102.
in prin. & in conſi. 90. in princ. vol. 3. vbi multos
allegat, & cũ titulus inſtitutionis babeatur pro nõ
titulo, res dẽt cum fructibus reſtitui, ſm Bald. in
conſi. 336. in fine, vol. 3. Bertran. d. §. ſi verò plus,
nu. 21. l. hac edictali. quidquid enim contra formã
illius legis relinquitur, habetur ac ſi relictum, aut
ſcriptum non fuiſſet, d. l. hac edictali, verſ. ſi verò
plus, d. §. optimè, in Auth. de nupt. vbi Ang. no. &
paria ſunt, haberi pro non ſcripto, vel eſſe nullũ,
Bal. d. conſ. 336. in prin. per l. ſi in metallum, ff. de
his, q̃ pro non ſcrip. Bertr. d. verſi. ſi verò plus, vbi
citando Bal. & alios dicit, ꝙ habetur pro nõ dato.

Secundò moueor, quia nõ ſolum prohibet lex,
ne ſecũdo coniugi plus relinquatur, quàm ex prio
ri matrimonio, ſed etiam illud omne relictum cõ-
18 tra legem applicat † filijs primi matrimonij; ex-
cluſis filijs ſecundi, d. l. hac edictali, §. ſi verò plus,
verſi. liberorum, & d. §. optimè, declarat Bertran.
d. §. ſi verò plus, num. 21. cum ergo eo ipſo quod
facta eſt inſtitutio, habeatur pro nõ ſcripta & nul-
la, & ſtatim filijs applicatur, conſequens eſt, quod
non eſt locus ſubſtituto.

Tertiò certum eſt, quod non ſortitur effectum,
19 quod in fraudem legis † ordinatur, l. hæres meus,
§. quod in fraudem, ff. de cond. & demonſt. l. non
dubium, C. de legib. l. fraus legi, ff. eodem titu. &
in terminis eſt tex. in d. l. hac edictali. ibi, oĩ circũ-
ſcriptione, &c. excludit. n. lex illa omnem frandẽ:
& ideo ſi vxor leget non ſecundo viro, ſed filijs ſe
cundi viri ex alia vxore, illud habetur pro nõ ſcri-
20 pto æquè ac ſi ipſi marito † foret relictũ, ſm Caſt.
in authen. vnde ſi parẽs, col. 2. C. de inoff. teſtam.
Florian. in diſputat. incip. mulier primo viduata,
quos ſequitur Bertr. in d. l. hac edictali, in princ.
nu. 12. & 16. loquendo, qñ ſumus in dubio, an cõ-
templatione patris, vel filijs reliquerit. eadẽ ratio-
ne infert Bal. d. l. hac edictali, nu. 18. quod inſtitu-
tio ſpurij facta contemplatione alicuius tertij, qui
veriſimiliter non erat petiturus, dicitur in fraudẽ.
dicit enim Bal. In lectura antiq. d. l. hac edictali, in
prin. verſi. in tex. ibi, circumſcriptione, dici quo-
que in fraudem qñ relinquitur non ſecundo viro,
21 † ſed eius fratri vel amico, cum ſequitur Iacobin.
quẽ citat Bertran. d. nu. 16. ſed non habeo in meo
libro Iacobin. ſuper ti. de ſecund. nupt. & ſm Bal.
in loco prædicto, fraus depræhenditur nedum ex
perſona dantis, ſed etiam ex perſona recipientis.

Quartò de hoc videtur deciſio clara Baldi in d.
l. hac edictali, in lectu. noua, nu. 4. verſi. nunc ſta-
tim ſuccedit, vbi dicit, quod ſi vir relinquat ali-
quid ſecundæ vxori cum onere de reſtituendo ter
tio, conſideranda erit qualitas perſonæ, an talis ſit
22 per quam credi poſſet, † relictum fuiſſe in frau-
dem legis; quia ſi ſit in fraudem, non valet, per il-
lum

Iam textũ,ſequitur Alc.in d.l.mulier,que,in prin. nu.2.ff.ad Treb.Bertran.d.l.hac edictali, in prin. nu.56.in quo non mihi ſatiſfacit diſtinctio Bertr. in loco prędicto,& reſponſio,quã affert in d.conſ. 63.vol.1.dum dicit,procedere qñ ſtatim,& purè grauatur onere reſtituendi:ſecus autem qñ in diẽ, vel ſub conditione, quia hæc reſolutio deſtruitur per limitationẽ adiectam à Baldo,niſi fiat in fraudem:ea enim conuenit,ſiue onus ſit adiectũ purè, ſiue ſub conditione, quia vtroque caſu ſi in fraudem ſit,habetur pro non ſcripto; ſi verò ſine fraude ſuſtinetur, & non minus põt fraus cõmitti, qñ grauatur ſub cõditione, quàm vbi purè onus iniũgitur. cum ergo Bald. loquatur indiſtinctè,debet generaliter intelligi,l.de pretio,ff.de publi.

Quintò eo ipſo, qđ Dorothea inſtituit ſcđm virum hæredem,incidit in pœnam legis, & inſtitutio ſortita eſt effectum, quia ſtatim ex diſpoſitione l. hac edictali, quidquid pluris fuit in inſtitutione, quàm in relicto filiorũ primi matrimonij, fuit applicatum, & quæſitum illis filijs, vt voluit gl.in §.quia verò hactenus,in verſi.initio,in Auc. de nupt.quæ per l.hac edictali, dicit ex donatione facta per virũ ſecundæ vxori ita fore ius filijs quęſitum, vt non eis noceat, ſi poſtea parentes reuocent donationem. & per hanc rationẽ Bertran. in l.hac edictali,verſi.ſi verò plus,nu.22.dicit quod ſi mater hærede vniuerſali inſtituto filio ſecundi
23 matrimonij plus reliquit ſecũdo † viro,quàm vni ex filijs primi matrimonij, non poterit maritus repudiare legatũ,quia ex ſolo relicto ius fuit quęſitum filijs primi matrimonij. hoc aũt ſtante, quod ſine mora plus relictum tranſeat ad filios,infertur quod ſi poſtea pater decedat,non erit locus reſti-
24 tutioni,quia ceſſante cauſa,nõ ceſſat effectus † iã conſumatus,l.vltima,in princip.ff.vnde libe. Cy. & Bald.in l.generaliter, C.de epiſc.& cler. & dicit Bal.in l.penul.ff.de excuſ.tuto. quod ſi per impudicitiam vxor perdit legatũ ſibi factum, non illud recuperat,ſi redeat ad caſtitatem:& mater, quę ꝑ tranſitũ ad ſecunda vota perdit tutelam filiorum, non eã recuperat ſi vidua efficiatur, §. quia verò, in Auth.vt ſine prohib.mat.&au. Cy.Alb. Ange. & alij in auth.matri & auiæ,C.qñ mul.tute. off.& ad comprobationẽ dictæ regulæ multa citat Tiraquel.in tracta.ceſſan. cau. limitat. 12. & ratio eſt, quia ceſſante cauſa,non perditur ius interea quæſitũ,l.ſi poſt mortem,§.1.& l.non putauit,§.ſed ſi poſt mortẽ,ff.de bono.poſſe.contratab.l.cũ vxori,C.qñ dies leg.ced. Tiraq. loco prædicto, limit. vndecima.& ſufficit quod cauſa amittendi legatũ, ſeu relictum adfuerit, qñ Dorothea mater deceſſit:nec enim opus eſt quod vlterius duret, quoad hoc vt duret effectus,l.ſi quis hæredẽ,C.de inſtit. & ſubſtitutio.Bal.d.l. generaliter, Imola in clem. 2.col.2.de reſcrip.Fely.in c.cũ ceſſante, vbi Dec. de appellat.Tiraq. in loco prædicto, limitat. 4.& quod ſemel legitimè conſtitutum eſt, non dẽt ex poſt facto retractari,c.factum legitimẽ,de reg.iu. in 6. & perpetuo durant, quæ à principio vtiliter ſunt conſtituta, licèt ad eũ caſum deueniãt, à quo non poterant incipere, l. in ambiguis, §. non eſt
25 nouũ,ff.de reg.iur.& relictum,qđ ſemel fuit† extinctum,ac filijs applicatum,non põt reuiuiſcere, argumento l.eius qui,§.ſi.ff.de iure fiſci,gl. in l.ſi cum quis,§.ſi.ff.de furt.& in l.qui res,§.aream,ff. de ſolutio. Tiraq.in l.ſi vnquam,in verſ.ſuſceperit liberos,nu.191.in fine,C.de reuoca. dona. cõfirmatur aũt,quia l.hac edictali,§.ſi verò plus, loquitur ſub conditione, ſi plus relictũ fuerit: ideo ſtatim facto relicto,illud plus tranſit in filios,non expectato alio euentu. conditio aũt ſufficit quòd ſemel eueniat, licèt non duret implementum, l.ſi quis hæredem, C.de inſtit.& ſubſtit.l. in ſubſtitutione,ff.de vulg. Ruin.conſi.89.nu.9.vol.4. Soci. iun.conſi.29.nu.15.vol.4. Neuiz. conſi.31.num. 13. Alcia.conſi.177.nu.4.proinde relictum vt applicetur filijs ſat eſt quòd ſit factum, licèt non ſortiatur effectum: nam nõ poteſt lex intelligi quod applicetur filijs ſolum,quando ſortitur effectum, attento quod lex prohibet effectum, producit, & mandat haberi pro non ſcripto, aliàs nunquam eſſet locus illi diſpoſitioni.

Sextò facit plurimũ id,quod voluit Caſtren.in conſi. 150.uiſo caſu & allegationibus, col.3.uerſ. breuiter tex.quem,uol.2.ubi inquit quod ſi uxor filios ſecundi matrimonij inſtituat,& poſt eorum mortẽ relinquat ſecundo viro uſumfructũ toto tẽpore uitæ ſuæ, non ualebit inſtitutio, ſed tamquã
26 facta in fraudẽ legis bona † applicabuntur filijs prioris matrimonij.& ad id quod dicebatur poſſe matrem relinquere filijs ex ſecundo matrimonio quantum vult,dum tñ filijs prioris habeant legitimam,reſpondet procedere, qñ ſecundus uir nõ ſuperuiuebat, atque ita illi ex inſtitutione filiorũ nihil poterat acquiri:at ſecus qñ ſupererat, Caſt. in loco pdicto,ſequitur Bertrã.in d.l.hac edictali, in prin.nu.19.& in fi.& Ripa.in conſi. 190.nu.5.

Septimò adduco quod uoluit Bal.in conſ.161.
27 per totũ,uol.primo,ubi dicit non ualere † legatũ ab uxore filijs ex ſecundo matrimonio de eo pluri,quod maritus cum filijs primi matrimonij inſtitutus capere de iure non potuiſſet, puta qñ filios oẽs prioris matrimonij pro medietate inſtituit,& ſcđm uirũ pro alia medietate,& ubi maritus datũ capere non poſſet,reliquit filijs ſecundi matrimonij illud plus,cuius erat incapax. mouetur pluribus rationibus,ſed ea pcipua, qđ illud plus ſtatim adimitur patri,& applicatur filijs prioris matrimonij,& exit hęreditatẽ teſtãtis,& ꝓ a filijs primi matrimonij non põt capi, qa nõ fuerũt in hoc honorati a matre,ſequitur Ripa d.cõſ.190.nu.5.

Poſtremò de caſu noſtro extat in terminis deciſio Baldi in conſi. 336. in primo dubio, uolum. 3.ubi dicit quod ſi ſuit inſtitutus ſecundus uir, & datus ſibi vulgaris ſubſtitutus, applicabuntur fi-
28 lijs primi matrimonij omnia bona,excluſis † ſubſtitutis vulgaribus, quia ea ſubſtitutio præſumitur facta in fraudem, & ad excludẽdum prouiſionem l. hac edictali, quia prædilexit uirum, quem

prius

prlus inſtituit: proinde ſubſtitutio cenſetur facta
contẽplatione mariti, non filiorum ſecuudi matri-
monij, cũ eos vocauerit ſolum poſt maritum. cum
ſequitur Bertran. in d.l. hac edictali, verſi. ſi vero
plus, nu. 23. in fin. latè Ripa, qui reſpondet oĩbus
fundamentis contrarijs in d. conſ. 190. per totum,
dicens quod non ſolum filij primi matrimonij ca-
piunt viuente viro, ſed ẽt retinent poſt illius mor-
tem, nec coguntur poſtea reſtituere ſubſtituto. re-
manet igitur cõcluſio ꝙ inſtitutio mariti habetur
pro nõ ſcripta, & hęreditas applicatur filijs primi
matrimonij irreuocabiliter, id quod facilius ſuſti-
nebitur remotis ijs, quę in contrarium allegantur.

Non obſtat itaque, quod ex quo ſecundus vir
eſt grauatus onere reſtituendi, non videtur ei ali-
quid relictum, l. cogi, §. hi, qui ſolidum. quia reſpõ
deo, textum illum, & ſimiles procedere, qñ quis
29 grauatur ſtatim reſtituere † ita vt nihil ſibi ſit per-
manſurum: ſecus aũt, qñ aliquod remanet emolu
mentum: ita illum tex. declarat Are. in d. auth. prę-
terea, col. fi. verſi. ſecundò limitatur, C. vnde vir,
& vxor, vbi ẽt Iaſ. nu. 26. Fabian. de Pap. num. 51.
qui inferunt, quòd & ſi non imputetur in quartã
vxori legatũ, quod apud eam non eſt permanſu-
rum, d. §. hi, qui ſolidũ, tñ fallit qñ aliquando eſt
permanſurum, vt qñ vxor non grauatur in conti-
nenti reſtituere: ita quoque declarat dictum text.
Bertran. in d.l. hac edictali, nu. 56. in fi. & ita quo-
que intelligit Imola in l. in tp̃s, col. 2. verſ. dicit ẽt
hic Ang. de hære. inſtit. Bertran. d. conſi. 63. in fi.
vol. primo. hoc etiã modo reſpondet in terminis
Ripa d. conſi. 190. nu. 6. in præſenti aũt caſu fuit
maritus grauatus reſtituere poſt mortẽ, non au-
tem ſtatim, nec pure. Quod verò dictum eſt filijs
ex ultimo matrimonio poſſe plus relinqui, quàm
filijs primi, procedit qñ pater eorum nõ ſupereſt:
at quando viuit, præſumitur relictum contempla-
tione patris, & in fraudem legis, Caſt. d. cõſ. 150.
vol. 2. procedit item, quando non relinquitur in
fraudem legis: at hic fraus eſt manifeſta, vt ſupra
dixi, & infra quoque dicturus ſum.

Dictum autem Bal. in l. hac edictali, nu. 24. nõ
30 † eſt verum, & contrarium ipſe tenuit in d. conſi.
336. vol. 3. vbi fortius vult, non ualere vulgarem
ſubſtitutionem; quæ ſi non ualet, multo minus va-
lebit fideicommiſſaria, de qua loquitur in l. hac
edictali, per ea quæ dicit Imola in d. l. in tp̃s, quia
ſcilicet facilius ſuſtinetur inſtitutio incapacis, qui
ſtatim dẽt reſtituere, quam eius, qui in diem uel
ſub conditione grauatur, cũ quoque reprę̃hendit
Ripa, d. conſi. 190. nu. 10. dicens quòd ingenium
Bal. in hoc defecit, Bertr. d. l. hac edictali, uerſi. ſi
verò plus, nu. 23. & Ripa loco prædicto, nu. 8. qua
tuor rationibus impugnat Bald. Prima eſt, quod
ſtatim mortua uxore relictum mariti applicatur
filijs, quibus auferri non põt poſtquam eſt quęſi-
tum, niſi ſuum factum accedat, l. id quod noſtrum
eſt, ff. de reg. iur. Secunda eſt, quia lex præſumit
ſubſtitutionem filiorum factam in fraudem legis;
ideo ſicuti inſtitutio habetur pro non ſcripta, ita
& ſubſtitutio. Tertia eſt, quia relictum ſupra id,
quod lex permittit, ſtatim ſeparatur ab hæredita-
te relinquentis: ergo nõ venit in reſtitutione, quia
31 in ea uenit ſolum, id quod iure, & † titulo hæredi-
tario peruenit ad grauatum, l. cohærede, §. cum fi-
liæ, ff. de vulg. l. 3. §. uxor, ubi Bar. ff. de dote præ-
leg. cum aliis apud D. Becium in conſ. 24. nu. 6. &
ſeq. id uerò, quod auſertur marito ex diſpoſitione
l. hac edictali, applicatur filiis a lege, non autem
iure hęreditario: & ideo filii illud capiunt, licèt nõ
32 ſint hæredes, † ut poſt Bal. Ang. Alex. & alios vo-
luit Bertr. d. l. hac edictali, §. ſi uerò plus, num. 25.
Quarta eſt, quia annullata inſtitutione eo quod ſe
cundus uir ſit inhabilis ad ſibi vel aliis capiendũ,
annullatur etiam ſubſtitutio.

Ex his ſatisfactũ eſt quoque argumẽto, quod
tertio loco ex Baldo deducebat Bertr. in d. conſi.
63. quia in contrariũ omnino tenuit ipſemet Bal.
d. conſ. 336. Bertr. & Ripa in locis ſupra citatis, &
Bald. mouetur ibi leui ratione, quod permittatur
pater plus relinquere uni quàm alii filio: nam hoc
eſt uerum, dum ne faciat in fraudem: at fraus eſt
manifeſta, qñ prius inſtituit uxorem, & ei quodã-
modo in pęnam ſubſtituit. quod enim fit in frau-
dem, non habet effectum, ut dixi ſupra in tertio
33 arg. huius partis, & ſemper fraus † prę̃ſumitur, qñ
actus celebratur inter prohibitos, l. qui teſtamen-
tum, ff. de probatio. Bal. in conſ. 431. nu. 2. vol. 5.
Corne. in conſi. 82. nu. 1. uol. 3. Neuiza. in conſi.
34. nu. 28. & in terminis d. l. hoc uoluit Bald. in l.
hac edictali, nu. 17. Bert. ibi, in prin. nu. 19. lex. n.
fraudem prę̃ſumitur contra coniugẽ propter tran
ſitũ ad ſecũda uota, l. lex quæ tutores, C. de admi-
tuto. allegat Bal. & alios. Pręterea relictum quod
filijs fit, prę̃ſumitur factum contẽplatione patris,
qñ pater extat, & non prohibuit illi acquiri, Bald.
d. conſ. 161. num. 1. in fi. uol. 1. Caſtr. d. conſ. 150.
col. fi. uer. in caſu autem noſtro, uol. 2. ubi id colli-
git, qñ filiis ultimi matrimonii ſubſtituit maritũ.
multo ergo magis id erit dicendum, qñ prius inſti
tuit maritum & ſubſtituit filios: nam uidetur uo-
luiſſe qđ magis habeat maritus quàm filii, Ripa,
qui bene explicat, in d. conſi. 190. num. 5. & 9.

Et quamuis habeatur ſolum pro non ſcripto il-
lud, quod ultra legis permiſſionem eſt relictum,
atque ſolum interuſurium medii temporis uidea-
tur ademptum; tñ eſt aduertendum, quod inſtitu-
tus quamuis grauetur onere reſtituendi in tp̃s, vel
34 ſub conditione, tñ eſt interim dominus † totius
ſubſtantiæ & hæreditatis, Barto. in l. Marcellus, §.
res, quæ, ubi Ang. Imola, & Alc. ff. ad Treb. Caſt.
in l. fi. §. fi. ff. de leg. 2. comprobaui multis in conſ.
73. nu. 78. & ſi fortè eo uiuente ſubſtitutus dece-
deret, remaneret irreuocabiliter dominus. cum er
go eſt generaliter inſtitutus ſecundus uir, uerum
eſt dicere quod nedum emolumentum interme-
dii temporis eſt relictum, ſed etiam ſubſtantia re-
rũ & ipſa proprietas, ergo ipſa quoque proprie-
tas applicatur filiis primi matrimonii.

Præterea inter perſonas prohibitas non id ſo-
lum

lum habetur pro nullo, quod cõtra legem factum
eſt, ſed totum factum reuocatur, eſt tex. in l. Sulpi
tius, ff. de dona. inter vir. & vxor. vbi dicitur quod
35 ſi vxor marito aliquid donat † ita vt poſt eius mor
tem transfeat ad filios, erit donatio in totum nulla
licèt marito ſola medij tẽporis vtilitas eſſet reman
ſura, & per illũ tex. ita decidit Caſtr. in d. cõſ. 150.
in fi. Nec pertinet huc regula, q̃ vtile non vitiatur
per inutile, quia non dicimus plus adimi marito q̃
ſit contra legem relictum: ſed dicimus id quod ſe-
mel marito fuit relictum, ita adimi atque ita exire
teſtantis ſubſtantiam, vt de eo in diẽ, nec ſub con-
ditione, non potuerit diſponere, & quamuis fortè
poſſet purè & ſtatim filijs relinquere, quia tamen
non voluit, ſed elegit relinquere viro ad vitam, &
36 filijs poſt viri mortem, dici poteſt quod † potui
nolui, quod volui adimplere nequiui, l. multum,
vbi gl. C. ſi quis alt. vel ſibi, cap. cum ſuper, de offi.
deleg. reliquit enim Dorotheæ filijs in tẽpus, quo
bona non erant futura ſua, ſed priorum filiorum.
Et quod dicitur vxorẽ imputare ſibi in quartã
emolumẽtum medij t̃pis procedit, quia relictum
erat validum, nec ſuberat prohibitio quominus lo
cus eſſet relicto: at ſecus hic, cum extat prohibitio.
Præterea ſi ſolum emolumentũ fuiſſet relictũ, pro-
cederet ſimilitudo; ſed proprietas quoq; ipſa fuit
relicta, ideo non ſolũ emolumentum, ſed etiã pro-
prietas habetur pro nõ ſcripta, & applicatur filijs
primi matrimonij. & hoc modo rñdetur ad argu-
mentum, quod pęna non debet excedere modum
delicti: nam (vt dixi) exceſſus eſt nõ in emolumẽto
ſolo, ſed ẽt in proprietate; proinde ea proprietas,
q̃ fuit vltra legis permiſſionẽ deſtinata viro, appli-
catur filijs, ex quib. etiã ſatisfit quarto argumẽto.
Quod verò pertinet ad vulgarẽ ſubſtitutionẽ,
dictum eſt ſupra, Bal. Bertr. & Rip. cõtradicere, &
velle q̃ ea ſit nulla, tanquàm facta in fraudẽ legis,
proinde non põt aliquem producere effectũ. Præ-
terea cum bona ſtatim exeant hæreditatẽ teſtatri-
cis, & applicentur filij ſubſtituti; vulgares non poſ-
ſunt ea habere, quæ non ſunt in hæreditate, ſed in
patrimonio filiorũ primi viri, ita Bal. in d. cõſ. 161.
in fi. vol. 3. Ripa d. conſi. 190. nu. 8. ſed aliter ego
rñdeo, q̃ & ſi relictum mariti applicetur filijs pri-
mi matrimonij, quatenus excedit diſpoſitionẽ le-
gis: tñ maritus non deſinit eſſe hæres, quinimo hę-
reditario iure retinet illã partẽ, cuius eſt capax, vt
de ſe patet, quia quod non adimitur, remanet ma-
rito, & tex. in l. hac edictali, non annullat id, quod
37 rectè fuit marito † relictum, ſed in eo ſuſtinetur in
ſtitutio, d. l. hac edictali, verſi. ſi verò plus, vbi Iaſ.
Butr. in prin. & in vlt. quæſt. Ang. in Auth. de non
elig. ſecun. nub. in prin. num. 13. & in §. optimè, in
Auct. de nupt. & dicit cõem opinionem Bertran.
d. §. ſi verò plus, nu. 2. hoc autem præſuppoſito, q̃
maritus ſit hæres, qñ. ſ. filijs ex primo matrimonio
aliquid eſt relictum, infertur quod non poteſt eſſe
locus vulgari ſubſtituto, quia vbi hęreditas eſt adi
38 ta, expirat vulgaris † ſubſtitutio, l. poſt aditã, vbi
gl. & omnes Doctores, C. de impub. & al. ſubſt. l. ſi
legata, C. de legat. & eodẽ t̃pe eſſe non poſſunt in-
ſtitutus & ſubſtitutus, l. cum in teſtõ, in prin. ff. de
hęr. inſtit. declarat melius cæteris Gomez de teſta.
c. 3. nu. 33. quia vulgaris fit ſub conditione, ſi hæ-
res nõ erit; ſed vbi primus eſt hæres, deficit condi-
tio. Item cum per aditionem ſit hæres & dñs, non
põt alius eſſe eodem t̃pe dñs, l. ſi vt certo, §. ſi duo
bus, ff. cõmod. fruſtra ergo allegatur vulgaris ſub-
ſtitutio, ſtante aditione, quæ ſuſtinetur pro ijs bo-
nis, quorum maritus eſt capax. facit quod per hãc
rõnem dixit Iac. de Rau. quem citat, & ſequitur
Cyn. in l. 1. nu. 6. q. 8. C. de ſecun. nup. vbi inquit,
q̃ & ſimiliter tranſiens ad ſecunda vota priuetur
39 relictis ſibi factis a marito, † tñ ea non applicãtur
ſubſtituto vulgari, quia ſubſtitutio per aditionem
expirauit, & licèt eius deciſionẽ videantur repræ-
hendere Alber. ibi, Sali. quæſt. 8. nu. 18. & Ioan. de
Garron. nu. 127. & ſeq. tñ mouentur ex alijs, & nõ
improbant rationem, ſed dicunt, quod deſinit eſ-
ſe hæres ipſo iure ex diſpoſitione legis, vltra quòd
loquuntur quando in totum priuatur; ſed in caſu
noſtro non totum relictum pro non ſcripto habe-
tur, ſed pars quæ excedit relictum factum filijs pri
mi uiri, & hoc caſu non decedit uxor pro parte te-
ſtata, & pro parte inteſtata, quia maritus remanet
hæres, filij uerò primi matrimonij capiunt a lege,
non titulo hæreditario, quia ut dixi, poſt Bal. An-
ge. & Bertran. d. §. ſi uero plus, nu. 25. capiunt non
ſecundum hæreditarias portiones, ſed etiam ſi nõ
ſint hæredes; ideo illa regula non procedit, quæ lo
quitur, quando obueniunt bona hęreditario iure,
ſed pars ex teſtamẽto, pars ab inteſtato, & hoc de
clarat Bald. in d. l. hac edictali, in lectu. noua, in
prin. nu. 21. uerſi. præterea ſi filius, ubi inquit filiũ
hęredem anomalum, non ab inteſtato, & teneri ad
legata, ex quo ſubrogatur loco inſtituti. & licèt di
cat effici hæredem, quando hæreditatem uel ius
uniuerſale reuocat, tamen intelligit de anomalo
hærede, non de proprio. non poteſt ergo in pręſen
ti facto uerificari uulgaris ſubſtitutio; cum mari-
tus ſit capax partis, non eſt eadem ratio in eo qui
eſt capax partis, quæ eſt in eo qui omnino eſt inca
pax, ut declarat gl. in l. eam, quam, in uerſi. cogun
tur, C. de fideicom. ubi Bal. num. 53. Saly. nu. 53.
Imola in l. ſi quis ſolidum, ff. de hære. inſtit. Alex.
qui dicit gl. prædictam eſſe communiter approba-
tam in d. l. cogi, §. hi, qui ſolidum, nu. 2. ff. ad Tre-
bell. ubi ſubdit non eſſe ſubſtitutionem inutilem,
quando inſtitutus poteſt capere partem, & hoc ui
detur in terminis uelle Bald. dicto conſi. 336. licèt
obſcurè admodum loquatur.

Ex prædictis colligi poſſet reſponſum ad id,
quod in contrarium dicebatur de ſpurio, cui da-
ri poteſt ſubſtitutus uulgaris. primò enim uide-
tur contrarium uoluiſſe Bald. in d. l. eam, quam,
numero 53. per gloſ. ibi, quam omnes ſequuntur.
dicit enim quod ubi inſtitutus eſt omnino inca-
40 pax, † fruſtra fit ei ſubſtitutio, & de ſpurio quod
nõ poſſit inſtitui dato etiam ſubſtituto, expreſsè
loquitur Imola in d. l. ſi quis ſolidum, ubi repræ-

hendit Ang.contrarium tenentem,& Alex.d.§.ij, qui ſolidum,qui dicit eſſe cõem. eſt verum, quod loquuntur in ſubſtitutione fideicommiſſaria,non in vulgari: ideo aliter reſpondeo, quod in ſpurio penitus incapaci procedit contrarium; quia cũ nõ poſſit eſſe hæres, & ita verificetur conditio vulgaris ſubſtitutionis,erit locus ſubſtituto. at in marito aliud eſt, quia conditio in eo nõ verificatur, ex quo eſt hæres,licèt non capiat totum,& inſtitutio ſortitur effectum, & ex ea adiri poteſt hæreditas; ergo vulgaris deficit, d.l.poſt aditã, C.de impub. vt dixi in reſolutione ſupra proximi obiecti. Tertiò reſpondeo, aliud eſſe in ſpurio,quam in ſecundo viro: id enim quod ſpurio relinquitur,applicatur non filijs naturalibus,ſed cohæredi,vel ſubſti-
41 tuto,† vel venientibus ab inteſtato,vt per Bart.in l.1.C.de hær.inſt.vbi Iaſ.nu.3.Bart.in l.fin.nu.8. ff.de his,quib.vt indig.Iaſ.in l.hæreditas,nu.5.& 10.C.eo.tit.& ideo capitur hęreditario iure,quãuis contrarium ſenſerit Crau.in conſil.200.nu.7. verſ. poſtremò conſidero. at relictum ſecundo viro applicatur filijs primi, & capitur extra hæreditatem,etiam ſi non ſint hęredes patris,vel matris, vt ſupra dixi, proinde facilius ſubſtitutio vulgaris admittitur,qñ fit ſpurio inſtituto, cũ tunc lex bona alij non applicet in pęnam, q̃ vbi fit ſecũdo viro,quia ſtatim applicat alij bona, ita quod nõ aperitur locus ſubſtituto,ex quo bona exeunt hæreditatem teſtantis. Quartò reſpõdeo, quod in ſpurio inſtituto valet ſubſtitutio vulgaris: at in ſecundo non valet, quia lex præſumit in fraudem factam, & quando filij ſecundi viri ſubſtituũtur,præſumit eã fieri cõtemplatione patris.& idem eſſet qñ ſpurio fieret ſubſtitutio in fraudẽ legis,vel ẽt contem-
42 platione † ipſius ſpurij, quia ẽt tunc non valeret, vt per Bar.in l.Gallus,§.quod ſi is, ff.de lib.& poſthum.vbi inquit, nepotẽ legitimũ ex filio ſpurio nõ poſſe inſtitui cõtemplatione patris,ſequuntur ibi oẽs, præcipuè Iaſ.Bald.in l.ſi ſeruus,ff.de acq. hær.Dec.in conſi.463.nu.20.Ripa in l.1.nu.169. in fi.ff.ſolu. matrim. Socin.iun.conſil.16.num.4. volum.4.Bero.ſam.quæſt.127.num.1. Didac.de ſponſ.par.2.cap.2.§.6.num.13.

Vltimò non obſtat quod in dubio fraus nõ pręſumatur,quia nos non ſumus in dubio, ſed in claris propter legis prohibitionem, propter coniunctionem perſonarum,quod enim patri adimitur a lege, id omne voluit vxor eius filijs ſubſtituendo relinquere,& cum primum inſtituat virum declarat velle cum filijs præferre,vt latè ſupra dixi.Cõcludo itaque, ſubſtitutum vulgarem nihil omnino poſſe petere: quia,vt inquit Bal.d.conſ.336.l. hac edictali, prohibet filios parẽti ſubſtitui in eo, quod pater capere non poteſt. Quod ſi forte dicat quis, eſſe locum ſubſtituto per fideicommiſſum, reſpondeo quod ſecundus vir non poteſt reſtituere per fideicommiſſum id, quod ipſe non potuit capere,l.ab eo,C.de fideicom.& facit,quod ſupra dixi,ſpurium non poſſe ſubſtitui per fideicommiſſum, ſecundum communem.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum ex generali clauſula non datur actori,ſed reo.contra,nu.9.e 3.*
2 *Ignorantia debet eſſe iuſta & probabilis, vt detur reſtitutio,non autem affectata.*
3 *Scientia inter coniunctos, præcipue inter patrem & filium,præſumitur. contra tamẽ, nu.e 4.e 5.*
4 *Hæres præſumitur habere penes ſe res, quæ fuere a defuncto relicta.*
5 *Minori non datur reſtitutio ex clauſula generali.*
6 *Præſcriptio dormit durante pupillari ætate.*
7 *Reſtitutio in integrum ex clauſula generali datur impedito aduerſus præſcriptionem.*
8 *Legatarius reſtituitur ex cauſa ignorantiæ aduerſus præſcriptionem legatæ ſeruitutis.*
9 *Reſtitutio in integrum ex clauſula generali datur etiam actori.*
10 *Doctoris dictũ intelligi dẽt ſcđm legẽ,quam allegat.*
11 *Reſtitutio reddit,quod læſio abſtulit.*
12 *Cur.ſen.conſi,59.col.3.improbatur.*
13 *Glo.& Doctores in l.cum filius,§.in hac,ff.de verb. oblig.declarantur.*
14 *Coniunctus præſumitur ſcire facta coniuncti circa ea,quæ concernunt ordinem ſanguinis.*
15 *Scientia præſumptio deducta a conſanguinitate, non impedit reſtitutionem.*
16 *Minor præſumitur ignorare factum.*
17 *Hæres ſi cum iuramento negat res hæreditarias ad ſe perueniſſe,creditur ſibi.*
18 *Reſtitutio ex generali clauſula eſt non minus fauorabilis,quàm reſtitutio ex cauſa minoris ætatis.*
19 *Minor, cum quo nihil eſt geſtum,reſtituitur ex generali clauſula.*

CONSILIVM CCLI.

QVae mouẽtur dubitationes cõtra magnificos D.Io.Iacobũ, & nepotẽ Papalardos,ne cõcedenda ſit reſtitutio ab eis poſtulata aduerſus p̃ſcriptionẽ, quã allegauit magnificus Dom. Hieronymus Mirolius,maximè vrgere vñr: dicitur.n.in primis,ꝙ reſtitutio ex gñali clau-
1 ſula,ſi qua mihi iuſta cauſa, nõ datur † actori,ſed reo ꝓ defenſione rei a ſe poſſeſſę,vt cõcludit Din. in c.cũ q̃s in ius,de reg.iu.in 6. ſequitur Bart.in l. cũ filius,§.in hac,nu.1.ff.de verb.obl.rõnẽ adducẽs, q̃a antequã agat, dẽt q̃ libet explicare a cõiunctis,& adminiſtratorib. & cũ eo trãſeunt ibi Ang. Imola,Caſt.Alex.& Iaſ.& eſt tex.expreſſus in l.q. in alterius,in fi.ff.de reg.iu.vbi dicitur, ꝙ ex quo volẽs experiri dẽt eſſe certus, tenetur q̃s ante diligẽter rẽ explorare,& tũc ad agẽdũ ꝓcedere: eſt.n. in eius facultate, qñ agat,& ibi Dec. nu.5.ita declarat:& in eo tex.notat Bar.ꝙ actor q̃ in ius alterius ſucceſſit,nõ excuſatur ideo ab expenſis, licèt aliud ſit in reo, & Cur.ſen.in cõſ.59.ſuper p̃miſſa dubitatione,col.3.ver. tertio ſolido & principali, vbi inquit ꝙ etſi minor hæres reſtituatur ex gñali clauſula aduerſus lapsũ tp̃is p̃ſcripti ad redimendum

dum prædium, quod pater vendidit: tamen hoc procedit, quando ille minor conuenitur, ſecus quando agit ad redemptionem.

Secundò adducitur q etſi aliquãdo hæredi cõcedatur eiuſmodi ignorantiæ cauſa reſtitutio, tñ ea ignorantia debet eſſe iuſta & probabilis, non
2 autem leuis, vel ẽt affectata, † vt probat Bal. in ca. licet, col. 1. de ſupplen. neglig. prælato. Imola in c. vlt. car. antepen. de præſcrip. Rom. in conſi. 117. & conſi. 340. in fi. vbi dicit, non poſſe iuſtè ignorari id, de quo eſt fama publica. & dicit Aret. in conſi. 15. in fi. q non excuſatur per ignorantiam is, qui habet penes ſe inſtrumentum rei, & hoc tenuerũt quoque Ale. Fely. Dec. & Gozad. quos citat, & ſequitur Tiraq. de retract. cõſang. §. 35. gl. 4. nu. 33. & bene declarat Alba in conſi. 18. nu. 1. & ſeq. vbi ponit multa exempla nõ legitimæ ignorãtiæ, & in ſpecie non videtur iuſta ignorantia filij de geſtis
3 a patre, quia inter coniunctos † præſumitur ſcientia, l. octaui, C. vnde cognati, l. de tutela, C. de in integr. reſt. mino. & in terminis inquit Dec. in cõſ. 272. in fine, q inter coniunctos ignorantia non eſt probabilis ad concedendum reſtitutionem ex generali clauſula, ſequitur Alba d. conſ. 18. col. 1. in fi. & dicit Ruyn. conſ. 50. nu. 17. vol. 1. quòd filius præſumitur ſcire factũ patris viuentis ratione cõiunctionis ſanguinis, & cohabitationis. Ruſus ex ſcriptura notarij, qui inſtrumenta nunc exhibita leuauit, conſtat eadẽ fuiſſe aliàs extracta, & patri Dominorũ agentium tradita, ideo ad eos cenſentur vti patris hæredes perueniſſe, ſicuti peruenerũt alia bona hæreditaria, c. tua, de vſur. per quem textum dicit gl. fi. in c. ſi epiſcopum, 16. q. 6. quod ad
4 hæredem vniuerſalẽ perueniſſe † præſumitur res, quæ erat penes defunctum. & dicit Bal. in l. de his, C. de fur. q poſſidens domum hæres cenſetur poſſidere omnia mobilia in domo contenta, & iam dictum eſt ex Aret. & Alba, quod habens inſtrumentum penes ſe, nõn poteſt ignorãtiam prætendere.

Tertiò Cur. ſen. in d. conſ. 59. col. 3. ver. quartò principali fundamento, cõcludit quod minori nõ detur reſtitutio in integrum ex generali clauſula,
5 quia ei etiam denegatur reſtitutio † ex capite minoris ætatis, quæ tamen ſecundum eum eſt fauorabilior quàm ea, quæ conceditur propter iuſtam ignorãtiam, l. fi. vbi Bal. in 2. not. de reſt. in integr. & alios citat Tiraq. d. §. 35. gl. 4. nu. 45. & ſeq.

Eis tñ non obſtantibus firmiter, & ſine dubitatione teneo quòd omnino concedenda ſit reſtitutio aduerſus præſcriptionẽ, ſi modo ea cõpleta eſt: qđ tñ non admitto, quia ſubducta pupillari ætate non intercedit lapſus quadraginta annorũ. eam
6 verò ætatẽ ſubducendam eſſe † probant tex. in authen. niſi tricẽnale, in fin. C. de bo. mater. & in l. ſicut, §. nõ ſecus, C. de preſcr. trig. vel quadrag. ann. vbi notant oẽs Doc. quicquid tñ ſit vbicunque dicimus contra abſentẽ ignorantẽ, vel aliter impeditũ præſcriptionẽ currere ipſo iure: id tñ ita intelligitur, quod ſi iuſta aliqua cauſa intercedat, tunc licet ea non ſuſpendat præſcriptionẽ, nec eius cur-
7 ſum impediat, datur tñ tali impedito † reſtitutio in integrum ex generali clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa, gl. in l. ſi ſic, in ver. vna ſeruitus, vbi Caſt. eã notat. ff. quemad. ſeruit. amit. gl. fi. in l. 2. C. de iure emph. vbi Cy. Bar. Bal. Sali. & alij oẽs ſequuntur, & inferunt quod etſi hæres emphyteutæ non ſoluendo canonẽ rem perdat, reſtituitur tñ ſi ignorabat rem eſſe emphyteuticam, & hanc opinionẽ tenent Anch. Imo. Caſt. Fulgo. Butr. Paul. Eleaz. Zenzelin. Cardin. Floren. Roma. Ale. Ange. Aret. Cæpol. Corn. Bal. nouel. Barbat. Aret. Gui. Papæ, Balb. Dec. & Marſi. quos oẽs citat Tiraqu. de retract. conſang. §. 35. gl. 4. nu. 35. hanc item probarunt Abb. Fely. Iaſ. Afflict. Alciat. Grat. Didac. & Boer. quos refert Pinell. in d. auth. niſi tricennale, nu. 58. vbi dicit non dubitari, quin hæc ſit communis opinio, & ibi plures etiam refert tenentes hoc in præſcriptione quadraginta annorum, de qua ẽt loquitur Balb. in d. trac. par. 4. in fine, q. 29. Vaſq. quoque alios citat, & communem dicit in tracta. illuſtr. quæſtio. c. 75. n. 1. eandem probauit Decif. Ped. 69. nu. 16. & D. Becius in conſi. 50. vbi loquitur in præſcriptione quadraginta annorum, & prædicti Doctores loquuntur indiſtinctè, & nõ conſtituũt diſcrimen inter actorem & reũ, ergo indiſtinctè ſunt intelligendi, l. de pretio, ff. de publiciana.

Secundò hoc videtur probari ex gl. in l. ſi partẽ, §. 1. in ver. non vtendo, ff. quemad. ſeruitu. amitt.
8 vbi dicit quod etſi legatarius † amittat ſeruiturẽ ſibi legatam, ſi longo tpe nõ petijt nec ea vſus eſt: tñ ſi ideo non petijt, quia ignorauit legatũ ſibi factũ, reſtituitur ex generali clauſula. ecce ergo qđ loquitur gl. in actore, non in reo, qui ignorauit legatum, & nõ eſt vſus ſeruitute, non põt dici reus, ſed actor petendo ſeruitutem. idem tenuit Bal. in l. fi. col. 13. verſi. ſed iuxta hoc quæro, de qua ignorantia, C. de præſcrip. lon. temp. vbi inquit, ſi ignoro rem eſſe meam, quæ tñ mihi fuit legata: tunc licèt alius eam poſſidendo præſcribat, tñ datur legatario reſtitutio ex clauſula generali, Bal. refert, & ſequitur Balb. in d. tracta. præſcript. par. 4. in fi. q. 29. nu. 9. ego enim in meo codice Baldum non inuenio. cum itaque res poſſideatur ab alio, non põt dici, quod petens reſtitutionem eſſet reus, vel eã poſtularet ad defenſionẽ rei a ſe poſſeſſæ, Pinell. quoque dicta auth. niſi tricennale, col. penul. nu. 60. loquitur in petente legatum, non in excipiente, & dicit generaliter hoc eſſe verum, quãdo agitur de perſonali actione, puta petendo legatũ, vel aliud debitum, & ita pariter dicit D. Becius in petente legatum, conſi. 50. fatendum eſt itaque reſtitutionem dari nedum reo, ſed etiam actori.

Tertiò reſtitutionem dari actori, voluerũt mul
9 ti Doctores, † præcipuè Alexan. in conſil. 71. vol. 1. ita enim cum de actore loqui colligitur, num. 2. verſi. ſed præmiſſis, & uerſ. ſecundò pro dicto vaſallo, Ruy. in conſ. 54. nu. 9. vol. 5. Cra. in cõſ. 202. nu. 34. Ancha. famil. quæſt. lib. 1. q. 59. vbi & ipſe hoc tenet, licèt loquatur de minore. ſed in hoc nõ eſt differẽtia, quia non ſolũ minori, ſed etiam ma-

iori conceditur reſtitutio ex generali clauſula, vt
ponũt Doctores in l.cum filiusfamilias, §. in hac,
ff.de verb.oblig. & Piuell.d.nu.60. dicit non eſſe
ſpeciale in minore.

Quartò omnes Doctores, qui dicũt reſtitutio-
nem eſſe concedendam, allegant gl.in d.l.ſi partẽ,
§.1.in verſ.non vtendo, quæ loquitur in legatario
agente ad ſibi legatam ſeruitutem: ergo ipſi quo-
que intelligi debẽt de actore, nõ de ſolo reo, quia
10 communiter Doctores † intelligi debent ſecun-
dum legem, quam allegant, Bar.in l.non ſolum, §.
liberationis, ff.de liberat. legata.

Quintò videtur ꝙ communis opinio Doctorũ
tenentium ꝙ reſtitutio in integrum detur ex ca-
pite ignorantiæ, non poſſit aliter intelligi, niſi in
actore, qñ agimus de vera præſcriptione rei cor-
poralis: nam vbi petens reſtitutionẽ poſſideret, nõ
opus eſſet reſtitutionem petere, quia contra eum
non curreret præſcriptio, quæ non datur ſine poſ-
ſeſsione, c.ſine poſſeſsione, de reg.iur. in 6. & vbi
non pręcedit præſcriptio, nõ requiritur reſtitutio,
quæ præſupponit priuationem. id enim reddit re-
11 ſtitutio, † quod præſcriptio abſtulit, arg.l.1.§.ele
ganter, cũ ibi nota. ff.depoſ. Ang. cõſ.158.l.quod
ſi minor, §.reſtitutio, ff.de mino. dixi conſ.79.nu.
8.& ſeqq. ſi ergo tũc datur reſtitutio qñ pars poſ-
ſidet, fatendum eſt dari agenti non excipienti, cũ
agere is cogatur qui non poſsidet, & ineptus eſſet
poſſeſſor, qui aliũ cõueniret pro re, quã poſsidet.

Non obſtat igitur Cur.ſen.in d.conſi.59. quia
12 eius diſtinctio † tanquã repugnans deciſioni glo.
& aliorũ ſupra relatorum, pręcipuè Alex. Ruyn.&
Crau. attendenda nõ eſt. illi, vel indiſtinctè loquũ
tur, vel expreſsę in actore. & gl.in l.ſi partẽ, quam
allegant, loquitur in agente, ita vt eodẽ modo ipſi
intelligantur. Pręterea eius opinio expreſſe repro
batur a Cagnolo in l.2.q.77.n.223.C. de pac.in-
ter empt.& ven. vbi dicit opinionem Bar. eſſe cõ-
munem, quidquid aliàs ipſemet tenuerit in prio-
ribus ſcriptis. & dicit Rol.conſ. 10.nu. 17.& 18.ꝙ
Curtij ſententia communiter non tenetur; & dicit
Natta quòd durum eſſet recedere a præſenti ſen-
tentia, quæ ſumma nititur æquitate, in conſi.492.
num.5.in fi. vbi nominatim diſcedit a Curt.

Minus mouẽt notata a Dyno in c. cum quis in
ius, de reg.iur.in 6.& a Doct.in d.§.in hac, & a gl.
Bar.& alijs in l.qui in alterius, dũ volunt actorem
non excuſari propter ignorantiã: quia & ſi non vi
derim aliquẽ huic fundamento ſpecialiter reſpon
13 dentem, tñ loquuntur prædicta † quoad damnũ,
quod quis incurrit comparendo in iudicio: ab eo
enim agens non excuſatur, & ita qñ damnum ex
eo prouenit, quod quis in iudicio contraxerit, vel
cõparuerit, idque deprehẽditur ex iuribus ab eis
allegatis, & in l.qui in alterius. ibi enim reus excu
ſatur ab expenſis, ſed non actor. & in d. §. in hac,
reus qui ſe defendendo contrauenit ſtipulationi
factæ ab eo, cui ſucceſsit, excuſatur a pęna ſtipul.
ſed nõ is qui agendo cõtrauenit: vtrunque enim,
id eſt expenſarum condemnatio, & pęnæ commiſ-
ſio incurritur eo ipſo quod in iudicio is cõparuit:
ſecus tñ eſt, qñ damnum aliunde ortum eſt, quàm
ex eo ꝙ comparuit in iudicio, & qñ iam erat cau-
ſatum ante rem in iudicium deductã: ab eo enim
damno ignorantia excuſat, ſiue is, qui damnũ ſen
ſit, actor poſtea ſit, ſiue reus; atque ita loquuntur
Doctores, qui dicunt reſtitutionẽ dari ꝑꝑ ignorã
tiam. & quod ita intelligantur Doctores in l. qui
in alterius, & in §. in hac, probatur ex ratione, quã
ponit tex.in d.l.qui in alterius, & qua vtitur Bart.
d.§.in hac, nu.1. ideo actor non excuſatur, quia cũ
ſit in eius facultate, qñ velit agere, debet explora-
re diligenter antequam veniat ad iudicium: reus
autem cũ non ſit in ſua facultate, qñ conueniatur,
cogitur defenſionem ſuſcipere. hæc autẽ ratio non
militat, qñ actor paſſus eſt iacturam præſcriptio-
nis antequam veniat ad iudiciũ: ſua enim explo-
ratio non eſt profutura, & ſibi non imputatur, ꝙ
nõ inueſtigauerit antequam veniret ad iudicium.
quid enim ſi habita ſtatim notitia ſui iuris egitẽ
vtique hoc caſu non erit in culpa. ratio ita diuerſi
tatis inter primum & ſecundũ caſum eſt, quia non
agendo nõ incurrebat damnum expenſarum, vel
pœnę ſtipulatę; & ſi inueſtigaſſet, potuiſſet habere
notitiam pęnæ ſtipulatæ, & non iuris ſui: in ſecun-
do verò caſu cũ nõ agendo amiſerat ius ſuum me-
diante præſcriptione: ideo cum damnum habue-
rit alia ex cauſa quã quod egerit, non imputatur,
eo ꝙ nimis properè venerit ad iudiciũ. exploratio
enim, & inueſtigatio nõ potuiſſet auertere dam-
num, quod iam fuerat illatũ. cum itaque ita ceſſet
ratio, ceſſare quoque debet diſpoſitio, c.cum ceſ-
ſante, de appell.cum ſimilib. & ſimili modo decla
rat Cagn.d.l.qui in alterius, nu.13.ff.de reg.iur.

Non repugnat ſcientię pręſumptio deducta a
conſanguinitate. notiſsima eſt enim reſponſio, qđ
inter conſanguineos cadit ſolum pręſumptio ſciẽ
tię quoad ea, quę concernunt ordinem affinitatis
14 † & ſanguinis progreſsionem, non autem quoad
contractum vnum, vel actum aliquem momenta-
neũ. ita declarant Bal.& Ang. in l. quoniam ſoro-
rem, C.de iure delib. Caſtr. & alij in l.prima, ff. ſi
cer.pet. vbi Ripa, nu.43. Alc.in l.qui Romę, §.duo
fratres, ff.de verb.obl. Dec.in conſi.445.nu.35.in
fi.& multos alios ad hoc citat Anto.Gabric.com-
mu.opin.li.1.ti.de præſump.concluſ.6.nu.16. vbi
infert ad multas deciſiones; & probat quod con-
iunctus non præſumitur habere ſcientiã contra-
ctus, vel alterius actus, quem geſſerit coniunctus,
pręcipuè ſi talis ſit, qui communiter non conſue-
uit eſſe notus cõiunctis, Ripa d.§.duo fratres, nu.
51. Rolan.conſi.3.nu.100.vol.primo, & ita decla
rat Iſern. qui non ſolet allegari, in c.primo, col.8.
circa med. de natu. ſucceſſ. feu. vbi dicit, ꝙ vxor
non pręſumitur ſcire factum mariti. quod enim
dicitur coniunctum præſumi quòd ſciat facta cõ-
iuncti, locum habet quoad conditionem perſona-
rum, quoad ętatem & validitatem, quę non poſ-
ſunt latere: at ſecus quoad alia, ſequitur Afflict.
ibi, nu.93. Georg. Natta de ſtatu. excluſ. fęmin. q.
2.prin.

2.prin.nu.62.Bertr. in conſ.15.nu.39. uol.1. & in
terminis q; præſumptio ſcientiæ deducta a conſan
guinitate,& ſanguinis coniunctione, non ſit ſuffi-
15 ciens ad impediendum reſtitutionẽ,† uoluit Ale.
in conſ.71.nu.8.uol. 1. qui mouetur prædictis ra-
tionibus,quia ſcilicet ſcientia eorum præſumitur,
quæ communiter ſolent eſſe nota , pulchrè Natta
in conſ.162.nu.44. ubi ſortius ſubdit non ſuffice-
re ẽt confuſam & generalem ſcientiam,ſed requi-
ri ſpecialem cum omnibus ſuis qualitatibus, & di
cit Ale.conſ.138.in fi.uolum.7. quod propter cõ-
ſanguinitatẽ non præſumitur ſcientia contractus,
ut ſciens excludatur a retractu.

Reſpondeo ſecundò,quod ex actis conſtat Do
minos fratres Papalardos ſuiſſe minores , qñ pa-
ter deceſsit : ergo non põt in eis præſumi ſcientia,
26 quia in minore † præſumitur ignorantia, l,ſi quis
patrẽ,uer.proinde,ff.ad Macedon.l.2. in fin.ff.de
iure fiſci,l.1.in fi.ff.de eden. Dec.in conſ.445.nu.
35.Ruy.conſ.60.n.25.uol.3.ubi dicit, q; cenſetur
ignorare uires ſui patrimonij, alios citat Cæpb.in
conſi.62.nu. 36. & non eſt uериſimile q; filius mi-
nor ſit informatus de his,quæ pater geſsit,cum fi-
lius minor nihil minus curet , quã rem familiarẽ;
& in eo ceſſat ratio, q̃ ſolet ab aliquib. allegari, q;
ſcilicet parẽtes ſoleãt cũ filijs cõferre ſactadomus.

Ex eo uerò q; notarius ſcripſerit eadem hęc in-
ſtrumẽta, leuaſſe & tradidiſſe D.Aluiſio eorũ pa-
tri, non infertur q; filij habuerint ſcientiam contẽ
torum in eis.ſi.n. conſtaret q; inſtrumenta perue-
nerint ad filiorum manus,bene probaretur ſciẽtia
per ea,quæ ponit Aretin.in conſ.15.in fin.cũ alijs
ſupra citatis,& Nat.d.conſ.162.nu.45.ſed hoc nõ
probatur.& licèt res quæ erat apud defunctum,p̃-
ſumatur ad hæredem perueniſſe:tñ ubi hæres ne-
gat eam ad ſe perueniſſe , ſtatur eius iuramento;
17 † Bar. & alij in l.ſi quis ex argentarijs, §. an uerò
hæredi,ff.de eden. Aret. in conſi. 120. & declarat
Alc.in tract.præſ.reg.2.præſ.21.nu.8.& hoc mul-
to magis procedit , quando non conſtat quòd res
eſſet penes defunctũ tempore mortis: potuit enim
aliquãdo deſunctus illam habuiſſe,& poſtea ami-
ſiſſe,uel etiam uſus fuiſſe, uti contigit in præſenti
facto, quia Dominus Aluiſius apprehẽdit domus
poſſeſsionem uigore inſtrumenti donationis , &
tunc illud potuit eſſe dimiſſum notario, qui fuit
rogatus de inſtrumento apprehenſionis.

Vltimò non obſtat quòd reſtitutio ratione mi
noris ætatis denegetur, ergo denegari multo ma-
gis debeat ex capite ignorãtiæ,quæ difficilius cõ-
ceditur,& eſt minus fauorabilis: allucinatur enim
18 † Cur.ſen. dum dicit reſtitutionẽ ex cauſa mino-
ris ætatis eſſe fauorabilem magis,quàm ex clauſu
la generali.contrariũ enim tenuerunt Bart. Bal.&
alij in d.l.cum filiusfamilias,§. in hac,ff.de verbo.
oblig.cũ alijs citatis a Nat. Rol. & alijs ſupra, qui
19 dicunt minori † cũ quo nihil eſt geſtum , dari ex
generali clauſula reſtitutionem,licèt ei denegetur
ex titulo de minoribus aduerſus lapsũ tẽporis cõ-
uentionalis, & alios citat Tiraq. d.§.35.gl.4.n.48.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptio, per quam demonſtratur actori ipſo iure nõ competere actionem, cognoſci debet ante litis conteſtationem.*

2 *Gradus ſequens non admittitur, dum præcedenti locus eſſe poteſt.*

3 *Incõtinẽti probari exceptio dicitur arbitrio Iudicis.*

4 *Exceptio perẽptoria , quomodo poſſit deduci ad proceſſum, & non ad merita.*

5 *Exceptio peremptoria oppoſita ad proceſſum . impedit litis ingreſſum, etiam ſi actor vellet contra exceptionem rei probare.*

6 *Exceptio omnis ſi reijciatur a ſtatuto , non cenſetur reiecta, quæ incontinenti probatur.*

7 *Exceptio peremptoria dicitur, quæ in totum perimit principale negocium.*

8 *Exceptio peremptoria opponi debet poſt litis conteſtationem.*

9 *Exceptio requirens altiorem indaginem reſeruatur & non impedit litis ingreſſum.*

10 *Exceptio dicitur altiorem requirere indaginem, quãdo non eſt liquida , nec poteſt breui liquidari, vel quando requirit diſcuſſionem in iure, vel in facto.*

11 *Exceptio requirere dicitur altiorem indaginem , etiam quando continet ſolum dubium iuris.*

12 *Exceptio quando dicatur requirere altiorem indaginem, ſtatur arbitrio Iudicis.*

13 *Decretum prouinciæ habetur pro lege, & derogat iuri communi.*

14 *Princeps ſtatuit contra ius poſitiuum, ſubuertit ordinem iudicij, & tollit exceptiones dilatorias.*

15 *Exceptio peremptoria non poteſt opponi ante litẽ conteſtatã, etiã incontinenti probata, præter exceptionem iuriſiurandi, rei iudicatæ, & tranſactionis.*

16 *Afflict. in deciſ. 63. impugnatur.*

17 *Producens ſcripturam , cenſetur eam approbare ſolùm in eo, ad quod produxit.*

18 *Probatio non dicitur facta incontinenti , quando vel a proponente non probatur, vel offuſcatur ab aduerſario.*

19 *Inſtrumentum non facit indubitatam fidem, quando de eius veritate diſceptatur.*

20 *Confeſſio iudicialis non inducit notorium , quando offuſcatur ex aliqua cauſa.*

21 *Compromiſſo ex ſtatuto eſt locus, etiam in cauſa inſtrumentaria, ſi contra inſtrumentum aliqua opponantur, quæ diſcuſſionem exigant.*

22 *Exceptio eſt actionis excluſio.*

23 *Replicatio eſt reſolutio exceptionis.*

CONSILIVM CCLII.

ARTICVLVS, qui agitur inter Illuſtrem Dominum Proſperum Carretum, & Illuſtrem Dominum Boniſacium etiam Carretum , in eo conſiſtit , an ante conteſtatam litẽ ſit cognoſcendum ſuper oppoſitione facta a Domino Bonifacio , quòd actio non competat Domino Proſpero ad bona maioratui ſeu fideicom-

miſſo ſuppoſita, viuente Illuſt. Dño Galeoto eius
patre, qui tempore Dñi Vincentij erat primogeni
tus, & maior natu? Videtur enim eã ante progreſ-
ſum ad vlteriora diſcutiẽdam eſſe: omnis enim ex-
ceptio, per quam demonſtratur actori non compe
1 tere ipſo iure actionem, impedit † litis ingreſſum,
& cognoſci debet ante litis conteſtationem, Spec.
in tit. de except. §. dicto, nu. 43. Bar. in l. nam & po
ſtea, in princ. nu. 7. ff. de iureiur. quia ſine actione
nemo experitur, ſequitur ibi Angel. & Fulgo. item
Alex. nu. 6. & Iaſ. nu. 16. qui tñ duo legunt dictam
legem ſub l. ait Prætor. idem Bar. in l. ſi pupillo, §.
videamus, nu. 7. ff. de neg. geſt. Caſtr. in conſ. 221.
nu. 5. vol. 2. Rom. in conſ. 214. nu. 3. & in conſ. 466.
nu... verſ. clarum eſt, Aret. in conſ. 48. col. 3. ver. ad
ſecundum, Alex. ad Bar. in l. vir bonus, col. 1. circa
mediũ, ff. iud. ſolui. & in conſ. 62. nu. 15. vol. 7. Fel.
in cap. exceptionem, col. antepen. de exceptio. vbi
dicit quòd reus opponens ſimilem exceptionem,
non tenetur reſpondere interrogatorio, an ſit hæ-
res; quia exceptio impedit proceſſum, Auſre. &
Capell. Tholoſ. deciſ. 29. & in deciſ. 335. Neuiz. in
conſ. 30. nu. 7. Blanch. in tract. de cõpromiſ. quęſt.
4. tit. de exceptio. ex defec. actio. num. 1. vbi latè
agit, Menoc. in conſ. 89. nu. 74. vbi quòd eſt exce-
ptio litis finitæ, & hoc admittunt omnes, quando
probatur incontinenti, vt poteſt videri apud præ-
dictos, quibus conueniunt Burr. & Abb. in cap. ſu-
per literis, de reſcript. Felyn. d. cap. exceptionem,
num. 36. in præſenti autem caſu fuit incontinenti
probata exceptio, quia cõſtat Dominum Proſpe-
rum habere patrem superuiuentem, qui tanquam
maior natu, & primogenitus vocatur ad fideicom
miſſum ſeu ſubſtitutionem: nũquam enim ſequẽs
2 † gradus admittitur, dum ſubeſt primus, l. cum in
teſtamento, in princ. ff. de hære. inſtit. l. 3. vbi Bar.
Bald. Caſtren. Roman. & alij, ff. de acqui. hæred. l.
quamdiu, la terza, ff. eod. tit. vbi Bar. & alij omnes.
comprobat multis adductis D. Becius in conſ. 26.
num. 1. & ſeq. & licèt inter Doctores ſit contentio,
quando exceptio dicatur incõtinenti probata, vel
requirere altiorem indaginem, & aliqui velint eſſe
3 ſtandum iudicis arbitrio, † vt poſt Caſt. & Socin.
vult Felyn. in d. cap. exceptionem, num. 36. quem
ſequitur Menoc. de arbit. iudic. caſu 19. tamen hic
probata fuit confeſſione partis & notorio facti per
manentis, ita quod ſuperuiuentia Domini Galeo
ti non poteſt reuocari in dubium.

Hæc autem clariora ſunt, quando Dominus
Boniſacius huiuſmodi exceptionem non ad meri-
ta, ſed ad proceſſum oppoſuit dicendo, non potes
4 agere, † quia actionem non habes, vt inſtruit Spe.
d. §. dicto, num. 43. Cyn. poſt Iac. de Aret. in l. em-
ptor, C. de præſcript. decem vel viginti annorum,
Bart. in l. cum quærebatur, in fi. princ. ff. iud. ſolui,
& in l. fin. nu. 3. ff. pro ſuo, Ang. d. l. nam & poſtea,
col. 1. verſi. & prædicta intelligo, Roman. d. l. præ-
tor, nu. 12. vbi Alex. nu. 15. & Iaſ. nu. 17. Ang. in §.
æquè, col. pen. verſ. aduertas tñ, Inſt. de excep. Ca-
pel. Thol. deciſ. 67. Fel. d. c. exceptionẽ, col. 10. ver.
& dum Dec. d. c. ſuper literis, nu. 11. Ripa in l. ſi in-
ſulam, num. 79. ff. de verb. oblig. Blanc. in d. tracta.
quæſtio. 4. tit. de except. imp. lit. ingreſſum, nu. 29.
vbi docet quod peremptoria exceptio opponatur
in vim declinatorię ad proceſſum, & non ad meri-
ta, Maran. de ord. iud. par. 6. princ. in 9. mem. 1. p.
nu. 73. quinimò in dubio talis exceptio cẽſetur op
poſita ad proceſſum, vt per Bald. in d. l. ait prætor,
vbi Rom. num. 9. in fi. Alex. nu. 15. & Iaſ. num. 19.

Nec dicatur procedere ſolum, quando exce-
ptio eſt taliter probata, quod actor nihil põt con-
tra eam replicare: ad hoc enim reſpondeo, quod
etiam ſi actor multa vellet replicare, & probare
contra exceptionem rei, quæ requirerent altiorem
indaginẽ, nihilominus ſuper ipſa replicatione co-
5 gnoſcendũ eſt ante litis cõteſtationem, & † actori
ſtatuendus eſt terminus ad probandum ſuam re-
plicationem. ita voluit Ioan. And. in c. 1. ſuper glo.
in verſi. finita, de litis conteſtat. in 6. quem citat, &
ſequitur Afflict. in deciſ. 63. dicens hoc nõ eſſe ali-
bi, & fuiſſe iudicatũ, Afflict. refert & ſequitur ſim-
pliciter Neuiza. in d. conſ. 30. num. 7. ſufficit ergo,
quod ex parte rei fuerit incontinẽti probata, licèt
ex replicatione actoris requirat altiorem indagi-
nem, & idem tenet Maran. dicto 6. mem. num. 16.

Non obſtat etiam decretum Ducale, quo diſpo
nitur, quod omnis exceptio dilatoria, ſeu perem-
ptoria reſeruatur ad finem litis, quia locum habet
in exceptione, quæ non ſit incontinenti probata,
ſed requirat altiorem indaginem: ideo enim decre
tum reſeruat exceptionem ad finem litis, quia ſu-
ſpicatur, ne reus ita excipiat ad protelandum litẽ,
& differendum iudicium. hæc autem ſuſpicio ceſ-
ſat, qñ fit prompta probatio: ergo ceſſare quoque
debet diſpoſitio, & hoc videtur probari in ca. lite-
ras, in verſi, propterea, de reſtitut. ſpoliat. gl. in l. 1.
ff. de tabul. exhib. per quæ iura dixit Abb. in c. ſu-
6 ſcitata, nu. 7. de in integr. reſtit. quod ſtatuta † ex-
cludentia quaſcunque exceptiones, non videntur
eas excludere, quæ incontinenti probantur, & ſe
conſueuiſſe in conſiijs ſępè id allegare, & hoc dicit
benè notandum Abb. in c. ſuper eo, in fine, de off.
deleg. quia probatio incontinenti purgat pręſum-
ptionem malitię, Corſet. in ſing. exceptio. il ſecon-
do, incip. ſi ſtatutum tollat exceptionem, Felyn. in
c. ex parte, il ſecondo, nu. 9. de off. deleg. vbi Dec.
nu. 6. verſi. ſeptimò fallit, vbi reprobat Alex. con-
trarium tenentem, Iaſ. l. iuriſgentium, §. quod ſe-
rè, nu. 15. ff. de pact. Dec. c. an ſit, nu. 2. de appellat.

Veruntamen his non mouentibus, verius eſt ex
ceptionem prædictam eſſe ad finem litis reſeruan-
7 dam; primò, quia eſt peremptoria, † ex quo in to-
tum perimit negocium principale, ſecundum Cy.
Bald. Ang. & Sali. in l. peremptorias, C. ſenten. re
ſcin. non poſ. exceptio verò peremptoria opponi
8 non põt, nec debet, niſi poſt † cõteſtationem litis,
c. exceptionem, de exceptio. cap. 1. de litis conte-
ſtat. in 6. l. cum quærebatur, ff. iudic. ſolui. & iudex
ſuper exceptione peremptoria declarat cum ipſa
diffinitiua ſententia, Bal. in l. poſtquam liti, col. 2.

C. de

C.de pact.& in l.exceptionē,in fi.C.de prob.Bar.
in l.fi.ff.pro ſuo,Doctores in d.l.nam & poſtea,ff.
de iureiu.Alex.& Iaſ.in d.l.ait Prætor. ideo nō eſt
diſcutiendū, an ius fideicommiſſi ſit delatū Dño
Proſpero,& an ei ius competat viuente patre.

Secundò adduco quòd hæc exceptio,an viuen
te patre Dñs Proſper poſſit agere, requirit altiorē
indaginem, quia diſcutiendum eſt,an ſtãte patris
repudiatione fuerit aperta via Domino Proſpero
filio,an verò Dño Bonifacio,qui eſt filius Domi-
ni Alberti, & eſt maior natu, propterea reſeruan-
9 da † eſt ad finem litis,l.ſi quidem, C. de except.
Bar.& Doctores omnes in l.nam & poſtea,& in d.
l.ait Prætor,ff.de iureiu.vbi Iaſ.nu.23.dicit,quòd
reſeruatur præparato, nō autem excutitur in pręparante,
Bar.d.l.cum quærebatur,num.3.ver.hoc
tamen,Soc.in c.primo,in ſecunda q.7.artic.extra
de litis cõteſt.Aufre.ad Capell.Tholoſ.deciſ.166.
in fi.& in deciſ.52.Ang.in §.æquè, col. penult.nu.
10.ver.& prædicta ſunt vera, Inſti. de excep. Ma-
ran.de ord.iudic.par.6.in 9.mem.nu.14.Natta in
conſ.182.nu.ſecundo,vbi poſt Bar.in d.l.fi.ff.pro
ſuo, dicit quod aſſerens litem non eſſe conteſtan-
dam propter aliquam exceptionem, debet eā in-
continenti probare, aliàs iudex pronunciat litem
pro conteſtata,& idem dicit in conſi.153.nu.pri-
mo. dicitur autem exceptio requirere altiorē in-
daginem,quando non eſt liquida, nec poteſt bre-
10 ui † liquidari,ſecundum Bald. & alios in d.l.nā &
poſtea,Bar. & Alex.in l.4.§. condemnatum, ff.de
re iudic.& eos citat & ſequitur Maran.in loco præ
dicto,nu.16.item dicitur requirere altiorem inda
ginem exceptio,quæ agitationem requirit in iure
vel in facto, vt probat tex. in l.3.§.ibidem, iuncta
glo.in ver.obſcurior,ff.ad exhiben.Barto.Bald.&
Sali.in l.prima, C.de ord.cognit. declarat Bar.in
l.ille a quo,§.ſi de teſtamento, ff.ad Treb. vbi di-
cit, rem effici dubiam, ſi agatur de teſtamento, &
quis illud quidem fateatur, ſed neget fideicom-
miſſum,quod ideo teſtibus ſit probandum;& idē
11 eſt, quando ambiguitas eſt in iure, † vt poſt Ho-
ſtien, quem citat, concludit Imola d.§.ſi de teſta-
mento,in fine,comprobat Ange.in d.§.æquè,col.
penul.nu.10.ver.& q̄ exceptio, Inſti.de exceptio.
vbi ait text.in d.l.3.§.ibidem, eſſe ad hoc ſingula-
rem,& idem repetit in §.in bonæ fidei,nu.quinto,
Inſtit.de action. vbi inquit, quod & ſi vulgatiſſi-
mus ſit, non tamen conſueuit ad id allegari. hoc
etiam licèt de præmiſſis non faciat mentionem,vo
luit Capic.deciſ.10.nu.20. dicens quod exceptio
requirens dubiam iuris altercationem, debet ad
merita reſeruari,argumento eius quod dici ſolet,
dubij iuris errorem æquiparari errori facti, & qđ
admittitur libellus incertus, qñ ſubeſt probabile
iuris dubium. propterea licèt Rom. in rub. ff. de
arbi.nu.30.& in conſ.244.in fi. dicat arbitrio iu-
12 dicis † committi quæ dicatur exceptio altiorem
requirens indaginem, quem ſequuntur alij citati
a Meno.de arb.iud. caſu 20.nu.3. tamen ſtantib.
prædictis non poterit Iudex arbitrari,quandoqui
dem totius cauſæ difficultas in eo cõſiſtit,an mor-
tuo Domino Io. Vicentio ius fideicommiſſi aper-
tum ſit Domino Bonifacio,qui eſt filius Domini
Alberti iam ante defuncti, an verò Domino Pro-
ſpero filio Dñi Galeoti, attento quod Dñs Galeo
tus, cuius erat ꝓxima ſuccedēdi ſpes, repudiauit.

Tertiò moueor, quia in hoc Ducatu habemus
decretum,quod eſt ſextum in ordine,per quod re
ſeruantur in meritis oēs exceptiones dilatoriæ, &
peremptoriæ, ac quæcunque aliæ cuiuſuis nomi-
13 nis & qualitatis.hoc aūt decretū eſt pro lege † ſer-
uandum in toto Ducatu,Bar.& alij in l.omnes po
puli,ff.de iuſt.& iure.ēt ſi in contrarium ſit ius cō
mune,Alc.in conſi.134.nu.5.vol.6.Iaſ.in l.2.col.
4.ver.tene contrariam partem, C. ſi cõtra ius, vel
vtil. public.& vbi extat ſtatuti deciſio, inanis eſt
omnis diſputatio,ſecundum Corne.in conſi.109.
in fi.vol.1.& plurib. confirmat D. Becius in cõſi.
12.nu.1.& non eſt dubium, quod Princeps potuit
ita ſtatuere, quia hic ordo iudicij, ſecūdum quem
debet diſcuti ante litem conteſtatam,exceptio re-
14 quirens agitationem eſt iuris poſitiui,† & ſubuer
ti poteſt a Principe,etiam ſine cauſa,l. Princeps.ff.
de legib.l.digna vox,C.eo.tit. Doctores in c.quæ
in eccleſiarum, de conſtitu. & in l. omnes populi,
ff.de iuſti.& iure,Craue. in conſi.119.nu.2.& in
reſpon.pro genero,nu. 211.vbi ait, poſſe Princi-
pem derogare iuri ſcripto & ſolemnitatibus ab eo
introductis,& nu.238.inquit poſſe tollere omnes
exceptiones dilatorias. poteſt item tollere omnes
nullitates,& proceſſum ſanare, Guido Papæ cõſi.
178.in 5.dubio,& in conſi.205.in 6.& decernere
quod vnica ſententia finiatur petitorium cū poſ-
ſeſſorio,ita vt non obſtet exceptio ſpolij, Alex. in
conſi. 54. colum.5.volum.1. Craue. pro genero,
num. 239.vbi idem dicit, quando mandat quòd
omiſſo poſſeſſorio decidatur petitorium. non eſt
ergo de validitate decreti dubitandum.

Non obſtat autē quod hæc exceptio tanquam
incontinēti probata,debeat ante litis conteſtatio-
nē terminari, cum ſit in vim dilatoriæ oppoſita ad
proceſſum,& nō ad merita: quia reſpondeo, ꝙ ea
15 opinio fuit originalis † Archid.in cap.vt circa, de
electio.in 6.ſed a multis mordetur,ut inquit Abb.
in c.ſuper literis,n.8.de reſcrip.& ibi inquit Butr.
col.17.quod communiter nō tenetur, & Fely.ibi
in fine ponit principalem rationem. Nā ſi omnis
exceptio peremptoria incontinenti probata impe
diret litis conteſtationem, & eſſet decidenda ante
proceſſum ad vlteriora, nihil eſſet ſpecialitatis in
illis tribus exceptionibus, de quibus in ca.primo,
de litis conteſta.in 6.nec in alijs ſimilibus: quini-
mò poſſet conſtitui in contrarium generalis regu-
la,quod tñ videtur negari in d.cap.primo, & eſſet
abſurdum,& cum eis tranſit etiam Blāch.in tract.
de cõprom.q.4.tit.de exceptio.ex leg.com.& mu
nicip.nu.17.quia quæ in uim dilatoriæ opponitur
ad proceſſum nō eſt merè peremptoria exceptio,
ſed mixta, ideo non eſt dicendum quod habeant
eandem vim, quam habent merè peremptoriæ.

Secundò reſpondeo quod vbi etiam contraria
opinio eſſet verior, tamen procederet, quando in-
continenti probaretur; ſed in præſenti caſu non
probatur incontinenti, ſed maximum remanet iu-
ris dubium, vt dixi in ſecundo ſundamento huius
partis, & paulo infra demonſtrabo.

Tertiò rñdeo, quod contrariũ poſſet procedere
inſpecto iure cõi. ſed in caſu noſtro extat decretũ
mandãs ſimiles exceptiones reſeruari ad finẽ li-
tis, ideo fruſtra opponuntur ante conteſtationem.

Non etiam reſiſtit, quod exceptio reſeruanda
non ſit ẽt ſi requirat indaginem propter actoris re
plicationem, ſecundum Afflict. in deciſ. 63. nam ſi
cuique liberum eſt velle ſuum, non credo Afflict.
36 bene loqui. † Io. And. enim in loco per eum citato
non dicit id, ad quod allegatur, ſed ſimpliciter trã
ſit cum glo. quæ vult quod exceptiones illę impe-
diant litis conteſtationem; & non examinat, an ex
replicatione actoris indaginẽ requirat, Neuiza. au
tem, & Maran. qui referunt Afflictũ, non eum alle
gant ad probandũ id, de quo nunc tractamus; ſed
ad probandũ quod vbi probatur incontinenti im-
peditur cõteſtatio, ideo non vñr in alio ſequi eius
dictum, vt videmus in producente ſcripturã, qui
eam cenſetur approbare ſolum in eo, ad quod pro
37 duxit, † Gul. Cun. in l. 2. C. de inſtit. & ſubſtit. &
ſequitur Socin. & Florian. quos citat Cæphal. in
conſil. 236. nu. 21. & quòd ſit falſum eius dictum
probatur: nam vt probatio nõ dicatur prompta,
ſeu incontinenti, non refert, an dubietas inſurgat
ex probatione allegantis, vel potius ex replicatio-
38 ne † aduerſarij, ſed vtroque caſu dicitur dubia, vt
oſtendit Brun. in conſi. 1. num. 13. & ſeq. & clarius
Campeg. ibi, conſi. 2. nu. 10. vbi poſt Io. And. di-
cunt agnatum non eſſe admittendũ ad impedien-
dum, ne filia mittatur in poſſeſſionem bonorum,
quæ pater poſſidebat, etiam ſi probent bona eſſe
feudalia: quia ſi filia alleget ſe ex pacto, conſue-
tudine, vel alia cauſa habilem ad ſuccedendũ, con
cedetur immiſſio illa exceptione feudalitatis reſer
uata in petitorium iudiciũ, ſequitur Rol. in conſi.
1. nu. 67. vol. 1. atque ita non dicitur incontinenti
probare, qui allegat probationem, cui aliquid op-
ponitur, quia per obiectionem partis, probatio
alioquin clara & liquida obſcuratur. hinc dicimus
quod & ſi inſtrumentum ſit probatio probata: ta-
39 men fallit quando eius veritas in dubium † reuo-
catur, Imola in l. 1. in princ. col. 1. in fi. verſi. quali-
ter autem, & ibi Iaſ. nu. 10. Ruyn. nu. 43. & Horm.
nu. 38. ff. de op. noui nunc. Rapha. in l. 4. §. condẽ-
natum, vbi Alex. nu. 17. ff. de re iud. Soc. in conſil.
266. nu. 3. & 4. vol. 2. vbi citat Butr. & Anch. Dec.
in conſil. 474. nu. 3. Ruyn. in conſi. 128. nume. 13.
vol. 4. Crot. in conſi. 127. nu. 9. Natta in conſi. 51.
nu. 19. Rolan. in conſil. 40. nu. 40. volum. 2. Cæph.
conſi. 241. nu. 34. Deciſ. Pedem. 129. nu. 7. latè D.
Becius in conſil. 52. nu. 91. & ſeq. & ideo dicimus
etiam quod & ſi confeſſio facta in iudicio inducat
notorium: tamen fallit, quando per aduerſarium
30 † offuſcatur ex aliqua cauſa, vt voluit glo. in cap.
cum olim, de verb. ſign. vbi Abb. & in c. qui cõtra,
de reg. iur. in 6. notorium enim qñ ex aliquo offu
ſcatur, non operatur ſuos effectus, Nicol. Mil. in
ſuo reperto. in ver. poſſeſſorio recuperãdæ agenti
obſtat &c. fol. 285. & cõprobat multis Lancell. in
tract. de attenta. in 2. par. c. 12. lim. 9. nu. 4. vbi di
cit quod notoriũ hoc caſu perdit vires ſuas, & nõ
obſtat. & dicit Soc. in conſ. 4. vol. 1. quod & ſi ſta-
21 tutum de cauſis inter affines cõpromittendis † nõ
habeat locum, qñ cauſa eſt ſuper contentis in in-
ſtrumento guarentigiato, quod ex forma ſtatuti
habet exequutionẽ paratam: tamen fallit quando
inſtrumentũ patitur contradictionem, quia cauſa
tunc compromittitur. non enim res efficitur clara
ex inſtrumento, cui aliquid opponitur, ſequitur
Blanch. d. tract. de comprom. q. 4. tit. de qui. cau.
poſſ. vel deb. comprom. nu. 5. apparet ergo q̃ dici
tur liquida probatio, vel incontinenti facta, qñ ex
replicatione efficitur dubia. & rõ eſt, quia ſicuti ex
22 ceptio † eſt actionis excluſio, l. 2. ff. de excep. Inſt.
eod. tit. in fi. princ. vbi Aret. nu. 8. latè Fel. in rubr.
extra eod. tit. in princ. vbi alios citat: ita replicatio
23 eſt reſolutio exceptionis, † Inſtitut. de replicat. in
princ. Io. Andr. & Butr. in c. 2. de except. l. antep,
ff. de except. & ſemper ad eum effectum obijcitur
vt exceptionem impugnet, l. 2. §. 1. ff. eo. exceptio
autem replicatione reſoluta, & eliſa non dicitur
probatio: multò ergo minus dicetur probatio in-
continenti facta, attento quod nihil releuat.

Reſpondeo ſecundò, quod dictum Afflicti poſ
ſet fortè ſuſtineri in tribus illis exceptionibus, de
quibus in cap. 1. de lit. conteſt. in 6. ſunt enim cæ-
teris plus priuilegiatæ, vt ſupra dixi, & Afflictus
loquitur in exceptione iuriſiurandi, quæ vna eſt
ex illis. non debet ergo id ad alias trahi non æquè
fauorabiles, & priuilegiatas.

Vltimò dico, quod contrarium procedere po-
teſt inſpecto ſolo iure communi: ſed nos habe-
mus decretum, quo reijciuntur exceptiones om-
nes ante litem conteſtatam oppoſitæ, & ad finem
litis reſeruantur; proinde ſiue dubia ſit exceptio
ex ſui natura, ſiue requirat altiorem indaginem,
ex replicatione rei non eſt ante conteſtationem
admittenda, ſed ad finem litis reſeruanda.

Poſtremum quoque non aduerſatur, quo dice-
batur decretum nõ intelligi de exceptione incon-
tinenti probata: quia reſpondeo, quod niſi inclu-
dat eas, quarum probatio fit incontinenti, erit
omnino ocioſum, & nihil operabitur: nã expreſ-
sè ante conteſtationem reijcit peremptorias. cer-
tum eſt autem, quod peremptorię poſſunt ſolum
opponi poſt litem conteſtatam, & quando oppo-
nuntur ante cõteſtationem in vim dilatoriarum,
debent probari incontinenti, vt ſupra deductum
eſt. vt ergo nõ ſit fruſtratorium, intelligi debet de
peremptorijs adductis in vim dilatoriarum, & in-
continenti probatis, cum aliter non poſſint ante
conteſtationem opponi. & pro hoc adduco, quod
voluit Bald. in l. 2. C. de appellat. qui ait quod ſi
24 Princeps reſcripto cauſam poſſeſſoriam † com-

mittat

mittat appellatione remota, non licebit appellare
etiã in caſibus, quibus ex cõi iure datur appellatio
a ſententia lata in poſſeſſorio, quia alias clauſula,
appellatione remota, nihil operaretur. per eãdem
rationem Aret. in conſi. 106. nu. 7. & 11. allegãdo
Bald. loco prædicto, dicit quod ſtatutũ prohibens
25 appellari † ab interloquutoria, habet locum etiã
in interloquutorijs, a quibus de iure cõi recipitur
appellatio, & vult hoc procedere etiam ſi ex alio
poſſet ſtatutum aliquid operari; & in fine ſubdit,
hanc eſſe realem ſtatuti mentem, ſicuti Deus eſt
Deus, latius Aret. in conſi. 20. col. 3. verſi. & quia,
vt audio, quidam cõſuluit. vbi mouetur ex doctr.
Bart. in l. 1. §. 1. ff. quod vi, aut clam, Bal. & Sal. in
l. ita pudor, C. de adulter. qui volunt quòd ſtante
ſtatuto, ne admittatur contra inſtrumentũ aliqua
exceptio, preterquã ſolutionis & falſitatis, quòd
omnis alia exceptio cenſeatur excluſa, & non in-
telligatur ſtatutum ſecundum ius cõe. adducit ẽt
rationem, quia vbi ſtatutum idem diſponit, quod
ius cõe, tunc dicitur continere iuris iam ceſſi extẽ
26 ſionem, & non reſtringitur ſecundum ius † cõe, l.
1. §. nunciatio, vbi Bartol. & alij, ff. de oper. noui
nunc. idem dicit Neguſ. in tracta. de pigno. in pri-
mo mem. octauæ par. princ. nu. 3. vbi infert quòd
conſtitutio Aegidiana prohibens appellationem,
habet locum etiam in caſibus, quibus regulariter
permittitur appellatio in cauſa poſſeſſorij. hoc ẽt
voluit Rimin. in conſil. 82. nume. 4. volum. 5. vbi
mouetur, quia duplex concurrit prohibitio: vna
iuris communis, altera ſtatuti, ſequitur Rolan. qui
eam regulam duplicis prohibitionis confirmat in
conſi. 7. num. 79. volum. 3. Benint. Rot. Bonon. de
ciſio. 17. in fine, adduco etiam quod voluit gloſſ.
in §. 1. in verſic. cauſam, in Authen. de intro. reis.
vbi inquit, ſtatutum mandans victum condemna-
27 ri, † intelligi etiam, quando habet iuſtam cauſam
litigandi. eam ſequitur ibi Ang. & illam ſingularẽ
facit in l. non ſolum, ff. de rei vend. Alb. de Roſate
in 2. par. ſtatuto. quæſt. 191. & hanc ſententiam li-
cèt aliqui impugnent, tamen ſequitur Alex. Barb.
Crem. Iaſ. Afflict. Marſil. Calcan. Io. de Selua, &
Gomeſ. quos citat, & ſequitur Ant. Gabr. comm.
opin. lib. 2. tit. de expen. conclu. prima. vbi dicit eſ-
ſe magis cõem opinionem, & poſſem plures cumu
lare deciſiones, quibus probatur quod ſtatutũ in-
telligi debet, vt aliquid operetur, præcipuè quãdo
idem diſponit, quod ius commune, & idem eſt in
pacto, in reſcripto, & in ceteris conceſſionib. vt ali
quãdo latè probaui. ſed predicta ſufficiãt pro nũc.
Ne igitur ſtatutum predictum, ſeu decretum ſtet
ociosè, ſine effectu operandi, intelligi debet etiam
ſi exceptio peremptoria incontinenti probetur. &
per hanc rationem dicit Alex. in conſil. 94. col. 2.
verſic. ſed etiam non eſt in ſe verum, volum. 4. vbi
dicit ſtatutum prohibens omnem exceptionem
28 contra ſnĩam, intelligi etiam de exceptionibus, q̃
incontinenti probantur, ex quo exceptiones non
incontinenti probatæ iam erant iure cõi reiectę, &
quoad eas nõ erat opus noua ſtatuti diſpoſitione.

Poſſem etiam reſpondere, quòd illud Abbatis
29 dictum multis rationibus impugnat † Alexan. in
d. conſi. 94. colum. 2. & 3. vbi inquit, quod nedum
Abbas, ſed etiam ſi Epiſcopus, & Cardinalis hoc
dixiſſet, non bènè dixiſſet, & eum ſequitur Iaſ. in
l. ait Prætor, in fin. princip. ff. de iureiuran. vbi ait
Alexan. moueri bona ratione, & videtur etiam ſe-
qui Dec. in cap. ſuper litteris, num. 11. in fi. de re-
ſcrip. & quamuis plures tranſeant cum opinione
Abbatis, tamen ſaluari poteſt Alexander in ſuis
terminis, quando ſcilicet ſtatutum alias nihil ope
raretur, quia tũc intelligitur etiam ſi exceptio in-
continenti foret probata.

S V M M A R I V M.

1 *Legatũ capi debet de manu hæredis, alias ſi propria authoritate capiatur, legatarius perdit ius ſuum.*
2 *Legatarius, qui ante aditã hæreditatẽ accepit legatũ propria authoritate, cogitur reſtituere ea adita.*
3 *Hæreditas non adita, non tranſmittitur.*
4 *Legatæ rei dominium tranſit ipſo iure in legatarium eo acceptante, alias ſecus.*
5 *Legari non poteſt hæredi a ſeipſo.*
6 *Prælegata, an veniant in reſtitutione fideicommiſſi ſtandum eſt coniecturis.*
7 *Prælegata non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi quando ſubſtituit exceptis legatis.*
8 *Actoris ex perſona ius metimur, & ibi exornatur.*
9 *Hæres non poteſt venire contra factum defuncti.*
10 *Grauatus non tenetur reſtituere quod habuit alio titulo quàm hæreditario.*
11 *Grauatus detrahit in reſtitutione fideicommiſſi quid quid ſibi debebatur a defuncto.*
12 *Grauatus onere reſtituendi, detrahit æs alienum hæreditarium, quod perſoluit.*
13 *Tutor poteſt ſibi ipſi ſoluere, ſi ſit creditor pupilli.*
14 *Tutor poteſt rem immobilem pupilli ſibi ipſi tradere, ſi ſibi ſit debita.*
15 *Adminiſtrator poteſt ſibi ſoluere.*
16 *Exequutor teſtamentarius poteſt ſibi ſoluere relictum in teſtamento.*
17. *Hæres in re certa capit authoritate propria rem ſibi relictam.*
18 *Legatum capi poteſt authoritate propria, quando nõ debetur hæredi Falcidia.*
19 *Legatum factum vni ex hæredibus, capi poteſt propria authoritate.*
20 *Legatum capi poteſt authoritate propria, quando nõ extat hæres a quo petatur.*
21 *Legatum ſi peruenit ad legatarium, ſine vitio retineri poteſt, nec conuenitur interdicto quorum legatorum.*
22 *Retentio facilius conceditur, quàm petitio.*
23 *Teſtator concedere poteſt licentiam capiendi legatum propria authoritate.*
24 *Legati dominium tranſit recta via in legatarium etiam ignorantem.*
25 *Legatum purum tranſmittitur ad legatarij hæredes.*
26 *Legatario repudiante fingitur dominium retro nunquam tranſlatum.*

Fidei-

27 *Fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur. fallit in puro.*
28 *Fideicommiſſum purificatum tranſmittitur.*
29 *Poßidere quis præſumitur ex titulo preambulo.*
30 *Ratificare videtur, qui retinet rem acquiſitam ex contractu.*
31 *Aditio præſumitur ex poſſeßione rei hæreditariæ.*
32 *Pater cenſetur nomine filiorum adire maternam hæreditatem, ſi eam retineat penes ſe.*
33 *Lucrum deſcendens ex ſtatuto tranſmittitur ſine agnitione.*
34 *Hæredi legari poteſt a fideicommiſſario.*
35 *Prælegata non veniunt in reſtitutione fideicommißi, quando facta ſunt cũ clauſula, omni meliori modo.*
36 *Clauſula, omni meliori modo, operatur quòd legata videntur repetita a venientibus ab inteſtato.*
37 *Legata ab inteſtato, cenſentur repetita a ſubſtituto.*
38 *Legata nominatim relicta ab hærede, non cenſentur repetita a ſubſtituto.*
39 *Hæredi legari poteſt a ſeipſo, quando grauatur onere reſtituendi.*

CONSILIVM CCLIII.

DOMINA Margarita, vxor Domini Damiani, inſtituit virum hæredem durante eius vita, & eidem prælegauit quædam bona: poſt verò eius mortem ſubſtituit filios Dñi Vincentij Bobbæ eius fratris: nunc agunt dicti filij ad fideicommiſſum contra Victoriam filiam legitimatam dicti Damiani, quæ patri inſolidũ ſucceſſit, & vult prælegata retinere, qa in ſubſtitutione prælegata fuerunt reſeruata: ſed dicti filij contendunt reſtitutionem etiam prælegatorum fieri debere, eaque eſſe poſtea de eorum manu capienda vel melius petenda, quia negant illa deberi. & primo motu diceret quilibet dictos filios ius fouere,
1 quia legatum capi debet de manu † hæredis, cap. Raynaldus, vbi glo. in verſi. petendo, de teſtam. l. eam quam, C. de fideicommiſſ. quinimo capiens propria auctoritate rem legatã, priuatur iure ſuo, l. non eſt dubium, C. de leg. & idem eſt in fideicõmiſſario, Oldr. in conſi. 107. in 6. q. Dec. in conſi. 424. num. 18. & quamuis excuſetur a dicta pœna, quando rem occupat ſine vitio, vt quando illã accepit ante aditam hæreditatem, vt in glo. pen. c. fi. de ſucceſ. ab inteſt. Alex. in conſi. 163. num. 5. vol.
2 6. tamen cogitur poſt aditam hæreditatem † rem hæredi reſtituere, l. 1. in prin. ff. quorum legato. Socin. in cõſi. 312. circa prin. Dec. in conſi. 243. nu. 4. Maran. de ord. iud. par. 4. ver. ſeptima principalis, nu. 10. Meuo. de adipiſ. poſſeſ. rem. 2. nu. 9. Secundò quia non apparet quod Damianus viuens acceptauerit prælegata ſibi facta, & proinde non videtur quod ea nondum acceptata potuerit in hæredes tranſmittere, vt dicetur de hæreditate, quæ
3 non adita † non tranſmittitur, l. 1. §. in nouiſſimo, C. de caduc. toll. l. qui liberos, §. hæc verba, l. ſed & ſi plures, in princ. ff. de vulg. & pupill. l. emancipatam, C. qui admitti, l. 3. §. hoc igitur, ff. de bonorum poſſeſſ. Gram. in deciſio. 103. n. 45. Craue. in cõſ. 37. nu. 4. quamuis enim dominium rei legatæ trãſeat recta via in legatarium a morte teſtatoris, l. a Titio, ff. de furt. d. §. in nouiſſimo, l. ſi ſeruus legatus, ff. de noxal. l. legatum ita, ff. de legat. 2. Docto. omnes in l. 1. ff. de leg. 1. tamen hoc intelligitur vo-
4 lente & agnoſcente legatario, † qui non obſtante quod ipſo iure legatum ſibi acquiratur, poteſt illud repudiare, & ideo non tranſit cum effectu, niſi acceptatum ſit, l. ſi tibi homo, §. cum ſeruus, ff. de leg. 1. Caſtr. in l. ſi ita legatum, §. illi ſi volet, ff. de leg. 1. Ripa in l. 1. nu. 51. ff. eo. tit. & Caſtr. in loco prædicto concludit in terminis legatum non tranſmitti, niſi ſit acceptatum prius a legatario. Tertiò videtur nullo modo dicta prælegata deberi hære-
5 di, quia ab hærede ipſi hæredi † legari non poteſt, l. legatum, §. hæredi, ff. de leg. 1. l. qui filiabus, in fi. ff. eo. titu. l. in fideicommiſſariam, §. vltimo, ff. ad Treb. Pariſ. in conſi. 79. num. 1. vol. 2. debet enim aliqualis eſſe diſtinctio inter eum cui legatur, & eum qui legatum ſoluere debet, cum actio & paſſio non cadat in eodem ſubiecto, Bal. in l. ſi vxor, in ſecundo not. C. de bon. author. iud. poſſid. Dec. in l. debitori, in prin. C. de pact. & in terminis declarat Iaſ. l. planè, §. ſi duobus, num. 5. ff. de lega. 1. Bero. conſi. 40. nu. 60. vol. 1. conſ. 120. nu. 68. vol. 2. Pariſ. conſi. 3. num. 26. vol. 3. Socin. conſi. 111. nu. 4. vol. 1. Natta conſi. 306. num. 6.

Quibus tamen nõ obſtantibus, verius arbitror Victoriã retinere poſſe bona Damiano patri prælegata, & in hoc ius fouere, ſiue ius agentium conſideremus, ſiue iura excipientis reſpiciamus. ex non iure agentis defenditur Victoria, quia ſubſtitutio facta fuit de bonis & hæreditate teſtatoris, exceptis dictis legatis: & ideo perinde eſt ac ſi in bonis prælegatis facta non fuiſſet ſubſtitutio. Et licèt inter Doctores ſit magna contentio, an prælegata veniant in reſtitutione fideicommiſſi, vt per Zanc. in repet. l. hæredes mei, §. cum ita, in quinta par. num. 12. & ſeq. ff. ad Treb. tñ in præſenti caſu res eſt ſine dubio, quia habemus expreſſam teſtantis voluntatem, qui noluit prælegata reſtitui, cum poſt mortẽ viri ſubſtituit nepotes ex fratre in omnibus ſuis bonis & hæreditate, exceptis bonis prælegatis; & vbi voluntas eſt clara, agendum non eſt coniecturis, l. continuus, ff. de verbo. oblig. dicta
6 enim quæſtio conſiſtit ſuper coniecturata † teſtantis voluntate, vt voluerunt Dec. in conſ. 80. col. 3. Ruy. in conſi. 120. nu. 15. vol. 3. Pariſ. in conſi. 79. nu. 15. vol. 3. Soc. iun. in conſi. 107. num. 35. & 45. vol. 3. & ideo cum teſtator ſubſtitutionem fecerit, legatis exceptis, illa non veniunt in fideicommiſſi
7 reſtitutione, & de hoc † videtur eſſe text. in l. cogi, §. vnde quæritur, ff. ad Treb. vbi dicitur, q; ſi teſtator hæredem grauauit fideicõmiſſo, deductis legatis, non erunt fideicõmiſſario reſtituenda legata, & dicit Bar. in l. Marcellus, §. quidam liberis, nu. 11. ff. ad Trebel. non venire, quando dixit teſtator reſiduum a dictis iudicijs & legatis deueniat in talem, quia ex talibus verbis manifeſtus fit ſenſus teſtatoris,

teſtatoris, quod noluerit in legatis grauare, Fulg. in
cõſ.100.in ſecundo dubio, Ancb.in conſ.27.nu.4.
vbi idem ait, qñ dixit, ſaluis infraſcriptis, Corn.in
conſ.53.vol.3. vbi loquitur, qñ dixit teſtator, reli-
qua bona reſtituat: quia intelligitur excipere lega
ta. quinimo ibi poſt Bar. & alios plures tenet, quod ta
liter ſubſtitutus, non dicitur fideicõmiſſarius vni-
uerſalis, ſed particularis. quod ſi verum eſſet, plu-
rimum iſtis agentib. noceret, qui intentarũt reme-
dium l. fina. C. de edicto diui Adria. tollen. quod
non competit particulari fideicommiſſario, ſicuti
nec legatario, nec inſtitutò in re certa, vt conclu-
dunt cõiter ibi Docto. ſed nunc non diſcutio, quia
non expedit: & prędictã ſententiam quod non veniant
prælegata eo caſu, tenuit Alex. In l. nã quod, §. non
omnis, nu.15. ff. ad Trebel. Bero. in conſ.81.nu.13.
vol.2. vbi inquit prælegata non compræhendi in
fideicommiſſo, quãdo teſtator illa excepit, Alcia.
in cõſ.604. in fi. Zãc. in d. §. cum ita, in quinta par.
nu.48. vbi addit Corn. & Ruy. latè Soc. iun. omni-
no videndus in conſ.89.nu.9. & ſeq. vol.4. ſi igitur
prælegata non veniunt in fideicommiſſi reſtitutio
ne, pro eis nulla datur actio prædictis filijs actori-
bus, nec pro eis Victoria moleſtari poteſt, quia in
8 cauſis metiẽdum eſt ius ex perſona † actoris, Bar.
in auth. hoc locum, nu.12. verſi. tertio, C. de ſecun.
nup. etiam ſi conſtaret, reum nullum ius habere, l.
fina. C. de rei vendi. Dec. in l. qui accuſare, nu.14.
C. de eden. & eſt tex. in l.1. ff. ſi pars hæred. petat. &
non curamus de iure poſſeſſoris, ſi non conſtat de
iure petitoris, ſecundum Bal. in d. l. fi. Fely. in c. r.
col.3. verſic. quod autem, de accuſat. Deciſ. Pede-
mon.144. num.15. quin etiam ſufficit reo offuſcare
actoris probationes, ſm Bal. in conſ.79.nu.7. vol.
2. non eſt itaque quærendum, an Victoria ius ali-
quod foueat in his bonis, ſed an actorib. competat
ius agendi: quod ſi non competit, poteſt Victoria
dicere, quoad vos liberas ędes habeo, & veſtra nõ
intereſt quærere de iure meo. ſi verò ius ex perſo-
na dictæ Victoriæ conſiderare velimus, res etiã eſt
clara, quia hæc bona fuerunt in dotem data Dño
Damiano eius patri, cui ipſa ſucceſſit in vniuer-
ſum ius, & pater hæc bona eſt lucratus in forma
Ducalis decreti per mortem Dñæ Margaritæ vxo
ris ſine filijs. Præterea hæc eadem bona fuerũt D.
Damiano per eum relicta in ſuo teſtõ, & ideo hi
9 filij non poſſunt venire contra † factum defunctæ,
cuius ipſi ſunt hæredes, l. cũ a matre, C. de rei vẽd.
l. ex qua perſona, ff. de reg. iur. l. ſi ab eo, C. de libe.
cau. l. venditori, C. de reb. alie. non alie. l. ſiue poſ-
ſeſſio, C. de euict. videtur enim hęres adeũdo qua-
ſi cõtrahere cum legatarijs, §. hæres, Inſt. de oblig.
quæ ex quaſi contractu, l. ex maleficijs, §. hæres, ff.
de actio. & obliga. l. qui cum alio, in fine, ff. de reg.
iur. Cum itaque hæc bona tam ex forma ſtatuti,
quàm ex diſpoſitione Dominę Margaritæ, ſpectẽt
ad ipſam Victoriam, nulli dubium quin in reſtitu-
tione fideicommiſſi ea retinere poſſit ex pluribus.

Primò, quia ea aliunde habuit, quàm ex titulo
hæreditario, nempè ex dote, & in dubio quis non
10 cenſetur grauatus † reſtituere id, quod alio titulo
habuit quàm hęreditario, l. cohæredi, §. cum filiæ,
ff. de vulg. l.3. §. vxor, vbi Bart. ff. de dote præleg. l.
debitor, §. fin. vbi Doct. ff. ad Trebell. etiam ſi id a
teſtatore proueniſſet, l.3. §. ſi reus, ff. de lega.3. &
idem in eo, quod occaſione hæreditatis acquiſiuit
hæres, dum id hęreditarium non ſit, l. qui hæredi,
§. cum hæreditas, ff. de condit. & demonſtr. Crau.
conſ.144.nu.4. & in conſ.259.nu.4. verſi. imo am-
plius, & latè alios referens D. Becius in conſil.24.
nu.6. & præter eũ Natta in conſ.255.nu.6. Cæph.
in conſ.272.nu.42. Secũdò, quia hæres in reſtitu-
tione fideicommiſſi detrahere poteſt quidquid ſi
11 bi a defuncto, vel eius hæreditate † debebatur, l. ab
omnibus, §. fi. ff. de leg.1. l. in imponenda, & l. irri-
tum, C. ad leg. Falcid. gl. in l. Stichum aut Pamphi
lum, §. aditio, in verſi. retinet, ff. de ſolut. Bar. in d.
l. debitor, in fin. Caſtr. in conſ.71. in primo dubio,
vol.2. quam ſequuntur plures relati per Crauc. d.
conſ.144.nu.5. & Rol. in conſ.65.nu.13. vol.2. qui
bus addo Ruyn. in conſ.206.nu.11. vol.2. Ripa in
conſil.122.nu.7. Nattam d. conſ.255.nu.7. & ſeq.
Cæpha. d. conſ.272.nu.42. Port. Imo. in conſ.92.
n.93. quia vt ſupra dictum eſt, in reſtitutione non
veniunt bona grauati, d. l. cohæredi, §. cum filiæ.

Iſtis verò ſic firmatis, nõ obſtat quod legatum
capi debeat de manu hæredis, non autem propria
authoritate: quia rñdeo hoc procedere in ſimplici
legatario; is enim legatum petere debet, nõ autem
proprio iure occupare: ſecus tñ eſt in hærede gra-
uato onere reſtituendi hæreditatem: quia, vt dictũ
eſt, detrahit id, quod ſibi debetur, ſiue debeatur
tanquam æs alienum teſtatoris, ſiue debeatur oc-
caſione ipſius hæreditatis, & inſtitutionis. de ære
alieno dictum fuit ſupra: de eo verò, quod occaſio
ne hæreditatis debetur, vt retineri poſſit, probatur
ex pluribus, & primò videmus quod hæres in re-
ſtitutione fideicommiſſi detrahit æs alienũ, quod
12 ipſe perſoluit † creditorib. hæreditarijs, d. l. irritũ,
C. ad leg. Falcid. etiam ſi nullum confeciſſet inuen
tarium, ſecundum Caſtr. in conſ.186. vol.2. quem
ſequitur Natta d. conſ.255.nu.9. quia ſicuti ſolu-
tum æs alienũ repetere poſſet actione negotiorum
geſtorum, l. fi. C. de petit. hęr. multo magis retine-
re licet, & deducere, l.1. §. quod ait, ff. de ſuperfici.
detrahit quoque impenſam funeris, l. at ſi quis, §.
1. ff. de relig. & ſumpt. fun. Rol. in conſ.66.nu.28.
volum.1. idem eſt in eo, quod hæres exſoluit lega-
tarijs hæreditarijs, quia illud omne deducit ante
reſtitutionem: etſi fortè reſtituiſſet integram hæ-
reditatem, repetit actione negotiorum geſtorum,
l. hæreditarium, ff. de actio. & obligat. l.1. vbi gloſ.
& Doctor. C. ad Trebell. Docto. in l. qui quadrin-
genta, ff. ad Trebell. & in l.2. C. eod. tit. Roman. in
conſil.276.num.6. Crauc. in conſil.16.num.1. hoc
etiam ſeruatur in Trebellianica, quã grauatus ſub
conditione detrahit, l.1. vbi omnes not. ff. ad Tre-
bell. §. ſed quia hæredes, Inſtit. de fideicom. liber.
cum ſimilibus. & ſicuti hæres retinere & deducere
poteſt quicquid de proprio erogauit pro ſolutio-
ne

ne legatorum,quę teſtator alijs reliquit,ita retinet
quę ſibi ipſi ſoluit, ne ſit deterioris cōditionis pro
facto proprio, quàm pro alieno. & quod potuerit
hęres ſibi ſoluere legatum factum ab vxore,proba
13 tur ex alio, quia tutor † poteſt ſibi ſoluere,ſi ſit pu
pilli creditor,l.quoties,§.itē ſi temporali,ff.de ad-
miniſtr.tuto.l. cum hæreditas,in fi.ff.eo. tit.Ioan.
Andr.ad Spec.in tit.de inſtrum.edit.§. nunc verò
aliqua,nu.30.verſ.ſed pone,quædam,Soc.in con-
ſil. 126.num.5.vol.1.Dec.in conſ.243.nu.3.& eſt
text.in l.fiſtulas,§.1.ff.de contrah.empt. Bart.in l.
ſingularia,nu.7.vbi Ang.col.2.verſi.tertiò,quod,
Caſt.nu.14.Alex.nu.4. qui cōem dicit,Iaſ.nu.18.
verſi.circa ſecundum,vbi quòd ita tenent omnes,
Cagn.nu.70.& ſeq.vbi tn̄det ad omnia contraria,
ff.ſi cer.peta.Bal.in l.cum ipſi,nu.6. verſ.demum,
C.de contrab. empt. & ibi Salic. nu.4. & ante eos
gl.in l.1.§.quæſitum, ff.ad Trebel.vbi poſt Rom.
& Imo. hoc tenet Alex.nu.2.Iaſ.num.17. & Ripa
nu.8. Aret.in §.tutor,col.vlt.verſic.poteſt tamen,
Inſt.de author.tuto.Afflic.in deciſ.13.nu.14.Co-
raſ.in l.frater a fratre, in princ.num.69.ff.de cond.
indebi.Caualcan.in tract.de tuto.& curat.nu.179.
& quamuis tutor non poſſit capere rem immobilē
pupilli, ſicuti nec ſibi ſoluere de pecunia pupilli
deſtinata ad emptionem prædiorum,vt per Rom.
in ſing.104.nu.2.Ripa in d.§.fuit quęſitum,nu.8.
Caualcan.d.nu.179. tn̄ hoc eſt verum, quando in
14 re immobili tutor † dominium non habet: ſed ſi
illa res ſit tutoris, vel ſibi debita, poteſt illam ſibi
ipſi tradere abſque decreto iudicis, vel alia ſolē-
nitate, vt eſt text.in d.l.fiſtulas,§.primo,quem ita
declarat Bar.in l.2. in fi.vbi Ang. Raph.& Imola,
ff.de ſtipul.ſer. Bar.in d.§.fuit quæſitum,Bald.d.l.
cum ipſe,nu.6. Aret.d.§. tutor,col.fi.vbi dicit eſſe
caſum notandum,Afflict.d.deciſ.13.nu.14.in fin.
Ruyn.conſ.119.nu.6.vol.3. & quod dicitur de tu-
tore, locum habet in quocunque adminiſtratore
15 gerente aliena negotia,qui poteſt ſibi ſoluere, † ſi-
cut poſſet alij, ſecundum Bald. in d.l.ſi ipſe,argu-
mento l.idemque,§. ignorantes,ff.mand. ſed prę-
ter eum eſt text.in l.diuortio,§. illum autem, ff.de
neg.geſt.vbi gl.in ver.poſſit,& Caſt.nu.1.ad idem
text.in l.peculium,§.præterea, ff.de pecul.& pro-
pius accedēdo ad terminos noſtros facit,quod vo
luit Ioan.And.ad Spec.in loco præallegato,vbi di
cit quod exequutor datus in teſtamento, poteſt ſi
16 bi ſoluere † pro eo,quod ſibi debetur ex teſtamē-
to,nō obſtante d.l.non eſt dubium,C.de leg.quia
loquitur in ſimplici legatario, & idem voluit Bal.
in d.l. non eſt dubium,in fine, vbi tamen non me-
minit de Ioan.Andr.Ang.& Sal.ibi,& Iaſ.nu.4.in
ſecunda limit.Dec.d.conſi.243.nu.3.Alexan.in l.
Paulus,circa med. ff.ad Trebel.Ruy.in conſ.119.
nu.6.vol.3.Pariſ.in conſ.54.nu.31.vol.3. Rub.in
conſ.43.nu.4.Duennas in reg.41.in ſecunda con-
cluſ.limit.3. Ripa in l.1.num.10.ff.quorum legat.
Menoc.de recuperan.poſſe. reme.quinto, nu.34.
ſi igitur licèt tutori, exequutori, & cuicunque ad-
miniſtratori ſibi ipſi ſoluere, multo magis id per-
mittendum eſt hæredi,qui non minorem habet in
bonis authoritatem, quàm habeant prędictæ per-
ſonæ. Accedat quod voluit Bartol.in l.ex facto,la
grande,ff.de hære.inſtitut.vbi concludit,quòd in
17 ſtitutus in re certa, † poteſt poſſeſſionem rei ſibi
relictæ propria authoritate capere, ſequitur ibi
Imola, idem Imola in c.Raynutius,ſuper gl.2. de
teſtam.Caſt.& Alex.in l.quotiens,vbi Iaſ.num.8.
C.de hær.inſtit.idem Iaſ.in l.non eſt dubium,nu.
4.verſ.3.not.limita,Ripa in d.l.1. in princ.nu. 16.
ff.quorum legat.Ruy.in d.conſi.119.nu.6.Tiraq.
alios referens in tract.le mort Saiſit, par.2.declar.
4.nu.11.Menoc.d.remed.5.nu.3. & dicit Iaſ.in d.
l.quotiēs,quod ex quo teſtator aliquem inſtituit,
videtur conferre licentiam appræhendendi autho
ritate propria. quod igitur inſtituto in re certa
permittitur,non eſt vniuerſali hæredi denegandū.
Præterea non eſſe locum d.l.non dubium, in præ-
ſenti caſu ratione probatur irrefragabili: quia il-
lius legis diſpoſitio ceſſat omnib.his caſibus, qui-
bus falcidia detrahi non poteſt, quia non ex alio
ſancitum fuit,legata de manu hæredis capi, quàm
ne hæres falcidia fraudetur:vbicunque autem ceſ-
18 ſat falcidiæ † detractio, tunc ceſſat quoque legis
prędictæ diſpoſitio,Bar.in l.1. in fine prin.ff.quo-
rum lega.Caſtr.in conſ.291.col.pen.verſic.ſuper
6.vol.2.vbi dicit, non dari remedium quorum le-
gatorum contra eum,qui rem legatam occupauit
eo caſu,quo hęres falcidia veniebat priuandus,ſe-
quitur Ripa in d.l.1.nu.24. Menoc.de adipiſ.poſſ.
rem.2.num.71.& quod non debetur interdictum
prædictum,quando ſalcidiæ non eſt locus, tenue-
runt Corn.in conſil.232. litera H.vol.4. Pariſ.ad
Bar.in d.l.nō eſt dubium,Maran.de ord.iud. in 4.
parte,diſtinct.7.nu.10. Menoc.d.rem.2.nu.6.vbi
dicit hanc eſſe vnicam rationem dicti interdicti. &
licèt aliqui dixerint audaciā legatarij eſſe cauſam
interdicti, tamen illa audacia conſideratur ſolum
reſpectu falcidiæ,& ob ſalcidiæ detractationem re
primitur audacia.idē dicit nu.67. vbi infert,quod
vxor, cui relictus eſt vſusfructus bonorum, nullo
dato hærede niſi poſt vxoris mortem, poteſt pro-
pria authoritate poſſeſſionem legati capere, quia
ibi non eſt locus falcidiæ, & quando teſtator pro-
hibuit ſalcidiam detrahi, tunc ceſſat interdictum,
ſecundum Comen.Fulgo. & Corn. quos refert &
ſequitur Menoc.loco ſupra citato,nu.77. hæc au-
tem ratio ſalcidiæ eſt in fauorem hęredis introdu-
cta, & a iure conſiderata,& ideo non poteſt cōtra
eum retorqueri,l.quod fauore,C.de legib.& indu-
ctum ad vnum finem, non debet operari contra-
rium,l.legata inutiliter,ff.de leg.1.quinimo fidei-
commiſſarius non pōt falcidiæ rationē adducere,
quia ſua nō intereſt; cū enim ipſe nullā poſſit fal-
cidiam, nec Trebellianicam detrahere,non poteſt
dicto remedio quorum legatorum vti,& per hanc
rōnem dicitur in l.1.§. ſi quis ex mortis, ff. quorū
19 legat.quod ſi vnus ex duobus hæredibus † inſtitu
tis prælegata capiat authoritate propria, non da-
tur cōtra eum illud interdictum pro ea parte, pro
qua

qua eſt cohæres.& ratio eſt,ſecundum Ripam ibi, nu.4.quia in ea parte cohæres non poteſt prætendere falcidiam,l.in ratione,§.cum lex,ff.ad leg.falcid.idem dicit Meno.d.remed.2.nu.78.&quãuis aliam quoque rationem adducant,illa tñ non conuenit facto noſtro, vt inferius dicã. apparet igitur quod hęres poteſt propria authoritate capere prælegatum.& ſicuti hęredi pro dimidia id licet reſpectu illius dimidiæ, pro qua eſt hæres, ita ei qui inſolidum eſt hæres licere debet pro tota re,quia eadem eſt ratio totius, quoad totum, quæ eſt partis quoad partem,l.quæ de tota,ff.de rei vend. Secundò rñdeo, quod interdictum illud ceſſat, qñ non
20 extat hęres,† vel aliquis alius,de cuius manu poſſit capi legatum, vt voluit Bald. in l.extraneum, la prima,nu.5.C.de hær.inſtit.vbi Sali. & Iaſ.nu.5. verſi.in iſta difficultate,C.de hær.inſtit.& dicit ibi Iaſ.idem tenuiſſe alibi Bal. & Cuman.Tiraq.in d. tract.in 2.par. declarat.4.nu.10. quia propria authoritate põt capere, vbi nullus extat,a quo poſſit capere. & hanc ſententiam tenuerunt quoq; Rom. Soc.Ripa,Picus,& Rebuf.quos ſequitur Menoc. d.rem.2.nu.66.ſed non extabat eo tẽpore aliquis, qui poſſet prælegata hæc tradere heredi,præter ipſum hæredem, qui potuit ſua manu capere, ſicuti potuiſſet alij legatario licentiã concedere,vel conſenſum præſtare capiendi rem legatam authoritate propria,vt poſt Ripã, Dec. & Zucar.affirmauit Menoc.loco præcitato,nu.30.& ſeq.Tertiò rñdeo contrarium procedere in eo, qui cum non poſſideret legati poſſeſſionem apprehendit cũ vitio.aliud tñ eſt in eo, ad quem res legata cũ vitio peruenit. licitè enim poteſt is legatum retinere, nec interdi-
21 cto quorum † legatorum conueniri poteſt, quia ceſſat in eo temeritas in propoſito conſiderata.ita Bartol.in l.1.§. ſi quis ex mortis,ff.quorum legat. Caſt.& Alex.in l.lineam,ff.ad leg.Falcid.Menoc. d.remed.ſecundo,nu.57. vbi addit.Rip. & Alcia. & per hanc rationem concludit Alcia.in cõſ.607. nu.3.quod mulier licitè res legatas retinere põt,ſi eas penes ſe habebat, marito viuente.& quamuis prædicti Doct.loquantur,qñ legatarius rem legatam habebat viuente teſtatore:tñ idem eſt, quãdo poſt mortem teſtatoris ad eum peruenit, dummodo ſine vitio,quia in eo nõ minus ceſſat temeritas, quàm ſi viuente teſtatore rem habuiſſet:facilius
22 namq; conceditur retentio † quàm petitio, l. per retentionem,C.de vſur.l.Paulus,ff.de doli excep. Dec.in conſ.298.nu.4.& in l.diuus,nu.5.ff.de regul.iur.Iaſ.in l.naturaliter,§.nihil cõe,col.12.verſ. ſed tu aduerte,ff.de acq.poſſ. Ruy. in conſ.66.nu. 17.vol.1.Crau.in conſ.148.nu.2.Rolan.conſ.17. nu.8.vol.4.Cępha.in conſ.393.nu.127.D.Becius in conſ.72.num.15.& multa honeſtè retinentur, quæ inhoneſtè petuntur,l.1.§.proinde,ff.de vari. & extraord.cognit.l.2.§.fin.ff.de orig.iur.Bald.in cap.1.in fi.princ.de no. feud.Dec.d.l. Diuus, nu. 5. & prohibita petitione, non eſt prohibita retentio, Bald. in l.2. in tertio not.C.de fideiuſſ.Capra in conſil.19.Dec.in conſ.257.Soc.iun.in conſil.1. nu.20.Alcia.in conſ.285.nu.9.præcipuè, quando ſine vitio res peruenit, Neguſ.in tract.de pigno.in primo mem.tertiæ par.princ.nu.17.Pariſ.in conſ. 4.nu.11.vol.1.Cępha.conſ.289.num.28.& hanc ſententiam in propoſito tenent omnes Doct. qui dicunt, prælegata non venire in reſtitutione fideicommiſſi, vbi de voluntate teſtantis apparet. præſupponunt enim quod licitè retineri tunc poſſint, nec liceat fideicommiſſario poſſeſſionem legatorum auocare ſub prætextu quod de eius manu capienda ſint. quare cum hæc bona licitè ad hæredẽ peruenerint, qui tanquam hæres iuſtè apprehẽdit poſſeſſionem omnium bonorũ,licitè quoque poſſunt per eũ ac eius hęredes retineri. Poſtremò dici põt,non competere fideicommiſſarijs ius ita agendi, quia non ſunt vniuerſales, ſed particulares, vt dictũ eſt ſupra,in prin. huius partis. & ſubſtitutio facta de eis,fuit exceptis his bonis,& ideo ſua non intereſt ſic petere; quin etiam videtur, q̃ teſtatrix retentionem conceſſerit,dum virum hæredem inſtituit,& illi poſtea ſubſtituit in omnib.bonis, exceptis prælegatis,quę voluit penes hæredem rema-
23 nere.& ſicuti poteſt teſtator † licentiam cõcedere legatario capiendi legatum authoritate propria,l. Titia cum teſtõ,§.primo,vbi Bart.ff.de leg.2.latè Menoc.d.remed. ſecundo,nu.47. & ſeq.& præter eum Berõ.conſ.60.nu.9.cõſ.74.nu.15.vol.2. Duran.de arte teſt.tit.6.caut.12.nu.4. Clar.de teſt.q. 68. Vaſq.de ſucceſ.creat.§.9.nu.16.ita & retinẽdi.

Parum etiam mouet, quod ſecundo loco dicebatur, Damianum nunquam acceptaſſe legatum ſibi factum ab vxore; & quod ideo nunc non debeatur eius hęredibus:quia reſpondeo neceſſarias non fuiſſe aliquam acceptationẽ, vel agnitionem, quia dominium rei legatæ recta via a morte teſtatoris tranſit in legatarium,l.a Titio.ff.de furt.cum alijs in contrario adductis.quinimo etiam ignorã-
24 ti † acquiritur,l.cum pater,§.ſurdo,ff.de lega.2.l. ſi partem,§.primo, ff.quemad.ſeru.amitt.glo.in l. ſi quis hæreditatem,ff.de cond.inſtit. Barto. in l.ſi ita legatum,§. illi ſi volet, ff.de leg.primo,vbi Iaſ. num.5. Tiraquel.in l.ſi vnquam, in verſi.remittatur,num.338.& ideo quamuis legatum conditionale non tranſmittatur ad hæredem,l.vnica,§.ſin autem aliquid ſub conditione,C.de caduc.toll.ta-
25 men legatum purum tranſmittitur † ad hæredes legatarij,vt eſt text.in l.vnica,§.cum igitur,in fi.& §.in nouiſſimo,C.de caduc.toll.l. ſi dies,in princ. ff.quan. dies legati, vel fideicommiſſi cedit,d.l. ſi ita legatum,§. illi ſi volet, l. ſi ita expreſſum, ff.de condit. & demonſtra. & hoc procedit etiam in legato in diem relicto, dummodo dies certa ſit:quia licèt impediatur tranſlatio dominij,donec dies aduenerit,l. Sempronius Attalus,ff.de vſufruc.lega. non tamen impeditur tranſmiſſio , d.l. ſi dies, in princ.vbi not. & d.§. cum igitur.declarat Iaſ.in d. §.illi ſi volet,vbi nu.9. & ſeq.infert quod legatum tranſmittitur ad hæredes etiam in caſibus , in quibus dominium ipſo iure non tranſit in legatarium a morte teſtatoris. poſſunt enim ſecundum eum

ſimul

ſimul ſtare quod dominiũ non tranſeat ipſo iure,
& ꝙ legatarius ad hęredes tranſmittat legatum,&
ponit exemplũ de legatis in diem, & de legato rei
alienæ,vel legato quãtitatis vel generis, aut alicu-
ius alternatiui,quod eſt vtiliſſimũ,ſi verũ eſt.appa
ret igitur falſum eſſe, ꝙ ex aduerſo dicitur, nõ po-
tuiſſe tranſmitti hoc legatũ,quia nõ fuerit agnitũ,
quia ante agnitionẽ tranſmittitur: & ita quoq; te-
net Bero. conſ.25. nu.24.vol.2. & quãuis verè &
cũ effectu legatum non acquiratur legatario, niſi
poſt acceptationem, vt ex aduerſo dicitur: tñ hoc
eſt ſolum propter repudiationem: quã facere põt
legatarius, cui & ſi ignoranti acquiratur dominiũ
rei legatæ,non tñ acquiritur inuito. quia ergo põt
repudiare, ideo dicitur nõ acquiri irreuocabiliter
ante acceptationem. ſi enim poſtea repudiaret,
26 † fingeretur retro nunquam quæſitum, l. ſi quis
ita,vbi no.ff.de condi.inſtit.declarat Bar. in l.Põ-
ponius,la prima,num.3.ff.de nego.geſt.ſed ſi non
ſequatur repudiatio, remanebit perpetuò penes
eũ res legata, & hoc eſt quod dicit Caſt. in d.§.illi
ſi volet,vbi inquit quod ideo in eo tex. non tranſ-
mittitur legatum non facta declaratione,quia erat
cõditionale & conceptũ ſub conditione,ſi vellet.q̃
conditio licèt tacitè inſit, tñ aliter ineſt q̃ fuerit
ibi expreſſa: nam qñ eſt tacita, tunc non ineſt ac-
quiſitioni,cum acquiratur legatum ignoranti;ſed
ineſt tantũ reſolutione & irreuocabili acquiſitio-
ne, quia poteſt repudiare: qñ verò talis conditio
eſt expreſſa,tunc ineſt non reſolutione, ſed acqui-
ſitione;quia niſi voluntatem declaret, ſibi non ac-
quiritur legatum. & hoc præter Caſtr. dicunt alij
omnes ibi,volentes quod impediatur ideo ibi trãſ
miſſio, quia aliter cõditio fuerit expreſſa q̃ tacitè
ineſſet. quando igitur legatum eſt purum,ſemper
tranſmittitur,licèt aliud ſit in legato conditionali;
& idem videmus in fideicommiſſo;quod ſi condi-
27 tionale ſit, non tranſmittitur † ante conditionis
euentũ,l.in perſonã, C.de fideic.l.hæredes mei,§.
cum ita,ff.ad Trebel.l.cum pater,§.hæreditatẽ,ff.
de lega.2. glo.& Docto. in l.1.C.de his, qui ante
aper.tab.Soc.in conſil.101. nu.1. & 2.vol.1.Dec.
in conſi.465.nu.13. Ruyn.in conſil.152.nume.3.
vol.3.Curt.iun.in conſi.135.nu.5.vbi cõem dicit,
Bero.in conſi.63.nu.20. vol.2.Ripa d.§.cum ita,
nu.60.in fi.Crau.in conſi.152.num.3.Gomez de
teſtam.cap.5. nu.9. Rolan. in conſi.46. nu.5.vol.
3.Alba in conſi.29.num.20.Cępha.in conſil.133.
nu.3.Meno.de arbit.iudi.caſu 165.& in conſ.95.
nu.100. ſi vero ſit purum ad hęredes trãſmittitur,
tamen Bar.in l.cum filiofamilias,nu.12.ff.de lega.
1.quem Docto. ſequuntur cõiter, vt ibi atteſtatur
Iaſ.nu.100.Ripa d.§.cum ita,nu.57. Capic.deciſ.
89.nu.5.Gomez d.c.5.nu.14. Natta in conſ.472.
num.14.Tiraquel.de retract.conſang.§.26.glo.1.
nu.45.& præter eos Aret.in d.l.cum filiofamilias,
nu.8.Alex.nu.10.Bauer,nu.154.Bald.nou.num.
56.& ſeq.Soc.iun. nu.235.Ripa nu.33.Alcia.nu.
22.Crau.in prima parte,nu.16. & in ſecunda par.
nu.173.Soc.iun.in conſi.141.num.27.vol.2. Be-
ned.in cap.Raynutius, in verſi.ſi abſque liberis,il
ſecondo,nu.66.& ſeq. & non ſolum purũ,ſed pu-
28 rificatum quoque † tranſmittitur, quia puri & pu
rificati,idem eſt iudicium, l.ſed & ſi de ſua, prope.
fin.ff.de acq.hær.& ita concludit in terminis Soc.
in conſi.vlt.col.2. in fine,vol.4. vbi dicit commu-
nem,Cæpha.in conſi.123.nu.8. & Roland.d.con-
ſil.46.nu.6. & obiectum, quod ſit de hæreditate,
quæ non tranſmittitur ante aditionem, eſt leue,
quia hæredi ante aditionem nulla competit actio,
nullumq́ue ius in hęreditate.& ideo ius quod non
habet,non poteſt tranſmittere: fideicommiſſarius
verò & legatarius ante ſuã agnitionẽ habẽt actio-
nem ex teſtamento, quam ideo poſſunt tranſmit-
tere,quia de natura actionum eſt, quod tranſmit-
tantur in hęredes,l.ſcrupuloſum, C.de contrah.&
committen.ſtipul.ita reſpondent Bar. & alij in di-
cta l.cum filio, Natta in dicto conſi.472.num.14.
vbi addit aliam rationem diuerſitatis, & inſert ꝙ
ideo fideicommiſſum purum tranſit in fiſcum pu-
blicatis bonis. Secundò reſpondeo, quod etiam ſi
eſſet neceſſaria agnitio, ad hoc dici poteſt quòd
Damianus prælegatũ vxoris agnouerit, quia poſt
mortem vxoris continuauerit in poſſeſſione bono
29 rum ſibi prælegatorum, & poſſidere † quis præſu
mitur ex titulo pręambulo, l.1.§.1.ff.de except.rei
iud.l.2.vbi Doct.C.de acquir. poſſeſſ. l. quædam
mulier, vbi glò.C.de rei vend.l.qui negociationẽ,
vbi Bart.ff.de admin. tut.Bart.in l. cum ſolus,col.
fin.ff.de vſucap.Bal.in conſil.245.circa fin.vol.3.
Soc.in conſi.15.nu.7.volum.4. Cur.iun.in conſi.
88.nume,6.Bero.in conſil.15.nume.40.volum.3.
Pariſ.conſi.114.nu.23.volum.4.Ripa in conſ.80.
nu.17.Neuiza.in conſi.37.num.18.Cagnol.in l.2.
num.173.C.de pact.inter empt.& vend.Natta in
conſi.516.num.31.& ſeq.Alciat.in tract.præſum.
reg.2.præſ.23.Cæphal.in conſil.152.nume.75.&
in conſil.315. num.8.& ſeq.D.Becius in conſil.6.
num.6.& de legatario Cæphal.conſil.386.nume.
45. & poſſidendo quis cenſetur approbare actũ,
cuius vigore res, quam poſſidet, ad eum peruc-
nit,arg.eorum quæ ponit Ange. in conſil.161.col.
penul.in fin.colum.fin. Caſtr.conſil.300.in fi.vo-
30 lum.2.vbi dicit quod retinendo † rem cenſetur
quis ratificare contractum præcedentem, Deci.in
conſil.197.num.2. vbi quod ex poſſeſſione & fru-
ctuum perceptione inducitur ratificatio,Bero.fa-
mil.quæſt.43.nu.4.Tiraq.de conſt.poſſeſſ.par.3.
limit.30.nu.12.Cæphal.in conſil.33.nume.20.&
Menoc. in conſil.92.nu.65. & in ſpecie facit,quia
vbi quis eſt hæres inſtitutus, vel delata eſt alicui
31 hæreditas, is cenſetur adire, † ſi bona hęreditaria
poſſidet, l.pro hęrede, in princ. & l.gerit,ff.de ac-
quir.hęred.l.1.C.de repud. hęred.Corne. in con-
ſil.37. colum.4. verſic. & ex quo, volum.1. facit
etiam quod voluit Bart.in l.gerit, verſic.uenio ad
quartũ, ubi inquit quod ſi dotes uxoris conſiſtant
in pecunia, eaque mortua uir eas filijs infantibus
nõ reſtituat, ſed retineat penes ſe, cẽſetur nõīe fi-
32 liorũ maternam † hęreditatem adire. idem Bart.

in

in conſ. 129. & ſequūtur alij, quos refert & ſequitur Natta in conſ. 74. num. 10. ubi reprobata opinione Bal. contrarium tenentis, dicit hanc eſſe ueriorem; ſicuti igitur per poſſeſſionem bonorum hæreditariorum inducitur aditio hæreditatis, ita poſſidēdo Dominus Damianus res legatas uidetur agnouiſſe legatū, quod propterea potuit tanquam agnitum ad filiā hæredem transmittere. facit, quia ſi legatarius de rebus legatis diſponat, legatum agnouiſſe uidetur, Dec. conſi. 45. num. 3. Crau. cōſi. 261. nu. 3. Menoc. conſ. primo, nu. 490. hoc tñ eſt dictum ex abundanti, quia non requiritur agnitio, & ideo ſuper hoc fundamento nō facio magnā aim, præcipuè quia dici poſſet D. Damianum alio titulo potuiſſe retinere hæc bona, quàm titulo legati, ex quo erat inſtitutus hæres uniuerſalis in omnibus bonis. Tertiò reſpōdetur, quòd ubi fuiſſet neceſſaria agnitio, eaque minimè interueniſſet, quorum tñ omnium contrariū fuit ſupra abundè oſtenſum, adhuc hæc bona fuiſſent in dictam Victoriā transmiſſa: nam bona, quæ in dicto teſtō prælegata fuerunt marito, ſunt illamet, quæ Domina Margarita in dote &c. dederat tpe contracti matrimonij, & quia ipſa deceſſit ſine filijs, maritus ea eſt lucratus ex forma Ducalis decreti diſponentis, q̄ uir ſuccedat uxori decedenti ſine filijs cōmunibus: lucrum aūt proueniens a ſtatuto non defertur iure hæreditario: ergo non requiritur agnitio, ut ad hæredes trāſmittatur. in ſolis. n. iurib. requiritur, quæ uniuerſali quodam iure hæreditario deferuntur, l. cum antiquioribus, ubi Caſt. Sal. & Ale. C. de iure delib. Præterea tale lucrū deſcendit ex contractu dotali, accedēte ſtatuti diſpoſitione; & in his quæ a contractu proueniunt, nō eſt neceſſaria agnitio, ad hoc ut fiat trāſmiſſio, l. cum pater, §. mattē, ff. de leg. 2. §. ex conditionali, Inſtit. de uerb. oblig. l. cum hæredes, ff. de acq. poſſeſ. & per has rōnes hanc ſñiam quod
33 transmittatur † lucrum ex ſtatuto deſcendēs abſque aliqua agnitione, tenuerunt Barto. in l. ſi arrogator, nu. 9. ff. de adop. & ibi ēt Iaſ. Caſtr. in d. l. cum antiquioribus, in fi. & ibi Salyc. Ale. qui dicit menti tenendū, in conſi. 150. col. fi. uol. 2. Barb. in cap. officij, col. 20. de teſtam. & idem tenuerunt Soc. & Iaſ. nu. 6. Bald. in l. generaliter, §. in his, C. de ſecun. nup. Alex. in l. ſi uit, ff. ad leg. Falcid. & Hercul. Crem. Marſi. Brun. Ruyn. & Capic. quos omnes refert & ſequitur D. Roland. in tract. de lucro dot. q. 47. per totam, ubi latè eam cōprobat, & in q. 90. latè etiam Phanuc. in tract. eod. in glo. 4. nu. 7. & ſeq. ubi reſpondetur ad ſingula fundamenta Ang. in conſ. 81. qui contrariam tenuit opinionem, & eſt generale in quocunque lucro delato a lege, Pinel. in l. prima, par. 1. nu. 36. C. de bon. ma.

Poſtremò non obſtat quod prælegatum prædictum non valeat, quia ab hærede ipſi hæredi legari non poſſit: ad hoc enim pluribus modis reſpondetur. Primò quod ēt ſi id uerum eſſet, & legatum omnino foret inutile: tñ de hoc nihil ad prædictos filios ſubſtitutos, qui non fuerunt vniuerſaliter in oībus bonis ſubſtituti, ſed a ſubſtitutione excepta ſunt prælegata; quare cum ob coniecturam, quinimo & expreſſam teſtantis mentē nō veniat in reſtitutione fideicommiſſi, non eſt quærendum, an valeat vel non; quia ſi non valeret ſtante teſtantis diſpoſitione, illud remaneret penes grauatum iure hęreditario, quod admittunt omnia iura in cōtrariū adducta, & expreſsè probat in terminis Fulgoſ. in conſ. 100. quem ſequitur Pariſ. in conſ. 79. nu. 29. vol. 2. & Menoch. in conſi. 86. num. 84. & hoc confirmatur ex his, quæ ponit Pariſ. in d. cōſ. nu. 28. nā ex quo apparet teſtatricem voluiſſe q̄ prælegatum veniat in reſtitutione, videtur quod voluerit grauare fideicōmiſſarios ad dimittendū legatum hæredi, & ideo ceſſat obiectio; quia licèt ab hærede hæredi legari non poſſit, nemo tñ dubi-
34 tat quin hęredi † legari poſſit a fideicommiſſario, l. ſi a me, ff. ad l. Falcid. l. ſi hæres inſtitutus, §. primo, ff. ad Treb. Pariſ. loco præfato, Docto. in l. in quartam, ff. ad leg. Falcid. Secundò reſpondetur, quod ſi præmiſſa ceſſarent, adhuc contraria non procederent, quia propter clauſulā, omni meliori modo, appoſitam in teſtamento, videtur D. Margarita prælegatum feciſſe a fideicommiſsarijs, & eos grauaſse ad dimittendum hæredi res prælega-
35 tas. † in quo articulo licèt Ang. in conſ. 295. in fine, videatur dubitaſse: tñ hāc partem expreſsè tenet Iaſ. in l. planè, §. ſi duobus, nu. 6. ff. de leg. primo, dicens hanc eſse ſingularem limitationem, ſequitur Pariſ. in d. conſi. 79. nu. 31. & Meno. d. cōſ. 86. nu. 84. & facit, quia dicta clauſula, omni meliori modo, facit quòd legata videantur repetita
36 † a venientibus ab inteſtato, vt concludunt Bald. & Imola in l. cum pater, §. filijs matrem, ff. de leg. 2. Cur. iun. in conſi. 71. nu. 12. & in conſi. 72. nu. 8. vbi ait quod ita conſuluerunt plures, Bello. in cōſ. 53. nu. 18. Reſpondetur tertiò Pariſ. & Menoch. in locis ſupracitatis, præmiſſa non procedere, qñ extat in teſtamento clauſula, quod ſi non valeant contenta in eo iure teſtamenti, valeant iure donationis; quia tunc ſuſtinentur in vim donationis cā mortis. Quartò, licet non reperiam expreſsè a Doctoribus tactum, videtur reſponderi poſse quod procedunt contraria, qñ non eſt datus ipſi hæredi ſubſtitutus: eo enim caſu legatum hæredi factum, eſt inutile, quia ſibi a ſeipſo legari non potuit: ſecus autem qñ datus fuit ſubſtitutus, quia tunc ſuſtinentur legata tanquam a ſubſtituto relicta: nam habemus quod regulariter legata ab inſtituto cen-
37 ſentur repetita † a ſubſtituto, & ab eo debentur, ſiue ſit vulgaris, ſiue pupillaris, ſiue ēt per fideicōmiſſum ſubſtitutio, l. licet Imperator, ff. de leg. 1. l. ſi Titio & Meuio, §. Iulianus, ff. de leg. 2. l. cum pater, §. ab inſtituto, ff. eo. ti. l. quidam referunt, ff. de iure codicill. l. 1. §. fi. & l. ſeq. ff. ad Treb. l. non iuſtam, C. eo. tit. intelligendo tñ, qñ ſunt ſimpliciter relicta, quia ſi nominatim relicta eſſent ab hæ-
38 rede, non † deberentur a fideicommiſſario, l. poſt emancipationem, in princip. ff. de leg. 3. l. Marcellus, in princip. ſm communem lect. ff. ad Trebel. decla-

declarant Doc. præcipuè Iaſ. in d. l. prima, §. fi. nu. 3. & in l. qui quadringenta, nu. 6. ff. ad Treb. Gomeſ. de teſtam. c. 12. nu. 16. & quamuis id non ſit expreſſum in legatis factis hæredi, tñ non videtur in hoc hæres eſſe deterioris conditionis, quàm cęteri; & quod non minus cenſeatur a fideicommiſſario repetitum legatum hęredi factum, quam alij extraneo: quinimo cum teſtator præter vniuerſalem inſtitutionem aliquid hæredi relinquit titulo prælegati, videtur oſtendere eius voluntatẽ magis enixam eſſe, quòd hæres habeat res prælegatas
39 † propter geminationem titulorum. pro qua cõcluſione facit, quia ſuperflua quodammodo eſſet quæſtio, quam ita latè explicant Docto. an prælegata veniant in fideicommiſſi reſtitutione, niſi admitterent ea cenſeri a fideicommiſſario & ſubſtituto repetita: ſi enim legatũ eſſet inutile, ad quid dubitare, an ſit cum hæreditate reſtituendũ, cum ſit de corpore hæreditario, & ad hęredẽ perueniat eo caſu hæreditario titulo? Dicendũ eſt igitur qđ prælegatum quoq; hęredi factũ cenſeatur ſemper a ſubſtituto repetitũ, cum ſumus in caſibus in q. bus non venit in reſtitutione fideicommiſſi, & hãc ſnĩam probare videtur Pariſ. d. conſi. 79. nu. 30. & ſanè niſi fieret hæc repetitio, eſſet deterioris conditionis hæres quã extraneus, & offenderetur enixa teſtantiũ volũtas, & poſt hęc ſcripta vidi in terminis ita tenentẽ & declarantem Soc. iun. in cõſ. 8. nu. 26. vol. 2. per tex. in l. qui filiabus, §. fin. cum l. ſeq. ff. de leg. 1. & in l. Titia, ff. ad leg. Falc. & ſubdit ita ſe determinaſſe in l. in quartam, ff. ad leg. Falc. idipſum repetit in conſ. 89. num. 4. vol. 4.

SVMMARIVM.

1 *Prædicator Euangelij recipit alimenta ab his, quibus exponit verbum Dei. declara, nu. 15.*

2 *Sacerdos ali ab his debet, quibus ſpiritualia miniſtrat.*

3 *Conſuetudo pia & laudabilis eſt ſeruanda, & non dicitur ſimonia.*

4 *Conſuetudo ex actibus voluntarijs inducitur fauore Eccleſiæ.*

5 *Tempus eſt modus inducendæ obligationis fauore piæ cauſæ.*

6 *Conſuetudo valet, quòd populus teneatur victũ miniſtrare Prædicatori deputato a prælato.*

7 *Eccleſia inſtauratur & reficitur a prælato, vel rectore. limita, num ſeq.*

8 *Conſuetudo valet, per quam populus obligatur ad eccleſiæ refectionem.*

9 *Conſuetudo populi in manutentione lampadis ardentis ante ſanctam Euchariſtiam, valet.*

10 *Prædicationis onus ſpectat ad rectorem eccleſiæ, vel prælatum. vbi latè.*

11 *Facere qui obligatur, id debet ſua impenſa facere.*

12 *Operarius conductus, operatur cũ ſuis inſtrumentis.*

13 *Sacerdos, qui poteſt ex ſuo viuere, tenetur gratis miniſtrare populo ſpiritualia.*

14 *Sacerdos vbi reditus beneficij non ſuppetũt, victum ſibi quærit ex honeſta arte & laudabili.*

15 *Alimenta non debentur Prædicatori, qui tenetur ratione officij prædicare.*

16 *Acceptans legatum, beneficium, vel aliam diſpoſitionem, tenetur agnoſcere onus annexum.*

17 *Actum faciens, obligare videtur ſe ad omnes leges loquentes de illo actu.*

18 *Ciuilitatem acceptans, tenetur agnoſcere onera ciuibus iniuncta.*

19 *Penſio præteriti temporis debetur ab eo, in quem trãſiuit beneficium.*

20 *Alimenta debentur Epiſcopo, qui inuitatur ad exercendum ſpiritualia extra ſuam diœceſim.*

21 *Subrogatus ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*

22 *Alimenta debentur Vicario vel adiuncto de reditibus beneficij. pro quo ſeruit.*

23 *Sacerdoti debentur alimenta ab ordinatore Epiſcopo, ſi non habet aliunde.*

24 *Impedimentum excuſat a mora, tamen non efficit, quòd non implenti detur actio.*

25 *Prædicator præter alimenta, nihil recipit a populo citra ſimoniam.*

26 *Conſuetudo non valet, quòd Prædicatori aliquid detur vltra alimenta.*

27 *Conſuetudo quòd populus teneatur temporalia dare pro ſpiritualibus, non valet vbi ſi quinque concurrãt.*

28 *Conſuetudo, quæ habuit initium a coactione non eſt laudabilis, & ibi latè.*

29 *Conſuetudo non inducitur ex actibus difformibus.*

30 *Conſuetudo non inducitur, niſi concurrat animus eam inducendi.*

31 *Animus inducẽdi cõſuetudinẽ, ex quib. colligatur.*

32 *Animus conſuetudinem inducendi non concurrit, quando populus aliquando eſt conqueſtus.*

33 *Conſuetudo inducitur contra eos qui ſoluerunt, non contra alios.*

CONSILIVM CCLIIII.

PRAEPOSITVS eccleſiæ loci Lic. pingues habet reditus, quibus & curam animarum gerere & neceſſaria populo exhibere poteſt: verũ in controuerſiam venit, an ipſe teneatur impenſis proprijs prouidere de Prædicatore, qui debitis temporibus annunciet populo Euangelium, vel id oneris ad populũ ſpectet? Et idem quęritur de mercede ſeu eleemoſina, quę ſolet eidem offerri? Et videtur populum teneri, quia
1 euangelizantibus verbum Dei neceſſaria † ſunt tribuenda, ca. apoſtolicis, 16. q. 1. per quẽ textum ita tenet Spec. in tit. qui filij ſint legit. num. 25. dignum eſt enim, ꝙ tẽporalia metant, qui ſeminant ſpiritualia, vt inquit Apoſt. ad Corint. ca. 9. & ponitur in c. cũ ex officij, in fi. de præſcrip. vbi ẽt dicitur, quod nemo cogitur ſuis ſtipendijs militare. ꝓbatur hoc ẽt authoritate Euãgelij apud Matth. ca. 10. vbi dignus eſt operarius cibo ſuo. & Lucæ 10. ibi, eadem autem domo manete edentes & bibentes, quæ apud illos ſunt. & Deuterono. cap. 25. Non alligabis os boui trituranti. & Paul. ad

Corint.

Corinth. dicto cap. 9. qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt edunt; & qui altari ſeruiunt, & cum altari participant. & dicit Diuus Thomas in 4. diſtinct. 25. quòd ſtipendia debentur Prædicatoribus ad ſuſtentationem victus, ne cogantur relinquere verbum Dei. refert, & ſequitur Prapoſ. in cap. ordinationes, num. 7. prima quæſt. prima, & latè hanc ſuſtinet partem Alphonſ. de Caſtro in tract. aduerſus hæreſes, lib. 9. pag. prima, 6. & 9. vbi multas allegat ex prædictis authoritatib. Et quamuis Apoſtolus Prædicando victum proprijs ſibi manibus parauerit, tamen id fuit ad acquirendum meriti abundantiam, & vitæ perfectionem; non quia malum eſſet accipere ab his, quibus exponebat verbum Dei. & idem eſt in ſacer-
2 dotibus, qui ſacramenta conferunt: ali enim † ab his debent, quibus ſpiritualia miniſtrant, cap. ad apoſtolicam, de ſimon. Quinimò poſſunt diuina ſubtrahere, & denegare his, qui recuſant neceſſarias facere obligationes, vt voluit gl. in cap. omnis Chriſtianus, de conſecratio. diſtinc. prima, allegat cap. cum ſit, de ſimon. & nouiſſimè ad probationẽ huius ſententiæ multas congerit authoritates Deciſio. Pedemonta. 99. num. 22.

Hæc verò minorem haberent dubitationem, ſi vniuerſitas dicti loci conſueuiſſet longo tempore alimenta & ſtipendium Prædicatori præſtare: nã in futurum ad id poſſet compelli, nec videretur ſi-
3 monia, ſed laudabilis quædam † conſuetudo, quã populus compellitur ſeruare, cap. ad apoſtolicã, de ſimon. vbi dicitur, ſpiritualia eſſe conferenda populo, ſed compelli poſtea cum ab Epiſcopo ad implendum conſuetudinem piè introductam, & declarat ibi Abb. in fine, procedere non ad effectum, vt ſacramenta non conferantur, donec oblationes fiant, ſed vt poſt collationem cogantur iuxta ſolitum ſeruitia præſtare, Bart. in l. priuilegia, C. de ſacroſan. eccleſ. Butr. Cardinal. & Abb. in rubr. de parroch. nume. 3. Gofred. Domin. Anan. Ioan. Fab. Socin. Felin. Dec. & alij, quos citat Deciſ. Pedemonta. 99. num. 20. & ſeqq. intelligendo ſemper, ſecundum Abb. in dicto cap. ad apoſtolicam, quando talis conſuetudo habuit initium voluntarium, non coactum. eſt enim ſpeciale fauore
4 eccleſiæ, quod conſuetudo inducatur † ex actibus volontarijs longo tempore continuatis, capitulo, veniens, il primo, vbi Abb. in quarto nota. de teſtib. idem tenent multi, quos citat Deciſ. Pedemon. loco prædicto, num. 44. & dicit eſſe notabile verbum & ſingulare Marſil. ſingul. 192. & vbi agi-
5 tur de fauore piæ cauſæ, eſt modus † obligationis inducendæ, l. prima, C. de fideicom. quam dicunt ſingularem ibi Cyn. Bart. Angel. & Caſtren. & licèt loquatur in cauſa alimentorum, procedit tamẽ fauore piæ cauſæ, ſecundum Ang. & Iaſ. in l. 2. C. fideicomm. cum alijs per Tiraquel. de pia cau. priuileg. 60. & in propoſito, quod valeat conſuetu-
6 do, † per quam populus teneatur alimenta præſtare Prædicatoribus deputatis a Prelato, voluit Ripa in conſi. 26. nu. 44. Similis autem conſuetudo

excuſat Prælatum, atque eum releuat ab huiuſmodi onere, ſi ſibi de iure incumberet, vt probat Ripa in loco prædicto. & confirmatur in ſimili, quia
7 etſi Rector vel Prælatus † teneantur eccleſiam inſtaurare & reficere, cap. 1. & cap. de his, de eccleſ. ædif. Docto. in cap. fin. de his, quæ fiunt a maiori par. cap. Barbat. in conſi. 25. col. 2. vol. 3. Paul. de Citadin. in tracta. de iure patronat. in quinto artic. num. 173. Ripa in conſil. 68. nume. 1. tamen ſi populus conſueuit per longum tempus impendere de proprio in eccleſiæ reparationem, liberatur
8 † Rector, & in futurũ cogitur populus, vt per Innoc. in dicto cap. fin. de his, quæ fiunt a maiori par. capit. Hoſtien. Cardin. & Abb. in cap. primo, de eccleſ. ædifi. Archid. in cap. quatuor, 13. q. 2. vbi dicit quòd attenditur conſuetudo, ſequitur Præpoſ. nu. 3. & dicit dicto cap. 1. quod primum recurrendum eſt ad conſuetudinem. ſimiliter ſi populus conſueuit ſumptum facere pro lampade
9 ardenti ante altare, † liberatur Rector, qui ad id tenebatur, ſecundum Innocent. in d. cap. fin. & Ripa in conſi. 27. num. 4. & quæ dicuntur de impenſa victus, procedere eadem ratione videntur in ſtipendio, ſeu mercede.

His tamen non obſtantibus contrariam omnino amplector ſententiã, ſtante facto, vti mihi præſupponitur; & concludo vniuerſitatem dicti loci non teneri communi iure, & conſuetudine circumſcripta præſtare victum ſeu alimenta ei, qui diebus ab Epiſcopo & ſinodalibus conſtitutionibus ordinatis prædicant verbum Dei. Prædicationis enim munus tenetur Prælatus, Rector vel alius ad
10 miniſtrare, † qui curam gerit animarum, vt eſt tex. in clement. dudum, in medio, de ſepult. & dicit gloſ. in clemen. prima, in ver. officia, de regular. quòd prædicare eſt officium curæ, Cardinal. in dicta clement. dudum, in ver. verum, in princ. Abb. in c. inter cætera, nume. 1. de offi. ordin. vbi ait, quod proprium eſt munus Epiſcopi prædicare, ſed ad id quoque tenetur quicunque habet curam animarum, & in cap. quod Dei, nume. 2. de ſtatu monac. dicit, officium eſſe parochialis preſbiteri prædicare: quia cum habeat curam populi, tenetur eum inſtruere in prædicationibus. & in cap. quam ſit, num. 3. de Iudæ. dicit quod prædicare eſt officium curæ, ideo qui non gerunt animarum curam, non debent prædicare, & infert ad fratres mendicantes, ſequitur ibi Anan. num. 10. Felin. in capit. excommunicamus, nume. 4. de hæret. vbi alios citat, Ripa in conſil. 26. nume. 32. vbi fortius dicit induci conſuetudinem non poſſe quod parochialis presbiter non teneatur per ſe, vel per alium prædicare, quia eſſet animabus perniciosa, & nouiſſimè ſancitum eſt in Sinodo Tridentina, in quinta ſeſſione de reformatio. capit. ſecundo, & ſeſſione vigeſimaquarta, de reformat. cap. 4. vbi mandat, parochos per ſe, vel alios prædicationis munus obire impenſis eorum, qui tenentur, vel ſolent. Cum igitur curã gerens teneatur id oneris explere, ſequitur quòd ſua impenſa facere de-

debet: quia vbi quis tenetur aliquid facere, vel
31 præſtare, † id ſua impenſa facit, vt eſt tex. in l. ſuo
victu, & in l. quod niſi, in fin. ff. de oper. liber. per
quos tex. dicit Bart. in l. ſi non ſortem, §. libertus,
num. 3 a. ff. de condi. indeb. quod qui operas loca-
uit certa mercede, præſtat eas de proprio, ſi nulla
circa hoc extet conſuetudo, Bald. in l. liberti liber-
tæque, nu. 11. C. de oper. liber. vbi dicit, quod condu-
cti ad aliquod laboreriũ, debent facere ſibi expen
ſas, niſi aliter ſe habeat conſuetudo loci; & quod
procedit generaliter, quando non præſtantur ex
curialitate, ſed ex aliqua compenſatione, alios ci-
tat Iaſ. d. §. libertus, nu. 28. & in l. cũ ſeruus, nu. 3.
ff. de leg. 1. vbi infert ad vaſallum, qui tenetur pro
pria impenſa ſequi dominum in bello, facit l. 2. §.
ſi conſeruatis, ff. ad leg. Rhod. de iactu. vbi opera-
32 rius † conductus operatur cum ſuis inſtrumentis.
& dicit glo. in l. ſtipulationes commodiſſimum, ff.
de verb. obl. quòd ſcriptor conductus vtitur pro-
prio atramento, & ſuo calamo. & idem vult Bald.
in colono, in l. 1. nu. 2. C. de verb. ſign. dicẽs quòd
colonus operari & colere debet prædia cum ſuis
inſtrumentis, & ſi ſunt destructa reficit ſuo ſum-
ptu, & ſubdit idem eſſe in quibuſcunque fabris, &
operarijs, latè proſequitur Natta in conſil. 243.
nu. 1. & ſeq. vbi ait, quod colonus ponit quoque
ſemen de ſuo; & in terminis dicit glo. in cap. ſuam
nobis, in ver. exequijs, de ſimon. quod ſacerdos,
qui de ſuo habet victum, debet ſuo ſumptu ſpiri-
33 tualia † populo miniſtrare, & ibi no. Abb. num. 1.
quòd proprius ſacerdos debet ſacramenta, & alia
ſpiritualia parochianis ſuis gratis impendere; & ſi
aliquid pro eis vel ab inuitis, vel ex conuentione
exigit, ſimoniam committit, ſequitur ibi Anan.
nume. 1. ſubdens, quòd clericus de quo loquitur
ille tex. erat rector parochialis illius villę, & rector
eccleſiæ debet viuere de bonis eccleſiæ, c. extirpã-
dæ, de præben. ponit Spec. in tit. qui fil. ſint legit.
num. 22. & quòd ſint ſacramenta gratis miniſtran
da, probat Caſtren. conſi. 364. nu. 1. vol. 1. Corn.
in conſil. 296. col. 2. vol. 4. Dec. conſil. 215. col. 2.
quinimò ſi non ſufficerent reditus eccleſiæ ad ali-
34 menta † ſacerdotis, deberet prius victum ſibi com
parare ex laudabili aliqua arte ſeu exercitio, non
autem populum grauare, Abb. in d. cap. ſuam no-
bis, nu. 10. vbi dicit, quod debet docere pueros,
vel ſcribere, vel quid ſimile facere, quòd non ſit
indecorum: aliàs ſibi imputet, ſi accepit tenue be-
neficium. idem tenet Anan. num. 6. qui tamen li-
mitat, quando beneficij reditus eſſent diminuti
poſt acceptationem. Cum igitur rector teneatur
ipſe prædicare, & ſpiritualia parochianis, & ea
quidem gratis exhibere: ipſe quoque ſi caſu ali-
quo ſit impeditus, de proprio tenetur Prædicato-
rem habere in eccleſia, atque ei victum & neceſſa-
ria miniſtrare, non onus in humeros vniuerſitatis
vel populi conuertere, & ita mandat ſacra Sino-
dus Tridentina, ſeſſione quinta, cap. 2.

Et non obſtat, quod ſupra in contrarium dictũ
eſt, victum ab his eſſe pręſtandum, quibus ſacra-
menta miniſtrantur: quia procedit, quando is qui
miniſtrat, non eſſet a iure obligatus prædicare, vel
ſpiritualia impendere; tunc enim ſumeret victum
35 a populo; ſed quando eſt obligatus, † nihil exige-
re poteſt pro ſpiritualibus, ſed eſſet ſimonia, vti
ſupra probauimus, ſi aliunde poteſt viuere. ita di-
ſtinguit glo. in d. c. ſuam nobis, de ſimon. dicens
quod proprius ſacerdos debet gratis miniſtrare
ſpiritualia: alienus autem poteſt operas ſuas loca
re. & eam melius declarat Abb. ibi, in fine, dicens,
quod proprius ſacerdos habens aliunde, nihil de-
bet exigere a parochianis, ſed alienus poteſt ali-
quid etiam ex conuentione accipere, non vt dire-
ctè recipiat temporalia pro ſpiritualibus, ſed in re
compenſationem damnorum, cum ad ea non te-
neatur ex officio; & extendit etiam, quando alie-
nus ſacerdos, vel ex beneficio, vel ex alijs viuere
poteſt, & ita refert, an ſacramenta miniſtrentur a
proprio ſacerdote, qui tenetur ex officio, vel ab
alio, qui non tenetur. cum enim munus prædica-
tionis ſit annexum curæ, ſacerdos qui curam acce
ptauit, tacitè cenſetur ſe obligaſſe ad prædicatio-
nem curæ iniunctam, quia qui acceptat officium,
36 ſeu beneficium, ſeu legatum, agnoſcere † videtur
onus annexum, l. vnica, §. pro ſecundo, C. de ca-
duc. l. ſed ſi non ſeruus, in princ. ff. ad leg. Falcid. l.
cum ab vno, ff. de leg. 2. Crauet. in conſi. 299. nu.
13. Crauet. in conſi. 174. num. 9. & in conſi. 245.
num. 4. Alciat. in conſi. 545. num. 3. Bello. in con-
ſil. 9. num. 9. Phanuc. in tracta. dotis, glo. 8. nu. 72.
37 & qui facit actum, videtur ſe obligare † ad omnes
leges loquentes de illo actu, l. ſi duo, ff. de acquir.
hær. Crauet. in conſi. 75. num. 5. Ruin. in conſ. 86.
num. 16. conſi. 145. num. 9. volumine 3. Alciat. de
præſumpt. reg. 3. præſumpt. 32. num. 14. Decius
auth. præterea, num. 10. vbi Cur. iun. num. 23. C.
vnde vir, & vxor. Bauer. in l. cum filio, num. 14. ff.
de legat. primo. & qui acceptat ciuilitatem, tene-
38 tur ad omnia onera, quæ † ciuibus incumbunt,
Caſtren. in dicta l. ſi duo, Alex. in conſi. 103. num.
7. volum. 2. Cagnol. qui alios citat, in l. qui cum
alio, num. 8. ff. de reg. iur. eodem modo videmus,
quod ſuccedens in beneficio, tenetur ad penſio-
nem præteriti temporis, quia eſt onus beneficij,
39 & beneficium tranſit cum ſuo † onere in quem-
cunque poſſeſſorem, cap. ſi quis laycus, & cap. ex
literis, de pignor. Fran. in cap. fin. in fine, de offic.
ordin. in 6. Gigas in tract. de penſio. q. 39. num. 6.
10. & ſequen. & quæſtio. 43. per totam. eodem er-
go modo tenetur rector ad munus prędicationis,
& diſtinctionem hanc innuit Auguſt. quem refert
Præpo. in dicto cap. ordinationes, nu. 7. 1. q. 1. dũ
dicit, quod Apoſtoli gratis recipiebant panem ab
his, quibus gratuitam prædicationem impende-
bant. quaſi contrarium eſſet dicendũ, vbi ex obli-
gatione officij tenerentur. & hoc etiam modo lo-
quitur Sapia ad Abb. in d. cap. inter cęteras, nu. 1.
de offi. ord. dicens, quod Prædicatores voluntarij
poſſit neceſſaria recipere, ab inuitis, allegat tex. in
c. cũ ex officij, de pſcrip. & in c. cũ volũtate, §. Prę-
dicatores,

dicatores,de ſenten.excom.facit,quod poſt Hug.
(quem cit.t)voluit Archidia. in ca. ſi Epiſcopus,
nu.2.de offi.ordin.in 6.vbi ait,quod ſi Epiſcopus
20 de alia diœceſi inuitatur† ad ordinandũ clericos,
ad conſecrandũ altaria, & ad faciendum alia hu-
iuſmodi, habebit expenſas ab ea diœceſi, ad quã
inuitatur: licèt ſecus ſit, qñ id facit in ſua diœceſi,
ſequitur Ioan.Andr.& Butrius, num.2.

Et ſicuti ipſemet ſacerdos prædicans non ha-
bet victum a parochianis,ſi habet ab eccleſia ſuf-
ficientes reditus: ita de ſuo victum, & neceſſaria
exhibet Prędicatori, qui ſuo nomine explet mu-
nus ſibi iniunctum: quia qui per aliũ facit ipſe fa-
cere videtur,cap.qui per alium,de reg.iur. in 6.&
21 ſubrogatus † ſapit naturam eius, in cuius locum
ſubrogatur,l.ſi eũ,§.qui iniuriarum,ff. ſi quis cau
tio.& probatur in c.de rectoribus,de cleri. ægrot.
vbi dicitur, quod ſi ꝓpter infirmitatẽ Pręlati, vel
22 Rectoris prouidendum eſt de adiuncto † pro ad-
miniſtratione curæ, illi eſt prouidendum de ali-
mentis & reditibus beneficij, & ibi hoc not. Abb.
nu.5.& alij.probatur item per tex. in c. de mona-
chis,de præben. vbi vicarij perpetui, qui aliorum
loco tractauit diuina ſacramenta, & parochianis
miniſtrant,alẽdi ſunt de reditibus illius beneficij,
cui deſeruiunt, & in clem. 1. de iure patron. Re-
buff.in tracta.de congr.portio.q.2.nu.11. vbi di-
cit, quod ſi huiuſmodi vicarij, & adiutores ſunt
perpetui,debent perpetuo ali:ſi verò ſunt tempo-
rales, victum recipiant de reditibus beneficij pro
tempore,quo ſacris dant operam.Cum ergo Prę-
dicator ſubeat id munus in defectũ Rectoris, qui
vel non eſt habilis, uel eſt impeditus, habere dẽt
alimenta non a populo,ſed ab ipſo Rectore,cuius
defectum ſupplet: ſi enim ideo rector abſtinet a
Prædicatione,quia ſit inhabilis, non dẽt id noce-
re populo,ſed imputãdum eſſet Epiſcopo,qui ta-
lem non idoneum inſtituit, & ipſe teneretur im-
penſam Prædicatoris ſuſtinere, vt dicitur de victu
23 †Sacerdotis pauperis, quẽ præſtat Epiſcopo,qui
illum ordinauit,c.primo, & ca.cum ſecundum,de
pręben.Spec.in tit.qui fil.ſint legi.Abb.d.c.ſuam
nobis,num.11.de Simon.ſi verò ideo ceſſat,quia
impeditus ſit,non dẽt impedimentum nocere po-
pulo,quia impedimentũ excuſat quidem impedi-
tum a mora & pęna,ſed non efficit deteriorẽ con-
ditionem aduerſarij.Qua ratione videmus, quod
24 qui propter impedimentum non implet, † licèt
excuſetur a mora;tñ non agit vt ſibi a parte obſer-
uentur promiſſa, Butr.& Abb.in c.ſicut, l'vltimo,
de iureiuran.Dec.in l.cum proponas, la ſeconda,
nu.quarto, C.de pact. Natta in conſ.50.num.7.
conſi.451.num.38.Roland.in conſ.69. num. 12.
vol.4.Menoch.in conſi.1.nu.368.

Hæc verò quæ dicuntur de impẽſa uictus,mul-
to magis locum vendicabunt in ſtipendio,merce-
de,uel ſalario, quod eiſdem Prædicatoribus præ-
ſtari mãdauit Reuerẽdiſſimus Epiſcopus:nã Prę-
dicatori præter alimenta nihil omnino dandũ eſt
25 a Rectore,uel a populo, & citra ſimoniæ † vitium
nihil recipere põt, ſecundum diuum Thom. in 4.
diſtinc.25.vbi dicit quòd dantur Prædicatoribus
ſtipendia ad ſuſtentationem uictus, ne cogantur
relinquere uerbum Dei, non aũt debentur quaſi
pretium prędicationis, ſequitur Præpoſ.d.c. ordi
nationes,nu.7.prima q.1.vbi idem dicit in Sacer-
dote, qui munus aliquod recipit ab eo cui vel ſa-
cramentum,uel aliud quid ſpirituale impendit,ut
ſcilicet fieri id poſſit pro ſuſtentatione victus,non
pro mercede ſpiritualis erogati.& dicit Tabien.in
uer.Prædicare,nu.12. quòd Prędicator ſuſtenta-
tionis neceſſitatem a populo,mercedẽ verò diſpẽ-
ſationis a Deo debet accipere,aliàs faceret Euan-
gelium uenale, ex quo non debet habere oculum
ad mercedem uel præmium,allegat glo. & diuum
Thom. & hoc adeo uerum eſt, ut non ualeat con-
26 ſuetudo, † per quam aliquid detur Prædicatori
ultra debita alimẽta, quia eſſet ſimoniaca. ita cõ-
cludit Ripa in conſi.26.nu.45. allegat notata per
gloſ.Innoc.Abb.& alios,in cap.cum voluntate,§.
Prædicatores,de ſenten.excommun.

Non ẽt aduerſatur conſuetudo, quæ allegatur
contra uniuerſitatẽ dicti loci,quia in facto pręſup
ponitur, nullã extare conſuetudinẽ præſtandi uel
alimenta,uel ſalarium, aut ſtipendiũ aliquod.Se-
cundò reſpondeo,quod ut conſuetudo dici poſſit
27 pia, laudabilis, & obſeruanda, debent † quinque
concurrere,quæ ponit Caſt.in cõſ.364.nu.2.vol.
1.Dec.in conſ.215.nu.4.qui loquuntur in noſtro
propoſito,Ripa in conſ. 26. in princ. & præcipuè
quod a principio populus ſoluerit ſponte & nulla
cogente neceſſitate, nã ſi præceſſiſſet coactio non
28 eſſet pia,ſed damnabilis & nutritiua † peccati. ita
declarãt Abb.& Fely.in c.ad apoſtolicã, de ſimo.
& melius idem Abb.in d.c.ſuam nobis,nu.4.eod.
tit.ubi ait,quod primę ſolutiones debẽt procede-
re a mera liberalitate, & deuotione populi: tunc
enim non habet uitium, nec fundamentum uitio-
ſum,ſed laudabile,& id deducit a tex. in d. cap.ad
apoſtolicam, dũ approbat illam ſolam conſuetu-
dinem, quæ eſt pia fidelium deuotione introdu-
cta,Auan.d.c.ſuam,nu.3.Corn. in conſ.296.col.
ult.uer.& ſi dicatur,uol.4. Dec. in conſ. 215. nu.
2. ſed hoc probatum non fuit. Item conſtare dẽt
quod actus fuerint uniformes tã reſpectu uictus,
quàm reſpectu ſalarij ſeu mercedis; ſed præſuppo
nitur aliquibus annis nihil fuiſſe ſolutum, aliqui-
bus uerò aliquid,& ſępe plus,ſæpe minus:ex acti-
29 bus autem difformibus † non inducitur conſue-
tudo, Docto.in ca.fi.de conſuetud. & in l.de qui-
bus,ff.de legibus,Afflict.deciſ.280.num.9.Alex.
in conſi.5.uol.5.Natta in conſi.106.nu.10.& in
conſi.309.num.9.Crau.in conſi.96.nu.6.Neuiz.
in conſ.5.num.31.Cagnol. in l.ſemper in ſtipula-
tionibus, num. 22. ff. de regulis iuris, Roland. in
conſ.87.num.53.uol.ſecundo, Menoch.in conſi.
octauo,num.17.& in conſi.37.numero 39.& 67.
& in propoſito noſtro ita tenet Corneus in con-
ſilio 296. colum. penult. uerſ. conſenſus autem,
Dec.in conſi.215.num.2.uer. ſecundò hoc idem.

dum dicunt,non eſſe induct am conſuetudinem, ſi
aliqui ſoluerunt,aliqui nõ. requiritur item, quod
illi actus facti fuerint animo inducendi conſuetu-
30 dinem, † aliàs non obligant pro futuro tempore,
gl.in c.conſuetudo, diſtinct.1.Abb. in c.ſi.ver.ſe-
ptimò requiritur,de conſuetud. Butr.in c.1.de re-
ſcrip. & in propoſito noſtro ita tenet Dec.in conſ.
215.nu.4.& Ripa in conſ.27.in caſu autẽ non ha-
buit populus animum inducendi conſuetudinem:
quia vt eſt dictũ,aliqui ex hominib.prandium de-
derunt Prædicatori,alij cęnam,alij nihil;& eſſe po
teſt,quod qui inuitarũt Prædicatorem, id fecerint
ex particulari deuotione, nõ ea intentione vt obli
garent ſe & populum in futurum, vti conſiderat
Ripa in d.conſ.27.nec dicatur,ꝙ ſit ſpeciale fauo-
re eccleſię, vt ex longi temporis pręſtatione pręſu-
matur populum habuiſſe animum inducendi con-
ſuetudinem,vt dicit Abb.in d.c.ſuam nobis,nu.8.
qui etiam nu.7. verſicu.ſecundò poteſt dici,quod
31 animus † inducendi conſuetudinem depræhendi-
tur in populo, qñ aliquid præſtat non indetermi-
natè, ſed habito reſpectu ad certũ quid ſibi datũ,
& ita habito reſpectu ad ſpiritualia, argumento
eius, ꝙ ponit Bart.in l.de in rem verſo. ff.de vſur.
vbi ſi ruſticus pręſtat dño ſingulo anno vnum par
caponum intuitu laborum,quos retinebat,induci
tur ex hoc obligatio ſoluendi in futurum,ſequitur
etiam Anan.d.c.ſuã nobis, ver.ſed in caſu noſtro,
quia rñdetur quod hoc procederet, ſi vniformes
fuiſſent actus,ſi omnes ſoluiſſent,& ſi eodem mo-
do ſemper ſoluiſſent.ſed cum,vt dixi,qñque plus,
qñque minus fuerit ſolutũ,& alij cęnam,alij pran-
dium præſtiterint,non poteſt colligi animus indu
cendi conſuetudinem,vt conſiderat Cor.in d.cõſ.
296.col.pen.verſi.conſenſus autem,vol.4.vbi di-
cit, quod ex quo actus poſſunt continere, & non
continere animum inducendi conſuetudinem, in
dubio referri debent ad eam partem, quæ eſt ma-
gis fauorabilis reo,l.fauorabiliores, ff.de reg. iur.
& lex & conſuetudo debent eſſe certæ, non ambi-
guæ & obſcuræ, præcipuè cum agamus de actibus
conſiſtentibus in mera facultate, in quibus regula
riter non præſumitur animus inducendi conſue-
tudinem.& licèt fauore eccleſiæ inducant obliga-
tionẽ,tamen non ita facile inducitur,ſicuti ſi actus
nõ eſſent facultatis,vt pulchrè ipſe diſſerit,in quo
etiam videtur mihi aduertendum eſſe, quòd hæc
conſuetudo non tendit ad fauorẽ eccleſiæ,ſed Re-
ctoris, qui per eam eximitur ab onere præſtandi
victum Prædicatoris:niſi dicamus,quòd vbi onus
minuitur Rectori, in hac parte poterit Rector in
alijs magis grauari ad fauorem eccleſię;& res eſſet
32 clarior,ſi vniuerſitas aliquando eſſet † conqueſta
etiam extra iudicium de Rectore,quod nõ concur
reret in expenſa Prædicatoris, quia ex hoc collige
retur diſſenſus, nõ animus ſe obligandi in futurũ,
vt conſiderat Corne.loco prædicto,col.pen.verſi.
præterea,prout percepi.& Rip ad.conſi.26. nu.4.
vbi tamen non meminit de Corneo, & omni caſu
hæc conſuetudo obtineret ſolum contra eos, qui
33 ſoluerunt, non † contra alios qui neque ſoluerũt,
neque victum præſtiterunt, vt per Caſtr.d.conſil.
364.col.2. quem ſequitur Dec.d.conſil.215. col.
penul. & fin.vbi dicunt quod parochiani tali caſu
poſſunt authoritate propria ſubtrahere ea, quæ
conſueuerunt præſtare. & dicit Caſtr.col.2.verſi.
quarto, quòd eleemoſina debet relinqui arbitrio
parochianorum,non autem per Rectorem taxari,
quia huiuſmodi taxatio arguit manifeſtam cupi-
ditatem,& ſolutio dat occaſionem peccandi.

SVMMARIVM.

1 *Pater, quando ſecundo genero dat dotem cum pacto lucrandi filij prioris matrimonij reuocant ex l. hac edictali.limita,num.13.*

2 *Dos a quocunque proueniat, videtur ſemper dari ab vxore.*

3 *Augmentum dotis regulatur ſecundum naturam dotis principalis.limita,vt nu.24.& 25.*

4 *Extraneus ſi in primo matrimonio dedit dotem cum pacto lucrandi, tenetur nihilominus maritus tranſiens ad ſecunda vota dotem illam lucratam reſeruare filijs ex prima vxore.*

5 *Dos augeri poteſt conſtante matrimonio.*

6 *Legem apponere rei ſua poteſt quilibet.*

7 *Pactum, quod filij ſecundi matrimonij habeant dotis augmentum, eſt validum.*

8 *Pater non tenetur dotare iterum filiã ſemel dotatam.*

9 *Pater, qui filiam ſemel dotauit, non tenetur auctis facultatibus iterum dotare.*

10 *Filij prioris matrimonij non reuocant dotem ab extraneo datam ſecundo viro cum pacto lucrandi.*

11 *Grauatus ſi aliquid facit de ordine teſtatoris, non ipſe,ſed grauans facere videtur,& num.22.*

12 *Grauari non poteſt is, cui ex neceſſitate legis vel teſtatoris fuit aliquid relictum.*

13 *Pater, quando auget dotem ſecundo viro cum pacto lucrandi,non eſt locus l.hac edictali.*

14 *Mater poteſt plus relinquere filijs ſecundi viri, quàm primi, dummodo filijs primi relinquat legitimam.*

15 *Fraudulenter facere non videtur qui id facit quod ſine fraude poteſt facere.*

16 *Pater cogitur dotare filiam,quamuis nuptam.*

17 *Frater tenetur dotare ſororem, quando neque pater extat,neque mater.*

18 *Dotandi onus tranſit ad hæredes patris.*

19 *Bona ſubiecta fideicommiſſo non poſſunt alienari pro dote,quam dotans non cogebatur dare.*

20 *Pater dans dotem maiorem legitima, poteſt ſubſtituere in eo,quod eſt vltra legitimam.*

21 *Videtur verbum, importat fictionem & improprietatem.*

22 *Actus tribuitur ordinanti,non exequenti.*

23 *Extraneus dans dotem, poteſt quodcunque pactum apponere in ipſo actu,non poſt.*

24 *Augmentum non regulatur ſecundum dotem principalem,quando eſt diuerſa ratio.*

25 *Augmentum non regulatur ſecundum dotem principalem, quando in augmento poſita ſunt pacta diuerſa.*

CON-

CONSILIVM CCLV.

PActum, quod magnificus Domi-
nus Iacobus fecit cum magnifico
Vincentio genero, quod aurei qua
dringenti per ipſum additi dotibus
Dominæ Iuliæ filiæ, vt ſecundū hoc
matrimonium ſortiretur effectum, remançant pe-
nes naſcituros filios ex ipſo ſecundo viro, reuoca-
tur in dubium, an valeat in præiudicium filiorum
ex priore marito, vel potius teneatur Dñs Vincen
tius eos reſtituere ſecundum formam l. hac edicta
li, C. de ſecund. nupt. & fortè diceret quilibet, pa-
ctum non valere, & eo non obſtante locum eſſe di
ſpoſitioni d. l. hac edictali, non minus pro aureis il
lis additis, quàm pro reliqua dote. & rem perſtrin
gendo videtur de hoc deciſio Baldi in l. hac edicta
li, in princip. nu. 20. verſicu. non idem dicerem, C.
de ſecund. nupt. vbi inquit, quod ſi pater dat dotē
1 † ſecundo viro, cum pacto lucrandi, poterunt nihi
lominus filij primi matrimonij agere reuocatoria
ex forma dictæ legis, quia pater eſt obligatus ad
dotādum, l. obligamnr, §. lege, ff. de actio. & oblig.
l. qui liberos, ff. de ritu nup. & dos tūc videtur exi-
re de patrimonio vxoris, vt per eum, & idem dicit
Curt. iun. in conſil. 122. colum. fina. concludens, l.
hac edictali, locum vēdicare etiam in dote, quam
pater de nouo conſtituit filiæ ſecundo nubenti,
quamuis maiorem det quàm primo viro dederit,
ſequitur ſimpliciter Rolan. in trac. de lucro dot. q.
28. nn. 2. & hoc etiam voluit Sali. in d. l. hac edicta
li, in fin. princip. quando pater deceſſiſſet ante fi-
liam, quia tunc dos conſolidatur in filia, l. ſecun-
da, §. primo, ff. ſoluto matrimo. & ſecundus vir eo
caſu dotem habet ab vxore, quæ non potuit illam
dare in pręiudicium filiorum prioris matrimonij,
Gabriel. commun. opin. lib. 3. tit. de ſecund. nupt.
concluſ. 4. num. 69.
2 Confirmatur hęc opinio, quia dos † a quocun-
que detur, ſemper videtur ab vxore ipſa procede-
re, etiam ſi eam det extraneus, §. illud quoque, in
Authen. de non elig. ſecund. nub. vbi parificantur
hi caſus, Salic. in l. quod in vxorem, in fi. C. de ne-
go. geſt. Lup. in repet. cap. per veſtras, in 3. notab.
colum. 4. uerſic. iſta tamen, de donat. inter uir. &
vxo. & explicitè dicit tex. in l. ex morte, in fine, C.
de pact. conuen. quod a quocūque proueniat dos,
ſemper vxor eam dare videtur, & eū textum pon-
derat Aret. in §. fuerat, num. 25. verſi. & aduertas,
& Natta in conſil. 258. num. 1.
Tertiò ſicuti filij prioris matrimonij reuocant
dotem, ita poſſunt reuocare augumentum dotis,
3 quia regulatur ſecundum naturā † principalis, l. ſi
ex toto, & l. quod in rerū, §. ſi quid poſt, ff. de leg. 1.
& de augumento dotis quod iudicetur eodē mō,
ſicuti dos, eſt tex. in l. inter ſocerū, §. cū inter, ff. de
pact. dotal. l. etiam, C. de iure dot. quem tex. com-
mendat Bald. ibi, in 2. notab. ad hoc quod ſtipula-
tio, quæ eſt ſtricti iuris, extenditur ad augumentū,
Aret. in l. ſi in teſtamento, ff. de vulg. Iaſ. in rub. ff.
ſoluto matrim. col. fin. & quod augumentum ſor-
tiatur eandem naturam cum ipſa dote, probatur
ex multis allegatis per Rol. in tract. de lucro dot.
q. 100. per totum, Natta in conſ. 253. nu. 4.
Quartò facit, quod voluit Bal. in l. generaliter,
4 col. 1. C. de ſecun. nupt. vbi ſi extraneus † dat dotē
cum pacto quòd vxore præmoriente vir lucretur,
eueniatq; is caſus, & deinde maritus, qui eſt lucra
tus dotē, tranſeat ad ſecunda vota, vult Bal. quod
illud quoq; lucrum reuocetur a filijs primi matri-
monij, quia dans pro alio repręſentat illū pro quo
dat, habeturq; ideo ac ſi ab illo datum eſſet, Ga-
briel. d. tit. de ſecund. nupt. concluſ. 5. nu. 38.
Quibus tamen non obſtantibus verius exiſti-
mo, quod prædictum pactum ſubſtineatur & po-
tuerit fieri in ipſo dotis augumēto: cum enim dos
5 poſſit quandocunque augeri, etiā conſtante † ma-
trimonio, l. ſi conſtante, C. de donat. ante nupt. Pa
riſ. in conſil. 126. in prin. vol. 1. poteſt is, qui dotes
auget ea pacta opponere, quæ libet, quia rei ſuæ
6 quilibet eſt moderator † & arbiter, l. in re manda-
ta, C. mand. etiam abutendo, l. ſed & ſi lege, §. con
ſuluit, ibi, dum ſe abuti putant, ff. de petitio. hęred.
& cuique dimittenda eſt libera rerum ſuarū admi
niſtratio, l. non vſque adeo, in fi. ff. ſi quis a paren.
fuer. manum. & in rei ſuæ traditione apponere qs
poteſt ea pacta, quæ vult, l. in traditionib. de pact.
Zabar. in clem. quia contingit, in 11. notab. ff. de
religioſ. dom. Ruyn. in conſil. 213. volum. 1. cum
multis citatis a Domino Becio in conſil. 101. num.
25. & 26. vbi latè hanc probat concluſionem, Pha
nuc. de dot. glo. 10. nume. 76. & hoc pactum fuit
iuſtum, quia cum filij prioris matrimonij habeant
ſuccedere cum filijs ex ſecundo viro, mulieres ha-
bentes filios rarò inuenirent virum, niſi eiuſmodi
7 fierent † pacta in fauorem filiorum ſecundi matri
monij, vt inquit Abb. in conſ. 43. nu. 4. volum. 1. &
Iaſ. in conſi. 58. nu. 2. volum. 3.
Secundò moueor, quia pater, qui ſemel filiam
8 condecenter dotauit, non tenetur amplius eā † do
tare, Imola, Rom. & alij in l. ſi cū dotē, §. 1. ff. ſoluto
matr. Crot. in conſi. 95. nu. 13. vbi infert quòd pa-
ter promittendo dotem ſecundo viro, non cenſe-
tur nouam dare, ſed potius includere eam, quam
dederat primo; imo auctis facultatibus non tene-
9 tur pater filiæ dotem † augere, Bal. in auth. res, q̄.
num. 16. C. commun. de lég. Ruyn. in l. Gallus, §. &
quid ſi tantum, num. 174. ff. de libe. & poſthum. &
in conſil. 56. nu. 14. volum. 3. Alcia. in conſil. 252.
nu. 11. Crau. conſi. 11. nu. 14. Meno. conſi. 3. nu. 17.
vbi verò pater non tenetur dotare, habetur pro ex
traneo quoad actum dotandi. & idem eſt ac ſi ex-
traneus dotaſſet, ex quo ceſſat obligatio. Verum ſi
extraneus det dotem ſecundo viro, poteſt addere
pactum lucrandi, & eo caſu filij prioris matrimo-
10 nij, non † reuocabunt a marito vigore l. hac edi-
ctali. ita determinat Bald. in dicta l. hac edictali,
nu. 20. quia dotans poteſt pro reſtitutione conſu-
lere, & prouidere cui vult, & prout vult; ideo pōt
incontinenti tamē ſtipulari, quod reſtituatur ſibi,

vel marito, vel aliꝭ, l.ex morte, in fine, C.de pact. conuent. idem in extraneo concludit Rom. in con ſil.219.nu.10.dū dicit quod extraneus poteſt dare ſecundo viro quantum vult. mouetur ex l. hac edi ctali, ibi, omni circumſcriptione, &c. Seiſell.in l. ſi ita quis, §.ea lege, col.1.ff.de verb.oblig.Cur.iun. d.conſ.122.in fine, Gabriel.d.concluſ.5.nu.39. & de extraneo, quod poſſit addere quodcunque pactū, eſt tex.in l.vnica, §.accedit, C.de rei vxo.actio. vbi dicit, poſſe eum ſtipulari quod ſibi reddatur dos excluſa muliere. & melius dicit tex.in l.ob res, §.primo, ff.de pact.dotal. qđ extraneus dotās poteſt ea facere, quæ mulier non poſſet, quia legem dicit rei ſuæ, cum text. allegat Iaſ.in l. ſecunda, in princ.num.8.in fine, ff.ſolu.matrim.

Tertiò adduco quod l.hac edictali, prohibet ſolum, ne vxor aliquid marito relinquat, vel maritus vxori vltra id, quod relinquitur alicui ex filijs primi matrimonij: ſed in caſu noſtro filij poſterioris matrimonij, vel etiā ſecundus vir non habent hoc augumentum ex voluntate, vel diſpoſitione vxoris, ſed ex diſpoſitione patris, & ſoceri, qui ita conuenit, qñ dotes auxit; attēditur enim prima, & originalis cauſa, a qua ſecunda habet neceſſariā conſequentiam, vt probat tex. in l.ſi hæres teſtō, ff.de actio. empt. vbi dicit, quod ſi hæres grauatus fun-

31 dum vendere † Titio, illum vendat, dicatur Titius fundum habere a teſtatore, non ab hærede. probatur etiam in l.vnum ex familia, §.ſi de falcidia, & §. ſed ſi duos, vbi gl.in ver. hæreditario, ff.de leg.2.& latè probat Crauet.in conſi.144.nu.1. vbi allegat Caſtr. Soc.& alios dicere, quod ſi ſubſtitutus alicui inſtituatur ab eo, cui fuerat ſubſtitutus, habebit bona non ab inſtituente, ſed a ſubſtituente: a primordio enim tituli, poſterior formatur euētus, l.1.circa finem, C.de impon.lucra. deſcript.li.10, dixi in conſ.12.nu.10.& 70.addo in tantū id eſſe

32 referendum ad primam cauſam, quod is cui † ex neceſſitate legis, vel teſtatoris relinquitur, non poteſt in eo grauari, vt de legitima vel lucro delato per ſtatutum dicit Anchar.in conſi.182.in fine.ſimiliter ſubſtitutus exemplaris datus ſecūdum ordinem l.humanitatis, C.de impube.non poteſt alio onere grauari. ita Soci.iun. in l.cum filio, nu. 43.& ſequen.ff.de legat.1. vbi exornat alijs exemplis, Crauet.in prima par.nu.174.& ſequen. idem tenet Socinus iun.in conſil.103. nu.20.volum.1, Eman.Coſta in cap.ſi pater, par.3. in ver. pupillares, num.20.de teſtam.in ſexto.

Vltimò quòd poſſit pater augere ſecundo viro dotem filiæ cū pacto quod augumentum queratur ſecundo viro, & non ſubiaceat diſpoſitioni d.l.hac

33 edictali, voluit † expreſsè Iaſ.in conſ.58.per totū, volum.3. vbi dicit quod hoc pactum non præiudicat filijs ex primo marito, ex quo fit non ſuper antiqua dote, ſed ſuper augumento nouiter facto.

Non omitto quod in præſenti facto pactum lucrandi, non eſt in fauorem ſecundi viri, ſed filiorū ex ſecundo matrimonio, quibus non obſtat l.hac

34 edictali. non enim prohibetur mater † plus relinquere filijs ſecūdi viri, quàm primi, ſed poteſt eos meliorare, dum tamen primis relinquat legitimā, §.penult.in Auth.de nupt.ita tenuit Bald. in l.hac edictali, in princip.nū.19. & in conſil.11. num.2. volum.3. Decius, qui comprobat rationibus, in conſi.246.colum.1.& 2.& cum Baldo tranſit Caſtren.in authen.vnde ſi parens, num.2.C.de inofficioſo teſtamento, vbi Iaſon in 4.notab.nume.4. & Caſtr.ibi dicit, quod tenentes contrarium non conſiderarunt tex.in dicto §.penultimo. idem voluit Bettrand.in conſi.73.nu.15.volū.2.vbi ait, quod Franciſc.de Alberg.& alij tenuerunt contra caſum legis, idem Bertran.in l.hac edictali, in verſicu.ita tamen, num.15. Crauet.in conſil.193.numero 11.vbi intelligit, dummodò id fiat ſine fraude. & quamuis contrarium tenuerint Franciſc. de Alberg. Ioann.de Lign.& Caſtren.vt poteſt videri in conſi.202. & quatuor ſequentibus, volum.1. inter conſilia Caſtren.Cornei, Caſſan. Bertran.& Boer.quos citat, & ſequitur Phanuc.in tract. dot. gl.5.num.47. verſi.ſecunda cautela. tamen verior videtur prima opinio, quia non attenditur perſona patris ſtipulantis, ſed filij cui quæritur, l. cum dotem, ff.ad leg. Falcid. l.inutiliter, ff.de donat.inter uir.& uxo.& non attenditur perſona repræſentans, ſed repræſentata: & quidquid ſit, ceſſat in præſenti caſu omnis amaritudo, ex quo filijs non acquiritur facto matris, ſed aui materni; & ideo

35 habent ab eo, non a matre. & † non poteſt dici factum in fraudem, quod licebat facere etiam fraude ceſſante, l. qui autem, in princip.ff.de his, quæ in fraud.credit. Zuccard.in l.prima, num.51. in fine, C.qui adm. in præſenti autē caſu ceſſat fraus, quia ſubeſt amor filiorum, quorum intuitu patris etiam circumſcripta perſona potuiſſet mater relinquere: imò vbi mixta cadere poteſt ratio, fraudis & uon fraudis, debet actus ſuſtineri, per ea quæ ponit Bald.in cap.cum eccleſia, num.5.de electio. ubi ſi quis ædificat intentione mixta, ut ſibi proſit, & noceat uicino, non dicitur fecere ad æmulationem, nec cogitur demoliri, Iaſ.in l.quominus, num.34. ff.de flum. & poſſem alijs medijs confirmare, ſed omitto, quia non expedit.

His uerò non contradicit Bald. in l.hac edictali, nume.20. quia loquitur eo caſu, quo pater erat obligatus dotare, hac enim utitur ratione, quando diſcrimen conſtituit inter patrem, & extraneum, quia data a patre, uidetur manere de patrimonio filiæ, erga quam tenebatur: ceſſante autem ratione, ceſſare debet diſpoſitio, l. cum tale, §. falſam, ff.de conditio. & demonſtr. ponit Tiraquell. in tracta. ceſſan. cauſa, in princip. at hic pater, qui ſemel dotem conſtituerat, quæ etiam nunc extat, non tenebatur amplius dotare: pater enim, qui in primo matrimonio filiam non do-

36 tauit, † cogitur dotare in ſecundo, ex quo etiam nuptam debet dotare, glo.in l.obligamur, §.lege, ff.de actio. & obligat. Coraſ.l. qui liberos, nume. 93. ff. de ritu nupt. ubi ergo ceſſaret ratio obligationis paternæ, Bald. ſtat pro hac ſententia, ſicuti econtra,

econtra,licèt dicat extraneum, puta fratrem poſſe
paciſci,intelligi debet qñ ad id non tenebatur:at ſi
teneretur vel officio iudicis,quando non extat pa
17 ter, † vel mater,vt poſt gl.Bar.Abb. Alex.& alios
concludit Corſa.d.l.qui liberos,nu.116. vel quan
18 do patris hæres,quia onus † dotandi tráſit ad hæ-
redem, Phanuc.de dote,gl.10.nu.17.tunc nec ẽt
frater poſſet ita paciſci: quia tunc,cũ teneatur do-
tare,non habetur pro extraneo. & ſanè ſi pater nõ
eſt obligatus, quare non ei licere debet paciſci, &
ſuper re ſua legem ponere, ſicuti licet extraneo ?
Certè nulla ſubeſt diuerſitatis ratio, ergo idẽ ius
eſſe debet:aliàs munificentiam exercendo erga fi-
liam, deterioris eſſet cõditionis,quàm extraneus,
quod non eſt dicendum: & ideo quando pater do
tem dat pro ea, cui tenebatur,non poteſt bona fi-
19 deicommiſſo † ſubiecta alienare, ſecundum Bart.
in auth.res,quæ.C.commun.de leg.& illa authen.
locum habet ſolum in fideicommittente, qui tene
batur dotare,& dotem recipere,non in alijs,ſecũ-
dum Bar.vbi & alios,quos citat Ripa in l.ſi filiuſ-
familias,§.diui,nu.75.ff.de leg.1. Pharſuc.de do-
te,gl.10.nu.76. & eo caſu habetur pro extraneo,
quicunque non tenetur dotare, & pater vltra id,
ad quod tenetur erga filiam, eſt extraneus, & in
eo ꝙ de pluri dat,habetur pro extraneo:ideo ſi dò
20 tẽ dat legitima maiorẽ, põt in exceſſu † ſubſtitue-
re,licèt non intra legitimam,Cyn.Bar.Bal.& alij,
in l.fin.§.filiæ. ff.de leg.ſecundo: alios citat Pha-
nuc.d.glo.10.nu.59.donare enim videtur,qđ nul
lo cogente iure concedit, l. donari. ff. de reg.iur.
ideo cum donat,poteſt legem opponere.

Non etiam aduerſatur quod dos videatur ſem-
per ab vxore data viro, quandocunque alius pro
ea dat:quia reſpondet hoc eſſe per fictionem: hoc
21 enim importat verbũ,videtur,† poſitum in d.l.ex
morte, in fine, C.de pact.cõuen.l.1.§.deieciſſe.ff.
de vi, & vi arma. Bart.in l.ſi is, qui pro emptore,
nu.5.ff.de vſucap.Tiraq. de retract. conſang.§.1.
gl.2.nu.2. Fely.in cap. vt famæ, de ſẽnt.excomm.
in fi. vere autem dos dari dicitur ab eo, qui illam
pro vxore promittit. & licet videatur primum da-
ta vxori, & ab vxore marito occultando vnũ con-
tractum, vt declarat tex.in ſimili,in l.3.§.fin.ff.de
donat. inter virũ & vxor. & in propoſito gl.in d.l.
ex morte, vbi clarius Sal. tñ, quia niſi foret data
vxori, non poſſet peruenire ad maritũ, nõ ab ipſa
vxore dicimus dotẽ prouenisſe,ſed a patre,vel ex-
traneo dãte.Pręterea qñ vxor dotẽ cõſtituit ſecũ-
dum cõditiones adiectas ab extraneo dotante, &
ſecundũ pacta quæ ille appoſuit, non attendimus
perſonam mulieris exequentis, ſed extranei ordi-
nantis,l.vnum ex familia,§.ſi de falcidia.ff.de leg.
2.cum alijs citatis ſupra in tertio fundamento. &
22 actus tribuitur ordinanti, † & mandanti,non exe
quenti, l.item eorum.§.ſi decuriones.ff.quod cu-
iuſque vniuerſ.nom.cap.cũ aliquibus, de reſcrip.
in 6.dixi in conſi.29. nu.3.& ſeq. cum enim vxor
dotem a dante recipiat ſub certis pactis & condi-
tionibus, nõ poteſt eam dare viro ſine illis pactis.

Demum reſpondeo ꝙ tunc dotans videtur dõ-
nare vxori,& vxor dare viro, quando dotans non
fecit pactum de illius reſtitutione: at vbi fecit pa-
ctum de ſibi vel alij reddendo dotem, tũc pactum
ipſum attenditur & ſeruari debet, vt probat tex.
in d.l.ex morte,in fi.C.de pact.conuent.in l.fin.§.
1.C.de iure dot.in l.vnica, §.accedit.C.de rei vx.
23 actio. intelligendo † quod pactum interceſſerit
tempore promiſſionis,ſi a promiſſione dos habuit
initium; vel tempore traditionis, ſi cęptum eſt a
traditione,vt declarant glo.Bart.& alij, in d.§.ac-
cedit.glo.Bartol.Bald.Salyc.& alij in d.l.ex mor-
te. poteſt enim extraneus omne pactum adijcere
ſuper dote,vt in dictis iuribus, Iaſ.in l.ſecunda,in
princ.num.8.ff.ſoluto matrim.Neguſ.de pignor.
in 4.mem.ſecundæ par.num.27.

Parum quoque negocij affert,quod augumen-
tum ſequatur naturam dotis principalis: atque
ideo filij reuocent augumentum, ſicuti reuocent
dotem: quia reſpondeo, non regulari augumen-
tum ſecundum principalem,quãdo militat diuer-
24 ſa † ratio, l. qui fundum, §.primo, ff.pro empto.
Corne.in cõſi.240. col.fi.vol.3.Tiraq.de retract.
conſang.§.1.glo.18. nu.59.Meno.conſ.26.nu.35.
& poſt Brun.hoc voluit Pariſ. conſi.126.nu.21.
vol.1.hic autem maxima intercedit diuerſitatis ra-
tio,quia primam dotem pater dare tenebatur, nõ
autem augumentum; ideo de prima vxor non po-
tuit diſponere in præiudicium filiorum primi ma-
trimonij. Item prima dos fuit ſimpliciter aſſigna-
ta; augumentum verò fuit ea lege datum,vt cedat
filiorum lucro poſterioris matrimonij, & primæ
doti iam datæ non poterat pactum aliquod addi,
at ſecus in augumento.

Reſpondeo ſecundò, ꝙ idem iudicandum eſt
de augumento, quod de dote,niſi ſuper augumẽ-
25 to aliud fuerit inter † partes conuentum. ſed qñ
aliud eſt conuentum,tunc in augumento aliud ſer
uatur. ita probat textus in l.inter ſocerum, §.cum
inter.ff.de pact.dot.& in l.ſi cõſtante, §.pactis, C.
de donat. ante nupt. vbi Cyn.in 4. notab. dicit in
augumento dotis fieri poſſe noua pacta, Pariſ.in
cõſ.126.nu.25.vol.1.Rol.in d.quæſt.100.nu.12.
vbi alios citat. verum in caſu noſtro fuit ſpeciali-
ter conuentum ſuper augumento,ergo &c.

Dictum denique Baldi in l.generaliter,in prin-
cipio, non facit ad propoſitum, quia loquitur de
eo quod fuerat ab extraneo datum in primo ma-
trimonio, & quod vnus ex coniugibus iam erat lu
cratus ante tranſitum ad ſecunda vota. Illud enim
erat proprium coniugis ſuperſtitis, & datum fue-
rat intuitu primi matrimonij, imò primæ vxoris,
ergo reſeruandum eſt filijs ex eo matrimonio, &
videtur maritus illud cõſequutus a prima uxore;
at ſecus eſt in præſenti facto, quia datũ fuit augu-
mentum intuitu filiorum ſecundi matrimonij, &
dictum Bal. infert quod ſi maritus lucraretur hoc
augumentũ, deinde tráſiret ad ſecundas nuptias,
teneretur illud reſeruare filijs ex præſenti coniu-
gio; noſtra autem quæſtio longe eſt diuerſa.

SVMMARIVM.

1 *Aeſtimatio eſt neceſſaria ad validitatem exequutionis. limita, vt nu. 2. & ſeq.*
2 *Exequutio valet nulla præcedente æſtimatione, quãdo non fit inſtante fiſco.*
3 *L. ſi quos. C. de reſcind. vend. declaratur.*
4 *Pretiũ iuſtum dicitur ſecundum cõem æſtimationẽ.*
5 *Exequutio ſententiæ latæ in actione perſonali fit multis modis, vt ibi latè.*
6 *Afflict. deciſ. 358. num. 5. declaratur.*
7 *Aeſtimatio non requiritur, quando pignus datur creditori in ſolutum, eo quòd per dolum debitoris non inueniatur emptor.*
8 *Laeſio in pretio non conſideratur, quando res alienatur in iudicio.*

CONSILIVM CCLVI.

PRINCIPALE vitium exequutionis factæ in bonis Blaſij Iualdi de Ponzone, conſiſtit in eo quod bona deliberata fuere Ioãni Voglino creditori, nulla præcedente æſtima-
1 tione, † quę tñ ad validitatem exequutionis requiritur, ſecundum Afflict. in deciſ. 358. nu. 5. vbi dicit q; in Conſilio retractata fuit exequutio, quia bona non fuerant æſtimata, ſed creditori aſſignata, nulla æſtimatione præcedente, mouetur ꝑ tex. in l. 1. C. ſi in cau. iud. vbi ſecundum ſummarium Salic. dicitur, q; bona non ſunt adiudicanda creditori, niſi vbi non inuenitur emptor, & eo caſu fieri debet datio iuſto pretio. & dicit Bal. in l. 2. C. eo. tit. quòd paria ſunt, bona nõ inuenire emptorem, vel iuſtum pretiũ non offerri. ſequitur Rol. in conſil. 32. nu. 33. vol. 1. vbi fortius. Caſtr. in l. ſi quos. C. de reſcind. vend. dicit æſtimationem eſſe neceſſariam, etiam qñ bona exponuntur venalia ſub haſta, & extraneis plus offerentibus deliberantur, quia omiſſa ęſtimatione facile fraus poſſet cõmitti per exequutorem, qui pro modico pretio in gratiam emptoris rem aliquo recepto venderet.

Huiuſmodi verò difficultas, meo iudicio, cauſam dicti Voglini nõ reddit dubiam, quæ optimo iure fouetur, vti latius dixi in priorib. ſcriptis. & non obſtat quòd in quibuſcũque exequutionib.
2 neceſſaria ſit æſtimatio, quia † hoc eſt falſum, pręter q̃ vbi inſtante fiſco fit, vti probat D. Becius in conſ. 95. nu. 17. vbi ita intelligit d. l. ſi quos. eſt verum q; eius reſolutionẽ deſtruit Caſt. in cõſi. 156. nu. 1. vol. 2. dicens q; ſi æſtimatio requiritur, vbi res venditur prò debito fiſcali, quod eſt priuilegiatum; multo magis erit neceſſaria, quando vẽditur pro debito priuato non adeo priuilegiato. proinde ſecundò reſponderi poteſt, q; d. l. ſi quos, proce
3 dit, † qñ inter iuſtum pretium, & id pro quo facta fuit venditio, extat magnus exceſſus: tunc enim ꝑſumi poteſt quod in gratiam emptoris exactor viliori pretio vendiderit, atque ita rñdet & declarat Caſtr. d. conſi. 156. nu. 1. ſed in præſenti facto non apparet qđ in pretio ſit aliqua læſio, nedũ exceſſus, & quãuis iuſtum pretiũ non iudicetur ex eo
4 quod a licitatore offertur, ſed cõis æſtimatio † attendatur, l. pretia rerũ. ff. ad leg. Falcid. gl. magna, in vltima q. in l. 2. C. de reſcind. vend. cũ multis in id citatis per Tiraq. de retract. conſang. §. 1. gl. 18. nu. 1. & per Arium Pinell. in d. l. 2. par. 3. c. 4. nu. 17. & ſeq. tamen qui vult pretium oblatum arguere iniquitatis, tenetur probare tanquam ſuæ intẽtionis fundamentum, iuxta l. actor. ff. de probat.

Tertiò rñdeo, æſtimationem tum eſſe neceſſariam, cum pignus iudiciale vel prætorium datur in ſolutum creditori, eo quod nemo ſub haſta licitator auctionem fecerit, non autem quando vẽditur ipſi creditori ſub haſta tanquàm plus offerenti. vt verò hæc ſolutio plana fiat, ſciendum eſt q; in exequutione ſentẽtiæ latæ in actione perſonali, captis pignoribus, multiplici via ad venditionẽ de-
5 ueniri † põt, & gl. in l. a diuo Pio, §. ſi pignora, in verſi. addicantur. ff. de re iudic. quatuor ponit remedia. primum, q; creditor poſſideat iure pignoris bona capta: ſecundò, q; illi addicantur in ſolutum pro quantitate debita: tertiò, q; creditor licitando emat ab exequutore: quartò, q; impetretur a Principe dominium, quando debitor per dolum efficit ne emptor inueniretur, Bar. ibi, ſequitur gl. ſed de ſecundo & quarto vnicũ cõſtituit, & addit aliud, quòd ſcilicet bona vendantur; & ſubdit hoc eſſe vtilius, quia ſi pignus captum non ſufficiet pro toto debito, aliud dabit debitor pro ſupplemento, Ang. ibi ſequitur gloſſam ſimpliciter, Imo. verò ſequitur, ſed addit duo. primum, quòd ſi creditor vtatur primo remedio, & velit iure pignoris capta retinere, imputabit fructus in ſortẽ. ſecundũ eſt, q; non adiudicabitur pignus creditori in ſolutũ, niſi in ſubſidium, vbi non inuenitur emptor, & diſputat, an poſſit ex pluribus his remedijs creditor eligere, vtrum malit, Alex. nu. 7. recitat & confirmat gloſſam, & nu. 13. & ſequenti, duo addit remedia. primũ, quòd ſi dolo iudi. non inueniatur emptor, poterit creditor impetrare a iudice adiudicationẽ pignoris ſibi fieri. ſecũdum eſt, quod iudex adiudicet pro iuſta æſtimatione, Iaſ. num. 4. approbat glo. ſimpliciter ſine diſtinctione & additione: Bal. vero in l. ordo, nu. 1. C. de exeq. rei iudic. idem dicit quod glo, ſed addit quintum remedium, quòd iudex det in ſolutum pro vera æſtimatione; & ſubdit ita ſeruari de facto. Pract. Pap. in form. exeq. ſent. diffini. in prin. nu. 20. recitat illa quatuor remedia, & addit pro quinto, quòd debitor in carcere conijciatur; & quia illud remediũ, quod pignus poſſideatur a creditore, non eſt tutũ, ex quo teneretur fructus ex eo computare in ſortẽ, vti dicunt Imola, Alex. Iaſ. Pract. Pap. in locis præcitatis. ſecundũ vero, quod detur in ſolutũ creditori, eſt nimis rigoroſum, quia eſt pro eo præſumptio iuris & de iure, nec probatio recipitur in contrariũ, vt inquit gl. in d. §. ſi pignora, in verſ. cõtentus. ſequitur Bal. in d. l. ordo, nu. 1. quartum vero locũ habet ſolũ cõcurrente dolo debitoris: ideo tutius eſt tertium, quo diſponitur, quod creditor emat tan-

quàm

quàm tertius,& extraneus. & non eſt dubiũ,ꝙ cre
ditor licitare põt,& admittitur ſicuti q̃libet alius,
eſt tex.in l.2.C.ſi in cau.jud.vbi dicitur,quod cre
ditor emere põt ab officio pignus vice cuiuſlibet
alterius licitatoris:& dicit gl.in d.l.ſi pignora,hoc
eſſe creditori tutius quàm accipere rem in ſolu-
tum.& in d.ver.addicantur,dicit hoc licere credi-
tori.& dicit Bal.in d.l.2. circa fi. quod ad euitan-
dũ oẽs opiniones circa recuperationẽ rei, melius
eſt quod pignus vendatur creditori tanquam ex-
traneo,quàm quod ei detur in ſolutũ. idem tenet
apertius Salic.in d.l.ordo,n.5. ubi dicit, ꝙ uictor
admittitur ad licitandum ſicut quilibet tertius.
cũ igitur in facto propoſito Voglinus emerit tan-
quàm licitator,& extraneus,nõ aũt hæc bona ha-
buerit in ſolutum,non põt exequutio uitio nulli-
tatis corruere eo prætextu,quod bona non fuerint
æſtimata:quandoquidẽ tunc ſolum æſtimatio ſit
neceſſaria, qñ bona dantur in ſolutum creditori,
non qñ licitatori deliberantur. ꝙ ergo dixit Affl.
6 procedit,qñ in ſolutum creditori pignus † conce-
ditur,non qñ eidem uti plus offerenti uenditur;&
non eſt iuſtum quòd inter creditorem,& tertium
uel extraneũ licitatorẽ conſtituatur diſcrimẽ, qñ
utriuſque par ſit cõditio.ex his tollitur qđ uoluit
Salyc.in d.l.1.C.ſi in cau.iudic. dum dixit quod
pignora alij uendi debent quàm creditori,præter-
quam in ſubſidium, qñ alium nõ inuenit empto-
rem. Nam id eſt contra oẽs ſupra citatos,& qui di
cunt nedũ in ſubſidium,ſed more cuiuſcũque ter-
tij admitti creditorẽ ad faciendũ auctionẽ,& con-
tra eum eſt tex.in d.l.2.ubi dicitur,admitti credi-
torem,qñ alius nõ reperitur, ſed indignum offert
pretiũ,& ita vult tex.quod admittatur ẽt qñ alius
inuenitur quidẽ,ſed nõ offert iuſtum pretium. &
quãuis utroque caſu uideatur tex.uelle quòd ad-
judicetur creditori pignus in ſolutum: tñ loqui-
tur ẽt de uenditione,quæ fit ei tanquam licitatori,
ut eſt ibi uidere,in fi. & ad hoc ita intelligẽdo Do
ctor.oẽs trahunt illũ tex.& præcipuè gl. Bar. Bal.
Ang. Salyc. Alex. Iaſ.& Papien. qui dum loquun-
tur de tertio illo gl.remedio,per qđ creditor emit
tanquã extraneus licitator,allegant text. in d.l.2.
non eſt igitur differẽtia in modo uendẽdi pignus
inter tertium licitatorẽ & creditorem, qñ hic pi-
gnus licitando emit tanquã maius cæteris pretiũ
obtulerit, & Afflict. in eo loco declarat ſeipſum,
dum dicit id procedere, qñ bona non inueniunt
emptorem:ſed in caſu noſtro plures cõparuerant
licitatores, ſed Voglinus maius pretium obtulit.

Quinimò ẽt qñ bona dantur in ſolutum credi-
tori,non ſemper neceſſe eſt,quòd æſtimatio præ-
cedat: nam ſi ea datio fiat, eo quòd per dolũ debi
toris emptor non inueniatur,tunc non requiritur
7 æſtimatio, † ſed res creditori adiudicatur ex ſecũ-
do decreto.ita probat tex.in l.fin.C.ſi in cau.iud.
ſequitur gl.in d.§.ſi pignora.& ibi Doct.ſimiliter
non requiritur æſtimatio,qñ creditor eligeret da-
ri ſibi pignus in ſolutum:quia tunc ẽt ſi eius ualor
excederet quantitatem debiti, cogitur nihilomi-
nus iudex illud aſſignare, & addicere creditori ꝓ
ſuo credito,ut uoluit gl. in d.§. ſi pignora, in uer.
contentus.ibi,ſiue ẽt victor dicat, & eam ita intel-
ligit Caſtr.nu.2.circa fi.motus ea ratione,quia ſi-
cuti creditor cogitur pignus in ſolutum recipere
pro toto credito,qñ minus valet: ita debet poſſe
accipere,qñ eius valor excedit creditum,ne dam-
num ſentiat, & nullum ſperare poſſit cõmodum,
præcipuè cum grauetur in eo, quod inuitus cogi-
tur emere,& ſequi videtur Alex. in d.gl.nu. 16.in
prin.& quamuis hæc opinio patiatur controuer-
ſiam,quia Ale.& Iaſ.ab ea diſcedere videntur: tñ
omnes Doct. admittunt, quod vbi iudex pignus
creditori adiudicauit,cenſeatur id feciſſe pro toto
debito, & ita præſupponunt quod in illa adiudi-
catione non ſit neceſſaria æſtimatio.

Fortius videtur,quòd non poſſit conſiderari læ
8 ſio † in pretio,qñ res in iudicio alienatur,per ea q̃
ponit Bal.in d.l.ordo,n.5.vbi dicit,quod ſi credi-
tor accipiat rem minoris valoris in ſolutũ pro to-
to debito,non poterit agere remedio l.2.C.de re-
ſcin.vẽ.propter authoritatẽ iudicij. & dicit Barb.
ibi,in apoſt.hoc mirabile eſſe, & allegat gl. quam
dicit ſingularem,in d.§. ſi pignora, in ver. quam.
vbi Iaſ.n.2.& 3.qui examinat,an idem ſit in tran-
ſactione. & ſanè ſi æſtimatio foret neceſſaria, qñ
pignus datur in ſolutum,ſuperfluũ eſſet remediũ,
Bal.in d.l.ordo.qui n.1.poſtquam recitauit qua-
tuor remedia gloſſæ,inter quæ extat ſm, quòd de-
tur in ſolutũ pro toto debito;addit quintũ, quòd
iudex det rẽ in ſolutũ pro eo, quod res ipſa valet.
& ideo perſtringendo negociũ dictum Afflicti ad
id reducitur, vt procedat ſolum,qñ per iudicẽ res
in ſolutum datur pro rata debiti.tunc enim debet
æſtimari; alias ſi iudex velit adiudicare in ſolutũ
ob dolum partis,vel ẽt ſimpliciter pro toto debi-
to,poterit ſine æſtimatione id facere: ſed nulla re-
quiritur æſtimatio, qñ creditor emit tanquã qui-
libet licitator,id quod facere põt ſecundũ ſupra-
dicta;& eſt cautius,ſecundũ Caſt.in d.§.ſi pigno-
ra,ubi ait,quod ubi pignoris ualor non æquat de-
bitũ,põt creditor dicere, ego uolo emere tanquã
quilibet extraneus pro eo quod ualet, l.2. C. ſi in
cau. iud. & ſubdit quòd iſte eſt melior modus,
quem creditor habere poſſit. Idem uoluit Beſut.
quem refert Iaſ.ibi,in fi.dum tenet quòd ſi credi-
tor hanc uiam non eligat,nec curet pignora obla-
to iuſto pretio emere, donec ſubhaſtantur, coge-
tur ſubire duriorem uiam, & pignus pro toto de-
bito capere,licèt minus ualeat.

SVMMARIVM.

1 *Locus celebrati contractus attenditur, quando agimus de ſolemnitate actus.*
2 *Locus iudicij inſpicitur in his, quæ concernunt ordinem iudicij.*
3 *Forenſis tenetur ſeruare ſtatuta loci, vbi contrahitur in his quæ reſpiciunt ſolemnitatem actus.*
4 *Clericus litigans coram laico, ſeruat ſtatuta laici in concernentibus ordinem cauſæ.*

Forenſis

5 *Forenſis ligatur ſtatuto, quod expreſſe non inhabilitat perſonam, ſed cum certis modificationibus.*

6 *Nullitas etiam euidens cenſetur ſublata, quando ſtatutum prohibet nullitatem allegari vltra certum tempus.*

7 *Forenſis ligatur ſtatuto quod diſponit circa actum.*

8 *Statutum inhibilitans perſonam diſponentis, non includit notarium.*

9 *Statutum valet, quo prohibentur forenſes notarij inſtrumenta recipere.*

10 *Inſtrumentum, ad validitatem quæ requirat.*

11 *Notarius creatus a Principe, poteſt vbique locorum recipere inſtrumenta.*

12 *Collegium artis non poteſt ſtatuere, ne quis artem illam faciat præter certas perſonas.*

13 *Notarius forenſis poteſt recipere inſtrumenta, non obſtante ſtatuto prohibente notarios non matriculatos.*

14 *Statutum diſponens principaliter de perſona, non ligat forenſem, etiamſi ſolennizet actum.*

15 *Principalis effectus ſtatuti attenditur ad cognoſcendum, an loquatur in rem, an verò in perſonam.*

16 *Forenſis non ligatur ſtatuto, quòd abſolutè inhabilitat perſonam.*

17 *Pars vna ſtatuti, aliam declarat.*

18 *Statutum diſponens circa perſonas Ciuium, non includit forenſem.*

19 *Subiecta talia ſunt, qualia prædicata demonſtrant.*

20 *Inteſtatus dicitur, qui teſtari poteſt.*

21 *Acceſſorium tollitur ſublato principali.*

22 *Actus annullatio eſt pœna.*

23 *Statutum nihil poteſt diſponere circa perſonam non ſubditam.*

24 *Confirmatio generalis non trahitur ad ſtatuta iniuſta vel illicita, etiam ſi facta ſit ex certa ſcientia, n. 5.*

CONSILIVM CCLVII.

CAVETVR municipali lege Ciuitatis Caſalis, quod notarius recipi non poſſit in Collegium, niſi ſit originalis & habitator Ciuitatis, & quòd nemo poſſit inſtrumenta cõficere, niſi ſit de Collegio, & ꝙ inſtrumenta per tales recepta ſint nulla. Modo contingit receptum fuiſſe per nob. Albertum Bium notariũ loci Pallazolij, inſtrumentum legitimationis factæ per Dñm Ioannem de Cambus, Comitẽ ſacri Palatij, de Domino Paulo Bruno, filio naturali quondam Dom. Io. Baptiſtæ ex condominis Rochetæ Pellaſcæ & Caſſinaſchi, & per Dominos Titum & Adrianũ Brunũ. opponitur in excellentiſſimo Senatu, vbi cauſa agitatur, dictum inſtrumentũ non probare tamquam receptum a notario, qui non eſt de Collegio. Et prima facie videtur inſtrumenti fidẽ deficere, quia ſtatutum annullat & tollit fidem inſtrumento recepto per notarium, qui non ſit collegiatus. & non eſt dubium, quin tale ſtatutũ valeat, quia hoc præſupponunt oẽs, & præcipuè inferius citati: & qñ tractamus de ſolemni-
1 tate contractus, attendi dẽt forma † ſtatuti vigentis in loco, vbi celebratur contractus. l. ſi fundus. ff. de euictio. l. 1. C. de emãcip. lib. l. 2. C. quemad. teſt. aper. Dy. & Bar. in l. contraxiſſe. ff. de actio. & oblig. & in l. 1. prope fin. ff. de tuto. & cura. dat. ab his. Bar. & alij oẽs in l. cũctos populos. C. de ſum. Trin. & fide cath. Caſtren. in l. exigere, circa prin. ff. de iud. Capra in conſ. 144. nu. 10. & dicunt Bal. & Salic. in l. multũ intereſt. C. ſi quis alt. vel ſibi, ꝙ inſpicimus locum contractus, & verborũ prolatorum, qñ agimus de ſolemnitate contractus, Iaſ. qui cõem dicit in conſi. 48. col. 1. vol. 1. Crot. in conſi. 1. n. 34. Marſil. in l. fi. n. 53. ff. de iuriſd. om. iud. Bero. in conſ. 47. n. 13. & in conſ. 57. n. 12. vol. 1. Soci. iun. in conſ. 95. n. 4. vol. 2. & in conſ. 148. nu. 5. vol. 3. & in conſi. 8. num. 22. vol. 4. Brun. de ſtatut. excluſ. fœmin. artic. 10. n. 56. Rip. in conſi. 136. nu. 1. Caſſan. in conſ. 7. nu. 2. Rol. in conſ. 33. n. 6. conſ. 91. nu. 17. vol. 3. & in tract. de lucro dot. q. 13. n. 6. Cæphal. in conſ. 32. n. 16. & in conſ. 170. nu. 21. Silua. conſi. 40. nu. 35. & nouiſſimè Lamberteng. in tract. de contract. eorum, qui ſine certa ſolẽ. gl. 2. nu. 27. & facit glo. quæ ſm Ioan. Andr. continue allegatur per Aduocatos, in c. quòd clericis, de foro comp. quæ vult quòd in his quæ cõ-
2 cernunt ordinem proceſſus, † attendantur ſtatuta loci vbi iudicium agitatur, Bar. qui dicit notandũ in l. 3. §. teſtes. ff. de teſtib. Bald. in rub. de conſti. col. pen. verſi. quæro, ſi quis eſt. Anch. in conſ. 18. & hoc eſſe iuris notiſſimi ait Rom. in conſi. 367. col... Alex. Soci. & Dec. in l. ſolent. ff. de iuriſdic. omnium iud. latè Roch. de Cur. in tracta. de conſuet. ſectio. 8. n. 66. & ſectio. 9. nu. 38. vbi dicit ita communiter tenere Docto. alios plures citat Rolan. in cõſ. 48. per totum, vol. 3. vbi loquitur, ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus, quia vterque in ordinatorijs vel præparatorijs ſeruabit conſuetudinem & ſtatuta loci, vbi iudicium agitatur. & præ-
3 dicta procedunt etiam in forenſe, † quia tenetur nihilominus ſeruare ſtatuta loci, vbi contrahit, ſecundum Bar. in l. cunctos populos, num. 13. C. de ſum. Trin. vbi Iaſ. in ſecunda lect. nu. 56. adducit concordantes, Aret. in conſ. 54. col. 2. & in conſi. 73. colum. 3. in fi. Capra in conſi. 144. num. 10. & ſeq. Iaſ. d. conſilio 48. num. 3. Felin. cap. 1. colum. antepen. circa med. verſ. facit quòd, de ſponſ. & dicit Bal. in l. 1. in quarta, & quinta q. C. de contr. empt. quòd ſicut forenſis contrahendo ibi ſortitur forum quoad contractum principalem, l. hæres abſens, in prin. ff. de iudi. ita etiam quoad cõtractus conſequentiam, Crot. in conſi. 78. num. 43. & ſeq. Socin. in conſi. 14. numero 15. volum. 4. vbi dicit eſſe de hoc text. in l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de reg. iur. Roch. d. ſectio. 9. num. 15. Socin. iun. qui alios refert in conſi. 8. nu. 22. volum. 4. Rol. d. conſ. 91. num. 18. Ant. Gab. comp. opin. lib. 6. ti. de conſuet. concl. 2. num. 4. Lamberteng.
4 d. gl. 2. num. 27. & ideo clerici † quamuis non ſint ſubditi iudici laico, ſi tamen coram eo litigent, ſeruabunt in ordinatorijs ſtatuta laicorum, vt dicit Abb. poſt alios, in c. quod clericis, de foro comp.

latiſſimè

latiſſimè Roch.de Cur.d.ſectio.9.nu.38.& ſeq.&
ratio prædictorum eſt,quia ſolemnitas actus ſpe-
ctat.ad iuriſdictionem ſtatuentinm, vt dicit Bald.
in l.fin. ff.de iur.omn.iud.Iaſ.in conſi.59. colum.
2.volum.3.Rol.d.conſi.91.nu.29.& contrahens
in aliquo loco,ſortitur ibi forum,d.l.hęres abſens,
in prin.ff.de iudic.c.Romana,§.contrahentes, de
foro comp. in ſexto, Iaſ.d.conſi.59.col.2. in prin.
ver.tertio pro confirmatione.

Secundò quia ſtatutum Caſalenſe non ſimpli-
citer prohibet forenſem notarium inſtrumenta rę
cipere,ſed tradit certam formam ſeruãdam, quia
ſcilicet vult quòd ſit aſcriptus in collegiũ : & pro-
pterea quãuis ſit inter Doctores contentio,an ſta-
tutum poſſit ligare forenſem: tñ quando ſtatutum
nõ ſimpliciter,nec abſolute forenſem reddit inha-
bilem ad celebrationem actus,ſed ponit quaſdam
modificationes,ſine quibus prohibet actum fieri,
5 tunc compræhenditur ẽt forenſis, † qui ibi actum
faciat. Et ideo dicit Bal.in quadam repet.l.fi.ff.de
iur.omn.iud.ꝙ minor forenſis ligatur ſtatuto loci
contractus, quo diſponitur quod minor nõ poſſit
ſe obligare ſine certa ſolemnitate:quia ſicut reſpe
ctu formæ,quæ datur contractui, attendi debet lo
cus celebrati contractus : ita ẽt ille attenditur re-
ſpectu formæ, quæ adhibetur perſonæ,& ſine qua
perſona inhabilitatur. refert & ſequitur Aret. in
conſi.54.col.2.verſi.iſta ſententia, & in conſi.73.
col.4.in prin.ver.iſta ſententia, vbi allegat Anch.
in c.1.q.12. de conſti. eandem ſententiam in ter-
minis probat Soc.in conſ.97.nu.1.vol.1.vbi dicit
quod ſtatutum prohibens perſonã ſub aliqua mo
dificatione inhabilitat quoque forenſem, & eum
ligat ad obſeruantiam ſtatuti,allegat Bal.in rep.l.
cunctos populos,in 7.car.C.de ſum.Trini. & fide
catho.& idem dicit in conſ.131.col.2.vol.4.idem
tenet Ruy.in conſi.201.nu.7. & ſeq.vol.1. allegat
Bal.d.l.fi.& in d.rep.l.cunctos populos,Tiraq.de
leg.connub.gl.8.nu.226.& præter eos D. Bald.in
d.l.fi. ſequitur Soc. in conſi.131.nu.2.ver. ſecun-
dum probatur,vol.4.Crot.in l.omnes populi,nu.
253.ff.de iuſt. & iu. vbi inquit Bal. in loco prædi-
cto bene dixiſſe:quia aut ſtatutũ ſimpliciter habi-
litat vel inhabilitat perſonam ; & tunc forenſem
non ligat:aut verò introducit certas ſolemnitates,
ſine quibus prohibet perſonæ actum facere,& tũc
includitur forenſis;& hanc diſtinctionẽ dicit factã
fuiſſe per Anch.in d.c.1.q.12.& cum hac concor-
dia tranſit quoque Lamberteng.d.glo.2.nu.28.&
ſeq.vbi repræhendit Iaſ. & Cacialup. contrarium
tenentes,Rol.d.conſ.91.nu.24. vol.3. & conſ.49.
num.54.vol.4.magis enim ligat ſtatutum qñ ſub
certa forma aliquem excludit, vel quid prohibet,
quã vbi abſolutè excludit vel prohibet. Ideoque
videmus ꝙ etſi ſtatutum excludẽs ſimpliciter nul-
litatem non cenſeatur excludere illam quæ eſt no-
toria & euidenter reſultat ex actis, vt poſt multos
concludit Ruy.in conſi.196.nu.13.vol.1.tñ quan-
do ſtatutum non eam tollit ſimpliciter,ſed prohi-
6 bet nullitatem † opponi poſt certum tempus;tunc
lapſo tempore cenſetur illam quoque excludere,
quæ eſt manifeſta & potens ex actorum lectura.
ita Alex.in conſi.105.nu.4.& ſeq.vol.5. & in cõſi.
225.nu.23.vol.6.Cur.iun.conſ.vlt.num.4. verſi.
Præterea,Nat.in conſi.120.nu.13.& in conſi.524.
num.2.Cæph.in conſ.263.num.36.& ſeq. Rol.in
conſi.83.nu.16.verſi.ſecundo reſpondetur,vol.1.
Deciſ.Pedem.22.nu.14. Cæſar Conra. qui alios
refert in l.vnica,limit.7.nu.67.C. ſi de mom. poſ.
D.Becius in conſi.40.nu.5. & in conſ.99. nu. 10.

Tertiò videtur in præſenti caſu,rem eſſe clariſ-
ſimam : quia & ſi ſtatutum in prima parte loqua-
tur in perſonam, dũ dicitur, quòd nullus qui non
ſit de collegio,poſſit inſtrumenta recipere: tamen
in ſecunda parte loquitur in rẽ, quia ſubdit quòd
tale inſtrumentum factum a not. non collegiato,
ſit nullũ, & propterea ſumus extra difficultatem,
quia admittũt Doctores, ꝙ forenſis actum faciẽs
includatur in ſtatuto, qñ ſtatutum diſponit circa
7 actum,† non autem circa perſonam:quia vt dictũ
eſt,ſolemnitas actus ſpectat ad iuriſdictionem ſta
tuentium, Bar. Bal.& alij in l.cũctos populos, Iaſ.
Crot.Ruyn.& alij ſupra relati, Rolan. d.conſi.91.
nu.28.& ſeq.& ita in terminis de ſtatuto habente
duplex caput,quorum primum eſt conceptum in
perſonam, alterum verò loquitur in rem, tenuit
Soci. in d.conſi.97.col.2. verſi. alio etiam modo.
quia ſecundum cum in ſecundo capite ceſſat dubi
tatio,& idem tenuit Ruy. d.conſi. 201.nu.10.ver.
nec obſtat quòd ſtatutũ,Corn.cõſ.64.in fi.vol.3.

Quartò videtur reſponderi poſſe,ꝙ iura uolen
tia non cõpræhendi forenſem in ſtatuto,qñ per il-
lud inhabilitatur perſona, intelligi debẽt, ubi ſta-
tutum inhabilitat perſonã diſponentis, ſeu facien
8 tis actũ: aliud tñ ſit in perſona notarij, † quia illa
apponitur ad ſolemnizandũ actũ, & notarius con
ſideratur potius tãquam ſolẽnitas & forma actus,
quàm tãquam principalis, & ita reſpondet quidã
inter conſilia Corn.conſi.64.col.4.uer.nec obſtat
ꝙ vlt.vol.3. & ſequitur Ruy. d.conſi. 201.num.6.

Quintò ceſſare uidetur omne dubium,quando
apparet ſtatuentes uoluiſſe ligare etiàm forenſes,
ut in præſenti facto, ubi prohibentur forẽſes a col
legio,& inſtrumenta nemo põt recipere niſi ſit de
9 collegio,& tale † ſtatutũ ualere pręſupponit Ang.
in conſi.194.col. 1. quem ſequitur Dec. in conſi.
17.col.item prima, & Roland.d.conſi. 49.nu.53.
& pręter eos Spec.in tit.de inſtrum. edit.§.reſtat,
nu.25.circa fi.ubi dicit quòd Dominus loci prohi
bere poteſt ne forenſis uel creatus ab alio recipiat
inſtrumenta in ſuo ſtatu, Bero.conſ.89.nu.7.vol.
3.Boer.deciſ.242.col.3.uer.unde tales, Dec. cõſ.
169.nu.1. Cæph.conſi.441.nu. 64. Poſtremò ex
quo ſtatutum prędictũ fuit a Principe confirma-
tum, non uidetur dubitandum, quin ſeruari de-
beat, etiam ſi eſſet nullum ; nam ſaltem ſuſtinere-
tur ex authoritate confirmantis.

Quibus tamen minimè obſtantibus, concludo
10 inſtrumentum prædictum probare,† quia conti-
net omnia requiſita a iure,de quibus per glo. in l.
generali,

generali,C.de tabul.lib.10.Spec. in tit. de inſtru. edit.§.inſtrumentum ergo publicum,Bal.in l.1.§. editiones,num.2.ff.de eden.latiſſime Fely. in c.1. col.1.& ſeq. de fide inſtrum. & poſt eum ibi Dec. Ripa in l.admonendi, nu.160.ff. de iureiur. Crau. in conſ.56.nu.1.& in cõſ.122.nu.13. Didac. prac. q.c.20.per totum,Rol.in conſi.38.num.4. & ſeq. vol,1.Maran.in ſexta par. in octauo actu, verſi.& producuntur ſcripturæ,nu.39. & ſeq. & quamuis notarius, qui de eo fuit rogatus, ſit forenſis: quia tamen fuit Imperiali authoritate creatus a Comite ſacri palatij,qui facultatem creandi habebat ab Imperatore,põt vbiq; locorum inſtrumenta con-
31 ficere,† quicquid ſit in eo qui fuit creatus ab inferiori,vt tenent Doct.in c.cum P.Tabellio,de fide inſtru.Spec.in tit.de inſtru.edit.§.reſtat, nu.22.& ſeq.vbi allegans plura iura, dicit quod Tabellionatus officiũ non eſt a natura,ſed confertur a Principe,vel ab eo cui ipſe conceſſerit; & talis ordinatus a Principe, vel ab eo, cui ex priuilegio fuit inductum, poteſt vbique inſtrumenta conficere, in Francia,Anglia,& Hiſpania.& nu. 23. dicit quod creati ab Epiſcopis vel Comitibus,poſſunt officio ſuo vti tãtummodo intra metas iuriſdictionis eorum,qui eos conſtituerunt, non autem vltra. Idẽ tradit Bar.in l.2.ff.de offi. proconſ. & leg. vbi qđ creatus a Papa vel a Principe vel a Comitibus, q. notarios faciunt Principis authoritate, poſſunt vbique locorum inſtrumenta recipere: ſecus aut hi qui ab una Ciuitate ſunt ordinati,quia in ea tãtum recipiunt inſtrumenta, licèt illa deinde vbiq; probent, Bella.in conſ.42.col.3.ſicuti enim vbiq; locorum ſe extendit Imperatoris iuriſdictio, qui eſt Dominus totius orbis terrarum, l.deprecatio, ff.ad l.Rod.de iactu.ita notarius illius authoritate ordinatus põt officium ſibi collatum exercere in quacunque parte orbis,& ita quoque tenet Iaſ.in conſi.122.col.3.vol.4.Bero.in conſ.89.nu.1.& 6. vol.3.alios plures refert Bertran.in conſ.284.vol. 3.in ſecunda par.ubi ait ꝙ hæc eſt communis opinio,a qua non eſſet ſecurũ diſcedere in iudicando vel conſulendo,quamuis ipſemet de hoc dubitauerit In conſi.157.eo.vol.nu.1.& ſeq. vbi tenet ꝙ creatus ab Imperatore non conficit inſtrumenta in regno Franciæ, ſicut ſi eſſet creatus a Rege Hiſpaniæ uel Angliæ.primam tñ opinionẽ tenet Rolan.in d.conſi.91.nu.18.uol.3. & illa comparatio, quã facit Bertrã. de not. creato a Rege Angliẹ vel Hiſpaniẹ,ad creatum ab Imperatore uel Papa,nõ eſt bona, quia ſpeciale eſt in Imperatore vel Papa,ut notarij ab eis conſtituti poſſint officiũ exercere extra territoriũ:ſecus tñ eſt in ordinatis a Regibus & alijs inferioribus,ut dicit Rot. deciſ.261. de fide inſtru.in nouis,& probat Ripa in tracta.de reme.ad curan.peſtem,nu.52.& idẽ tenet Bonifa. de Vitalin.in clem.dudum,§.ad honorem,nu.72. & ſeq.de ſepul. ubi inquit quod inſtrumentis cõfectis a notario creato per Regem Franciæ datur quidẽ plena fides, ſi ſint rogata intra regnum: ſed aliud eſt ſi ſunt extra regnum recepta,quia eſt ſpu ciale in conſtitutis a Papa vel Imperatore. Sed q̃a in hoc extant cõtradicentes,me remitto ad ea,quẹ latè ponit Ioan. Lup.in rub. de dona. inter uir. & uxorem,nu.20.& ſeq.& Bocr.in deci.242.per totam. Cum igitur notarius prædictus foret ordinatus a Comite,qui habebat facultatem ab Imperatore creandi notarios, potuit etiam in ciuitate Caſali inſtrumenta conficere.

Non obſtat igitur ſtatutum prẹdictum,quia reſpondetur illud nõ ualere. Collegium enim notariorũ licet tãquam a ſuperiore approbatum poſſit ſtatuta facere, quæ concernant adminiſtratio-
12 nem artis,non tñ poſſunt legem facere,† ꝙ nemo artẽ exerceat,præter certas perſonas. ita Bar. in l. fi.nu.20.ff.de colleg.illici. & ita in terminis reſpõdet Iaſ.in conſi.122.col.2. verſi. nec obſtat illud, uol.4.ubi dicit,quod talia ſtatuta a notarijs condita appellari poſſunt monopolia, & ideo ſunt nulla,l.1.C. de monop. Cũ enim notarius poſſit ubique ex authoritate ſibi attributa a Cæſare, uel ab eo qui a Cæſare habuit inſtrumenta recipere,non dẽt talis facultas poſſe tolli ꝑ collegiũ notariorũ, quia non põt inferior derogare facto ſuperioris,c. cũ inferior,de maio.& obe.c.uenientes,de iureiu. ita cõcludit Iaſ.in d.conſ.quãuis igitur contrahẽs teneatur ſeruare ſtatuta loci,ubi contrahit: hoc tñ uerum eſt in ſtatutis ualidis,ſecus in his quæ carẽt robore,quale hoc eſt,de quo contenditur.

Secundò reſpondeo, quod ſtatutum hoc prohibens,ne quis inſtrumẽta recipiat, niſi ſit de collegio,nõ ligat forenſes notarios recipientes inſtrumenta in Ciuitate, quia loquitur in perſonam: & hæc eſt cõmunis opinio,quam tenuerũt Bar. Bal. Signo.Saly.Are.Florian.Cardi.Anch.Abb.Caſt. Ale.Iaſ.Soc.Barba.Henric.Boic.Caccialup.Cor. Ruy.Crot.Marſil.Roch.de Cur.Ripa,Dec.Pariſ. Brun.Alciat.Nat.Cæph. & alij, quos refert & ſequitur Rolan.in conſi.24.nu.17.& ſeq. vol.3.vbi hanc opinionem dicit procedere ẽt, quoad bona, quẹ ſunt in territorio ſtatuentium. & in proprijs
13 terminis,quod notarius † forenſis recipiat inſtrumenta non obſtante ſtatuto, quod notarius qui non eſt matriculatus,non poſſit in loco inſtrumẽta conficere,tenet Bal.in d.l.cunctos populos, nu. 12.& ſeq.quia ſtatuentes non poſſunt de perſona diſponere,quæ nõ eſt ſubdita. & idem tenet Caſt. in conſi.226. in primo dub.vol.2. vbi loquitur de notario forenſe,qui inſtrumenta recèpit in ciuitate Mediolani:& concludit illa eſſe valida,non obſtante Mediolanenſi ſtatuto,quo diſponitur, qđ nemo poſſit inſtrumenta recipere, niſi ſit matriculatus inter notarios collegij. & hæc opinio eſt indubitata in præſenti facto, in quo vt dicemus inferius, ſtatutum ſimpliciter, & abſolutè inhabilitat forenſem. & quamuis Doct. aliqui videantur contradicere, illi tamen loquuntur, quando non inhabilitat abſolutè,ſed dat certam formam.

Minus itaque mouet ſecũdum, quia quicquid tenuerit Bal. in d.l.fin. tutior videtur opinio contraria,quæ diſtinguit quod aut ſtatutum principa

liter

liter diſponit ſoleminizando actũ, licèt illud faciat
rõne perſonæ, & eo caſu vera ſit Baldi deciſio, qa
perſona tũc a ſtatuto conſideratur, nõ principali-
ter, ſed ſecũdario: aut verò principaliter ſtatutũ di
ſponit de perſona, vt in præſenti caſu, vbi dicit qđ
nullus poſſit inſtrumẽta recipere, niſi ſit matricula
tus; & hoc caſu, quia perſona eſt in conſideratione
14 non valet reſpectu forenſium, neq; eos ligat. † ita
declarat Cacialup. in d.l. cunctos populos, nu. 89.
90. & 103. in quib. locis dicit ita tenuiſſe Bal. in d.
l. fi. & in rep. d.l. cũctos populos, & colligi hãc dif-
ferentiam per exempla ab eis petita, & ita dictum
Baldi intelligit Iaſ. in conſil. 59. col. fina. vol. 3. vbi
refert Bal. loqui de ſtatuto, quod nõ valeant cõtra
ctus minorũ viginti annis, niſi interueniat conſen-
ſus propinquorũ, quæ verba actũ principaliter re-
ſpiciunt, non autem perſonam; & ſubdit quod illa
Baldi lect. cõiter nõ habetur. addo quod Bal. fuit
ſibi cõtrarius, quia aliud tenuit in d.l. cunctos po-
pulos, vt animaduertit Soc. in d. conſ. 97. col. 1. vbi
inquit quod illa deciſio turbauit eius ſpiritum, &
eum quoque refert Cacialup. in d.l. cunctos popu
los. quinimò dicit Bal. in d.l. cunctos populos, nu.
13. non valere ſtatutũ, qđ mixtim de forma & per
ſona diſponit, quia ex quo forma eſt acceſſoria ꝑ-
ſonæ, nihil operatur, & forenſis nõ ligabitur, quia
videtur principaliter diſpoſitũ de iure perſonæ, &
eũ ſequitur Cor. in d. cõſ. 64. circa finem, vol. 3. &
prædictã ſnĩam ſequi ẽt videtur Ruy. in conſ. 160.
nu. 5. vol. 4. & pro confirmatione adduci põt, quia
qñ ſtatutũ dicatur loqui in rẽ, vel in perſonã, cõſi-
15 deratur ſtatuti effectus, & principalis intẽtus, † nõ
aũt verba: ſi enim principalis actus reſpiciat res ip
ſas, tunc ſtatutum ligat etiam perſonas forenſes,
quia perſonæ veniunt ſub ſtatuti diſpoſitione in
conſequẽtiam, non autẽ principaliter, ita declarat
Socin. iu. in conſ. 25. nu. 12. vol. 3. vbi infert, quod
ſtatutum loquens de ſucceſſionib. ligat forenſes,
quia principalis intentio ſtatuti eſt de reb. poſitis
ſub ſua iuriſdictione ſtatuere, nõ autem perſonas
habilitare, vel inhabilitare, & tale ſtatutum dicitur
in rem, quamuis indirectè & per quandam conſe-
quentiam diſtinguatur perſona, Brun. de ſtatu. ex
cluſ. fem. in 6. artic. princip. nu. 61. & in 8. artic. nu.
123. in fi. Natta latè in conſ. 149. nu. 2. & ſeq. Alba
in conſ. 50. nu. 5. Cæphal. in cõſ. 309. nu. 47. & 75.
in propoſito verò videtur, quod ſtatutũ noſtrum
principaliter & in effectu tendat ad habilitandum
perſonas, licèt deinde per modum conſequentiæ
diſponat de inſtrumentis, & ita de actu: nam pri-
mo dicit, quod nemo poſſit eſſe de Collegio, niſi
ſit ciuis & habitator; poſtea verò dicit quod nul-
lus recipiat inſtrumẽta, qui nõ ſit de Collegio: De
mum autem ſubijcit, quod inſtrumenta aliter rece
pta ſint nulla. cognoſcitur itaque finem, & inten-
tionem principalem ſtatuti eſſe circa perſonas no
tariorum diſponere, non circa inſtrumenta. hæc ta
men quamuis vera ſint, non me inducerent ad te-
nendũ hanc opinionem, niſi alia ſubſiſterent, quia
extant plures contradicentes, quos ſupra retuli.

Secundò rñdeo, quod contraria procedunt, qñ
ſtatutum non inhabilitat abſolutè perſonam, ſed
formam tradit ſeruandam: at qñ ſtatutum ſimpli-
citer perſonam inhabilitat, tunc nemo negat quin
16 forenſis † excludatur, quia ſtatutum cum ſit iuriſ-
dictionis, non ligat perſonam non ſuppoſitam, &
in hoc conueniunt omnes in d.l. cunctos populos,
& in terminis firmat Roland. d. conſ. 91. nu. 21. &
ſeq. vol. 3. ſtatutum autem, de quo fit ſermo, inha
bilitat perſonam abſolutè, quia dicit quod nemo
poſſit eſſe de Collegio, qui non ſit ciuis, & habitet
in ciuitate, quæ verba forenſes excludunt. & licèt
dum de inſtrumentis loquitur dicat, quod nullus
inſtrumẽta recipiat niſi ſit de Collegio: tñ hæc ver
ba non poſſunt ad forenſes referri, quos iam ſtatu
17 tũ excludit a Collegio. & ideo cum vna † pars ſta-
tuti aliam declaret, argumento l. verum, ff. de pet.
hæred. l. 1. ff. de reb. dub. l. qui filiabus, in princip.
ff. de leg. 1. l. quemadmodum, §. hæc verba, ff. ad l.
Falcid. Dec. in conſil. 553. nu. 8. hæc vltima verba
ſtatuti ſunt referenda ad ciues, qui ſoli poſſunt eſ-
ſe de Collegio. facit quod dicimus, quod vbi de
aliquo eſt quæſtio, alia omnia ſupponuntur habi-
lia, §. in extraneis, Inſtit. de hære. qual. & diff. l. qui
teſtamento, ff. de teſtam. & in forenſe non poſſunt
verificari illa verba, qui nõ ſit de Collegio, & ideo
neque ſtatutum, quia præſuppoſitum debet veri-
ficari, argumento glo. in l. mancipia. C. de ſeru. fu-
git. Rom. ſing. 495. cum itaque forenſis non poſſit
eſſe de Collegio, & illi ſoli poſſunt recipere inſtru
menta, qui ſunt de Collegio, ſequitur quod perſo
na forenſium dicitur abſolutè inhabilitata ad reci
piendum inſtrumenta: non enim admittitur foren
ſis a ſtatuto aliquo modo, vel caſu ad recipiẽdum
inſtrumenta; quare cum ſtatutum expreſsè inha-
bilitando reſpiciat forenſes, eos non ligabit ex de
fectu poteſtatis, quia non ſunt ſuppoſiti iuriſdi-
ctioni ſtatuentium; & ita ceſſat conſideratio quod
ſtatutum modificet, non autem repellat in totum,
ex quo nulla reſpectu forenſium reperitur modifi
catio, per quam admittantur, vel habilitentur, li-
cèt quo ad ciues inducatur modificatio: quando-
quidem dummodo ſint de Collegio, poterunt in-
ſtrumẽta recipere. & pro hoc facit quod dicit Bar.
in d.l. cunctos populos, num. 24. verſ. mihi autem
18 videtur, vbi dicit quòd ſtatutum limitans, † vel di
ſponens circa perſonas ciuium, non extenditur ad
forenſes, allegat l. fi. de teſt. & l. conficiuntur, §. 1.
ff. de iure codicillo. & idem dicit Signor. in repet.
eiuſdem legis, num. 16. verſi. mihi autem uidetur.
& cum forenſis nõ poſſit eſſe de Collegio, illa ver
ba, niſi ſit de Collegio, nõ poſſunt referri ad foren
19 ſes: talia enim ſunt ſubiecta, † qualia prędicata de
monſtrant, c. inter dilectos, de fide inſtru. Soc. in
l. quibus diebus, §. Dominus, ff. de condit. & de-
monſtr. Neuiz. in conſ. 92. num. 4. & cui non con-
ueniunt verba ſtatuti, non conuenit eius diſpoſi-
tio. l. 4. §. toties, ff. de damno infecto.

Eodemq; modo reſpondetur ad tertium, quia
& ſi ſtatutum in ſecundo capite annullet inſtru-

mentum

mentum receptũ per notariũ qui non ſit de Colle
gio, tñ debet intelligi de eo notario, qui poterat
eſſe de Collegio, non aũt de confectis ab his, q̃ nul
lo modo eſſe poſſunt de Collegio, vt ſunt forẽſes
notarij, pro quo facit: quia ſtatutum quod loqui-
tur de inteſtato, intelligi dẽt de eo qui teſtari põt,
20 licèt non fuerit teſtatus, † non aũt de pupillo, qui
teſtari non poteſt, l. 1. in ſecundo reſp. ff. de ſuis &
leg. vbi Bart. glo. in l. cũ antiquiorib. in verſi. fuiſ-
ſe, vbi Fulg. & Caſt. C. de iure deliber. gl. 1. Inſtit.
de hered. quę ab inteſt. def. vbi Fab. Cyn. in l. 2. C.
qui teſt. face. poſſ. Ang. in conſi. 26. Alex. in l. gene
raliter, in princ. C. de inſtit. & ſubſtit. Brun. latè in
tract. de ſtat. exclu. fęmin. in 8. art. prin. nu. 42. Pa-
riſ. in conſ. 22. nu. 21. & ſeq. vol. 2. Gozad. in conſi.
35. nu. 13. Dec. in cõſi. 917. nu. 1. & ſeq. latiſſimè
Bero. in conſi. 18. nu. 10. & ſeq. vol. 2. ſtatutũ igi-
tur cũ ſe reſtringat ad inſtrumenta, q̃ conficiũtur
per eos, qui poſſunt eſſe de Collegio, ſed nõ ſunt,
nõ includit recepta per notarios forẽſes, q̃ eſſe nõ
poſſunt de Collegio, ſed reſtringitur ad recepta ꝑ
notarios de Ciuitate, vt dictũ eſt. & facit, q̃a ſtatu
ta diſponẽtia quid fieri, ꝑſuppo͞nunt ſemper ſi il-
le ſit habilis, vt no. Ang. conſi. 160. in primo dub.
Tiraq. de retract. conſang. §. 1. glo. 7. nu. 29. in fin.
quib. adde Iaſ. in vſib. feud. nu. 47. & in §. in per-
ſonam, nu. 26. Inſtit. de actio. cum pluribus alijs.

Reſpondetur etiam q̃ ex quo principaliter hoc
ſtatutũ diſponit circa perſonas notariorũ, illas in-
habilitando, eſt nullũ reſpectu forenſium, & cũ ſit
nullũ in principali capite, & in eo non liget foren-
ſes, qui non ſunt ſub ditione ſtatuentium, non dẽt
eos ligari in capite acceſſorio, in quo de inſtrumẽ
21 tis loquitur. ſublato enim † principali tollitur ac-
ceſſorium, l. 3. ff. de penu. leg. l. 1. cum trib. ſeq. ff.
de pecul. leg. l. fundi, ff. de fundo inſtr. l. centũ Ca-
puæ, §. fi. ff. de eo, quod cer. loco, l. eos, C. de vſur.
l. cũ principalis, vbi glo. Dec. & Cagno. latè, ff. de
reg. iu. quod multo magis locũ habere debet in ꝑ-
22 ſenti facto, quo agimus de pęna: † nam annullatio
actus eſt pœna, l. ad Senatus, ff. de contrah. emp. l.
fin. C. de poſth. hæred. inſtit. Bar. in l. ſanctio legũ,
ff. de pœn. & in l. turpia, ff. de leg. 1. vbi poſt Bald.
Alex. nu. 2. & Iaſ. nu. 2. Abb. & alij, in c. 2. de con-
ſtit. Crot. in rub. ff. de ope. noui nunc. nu. 14. in fi.
Bero. in conſ. 15. nu. 5. vol. 1. & q̃ñ annullatur prin
cipalis diſpoſitio, remanet quoque pœna ipſa an-
nullata, l. non dubium, C. de legib. glo. in l. qui fi-
dem, in princ. vbi Fulg. & Iaſ. ff. de trãſact. cũ alijs
per Ripã in l. ſi vnquam, in 4. quæſt. C. de reuoc.
donat. vbi etiam Tiraquel. in fi. nu. 3. & prędicta
reſponſio eſſet plana, tenendo opinionem Caccia
lupi in d. l. cunctos populos, de qua diximus ſupra
in primo reſponſo ad argumentum: quia ſecundũ
eum, quando ſtatutum principaliter diſponit cir-
ca perſonas, non compręhendit forenſem, quãuis
acceſſoriè & ſecundario qualificet vel modificet
actũ: attenditur enim quod principaliter fit, Soc.
vero Corn. & Ruyn. loquuntur, quãdo ſtatutum
duo habet capita ſeparata, & quæ de per ſe ſubſi-
ſtunt, nec vnum dependet ab altero, nec venit in
conſequentiam alterius: eo enim caſu vno annul-
lato, alterum manet firmum, ſed quãdo ſtatutum
vnicum habet capitulum eadem oratione præclu-
ſum, tunc ſi principalis diſpoſitio in ea contenta
non valet, erit quoque inualidum acceſſorium.

Quartũ quoque remouetur obiectũ, quia vbi
agitur de confectione inſtrumentorum, & ſtatutũ
circa illud diſponit, nõ poteſt perſona inhabilitata
verificari, niſi in notario. tunc. n. notarius conſide
ratur tanquam ſolemnitas, cum agimus de faciẽ-
do contractum aliquem qui in ſcriptis ſit redigen
dus, quia principaliter eo caſu conſideramus per-
ſonas contrahentium: ſed vbi agitur ſolum de cõ-
ficiendis inſtrumentis, & ſtatutum circa eorũ con
fectionem dat formam: certè ſi loquatur de nota-
rio, dicitur eius perſonã inhabilitare. iſta. n. ſtatuti
requiſita, quod notarius ſit de Collegio, & q̃d ha-
beat alia enũciata in ſtatuto, non reſpiciunt ſolẽ-
nitatem actus, ſed perſonã notarij, vt animaduer-
tit Corn. d. conſil. 64. col. fin. & quamuis Ruin. d.
conſi. 201. nu. 6. aliter teneat per ea quæ no. Bar. in
l. cunctos populos, in ſeptima quæſt. num. 36. vbi
dicit vtique probare inſtrumentum ſactum a no-
tario extra territorium eius, qui illũ creauit; quia
hoc magis concernit ſolemnitatem quàm diſpoſi-
tionem: tamen ipſe non animaduertit eius dictũ
verum eſſe, quando principaliter tractatur de con
tractu, non autem cum agitur de validitate inſtru-
mẽti, quia hoc caſu perſona notarij dicitur concer
nere diſpoſitionem, non ſolẽnitatem, & ita loqui-
tur Bar. in loco per eũ citato. ſi itaque reſpiciamus
ad cõtrahentes, vtique quo ad eos notarius conſi-
derabitur tanquam ſolẽnitas actus, ſed vbi eſt q̃õ
de ſolo modo conficiendi inſtrumenta, tunc nota-
rius conſideratur tanquam perſona diſponens.

Non etiam aduerſatur quintum, quo dicitur
conſtare hic expreſſam ſtatuentium fuiſſe volun-
tatem, ne forenſes inſtrumenta recipiant, id quod
deducit ex Ang. Spec. Dec. Bero. Boer. Cæpha. ac
Rolan. quia reſpondeo quòd prædicti Doctores
non diſputant, an tale ſtatutum valeat, vel nõ, ſed
præſuppoſito quòd valeat, tractant aliquas quæ-
ſtiones, & ita præſupponunt validitatem, non au-
tem illam probant, & intelligi debent quòd ſta-
tutũ ſit eo modo conceptum, quo poteſt valere,
nempè in rem: nemo enim ipſorum diſputat, vel
in dubium reuocat, an valeat vel non. ita in ſimili
reſpondet Iaſ. in conſi. 122. colum. 3. in princ. ver.
nec obſtat, quid videatur, vol. 4.

Secundò reſpondeo, quòd ſi dicerent ſtatutum
poſſe expreſsè forenſes excludere, malè dicerent,
& contra omnes Doctores; quia ſtatuta non poſ-
23 ſunt aliqua diſponere † circa perſonam ſibi non
ſubditam, l. 1. in fi. ff. de tuto. & curato. dat. ab his,
Bart. in d. l. cunctos populos, nu. 24. ver. mihi au-
tem videtur, vbi ſubdit quòd ſi ex forma ſtatuti
filiusfamilias poteſt teſtari, forenſis nõ poterit in
eo loco teſtamentum facere, ſequitur Bal. ibi, nu.
13. vbi inquit quòd ſuper iure perſonæ, nõ poteſt
ſtatui,

ſtatui,neque habilitando,neque inhabilitando:& hanc ſententiam ſequuntur omnes illi, qui dicũt quòd ſtatutum loquens in perſonam,nõ comprehendit forenſem, quos refert Rolan. d. conſi. 24. num. 17.vol. 3. & de ſtatuto abſolutè prohibente notarium inſtrumenta recipere, poſt Bal. probat Socy.d.conſi.97.col.1. Ruy.d.cnnſi.201. Rolan. d.conſi.92.num.21.& non eſt facienda vis,an expreſsè ſtatutum forenſes excludat, quia prædicti Doctores mouentur ex defectu iuriſdictionis & poteſtatis,quam ſtatuentes non poſſunt exercere in non ſubditos:quę ratin æquè militar vbi ſtatutum expreſsè contra forenſes diſponit : quinimn etiam quando expreſsè ſtatutum de forenſibus loquitur hoc voluit Iaſ.in d.l.cunctos populos, nu. 83.Alb.in conſi.50.nu.7.

Remouetur & vltimum de cõfirmatione facta a Principe,quia cũ nntarius ſit creatus ab Impera tnre,& facultatem habeat inſtrumenta recipiendi in quocunque loco Imperij, non põt inferior cõfirmando ſtatutũ præiudicare his, qui habent ab Imperatore facultatẽ conficiendi inſtrumẽta,d.c. cum inferior, & c. venientes. & ita reſpondet Iaſ. in d.conſ.122.col.3.verſ.prætcrea, & ſecundo.

Reſpondetur & alio modo,quòd confirmatio, de qua agitur,eſt generaliter facta de ſtatutis,non autem ſpecialis de ſtatuto, de quo nunc agimus: & generalis confirmatio non trahitur ad ſtatuta,
24 † quæ ſunt iniuſta,Bar.& Ang.in l.1.ff.de his,qui ſunt ſui,vel alie.iur.Bald.in cap.primo, num.primn,tit.per quos fiat inueſt. cum alijs apud Rom. in conſi.218.nu.4. & ſeq. vbi idẽ dicit in promiſſione generaliter facta etiam cum iuramento de obſeruando ſtatur; pręſumitur enim facta per obreptionem,vt dicit Bal.in loco prædicto,& ſequitur Ale.in conſi.59.nu. 11.vol. 1. quns nmnes refert & ſequitur Iaſ.in d.conſi.122.col.3.verſ.non obſtat etiam,quòd ſtatuta.vbi ita reſpõdet in terminis noſtris.& quòd generalis ſtatutorum cõfirmatio nõ trahatur ad illicita & iniuſta,ponit Ruy. in conſi.60.num.4.vol.1.conſi.103.nu.10. conſ. 127.nu.6.vol. 4. vbi dicit procedere etiam ſi aliqua exciperentur,quæ eſſent illicita, vel iuri communi contraria,& in conſi.55.num.55.vnl.5. vbi idem dicit,quod tamen ego non firmo, quia contrarium tenuit Bal.in d.c.1.num. 2. per quos fiat inueſt.quem ſequitur ipſe Ruyn.in conſi.104.nu. 10.vol.3.& quod generalis confirmatio non trahatur ad iniuſta, Pariſ. conſ.51.n.21.vol.3.quod
25 procedit etiam,quando facta † eſt ex certa ſcientia,ſecundum Pariſ.conſi.33.nu.53.en.vol.Sncy. iun.in conſi.32.nu.42.vol.3. Natta in conſi.193. nu. 3. Rol. qui loquitur in terminis de confirmatione ſtatutorum Caſalenſium facta ab excellentiſſimis tunc Marchionibus in conſi. 29. num.32. vol. 1. vbi num.34. dicit procedere etiam ubi eſſet facta confirmatio,cum clauſula, ex certa ſcientia. Cum igitur ſtatutum prædictum ſit iniuſtum & iniquum ac contra ius commune,non cenſetur in confirmatione generaliter facta incluſum.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes ſeptem requiruntur in teſtamento.*

2 *Teſtamentum inter liberos ſuſtinetur ſine ſolemnitate, & cum duobus tantummodo teſtibus.*

3 *Teſtes adhiberi poſſunt non rogati in teſtamento inter liberos.*

4 *Legata extraneis debentur ex teſtamento inter liberos,quando quinque teſtes interfuerunt.*

5 *Clauſula codicillaris intelligitur in teſtamento inter liberos,etiam ſi non ſit appoſita.*

6 *Codicilli veniunt appellatione teſtamenti.*

7 *Teſtator ſi inſtituto hærede dicat, quòd ſua diſpoſitio valeat iure codicillorum, valebit tamen vti teſtamentum.*

8 *Teſtes in codicillis non debent eſſe rogati.*

9 *Voluntas qualis fuerit, probatur ex verbis.*

10 *Animus dignoſcitur ex his, quæ antea dicta ſunt.*

11 *Dicta in præfatione,cẽſentur repetita in cõcluſione.*

12 *Teſtamentum facere videtur, qui dixit, velle teſtari.*

13 *Relinquere,verbum,eſt generale & aptum comprahendere inſtitutionem.*

14 *Subiecta talia ſunt, qualia demonſtrant Prædicata.*

15 *Inſtitutio hæredis arguit, quòd teſtari voluerit quis non codicillari.*

16 *Teſtator ſi adhibitis ſeptem teſtibus roget, vt interſint codicillis, valebit diſpoſitio vti teſtamentum.*

17 *Fæmina non poteſt eſſe teſtis in teſtamento.*

18 *Teſtes in teſtamento debent eſſe rogati.*

19 *Teſtamentum eſt indiuiduum, & recipit perfectionem ab vltimo puncto.*

20 *Teſtamentum imperfectum ratione voluntatis non ſuſtinetur fauore piæ cauſæ.*

21 *Teſtamentum inter liberos non valet, ſi imperfectũ ſit ratione voluntatis.*

22 *Teſtamentum inter liberos non ſuſtinetur, quoad legata facta extraneis.*

23 *Clauſula codicillaris non ſuſtinet teſtamentum imperfectum ratione voluntatis.*

24 *Caſtr.conſ. 93. & conſi. 97. volum. primo, reprobatur.*

25 *L. hac conſultiſſima, §. ſi quis autem, C. de teſtam. quomodo intelligatur.*

26 *Teſtamentum,quod vti teſtamentum valere non poteſt, non ſuſtinetur iure codicillorum.*

27 *Subſtitutio directa facta in codicillis, non obliquatur,quando teſtator putabat facere teſtamentum.*

28 *Clauſula codicillaris in teſtamento inter liberos ſubintelligitur ſolum in fauorem liberorum, non extraneorum.*

29 *Actus iudicatur ſecundum formam & effectum,non ſecundum denominationem.*

30 *Inſtitutio arguit teſtamentum, non codicillos, etiam ſi quinque tantum teſtes fuerint adhibiti.*

31 *Teſtati cauſam eligendo quis, videtur renuntiare cauſæ inteſtati.*

32 *Legata ex teſtamento inter liberos condito cum quinque teſtibus non debentur, ſi extraneis ſint relicta.*

CON-

CONSILIVM CCLVIII.

LEGATVM maſſaritij & bonorũ exi
ſtentium ſuper finibus Lazaroni,
quod fuit factũ per Magniſ. Domi
nam Annã magniſ. Domino Anſel
mo, videtur omni iure validum, &
Domino Anſelmo debitum, quia de eo depoſuit
ſeptem teſtes, ex quibus quinque maſculi, duo ve
rò ſunt fœminæ, quorum depoſitiones probare
1 videntur teſtamentum † a Domina Anna condi-
tum, l. hac conſultiſſima, §. per nuncupationem,
C. de teſtam. l. fi. C. de fideicom. Bar. & alij in l. ne
mo põt, ff. de leg. 1. Bald. in l. cũ quis, col. 2. C. de
iur. & facti ign. Clar. in trac. de teſtam. q. 56. verſi.
& ſcias, Nat. in conſi. 423. nu. 1. Didac. in ca. cum
eſſes, nu. 8. de teſtam. Rolan. in conſ. 33. nu. 2. vol.
3. cum ſimilibus. & hoc multo magis, cum ſit te-
ſtamentũ conditum inter liberos, quia multi ex di
ctis teſtibus dicunt fuiſſe inſtitutum Magniſ. Do-
minũ Blaſium filium Dominæ Annæ, quo caſu ẽt
ſi ordinariæ ſolemnitates nõ interueniſſent, teſta
2 mentum ſuſtinetur: nam † qualiſcunque interue-
niat mentis declaratio, ſufficit, l. fi. C. famil. erciſc.
& ſat eſt ſi duobus probetur teſtib. glo. in auth.
quod ſine, C. de teſtam. & ſequuntur plures alij re
lati per Nattam d. l. hac cõſultiſſima, §. ex imper-
fecto, nu. 153. C. de teſtam. & illam gl. communi-
ter dicit receptam Didac. in c. relatum, il primo,
nu. 4. de teſta. Clar. in eo. trac. q. 8. nu. 2. vbi idem
ait, poſt Grat. eandem quoque communem teſta-
tur Vaſqu. de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 21. limit. 7. nu.
58. id, quod procedit quoque in teſtamento cęci,
vt concludit idem Clar. q. 17. atque verum eſt ẽt,
ſi ſit fœmina aliqua, quæ interueniat, vt voluit gl.
in d. auth. quod ſine, Dec. in l. 2. nu. 31. in fine, ff.
de reg. iuŗ. latè Clar. d. q. 8. nu. 3. quę allegat Grat.
Ripam, & Nattam, Tiraq. de priuileg. piæ cauſæ,
priuil. 5. Didac. d. c. relatum, nu. 5. & Vaſ. d. limit.
7. nu. 58. ſiue vnus maſculus, alius vero ſit fœmi-
na, ſiue duæ tantum interueniant fœminæ, ut per
Didac. d. nu. 5. & Vaſq. d. nu. 58. & non eſt neceſſe
3 teſtes eſſe rogatos, vbi inter † liberos pater teſta-
tur, gl. in l. fi. in uer. teſtamento, C. de codicil. Nat.
d. §. ex imperfecto, nu. 150. de priuileg. piæ cauſæ,
priuileg. 4. in fine, Didac. d. c. relatum, nu. 4. Vaſq.
d. nu. 58. & ſine dubio procedunt hæc in teſtamẽ-
to condito a matre, etiam inter naturales filios, li-
cèt quoad eos aliud ſit in patre, ut per Vaſq. d. li-
mit. 7. num. 55. vbi dicit quod in hoc conueniunt
omnes, quinimo ſi de teſtamento conſtaret, puta
per confeſſionem, ſuſtineretur, quãuis in eo nullĩ
affuiſſent teſtes, ut comprobat Natta d. §. ex im-
perfecto, nu. 151. & Tiraq. poſt Corn. d. priuileg.
2. nu. 2. & per hæc ſublata uidentur quæcunque
adducebantur per Dominum Blaſium ad inuali-
dandũ teſtamentum prędictum. dicebat enim, te-
ſtes non eſſe oẽs maſculos, nõ fuiſſe rogatos, & nõ
pcedere in matre teſtãte, quicquid eſſet in patre.
Et quamuis ex teſtamento inter liberos tam-
quam imperfecto non debeantur legata facta ex-
traneis: tñ id non procedit, qñ interueniunt quin-
4 que teſtes, quia ẽt legata tunc debentur, † quia tã-
ta interuenit ſolemnitas, quanta requiritur ad ua-
liditatem legatorum, Caſt. in conſi. 93. nu. 2. verſ.
quinimò, & in conſ. 97. col. 2. uerſ. ſuper ſecundo,
uol. 1. & idem in teſtamento ad pias cauſas confe-
cto, uoluit Butr. in c. quod clericis, col. antepenul.
de foro compet. Salyc. in auth. caſſa, q. 9. C. de ſa-
croſan. eccl. Ale. in conſ. 41. vol. 1. Ruin. in conſ. 1.
nu. 12. uol. 2. ubi nu. 10. ubi dicit legata extraneis
relicta deberi, quando quinque interueniunt te-
ſtes: licèt ſecus ſit, quando duo tantum affuerunt,
& ante omnes tenuit Bal. in d. l. hac conſultiſſima,
§. ſi quis autem, nu. 1. verſi. nunquid autem lega-
ta, C. de teſtam. & ibi Salyc. nu. 2. & Alex. num. 9.
verſi. ſed Baldus, Cęph. in conſ. 72. nu. 17.

Præterea ſi iure teſtamenti valere non poſſet di
cta diſpoſitio, tamen ſuſtineri deberet iure codi-
cillorum, quia in teſtamento inter liberos ſubin-
telligitur ſemper clauſula codicillaris, ſi non valet
5 † ut teſtamentum, valeat tamquam codicillus, gl.
in l. cohæredi, §. cum filiæ, in ver. ualuit, ubi Iaſ.
in fi. communem dicit, ff. de vulg. & pupil. quam
dicit communiter approbatam Clar. d. q. 8. num.
7. qui addit hoc eſſe notandum, quia eſt maximi
effectus. addo Tiraq. in l. ſi umquam, in uer. liber-
tis, num. 103. C. de reuocan. donat. Coraſ. in l. hę-
reditatem, num. 10. C. de impub. Crauet. in conſ.
24. num. 2. Iaſ. in l. precibus, ubi Sapia, nu. 7. C. de
Impub. Vaſq. d. li. 3. §. 21. limi. 7. nu. 64. & ceſſante
ẽt hoc præſumendum eſt, ꝙ teſtator elegerit viã,
per quam ſua uoluntas effectum ſortiri poſſit, l. 3.
de teſtam. mil. cum alijs apud Alcia. in tracta. prę-
ſump. reg. 3. præſum. 35. nu. primo, & ſeq. & ſi non
ualet quod ago ut ago, ualere debet eo modo quo
põt, ponunt Docto. in l. 1. §. ſi quis ita, ff. de uerbo.
oblig. & licet Do. Anna dixerit uelle teſtamentũ
facere, tñ ſuſtineri põt eius diſpoſitio tamquã co-
dicillus, quia appellatione teſtamenti, ueniunt
6 † codicilli, gl. in l. 2. in prin. ubi Bal. C. com. de leg.
in c. quamquam, in gl. fi. de uſur. in ſexto, Doct. in
l. ſi quis in graui, §. ſi quis codicillos, ff. ad Sillan.
Salyc. in l. filij, in primo not. C. fam. erciſ. Iaſ. in l.
non codicillum, nu. 2. C. de codicill. idq; ſaltẽ attẽ
ta uocabuli alluſione, ut dicit Bal. in l. 1. circa fin.
ſuper glo. in uer. comprahendat, ff. de teſtam. ubi
inquit ſuſtineri tãquàm codicillos diſpoſitionẽ,
in qua notarius dicat, talis ſanus mente, &c. ſuum
fecit teſtamentum, quamuis nulla extet hæredis
inſtitutio, quia teſtamenti uerbũ, eſt generale in-
cludẽs omnem ſpeciem ultimæ uoluntatis. ſequi-
tur Caſt. in l. proximè, nu. 3. ff. de his, quę in teſta-
mento delẽtur. qui fortius ſubdit procedere hoc,
quamuis ſeptem teſtes fuerint uocati, ſeq; fuiſſe
de hoc interrogatum, & quoſdam uoluiſſe cõtra-
rium, Socy. in conſi. 173. col. 5. uerſi. & prædicta,
volum. 2. Iaſ. in rubr. ff. de leg. 1. nu. 16. & in l. nõ
codicillum, num. 1. C. de teſtam. Afflict. deciſ.
134. nu. 4. Ruyn. in conſi. 12. nu. 15. uol. 3. Pariſ.
in

in conſi. 32.nu.46.vol.2.Alciat.conſi. 525.num.
3.& facit,quod voluit Ioan.Andr. ad Spec.in tit.
de inſtrum.edir.§.compendioſe.vbi poſt Dyn.in-
quit,quòd ſi teſtator inſtituto hærede dicat velle,
7 quòd ſua diſpoſitio valeat † iure codicillorum,va-
lebit tamen vti teſtamentum,ſequitur Soci.d.cōſ.
173.Iaſ.d.l.non codicillum,qui multa alia conge
rit ad hoc propoſitū. actus enim interpretare dēt
vt valeat,potius quam pereat,l.quoties,ff.de reb.
dub. & credendum non eſt, quòd teſtator volue-
rit eligere viam,per quam impugnetur ſuum iudi
cium, d.l.3.ff. de teſtam. milit. vbi licèt miles vo-
luerit iure pagano teſtari, tamen ſuſtinetur teſta-
mentum iure militari, ſi non valet iure pagano,
Socin.d. conſi.173.col. 3. in princ. vbi concludit
ꝙ teſtamentum ſuſtinetur tāquam nuncupatiuū,
quamuis voluerit quis teſtari in ſcriptis. ſuſtine-
bitur igitur diſpoſitio prædicta iure codicillorum
qui fieri poſſunt non minus ab inteſtato, quàm
condito teſtamento, l.3.l.ab inteſtato, l.conficiū-
tur,in fi.princ.ff.de iure codicill. l.fi.ff.cod.ti.§. r.
Inſti.cod. & legata fieri poſſunt in quacunque vl-
tima uoluntate,dummodo quinque interueniant
teſtes,§.præterea, Inſtitu.de fide.hær.notant om-
nes in l.1.ff.de leg.primo, Pariſ. in conſ.32. num.
44.vol.2.& in codicillis nō eſt neceſſe quod teſtes
8 † ſint rogati, licèt eſſe debeant omni exceptione
maiores,vt de primo eſt tex.in l.fi.§.fin.vbi Cyn.
Bart.Bald.Salic.Iaſ.& alij,C.de codicill. Pariſ.d.
conſi.32.num.39. de ſecundo verò ponit Ang.in
conſi.128.Dec.in conſi.105.num.5.

Verumtamen præmiſſis non obſtantibus, con-
cludo contrariam ſententiam eſſe veriorem: nam
Domina Anna uoluit teſtamentum facere, & ta-
men illud non perſecit,nec adhibuit omnes acceſ-
ſorias ſolemnitates: quod antem teſtari uoluerit,
probatur ex his, quæ ipſa dixit paulo ante diſpo-
ſitionem:nam palam dixit ſe velle ſuum facere te-
9 ſtamentum,& verba ab ea prolata † probant,qua
lem habuerit intentionē,l.Labeo, §. idem Tube-
ro,ff.de ſupel.leg.l.nepos Proculo,poſt med.ff.de
verborum ſignif.Iaſ.in l.ſi quis filium,col. r.C.de
liber.prȩter.Dec.in l. ſemper in ſtipul. col. 1.ff.de
reg. iur. & in conſi. 305. circa princ. Curt. iun.in
conſi.169.in princ. Ruin.in conſi.168. nu.8. vol.
2.Craue.in conſi.35.num.6. & talem præſumitur
habuiſſe animum,qualia ſunt uerba, gl.in l.Fulci-
nius,§.quid ſit latitare,ff.de doli except.Roma.in
conſi.96.nu.4. & ex his, quæ præceſſerunt digno-
10 ſcitur,† qualem geſſerit animum in ſubſequenti-
bus,gl.ſecunda in l.apud Iulianum,in princ.ff.de
doli exceptio. Bal.In l.cū proponas, nu.2. in fine,
C.dȩ bon.auth.iud.poſſid. quia a primordio titu-
li,poſterior formatur euentus,l.prima,§.fin.C.de
impon.lucra.deſcrip. & mens diſponētis declara-
tur ex his,quæ præſari eum contigit, l. cum pater,
§.dulciſſimis,ubi glo.in uer.diſcordij,ff.dȩ leg.ſe-
cundo,l.item quia,§.fi.ff.de pact. Bar.& alij in l.fi.
ff. de hære, inſtit. quinimo ſequens diſpoſitio re-
ſtringitur ex præfatione, Bar.in l.cum hi, in princ.
ff.de tranſact.latè Deciſ. Pedemont. 52.nu. 10.&
hæc procedunt maximè, qñ id fuit dictum paulo
ante quàm ad actum teſtandi deuenerit,quo caſu
11 dictum in præfatione,cenſetur in † cōcluſione re-
petitum, vt per Alex, in conſil. 27. col. ſecunda,
vol.3.& in conſ.122.col.1.uol.ſecundo.ubi dicit,
quòd ſi in tractatu uenditionis appoſitum eſt pa-
ctum de reuendendo, non cenſentur partes ab eo
receſſiſſe,ſi incontinenti deuenerunt ad inſtrumē-
tum uenditionis,nulla mētione facta de eo pacto,
ſequitur Tiraq.de retract.conuent.§.1.gl.1.nu.1.
& in fine,nu. 21. cum igitur teſtator dixerit uelle
facere teſtamentum,ſtandum eſt eius uerbis, l.nō
aliter,ff.de leg.3.& ſi voluiſſet facere codicillos,id
dixiſſet,ut fecit de teſtamento,l.unica,§.ſin autem
ad deficientis, C.de caduc. tollen. & in terminis,
12 quod nominatio † teſtatoris probet eam uoluiſſe
condere teſtamentū,non codicillos,probat Corn.
in conſi.161.col.2.in fine, uol.1. Vaſq. de ſucceſſ.
creat.§.16.nu. 20.requiſi.nu.21.probatur item vo-
luiſſe eam teſtari, ex quo ut Dominus Anſelmus
deduxit in precibus oblatis excellentiſſimo Sena-
tui,quæ probant contra eum,l.cum precum,C.de
lib. cau, hæredem inſtituit Dominū Blaſium eius
filium, & hanc inſtitutionem conatus eſt probare
per teſtes,qui & ſi non dixerint quòd teſtatrix eū
inſtituerit hæredem,dixerunt tamen quòd eidem
reliquit omnia bona ſua: quod uerbum reliquit,
13 eſt generale, † & aptum cōprehendere inſtitutio-
nem,fideicommiſſum,& legatū,l.1.§.1.ff. de tab.
exhib.l.fi.C.de ſacroſ.eccle.l.hac edictali,in prin.
C.de ſecun.nupt.& iunctum vniuerſitati bonorū,
importat inſtitutionem,l.his uerbis, ff. de hæred.
inſtit.Ang.in conſi.79.Alexan.in conſi.168.nu.2.
circa fin.uol.5. ubi dicit quod uerbum commune
relatum ad uniuerſitatem bonorum, inducit inſti
tutionem,allegat Bald.Ang. & Butrium, Corne.
in conſi.161.colum.1.uol.1.& conſi.202.colum.2.
uol.4.Iaſ.l.ſi quis agere,col. 1.C.de codicill.Nat.
in d.§.ex imperfecto, nu.116. Ripa in conſi. 129.
num. 9. quando autem interuenit hæredis inſti-
tutio, certum eſt quòd uoluit teſtari, quia ea ſoli
teſtamento conuenit, non enim poteſt in codicil-
lis dari hæreditas, l.hæreditatem, l. ſi idem, C.de
codicill. l. hæreditas, C. de his, quibus ut indign.
§.codicillis, Inſti.de codicillis,l.pen.in fi.ff.de cō-
14 di.inſtitu. & talia ſunt † ſubiecta, qualia demon-
ſtrant prædicata, Oldr.in conſi.80. Barba.in conſ.
17.numero 10.uolum.1.Socinus in conſilio 3.nu-
mero 4.uolum.quarto, Iaſon in l.ſtipulatio, §. hi
qui,numero 1.ff.de uerborum obligatio. Bello. in
conſi.quarto,num.3.Neuizan. in conſi.92. num.
4. & ut dicit Bald. poſt Ariſto. quem refert, in l.
non nudis, C. de probatio. accidentia plurimum
conferunt ad cognoſcendum quod quid eſt, ſe-
quitur Nicon.in cap.quoniam contra, num. 199.
de probat.ſequitur Neuizan.in dicto conſilio 92.
num.3.ſed quid opus eſt argumentis,quando ex-
tat textus expreſſus in l.non codicillum, C. de te-
ſtam. ubi dicitur argui quod noluerit quis teſtari

15 ex eo, † quod hæredem inſtituit, vt eſt text. in l.ſi
idem, C.de codicill.& in l.illud, §.tractari, ff.de iu
re codicill.§.codicillis, Inſtitutio. eodem titulo, &
ita tenet Aret. Inſtitutionibus, de vulgari ſubſtit.
in princip.nu.tertio, poſt Dyn.& Bar. in l.prima,
num.ſecundo, ff.de iure codicill. Socin. conſi.85.
num.ſexto, vol. quarto, Corn.d.conſi.202.col.2.
verſ.alio aũt medio, volum.quarto, Ruy. in conſi.
12.nu.14.vol.tertio, Alciat.in conſi.25.nu.ſecun-
do, in principio, Vaſquius de ſucceſſ.creat.li.ſecũ
do, §.decimoſexto, requiſi. 20.num.21. id quod
procedit, ẽt ſi aliud dixiſſet teſtatrix, vt probatur
ex deciſ.Ioan. Andreæ ad Spec.in tit. de inſtrum.
edit.§.compendioſe, nu.17.in fine, verſi. codicil-
lum. vbi concludit, ꝙ ſi teſtator conuocatis ſeptẽ
teſtibus hæredem nominet, dicendo, eſtote teſtes
huic meo codicillo: tñ valebit illa diſpoſitio, tan-
16 quam teſtamentum, † non obſtãte quod teſtator
appellauerit codicillum. & quamuis aliqui con-
tradicant, tñ opinio eſt veriſſima, qñ illi fuerunt
inſtituti, qui erant ab inteſtato ſucceſſuri, vt decla
rat Alex. concordando opiniones, in l. non codi-
cillum, quem ibi ſequitur Iaſon, nu.primo, & Ri-
pa, in fine, Bal.& Saly. in l.teſtamẽtum, vbi Iaſon,
nu.primo, C.de teſtamen.& hæc opinio eſt magis
communiter approbata, vt dicit Alciat. d. conſi.
525.nu.ſecũdo, & tertio. potius enim valet quod
apte ſenſit teſtator, quã vitiet id, quod inepte pro-
fert, vt not.in l.ſi librarius, ff.de regu. iur. accedat
etiam, quod animus teſtãdi colligitur ex eo, quod
Domina Anna ſeptem teſtes conuocauit, & ſuæ
diſpoſitioni adhibuit, qui numerus teſtium eſt ne
ceſſarius in confectione teſtamenti, d. l. hac con-
ſultiſſima, §.per nuncupationem, l.fi. C.de fidei-
cõmiſ. ſi enim voluiſſet codicillari, vel aliter diſpo
nere, tot teſtes non adhibuiſſet. ſtante igitur hoc
fundamento, quod voluerit teſtari, ſequitur quod
legatum predictum non debeatur, quia teſtamen-
tum prædictum quoad legata eſt nullum: facta
enim fuerunt extraneis. nam in teſtamẽto ad eius
validitatem requiritur quod teſtes illi ſeptẽ, quos
diximus debere interuenire, ſint omnes maſculi,
17 † nec admittuntur fœminæ, §.teſtes autem, Inſti-
tu.de teſtamen.l. qui teſtamento, §.mulier, ff. de
teſtamen. Didac.d.ca.relatum, il primo, nu.quin-
to, Vaſq.de ſucceſſ.creat. lib.ſecundo, §.12.in ſe-
cundo requiſi.num.12. & præter eos Iaſon in l.ſi
quis agere, nu.17.C.de codicill. Dec.in l.ſecunda,
nu.25.ff.de reg.iuris, in præſenti autem caſu quin
que tantum interfuerunt maſculi, ceteræ verò erãt
fœminæ, & ideo non poteſt iure communi teſta-
mentum ſuſtineri. Cõcurrit & alius defectus, quia
ſcilicet non fuit probatum, quod illi teſtes fuerint
a Domina Anna rogati, vel ab alio eius nomine,
18 quod erat omnino neceſſarium, † alias teſtes non
probant, l.cum antiquitus, & l. hac conſultiſſima,
C.de teſtamen.l.hæredes palam, §.in teſtamento,
ff.de teſtam.§. fin. Inſtitu. eodem titu.autlien. ro-
gati, C.de teſtibus. vbi not. õmnes Docto. cap. ſi
debitum, tertia, quæſt. nona. & cum rogitus ſit fa-
cti, debuit probari, l.cum res, C.de probatio. l.ſi
emancip. C.de collat.& in dubio non præſumitur,
vt tenet Alex.& communiter Docto. in l.ſciendũ,
ff.de verbo.obligatio. duo enim requiruntur, ſci-
licet quod ſint teſtes, & quod ſint rogati, & proin-
de ſi vnum deſit, non valet, vt dicit Specu. in titu.
de teſte, §.primo, nu. 92. & ſequen. idem ait Azo
in titu. de teſtibus, verſi. ſunt autem neceſſarij te-
ſtes, Bart. in l. Diuus, in fine, ff.de teſtamen. milit.
vbi inſtruit aduocatum, vt ſit cautus in articulan-
do rogitum teſtium: quia ſi dicant ſolum ſe audi-
uiſſe, & non dicant ſe fuiſſe adhibitos & rogatos,
non probabunt, ſequitur Bald. in quinto notab.
Cyn.in l.hac conſultiſſima, in princip. vbi Caſtr.
Iaſ.in princip.de teſtamen. Aret. in §.fin. Inſtitu.
de teſtam. Bocr. in deciſ. 34. num. octauo, Bero.
conſ.primo, num.44.volum.ſecundo.& ne aliena
transferam in præſentem paginam, hanc opinio-
nẽ ſequuntur plures apud Vaſq. de ſucceſſ. creat.
lib.ſecundo, §.18.requiſi.9.nu.59. & pluribus ſe-
quen. vbi communem dicit, cum alijs relatis per
Tiraquel.de priuileg.piæ cau.priuileg.tertio, qui
omnes dicunt ſpeciale eſſe in teſtamento ad pias
cauſas, quod non requirit rogitum pro eius vali-
ditate. cum igitur iure communi teſtamentum ſit
nullum, non poſſunt ex eo legata deberi, l. ſi ne-
mo, ff.de teſtamen. tuto.l.ſi nemo, ff. de regu. iu-
ris, §. nec eæ res, Inſtitu. de leg.Falcid.l.eam quã,
C. de fideicom. ſublato enim principali, corruit
omne acceſſorium, cap. acceſſorium, de regu.iu-
ris, in ſexto.

Secundò dico, teſtamentum prædictũ eſſe nul-
lum & imperfectum, non ſolum ratione ſolemni-
tatis, ſed etiam ratione voluntatis: nam Domina
Anna deceſſit inter diſponendum plura dictura,
niſi mors præueniens eam occupaſſet. teſtamentũ
19 enim eſt quid † indiuiduum, quod non põt valere
pro parte: tñ ut dicunt Bar. & alij in l.ſi is, qui te-
ſtamentum, ff.de teſtamẽ.& in l.furioſum, C. qui
teſtamen. facere poſſ. & uires ac perfectionem re-
cipit ab vltimo puncto, Bal.& Imola in l.is, qui te-
ſtamentum, Soci. iun. in conſ.147.num.decimo-
ſexto, vol.ſecundo, & nihil dicitur actum, quando
aliquid ſupereſt agendum, l.penul. C.de his, qui-
bus vt indign. & fortè ſi non defeciſſet teſtator,
aliud diſpoſuiſſet; uel iam diſpoſitis conditiones
adiecisset, vt dicunt Caſtr. & Aretin. in dicta l. ſi
is qui teſtamentum, Pariſ. in conſi. 146. numero
ſeptimo, & ſequen. vol.quarto. vbi poſt Aretin.
teſtatur de communi, & ſufficit ſi tacitè vel ex-
preſsè conſtet quod teſtator uolebat aliquid ad-
dere vel detrahere, ut dicit Bart. in dicta l. ſi is qui
teſtamentum. & eo caſu ſemper voluntas teſta-
toris dicitur imperfecta, ut per Barto. ibi, & ibi in-
quit Bald. in princ. quod teſtamenti forma eſſen-
tialis conſiſtit in puncto indiuiſibili, & in ultima
litera cõcluſiua, ſicuti in baptiſmate & alijs ſacra-
mẽtis: habet enim vltima uoluntas hoc proprium
quod eſt ad ſupremũ vſq; uitæ exitum ambulato-
ria, l.cum hic ſtatus, §.ait oratio, ff.de don. inter ui

rum

rum & vxorem, & hæc communis eſt opinio, vt ſi
teſtator aliquid erat adhuc dicturus, quod cõple-
re non potuerit, dicitur teſtamentum imperfectũ
eſſe, vt latiſſimè agens concludit Natta d.§.ex im-
perfecto, nu. 139. & ſeq. & præter eum hanc ſen-
tentiã probauit Decius in conſ. 159. in fine, Rimi.
in conſi. 254. nu. quarto, Lofred. in conſi. decimo-
quarto, nu. 65. vbi allegat Abb. Alex. & Ananiam,
dicens communem eſſe opinionem, Clar. de te-
ſtamen. quæſt. ſeptima, num. 5. vbi dicit imperfe-
ctum eſſe teſtamẽtum & non valere, quandocun-
que decedit teſtator antequam integrè voluntatẽ
ſuam explicauerit, quia videmus quotidie quod
teſtatores in ipſo teſtandi actu mutant, addunt, &
reuocant multa, iam per eos diſpoſita, Vaſquius
dicto lib. ſecundo, §. aa. limitatio. duodecima, nu.
ſexto, verſi. ſecundus caſus, Menoc. in conſi. qua-
drageſimoquinto, nu. 28. & vbi imperfectum eſt
teſtamentum ratione voluntatis, non ſuſtinetur
20 etiam fauore † piæ cauſę, Oldrad. in conſi. 119.
per totum. quia magis videtur facere cępiſſe, vel
paraſſe, quam feciſſe, Alber. in l. hac conſultiſſima,
§. ſi quis autem, C. de teſtamen. & hanc ſententiã
tenuerunt Ancha. Imo. Caſtr. Anan. Iaſon, Aret.
Dec. Barbat. Guido Papæ, Gulicl. Bencd. Ruyn.
Pariſ. & Gram. quos refert, & ſequitur Didac. d.c.
relatum, nu. primo, dicens non eſſe in praxi ab hac
opinione recedendum, & ita communiter conclu-
ditur per omnes, vt dicit Lofred. d. conſi. decimo-
quarto, nu. 65. & hanc tenet Tiraq. dicto priuileg.
ſeptimo, quoad ea, quæ fauorem non concernunt
piæ cauſæ, Clarus dicta quæſtione ſeptima, & idẽ
eſt in teſtamento condito inter liberos, quod ſi
21 imperfectum ſit ratione † voluntatis, non valet.
ita cõcludunt Doctores prædicti, & latiſſimè Vaſ-
qnius dicta limitatione duodecima, Menoch. d.
conſi. quadrageſimoquinto, num. 28. latè etiam
Viuius cõmunium opinio. lib. primo, opinio. 339.
vbi ait, fatuum eſſe recedere ab iſta communi opi-
nione canonica, & veriſſima, quam ipſe firmat, tã
quoad piam cauſam, quam inter liberos, Cæph.
in conſi. 99. per totum, vbi hoc habet pro abſolu-
to, quando conſtat quod teſtator non habuit di-
ſpoſitionem illam pro perfecta. ratione igitur hu-
iuſmodi imperfectionis, quæ voluntatem reſpicit
teſtãtis, deficit diſpoſitio, nec ex ea Dominus An-
ſelmus agere poteſt ad legatum.

Et non obſtat, quod teſtamentum hoc fuerit
inter liberos conditum, ex quo dicitur inſtitutus
Dominus Blaſius filius: nam reſpondeo, quod
quoad inſtitutionem ſuſtinetur, quia concernit li-
berum fauorem, ſed non ſuſtinetur quoad legata
22 facta † extraneis, vt eſt text. in d.§. ex imperfecto.
hoc enim teſtamentum inter liberos, non eſt pro-
priè teſtamentum, ſed teſtamẽtum imperfectum,
vt ibi dicitur. & ita cum adiuncto declarat Bart. in
l. Lucius, §. quęſitum, ff. de legatis tertio. & quoad
eos, qui non ſunt de liberis, talis voluntas habetur
pro nulla, ut eſt tex. in l. fin. C. famil. erciſc. Natta
d.§. ex imperfecto, num. 134. Clarus de teſtamen.
quæſt. 10. & ratio diuerſitatis eſt, quia cum libe-
rè ſint ab inteſtato ſucceſſuri patri eorum, non in-
tereſt quod magis ex teſtamento, quàm ab inteſta
to ſuccedant, & ideo recipitur inter eos, qualiter-
cunque depræhendatur paterna volunras, & no-
luit lex quod liberi reſcinderent paternum iudiciũ
cum eo, quod ad ipſos pertinet: ſed vult quod il-
lud qualecunque ſit inter ſe ſe amplectantur pro-
pter reuerentiam parentibus debitam. & hanc ra-
tionem conſiderauit Natta in d.§. ex imperfecto,
nu. 31. qui eam colligit ex textu in Authen. de te-
ſtamen. imperfect. in princip. ſed non ęquè iuſtum
lex putauit ſolemnitatis rigorem reſpectu extra-
neæ perſonæ remittere, ſicut reſpectu filiorum:
quia cum de voluntate patris agitur inter filios,
conuenit quòd ſemoto rigore pertractetur res ex
bono & æquo, & non eadem uerſatur ratio, quan-
do cum extraneis agitur, vt per Nattam in loco
prædicto, num. 32. Riminal. conſi. primo, nume.
vndecimo, uolum. ſecundo, in fine. fateor igitur
valere diſpoſitionem Dominæ Annæ tanquam te
ſtamẽtum inter liberos, quoad filij inſtituti fauo-
rem, ſed non quoad fauorem Domini Anſelmi,
qui non eſt de liberis, ſed extraneus; quia dicitur
in propoſito extraneus, quicunque non eſt de li-
beris, ut declarat Clar. d. q. 10.

Secundò reſpondeo, quod neque reſpectu in-
ſtitutionis, nec aliorum per eam diſpoſitorum ſu-
ſtineri potęſt prædictum teſtamentũ, ex quo fuit
imperfectum ratione voluntatis, & Domina An-
na deceſſit priuſquam illud poſſet perficere, nec
ſuam voluntatem explicare, & iam ſupra oſtendi-
mus teſtamentum ratione voluntatis imperfectũ
non valere, etiam inter liberos: quia ſi voluntas
deficit, non poteſt dici teſtamentũ, & deficit ſub-
ſtantia & eſſentia teſtamenti, quæ reſidet ſuper
voluntate, & teſtamentum imperfectum ratione
23 voluntatis non ſuſtinetur, etiam per clauſulã † co-
dicillarem inſertam, ut concludit Bar. in l. prima,
nu. octauo, ff. de iure codicill. Bal. Dec. & alij apud
Tiraquel. in l. ſi vmquam, in uerſi. donatione lar-
gitus, num. 266. C. de reuocandis donationibus,
Alciat. conſil. 527. num. 1.

Nec obſtat quòd ex imperfecto teſtamento de-
beantur legata, quando quinque interuenerunt
teſtes, ut uoluit Caſtrenſis d. conſi. 93. & 97. vol.
primo, qnia ad hoc reſpõdeo pluribus modis. pri-
24 mò, ꝙ Caſtrenſis malè loquitur, † & eum impu-
gnat Nat. in d.§. ex imperfecto, nu. 134. validiſſi-
ma ratione: nam autẽ uolumus legata deberi tan-
quam ex teſtamento, & tunc id eſſe non põt, quia
teſtamentum inter liberos non ſuſtinetur quoad
legata extraneis relicta, ut dicit textus dicto §. ex
imperfecto, & concludunt ibi omnes: aut volu-
mus quòd debeantur tanquam in codicillis reli-
cta, & hoc quoque falſum eſt, quia teſtamentum
imperfectum non trahitur ad codicillos, prout ip-
ſe dicit, & tangemus latè inferius. nec eſt bona
ratio, quam Caſtren. adducit dicens, quòd ua-
lere debent dicta legata facta in teſtamento inter

libetos ſicuti valerent codicillorum iure, ſi teſta-
tor coram quinque teſtibus talia feciſſet legata al
tera die, poſtquā teſtamentum condidiſſet inter li
beros: nā, vt dicit Natta eo caſu, ex quo teſtator ſe
parare fecit legata, uidetur voluiſſe codicillari &
ſuſtinetur diſpoſitio iure codicillorum: ſed qñ fa-
cit inſtitutionem, & ſubijcit legata, tunc teſtari vi
detur: & ideo ſi diſpoſitio non valeat iure teſtamē
ti, vt quia ſolemnitas deficiat, non valebit ēt iure
codicillorū, vt dicam paulo poſt, & pro hoc facit:
nam iure teſtamenti non debentur legata, vt ipſe
quoque Caſtrenſis fatetur: ſi aūt iure codicillorū
deberentur, ſequeretur ꝙ eadem diſpoſitio quoad
inſtitutionem ſuſtineretur tanquam teſtamentū:
quo verò ad legata valeret tanquam codicillus,
quod eſſet abſurdum, quia eadē res non debet di-
uerſo iure cenſeri, l. cum qui ædes, ff. de vſucapio.
debet igitur quoad omnia ſuſtineri tanquā teſta-
mentum, vel tanquam codicillus, non autem pro
parte tanquam teſtamentum, & pro parte vti co-
dicillus. vnica igitur diſpoſitio pluta cōtinens, de-
bet æqualiter omnia determinare, l. nam hoc iure,
ff. de vulg. & pupilla. & latius infra declarabo. Nec
ſuſtineri poſſunt reſponſiones datę per Caſt. ad §.
ex imperfecto, dum dicit quod habet locum, quan
do extraneus eſt inſtitutus vnà cum filijs, quia ad
validitatem inſtitutionis extranei, non ſufficiunt
quinque teſtes, ſecus autē quoad ualiditatem le-
gati, nā dictus text. loquitur indiſtinctè, nec ſe re-
ſtringit ad inſtitutionem, ſed indefinitè vult, ꝙ vo
luntas pro nulla habeatur quoad extraneum. &
ideo indiſtinctè debet intelligi tam reſpectu ipſius
legati, quàm etiam inſtitutionis, l. de pretio, ff. de
public. & ita intelligunt ibi Doctores, qui inde col
ligunt relicta in tali teſtamento facta extraneis, nō
valere, nec diſtinguunt inter inſtitutionem & lega
ta, & hoc præuidit Caſtrenſis, quando ad aliā di-
uertit ſolutionem, vt ſcilicet procedat, cum duo tā
tum teſtes interuenerunt, non autem vbi quinque
adhibiti ſunt. ſed nec iſta ſolutio placet, quia tex-
tus nō diſtinguit inter caſum, quo quinque teſtes
interuenerint, vel alium qñ duo tantum affuerūt,
ſed ſimpliciter dicit de imperfecto teſtamento, qđ
eſſe poteſt etiam ſi imperfectio aliter eſſet cauſa-
ta, quam a numero teſtium, & ſi ſex tantum teſtes
interueniſſent, vel defeciſſet rogitus teſtium, vel
quid aliud ex neceſſarijs, ſemper teſtamentum di-
citur imperfectum. reſpicit autem textum ad per-
fectionem, quæ neceſſaria eſt ad validitatem teſta-
menti: quia ſi teſtamentum quoquomodo ſit im-
perfectum, corruunt quæcunque diſpoſita ad fa-
uorem extraneorum ſiue ex defectu teſtium, ſiue
ex alio teſtamentum ſit inualidum. Hoc etiam mo
do tollitur, quod dixit Ruyn. d. conſ. primo, num.
duodecimo, vol. ſecundo, per textum in §. ſi quis
autem. Præterea reſpōderi poteſt, quod illius tex.
25 diſpoſitio procedit † ſolum, quando quinque illi
teſtes fuerunt rogati: nam ille textus eſt exorbitās,
vt dicit ibi Alex. nu. 11. Roma. in conſi. 306. num.
quarto, & reſtringi debet ad ſuos terminos. cum
itaque remittat ſolemnitatem numeri teſtium, nō
debet extendi, vt videatur etiam remittere rogitū
teſtium, vt concludit in terminis Roma. d. conſi.
306. nu. quinto, verſi. ſed reſpondeo, vbi inquit il-
lum text. procedere in fauorem tantummodo ve-
nientium ab inteſtato, & quoad numerum, non
quoad rogitum, ſequitur Ruy. d. conſ. primo, nu.
quinto, & nu. vndecimo, in fine, vol. primo, quod
ante eos videtur voluiſſe Bal. in conſi. 300. nu. ter
tio, vol. quarto, dicens quod inter liberos non re-
quiritur rogitus, ſed quando inſtituitur frater, te-
ſtes debent eſſe rogati. in pręſenti autem ſacto de-
ſideratur rogitus teſtium, & ideo non poteſt eſſe
locus diſpoſitioni illius text. Secundo reſponderi
poteſt, quod contrarium poſſet procedere, ſi vo-
luntas Dominæ Annæ fuiſſet perfecta: ſed cum in
hoc caſu imperfecta ſit, & eam non potuerit abſol
uere, non eſt dubium, quod neque legata, neque
inſtitutio poſſunt ſuſtineri: quia, ut dictum eſt, ſi
teſtator alia erat dicturus, annullatur teſtamentū,
etiam quoad ea, quæ diſpoſuerat.

Poſtremò non reſiſtit, quod & ſi non valeat di-
ſpoſitio prędicta iure teſtamenti, ualere tamē de-
beat & poſſit iure codicillorum: quia reſpondere
poſſum, quod cum imperfecta ſit uoluntas, nullo
iure ſuſtineri debet, ut ſupra demonſtraui. Secun-
do reſpondeo, quod ex quo tanquam teſtamen-
tum non ualet ob defectum teſtium & rogitus eo-
rum, non poterit ualere iure codicillorum: uia
enim, quam ſibi elegit, hæc ſibi pateat, l. ſi mulier,
§. fina. ff. quod met. cau. uoluit autem teſtari,
non codicillari; & ſi codicillari deſtinaſſet, utique
tanquam codicillus ſuſtineretur. ſed quia ita uo-
luit, ſibi debet imputare; & quod potui nolui,
quod uolui adimplere nequiui, l. multum inter-
eſt, C. ſi quis alt. uel ſibi. & in ſpecie, quod non
ſuſtineatur iure codicillorum teſtamentum, quod
26 quis facere deſtinauit, † ſed implere nequiuit, ni-
ſi expreſsè id dicat, eſt text. in l. fina. §. illud quo-
que, C. de codicill. & dicit text. in l. prima, ff. de iu-
re codicill. non deberi quod in teſtamento inuali-
do ſcriptum eſt, quamuis alias poſſet ualere, qua-
ſi in codicillis datum, & in terminis ita tenet Cor-
ne. in conſi. 16. colum. 2. in fine, uerſi. & poſſet at-
tentari, uolum. primo, ubi tamen ex ſolis conie-
cturis apparebat deſunctum voluiſſe teſtari, nem-
pè quia ſuam diſpoſitionem appellauerat teſta-
mentum. item teſtes rogauerat & præcedens te-
ſtamentum reuocauerat, idem in conſi. 170. co-
lum. tertia, verſicu. nec ualet, ut codicillus, uo-
lum. ſecundo, & in conſi. 202. colum. penul. uer-
ſicu. nec obſtant adducta, uolum. quarto, Socyn.
in tracta. ſallen. reg. 398. in princ. ubi dicit hanc
regulam poſuiſſe Bened. de Barzis in l. fina. C. de
codicill. eandem ſententiam probauit Natta in
dicto §. ex imperfecto, nume. 133. Vaſq. de ſuc-
ceſſ. creatio. lib. ſecundo, §. 16. requiſi. 20. nume-
ro 21. verſicu. intellige tamen, ubi pluribus con-
firmat rationibus. & præter eos eſt text. in l. fi-
deicommiſſa, §. primo, ff. de lega. tertio, ubi non
ſuſti-

ſuſtinetur iure codicillorum id, quod diſpoſitum
fuit in teſtō imperfecto, licèt in eo verba extent ap
ta fideicommiſſum Importare. Confirmatur etiā,
quia ſpeciale eſt in diſpoſitione, in qua inſtituti
fuere venientes ab inteſtato, vt ſuſtineatur tanquā
ab inteſtato, qſi vt teſtamentum ſuſtineri non po-
teſt, d.l.hac conſultiſſima, §. ſi quis autē. hanc quo
que ſententiam probauit expreſsè gl. in l. non co-
dicillum, C.de teſtam. vbi dicit quod ſi quis volēs
teſtari quinque tantum adhibeat teſtes, non debe
būtur legata ex teſtō, quia deficit legitimus teſtiū
numerus, nec peti poterūt tanquam ex codicillis,
quia non dixit teſtator ꝙ voluerit ſuam diſpoſitio
nem valere iure codicillorum, ſequitur Bal. dicēs
quod ſi non valet inſtitutio appoſita, non debētur
legata & fideicommiſſa, & expreſsè ibi Caſt. Alex.
& Riminal. in ſummario, Iaſon nu.4. idem tenuit
Bart. in l.1.§. ſi quis ita, nu.5. ff. de verborum obli-
gat. dum allegando dicta l. non codicillum, dicit ꝙ
vbi eſt differentia in modo conſtituendi, & actus
dependet a voluntate vnius, ſi nō valet quod ago
vt ago, non valet eo mō quo valere poteſt, & hanc
dicit eſſe cōem opinionem Corn. dicto conſ.170.
col.3. Soc. conſi.84. nu.6. vol.4. Iaſ. in l. fina. nu.5.
C.de codicill. Caſtr. in l. proximè, nu.3. in fine, ff.
de his, quæ in teſt. delen. Comprobatur iſta opi-
nio: nam & ſi ſubſtitutio directa facta in codicillis
trahatur ad fideicommiſſum, l. Sceuola reſpondit,
ff. ad Trebell. tamen ſi teſtator putabat teſtamen-
27 tum facere, illa ſubſtitutio † non obliquatur, vt de
clarat gl. fina. in fine, in l.1. ff. de iure codicill. & in
l.2.§.2. in verſic. eundum, ff. eod. tit. gl.1. Inſtit. de
vulg. ſubſtit. in princip. quæ dicit, quòd ſi teſtator
non deſtinauerat codicillos facere, ſed teſtamen-
tum; tali caſu licèt diſpoſitio ſuſtineri poſſet qua-
ſi codicillus, tamen ſubſtitutus non admittetur, ne
que directè, neque per fideicommiſſum, id quod
tenet quoque Ang. in d.l. Sceuola, in princ. Caſtr.
nu.4. quia ſecundum eum, tāquam teſtamentum
non ſuſtinetur, ex quo non interuenit numerus te
ſtium legitimus; nec valet vt codicillus, quia teſta-
tor voluit codicillari, tenet etiam ibi Imola in prin
cip. ver. & limita. hoc quoque placuit Dyno in l.1.
vbi Bar. nu.2. ff. de iure codicill. vbi inquit quòd ſi
certum eſt, teſtatorem voluiſſe de ſuis bonis teſta-
ri, non tenet diſpoſitio iure codicillorum: aut eſt
dubium, & tūc ſi hæredem inſtituit, idem eſt: ſi ve-
rò voluit codicillari, tunc valet eo modo quo pōt.
ita intelligit d.l. Sceuola, ſequitur Aretin. Inſti. de
vulg. in princip. nu.3. Apparet igitur, quod etiam
ſi interueniant ſolemnitates requiſitæ ad codicil-
lorum validitatem: tñ ſi animum habuit teſtandi,
non ſuſtinetur diſpoſitio iure codicillorum, niſi ſit
dictum, & Doctores præfati præcipuè Caſt. Alex.
Iaſ. & Riminal. in d.l. non codicillum, reſpondent
ad illam regulam, ſi non valet quod ago, &c. vt nō
procedat, quādo actus deficit ratione formæ, quia
tunc nō valet eo modo quo valere poteſt. & hanc
communem eſſe dicit Vaſq. d. reg.20. nu.21. ver.6.
in his, quę. Nō obſtat etiā quod intelligatur clau-
ſula codicillaris in teſtamento inter liberos, quia
28 hoc verum eſt, quoad fauorem † liberorum tan-
tum, non autem extraneorum, glo. in l. cohæredi,
§. cum filiæ, in ver. non valuit, ff. de vulg. & pupill.
ita reſpondet Narta in dicto §. ex imperfecto, nu.
135. Non etiam obſtat quod codicilli veniant ap-
pellatione teſtamenti, quia hoc eſt verum largè in
telligendo, vt dicit gl. in l. ſecunda, in ver. perſona-
les, vbi Bald. C. communia de legat. cum multis
apud Iaſon. in rubr. ff. de legat.1. nu.15. & in con-
ſilio 174. lib.4. ita reſpondet Vaſq. d. requiſi.20.
num.21. in fine, verſic. nec obſtat quod appellā-
tione. in dubio autem non eſt recedendum a pro-
pria verbi ſignificatione, ſecundum quam teſta-
mentum differt a codicillis. Reſpondetur ſecun-
do, quod illud procederet, quando ſola nomina-
tio Dominæ Annæ concurreret: tunc enim poſſet
appellatio teſtamenti verificari in codicillis, ſed
præter nominationē adeſt inſtitutio filij, quæ con-
uenit ſoli teſtamento; & ſi voluiſſet codicillos face
re, non inſtituiſſet filium: quia vt dictum eſt, inſti-
tutio non poteſt fieri in codicillis, & dicetur infe-
rius quid operetur illa inſtitutio. Nec mouet deci-
ſio Bald. in l.1. ff. de teſtam. quem ſequitur Caſtr.
d.l. proximè. quia procedit, quando extat ſola no-
tarij uel teſtatoris nominatio, qui dixit ſe teſtamē-
tum condidiſſe: eo enim caſu, quia nō inſtituit hę-
redem, ut neceſſe erat ad ualiditatem teſtamenti,
præſumitur quod codicillari, nō autem teſtari vo-
luerit: nam actus non iudicatur ſecundum verba-
lem denominationem, ſed ſecundum formam, &
29 † effectum, ſecundum Bart. in quæſtio. incip. Pu-
blicanus quidam, & in l. cotem ferro, §. qui maxi-
mos, in ſecunda quæſtio. ff. de publica. Iaſon, in di
cta l. non codicillum, nume.3. & ita ab effectu po-
tius quàm a verbis cognoſcitur contractus, Bald.
in rubr. C. de iure emphit. in fin. Roman. in con-
ſilio 109. in primo dub. Alexand. in conſilio 107.
nu.7. uolum.3. ubi dicit, quod ad cognoſcendum
contractum, non nomen inſpicitur, ſed ea quę con
tractui conueniunt. alios plures addit Dominus
Becius in conſil.35. num.3. ſecus autem eſt, quan-
do nominationi conuenit etiam effectus, ut quan-
do teſtator dicit, ſe uelle teſtamentum facere, &
hæredem inſtituit; tunc enim adeſt dubium, quin
uideatur teſtari uoluiſſe, ex quo ut dictum eſt ſu-
pra, ſoli teſtamento conuenit inſtitutio, l. non co-
dicillum, C. de teſtamen. & ita ſeipſum declarat
30 Caſtren. in d.l. proxime, nume.3. in fine reſpon-
dendo ad l. non codicillum, dicens quod ideo ibi
non ſuſtinetur tanquam codicillus, quia teſtator
hæredem inſtituerat, licèt adhibuiſſet tantum mo-
do quinque teſtes. & ideo dicit Fulg. d.l. non codi
cillum, quod coniectura ſurgēs ex ſolemnitate ad
hibita, cedit & ſuccumbit præſumptioni, quæ ſu-
mitur ex ipſa rei ſubſtantia: & ideo ſi quinque tan
tum teſtes adhibiti fuiſſent, colligitur quidem eum
uoluiſſe codicillari, poſtquā ille numerus teſtium
conuenit codicillis. ſed ceſſat hæc cōiectura, quan
do facta fuit inſtitutio: nā eo caſu coniectura inſti-

tutionis, quæ oritur ex tenore diſpoſitionis, antepoṇitur, & præponderat. & hoc dicit eſſe notandū, ſequitur Alex. in princ. & Riminal, nu. 2, Iaſ. nu. 1. in fine, vbi declarat hoc modo ea, quæ Caſtr. dixerat in dicta l. proximè, Corn. in conſ. 202. col. pen. ver. nec obſtant adducta, vol. 4. & per hęc apparet, non obſtare doctrinam Ioan, And. ad Spec. in d. §. compendiosè, quinimo confirmari ex eius dictis noſtram ſententiam; quia ideo ibi contra nominationem iudicatur teſtamentum, quia cōtinebatur inſtitutio, quæ teſtō conuenit; & infertur ideo ꝙ ſi inſtitutio arguit voluntatem teſtandi etiam qñ teſtator dicit ſe velle codicillari, multo magis operabitur inſtitutio quod videatur teſtamentum, quādo teſtator dixit, ſe velle teſtari, quia duo vincula magis ligant, l. pen, §. ſi verò, C. de adoptio. §. pen, in Auth. de conſang. & vter. fratr. cap. de treg. & pace. Remouetur quoque id, quod dicebatur, capiendam eſſe cōiecturam, per quam actus ſuſtineatur, quia hęc coniectura vincitur a præſumptione, quæ oritur ex qualitate diſpoſitionis, & ita ex inſtitutione facta, vt in ſpecie reſpondet Corne. d. conſil. 202. col. pen, & quod non ſit locus coniecturæ validitatis actus, probatur ex d. l. non codicillum, vbi gl. & Doct. dicunt, quod diſpoſitio continens inſtitutionem adeo teſtamentum reputatur, vt procedat etiam ſi actus reddatur nullus, ſequitur Corn. d. conſ. 202. col. 2. demum tollitur obiectum d. l. 3. ff. de milit. teſta. quia ibi fit tranſitus de teſtamento ad teſtamentum, & ita remanet eadem ſpecies diſpoſitionis, ideo permittitur: quia in habentib. ſimbolum, facilis eſt trāſitus, l. in rem actio. §. item quæcunque, ff. de rei vend. ſed in præſenti caſu ſi ſuſtineretur diſpoſitio iure codicillorū, fieret tranſitus ad diuerſam diſpoſitionem, quæ non tantam habet proportionem, vel ſimboleitatem cum teſtamento. & præterea ſolemnitas ibi adhibita poterat vtrique modo cōuenire, & perinde eligendo vnū, non videtur quis alteri renunciare, ita pulchrè declarat Corn. poſt Caſt. quem refert in d. conſ. 202. colum. penult. in fine, Vaſq. d. reg. 20. nu. 21. uerſic. 7. ſi teſtamentum. extat enim inter teſtamentum & codicillos quædam contrarietas, ut dicetur infra, & ideo non ita facilè poteſt teſtamentū conuerti in diſpoſitionem contrariam, ſicuti conuerteretur in aliam teſtamenti ſpeciem.

Tertiò principaliter reſpondeo, ꝙ non poteſt ſuſtineri illa diſpoſitio tanquàm codicillus, quia ſuſtinetur tanquam teſtamentum inter liberos: & vbi poteſt eo modo valere quo uoluit teſtator, nō eſt ab eo declinandum. tunc uerò quærēdum eſt, an ſuſtineri poſſit iure codicillorum, quando non poteſt uti teſtamentum, ſed in præſenti caſu ualet tanquam teſtamentum. nec dicatur, quod valet reſpectu inſtitutionis filij, non autem reſpectu aliorū: quia rñdeo quod ſufficit ratione inſtitutionis valere: nam nō poterit deinde tanquam codicillus ſuſtineri quoad legata, alias enim pro parte decederet quis teſtatus, & pro parte inteſtatus, ex quo teſtamentum inter liberos ſuſtinetur, vti teſtamētum ſecundum glo. in l. filij, in verſ. inteſtato, C. famil. ercif. & tenent Doctor. communiter in d. §. ex imperfecto, Clar. de teſtam. q. 13. vbi autem reduceretur ad codicillos, ſuſtineretur tanquā ab inteſtato, & iſtę qualitates teſtati & inteſtati, non poſſunt eodem tempore in eadē perſona concurrere.

Quartò reſpondeo, quod ex quo Dominus Anſelmus bona legata petijt ex teſtamēto, & tāquam ſibi in teſtamento relicta, non poteſt nunc dicere, quod debeantur ſibi ex codicillis, ſi teſtamentum ſit inualidum, ſed eligendo cauſam teſtari videtur
31 renunciaſſe cauſæ † inteſtati, vt eſt text. expreſſus in l. fin. C. de codicill. qui fortius loquitur etiam ſi teſtator dixiſſet, iure codicillorum velle ſuam diſpoſitionem valere, & ratio eſt, quia vbi duo competunt contraria remedia, electione vnius alterum tollitur, l. quod in hæredem, §. eligere, ff. de tribu. & quando cępit agere ex teſtamento, quia renunciaſſe videtur iuri codicillari, dicitur ſtatim eſſe quæſitum ius venientibus ab inteſtato, quod poſtea non poteſt tolli per variationem, vt declarat Rom. in conſ. 125. nu. 1. & ſeq. Iaſ. d. l. fi. nu. 1. Codicilli enim dicuntur teſtamento contrarij; ideoq; ſicuti qui eligit teſtari, videtur renunciare codicillari diſpoſitioni, ſi hoc non dicat, ſecūdum gl. Bal. & alios in d. l. non codicillum. ita qui agit ex teſtamento renunciat ſucceſſioni & fauori codicillari, id quod indubitatum eſt in actore, qui non poteſt vti contrarijs remedijs, licèt aliud ſit in reo, vt per Afflict. in deciſio. 134. qui ait, ita fuiſſe iudicatum.

Quibus infertur, falſum omnino eſſe dictum
32 Caſtr. in d. conſ. 93. & conſi. 97. † qui voluit quod legata debeantur, ſi in teſtamento condito inter liberos quinque adſint teſtes: nam vti ex teſtamento valere non poſſunt, iuxta text. in d. §. ex imperfecto, vbi omnes Doctor. dicunt, legata ex teſtamento imperfecto non deberi, non etiam deberi poſſunt tanquam ex codicillis; quia ſi non valet tanquam teſtamentum, non valet etiam iure codicillorum, vt dixi, & l. non codicillum, vbi Bald. & Docto. dicunt, quod ſi quinque teſtes interueniant, non ſuſtinebitur diſpoſitio tanquam codicillus, & quia etiam pro parte ſuſtineretur, tanquam teſtamentum, quatenus continet inſtitutionem, & pro alia parte, quæ reſpicit legata ſuſtinetur, tanquam codicillus, quod eſt abſurdum, ex quo non poteſt pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedere, l. ius noſtrum non patitur, ff. de reg. iur. & ſi verum eſſet dictum Caſtr. deſtruerentur dicta omnium Doctorum, qui volunt quod teſtamentum non valeat iure codicillorum, quando vti teſtamentum ſuſtineri non poteſt.

S V M M A R I V M.

1 *Pater habet vſumfructum in bonis aduentitijs filij.*
2 *Clericatus filium non liberat a patria poteſtate, ſecus in epiſcopali dignitate.*
3 *Clericus filiusfamilias non poteſt teſtari.*
4 *Clericus prima tonſura, non dicitur habere ordinem.*

Pater

5 Pater habet vſumfructum in bonis filij clerici acquiſitis aliunde, quàm ex clericatu.
6 Clericorum bona dicuntur caſtrenſia, quæ in alijs eſſent aduentitia.
7 Pater non habet vſumfructum in bonis caſtrenſibus filij.
8 Vſusfructus non competit patri in bonis filij clerici.
9 Clericus filiusfamilias poteſt teſtari.
10 Teſtamentum filijfamilias clerici non ſubiacet querela, vel nullitati ob exhæredationem.
11 Clericus filiusfamilias poteſt teſtari de bonis profectitijs.
12 Donatio facta filio clerico a patre valet.
13 Pater adminiſtrās bona filij, tenetur rōnem reddere.
14 Iuramentum tollit vinculum patriæ poteſtatis.
15 Donatio inter patrem & filium valet, ſi ſit iurata.
16 Pater poteſt filio remittere vſumfructum, quem habet in eius bonis.
17 Vſusfructus patri nō quæritur, quando bona aſſignantur filio pleno iure.
18 Vſusfructus non acquiritur patri, quando ceditur filijs exercitium actionum.
19 Filiusfamilias teſtari poteſt de bonis caſtrenſibus.
20 Statutum laycorum fauorabile eccleſiæ, valet in vim priuilegij, licèt diſponat de clericis.
21 Clericus prima tonſura poteſt teſtari.
22 Ordo dicitur prima tonſura.
23 Clericus prima tonſura gaudet priuilegio fori.
24 Clericus prima tonſura non conuenitur vltra quàm facere poteſt, deducto ne egeat.
25 Clericum prima tonſura percutiens punitur pœna c. ſi quis ſuadente, 17. q. 4.
26 Clericus poteſt teſtari de bonis etiam acquiſitis alio reſpectu quàm clericatus.
27 Argumentum a ſimili, vt procedat, ſufficit ſimilitudinem extare in eo ipſo, de quo agitur.

CONSILIVM CCLIX.

QVAESTIONEM propoſitam clarā primo aſpectu dijudicaret quilibet attentis regulis iuris cōis ad fauorem Antonij Soriſij, quia pater regulariter vſumfructum habet in
1 bonis † aduentitijs filij, vt toto titulo C. de bon.
mater. l. fina. C. de bon. quæ lib. §. 1. Inſt. per quas perſon. nob. acq. Rom. in ſing. 309. vbi dubitat, an procedat in bonis quæſitis poſt emancipationem, ſi pater emancipando illum, ſibi reſeruauerit, & in ſingul. 547. vbi quòd habet pro ſua virili, quando filius eſt emancipatus. hanc ſententiam tenuerunt Corn. Pariſ. Boer. Iac. Nouel. Bellon. & alij, quos refert, & ſequitur Aſcan. Clem. in tracta. de patr. poteſt. in ſecundo effectu, nume. 27. vbi infert ad plures notabiles deciſiones, & ampliat pluribus modis, Pinel. latè in d. l. primam, nu. 1. C. de bon. mat. vbi nu. 34. & ſeq. limitat pluribus modis, Caualcan. in tracta. de vſufr. mul. relicto, num. 179. & ſeq. & nō refert quòd filius ſeorſum degat a patre: quia cum hic vſusfructus quæratur ratione patriæ poteſtatis, non eſt in conſideratione, quòd vitam

ſimul agāt, vel diuiſim, quia durat patria poteſtas, & non tollitur per ſeparatam habitationem. & ſicuti hæc nō recipiunt dubitationem in filio layco, ita videntur quoque procedere in clerico, quia ſa-
2 cerdotalis ordo, † vel clericatus, nō liberat filium
a patria poteſtate, vt in authen. præsbyteros, C. de Epiſc. & cler. Abb. in c. indecorū, de ætate, & qual. & in ca. conſtitutus, de reſtit. in integ. ponit Didacus in c. quia nos, nu. 5. de teſtam. vbi tamen aliud dicit in filio Epiſcopo, vel profeſſo religionē, vel effecto Cardinali, quia hi omnes excēpti ſunt a patriæ poteſtatis nexu, quatenus tamen hæc eorum libertas eis eſt vtilis, & præter Didac. idem tenuit Bal. in l. ſacroſanctæ, circa med. ver. adde quod dixi, C. de ſacroſ. eccleſ. vbi inquit, filiū ſacerdotem remanere ſub patria poteſtate quoad temporalia, ſed non quoad ſpiritualia, quia quoad ea ſunt ſui iuris, ſequitur Cotta in memorab. incip. Epiſcopalis dignitas, in fi. idem ponit Salic. in auth. pręsbyteros, Lupus in rep. rub. de donat. inter vir. & vxo. §. 42. nu. 14. & iſtam concluſionem cōem dicit Iaſ. in l. patre furioſo, nu. 50. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. vbi tenet, quòd nullus ordo infra Epiſcopalē ſoluit filium a patria poteſtate quoad temporalia. eandem probat Aſcan. Clem. in d. tract. c. vlt. nu. 63. & ita remanet reprobata glo. fina. in c. cum volūtate, de ſent. excommunic. quæ vult ordinem ſacerdotalem, licèt non minorem, liberare filium a patria poteſtate, quam ſequuntur Bar. Bal. Guido Papæ, & Iaſ. in locis relatis per Aſcan. Clem. in dicto cap. vlt. ſi igitur durat patria poteſtas in filio clerico, durare in eo debent poteſtatis effectus, id eſt acquiſitio vſusfructus, & inhabilitas teſtādi,
3 & in terminis † hoc tenet Dec. in l. ſenium, nu. 14.
C. qui teſtam. facc. poſſ. vbi reſpondet ad ea, quæ per aliquos allegantur in contrarium, & primo ad l. ſacroſanctę, C. de ſacroſ. eccleſ. & d. auth. pręsbyteros, C. de Epiſc. & cler. quib. probari videtur, ꝙ clerici poſſint de aduentitijs bonis teſtari, vt procedant de iure ciuili, quod tñ non ſeruatur: quia ſecundum eum conſtitutio Imperatoris diſponēres ſpecialiter de clericis, non valet quantumuis ſit fauorabilis, c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de cōſtit. cum his, quę ibi dixit ipſe, num. 24. & ideo infert quòd leges poſitę in titu. de Epiſc. & cler. & de ſacroſ. eccle. non valent, quia diſponūt de perſonis, & rebus eccleſiaſticis. Reſpondet etiam eo loci Dec. ad cap. quia nos, de teſtamen. quòd non loquitur de clerico filiofamilias; Secundò, quòd non diſponit de perſona clerici, ſed de bonis tantum; Tertiò, quod illa conſtitutio tendit ad reſtringendum facultatem, quam clerici habent. ergo non debet ad ampliationem trahi, l. legata inutiliter, ff. de adim. leg. & præter eum videtur quod ille text. loquatur de clerico ſui iuris, quia in princip. dicit quod clerici liberè teſtari poſſunt de his, quæ paternæ ſucceſſionis intuitu ſunt adepti: viuentis enim patris non eſt ſucceſſio, l. hæreditas, ff. de regul. iur. & ideo cum tractet de paterna ſucceſſione, intelligendum eſt, quod loquatur de clerico

ſui iuris,non de filioſamilias, qui eſt ſub patria po
teſtate.

Præterea opinio eorum, qui tenent patri non
quæri vſumfructum eorum,quę acquirit filius cle
ricus, poteſt locum habere in clerico inſignito ſa-
cerdotali ordine: is enim,ſecundum gl.in d.c.cum
voluntate, eſt ſolutus a patria poteſtate: aliud ta-
men videtur in clerico primæ tonſurę, vel habente
4 minores tantum ordines. † hi enim ſunt ſine gra-
du,vt dicit text.in cap, clericus,il ſecondo, de vitá
& honeſt.cler.& prima tonſura non eſt ordo,gl.in
§.ſancimus, in ver.tõſura, in Auth.de Monach.&
ideo quicquid ſit quoad eos qui ſunt in ſacris or-
dinibus conſtituti, Imola in cap. quia nos, de te-
ſtam.dubitat,an inſigniti minoribus ordinib.poſ-
ſint de aduentitijs teſtari,& ita etiam videtur tene
re Viglius,§.qui aliena,num.18. Inſt.quibus non
eſt permiſſum facere teſtam. & hoc modo intelli-
gendo, minus offenditur iuris communis diſpoſi-
tio,& minus læditur ius patriæ poteſtatis.

Rurſus etiã ſi velimus clericum poſſe de bonis
ſuis aduentitijs diſponere, & patri nullum quæri
vſumfructum;id tñ intelligẽdum eſt quoad ea bo-
na, quæ clericatum concernunt, vel clericatus in-
tuitu peruenerunt ad filium, non autem eorum re
5 ſpectu,quæ † alia rõne habuit, & hoc modo intel-
ligere videtur Bart.in l.ſacroſanctæ,C.de Epiſ. &
cler.dum dicit,clericum poſſe diſponere de omni-
bus quæ clericatus rõne lucrantur,& apertè Saly.
in d.l. præsbyteros,C.de Epiſc. & cler. ibi inquit,
quod & ſi pater vſumfructum nõ habeat bonorũ,
quę filius clericus acquirit immediate intuitu ec-
cleſiæ, vel clericatus; nec etiam eorum quæ me-
diatè, vt legata, vel data ſibi pro Miſſis, & ora-
tionibus, ex quo hæc filio acquiruntur plenariè
tanquam caſtrenſia,& ſicut quęſita aduocatis pro
ſuis aduocationibus, tamẽ habebit vſumfructum
eorum,quæ nec cauſa dignitatis,nec eccleſię con-
templatione mediatè vel immediatè acquiſiuit,
quia per ſacerdotium nõ eſt liberatus a patria po-
teſtate, & l.cum oportet,C.de bon. quæ lib,in eis
locum habet, & non eſt correcta.eandem ſenten-
tiam probauit Iacob. Butrig. in d.l, ſacroſanctæ,
Ioan.Fab.§.primo,col.3.in princ.Inſtit.per quas
perſo.nob.acq.Modernus Pariſien.ad Dec.in ca,
in præſentia,nu.64.de probat.& in l.ſeniũ,nu.14.
C.qui teſta. face. poſſ. vbi mouetur duplici rõne,
Prima eſt,quod priuilegiũ conceſſum clerico,dẽt
intelligi ſm qualitaté perſonæ,& ita reſpectu cleri
catus, vt latè per D.Beciũ in conſ.5. per totũ,vbi
ponit quod decretũ, vt fides præſtetur libris mer-
catorũ, intelligi debet in cõcernentib,mercaturã;
& de ſtatuto,quod pater teneatur pro filio merca
tore, vbi locũ habeat in cõtractib.intuitu mercatu-
ræ celebratis; & de ordine Principis, quod creda-
tur libro Theſaurarij, quia procedet in continen-
tib. rem numariam:ita ergo in propoſito iura,quę
dicunt,clericũ poſſe liberè tractari de bonis acqui
ſitis,& patri eorũ vſumfructum non quęri, intelli-
genda erunt in quæſitis rõne clericatus. Secunda

eſt,quia priuilegiũ teſtãdi,quod clericis eſt cõceſ-
ſum,ac de bonis quæſitis diſponẽdi indulgetur ad
ſimilitudinem caſtrẽſis peculij, auth.presbyteros,
C.de Epiſc.& cler. ergo ſm diſpoſita in eo eſt in-
telligendũ, vt ſicuti caſtrenſe dicitur id ſolũ quod
in caſtris quæſiuit filius, ita poſſit clericus de his
bonis diſponere, quæ habet cauſã clericatus, non
de alijs: quare iuſtè videtur petere vſumfructũ in
bonis,quę ipſemet vendidit præsbytero Bernard.
eius filio,& quæ nũc poſſidet emptionis tit. Fran-
ciſcus Amiconus, & multo magis in his q̃ fuerunt
ei relicta per Reuerendum Petrinum eius patruũ.

His tñ,& alijs,quæ adduci poſſent, haud quaq̃
contradicẽtibus,conſtãter teneo,nullũ deberi pa-
tri vſumfructũ in dictis bonis,& ea liberè potuiſſe
alienari per dictũ præsbyterum Bernardinum fi-
lium,& ad id moueor,quia conſtat eũ eſſe clericũ,
& in clericali habitu,& tonſura incedere.clerici au
tem bona omnia aduentitia ſunt tanq̃ caſtrenſia;
& quæ in cęteris ſunt aduentitia,in clericis ſunt ca
6 ſtrenſia.† ita tenẽt Innoc.Hoſtien. Cardin. Butr.
Imola,Anchar. Abb. & Barbat.in c.quia nos, vbi
Didac.nu.1.alios addit, de teſtam.per text.in d,l.
ſacroſanctæ,& in d.auth.præsbyteros, Abb.in ca-
pit.in pręſentia,nu.56.de probat.Iaſ.in l.filiæ,nu.
4.C.de collat.in l.patre furioſo,nu.50.ff.de his,q
ſunt ſui,vel alie.iur.in l.fina.nu.5.C.qui teſta.fac.
poſſ.Bauer.in §.illis autem,nu.18.Inſt.de teſtam.
milit.Geminia.in cap.fina.§.fina.de iud.in 6.Ro-
deric.in quæſtio.maiorica.nu.31.Parpal.in l.pla-
cet,nu.22.C.de ſacroſ.eccleſ.Beren.in l.in quar-
tam,3.c.nu.82. & ibi Ripa,nu.170.ff.ad l.Falcid.
Galiaula in l.centurio,nu.53.ff.de vulga.& pupil.
Lupus in repet.rubr. de donat.inter vir. & vxo.§.
42.nu.6.Zucard.in l.fin.num.255.C.de edic.diui
Adr.tol. & plures alij inferius allegandi. Si igitur
bona per filium acquiſita habentur pro caſtrenſi-
bus: ſequitur,quòd in eis pater non habebit vſum
7 fructum,quia quoad peculiũ caſtrenſe,† vel quaſi
iura antiqua remanẽt incorrecta,& ex eis nihil eſt
mutatum,l.erat,C.de caſt.pecul.lib.12.l.cũ opor-
tet,C.de bonis,quæ liber.Corn.in conſ.94. nu.9.
vol.4.latè Aſc.Clem.d.tract.patr.poteſt.in 2.eſſc.
nu.3. & in ſpecie, quod filiusfamil.clericus poſſi-
deat pleno iure bona,quæ acquiſiuit,nec in eis pa
8 ter habeat † vſumfructum,uoluit Bal. in d.l.ſacro
ſanctæ,nu.4.in 3.not.vbi dicit,quod pater non ha
bet vſumfructum in peculio filij clerici,& in d.au-
then.presbyteros, in prin.vbi declarãdo uerba,in
poteſtate,poſita in eo tex.dicit,ea uerba ſignifica-
re proprietatem & uſumfructum, Abb. in d.cap.
in præſentia,nume.56.Barbat.in d.cap. quia nos,
ubi dicit hoc eſſe mirabile, quod ſi mater uel alius
inſtituat filiumfamilias clericum,pater non habe-
bit vſumfructum in illis bonis,& ſubdit hoc face-
re ad limitationem l.1.C.de bon. mat. & aliorum
iurium,quæ volunt pater acquirere vſumfructum
aduentitiorum,Roder.d.quæſtio. maioric.nume.
31.Didac.d.c.quia nos,num.20.Durand. de arte
teſtan.titu.1.caut.1.num.6.Cacialup.in l.frater a

fratre,

fratre,nu.103. verſi.quartò fallit, ff.de condic.in-
debi. Marſil.rubr.ff.de fideiuſſ. nu.122.Hinc eſt,
quod & ſi filiusfamilias regulariter nõ poſſit teſta
ri,l.qui in poteſtate,ff.de teſtamen.etiam interue-
niente patris conſenſu,c.licèt,de ſepult.lib.6.l.te-
ſtamenti,ff.de teſtam. tamen fallit in filio clerico,
9 quia is † de bonis quæ habet,teſtari põt,vt proba
tur in c.quia nos,de teſtam.vbi tex.dicit, poſſe cle
ricũ teſtari de bonis vndecũque quæſitis, & nõ di-
ſtinguit inter filiumfamilias,& eũ qui ſit ſui iuris,
& ibi hoc tenent Doctores oẽs, l. ſacroſanctæ, &
authen.presbiteros, C.de Epiſc. & cler.gl.in c.qa
ingredientib. in ver.teſtãdi,19.quæſt.vltima,quã
dicit ſingul.Cępol.in caut.113.filiusfamilias,Bal.
& alij in l.ſacroſanctæ,Iaſ.in d.l.filiæ,C.de collat.
nu.5.& in d.l.fin. nu.5.C.qui teſtam.fac.poſſ.Ba-
uer.d.§.illis autem, nu.18.Parpal.d.l.placet,nu.
22.Ripa d.l.in quartam,nu.171.Cotta d.memor.
incip.Epiſcopalis dignitas, in fi. Durand.de arte
teſtandi,tit.1.caut.1.nu.6.Caualcan.in tit.de vſu
fruc.mulie.relic.nu.180. & omnes alij ſupra rela-
ti: quinimo tenent multi in tantum filium clericũ
poſſe teſtari de aduentitijs,vt nec ex cauſa exhęre-
10 dationis querelæ † ſubiaceat, nec ex pręteritione
dici poſſit nullum: idque probatur ex d.cap.quia
nos,ibi, dicitur clericum poſſe liberè teſtari de bo
nis, quæ ad eum peruenerunt .liberum.n.dicitur
teſtamẽtum, quod non admittit querelam, l.filiã
tuam,vbi Bal.C.de inoffic.teſtam.ita glo.vlt.in d.
authen. presbyteros, vbi Iacob. But..& Bald.idẽ
Bald.in d.l.ſacroſanctę, Ang.Caſtren.& Iacobin.
in l.1.col.2.ff.de inoff. teſtam.Ang. in authen. ex
cauſa,C.de lib.pręter. vbi Corn.nu.33.& 46.di-
cit communem,Ang.& Rom.in l.fin.C.qui teſta-
men.fac.poſſ.Abb. in c.quia nos,de teſtam.Iaſ.d.
l.fin.in fine, Crot.in l. re coniuncti, nu.181.ff.de
leg.3.Roder.in l.quoniam in priorib. circa euidẽ-
tialia,nu.11.C.de inoff.teſtam.& ſequitur Ferdi.
Vaſq.de ſucceſſ.creat.lib.3.§.22.limit.17.nu.37.
quamuis contrarium teneant Fulg.Sal.& Barbat.
quos ſequitur Didac.d.c.quia nos, & quorũ ſen-
tẽtiam dicit in puncto iuris veriorem Vaſq. d.nu.
37. ſed quidquid ſit, cõis eſt in contrarium,quod
ſcilicet nõ ſubiaceat querelæ,vel nullitati,ſed poſ-
ſint filij, vel parẽtes clericorũ legitimam petere ꝑ
conditionem ex lege,vt per gl.in d.auth.presbyte
ros, quam ſequitur Roder.& Didac.in locis pręci
tatis. & hęc quidẽ, quæ de filio clerico dicta ſunt,
vt poſſit teſtari,& pater in eius bonis nullũ habeat
vſumfructum, procedunt non modo in bonis ad-
uentitijs, ſed etiã in profectitijs, & his,quę a patre
prouenerũt, quia de eis idem quod de alijs bonis
11 iudicatur, † & ea quoque ſicut cętera caſtrenſia
dñr,ita tenet Albe. in l. ſi donatione, C.de collat.
vbi diſputando quæſtionem, an libri donati filio
ſtudenti conferantur, concludit non conferri,ſi fi-
lius ſit clericus, quia efficiuntur de caſtrenſi pecu-
lio, ſequitur Iaſ.in d.l.filiæ,Bereng.d.l.in quartã,
in tertia parte,nu.82.quamquã Ripa ibi,nu.171.
contrariũ teneat,dicens non repetiti tex.qui dicat
clericũ acquirere ſibi profectitia iure caſtrẽſis pe-
culij.ſed pro opinione cõi facit,quia & ſi nõ poſſit
vxor aliquid donare viro, vel his quos vir habet
in ſua poteſtate, l.3.§.qui in eiuſdem, ff.de dona.
inter vir. & vxor. tamen poteſt donare filio cleri-
12 co: † quia licèt ſit in patris poteſtate,talis tñ dona
tio efficitur caſtrenſe peculiũ,vt per plura conclu-
dit Lupus,d.§.42.nu.5.eſt igitur cõcluſio, qđ pa-
ter in bonis prædictis non habet vſumfructũ,mul-
toq; minus poteſt fructus præteritos dictorũ bo-
norũ petere, quin ẽt ſi eos ipſe percepiſſet, vt q a
bona filij adminiſtraſſet, teneretur rationem red-
dere,vt eſt tex.in l.litis,§.pater,ff.de neg.geſt. vbi
pater tenetur rationẽ reddere filio pro adminiſtra
13 tione † bonorum eius.& quamuis loquatur de bo
nis filij emancipati,tñ idem eſt in omnib. caſibus,
quib. patri vſusfructus non quæritur,vt ibi decla-
rat Bart.qui infert ad fructus ꝑbendæ, quos pater
recepit,& dicit eſſe bene notandum,& ſe habuiſſe
de facto,& dicit Ang.ibi hũc eſſe caſum quotidia-
nũ,& multoties vidiſſe fratres remanere in poſſeſ-
ſione bonorũ, quę filijs donauerãt in emãcipatio-
ne,quia in diuiſione poſtea talis emancipatus põt
cũ fratrib. imputare fructus,q peruenerũt ad ma-
nus patris,& ſubdit eſſe ibi de hoc caſum,& proin
de monet fratres,vt animaduertant, quia de facili
poſſent periclitari .ſequitur Barbat. in rub.de pe-
cul.cler. Roder. d.q.maioricat. nu.32. qui ait hoc
eſſe perpetuo mẽti tenendũ, Lupus d.§.42.nu.9.
vbi latè de hoc agit, Pinell. in l.1. in ſecunda par.
nu.32.C.de bon.mat. fruſtra igitur hoc caſu petit
pater,quod reſtituere teneretur,ſi iam recepiſſet.

Secundò,ꝙ pater nõ habeat vſumfructũ in bo-
nis,quę ipſe vendidit filio,probatur manifeſta ra-
tione; nã pater vendidit hæc bona,& promiſit vẽ-
ditionem habere perpetuò gratam, illamq; obſer
uare cum iuramento per eam præſtito. Iuramen-
tum autem eſt iuris naturalis, & eo accedente, nõ
14 curatur patria † poteſtas, c. ſi annum, de iudi. in
ſexto, glo.in l.ait prætor, in princ.ff.de minor.no.
Doct.in l.item in poteſtate, ff.de his, qui ſunt ſui,
vel alie. iur. quia habet multum ſpiritualitatis, &
dicit Bal. in l.3.nu.6.C.de vſucap. pro donato, ꝙ
vbi ſubeſt iuramentũ, obligatio naturalis veſtitur
iuramento per legẽ ſacræ ſcripturę,quæ eſt poten-
tior qualibet patria poteſtate, quia nulla humana
conſtitutio vincit Diuinã, ſequitur Cacialup.in l.
frater a fratre,nu.76.ff.de cond.indeb. Ripa in l.ſi
vnquam, nu.33.& ſeq.C.de reuoc.donat.ſublata
itaque patria poteſtate per iuramẽtũ, perinde eſt
ac ſi pater contraxiſſet cũ filio emancipato, & ita
non acquiritur ei vſusfructus, quia eſt effectus pa
triæ poteſtatis, vt omnes concludunt. & per hanc
15 rationem dicunt Doctores, ꝙ donatio † firmata
iuramento valet inter patrem,& filium,& eo caſu
ẽt non acquiritur patri vſusfructus bonorũ, quæ
donauit,vt concludit Cacialup.d.l.frater a fratre,
nu.88.vbi reprehendit Imo. qui contrariũ tenuit,
& eum ſequitur Capic.in deciſ.56.nume.1. vſque
ad quartam. qua ratione igitur valet donatio fa-

cta

ćta filio in poteſtate, nec patri vſusfructus quæri-
tur eadem, dicendum eſt non quæri in bonis, quæ
pater vendidit filio in poteſtate propter vim, & ef-
ficaciam iuramenti.

Tertiò moueor: clarum eſt quod poteſt dona-
26 re, vel alio filio remittere † vſumfructum, quē ha-
bet vel habere ſperat in eius bonis, ſecundū Azo.
in ſumma, C. de bon. quæ lib. col. 1. verſi. aduenti-
tium, Gul. Cun. Bar. Bal. Sal. & Caſt. in l. cū opor-
tet, §. non autem, C. eo. tit. Bar. in l. ſi quis pro eo,
§. 1. nu. 3. ff. de fideiuſſ. Bald. in l. 2. in 3. oppo. C.
de inoff. donat. & in l. vxorem, col. 1. C. de cōd. in-
ter. Corn. in cōſi. 285. col. 3. verſi. poteſt ēt, vol. 1.
& in conſi. 79. col. fin. vol. 2. magis. n. ſuſtinetur,
vt refutatio quàm vt donatio, Tiraquel. in l. ſi vn-
quam, in verſic. donatione largitus, nu. 211. C. de
reuoc. donat. Crot. in l. frater a fratre, nu. 81. ff. de
cond. indeb. qui rationem allegat, quā nouam di-
cit, quia ſcilicet videtur pater vſumfructū potius
non acquirere, ex quo eſt ſucceſſiuus, q̃ donare;
& quod ideo repudiatus ille vſusfructus, non dici
tur profectitius, ſed aduentitius. hęc tamen rō po-
nitur etiam per alios, licèt non ita extensè, Craue.
in l. cum filio, in 2. par. nu. 46. ff. de leg. 1. Caualca.
in tract. de vſusfruct. mulie. relict. nu. 185. in præſen
ti caſu remiſiſſe pater videtur oēm vſumfructum,
quia in inſtrumento venditionis dicit, ſe vendere,
ita quòd filius habeat pleno iure prædiū emptū.
27 quæ verba, pleno iure, † important quod patri nō
quæratur vſusfructus, vt in ſpecie conſiderat Ca-
cialup. in d. l. frater a fratre, nu. 88. in fi. idem. n. eſt
dicere, pleno iure, quod integrè, & ſine diminutio
ne, ſecundum Bal. conſi. 293. in 2. dub. vol. 4. quā
deciſionem pluribus exornat Natta in conſ. 505.
nu. 28. & ſeq. & idem importat plenum, quod ver
bum liberum: & verbum, liberum, importat tota-
lem conceſſionē, vt per Rolan. in conſi. 85. nu. 52.
vol. 4. & p̃ter eos omnes adduco tex. in §. fin. Inſt.
de vſusfru. vbi dicitur quod tunc proprietarius di-
citur in re plenam habere poteſtatem, qñ ei acce-
dit vſusfructus. ergo qui pleno iure rem concedit,
dicitur cōcedere tam reſpectu vſusfructus, quam
proprietatis, & facit tex. in l. Titia, poſt principiū,
ibi pleno iure, ff. de annu. leg. & hos tex. adducit
Cęph. in conſi. 37. nu. 32. Cum igitur prædia hæc
pater pleno iure alienauerit, & tranſmiſerit in fi-
lium, vtique fatendū eſt filio vſumfructū remiſiſ-
ſe, quia alias filius prædia non haberet pleno iure.
& in ſpecie, qđ verbū, pleno iure, ſignificet vſum-
fructum, & proprietatem, tenuit Bald. in l. mater,
nu. 2. C. ad Tertull. & in l. fœminæ, §. illud, in fi. C.
de ſecun. nup. & confirmatur; quia pater in ipſa
venditione ceſſit omnia, & quæcunque iura, om-
neſq; & quaſcunque actiones ſibi competentes:
hæ autē actiones fruſtra fuiſſent ceſſæ, ſi pater ha-
beret bonorum vſumfructū, quia ceſſio concernit
exercitium, & eo caſu non eſſet apta ad agendū, l.
1. in fi. C. de anna. excep. vt igitur ceſſio ſit vtilis,
dicendum eſt patrem cedentem voluiſſe vſumfru-
28 ctum † remittere, ita in ſimili arguit Bald. in l. iu-
bemus, §. in ſupradictis, num. 2. verſic. ille qui ce-
dit, C. ad Trebell.

Præmiſſis verò non obſtat opinio Decij in l. ſe-
niū, vbi vult quæri patri vſumfructū in bonis cleri
ci, & de eis non poſſe filiū teſtari ad præiudicium
patris; quia rñdeo quod eius opinio eſt ſolitaria,
& cōtra cōem omnium ſupra relatorū ſnīam, qui
uolunt q; clericus filiusſamilias poſſit teſtari, &
eius bonorū patri non quęratur uſusfructus, quia
quæ in alijs ſunt aduentitia, uel profectitia, in cle-
rico ſunt caſtrenſia, uel quaſi. & ſicuti filiusſami-
19 lias † teſtari pōt de caſtrenſib. l. fin. C. de inoff. te-
ſtam. Alex. in conſi. 2. uol. 6. Corn. in conſi. 85. col.
3. uol. 3. Duran. de arte teſtan. tit. 1. caut. 1. nu. 1.
Clar. de teſtam. quæſt. 18. num. 6. Viuius commu.
opin. lib. 1. concl. 121. uolum. 3. uerſi. interpretatur
quartò, & dicit Iaſ. in d. l. fin. nu. 1. magis commu-
nem eſſe opinionem, quod etiam Aduocatus te-
ſtari poſſit de lucris factis in aduocatione, ſequi-
tur Clar. loco prędicto: ita clericus poteſt de bonis
alioquin aduētitijs, uel profectitijs diſponere pro
libito, nec pater in eis poteſt ius aliquod prætēde-
re, ſiue ratione proprietatis, ſiue etiā uſusfructus.

Et non mouet rō Decij dicentis, quod authen.
presbyteros, & l. ſacroſanctę, nō poſſunt habere lo
cū, quia imperialis cōſtitutio ſpecialiter loquēs de
clericis, non ualet; nā hoc eſt uerū ut non ualeat
tamquā conſtitutio, uel lex, quia in Imperatore, &
quouis layco deficit poteſtas ſtatuendi ſuper per-
ſonis clericorū, & ideo non ualet tamquā lex, uel
20 ſtatutū, ſed benè † ualet tamquā priuilegiū, ſi ſit
fauorabile clericis, ut inquit Bal. in cap. cū ueniſ-
ſent, nu. 6. uerſi. oppono dicitur de eo, qui mittit.
in poſſeſſ. ubi dicit qđ clerici non debēt laicorum
ſtatutis tamquā legib. uti; ſed bene uti poſſunt tā-
quam priuilegijs. & dicit idē Bal. in conſi. 300. nu.
4. uol. 1. quod ſtatuentes laici poſſunt pręter legē
tam de perſonis, quàm rebus clericorū fauorabili
ter diſponere, licèt non poſſint ſtatuere exorbitā-
do a iure cōi; quilibet. n. poteſt priuilegia dare ec-
cleſiæ in his quæ ad ſe pertinent, ut dicit Card. Flo-
ren. quem refert & ſequitur Brun. de ſtatu. exclu.
fęmi. in 12. art. princ. nu. 17 t. & dicit Lapus alleg.
101. quod ſtatuta permiſſiua, uel tribuentia priui-
legium clericis, uel eccleſiæ, comprehendunt cle-
ricos, ſequitur Domin. in cap. fin. ff. de off. deleg.
in 6. idem tenent Card. Abb. & Alex. quos addu-
cit, & ſequitur Dec. in d. cap. eccleſia ſanctæ Ma-
riæ, nu. 52. in fi. ubi nu. 50. in propoſito diſtinguit
quod aut ſtatutum continens materiam eccleſiæ
fauorabilem loquitur præceptiuè, & neceſſitatem
inducit, & non ualet in præiudicium clericorum;
aut loquitur per modum conſilij, uel priuilegij, &
ualet, quia non aſtringit, ſed eſt in facultate clerici
uti dicta diſpoſitione, uel non uti. Dicta autem iu
ra, ut perſonam clericorum non grauant, ſed fauo
rabili inducunt priuilegium teſtandi, non obſtan-
te quod ſint ſub aliena poteſtate.

Ea uero reſponſio, quam ponit Dec. ad capit.
quia nos, ut ſcilicet nō loquatur de filioſamilias,

parum

parum valet: quia & ſi id non dicat explicitè, dicit
tamen cõpræhenſiuè, dum generaliter vult, q̃ cle-
rici poſſint teſtari, & ſe non reſtringit ad clericos
ſui iuris. & ideo cũ generaliter loquatur, debet ge
neraliter intelligi, l. de pretio, ff. de public. Præte-
rea eſſet de indubitabili diſpoſitio illius tex. niſi in
telligatur de clerico filiofamilias; nõ enim ſuberat
dubium an clericus ſui iuris libere poſſet teſtari
de proprijs rebus aliundè quæſitis, quàm contem
platione clericatus: ſed dubium verſabatur in filio
familias. intelligi ergo debet tex. vt determinet ca
ſum magis dubitabilem, l. quod Labeo, ff. de Car-
bon. l. prima, in fi. vbi glo. ff. ad municip. & tex. in
cap. quia nos, minus diſponit de perſona, q̃ de re-
bus, & non eſt verũ quod tendat ad reſtringendũ
auctoritatem clericorũ, quinimò eam ampliat, &
non ſolum loquitur de his qui ſunt ſui iuris, vt dũ
dicit, paternę ſucceſſionis intuitu, &c. ſed etiam de
his qui ſunt alieni ſub poteſtate, vt dum loquitur
de donatis, & de relictis a cognatis, qui caſus con-
ueniunt filiofamilias ſicut etiam patriſamilias.

Prorſus autem rõne caret illa diſtinctio, quę fit
inter clericos ſacerdotali ordini inſignitos, & eos
qui ſunt in minorib. conſtituti vel primam ſolam
habent tonſuram. Nam quoad propriam poteſta-
tem par eſt in omnib. ratio: quia vt dictum eſt in
princ. glo. in d. c. cum voluntate, eſt cõiter repro-
bata, & non minus ſacerdotes quàm ſimplices cle
rici, ſunt in patris poteſtate, & cõiter tenẽt Docto-
21 res, quod etiam clericus primæ tonſuræ † poſſit
teſtari, & de bonis ſuis liberè diſponere, Hoſtien.
Innoc. Anch. Butr. Abb, & Barbat. in c. quia nos,
vbi latè Didac. nu. 3, de teſtam. Cępol. d. cau. 113.
filiusſamilias, Iaſ. in l. fin. nu. 5. in fi. C. qui teſtam.
fac. poſſ. & in l. filiæ, nu. 8. C. de collat. vbi infert,
quòd ideo filiusfamilias clericus primæ tonſuræ
nõ tenetur cõferre libros, quos pater donauit, dũ
eſſet in ſtudio, ſed eos habet præcipuos, Crot. in
d. l. re coniuncti, nu. 181. Bereng. d. l. in quartã, in
3. par. nu. 82. Lancello, d. l. centurio, num. 53. Par-
pal. in l. placet, nu. 22. vbi tamen intelligit ſi cleri-
caliter viuant, Dec. in c. in præſentia, nu. 65. in fin.
Roder. d. quæſt. maiorica. nu. 33. Cotta in memo-
rabilib. incipien. Epiſcopalis dignitas, in fi. Ioan.
Lup. d. §. 42. nu. 8, Zucard. in l. fin. nu. 255. in fi. C.
de edi. diui Adr. toll. Menoc. de adipiſc. poſſ. rem.
4. nu. 282. & ratio eſt quia l. ſacroſanctæ, & auth.
presbyteros, loquuntur de clericis indiſtinctè; er-
go etiam includunt habentes primam tonſuram,
& appellatione clericorum veniunt clerici in mi-
noribus, ſecundum gloſ. in cap. 2. de præben. præ-
cipuè vbi materia eſt eis ſauorabilis, vt per Abb.
in rubr. de vita, & honeſtat. cler. Gramm. voto 33.
nu. 4. Neuiza. cõſi. 59. nu. 5. & quãuis gl. in Auth.
de Monach. dixerit primã tonſuram non eſſe ordi
22 nem, tamen contrariũ verius † eſt, & probat tex.
in c. cũ contingat, de ætate & qual. & ibi no. Butr.
& admittunt Docto. communiter, & dicit Didac.
d. cap. quia nos, nu. 3. Roder. d. quæſt. num. 34. vbi
intelligit id procedere, intelligendo ordinem lar-
go modo, quo caſu vult quòd dicatur ẽt ſacrũ ha-
bere ordinem largè accipiendo; & reſpondet ad c.
clericus, qui negare videtur clericũ primæ tonſu-
ræ eſſe ſine gradu, vt ſtrictè ſit ſine gradu, Gram.
voto 33. nu. 3. Dec. c. eccleſia Sanctæ Marię, nu. 6.
de conſtit. & c. cum non ab homine, nu. 4. de iudi.
& ad illum tex. reſpõdet quoque Didac. d. c. quia
nos, nu. 4. videmus enim quod clerici primæ ton-
23 ſuræ gaudent priuilegio † fori, nec conueniri poſ-
ſunt coram ſeculari, cap. cum non ab homine, de
iudic. ibi, quocunque ordine, & no. ibi Abb. cap.
nullus, & cap. clericum, 11. quæſt. 1. c. 2. de foro
compet. & latè probat alios, addens Gram. voto
33. nu. 7. & plurib. ſequentibus, Natta in conſilio
495. nu. 13. Maran. de ord. iud. in 11. diſt. iudicio,
nu. 3. Marſil. in conſi. 67. col. 18. Rolan. in conſi. 4.
nu. 16. vol. 1. Franc. de Marchis deciſ. 637. & talis
clericus gaudet beneficio, cap. Odoardus, de ſolu.
ne conueniatur in plus quàm facere poſſit, dum-
24 modo † ſe exerceat circa diuina, vt per Anch. ibi,
& alios, & ponit Neuiz. in conſi. 59. nu. 3. & gau-
det immunitate eccleſiæ, glo. in cap. fin. de temp.
ordin. num. 6. Dec. d. cap. eccleſia Sanctæ Mariæ,
nu. 6. & pęna canonis, ſi quis ſuadẽte diabolo, 18.
25 quæſtio. 4. affligens percutientem † clericum, lo-
cum habet in clericum percutiente, qui ſit primæ
tonſuræ, ſecundum gl. in clem. 2. in verſi. clericos,
de vita & honeſt. cler. quã ſequuntur Imola, Affl.
Gramm. & alij apud Duen. in reg. 39. ampl. 2. cũ
igitur eodem gaudeãt priuilegio quoad cætera,
ſicuti inſigniti ordine ſacerdotali, quare hoc vno
debent priuari? & hanc ſententiam probat in hoc
quoque Ripa d. l. in quartam, num. 171. licèt eam
reſtringat ad bona aduentitia, in quo tamẽ Alber.
Iaſ. & Bereng. contrarium tenent, vt dixi ſupra.

Eſt quoque cõtra cõem opinionem reſtrictio,
quæ adducitur, vt ſcilicet Clericus poſſit ſolũ di-
ſponere de bonis, quæ clericatus intuitu acquiſi-
26 uit, † quia iura concedentia clericis facultatem di-
ſponendi de rebus acquiſitis, loquũtur per verba
vniuerſalia, & apta ęquè compræhendere aduenti
tia & profectitia, ſicuti acquiſita contemplatione
clericatus, & in d. l. ſacroſanctę, ibi, ea quæcunque
in eodem clericatus gradu, &c. & in d. auth. preſ-
byteros, ibi, res quolibet modo ad dominium ve-
nientes eorum. idem probat tex. in d. c. quia nos,
dum excipit ſolum ea quæ conſideratione eccleſię
habuit, de quibus non vult clericum poſſe teſtari.
In reliquis autem clericis permittit diſponendi fa
cultatem. eadem generalitate vtitur tex. in c. rela-
tũ, §. cæterum, in c. requiſiſti, §. illud, de teſtam. &
indiſtinctè hanc ſententiam tenuerunt omnes illi,
quos ſupra diximus velle qđ clericus poſſit de ad
uentitijs, vel profectitijs teſtari, & in ſpecie huiuſ-
modi differentiã impugnat Caſtr. d. l. ſacroſanctę,
nu. 3. vbi ex illo tex. dum loquitur de bonis aliun-
de quæſitis, notat clericos maiori priuilegio dona
tos, quàm ſint milites: quia milites poſſunt ſolum
diſponere de caſtrẽſi, non autẽ de paganico pecu-
lio: clerici verò diſponũt ẽt de his, q̃ alio reſpectu
quàm

quàm eccleſiæ, vel clericatus ad eum peruenerũt.
idem tenet Cępol.d.caut.113. vbi dicit ſentẽtiam
Iacobi Butrig.& Bar.in d.l.ſacroſanctæ, eſſe con-
tra tex. & in d.l.& in auth. presbyteros, Iaſ.in d.l.
filiæ, nu.6. vbi dicit eſſe multum notandum,quã-
uis diſtinctio Bar. multum contineat æquitatis.&
in d.l.fin.nu.5.in fin.C.qui teſtam.fac.poſſ.Crot.
d.l.re coniuncti, nu.181. vbi infert,quod iura ma-
gis fauent clerico teſtanti,quam militi,eo quia cle
ricus teſtatur de omnibus his, quæ aliunde,quàm
a clericatu obuenerunt: milites verò de caſtrenſi-
bus tantum.& dicit Zucard. in d.l.fin. nu.255.C.
de edicto diui Adr.quod ita ſentiunt Canoniſtæ,
& malè ſenſerunt Iac.Butrig. & Bart. in d.l.ſacro-
ſanctæ. & mouentur omnes ex generalitate verbo
tum dictæ legis, Parpal.in d.l.placet,num.22.vbi
reprobat Bart. Roder. latè in d.q.maioric. nu.32.
& ſeq. vbi rationes adducit pro hac ſententia, Di-
dac.d.c.quia nos,num.2.Lupus d.§.42.num.7.&
pro hoc facit generalis illa propoſitio, quæ ab om
nibus approbatur,quod in clerico eſt caſtrenſe id
omne,quod in cæteris eſt aduentitium, vel profe-
ctitium. & ſi bene videatur,id etiam admittit Ioã.
Fab. in d.§.1. per quas perſo. nob.acq. dum dicit
eſſe ſpeciale in clericis, & pondetat illa verba po-
ſita in §. presbyteros, in Auth. de ſacroſan. Epiſ.
quocunq; tit.ita vt non debeat numerari Io.Fab.
inter contradicentes. ex quibus apparet non eſſe
curandum de authoritate horum trium, poſtquã
omnes contrarium tenent, quod ſcilicet etiam de
aliunde quæſitis, quam a clericatu diſponat.

Rationes etenim, quib. mouẽtur moderni Pa-
riſienſes, ſatis ſunt leues: nam quod reſtringi de-
beat diſpoſitio d.l.ſacroſanctæ, & auth.presbyte-
ros, ſecundum qualitatem perſonæ,nõ permittũt
verba vniuerſalia,quæcunque, & quocunque titu
lo,quæ indifferenter omnia comprǽhendunt,l.Iu
lianus, ff.de leg. 1.l.pediculis,§. Labeo, ff.de auro
& arg.leg.& dicit Alex.in conſil.117.nu.2.vol.1.
quod diſpoſitio, quæ aliàs reciperet reſtrictionẽ,
eam non admittit,vbi verba ſunt vniuerſalia. Prę-
terea hanc intelligentiam tollunt tex. in cap. quia
nos,in c.relatum,& in c.requiſiſti,in quibus dici-
tur, quod clericus poſſit diſponere de his, quæ ex
ſucceſſionibus cognatorum peruenerunt; & illa
verba,quouis titulo,non poſſunt reſtringi ad titu
lum clericatus,& ideo inanis eſt obiectio ſea verò
procederet, ſi verba eſsẽt ſimplicia,vel indefinita.

Poſtremò non aduerſatur, quod ad ſimilitudi-
nẽ caſtrenſis peculij fuit hoc priuilegiũ teſtandi in
dultũ clericis: & ideo ſicuti miles poteſt ſolũ teſta
ri de quæſitis in caſtro,ita & clericus de his quæ in
tuitu clericatus habuit. Quia rñdeo q̃ ſimilitudo
eſt in eo ſolũ,quia ſicuti de caſtrenſib. quis põt te
ſtari,ita clericus de aduentitijs & profectitijs, non
autẽ in modo acquirendi: nã ſimilitudo eſt nõ re-
ſpectu rerũ, ſed reſpectu facultatis teſtandi; ideo
non debet ad res extẽdi, quia ſufficit ſimilitudinẽ
27 verificari in eo,in quo fit cõparatio, †licèt non in
omnib. Archidiac.Gemin. & Præpoſ. in c.relatũ,
37.diſtinctione, Abb.Imolã, Felyn. & alij in cap.
tranſlato,de conſtit. Abb. in cap.conſtitutus,in 3.
no. de appell. Euerar. loco 10. col.5.verſ.& illud
argumentum. Sat erit igitur,ſi inter peculium ca-
ſtrenſe, & bona aduentitia clerici extet ſimilitudo
in eo,quod clericus ita de aduentitijs teſtetur,ſicu
ti miles de his, quæ in caſtris quæſiuit. In reliquis
enim non opus eſt omñimodã ſubeſſe ſimilitudi-
nẽ; nam, vt dicit Caſtr. in d.l.ſacroſanctæ,quẽ re-
fert Roder.d.quæſtio. maior. nu.33. & Crot.in l.
re coniuncti,nu.181.magis fauent iura clericis, q̃
militibus,quia milites ſolum diſponũt de caſtren
ſibus,clerici autem de aduentitijs,& hoc eſt,quod
Doctores dicunt effici in clericis caſtrenſia, quæ
in alijs ſunt aduentitia. Cum igitur illa compara-
tio facta ſit ratione facultatis teſtandi, non debet
extendi ad qualitatem rerum: hoc enim modo d.
auth.presbyteros, quæ eſt inducta ad ampliandã
facultatem teſtandi in clericis correctionem indu
ceret. Præterea reſponderi poteſt, quod compara
tio de teſtamento clerici, ad teſtamentum militis,
in caſtrenſibus fit in materia fauorabili, vt ſcilicet
poſſint presbyteri teſtari, non obſtante quod ſint
in aliena poteſtate, ergo non debet extendi ad ca-
ſum odioſum. ita in ſimili arguit Iaſ.in l.fi.in fine,
C.qui teſta.fac.poſſ. eſſet autem odioſum,compa
rationem hanc extendere ad bona, quæ alio titu-
lo,quàm clericatus ad eum peruenerunt.

S V M M A R I V M.

1 *Communi diuidundo non licet agere, quando conuen-
tus negat communionem & poſſeſsionem. limita ta-
men, num. 10.*
2 *Diuiſio præſupponit communionem.*
3 *Communi diuidundo agens, tenetur probare ſe domi-
num, etiam ſi poſsideat.*
4 *Præſcriptio excludit ab omni iure.*
5 *Communi diuidundo præſcribitur triginta annis,
quando vnus ex ſocijs poſſidet ſolus. vide nu. 15.*
6 *Diuiſio præſumitur, quando fratres longo tempore
ſeorſum habitando bona poſſederũt. limita tamen.
num. 26. & 28.*
7 *Communio. Nemo cogitur perſeuerare in communio-
ne, vbi oritur.*
8 *Communi diuidundo iudicium datur prò diuidendis
rebus ſingularibus hæreditatis.*
9 *Communicatio præſumitur poſt diuiſionem ex poſſeſ-
ſione longi temporis.*
10 *Communi diuidundo licet agere, etiam ſi negetur do-
miniũ, quando non allegatur præpoſteratio iudicij.*
11 *Communi diuidundo agenti opponendum eſt de præ-
poſteratione iudicij ante litem conteſtatã, non poſt.*
12 *Ordo ſi peruertatur in eodem iudicio vitiat, ſed ſi
peruertatur de vno ad aliud, non vitiat.*
13 *Communi diuidundo licet agere, non probato quan-
do agens poſsideat. & ibi quomodo intelligatur.*
14 *Argumentum valet de pacto ad legem, vel ſtatutum.*
15 *Præſcriptio non habet locum contra actionem com-
muni diuidundo.*
16 *Communi diuidundo non præſcribitur ſine bona fide.*

Poſsidere

17 *Poßidere quis præſumitur iure familiaritatis, quando conſtat de alterius titulo, & ibi exornatur.*

18 *Primogenitus permittens exerceri iuriſdictionem etiam a fratribus, non ſibi præiudicat.*

19 *Poßidere dicitur ille, cuius nomine alter familiaritatis iure poßidet.*

20 *Socius habitans totam domum communem, non tenetur ſoluere penſionem ſocio pro ſua parte.*

21 *Præſcriptio non currit contra poßidentem.*

22 *Poſſeßionis continuatio facta præſumitur ex eadem cauſa.*

23 *Poſſeßionis cauſam mutare ſibi nemo poteſt. vide infra, nu. 24.*

24 *Mutari quando poteſt cauſa poſſeßionis, requiritur tamen declaratio.*

25 *Mutatio voluntatis non præſumitur.*

26 *Diuiſio non præſumitur ex poſſeßione ſeparata, quando agitur de graui præiudicio.*

27 *Titulus non præſumitur ex poſſeßione longi temporis quando agitur de graui præiudicio.*

28 *Diuiſio ex poſſeßione ſeparata non præſumitur, quãdo portiones non ſunt æquales.*

CONSILIVM CCLX.

LABORARE videntur nullitatis vi
tio acta, quæ fuerunt agitata inter
magnificum Dñm Marcum Anto-
niũ Bucam, & eius fratres ab vna
parte, ac magnificũ Dñm Bartho-
lomeũ, & fratres de Buca ex alia, occaſione diuiſio
nis domus exiſtentis in loco Occimani, & omni
caſu videtur actores omnino debere ſuccũbere: in
ſtituerunt enim iudicium cõi diuidundo, & quam
uis conuenti negauerint communionem, & poſſeſ
ſionẽ, voluerunt tamen idem proſequi iudiciũ, id
quod non licuit: quia vbi conuentus ea actione
negat communionem & poſſeſſionẽ, debet actor
1 deſiſtere † a iudicio inſtituto, & agere prius rei vẽ-
dicatione, vel publiciana, vt eſt tex. in l. 1. ff. fam. er
ciſ. vbi gl. Bart. & alij omnes notant, gl. Bart. Bald.
Salyc. Caſtr. & alij in l. 2. C. commu. diuid. Azo in
ſumma, C. eod. tit. nu. 2. in fi. Alex. in conſ. 49. nu.
16. vol. 6. Barbat. in conſ. 28. nu. 11. vol. 1. Ang. in
§. quædam, nu. 9. Inſtit. de action. & ante eum Io.
Fabri ibi, col. 7. circa finem, verſi. ſed quæritur di-
ctum, & Iaſ. num. 55. vbi allegat Bart. & alios in l.
prouinciali, §. 1. ff. de oper. noui nuncia. Corn. con
ſil. 110. in princ. volum. 2. rationem ponit Salyc.
in d. l. 2. C. commu. diuid. nume. 7. quia iudicium
communi diuidundo, duplex dicitur, & vterque
ſociorum eſt actor, & vterque reus; cum ergo cõ-
uentus negat communionem, iam non poteſt dici
actor; ergo iudicium non competit: at vbi actum
eſt prius rei vendicatione, & is ſuccubuit, negare
non poteſt communem, nec declinare iudicium.
cum ergo in præſenti facto actum fuerit eodem iu
dicio communi diuidundo, acta redduntur nulla,
quia exceptio præpoſterationis iudicij annullat
acta, l. prolatam, C. de ſenten.

Præterea vt ſuſtineatur iudicium cõi diuidun-
do, tenetur actor probare communionem & titu-
2 lum, quia diuiſio † præſupponit communionem,
& diuidi non poteſt, quod nõ eſt commune, l. ma-
gis puto, §. fin. cum l. ſeq. ff. de reb. cor. Dec. in con
ſil. 647. nu. 4. Pariſ. in conſ. 16. n. 46. vol. 2. Decian.
in conſ. 30. nu. 15. vol. 2. & in terminis, quod agẽs
3 probare debeat † ſe dominum, eſt text. in l. 1. vbi
Bart. Bald. & alij notant, ff. famil. erciſ. & licèt ille
tex. loquatur in iudicio famil. erciſ. tamen Bart. &
alij ibi trahunt illum ad iudicium communi diui-
dundo, quia de ſimilib. idem eſt iudicium, l. non
poſſunt, ff. de legib. c. inter cæteras, de reſcrip. & de
hoc eſt tex. in l. ſi mancipium, §. cõi diuidundo, ff.
de euictio. quem ad hoc citat Corne. d. conſil. 110.
vol. 1. & in d. l. 1. Bart. & Bal. loquuntur etiã, quan-
do agẽs poſſidet, ſed negatur dominus, & optimè
declarat Bald. in l. cõmuni diuidundo, §. 1. ff. cõm.
diuid. dicẽs poſt glo. ibi, & Iacob. Butrig. quod ad
obtinendũ in eo iudicio, nõ ſufficit poſſidere bona
fide, quia dominium nõ præſumitur ex ſola poſſeſ
ſione in diuiſorijs iudicijs. hanc ſñiam probauit
Azo loco prædicto, nu. 2. in fi. Corn. d. conſil. 110.
colum. prima, vbi allegat Bart. Baldum, Fulgo. &
alios, atteſtando etiam de cõi. eandem tenuerunt
Petr. Iacob. Ang. Salyc. Alex. & alij citati a Neuiz.
qui latè proſequitur, in conſi. 65. nu. 4. & ſeq. An-
gel. in d. §. quædam, num. 9. verſi. ex quo ſequitur,
qui nu. 5. loquendo de actione familiæ erciſcundæ,
inquit procedere etiam ſi aduerſarius nihil oppo-
neret, quia tenetur nihilominus actor probare ſe
ſocium vel dominum, allegat l. ſecundam, cum ibi
notatis a Bart. ff. de dote præleg. & relinquit cogi-
tandum. dicti verò Domini fratres non probarũt
dominium, nec poſſeſſionem; debent ergo ſuccũ-
bere, cum hæc ſint ad victoriam neceſſaria requi-
ſita, vt dicunt præcitati Doct.

Quinimo ſi probaſſent Dñi actores ſe aliquan-
do fuiſſe Dominos, vel poſſeſſores, hoc non pro-
deſſet, quia ex actis conſtare videtur Dominos cõ
uentos, iuncto tempore Domini Annibalis eorũ
patris poſſediſſe domum inſolidum per annos tri
4 ginta quinque, quare inducta eſſet pſcriptio † lon
giſſimi temporis, quæ excludit ab omni iure, l. ſi-
cut, C. de præſcript. triginta annorũ, l. vnica, C. de
annali præſcript. l. 2. C. de conſtit. pecu. Tiraq. de
retract. conſanguin. §. 36. glo. 2. num. 36. & ſeq. &
tanto etiam tempore præſcribitur iuri diuidendi,
5 quando alter ex ſocijs poſſedit † ſolus; licèt ſecus
ſit quando vterq; poſſedit ſecundum Bart. in l. 1.
C. de annali except. vbi refert ita voluiſſe Martin.
Sillim. Cyn. d. l. prima, §. ad hoc, colum. 1. in fi. C.
de annal. except. Bald. in l. fin. C. finium regund. &
multi etiam tenent actionibus diuiſorijs præſcribi
ſpatio triginta annorum, nulla facta diſtinctione,
an vterque vel ſolus poſſideat, glo. in d. l. prima,
verſ. diuidẽdo, C. de annali excep. vbi Iacob. But.
& Ange. & Bald. ibi dicit diligenter notandam gl.
in l. prima, in verſic. cohæredibus, ff. fam. erc. Ray-
ner. de Forliu. Roſred. Petr. de Bellaper. & Floria.
quos citat Iaſ. d. §. quædam, nu. 30. Inſti. de actio.

Poſtremò

Poſtremò vltra poſſeſſionē deficit ex alio com
munio: quia cum fratres prædicti Domini, ſcilicet
Petrus, Franciſcus, & Annibal longo tēpore ſeor-
ſum habitauerint, & diſtinctè & ſeparatim bona
ſua tenuerint, & poſſederint, præſumitur inter eos
6 † diuiſio, etiam ſi de ea non aliter appareat. ita vo-
luit gloſ. 1. in l. ſi maior, C. comm. diuid. vbi eā ſe-
quuntur Bart. & Bal. & eā multum cōmendat Ni-
col. de Neap. in d. §. quædam, in 4. qō. eandem ſen
tentiā probarunt Bart. Bald. Ang. Sal. Butr. & alij
citati a Iaſ. in d. §. quædam, nu. 40. multos ēt addit
Balb. in tract. præſcr. par. 3. qō. 10. nu. 39. vbi in-
fert ēt ad caſum reddendæ rōnis, infinitos cumu-
lat Ant. Gabriel. in commu. opin. lib. 1. tit. de præ-
ſump. concluſ. 1. nu. 20. Ferdin. Vaſq. Illuſtr. qō.
cap. 61. nu. 27. vbi pręter ſupradictos citat Butig.
Odofred. Petr. Bellap. Alber. Fab. Florian. Alex.
Iaſ. Loaz, & Tiraquel. idem tenet atteſtando de
communi in cap. 66. nu. 1. Boer. in deciſ. 52. nu. 3.
vbi dicit communem. Cum igitur in præſenti in
facto conſtet de longæua ſeparata poſſeſſione bo-
norum inter hos fratres, præſumenda erit diuiſio,
licèt de ea expreſsè non appareat titulus.

Horum tamē nulla habita ratione, probabilior
& iuſtior mihi videtur cauſa Dominorū agentiū,
arbitrorq́; fore pro eis iudicandum, qui probarūt
per teſtes, domum de qua eſt quæſtio, in diuiſio-
ne facta inter eorum patrem & tres illius fratres
obueniſſe inſolidum patri & Domino Annibali
alteri fratri pro indiuiſo, cum prius fuiſſet poſſeſ-
ſa a cōi parente, & poſt illius mortem ab omnibus
fratribus prædictis. ſtante autem cōmunione præ-
dicta, non eſt dubium, quin licuerit agere ad diui-
7 ſionem iudicio communi diuidūdo: nemo † enim
cogitur perſeuerare in communione, l. fin. vbi glo.
C. com. diuid. l. tutor vrgentibus, ff. de minor. l. ſi
non ſortem, §. ſi centum, vbi Iaſ. nu. 5. ff. de cond.
indeb. Dec. in conſil. 14. Marſil. ſingul. 9. Gomes
in §. quædam, num. 14. & ibi etiam Iaſ. nu. 35. vbi
multos citando dicit nō valere etiam pactum, per
quod diuiſio prohibeatur in perpetuum. commu
nem dicit Bero. in conſi. 22. num. 24. & ſeq. vol. 2.
Rubc. conſil. 89. Clar. de teſtam. quæſt. 66. verſic.
ſcias tamen, Grat. in conſil. 66. nu. 24. vol. 2. Balb.
in d. tract. præſcript. par. 4. quæſtio. 13. nume. 5. in
quibus locis dicunt idem eſſe in teſtatore, qui non
poteſt hoc inducere in vltima voluntate, & quæ-
runt etiam, an tale pactum confirmetur iuramen-
to. datur autem actio communi diuidundo pro re-
8 bus ſingularibus † hæreditatis diuidendis, l. inter
cohæredes, in prin. ff. comm. diuid. l. per hoc, ff. eo.
vbi ſufficit quod agēs habeat ex quauis cauſa do-
minium pro indiuiſo, & non fit diſtinctio, an vter-
que poſſideat, vel vnus tantum, vel etiam neuter,
l. communis, §. cum agere, & l. penult. ff. comm. di-
uid. Azo in ſumma, C. eod. tit. num. 2. in fin. & eſt
actio mixta in rem & in perſonam, & deſcendit ex
quaſi cōtractu, §. item ſi inter, Inſtit. de oblig. quæ
ex quaſi contr. naſcunt. ſtante autem titulo & cō-
munione, nō eſt deneganda actio cōi diuidundo,
quæ vt dixi, inuenta eſt pro communibus rēb. di-
uidendis. & licèt teſtes nō in omnibus conueniāt,
& vnus dicat quod Dño Petro Franciſco obuenit
illa pars domus, quę eſt verſus talem vicinū, atque
ideo videatur domus fuiſſe communis pro diuiſo,
quo caſu non eſſet opus agere communi diuidun-
do: tamen plures ſunt teſtes, qui dicunt pro indi-
uiſo obueniſſe in portionem amborum fratrum:
poteſt etiam ille teſtis intelligi, quod domus obue
nerit pro diuiſo quoad alios fratres, ſed nō quoad
hos duos, quibus vnica cōtingit liſta, & qui etiam
communicare potuerunt rem quamuis diuiſam,
pro quo facit quod inquit Roman. in conſil. 418.
9 vbi ait ex longa poſſeſſione præſumi † recommu-
nionem in re diuiſa, Pariſ. ad Bart. in l. ſi maior, C.
com. diuid. Gabr. d. concluſ. prima, num. 29. Boer.
deciſ. 58. nu. 5. tota autem difficultas huius contro-
uerſiæ reſidet in reſolutione contrariorum.

Non itaque obſiſtit, quod vbi conuentus ne-
gat cōmunionem, agendū ſit rei vēdicatione, quia
habet locum qn̄ conuentus non ſolum cōmunio-
nem negat, ſed etiā opponit de præpoſteratione,
10 † & excipit non poſſe agi iudicio cōi diuidundo,
niſi prius agatur rei vendicatione. ita declarat glo.
in l. ſi mancipium, §. 1. ff. de euictio. quæ dicit ex-
preſsè quod excipere debet reus de prępoſteratio
ne iudicij. ad idem eſt gl. in l. 2. C. com. diuid. quā
Bart. ibi dicit eſſe notabilem & ſignādam, & Bal.
ibi num. 3. dicit eſſe notandum, quia hæc exceptio
opponi debet poſt litis conteſtationem: alias ſi po
ſtea opponatur, iudicium ſuſtinetur, & ad diffiniti
uam proceditur, ſecundum acta & probata. & ſub
dit ſic placuiſſe Guliel. de Cun. & apertius cæteris
declarat Sal. nu. 5. dicens quod conuentus nedum
negare debet cōmunionem, ſed etiā petere quod
prius intentetur rei vendicatio, ne ſibi fiat præiu-
dicium, vel ordo ſit præpoſterus: alias ſi ſolum ne
gauit actorem eſſe ſocium, & lite conteſtata ſuper
diuiſorio iudicio, actor probet communionem, iu
dicium procedet, & pronunciabitur in eius fauo-
11 rem, & ſubdit ita fore excipiendum ante † litem
conteſtatam Caſtr. num. 2. qui dicit illam gl. men-
ti tenendam, eandem ſententiam probauit Barto.
in l. 2. ſam. erciſ. & Bald. ibi in prin. dicit quod prę
poſterationis exceptio opponi debet ante litem
conteſtatam: alias omiſſa non vitiat proceſſum,
ideo opponi debet contra libellum diuiſoriū, ma-
lè agis, quia non poſſides, nec es ſocius, ideo agis
præpoſterè, & intentare primò debet rei vendica-
tionem, clarè etiam probat Alex. in conſilio 213.
numero 15. volum. 2. vbi dicit, non ſufficere quod
negetur poſſeſſio & ſocietas, niſi etiam opponatur
quod præpoſterè agitur, & quod prius agendum
eſt rei vendicatione, Soc. in l. fundum, num. 8. ver-
ſic. vel dic quod ibi loquitur, ff. de except. Io. Fab.
in §. quædam, col. 3. verſ. quid ſi poſſidens, Inſtit.
de action. dicens quod ſi actor negata communio
ne admittatur ad probādum titulum, obtinebit in
iudicio, quia reus opponēdo exceptionem inepti-
tudinis, ſolum poſt litē conteſtatam videtur illi re

nuncia-

nunciare, ſequitur Aretin.ibi, nu. 5.Iaſ.num.46. verſ.prædicta procedunt, vbi dicit gl.ſupra allegatam eſſe multum ſolemne, Neuiz.in cõſ.65.nu.4. vbi ait hanc excipiendi formã eſſe diligẽter a cõuento obſeruandã ante litem conteſtatam: qui ſi nõ excipiatur de præpoſteratione, procedit iudicium, & poterit de dominio incidenter cognoſci. quod enim in contrariũ dictum eſt, exceptionem præpoſterationis iudicij annullare acta, procedit qñ ſumus in eodem iudicio, quia in eo peruerſio
22 † ordinis annullat proceſſum: ſed qñ ordo peruertitur de vno ad aliud iudicium, nõ vitiantur acta, niſi pars opponat, l.1.C.de app.ita reſoluit Caſtr. d.l.2.num.2.C.com.diuid. Barbat. in conſi. 28. nu.21.vol.1.in præſenti aũt negocio Domini fratres conuenti benè negarunt poſſeſſionẽ & ſocietatẽ domus, ſed non oppoſuerũt exceptionẽ p̃poſterationis iudicij eo modo, quo Doctores requirunt: ideo cũ proceſſum fuerit ad vlteriora, & admiſſi fuerint actores ad probandum cõmunionẽ, eamque probauerint, ferenda eſt pro eis ſentẽtia.

Quòd verò Dñi agẽtes probauerint dominiũ, conſtat ex lectura proceſſus, quia apparet domũ de qua agitur, fuiſſe communem aui, eamque in diuiſione facta inter eorum parẽtes cum alijs eorum patruis obueniſſe eorum patrib. atq; ita probatur titulus; cũ ergo fuerit probatus titulus ceſſat obiectum, & quod in contrariũ dictum eſt, nõ dari iudicium communi diuidundo ẽt ei qui poſſidet, niſi probet titulum, procedit quo ad hoc vt obtineat ſniam in fauorem, ſed vt admittatur ad
23 agendum ſufficit † quod poſſideat, nec tũc neceſſe erit prius intentare rei vendicationẽ. ita declarat Bal.in l.prima, nu.primo, ver. mihi videtur, ff. fam.erciſ. vbi ait, quod probans poſſeſſionẽ, agit ritè, ſed non agit rectè, niſi probet titulum, quia in reali iudicio non ſufficit ſola poſſeſſio, idem Bald. in l.communi diuidundo, §.primo, ff.cõm. diuid. poſſeſſor enim admittitur ad agendum, nec repellitur exceptione præpoſterationis, ſed in proceſſu cauſæ probare dẽt de iure ſuo, vt ibi per eum, Ioã. Fabri in d.§.quædam, col.7.ver.ſed ſi poſſidet. inquiẽs quod vbi vterque poſſidet, venit in iudicio quæſtio proprietatis. & ideo dicit Are. ibi, num.5. quod datur iudicium prædictum concurrente altero de duobus, quod ſcilicet actor cõfiteatur cohæres, vel ſit in poſſeſſione, & ita vult quòd poſſeſſio ſufficiat ad hoc ut admittatur quis ad agendũ eo iudicio, quamuis Azo in ſum.C.eod.tit.nu.ſecundo, dicat nihil referre quod vterque, uel alter, uel nullus poſſideat, quod ẽt tenuit Aretin. d.§. quædam, nu.9.ver. nec diſtinguitur. quare ſtante poſſeſſione Dominorum agentium, de qua dicetur infra, licuit eis agere, & in proceſſu cauſæ deducere & probare titulum, quia ſufficit in libello allegare poſſeſſionem, & eam mox probare poſt litem conteſtatã, & allegatio tollit futurã exceptionem, vt inquit Aret.in d.§.quædam, num.10.

Ceſſit quoque præſcriptionis fundamentum, quia actioni, quæ datur ad diuidendum rem communem, non præſcribitur triginta annis: quia ſicuti pacto non inducitur perpetua cõmunio, ita neq; præſcriptione. valet enim argumentum de pacto
24 † ad legem vel ſtatutũ, gl.in rub.C.de decr.decur. lib.10.eſt tex.in l.fin.in fi.ubi Bart.& Bal. C.de fideic.& in terminis, quòd nõ ſit locus præſcriptio-
25 ni, † Iac.Butr.Petr.Cy.Bar.Sal.& alij in l.1.§.ad hoc, C.de annali excep.Bal.in l.fi.circa fi.C.com. diuid.Flor.in l.1.in prin.ff.com.diuid.Arc.in d.§. quædam, num.4.& ibi Iaſ.num.31. qui allegando Mart.Sillim.Iac.de Rau.Roge.Gul.Cu.Io.And. & alios, dicit eſſe magis cõem opinionẽ quod triginta annis non præſcribitur. idem repetit nu.38. eandem quoque cõmunem dicit Balb. in d. tract. par.4.q.13.per totam, vbi poſt Arc. & Iaſ.in locis prædictis, recitat tres huius ſniæ rationes, Pract. Pap.in forma libel.pro hæred.vel re ſingul. in verſ. cõiter & pro indiuiſo, nu.5.& in uer.domũ vnam, nu.5. ubi dicit hoc procedere inter fratres, etiam qñ ſeparatim quilibet ipſorũ poſſedit aliqua bona, licet aliud ſit inter extraneos, quia inter fratres conſueuit quilibet colere partẽ bonorum gratia commoditatis potius quam diuiſionis, Ruyn. in conſi.151.nu.10.& 20.vol.4.ubi recitat eaſdem rationes, & dicit quod omnes Doct. tranſeunt cũ hac ſententia, Crau.in conſi.60.in prin.

Secundò reſpõſum fuit per magnificũ D. Aduocatum, quòd præſcriptio non detur ſine bona
26 † fide, ca.fi. de præſcr. Dñi verò conuenti ſunt in mala fide, quia ſciũt domũ pro dimidia pertinuiſſe ad D. Petrũ Franciſcum eorũ patruum, & nũc ad eius filios pertinere, l.fi.vbi Bar.& alij, C.vnde ui, Crau.in conſ.116.nu.60.& in terminis quod ẽt altero ſolo poſſidente non detur præſcriptio ſine bona fide, allego ſic uoluiſſe Balb.d.q.13. in fi.

Reſpondeo tertio aduertendum, quod non ſumus in caſu qñ alter ſolus poſſidet; quinimo Dominus Petrus Franciſcus donec uixit poſſedit, & nunc quoque Domini eius filij agentes poſſident; Nam & ſi ſolus Dñus Annibal domũ tenuerit, & nunc ſoli eius filij inhabitent, tñ poſſedit is iure familiaritatis, non aũt iure proprio, ex quo conſtat domum ad eum ſpectare ſolum pro dimidia, & aliam medietatem obueniſſe Domino Petro Frãciſco; & quando unus habet titulum, & alter poſ-
27 ſidet, præſumitur iure familiaritatis † poſſidere, l. qui iure, vbi glo.Bart.Ang.Imola, Rom. Caſtr.& alij, ff.de acq.poſſ. qui dicũt id procedere facilius, quando intercedit affinitas, & ponunt exemplum inter fratres, de quo loquitur etiam Ange.in l.aſſiduis, C.qui pot.in pigno.hab. Menoch. de arbitr. iudic.caſu 160.nu.15.& de uxore & uiro, Socin. in conſ.131.col.1.vol.primo, Curt. iun.in conſilio 168.num.32.Alciat.in tract.præſump.reg.2.præſump.23.nu.5.Crau.in conſi.61.nu.2.& de matre. & filijs ponit Barto.in l.qui iure, vbi Roma. Imola, Alexand.idem Alexan.in conſi.88.numero 6. vol.2, Goza.in conſ.99.nu.7.& dicit generaliter Innocen.in cap.bonæ, il grande, poſt principium, de poſtulat.prælat.quod qui vtitur re aliena, præſumitur

ſumitur facere iure familiaritatis, niſi probet qđ
vſus eſt iure proprio, Abb. ibi dicẽs ꝙ nunquã prę
ſumitur poſſidere iure proprio qñ potuit poſſide-
re iure familiaritatis, Caſtr. in d.l. qui iure, nu. 2.
verſi. & allegabã, Ruy. in conſi. 161. nu. 25. vol. 3.
Confirmatur ex eo, quod ponit Caſt. in cõſi. 179.
in cauſa, quã magn. nu. 4. ver. non obſtat itẽ, quod
18 poſtea, uol. 1. vbi dicit ꝙ ſi iuriſdictio † ex diſpoſi-
tione authorum ſpectat in ſolidũ ad fratrẽ primo-
genitum, & tñ is ſimul cũ alijs longo tpe actus fa-
ciat iuriſdictionales, non videtur iuriſdictionem
alijs cõmunicaſſe, ſed ad exercitiũ iuriſdictionis vi
detur eos admiſiſſe ex quadam familiaritate fra-
terna. hoc idẽ dicit in d.l. qui iure. ſequitur Ruyn.
in conſi. 54. nu. 13. vol. 1. d. conſi. 162. nu. 25. vol.
3. Alciat. in tract. præſ. reg. 2. præſ. 23. nu. 4. Natta
in conſi. 502. nu. 16. Cæphal. in conſi. 4. nu. 40. cir
ca fin. vbi allegat ẽt Tiraq. & quamuis hęc deciſio
loquatur, qñ vterque frater adminiſtrauit, tñ idẽ
eſt qñ alter ſolus poſſediſſet vel adminiſtraſſet, qa
nihilominus vterque videtur ex illius facto poſſi-
dere, vt per Bar. in d.l. qui iure, vbi loquitur quã-
do ſolus frater adminiſtrat, & percipit omnes fru-
ctus, Imola in verſ. & idem dicendũ. vbi inquit qđ
ſi alter ſolus omnia gerit, deinde vero is qui non
adminiſtrauit, velit venire ad diuiſionem, nõ pote
rit adminiſtrator dicere quod ipſe ſolus poſſedit.
hoc idẽ voluit Rom. in princ. ver. & inducitur, &
Alex. ibi, nu. 2. declarat itẽ Caſtr. in l. cõis ſeruus,
ff. de acq. poſſ. Ruyn. d. conſ. 162. nu. 24. volum. 3.
Boer. in deciſ. 58. nu. 7. Natta d. conſ. 502. nu. 13.
ſtante aũt pręſuppoſito quod Dñs Annibal pſu-
matur familiaritatis iure poſſediſſe portionẽ do-
mus ſpectantem ad Dñm Petrum Franciſcũ, in-
fertur quod illam partem Dñs Petrus Franciſcus
poſsedit organo, & miniſterio Dñi Annibalis ſui
19 fratris, & idem eſt ac ſi ipſe † per ſeipſum poſſediſ
ſet, Bar. in d.l. qui iure, vbi dicit quod poſſidens rẽ
cõem cum fratre, videtur omnia in re cõiter face-
re, & Alex. num. 2. dicit quod videtur cõi nomine
feciſſe, & Caſtr. in d.l. cõis ſeruus, inquit, quod &
ſi vnus ex fratrib. non poſſit probare, quod fece-
rit aliquos actus poſſeſſorios: tñ ſi alter poſſedit,
cẽſetur poſſediſſe ſuo & nomine fratris, & omnes
videntur fuiſſe in poſſeſſione, & is qui ſolus perci-
pit omnes fructus, non poteſt dicere quod ſolus
fuerit in poſſeſſione. hoc etiam probat Bart. d.l.
qui iure, in fi. dicens, quod ſi ſolus maritus perci-
cipiat fructus ex re vxoris, ipſa dicetur poſſidere
per virum, ẽt ſi numquam iuerit ad prędiũ. proin-
de ſi Dñs Petrus Franciſcus ſemper poſſedit, non
potuit Dñs Annibal vel eius filij præſcribere; qa
vt ſupra dictum eſt non præſcribitur contra poſſi-
dentem, nec dicitur ſolus poſſediſſe, cũ iure fami-
liaritatis poſſideret. ratio aũt dictæ concluſionis
eſt, quia capi ſemper dẽt præſumptio q̃ excludit
delictum, l. merito, ff. pro ſocio. & Dñs Annibal
non potuit ſuam portionẽ domus poſſidere, quæ
erat indiuiſa, quin poſſideret etiam partem fra-
tris, arg. l. ſi quis putans, §. 1. ff. comm. diuid. l. hæ-
redes, §. ſi vnus, ff. famil. ercíſ. qua rõne dicũt glo.
& Doctores in l. Sabinus, ff. cõi diuid. quod habi-
20 tans † totam domum cõem cum alio, non tenetur
ſoluere penſionem pro illius portione, quã habi-
tauit, tex. in l. duo fratres, vbi Bart. & alij, ff. de ac-
quir. hær. Bald. in c. imperialem, in §. præterea du-
catus, num. 7. de prohib. feud. alien. per Feder. vbi
citat Richard. Malum. & Cyn. Soc. in l. ſerui ele-
ctione, §. 1. nu. 3. vbi Iaſ. nu. 16. ff. de leg. 1. Gomes,
de tract. cap. 3. nu. 14. verſi. item adde pro comple
mento, vbi reprẹhendit Florian. qui contrariũ te-
nebat in fratre inhabitante totam domum, & dicit
cõem eſſe opinionem, & gloſſam in d.l. Sabinus,
eſſe ſingularem, & ordinariam. quare dicendũ eſt
quod Dominus Annibal habitauerit domum iu-
re ſuo, non autem animo poſſidẽdi portionem fra
tris, ſed vt ſuam retineret, quod facere non pote-
rat, niſi eam portionem indiuiſam habitaret.

Quòd ſi dicat aliquis præmiſſa poſſe procede-
re, qñ non fluxiſſet longiſſimum tempus, reſpon-
deo quòd ea locum etiam habent ſtante curſu lon
giſſimi temporis, & ita loquitur Caſt. in d.l. qui iu
re, in quæſtione primogeniti ſupracitata, & de lon
giſſimo tempore loquuntur Ioann. And. & Aret.
quos citat & ſequitur Alcia. d. reg. 2. pręſump. 22.
num. 5. comprobatur ratione: nam poſſidenti non
21 † præſcribitur aliquo tempore etiam longiſſimo,
l. cum acutiſſimi, §. ſed ſi quis, l. malè agitur, C. de
præſcrip. triginta vel quadraginta annorũ. donec
autem durat communio, vterq; poſsidet, vt dixi
ſupra, & vnus videtur alterum recognoſcere in ſo
cium: ergo non currit præſcriptio, Aret. d. §. quæ-
dam, nu. 4. vbi Iaſ. nu. 32. Balbus dicta q. 13. nu. 3.
ver. primò, quia, Ruy. d. conſil. 151. nu. 10. uol. 4.
Item præſcriptio currit contra negligentes, ſed ſi
vterque cenſetur poſſidere, ceſſat negligẽtia: ergo
& præſcriptio. Item & in præſcribendis iurib. ne-
gatiuis præſcriptio non currit, niſi a die contradi-
ctionis, glo. & Doctores in l. qui fluminibus, ff. de
ſeruit. urb. prædio. l. 1. C. de ſeruit. & aq. Aret. Iaſ.
Balb. & Ruyn. in locis prædictis. dum autem du-
rat communio, non cadit contradictio: ergo nec
præſcriptio. Item qui poſsidet familiaritatis iure,
non acquirit ſibi poſseſsionẽ aliquo tẽpore, ut te-
nent Doctores in d.l. qui iure. præſcriptio aũt non
datur ſine poſſeſsione, c. ſine poſseſsione, de reg.
iur, in ſexto, l. ſine poſseſsione, ff. de uſucap. glo. &
Doctores in c. cauſam, de præſcript. Item ꝙ quis
perſeueret in cõmunione, & permittat fratrẽ ſuũ
poſsidere, conſiſtit in facultate: poteſt. n. quando-
cunque vult prouocare ad donationem: ergo etiã
longiſsimi temporis curſu non datur præſcriptio,
niſi prohibitus acquieuerit, ſecundũ gl. & Docto-
res, C. quæ ſit longa conſuet. dixi in conſi. 127. nu.
21. Item cum ſemel cęperit D. Annibal poſsidere
iure familiaritatis, pręſumitur in poſseſsione con-
22 tinuaſse † ex eadem cauſa & titulo, quia poſside-
re quis præſumitur ex præambulo titulo, l. prima,
§. 1. ff. de except. rei iudi. l. 2. C. de acquir. poſseſ.
not. in l. quædam mulier, ff. de rei uend. & qñ ſe-
mel

mel quis poſsidet vno titulo, non prǽſumitur cau-
23 ſam poſſeſsionis ſibi mutare, † nec id facere po-
teſt, l. non ſolum, §. quod vulgo, ff. de vſucap. l. cũ
nemo, C. de acq. poſſeſ. & dicit Soc. in conſi. 131,
nu. 7. vol. 1. quòd vxor ſicuti viuente viro cẽſetur
bona viri poſsidere iure ſamiliaritatis, ita &t poſt
eius mortem cenſetur eodẽ iure continuare, ſequi
tur Alciat. d. prǽſumpt. 23. nu. 5. & licèt ſuperue-
niente noua cauſa liceat poſſeſsionis titulũ muta-
24 re, tñ præcedere debet declaratio, † alias mutari
non poteſt, Soc. d. cõſ. 131. nu. 7. Dec. in cõſ. 232.
nu. 2. verſ. & ꝑdicta ſanè, & in conſ. 400. nu. 5. verſ.
nec obſtat quòd debet, & in l. dotis, in fi. C. de col-
la. Rol. in conſ. 77. num. 28. vol. 1. eſt verum, quòd
reſpectu declarationis multi contradicunt; ideo
neque ego in præſentia firmo, ſat eſt tamen quòd
25 non præſumitur † mutatio voluntatis, l. eum qui
voluntatem, ff. de probat. Alciat. d. tract. præſum.
reg. 2. præſ. 16. nu. 1. Natta in conſ. 176. nu. 5. De-
ciſ. Pedem. 30. nu. 13. D. Beccius conſi. 1. nu. 24. &
hic nõ ſuperuenit noua aliqua cauſa, ideo non eſt
ꝑſumenda mutatio; & cum nõ fuerit vnquã cępta
prǽſcriptio, non potuit aliquo tẽpore perfici.

Vltimò non aduerſatur, quod inter fratres præ
ſumatur diuiſio, ex quo longo tempore ſeorſum
habitarunt: quia ſideo contrariã ſniam limitari,
qñ agitur de graui præiudicio, & non de modico:
26 † tunc enim non præſumitur diuiſio ex ſeparata
longi temporis poſseſsione. ita Bal. in l. ſi maior,
nu. 2. in fi. C. com. diuid. vbi dicit diuiſionem non
prǽſumi, qñ non ſubeſt debita congruitas, aut pro
portio, ſequitur Caſtr. ibi, Alex. in conſi. 25. nu. 17.
vol. 5. Fel. in c. ſicut, nu. 13. verſi. hanc fallentiã, de
re iudi. Balb. in tract. prǽſcrip. in 5. par. 3. par. princ.
q. 10. nu. 44. vbi dicit hanc opinionem eſſe veram
& tenendam in iudicando & conſulendo, & com-
munem. & reſpondet ad fundamentum Saly. con
trarium tenentis Tiraq. in tract. præſcript. §. 1. gl.
4. nu. 14. & 39. Boer. in deciſ. 58. nu. 8. ubi idem di-
cit, quãdo ex alijs coniecturis conſtaret, quòd non
habuerunt animum diuidendi, Nicol. de Neapol.
in §. q̃dam, in 4. q. Inſtit. de act. Gabr. com. opin.
lib. 1. tit. de præſumptio. concl. 1. nu. 30. q̃ opinio
fundatur ſuper eo, quod uoluit Bar. in q. 7. incip.
mulier habens amplum patrimonium, & in l. cum
de in rem uerſo, ff. de uſur. ubi dicit quod titulus
præſumitur ex longo temporis curſu, ſcientiaq́; &
27 patientia † aduerſarij, quando agitur de modicò
præiudicio: ſecus quando de graui, cuius opinio
eſt communiter approbata, ut per Fulgoſ. & Iaſ.
in l. 1. C. qui adm. & ſequuntur multi citati p Alex.
& Iaſ. in l. ſciendum, ff. de uerb. oblig. Caſtr. Abb.
Soc. Balb. Dec. & alij citati per Vaſq. illuſt. quæſt.
cap. 66. nu. 2. Pariſ. conſi. 26. num. 21. uol. 1. Bero.
in conſi. 48. nu. 21. uolum. 3. Boer. deciſ. 42. nu. 5.
Natta in conſil. 162. num. 24. Gabriel. d. conclu. 1.
nume. 53. Deciſ. Pedem. 21. numero 18. in fine. at
hic maxima eſſet lǽſio, quia non apparet quid pro
compẽſatione domus fuerit Domino Petro Frã-
ciſco traditum a Domino Annibale, ideo non po-
teſt eſſe locus dictæ præſumptioni diuiſionis.

Reſpondeo ſecundò, quod ea concluſio proce-
dit, quando uterque fratrum poſsedit ſeorſum, &
pro diuiſo portionem rerum, quæ alias erant com
munes; tunc præſumitur diuiſio lapſu longi tem-
poris: ſed hic nullã partem domus Dominus Pe-
trus Franciſcus poſsedit; ergo cum termini Do-
ctorum tenentium contrarium ſint multum diuer
ſi, huic non conueniunt quæſtioni. ita in termi-
28 nis † declarat & limitat contrariã ſententiã Boer.
d. deciſ. 58. nu. 6. & 8. conſiderant enim Doctores
poſſeſsionem utriuſque partis, quæ facit præſumi
diuiſionem: ſed qñ unus ſolus poſsedit totã rem,
non poteſt colligi diuiſio. & ſi dicatur, fortè potuit
is, qui poſsidet totũ compenſaſse in pecunia; re-
ſpondeo quod non ſequitur, potuit ſoluere; ergo ſol-
uit, ut in ſimili dicit Balbus d. quæſt. 10. nu. 45.

SVMMARIVM.

1 Officialis deputari non poteſt ultra annum ad ius red
dendum.
2 Honorum continuatio eſt prohibita.
3 Officialis etiam volens, non poteſt eligi vltra bien-
nium.
4 Conſuetudo non valet quòd iudex conſtituatur vl-
tra biennium. ſed contra, nu. 15.
5 Vaſallus non eligit officialem vltra biennium. ſed
contra, nu. 9. & 12.
6 Officialis nõ poteſt confirmari, niſi primo ſindicetur.
7 Vaſallus inueſtitus de mero & mixto imperio, dici-
tur conſtitutus iudex ordinarius.
8 Vaſſallus poteſt perpetuò ius dicere per ſeipſum.
9 Vaſſallus poteſt officialem eligere ad ius dicendum
vltra biennium.
10 Officium duplex poteſt quis exercere ſtante illorum
tenuitate & iudicem ac actuarium agere.
11 Officij confirmatio admittitur in ſubſidium aliorum.
12 Officij continuatio fieri poteſt per vaſallum.
13 Officialis poteſt confirmari nemine reluctante.
14 Conſuetudo circa officia eſt obſeruanda.
15 Conſuetudo valet, quòd ius dicens deputetur vltra
biennium.
16 Sola in Conſtit. Pedem. ſuper decret. 1. glo. 3. num. 3.
reprobatur.
17 Officio prorogato, non opus eſt nouo iuramento.

CONSILIVM CCLXI.

CONSVETVDO viget in locis Mol
lariarum, & Caſsinellarum, quòd
Illuſtris Dominus Comes Marcus
Antonius Spinola, Dominus eorũ
locorum, & ſui authores, officiales
eligant uel electos confirment ultra bienniũ: nũc
homines reuocant in dubium eiuſmodi faculta-
1 tem, quia officialis † regulariter durat anno in ius
reddendo, §. primo, Inſtitut. de perpet. & temp.
actio. defenſor autem biennio tantum, §. interim,
in Auth. de defenſ. ciuir. glo. in l. 4. C. eod. tit. &
2 honorum continuatio eſt omnino † prohibita, l.
honor, §. gerendorũ, ff. de mun. & hono. l. procon-

ſules, ff.de off. proconſ.l.nemo de domeſticis, C.
de aſſeſſo.l.vnica,C.ad leg.Iul.de ambitu,l.1.2.&
3.C.de hono. non contin.lib.10.gl.in l.ſpontè,ff.
de mun.& hono.vbi dicit eſſe ſpeciale in dignitate
ſacerdotali, & dicit Abb. in c.fi.nu.9.de iudic.qđ
officia ſæcularia debent eſſe tẽporalia,non perpe-
tua,& infert ad Rectorem ſcholarium, qui nõ põt
confirmari vltra biennium. & iura prędicta proce
3 dũt ẽt eo volente, † qui fuit deputatus,vt latè pro
bat Crau.in conſi.459.in 1.dubio, vbi multis con
firmat;& generalis ordo ciuitatis non poteſt vltra
biennium confirmare officialem, vt dicit tex.cum
gl.in l.neminem, C.de ſuſceptor.lib.10. quinimo
videtur ẽt quod non valeat conſuetudo,quod iuſ-
4 dicens conſtituatur vltra † bienniũ, vt probat tex.
in d.l.neminẽ,& ſequi videtur Bar.ibi,& hoc pro-
cedit nedum in locis immediatè ſubiectis Princi-
5 pi,ſed ẽt in infeudatis, vt † concludit Ant. Sola in
cõſtitut. Pedem.ſuper 1.decret.gl.3.nu.3.vbi ait,
Principem poſſe in præiudicium vaſallorũ limita-
re tempora iuſdicentib. ad biennium. Prædictorũ
rõ eſt,ne permiſſa officij cõtinuatione detur occa-
ſio peccandi, ex quo gerendo officium nõ poſſunt
conueniri,l.vnica,C.vt oẽs cau.tam ciuil.q̃ crim.
Abb.d.c.fin.nu.9. Allegant etiã homines prædicti
decretum Sereniſſ. Dñi Ducis, reducens oĩa offi-
cia ad terminum biennij,& de iure ſindicari debẽt
6 † antequam confirmentur officiales, d.l.neminẽ,
vbi Bart.no.d.l.vnica,Martin. Lauden.in tract.de
officiali domi. q.114. Purpur.in conſil.137.nu.4.
vbi ẽt dicit, qđ ſingulo quoq; anno debẽt iurare.

Tamen ijs non obſtantibus, exiſtimo potuiſſe
D. Comitem prædictum cõfirmare Prætorem di-
ctorum locorum pro alio biennio: eſt enim Domi
nus iuriſdictionis, & poteſt de ea liberè diſpone-
re,l.in re mandata, C.manda.

Secundò, quia cum ſit inueſtitus cum mero, &
mixto imperio, gladij poteſtate, & omnimoda iu-
7 riſdictione, videtur † cõſtitutus ordinarius iudex
dictorũ locorũ, Inn.in c.cæterũ, col.2.ver.ordinẽ
iudiciariũ.vbi Abb.& alij,de iudi. & ſuſcepiſſe ne-
ceſſitatem iuſdicendi,l.1.vbi Bart. Bal.& alij,ff.de
iuriſd.omn.iud. Deciſ.Ped.101.nu.5. & ideo põt
8 ipſe per ſeipſum perpetuò † ius dicere in eiſdẽ lo-
cis, nec ſibi iura pdicta obſtarẽt,vt concludit Al-
ciat.in conſ.249.nu.20. Sola d.1.glo.2.nu.3.ver.
quib. tñ non obſtantibus. vbi infert ꝙ etſi tam ex
iure cõi,quam ex decreto Ducis Sabaudiæ,nemo
poſſit officiũ gerere, vbi patrimonium,affines, vel
vxorẽ habet: tñ fallit in vaſallo, qui iure proprio,
non alt alterius exercet iuriſdictionẽ. ſi ergo põt
perpetuò, vel vltra biẽniũ cognoſcere p ſeipſum,
quare non idẽ licebit facere per aliũ, in quo ceſſat
rõ patrimonij,affiniũ, & vxoris. & per hãc rõnem
9 † cõcludit in propoſito Alc.in d.conſ.249.nu.18.
& ſeq. poſſe vaſallum deputare Prætorem,qui ius
miniſtrat vltra bienniũ: qui.n.per aliũ facit, ipſe
facere videtur,c.qui per aliũ,de reg.iur.in 6.quòd
procedit ẽt in pęnalibus, vt per Din.ibi. & nõ põt
dici electa induſtria perſonæ, quando inueſtitura
concedatur etiam pro deſcendentibus & naſcitu-
ris in perpetuum,quorum qualitates ſunt ignotę,
& conſequenter non potuerunt conſiderari & eli-
gi;& nõ eſt dubium quin vaſalli poſſint vices ſuas
officiali vel alij demandare, no.in l. imperium,ff.
de iuriſd.omn.iud.& l.1.ff.de offic.eius.

Tertiò accedat officij tenuitas, p p quã nõ ita fa
cilè inueniũtur in illis partib. officiales habiles, q
velint modico cũ emolumento reſidere,& aſſiduè
incũbere officio:nã p p hmõi neceſſitatẽ eſt ẽt per
10 miſſum duplex † eodẽ tpe officium exercere,imò
& in eadẽ curia iudicẽ & actuarium agere, Luc.de
Pen. in l.1.C.de primic.lib.12. quẽ citat & ſequi-
tur Sola d.1.decr.gl.1.nu.6. in defectũ aũt aliorũ
licet officialem cõfirmare in officio, & qñ alias eſt
11 prohibita cõfirmatio,† probatur in l.honor,§.fin.
ff.de mun. & hon. glo. in l.vnica, C.ad leg. Iul.de
ambi. vbi ẽt Sal. notat aliã gl.in l.1.C.de mun. &
hon.& per hanc rationẽ concludit Natta in con-
12 ſil.58.nu.3.licere vaſallo † habere Caſtellanũ,ſeu
per plures annos in eodem continuato officio.

Quartò certũ eſt ꝙ ciuitas, q̃ ſolita eſt officialẽ
13 eligere, põt vltra primũ biẽniũ illũ cõfirmare † p
aliud biẽniũ, ſi nemo reluctetur: habemus.n.tex.
in §.fi.in Auth.de defen.ciuit. Ro.ſing.96.& ſing.
660.Fel.c.cũ oẽs,n.59. ver.quartò fallit,& admit
tũt oẽs. cũ ergo ius eligẽdi ſpectet ad vaſallũ,qua-
re nõ idẽ ei pmittẽdũ eſt,ſi ſucceſſit ciuitati vel op
pido in facultate deputãdi, iux.regulã l. ſi eũ,§.q
iniuriarũ,ff.ſi quis cautio.quo caſu ſufficit ꝙ inter
Dños cõueniat,nec populi aſſenſus requiritur,qñ
cõpetit facultas,vt inquit Natta d.conſi.58. in fi.

Quintò extat cõſuetudo confirmãdi & proro-
gãdi, ideo licebit ẽt nũc cõfirmare, q a cõſuetudo
eſt obſeruãda,l.minimè,ff.de legib. & pcipuè cir-
14 ca † officia,l.fin.ibi,ꝙ officijs,&c.C.q̃ ſit lõga con
ſuet.& ideo infert in terminis Purpur.in cõſ.137.
15 nu.3.† valere conſuetudinẽ, ꝙ iuſdicens officium
exerceat vltra bienniũ,vel aliud a lege,vel ſtatuto
determinatũ tẽpus. & inquit Mart. Laud.in d.tra.
de official.dom.q.129. ꝙ obſeruãda eſt conſuetu
do creãdi officiales,alios citat Gabr.com.opi.li.6.
tit.de cõſuet. concl.1. nu.41.idẽ tenet Natta in d.
cõſ.58.nu.2.vbi tenet valere conſuetudinẽ prędi-
ctã,& ſubdit eã vigere in hac patria Mõtisferrati,
& pręſumendũ eſſe quod proceſſerit a iuſta cauſa.

Nõ obſtat igitur, quod dicitur in gl.l.neminẽ,
C.de ſuſcept. quia rñdeo,gl.non dicere quod con
ſuetudo non valeat,imò videtur gl.in conſuetudi-
ne admittere,dum in ver.biennium,negat id lice-
re,accedẽte ſolo ordinis conſenſu. dum enim vnũ
excludit,videtur alium includere. & Bart.ibi nihil
dicit de cõſuetudine: ſicuti ẽt Land.quare opinio
16 Solæ † eſt deſtituta authoritate & ratione, & ha-
bet contra ſe Purp. & Nattã,& tex.in d.l.neminẽ,
loquitur de biennio propter caſus contingẽtiam,
non quia ex conſuetudine excludatur tempus lon
gius. Præterea contrarium poteſt procedere, qñ
officiũ eſt pingue, & honeſti reditus: at ſecus eſt,
quando eſt tenue, & difficilè inueniuntur idonei

iuri

iuri qui velint vaccare. & quod dicitur de iuramē-
17 to, reprobatur † per Nattam in conſil. 57. & ſeq. quia officium prorogatum eſt vnū & idem, ideo ſufficit iuramentum præſtitum a principio officij.

S V M M A R I V M.

1 *Collecta. Bona pro collectis ſunt tacitè obligata, ſi ſunt in regiſtro deſcripta. lim. nu. 31.*
2 *Bona oneribus obnoxia tranſeunt in quemcunq; poſſeſſorem cum onere.*
3 *Eccleſia tenetur tributum ſoluere pro re, quæ erat tributaria antequam perueniret ad eius manus.*
4 *Forenſis tenetur ad collectam pro prædio regiſtrato.*
5 *Collectas etiam præteritas ſoluit emptor prædij.*
6 *Immunitas in dubio præſumitur perſonalis.*
7 *Immunitas non tranſit ad hæredes priuilegiati.*
8 *Immunitas conceſſa hæredibus & ſucceſſoribus, non tranſit in ſingulares ſucceſſores.*
9 *Exēptio cōceſſa eccleſiæ, nō trahitur ad futuras capellas.*
10 *Immunitas non extenditur ad bona poſtea quæſita. ſed contra, nu. 51.*
11 *Conſuetudo eſt ſtricti iuris, & reſtringitur ad actum conſuetum.*
12 *Decimarū pſcriptio nō trahitur ad decimas nouales.*
13 *Immunitatis conceſſio non trahitur ad prædia regiſtrata. ſed contra, nu. 52.*
14 *Incluſio vnius, eſt excluſio aliorum. limita, nu. 57.*
15 *Immunitas cōſuetudine acqſita pōt a populo reuocari.*
16 *Immunis qui patitur bona ſua regiſtrari, & nō appellat intra decē dies, cēſetur immunitati renunciare.*
17 *Immunis qui ſponte ſoluit, cenſetur immunitati renunciare. vide quomodo procedat, nu. 74. 77. & 79.*
18 *Immunitas acquiritur priuilegio, & conſuetudine.*
19 *Conſuetudo eſt paris potentiæ, cuius eſt priuilegium.*
20 *Res iudicata habetur pro veritate, & facit ens de non ente.*
21 *Antiquum dicitur, quod excedit hominis memoriam.*
22 *Conſuetudo immemorialis probat titulum priuilegij, vel alium allegatum.*
23 *Titulus non requiritur in poſſeſſione immemoriali.*
24 *Immunitas præſumitur legitimè conceſſa, quando lapſum eſt tempus longum.*
25 *Immunitas poteſt concedi per ſtatutum.*
26 *Obſeruantia facit inſtrumentum validum, quod non eſt ſolemne.*
27 *Conſuetudo immemorialis probatur probata obſeruantia per decennium.*
28 *Collectam imponere, actus eſt iuriſdictionis.*
29 *Collectam vniuerſitas imponere non poteſt domino loci, vbi latè.*
30 *Onus reale non tranſit in poſſeſſorem immunem.*
31 *Bona regiſtrata non ſunt obligata pro collectis indeterminatam formam habentibus, vbi latè.*
32 *Collecta. Obligatio pro collectis extraordinarijs cōtrahitur tempore impoſitionis, non tēpore regiſtrationis.*
33 *Collectiua & vniuerſalis diſpoſitio includit futura.*
34 *Immunitas cōceſſa p verba collectiua, includit futura.*
35 *Priuilegium conceſſum familiaribus, trahitur ad familiares, qui ſucceſſerunt alijs deficientibus.*
36 *Priuilegium conceſſum clericis, qui Epiſcopum ſequuntur, prodeſt clericis loco priorum ſubrogatis.*

37 *Immunitas conceſſa certis rebus, trahitur ad res permutatas.*
38 *Argumentum de re ad perſonas, eſt validum.*
39 *Delegatio facta ſub nomine dignitatis, tranſit ad ſucceſſorem.*
40 *Priuilegium conceſſum ſub nomine dignitatis, tranſit ad ſucceſſorem.*
41 *Immunitas conceſſa dignitati, tranſit in ſucceſſorem.*
42 *Priuilegium conceſſum generi perſonarum, includit ſucceſſores.*
43 *Priuilegium conceſſum perſonæ, quæ non moritur, vt eccleſiæ, collegio, vniuerſitati, tranſit in ſucceſſorem.*
44 *Indefinita æquipollet vniuerſali, etiam in perſonis.*
45 *Immunitas conceſſa in perpetuum, eſt realis.*
46 *Obſeruantia interpretatur actum.*
47 *Exceptio debet eſſe de regula.*
48 *Priuilegium eccleſiæ conceſſum, trahitur ad eccleſias poſtea ædificatas.*
49 *Pax facta pro ſubditis & adhærentibus, includit futuros ſubditos & adhærentes.*
50 *Statutum vbi extat, dicitur caſus legis extare.*
51 *Immunitas ſimpliciter conceſſa, traditur ad bona quæſita poſt conceſſionem.*
52 *Immunitas conceſſa pro bonis acquirendis, includit etiam regiſtrata.*
53 *Eccleſia non tenetur ad onera pro bonis, quæ ante acquiſitionem erant regiſtrata.*
54 *Immunitas conceſſa alicui pro ſuis prædijs, non trahitur ad prædia, quæ ab alio bona fide occupantur.*
55 *Res inter alios acta, non prodeſt, nec nocet tertio.*
56 *Cōuētio facta inter aliquos, nō pdeſt, nec afficit tertio.*
57 *Incluſio vnius, non eſt aliorum excluſio, quando excluſus vna via, eſt alio modo excluſus.*
58 *Dominus loci non ligatur ſtatuto populi, ſed poteſt in fauorabilibus ſe innare.*
59 *Priuilegium conceſſum non ſubdito, reuocari non poteſt etiam a Principe.*
60 *Statutum reuocari non poteſt in præiudicium non ſubditi, cui ius eſt quæſitum.*
61 *Inferior non ſtatuit in præiudicium ſuperioris.*
62 *Priuilegium non ſubdito conceſſum, eſt irreuocabile, quia ſuſtinetur vti contractus.*
63 *Immunitas conceſſa per contractū, nō poteſt reuocari.*
64 *Præſcriptione quæſitū, non poteſt ab vniuerſitate tolli.*
65 *Princeps non tollit ius quæſitum ex præſcriptione immemoriali.*
66 *Præſcriptionis definitio, quæ ſit.*
67 *Confirmatio actus nulli, facit vt actus tribuatur confirmanti, non facienti.*
68 *Statutum nullum, ſed a ſuperiore confirmatum, non poteſt reuocari ſine ſuperioris authoritate.*
69 *Statutum a ſuperiore confirmatum, non cenſetur incluſum in generali ſtatutorum reuocatione.*
70 *Scientia certa & diſtincta eſt probanda in ratificatione actus.*
71 *Voluntas, quæ colligitur ex actu, non extenditur vltra quam ex ipſo actu inferatur de neceſſitate.*
72 *Renunciatio eſt ſtricti iuris, & reſtringitur ad expreſſa.*

73 *Statutum non tollitur per actum contrarium, qui fiat ſuperiore iubente.*
74 *Immunis ſoluens onera ex praecepto ſuperioris, non perdit immunitatem.*
75 *Solutio in dubio facta pſumitur, nõ ſpõte ab immuni.*
76 *Regiſtratio facta ab immuni vigore edicti non praeiudicat.*
77 *Immunis non tenetur regiſtrare, quando emittuntur edicta quod quilibet profiteatur corpora poſſeſſa.*
78 *Priuilegium non momentaneum non tollitur per vnũ actum contrarium.*
79 *Immunis non pͥudicat ſibi, ſi nõ ſoluit per 30. annos.*
80 *Conſuetudo non tollitur per vnum actum, ſed tantum tempus requiritur ad tollendum, quantum fuit neceſſarium ad inducendum.*
81 *Solemnitas, quae eſt neceſſaria in confectione actus, requiritur etiam in deſtructione.*

CONSILIVM CCLXII.

NON ſunt leues rõnes, quib. agentes
Cõitatis Villae Deatorũ conantur
compellere mag. Dñm Io. Andreã
Mazolam vnũ ex Dñis eiuſdem lo
ci ad agnoſcendũ onera quaecunq;
pro bonis, q̃ acquiſiuit, poſtquã effectus eſt illius
loci vaſallus; mouẽtur.n.primò, quia ea bona an-
tequàm deuenirẽt ad eius manus, erãt allibrata &
cataſtrata in regiſtro publico, & poſſeſſores ſolue
bãt onera, q̃ imponi hactenus cõſueuerũt, ideo cẽ
1 ſentur † tacitè obligata pro ſolutione onerũ, Caſt.
in l.inter debitorẽ, nu.4. in princ. ff. de pact. Bart.
Bal. & Aret. in l.apud Iulianũ, §. haeres, vbi Iaſ. nu.
5. ff. de leg. 1. Ang. in l.vnica, nu.19. C. de mulier.
& in quo lo. lib. 10. Iaſ. in cõſ. 83. col. 1. vol. 3. Dec.
in cõſ. 283. nu. 5. Neguſ. in tract. pig. in 4. mem. 2.
p. nu. 125. Pariſ. in conſi. 23. nu. 77. vol. 1. Bero. in
cõſ. 150. nu. 29. vol. 3. Rube. in cõſ. 9. nu. 7. Cotta
in memor. incip. collecta, Boſſi. in tit. de Princip.
nu. 132. circa mediũ, Deciſ. Ped. 91. nu. 3. & res ſe-
2 mel affecta aliquo onere, trãſit cũ eo onere † in quẽ
cũq; poſſeſſorẽ, l. alienatio, ff. de cõtrah. emp. c. cũ
in tua, & c. paſtoralis, de decim. c. ex literis, circa
finẽ, de pig. gl. in c. 1. in verſ. bonorũ, de imm. eccl.
in 6. vbi dicit, quod bona ſuppoſita collectis tran-
ſeũt in poſſeſſorem cũ ea obligatione, ſequitur ibi
Io. Andr. Archid. Gem. & Anchar. Abb. in c. 1. de
cenſib. & in c. non minus, col. 5. de imm. eccl. in 6.
& ſi perueniat ad eccleſiã, tenebitur praeſtare cen-
3 ſum, vel tributum rei † impoſitũ, c. ſi tributum, 11.
q. 1. c. tributa, 23. q. 8. c. placet. 16. quaeſt. 1. Bar. &
Docto. in l. placet, C. de ſacroſ. eccleſ. praecipuè ſi
onus ſit certũ & determinatũ, vt eſt ordinaria im-
poſitio, & taxa equorum, ſecundũ Spe. qui ita vi-
detur tenere in tit. de cler. cõiug. §. 1. verſ. ad huius
aũt articuli, Ang. in conſ. 24. eccleſia non tenetur,
Rom. in l. ſi publicanus, §. 1. ff. de publi. Bal. in tit.
de pace Cõſtan. in prin. nu. 16. vbi dicit, q̃ ſi onus
eſt certum, & bona iam erãt cataſtrata clericus ea
acquirens tenebitur ſoluere, & ita procedit etiam
ſi bona ad eũ perueniãt, qui regulariter ſit immu-
nis, q̃a nihilominus tenetur onus iã inflictũ agno-
ſcere, vt ſupra dicitur in eccleſia; & idẽ eſt in foren
ſi, cui & ſi de iure collecta imponi nõ poſſit, l. reſcri
pto. §. fi. ff. de muner. & hono. tñ ſi acq̃rat praediũ
4 regiſtratũ, tenetur † ſoluere onera, Bal. in l. 1. §. q̃d
ſi nemo, q. 2. & 3. ff. q̃d cuiuſq; vniuerſ. nom. idẽ
Bal. in l. ẽt, col. vlt. C. de exeq. rei iud. Caſtr. Alex.
& Iaſ. in d. l. apud Iulianũ, §. 1. Iaſ. d. cõſ. 83. col. 1.
& non ſolũ emptor tenetur futura onera ſoluere,
5 ſed ẽt praeterita, & impoſita † priuſquã bona pue
niſſent ad eius manus, vt voluit gl. in l. Imperato-
res. ff. de public. Fed. Senen. in conſ. 73. Ro. Caſtr.
& alijs in d. l. Imperatores, Abb. in c. paſt. nu. 5. de
decim. Barb. in cõſ. 84. col. 4. verſ. praeterea, vol. 3.
Afflict. in deciſ. 95. Capic. in deciſ. 20. n. 26. Natta
qui alios citat in cõſ. 71. nu. 2. Pinell. in l. 1. p. 2. nu.
71. C. de bon. mater. Caualc. in tracta. de vſufruct.
mulie. relict. nu. 162. & ſanè ſemper res oneribus ſeu
collectis obligata ſecũ defert onus ad emptorẽ, vt
per Iaſ. latè d. cõſ. 83. col. 1. & 2. Bero. d. conſ. 150.
nu. 30. & ſeq. proinde D. Io. And. q̃ emit pdia one
rib. obnoxia, nulla rõne dẽt excuſari a ſolutione.

Secũdò, q̃a & ſi per ſtatutũ loci probari videa-
tur Dños loci Villae eſſe immunes: tñ intelligi dẽt
ſtatutũ de his Dñis, qui erãt eo tpe, nõ de alijs qui
feudũ & iuriſdictionẽ acquiſiuerũt lõgo tpe poſt
ſtatutũ conditũ, vt fecit D. Io. And. nã immunitas
6 † in dubio eſt perſonalis iudicãda, l. ſemper, §. im-
munitatis. ff. de iure imm. l. forma, §. quamquã. ff.
de cẽſib. Alex. i cõſ. 101. col. 2. vol. 2. Iaſ. in cõſ. 89.
col. 2. verſ. ſed praemiſſis, vol. 3. Bero. in conſ. 173.
n. 68. vol. 1. Anan. in cõſ. 20. Feſtaſ. de collect. c. 8.
q. 22. nu. 15. & 31. Meno. in cõſ. 70. nu. 1. ideo con
ceſſa vni nõ extenditur ad filios, l. 1. §. fi. ff. de iure
imm. l. ſordidorũ, vbi gl. C. de excuſ. mun. li. 10. gl.
in l. medicos, in ver. filijs, C. de pfeſſo. & med. Nat
ta in cõſ. 242. nu. 2. q̃a ſecundũ eũ; priuilegia ſunt
ſtricti iuris, & nõ extẽdũtur de pſona ad perſonã.
Rol. in cõſ. 61. nu. 12. vol. 4. & q̃ priuilegiũ immu-
nitatis nõ egrediatur perſonã, voluit Bero. d. cõſ.
173. nu. 67. & dicit Natta in d. cõſ. procedere ẽt ſi
in alia pſona militet eadẽ rõ, Feſtaſ. d. c. 8. n. 13. &
7 nõ † tranſit ad haeredes priuilegiati, d. l. 1. §. fi. d. l.
ſemper, §. immunitatis. Iaſ. in cõſ. 20. col. 4. vol. 4.
Bero. cõſ. 133. n. 4. vol. 1. cũ alijs apud Rol. d. cõſi.
61. n. 12. & dicit idẽ Iaſ. d. cõſ. 89. q̃ immunitas con-
ceſſa pro haeredib. & ſucceſſorib. nõ includit ſingu
8 lares † ſucceſſores, Alba in cõſ. 34. nu. 4. q̃ tñ non
firmo, quia contrarium tenuerunt Alex. & Dec.
quos citat & ſequitur Feſtaſ. in d. tract. quaeſt. 22.
nu. 6. & ſeq. & ideo intelligi debet immunitas, de
qua loquitur ſtatutũ, de Dñis loci, qui tunc exta-
bãt, nõ de futuris: pro quo facit, quia ſi monaſte-
rio vel eccleſiae cõcedatur exẽptio, ea non trahitur
9 ad futuras † capellas, vt voluit Bart. poſt Cin. in l.
dãni. §. ſi is q̃ vnas, in fi. ff. de dam. infec. & eſt tex.
in c. cum capella, de priuil. Marſil. in pract. crim. in
§. aggredior, nu. 44. & dicit Bal. in c. inquiſitioni,
col. vlt. de appell. q̃ pax facta pro ſe & adhaerẽtib.
intelligitur de his, qui tunc erãt adhaerẽtes, nõ de
futu-

futuris:& faciũt,quæ paſſim dicũt Doctores de di
ſpoſitione,quę regulariter non trahitur ad futura.
Tertiò immunitas prædicta omni caſu videtur
reſtringẽda ad prędia,q̃ dñi habebant eo tpe,non
10 ad illa † q̃ poſtea acquiſiuerũt, q̃a immunitas eſt
ſtricti iuris,& venit reſtringenda, Bal.in cõſ.112.
quęritur,n.4.vol.1.ubi expreſsè concludit immu-
nitatẽ extẽdi nõ poſſe ad bona poſtea quęſita, q̃a
agitur de p̃iudicio reipub. allegat l.ſi ita, ff. de au-
ro & arg.leg.facit q̃ voluit Rub.in cõſ.32.in fi.vbi
pbat q̃ immunis a ſolutione decimarum, non eſt
immunis pro prędijs poſtea quęſitis, allegat c.pe.
de decim.& ſi hoc procedunt in priuilegio, multo
magis locũ habebunt in cõſuetudine,quæ eſt ſtri-
cti iuris,& odioſa,c.odia,de reg.iur.in 6. & reſtrin
21 gitur ad actũ,quo † eſt vſus,l.1.§.ſi quis hoc inter-
dicto,ff.de itin.actuq; priu.Alex.in cõſ.122.in fi.
vol.4.& tantũ conſuetudine acquiritur,quantũ ea
fuit ſeruatũ,l.quod meo,§.fin.ff.de acq.poſſ. ideo
22 præſcriptio † decimarũ non trahitur ad decimas
nouales,Abb.in c.cũ cõtingat,in ale.notab.de de-
cim.Soc.in conſ.275.col.3.verſ.ſed poſito,vol.2.
Quartò nõ eſt trahẽda immunitas ad bona re-
giſtrata,quia ea iã ſunt affecta onere collectarũ,&
ideo dicit in ꝓpoſito Iaſ.in cõſ.83.col.2.ver.itẽ p
23 tale reſcriptũ,vol.3.q̃ priuilegiũ † immunitatis ab
Imperatore conceſſũ Raimõdo & Gulielmo Ba-
uis pro p̃dijs acquiſitis & acquirendis, nõ extẽdi-
tur ad poſtea q̃ſita, quę erãt deſcripta in cataſtro,
ſed ad ea quę non erant onerib. obnoxia, quia ita
ſeruari videmus, ſm eũ, in eccleſia, q̃ & ſi habeat
immunitatem pro bonis p̃ſentibus & futuris,tñ ſi
acquirat bona iam obnoxia, cogitur onus ſubire,
q̃a res ad eã tranſit cũ ſuo onere: & dixit in ꝓpoſi
to Iul.Ferre.in trac.de gabell.n.403.q̃ priuilegiũ
conceſſũ ne quis ſoluat gabellas pro ſuis prędijs,
nõ refertur ad bona, quę p aliũ bona fide poſſide-
bãtur,& erãt deſcripta in libro eſtimi,licèt poſtea
ab immune recuperẽtur,quia redierũt affecta ſuo
onere.cũ ergo bona empta per D. Io. Andr.eſſent
omnia cataſtrata, cõſuetudo nõ extenditur ad ea.
Quintò res videtur in fauorẽ Cõitatis lucidior
ex inſtrumẽto cõuentionis celebratę de an.1470.
vbi expreſsè diſponitur,q̃ ſoli illi de familia Dea-
torũ & de Tibaldeſchis,tũc illius poſſeſſores ſuiq;
filij & heredes maſculi poſſent in futurũ bona ac-
quirẽda poſſidere immunia: nulla aũt fit mẽtio de
Dñis Cerrutis,quib. D.Io.And.titulo emptionis
ſucceſſit, ergo ad eos immunitas trahi nõ põt, q̃a
24 aliquorũ incluſio,eſt aliorũ † excluſio, l.cũ p̃tor,
ff.de iud.c.nomine,de p̃ſump.latè D. Becius cõſ.
55.n.11.Rol.i cõſ.61.n.11.vol.3.& facilè fuiſſet par-
tib. facere mẽtionẽ de Dñis Cerrutis, ſi talis fuiſ-
ſet earũ intẽtio,ideo videntur expreſsè noluiſſe,l.
vnica,§.ſin autẽ ad deficientis,C.de caduc.tollen.
Sextò cũ hęc immunitas fuerit ex cõſuetudine
acquiſita, videtur q̃ vniuerſitas Villę Deatorum
15 poſſit illã reuocare, † ſicuti ſi eſſet conceſſa p ſta-
tutum:nã conſuetudo eſt tacitũ populi ſtatutũ, &
paris ſunt potentię cõſuetudo & ſtatutũ, l.de qui-
bus,ff.de legib. & licèt ſtatutũ fiat expreſſo cõſen
ſu populi; conſuetudo verò tacito: tñ taciti & ex-
preſſi eadẽ eſt virtus,l.triticum,ff.de verb.obl.l.cũ
quid,ff.ſi cer.pet. immunitas aũt a ſtatuto cõceſſa
reuocari põt a ſtatuentib.l.2.in fi.ff.de iure immu.
ergo idẽ erit in immunitate, quę ſit acquiſita con-
ſuetudine,& per has rationes ita in terminis con-
cludit Cro.in conſ.64.nu.29.& ſeq.& pro confir-
matione poſſent multa adduci,quæ omitto.
Septimò extat Sereniſſimi Principis decretũ,
quo annullatur inueterata illa conſuetudo, quæ
longiſſimo tempore fuit obſeruata in hac patria,
vt acquirens iuriſdictionem in aliquo loco,efficia-
tur immunis pro bonis, quę poſſidebat in territo-
rio illius loci, etiã ſi antea conſueuiſſet agnoſcere
pro eis onera: fuit aũt abrogata dicta conſuetudo
tanquam iniuſta & præiudicialis,ac damnoſa rei-
publicæ: ergo eadem ratione deſtruenda eſt con-
ſuetudo,quod habens in vno loco iuriſdictionem
poſsit acquirere, & immunia retinere bona etiam
ſi prius eſſent regiſtrata,& obnoxia oneribus.
Octauò poſtquã Dñus Io. And. factus eſt do-
minus iuriſdictionis, & acquiſiuit bona de quib.
agitur,paſſus eſt bona deſcribi in eſtimo, ſeu regi
16 ſtro cõi, & tacuit per aliquot annos, ideo † vide-
tur immunitati renũciare, l.1.§.ſi quis tutor, ff.qñ
appel.ſit.& ibi dicit Ang.q̃ habens immunitatem
a datijs, & collectis, ſi patiatur ſe deſcribi in libro
grauaminũ,& non appellet infra decem dies, per-
dit immunitatem,& ſubdit illũ textum eſſe ad hoc
peregrinũ,& cõiter ignoratum comendat ibi Are.
tanquam menti perpetuò retinendũ, Abb.in c.cũ
acceſsiſsent,col.fi.vbi Fely.n.28.de conſti. Ale.in
conſ.101.n.10.vol.1.Iaſ.in l.prętor,§.fi.ff.de ope.
noui nun.alios citat Balbus in tract. pręſcrip. par.
4.q.30.n.7.Goza.in cõſ.23.nu.4.Crot. in cõſ.64.
nu.20.& ſeq.ſequũtur Dec.Caſsa.Crau.& Marã.
quos citat Feſtaſ.in d.trac.collec.par.5.c.1.nu.32.
Nonò & vltimò amiſit D.Io.Andr.immunita-
tem, ſi q̃ cõpetebat,& q̃ præter profeſsionem, &
cõſignationem proponitur eũ ſoluiſse onera pro
bonis quę poſt adeptã iuriſdictionem acquiſiuit:
17 immunis † enim qui ſponte ſoluit,ſibi pręiudicat,
vt probatur in l.1.& 2.C.de his, qui mun. ſponte
ſubeant,l.ſi adſcribatum,& l.hi,qui, C.de appel.
Abb.in cõſ.61.in fi.vol.2.Alex.in conſ.136. col.4.
vol.2.Fel.in d.c.cũ acceſsiſsẽt,in tertia regula,Go
zad.in d.conſ.27.n.7.Parpal.in l.placet,nu.27.C.
de ſacroſ.eccl.Crot.in d.cõſ.64.nu.21.vbi ſortius
poſt Bar.Bal.Abb.Rom.Felyn.& alios dicit vnicã
ſolutionem ſufficere, vt perdatur priuilegium im-
munitatis,Feſtaſ.in d.trac. in fine,par.5.nu.32.&
ratio eſt,quia faciens actũ iuri ſuo contrarium,vi-
detur illi iuri renunciare,& nolle vti, & cũ in p̃ſen
ti caſu factę fuerint plures ſolutiones, non videtur
dubitãdum,quin per eas D.Io.Andreas videatur
renunciaſse ſuo priuilegio, & ſeu iuri acquiſito ex
cõſuetudine,ſi vnica ſufficit ſolutio, arg.l.Baliſta,
ff.ad Tre. & ita quoq; a plurib. iteratis ſolutioni-
bus argumentum deducit Cro. in d.cõſ.64.n.23.

Cæterũ negocio diligentius examinato deſcen
do in contrariam ſnĩam, & cõcludo magnifi. Do-
minum Ioan. Andream Mazolã nõ teneri ad one-
ra agnoſcendũ pro bonis, quæ in territorio Villæ
acquiſiuit poſt adeptam iuriſdictionẽ in eo loco:
quia in loco viget antiquiſſima conſuetudo, quod
bona quæ acquiruntur per Dños, ſint immunia
ab onerũ & collectarum ſolutione, & de hac con-
ſuetudine conſtat ex ſtatuto ſub rubrica, de non
vendendo res alicui non ſoluenti taleas, quo di-
ſponitur ne quis poſſit vendere cuiquã bona, qui
nõ ſoluat taleas: exceptis tñ Dominis loci, q poſ-
ſint emere & alienare ſm antiquam conſuetudi-
nem, quæ in eo ſtatuto explicitè narratur; & nõ eſt
dubiũ, quod immunitas põt conſuetudine acqui-
18 ri, † nam põt acquiri priuilegio ſuperioris, l. 1. ff.
de iure immun. Bar. in l. vacuatis, C. de decurion.
19 li. 10. conſuetudo aũt † paris eſt potẽtiæ cũ priui-
legio, l. iã hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quo.
& æſtiua. c. ſuper quibuſdã, §. præterea, de verb. ſi-
gnif. c. cũ cõtingat, de foro compe. & in terminis;
q conſuetudo poſſit tradere immunitatẽ, & libe-
rationẽ ab oĩbus oneribus ẽt impoſitis occaſionẽ
bellorũ, eſt text. in l. 1. C. de excoctio. & trãſlat. mi-
lit. anno. li. 12. & ita tenet Crot. in d. conſ. 64. nu.
3. Nat. in conſi. 431. in prin. & paſſim ponunt Do-
ctores. dũ quærunt, quãtum tpis requiratur ad il-
lam inducendũ, & non eſt opus nunc quærere vel
demonſtrare, an tantum tpis elapſum ſit, quantũ
requiritur, vel an legitime ſit probata, attẽto q de
ea ſit diſpoſitiuè mentio in ſtatuto, & fuit ſm illã
cõſuetudinẽ iudicatum in Excellentiſſimo hoc Se
natu cont. cõmunitatem prædictam in fauorem
Dominorũ ſuper oneribus bellicis, vt videri põt
in ipſa ſnĩa lata de anno 1547. ex qua oritur etiã
aliud fundamentum in fauorem Dñi Io. Andreæ:
quandoquidẽ illa fecit tranſitũ in iudicatũ, & res
20 iudicata † habetur pro veritate, l. res iudicata, ff.
de reg. iu. l. ingenuũ, ff. de ſtatu hom. in c. diffiniti-
ua, 2. q. 6. & facit ens de non ente, & falsũ de vero;
gl. in l. ſi non ſortẽ, §. hæredi, ff. de cõd. indeb. cõpa
ratur naturę, l. 1. in fi. & l. fi. ff. de lib. agno. & l. quo
tieſcũque, C. de decu. li. 10. latè Cur. iu. in cõſ. 23.
col. pe. in fi. Cag. in d. l. res iudicata, & in d. ſtatuto
cõſuetudo, de qua agimus, appellatur antiqua, &
21 ita eſt immemorialis, q a antiquũ † dicimus quod
hominis excedit memoriã, vt p Caſtr. Abb. Imo.
Barba. Capol. Ale. Iaſ. Cur. ſen. Afflic. Dec. Cur.
iun. Capel. Thol. Rui. Caſſan. & Crau. quos citat
Meno. de arbitr. iud. caſu 3. nu. 6. vbi dicit cõem,
22 & tãti tpis conſuetudo probat † titulũ priuilegij
vel aliũ, q allegatur, c. 1. in fi. de pſcr. in 6. vbi gl. &
Hoſt. in c. q d per nouale, de ver. ſig. Dec. c. nouit,
12 *Inſtrumentum ſi a ſtatuto habeat exequutionem paratam, eam tamen non habebit ſi laboret vitio viſibili.*

13 *Teſtamentum in parte vitiatum ſuppleri poteſt per teſtes, & ibi quomodo procedat.*

14 *Inſtrumentum de iure non habet paratã exequutionem etiam iuratum; quod tamen limita, ut ibi.*

CONSILIVM CCLXIII.

VRGERE videtur primo aſpectu difficultas, quæ per magnificũ Dominum delegatũ mouetur cõtra Mattheum & alios Vllenſes, ad demõſtrandũ non eſſe admittenda eorũ capitula, quia actum fuit remedio l.fi. C. de edicto Diui Adria.tol. & Florina actrix ꝓduxit teſtamẽtũ Iacobi Villę eius viri non abolitũ, nec cancellatũ, & mittenda eſt in poſſeſſionẽ, non obſtante donatione, quam dicti Vllenſes produxere, quia eſt

ſuſpecta

ſuſpecta de falſo ex plurib. deductis in proceſſu,
1 & ſuſpicio † falſi in ciuilib. habetur pro falſitate, ſe
cundum famoſum dictum Archi. in cap. in memo
riam, 19. distinct. quem ſequitur Dec. in conſ. 448.
num. 20. Soc. in conſ. 15. colum. penul. vol. 1. cum
alijs apud Menoc. de adipiſ. poſſ. rem. 4. nu. 700. &
non debent Vllenſes admitti ad probandum veri-
tatem donationis, quia iudicium tentatũ eſt ſum-
marium, & non patitur recipi probationes, quę al-
tiorem exigunt indaginem, vt per Doctores in d. l.
fin. & vbi ſcriptura in eo iudicio producta, eſt ſu-
2 ſpecta, † non admittitur pars ad probandum per
teſtes ſcripturæ fidem, vt concludit Zucard. in d. l.
fin. num. 323. vbi dicit hanc eſſe nouam difficulta-
tem, quia iudicium eſt ſummarium, & in eo proce
ditur ex oculata fide, nec fides adhibetur teſtibus,
ſequitur Menoc. d. rem. 4. num. 704.

Verumtñ pręmiſſis non refragantibus, arbitror
capitula eſſe admittenda ex generali regula, quæ
3 vult qđ in dubio capitula debent † admitti, Hoſt.
& Imo. in c. per tuas, de teſtib. Cur. ſen. in conſ. 70.
col. pen. Dec. in conſ. 162. col. 2. cũ alijs apud Rol.
in conſ. 34. nu. 4. vol. 3. quia id eſt munus præiudi-
ciale partibus, pręcipuè ſtante ducali decreto, quo
diſponitur quòd omnia capitula admittantur re-
ſeruatis exceptionib. in fine litis; & inquit Rol. in
loco præallegato poſt Alber. & Cur. quòd melius
eſt mille admittere impertinentia capitula, quàm
vnum reijcere, quod ad cauſam pertineat, Menoc.
conſil. 2. num. 360. & ſeq. & quamuis iudicium in
remedio dictæ l. fin. ſit ſummarium, tamen is, qui
habet titulum & poſſeſſionem a teſtatore, eſt legi-
4 timus cõtradictor, † vt probant Doctores ibi, pręci-
cipuè Bar. nu. 21. ver. 2. caſu. & in donatario quòd
5 impediat miſſionem requiſitam † ab hęrede vigo-
re dicti remedij voluit Oldr. in conſil. 139. num. 9.
Alexand. in conſ. 83. num. 6. verſi. & ſubdit, in eo-
dem volum. comprobat latè Menoc. d. rem. 4. nu.
588. vbi fortius poſt Dec. vult procedere, quando
donatarius poſſeſſionem propria authoritate ap-
præhendiſſet poſt teſtatoris mortem, id quod vo-
luit etiam Bero. in conſil. 60. num. 4. vol. 2. ipſi ve-
rò de Vlla habent donationem factam a teſtatore,
qui conſtituit ſe illa bona tenere eorum nomine.

Non obſtat igitur qđ ſit de falſo ſuſpecta, quia
rñdetur ſuſpiciones allegatas eſſe leuiſſimas, & nõ
conſideratas a lege. Secundò dicitur, quod huiuſ-
modi ſuſpiciones non ſunt admittendæ in pręſen-
ti judicio ſummario contra reos, ſicuti non admit-
terentur contra actorem: non debent enim iudica-
ri ad imparia. & ſicuti ad impediẽdum miſſionem
non audiũtur exceptiones indaginem requirẽtes,
ſed ſola facta ſummaria cognitione actor mittitur
in poſſeſſionem: ita ſufficit ſummaria cognitio, &
parte reorum ita arguit Bero. d. conſi. 60. num. 3.

Rñdeo tertiò, quod ſuſpicio falſi habetur pro
6 ſalſitate, † niſi inſtrumẽti fides aliter cõprobetur,
vti dicit text. in l. iubemus, C. de probat. & in cap.
olim ex literis, de reſcrip. Inno. in c. 1. nu. 8. de fide
inſtru. Spe. de inſtru. edit. §. breuiter, nu. 13. Caſt.
in conſi. 103. nu. 2. vol. 2. Præpoſ. d. cap. in memo-
riam, nu. 10. Neuiz. in conſ. 68. nu. 35. in propoſi-
to autem capitula tẽdunt ad probandum veritatẽ
contentorum in inſtrumento donationis, & tollen
dum illas ſuſpiciones, quæ obijciũtur; & id multo
magis concedendum, ſtante quod conuenti offe-
runt probationes in promptu, & dicunt ſe velle in
continenti probare per hodie conſtat, quo caſu pro
batio eſt admittenda per ea, quæ ponuntur in l. 2.
C. de edicto diui Adria. tol. Nam & ſi exceptio fal
ſitatis inuiſibilis non ſoleat admitti contra teſta-
mentum ad impediẽdum miſſionẽ, vt ibi: tñ fallit,
7 qñ reus vitium probare vellet incõtinenti, † vt vo-
luerunt Bal. Saly. Alex. Iaſ. & alij ibi, Alber. in l. fi.
nu. 6. C. eo. tit. cum plurib. alijs citatis per Menoc.
d. rem. 4. num. 729. Zucard. d. l. fin. nu. 323. Neuiz.
in conſil. 56. per totum, vbi vult quod admitantur
capitula, ſi exceptio ſit oppoſita in princ. cauſæ, &
antequam de immiſſione ſit cognitum. ſicuti igi-
tur reus ad impediendum immiſſionem probare
poteſt falſitatem teſtamenti, ita poteſt ad eundem
finem comprobare veritatem donationis.

Quartò rñdeo, quod in præſenti caſu illi de Vl-
la non allegant ſimpliciter donationem ad probã-
dum titulum, ſed etiam ad probandum ſuam poſ-
ſeſſionem vigore conſtituti in ea donatione appo-
ſiti, quæ poſſeſſio infert in conſequentiã, quod te-
ſtator non poſſidebat hæc bona tpe mortis, ſed ea
poſſidebantur per donatarios vigore conſtituti; &
deficiente poſſeſſione teſtatoris, non cõpetit reme
dium d. l. fin. vt dicit ibi text. & Doct. in propoſito
autem negari non poteſt, quin cõuenti poſſint ad
impediendũ miſſionem ſeu exequutionem proba
re, quod defunctus non poſſidebat tempore mor-
tis, quia hoc facit deficere vnũ ex ſubſtantialibus
& probatur hæc concluſio ex his, quæ ponit Caſt.
in d. l. fi. nu. 6. verſi. quilibet autem, vbi dicit quod
quilibet poſſeſſor pro defenſione ſuæ poſſeſſionis
8 † admittitur ad oſtendendũ, quod tenuta non va-
let, quia illa bona non poſſidebantur per defun-
ctum tempore mortis, Alex. nu. 23. verſ. addit etiã
vnum Iacobi, nu. 46. circa med. Dec. num. 41. Zu-
card. d. nu. 392. Meno. d. rem. 4. nu. 583. & fortius
dicit Zucard. in loco prædicto, quod hoc procedit
etiam ſi contradictor habuiſſet poſſeſſionem poſt
mortem teſtatoris, & careret titulo, quia poſſeſſor
non cogitur alicui reſtituere poſſeſſionem niſi pro
banti ſuam intentionem, vt dicitur in l. fi. C. de rei
vendic. etiam ſi poſſeſſor nullam habeat iuſtam
cauſam poſſidendi, vt ibi dicitur, & ſubdit ibi Bal.
quod non curamus de iure poſſeſſoris ſi non con-
ſtat de iure petitoris, & ita intelligit quoque Caſt.
loco prædicto, qñ dixit qđ quilibet poſſeſſor põt
allegare qđ defunctus nõ poſſidebat. ita ẽt loquũ-
tur Alex. & Iacob. dum faciũt mentionẽ ſolum de
poſſeſſione præſentis tpis, quia ſua intereſt ne ex-
pellatur, & fortius dicũt Doctores quod ẽt qui nõ
poſſidet, impedit miſſionẽ, ſi probet defunctũ non
poſſediſſe tpe mortis, nõ quia ſit contradictor le-
gitimus, ſed quia hæres nõ probat id, quod eſt ſuę
inten-

Intentionis ſundamentum, vt poſt Bartol. & alios
concludit Dec.d.l.fin.num.40.ver.2. limitatur.&
eſt aduertendum, quòd prædicta procedũt etiam
quando reus non offert ſe probaturũ incontinen-
ti: Nam Caſt. ibi dicit quod quilibet poſſeſſor po-
teſt probare, quod illa bona non poſſidebãtur per
defunctum, & ſubdit quod etiam admittitur ad
probandum de non iure petentis, & excipiendum
de iure tertij, ſi tamen incontinenti probet, & ita
requirit Caſtren. promptam probationem, quan-
do reus exciperet de iure tertij, vel opponeret de
non iure petentis circa titulum, vt quia non eſſet
hæres; idem tenent Alex.nu.23.& Iacob.nu.45.&
ſeq. dum volunt probationem incontinenti offer-
ri, quando reus allegat ea, quę concernunt petito-
rium, non quando ea; quæ reſpiciũt poſſeſſorium.

Rurſus etiam ſi probatio incontinenti eſſet ne-
ceſſaria ad impediendum miſſionem ex remedio l.
9 fi. tamen poſſeſſor † non expellitur a ſua poſſeſſio-
ne, niſi plenè excuſſo negocio in plenario poſſeſſo
rio vel petitorio, & tunc non eſt neceſſe quod ex-
hibeantur probationes incontinenti. ita concludit
Caſt. in d.l.fi.nu.15.verſi. præterea etiam. & ratio
eſt, quia illa miſſio fit ſaluo iure cuiuſcunque poſ-
ſeſſoris, proinde fit trãſitus de poſſeſſorio ad peti-
torium, ſequitur Zucar.nu.393. id quod obtinet,
licèt is allegaret ſimplicẽ poſſeſſionem ſine titulo:
quia, vt expellatur, fieri debet cum eo plena cogni
tio, quod ne prædo quidẽ re incognita ſit ſua poſ-
ſeſſione priuãdus, c. licèt Epiſcopus, de præben. in
ſexto, Zucar.d.l.fi.nu.372.Meno.d.rem.4.n.563.

Nec aduerſatur quòd vbi ſcriptura exhibita in
remedio l.fin. eſt ſuſpecta, non liceat eam teſtibus
comprobare: quia reſpondeo hoc eſſe verum in
ſcriptura teſtamenti, non autem in alia quauis. &
ratio diuerſitatis eſt, q̃a teſtõ tribuitur a lege exe-
10 quutio propter † oculatã fidem inſtrumenti, non
autem propter teſtium auditum, vt dicit Bald. in l.
1.C. vt in poſſeſſ. legato.nu.2. & iudex in eo reme
dio tenetur ſequi ſolam teſtamenti apparentiam,
vt voluit Bal.d.l.fi.nu.6. vbi Dec.nu.16. & alij re-
lati per Meno.d.rem.4.nu.683. & priuilegium il-
lud ſummarię cognitionis, & exequutionis tribui-
tur ſcripturæ, non teſtibus, vt dicit Bal. loco prędi-
cto, ſequitur Zucard.nu.323. Menoc.d.rem.4.nu.
704.& ſeq. comprobat Barbatia in rub.C. qui ad-
mitti, nu.117. hinc videmus, quod illa exequutio
11 † non tribuitur teſtamento de quo non appareat
ſcriptura, ſed ſolo teſtium dicto ſit probatum, ſe-
cundum Bart.d.l.fi.nu.17.verſi. procedo vlterius,
vbi limitat quãdo de dicto teſtium eſſet facta ſcri-
ptura, quia illa habet exequutionem paratam ſi-
cuti teſtamentũ in ſcriptis, ſequitur ibi Ang. Caſt.
Alex. & alij, quos citat Menoc.d.rem.4.nu.96. vbi
plures citat. ideo ſi ſcriptura, quę habet priuilegiũ
a lege ſit ſuſpecta & comprobetur teſtibus; fides
& validitas conſiſtet non amplius in ipſius ſcriptu
ræ oculata fide, ſed in teſtib. non mirum itaque ſi
tunc non datur exequutio, & non licet ſcripturam
teſtib. cõfirmare. in alijs vero ſcripturis, quib. nul-
lum a lege inductũ eſt ſpeciale priuilegium contra
iuris regulas ſi ſint in aliqua parte ſuſpectæ, cõpro
batur fides eorum per teſtes, vt dicitur in d.l. iube
mus, C. de probat. & id quod dicimus in teſtõ pro
cedit in quacunque ſcriptura cui a lege vel ſtatuto
tribuatur plena fides ex ſola ipſius apparentia, &
ideo ſi ſtatutum cuicũque inſtrumento concedat
12 † exequutionem, vt quia dicat, viſo inſtrumento
ſic fiat, tunc inſtrumentum debet eſſe ſine viſibili
vitio, & ſi aliquam patiatur maculam, non poterit
teſtib. comprobari, vt per Iaco. But. in auth. ſi quis
in aliquo, C. de eden. Bald. in d.l.1.num.2.C. vt in
poſſ. legat. vbi dicit q̃d ſi ſummaria cognitio pro-
cedit ex oculata fide non ex auditu teſtiũ, requiri-
tur ſcriptura nullam habens euidẽtem maculã, &
ſi aliquã habeat non poterit validari teſtibus, Fe-
lyn. in c. ex literis, nu.15.ver. nota ſexto, de fid. in-
ſtru. Zucar.d.l.fin.nu.324.& ſeq. Meno.d.rem.4.
nu.705. vbi vero ſcriptura nõ habet exequutionẽ
paratã, nec ei a lege vel ſtatuto ſũmaria tribuitur
cognitio, tũc ſi aliquod in ea appareat vitiũ pote-
rit per viuã teſtiũ vocẽ corroborari, d.l. iubemus,
per quam ita dicit Bal. in l. ſi veritas, nu.4.C. de fi-
deic. vbi ſubdit ſufficere vnicũ teſtem, & quod fi-
des ſcripturæ ſuſpectæ non comprobetur teſtibus
ea ratione, quod priuilegium ſummariæ illius co-
gnitionis ſit ſcripturæ conceſſum, non aũt teſtib.
probatur, quia ſi quis nõ agat exequutio remedio,
d.l. fina. ſed via ordinaria petat hæreditatem vel le
gatum ex teſtõ, eo caſu ſi teſtamẽtum ſit in aliqua
parte caſum, cãcellatum, vel vitiatum, poterit eius
13 fides ſuppleri per † teſtes vt voluit Bar. in d.l. fin.
nu.15.verſi. eſt etiam quędam alia. dicens eſſe dif-
ferentiam inter remediũ illius legis, & petitionem
hæreditatis, quia ſi teſtamentum ſit vitioſum in
aliqua parte, nõ ſuppletur ex teſtibus, ſed ſecus ſi
actum eſt alio remedio, ſequitur Iaſ. ibi num.19.
ver. ſexto notabiliter, & Dec.num.37.ver. ſed iſta
opinio, & dicit ibi Caſtr.num.6. quod vbi vitium
legitur in ſcriptura, tunc in iudicio poſſeſſorio nõ
exquiritur veritas an illud vitium annullet teſta-
mentum vel non, quia ſicuti de facili ſcriptura vi-
tio carens admittitur, ita de facili repellitur ſine
examine ſi continet vitium, ſed in petitorio, tunc
plenè cognoſcitur, quid operetur illud vitium, &
veritas diſcutitur, ſequitur Alex.num.17. dicens
quod in petitorio inueſtigatur veritas, Zucar. nu.
326.& hanc diſtinctionem facit Bal. in l. ſi.nu.12.
ver. ſed quid ſi ſcriptura, C. de fideicomm. dicens
quod ſi teſtamentũ eſt ſolemne, ſed in aliqua par-
te vituperatum, non erit exequibile in iudicio ſum
mario etiam ſi confirmatum ſit per viuam vocem
teſtium; ſed vbi teſtamentum producitur in iudi-
cio non ſummario, poterit eius fides ſuppleri per
viuam vocem, & tunc probatio mixta per teſtes,
& per inſtrumentum, & cum ſequitur Aret. in l.
certi condictio, §. quoniam, colum.2. in fi. ff. ſi cer.
peta. Fel.d.c. ex literis, nu.15.ver. nota ſexto, quòd
ſi non agitur de cognitione ſummaria, poterit ſcri
ptura vitiata corroborari per teſtes, & in ca. ſicut,

colum,

colum.2.verſic.prima declaratio, de re iudic. hoc etiam modo diſtinguit Cotta in meme. incip. inſtrumentum raſum, & Menoc. dicto rem.quarto, nume.709. & hæc non ſolum procedunt in teſtamento, ſed etiam in quocunque inſtrumento cui a lege tribuatur ſummaria exequutio, quia ſi ſit vitiatum in aliqua parte, poterit fides teſtib. ſuppleri non quidem ad effectũ vt agẽs gaudeat ſummaria cognitione, ſed vt via ordinaria cõſequatur ius ſuum, vt per Bal.d.l.fin.facit quod poſuit Bart.in l.3.nu.26.ver. prædicta intelligo vera, C.de pign. vbi inquit ſtante ſtatuto quod iudex ſtatim viſo inſtrumẽto exequatur ſine libello, ſi quis velit per teſtes probare conuentionem, quod liceat prædiũ ingredi propria authoritate, inquit Bart. quod nõ erit locus ſtatuto, ſed dandus erit libellus, & ſuper eo recipiendi via ordinaria, allegat notata per gl. in dicta l.fin.C.de edicto diui Adr. & idem Bart. in l.prima, §.fin.in fine, ff.de his, quæ in teſtamen. delen. dicit quod ſi ex forma ſtatuti inſtrumenta habent paratam exequutionem, & quis amiſſo inſtrumento velit probare per teſtes illius tenorem, non erit procedendum exequutiuè, ſed ordinariè libellum dando, ſequitur Caſtrenſ.ibi, numero 4. & in l.noſtram, numero 5.C.de teſtam.in præſenti autem caſu Vllenſes non vtuntur inſtrumento teſtamenti, nec agunt remedio l.fin.de edicto diui Adria. ſed produxerunt inſtrumentum donationis, quod non habet a iure exequutionem paratã,
14 quia regulariter inſtrumenta non habent † paratam exequutionẽ, l.minor annis vigintiquinque, cui fideicommiſſum, ff.de minor. Ang.in l.ſi cum dotem, §.eo autem tempore, ff.ſoluto matrimon. & in l. ait prætor, §.primo, vbi Imola, & alij, ff.de re iudic. Bald. in l.prima, colum.1.C.de exequutio.rei iudi. Iaſ.in l.vltima, num.6.C.de edicto diui Adria. Ruinus in conſilio 144. num.7. volum. quarto, Socin. in conſilio 120. nu.10. volum.primo, Cotta in memor. incip. inſtrumentum publicum, Boer. in deciſio.295.numero quinto, etiam ſi ſint iurata, dum ne habeant iuramentum delatum a parte parti, vti declarat Iaſ. in l.ſecunda, nume.20.ver.quartò notabiliter limita, ff.de iureiuran. Soci.in dicto conſil.120.Matheſil.ſing.20. additio ad Bartol.dicta l.ſecunda, de iureiuran.& ideo admitti debent ad probandum per teſtes fidem inſtrumenti donationis, ex quo ceſſat ratio ſummariæ cognitionis, quæ excludit viuam vocem teſtium, nam donatori non adhibetur fides propter ſcripturæ euidẽtiam vel oculatam fidem, ſed propter eſſentiam, ita vt ſi voluiſſent Vllẽſes eam probare per teſtes, fuiſſent admittendi: eodem ergo modo admittendi ſunt ad comprobandum inſtrumentum per teſtes.

S V M M A R I V M.

1 *Incertitudo vitiat omnem actum, præcipuè inſtitutionem, legatum, aditionem, citationem, cõfeſſionem, libellum, poſitiones, probationes, laudum, ſententiam, & plura alia.*

2 *Hares debet in teſtamento nominari proprio teſtatoris ore.*

3 *Subſtitutus debet a teſtatore nominari.*

4 *Incerta perſona poteſt inſtitui fauore piæ cauſæ, & in dubio ipſa cauſa videtur inſtituta.*

5 *Captatoria voluntas non valet, etiam in milite, & ibi vide rationem.*

6 *Captatoria voluntas vt valeat, lex, vel ſtatutum inducere non poteſt, ſed contra ibi.*

7 *Eligendi facultas conceſſa a teſtatore extinguitur facta prima electione.*

8 *Electus videtur a teſtatore qui eligitur ab eo, cui teſtator commiſit ius eligendi.*

9 *Spurius poteſt nominari a patre, qui fuit deputatus exequutor ad diſtribuendum bona.*

10 *Electio ſemel facta non variatur, quando ius eligendi fuit ſimpliciter conceſſum a teſtatore.*

11 *Donatio cauſa mortis cum pacto non reuocandi, trãſit in donationem inter viuos.*

12 *Electio ſemel facta non variatur, quando competit alieno iure non proprio.*

13 *Electio non variatur, quando facultas eligendi confertur a teſtatore.*

14 *Electio fieri poteſt viuente grauato, quando grauatur quis reſtituere cui elegerit grauatus reſtituere in diem, vel ſub conditione, poteſt ante diem vel conditionem reſtituere, vbi amplia.*

15 *Electio debet ſtatim fieri, nec poteſt differri ab eo, cui teſtator commiſit.*

16 *Incerta perſona legari, & fideicommitti poteſt, quando certificanda venit ex futuro euentu.*

17 *Incertitudo perſonæ non vitiat, quando declaranda venit ab eo, cui teſtator dicit ſe ſecreto nominaſſe.*

18 *Inſtitutio valet incerta perſona declaranda a Titio cui teſtator nominauit in ſecreto.*

19 *Declarationi iurata ſtandum eſt eius, cui teſtator commiſit, etiam nullis concurrentibus coniecturis.*

20 *Voluntas & poteſtas debent concurrere in quocunque actu.*

21 *Incertitudo non vitiat legatum, quando venit perſona declaranda ab eo cui teſtator commiſit.*

22 *Captatoria non eſt voluntas, ſed ſuſtinetur, quando non ſubſtantia, ſed exequutio confertur in aliquem.*

23 *Captatoria non eſt diſpoſitio, ſi confertur non in liberam voluntatem, ſed in arbitrium.*

24 *Electio variari poteſt, quando facta eſt ante tempus.*

25 *Declaratio eorum, quæ variantur tempore, non poteſt fieri ante tempus.*

26 *Repudiari vel adiri non poteſt hæreditas antequam ſit delata.*

27 *Electio facta ante tempus ſuſtinetur vt ex nunc, ſi eligens perſeuerat in ea voluntate.*

28 *Electio facta ante tempus, mutari ſemper poteſt.*

29 *Electio poteſt variari, quando electus deceſſit ante purificatum fideicommiſſum.*

30 *Omiſſum non dicitur id, quod teſtator diſpoſuiſſet, ſi de eo fuiſſet interrogatus.*

31 *Subſtitutio efficitur caduca, ſi ſubſtitutus decedat ante conditionis euentum.*

32 *Electione non facta ſuccedunt omnes ij, ex quibus fieri debebat electio.*

33 *Electio non variatur, quando ius per eam eſt electo acquiſitum.*

34 *Electio nõ mutatur, quãdo trahit ſecũ exequutionẽ.*

35 *Voluntas vltima eſt reuocabilis, & hoc eſt de eius ſubſtantia, & infertur ad alia.*

36 *Donatio nõ valet, ſi fit in caſu quo reuocatur legatũ.*

37 *Donatio cauſa mortis facta in teſtamento, reuocatur reuocato ipſo teſtamento, licèt teſtator promiſerit eam non reuocare.*

38 *Traditio facta ſub commemoratione legati, reuocatur ſi legatum reuocetur.*

39 *Procurator reuocari poteſt, non obſtante pacto de non reuocando.*

40 *Iurans non reuocare teſtamentum, poteſt nihilominus aliud facere.*

41 *Iurans non reuocare procuratorem, poterit reuocare, licèt efficiatur periurus.*

42 *Iuramentum intelligitur rebus ſic ſtantibus.*

43 *Iurans non reuocare teſtamentum, non fit periurus, ſi ex iuſta cauſa reuocet.*

44 *Renunciatio hæreditatis continet tacitam conditionem, ſi hæreditas renuncianti deferatur.*

45 *Iuramentum continet illas conditiones, quas continet actus ſuper quo interponitur.*

46 *Electio facta alieno iure variatur, ſi peccat in ſua forma.*

47 *Electio ſtatim fieri debet, quando is qui debet eligere, eſt grauatus reſtituere, alias ſecus.*

48 *Electio ſtatim debet fieri, quando eligendus eſt vocatus purè, ſecus ſi in diem, vel ſub conditione.*

CONSILIVM CCLXIIII.

DILIGENTER inſpecto teſtamẽto
Antonij della Brina, videtur quòd
nominatio, quam Catherina eius
vxor fecit ad fauorem Iſabellæ eius
filiæ, non poſſit ſuſtineri, nec man-
dari exequutioni. Primò, quia diſpoſitio dicti An-
tonij, qua ad fideicommiſſum decedente Ioanne
Dominico eius filio ſine filijs, vocauit illam ex fi-
liabus, quam vxor elegiſſet, nõ eſt valida propter
1 incertitudinem, quæ † ſolet actum vitiare, l. cum
duo, vbi glo. ff. de in diem addict. Bart. in l. quidã,
ff. de reb. dub. latiſſimè proſequitur Marſil. in rub.
C. de probat. num. 354. vbi concludit, incertitudi-
nem vitiare omnes ferè actus hominum, ſed præci-
puè libellum, poſitiones, probationes, accuſatio-
nem, ſententiam, laudum, citationem, confeſſio-
nem, aditionem hęreditatis, tutelam, dationem in
ſolutum, dationem libertatis, deputationem exe-
quutoris, ſtipulationẽ, locationem, emphyteuſim,
& multa alia. & incertitudo vitiat legatum, l. quo-
ties, ff. de vſufructu, l. ſi fuerit, ff. de reb. dub. l. cum
poſt, §. gener, ff. de iure dot. §. legari, cũ §. ſeq. In-
ſtit. de legat. l. ſecunda, ff. de his, quæ pro non ſcri-
pt. hab. Bart. in l. quidam relegatus, ff. de reb. dub.
vbi Bart. Raph. Iacob. Put. Caſtrenſ. Soc. & alij,
Marſil. dicta rubr. C. de probat. num. 374. vbi poſt
Bartol. inquit, quod ſi teſtator relinquat Titio, &
duo ſint eiuſdem nominis, non valebit legatum,
& neutri erit præſtandum, Mantica in tracta. de
coniectu. vltim. volunt. lib. 8. tit. 4. nu. 18. & 20. &
idẽ eſt in reſtitutione, quæ vitiatur propter incer-
titudinem, l. in tempus, §. fin. ff. de hæredib. inſtit.
Alciat. in conſil. 551. nume. 1. verſi. quarta ratio,
Marſil. dicta rubr. nume. 375. Mantica lib. 4. tit. 6.
num. 1. & idem eſt in fideicommiſſo, vel ſubſtitu-
tione, quæ eſt nulla, ſi perſona ſubſtituta ſit incer-
ta, l. Paulus, la ſeconda, ff. de rebus dub. l. tertia, §.
ſi quis duobus, ff. de adimen. legat. Alciat. dicto
conſil. 551. numero 1. ſicuti enim in inſtitutione
2 † hęres debet proprio teſtatoris ore nominari, l.
hæredes palam, in princ. ff. de teſtam. l. ſancimus,
C. eod. titulo. late probat Dominus Becius in con
ſil. 86. nume. 19. ita quoque in ſubſtitutio. debet
3 eſſe expreſſa perſona † ſubſtituti, dicta l. Paulus,
la ſeconda, Ruyn. in conſi. 177. nume. 3. volum. 2.
Pariſ. in conſilio 82. nu. 14. volum. ſecundo, Man-
tica dicto tit. 4. numero 1. & ſequen. & eſt indu-
4 ctum ſpeciali fauore piæ cauſæ, † quòd ſuſtinea-
tur relictum incertæ perſonæ, l. nulli, l. ſi quis ad
declinandam, & l. id, quod pauperibus, C. de epiſ.
& cler. cap. cum tibi, de teſtamen. alios citat Tira-
quel. de priuil. piæ cau. priuil. 64. vbi idem dicit fa
uore libertatis, Clar. de teſtamen. quæſtio. 6. nu. 5.
latè Vaſqu. in tract. de ſucceſſio. crear. §. 17. nume.
80. vbi dicit, hanc eſſe communem omnium ſen-
tentiam, in tantum vt cenſeatur in dubio inſtituta
pia cauſa, quando perſona non eſt expreſſa, ſed
commiſſa inſtitutio in volũtatem alicuius, vt pro-
bat tex. in d. c. cum tibi, quem ita intelligit Innoc.
& ſequuntur omnes tam Legiſtæ, quàm Canoni-
ſtæ, vt ibi dicit Abb. num. 4. & Didac. Crot. in con
ſilio 11. num. 7. & 10. Clar. dicta quæſtio. 6. num. 6.
vbi dicit caſum d. cap. cum tibi, eſſe ad hoc mira-
bilem, Mant. d. tit. 4. nume. 21. in cæteris ergo non
admittitur incertitudo.

Secundò videtur prædictam diſpoſitionem nõ
ſuſtineri tamquam captatoriam, ex quo eſt colla-
ta in uoluntatem Catherinæ vxoris, quæ poſſit ad
ſucceſſionem ſeu fideicommiſſum eligere quam
vellet ex filiabus teſtatoris: vltima enim volun-
5 tas † non debet pendere ab alicuius præterquam
diſponentis uoluntate, l. Senatus, §. legatum, ubi
gloſſ. & Doctor. ff. de legat. 1. l. captatorias, l. ille
autem, l. illa inſtitutio, ff. de hæred. inſtitut. l. ca-
ptatoriæ, ff. de legat. primo, l. captatorias, C. de te-
ſtam. milit. ubi quod non ualet etiam militis ca-
ptatorias uoluntas. & ratio eſt, quia teſtamentum
eſt propriæ, non alienæ uoluntatis iuſta ſenten-
tia, l. prima, ff. de teſtamen. & cum ſit de ſubſtan-
tia diſpoſitionis, non poteſt mutari, ut per Doct.
in locis prædictis, Corne. in conſi. 258. colum. pri-
ma, uolum. primo, & in conſil. 156. colum. ſecun-
da, uolum. quinto, latè citans alios Vaſq. de ſuc-
ceſſ. creat. lib. ſecundo, §. 17. numero 77. Alciat. in
conſil. 551. numero 1. & dicit Bald. in conſil. 114.
uolum. 4. duplici ratione non ualere huiuſmodi
diſpo-

diſpoſitionem.prima, quia teſtator dẽt nominare
hæredem; ſecunda, quia debet per ſe ipſum teſta-
ri, non per alium. & quamuis inter Doctores ſit
cõtentio,quę ſit captatoria inſtitutio,vt per Vaſq.
loco prædicto, Didac.d.c.cum tibi, Eman. Coſta
ſelect.interpret.lib.primo,ca.vigeſimoprimo,nu.
7.Connan. lib. decimo, cap.ſexto. tamen conue-
niunt omnes vitiari & eſſe nullam, quando pẽdet
ab alieno arbitrio; & adeo eſt reprobata,quod nõ
6 valeret † in contrarium lex, qua diceretur valida
diſpoſitio captatoria, Bened.in cap. Raynutius,in
ver.conditio,il primo,nu.quinto, de teſtam.quia
continet dolum, & improbam alienæ hæreditatis
ambitionem; qua ratione ita ante eum dixerunt
Aretin.& Iaſ.in l.ſecunda,in princip.ff.de vulg.&
pupil.quos ſequitur etiam Didac. d.ca. cum tibi,
num.13.eſt verum,quod contrarium tenent mul-
ti,quos citat Tiraquel.de leg.connub. gl.quinta,
nu.96.Vaſqu.de ſucceſſio. creat.lib.1.§.1.nu.19.
& lib.2. §.17.num.86.

Tertiò poſita diſpoſitionis validitate, videtur
quòd ſecunda nomiuatio facta de eius filia, ſit nul
la: nam longe antea, & dum viueret Ioan. Domi-
nicus hæres, eadem Catherina nominauit & ele-
git Catherinam eius primã filiam,& eius facta no
minatione extincta eſt facultas eligendi,quam te-
7 ſtator † conceſſit vxori,l.apud Aufidiũ, de optio.
leg.l.huiuſmodi, §.Stichũ, ff.de leg. primo, l.ſta-
tuliberum, §. Stichum, ff.de leg. ſecundo, l.ſerui
electione,in princip.ff.de leg.primo, & præcipuè,
quando (vt in caſu) poteſtas eligendi confertur a
teſtatore: nam diſpoſitio teſtatoris æquiparatur
legi,§.diſponat, in Auct.de nupt.l.teſtandi, C.de
teſtam. vbi verò electio tribuitur a lege, non eſt
permiſſa variatio, l. ſi pluribus, in fi.ff.de leg.pri-
mo,l.cuius bonis, ff.de curat.ſurio.ergo idem ſer-
uari debet, quando eſt data ex vltima voluntate.

Quartò facit, quia cum talis electio fiat in exe-
quutionem diſpoſitionis factæ a teſtatore, idẽ eſt
ac ſi Catherina fuiſſet ab ipſo nominata teſtato-
8 re, quia tribuitur † actus teſtatori mandanti, non
vxori exequenti,l.ſi hæres teſtamento,ff.de actio.
empt.facit quod voluit Soci.in l.Marcellus,§.res,
quæ,in fine,ff.ad Trebellian.Ferdinan.in l.filius-
familis,§.diui,num.44.ff.de leg.primo,& probat
tex.in l.vnum ex familia,§.primo,ff.de leg.ſecun-
do,vbi not.Caſtr.& idem tenet Crot.in conſi.11.
nu.24.& in conſi.48.num.13.vbi dicit,quòd tali-
ter electus habet ius a teſtatore, non ab eligente,
Simon de Pret.lib.primo,ſolu.5.nu.23.& per di-
ctum tex.inquit Alex.in l.ſi is,qui,la prima,nu.6.
ff.de vulg.& pupill.poſt Caſtren.ibi,num.5.quod
9 & ſi pater nihil poſſit relinquere filio ſpurio, † ſi
tamen ſit deputatus exequutor ab alio ad diſtri-
buendum bona in pauperes, poterit in proprium
filium ſpurium diſtribuere, quia is conſequitur
non a patre,ſed a teſtatore,qui mandauit diſtribu
tionem fieri.idem tenuit Iaſ.nu.7.in fi.& Zaſ.nu.
12.Mantica de coniect.vltim.volun.lib.8.ti.5.nu.
11.& ſeq. vbi per eandem rationem dicit q exe-
quutor non poterit nominare ſpurium teſtatoris,
quia is habere videtur a teſtatore, cui tamen pro-
hibitum eſt ſpurio relinquere. facta igitur ſemel
electione, conſumata eſt teſtatoris diſpoſitio, &
non licet vlterius variare.

Quintò comprobatur, quia facultas nominãdi
fuit a teſtatore conceſſa ſimpliciter & indiſtinctè,
10 ideo non† poteſt mutari,ſi ſemel fuit facta,& vo-
luit glo.in l.vnum ex familia,in prin.in ver. mute-
tur,ff.de leg.ſecundo, ſequuntur ibi Cy.Bar.Bal.
Imola,Caſtr.& alij, & dicit Crot. in conſi.11.nu.
34.quod nemo diſcrepat; & ratio eſt, quia ꝑ ele-
ctionẽ primo factã nominatus acquirit ius, quod
deinde non poteſt tolli ſine ſuo facto, etiã ſi foret
quæſitum de facto eligentis,l.ſi partem, §.primo,
ff.quemadm.ſeruit.amitt.l.fi.ff.de pact.l. in inſu-
lam,§.fi.ff.ſolu.matrim.Crot.d.conſi.11.nu.22.
vbi per hanc rationem concludit in noſtris termi-
nis electionem ſemel factam eſſe irreuocabilem.

Sextò accedit,quod Catherina promiſit primã
electionem non mutare, nec reuocare, & iurauit
propterea, vbi aliàs reuocatio fuiſſet a iure per-
miſſa, denegari debet ob dictam promiſſionem,
quę facit actum immutabilem,quamuis ſui natu-
11 ra poſsit mutari,vti dicimus de donatione † cau-
ſa mortis,quę efficitur irreuocabilis,ſi donãs pro-
mittat non reuocare,& multo magis ſi iuret, l.vbi
ita donatur,ff.de donat.cau.mort. Ange. Alexan.
Caſtren.& Iaſ.quos citat, & ſequitur Crot. dicto
conſi.undecimo,nu.27.& cõmunem dicit Didac.
in rubr.de teſtamen.par. ſecunda, num.11. &12.
Boer.deciſio.353.nu.vndecimo, Gomes, de con-
tractibus, cap.4.num.22.

Septimò pro hac parte facit, quia vbi eligendi
ius competit iure non proprio, ſed alieno, & quis
12 eligit vti miniſter, tunc ſi electio † ſit nulla, non
poteſt ea de nouo fieri.ita declarat Bar. in l.ſecun
da,§.primo,num.quinto,ff. de optione leg. & di-
cit ibi Bar.tunc dici ius eligendi, competere alie-
no iure, quando dicitur, eligo illum, quem talis
nominauerit.videtur enim nudus miniſter,l.verũ,
§. primo, ff. de rebus dubijs, Imola in l. ſerui ele-
ctione,in princip.colum.fi.ff.de leg.primo,Bero.
in conſi.23.num.21.volum. ſecundo, Crot.in di-
cto conſi. vndecimo, num. 32. in præſenti autem
caſu teſtator ſubſtituit filio illam ex filiabus, quã
vxor nominaſſet, & ita vxor poſita eſt ad exequu-
tionem, & nominat iure alieno.

Poſtremò videtur in terminis pro hac parte ſta
re plenum conſi. Croti vndecimum, ubi conclu-
13 dit quod ſi conceſſa † eligendi facultate, exequu-
tor ſemel eligat, non poterit uariare ex rationibus
ſupra adductis,& alijs ſuper quibus ſe fundat.

Nec dicatur quòd prima electio facta fuit an-
te tempus, dum ſcilicet viueret Ioan. Dominicus
hæres grauatus, & ideo tamquam nulla habea-
tur pro non facta: quia reſpondetur eam legitimo
14 tempore factam, & uiuente† grauato fieri potuiſ-
ſe,l.unum ex familia, in princip.ff.de lega.ſecun-
do,ubi dicitur,quod hęres poteſt in eligendo pre-

uenire diem, & ibi notant Doct. præcipuè Imola, nu.4. in princ. & facit, quod notatur in l. poſt mortem, C. de fideic. vbi grauatus in diem, vel ſub cõditione, põt ante diem, vel euentum cõditionis reſtituere fideicõmiſſum, atque illud repræſentare, & procedit ẽt ſi tractaretur de præiudicio creditorum, l. patrem, ff. de his, quæ in fraud. cred. per quẽ tex. dixit Bal. in rub. C. eo. tit. quod pater grauatus reſtituere filio hæreditatem, qñ deceſſiſſet, põt ſtatim reſtituere nulla detracta trebellianica, nec poterunt creditores petere quod mittãtur in poſſeſſionẽ durante eius vita, refert Iaſ. in d. l. poſt mortem, num. ſecundo. quinetiam videtur, quod non alio tempore potuerit fieri nominatio vel electio; nam cum a teſtatore cõmittitur alicui electio, præ-
15 cipuè perſonarum, habet ſtatim † fieri, nec differri põt, vt eſt textum in l. eum quidam, ff. de leg. ſecundo, vbi notant Bart. Cum. Caſtren. Florian. & alij dicentes id fortius procedere, quando tractatur de electione perſonarum: aliàs ſi non eligit cũ primum poteſt, priuatur facultate eligendi, & ad fideicommiſſum admittuntur illi omnes, ex quibus vnus erat eligendus.

Verumtamen prædictis non obſtantibus, concludo valere diſpoſitionem teſtamentariam dicti Antonij della Brina, in qua decedenti Ioan. Dominico eius filio ſubſtituit ex ſuis filiabus eã, quã nominaſſet Catherina vxor, & ſuſtineri nominationem, quam vxor vltimo loco fecit, & eam eſſe admittendam ad fideicommiſſum, attento quod Ioã. Dominicus deceſſit ſine filijs, & per eius mortem purificatum eſt fideicommiſſum ſic vt ſupra
16 relictũ: licèt enim alias incertis † perſonis neque legari, neque fideicommitti poſſet, hodie tñ aliud eſt, vt probatur §. incertis, Inſtitu. de leg. & §. ſequen. Doc. in l. id, quod pauperibus, C. de epiſco. & cleri. intelligendo, qñ certificanda uenit perſona ex aliquo futuro euẽtu, l. quidam relegatus, ff. de rebus dub. vbi Bar. declarat num. primo, verſi. tertio caſu, vbi Socin. nu. 12. dicit ita tenere Doctores communiter, & repræhendit Salyc. qui tenuit contrarium, & loquuntur prædicti omnes ẽt quando legatum vel fideicommiſſum relinquitur incerto de incertis perſonis, quia ſat eſt ad validitatem quod ex poſt certificari poſſit perſona, de qua teſtator ſenſit: paria enim ſunt, quod perſona ſit certa, vel quod poſſit certificari, Oldr. in propoſito loquendo de legatis incertis in conſi. 61. nu. tertio, Pariſ. conſ. vltimo, in fine, volum. tertio, facit Cardin. conſi. 105. colum. octaua, quem ſequitur Marſi. in rubr. C. de probatio. num. 426. dixi in conſi. 128. num. 19. & in propoſito ponit Bero. in conſi. 23. num. 30. volum. ſecundo, Mantica d. lib. 8. titu. 4. num. 18. Simon de Pret. de interpret. vltima. volunt. lib. tertio, interpret. prima, dubita. tertia, ſolutio. prima, num. 10.

Secundò moueor, quia vbi declaratio fieri poteſt ab hærede, vel ab alio uiuente, tunc incertitu-
17 do † non uitiat, licèt perſona non ſit expreſsè in teſtamento nominata, vt probat Barto. in l. qui hæredi, ff. de rebus dubijs, vbi dicit ualere leg: tũ ita conceptum, relinquo mille Titio per eum eroganda, vti impoſui ſub ſigillo ſecreti. fortius vult q̃ valeat diſpoſitio ẽt ſi erogatio ſit commiſſa Titio, & hæredi, & diſcordant inter ſe, quia vnus nominet unum, & alius alterum, & ibi ſequitur Bar. in l. Theopompus, ff. de dote præleg. Imola in ca. cum tibi, de teſtamen. & in l. captatorias, col. pen. ff. de hær. inſti. Aret. in tract. de teſtam. glo. 7.

Tertiò comprobatur ex eo, quod voluit Caſtr. in l. ſi ita ſcripſero, in princip. ff. de condit. & demonſtrat. ubi ait ualere inſtitutionem conceptam
18 his verbis, inſtituo † eum quẽ declarabit Titius, cui uoluntatem meam in ſecreto ſignificaui, licèt primo aſpectu uideatur diſpoſitio captatoria, & dicit eſse de hoc caſum in dicta l. qui hæredi, quæ etſi loquatur in legato, procedit tamen in inſtitutione quoque, quia captatoria uolũtas ita reprobatur in legatis, ſicut in inſtitutione: & ſubdit, qđ non eſt ueriſimile, quod cum iuramento is mentiatur, cui teſtator commiſit declarationem, ſequitur Socinus in dicta l. ſi ita ſcripſero, in fine, Caſtren. in conſ. 177. num. ſecundo, uolum. ſecundo, Alexand. Afflict. & Ruin. quos citat & ſequitur Didac. dicto cap. cum tibi, in fine. & quamuis multi dicant, quod procedit hoc, quando cum atteſtatione illius concurrunt probabiles coniecturæ: tamen id uerum eſt, quando talis declaratio
19 fit ſine iuramento; ſed ſi ſit iurata, † ſuſtinetur, licèt aliud non extet præter ſolam illius declarationem ab eo factam, cui teſtator commiſit, vt declarat Caſtren. dicta l. qui hæredi, nume. primo, Ruin. in conſi. 19. num. 5. uolum. ſecundo, & nouiſſimè Mantica de coniectu. ultim. uolunt. lib. 3. titu. primo, numero 15. vbi poſt Bald. in l. captatorias, numero 8. C. de teſtamen. milit. dicit eſse, quando eſt honeſta perſona, & deponit ſine iuramento, & Simon de Pret. de interpret. ultim. uolunt. libro primo, interpret. prima, dub. 3. ſolut. 5. num. 6. vbi allegat Cuman. Alexand. & alios dicens, quod illius diſpoſitio ſumit uires potius a dicto teſtatoris quàm ſuo.

Stante autem validitate diſpoſitionis infertur, quòd Catherina uxor potuit nominare filiam ſecundo genitam ad ſucceſſionem fideicommiſsi,
20 quia concurrit uoluntas † cum poteſtate, quæ ſufficiunt ad cuiuſque actus perfectionem, capit. cum ſuper, de offic. deleg. l. cum te, ubi Bald. C. de donat. ante nupt. idem Bald. in l. nolle, ff. de acquiren. hæred, & talis filia nominata a matre perinde ſuccedit, ac ſi fuiſset in teſtamento ſcripta a teſtatore, ut in dicta l. unum ex familia, & dixi ſupra ex Croto dict. conſilio undecimo, numero 48. & dicit Caſtren. in conſilio 441. colum. ſecunda, uolum. primo, quod ſi fideicommiſsarius inſtituatur a grauato, cenſetur bona habere a fideicommittente, ſequitur Craue. in conſi. 144. numero 1. ubi exornat alijs diuiſionibus, & ideo non tenetur ea reſtituere ſubſtitutis a grauato, ſed ea retinet: mouetur ex dicta l. unum ex familia.

Et

Et eo magis hęc nominatio cenſeri dẽt valida, qñ
Helena primo loco nominata deceſſit, ſuperſtite
adhuc Ioan. Dominico fratte grauato, nec potuit
expectare euentum conditionis, in quam fuerat a
teſtatore vocata, & id demonſtrabitur apertè in
reſolutione eorum, quæ ſupra fuerunt in contra-
rium allegata, & in quibus cõſiſtit difficultas pręſ-
ſentis conſultationis: in eum enim locum reſer-
uare volui, quia verè magis videotur conuenire
quàm vt recitentur ad cõprobationem huius par
tis, quæ ſatis eſt ſuffulta ex iam dictis.

Non obſtat igitur, quod ſupra relata teſtatoris
diſpoſitio ſit nulla propter incertitudinem: reſpõ-
deo enim non vitiare incertitudinem, quæ veniat
ex futuro euentu declaranda, & certificanda, vt di
xi in primo ſundamento huius partis ex doctrina
Bar. in l. quidã relegatus. qua ratione dicũt Doc.
ſuſtioeri ioſtitutionem in genere factam de eo ex
ſua familia, qui erit miles, Doctor, vel mercator. l.
ſi ſeruus legatus, §. huiuſmodi. ff. de leg. 1. & com-
munem dicit Simon de Pret. dicto lib. 3. ſolu. pri-
ma, nu. 10. cum alijs ſupra per me adductis.

Secundò reſpondeo non videri incertã diſpo-
ſitionem teſtatoris, qui incertæ perſonæ aliquid
relinquit, quæ tñ eligi dẽt de certo perſonarum ge
nere, vt in caſu pręſenti, vbi eligi debet ad fideicõ-
miſſum vna de filiabus teſtatoris; hæc eoim diſpo
ſitio neque incertitudinis vitio laborat, nec dici
põt captatoria, l. vtrum. §. cũ quidã. ff. de reb. du.
& ratio eſt, quia ſi vxor nullam eligeret ex ſuis fi-
liabus, diſpoſitio non redderetur inanis. ita decla-
rant Caſtren. Alex. & Iaſ. poſt glo. in d. l. captato-
rias. C. de teſtam. mili. Caſtren. in l. cum quidam.
ff. de leg. 2. Cuma. & Socy. in d. l. quidã relegatus,
ff. de reb. dub. idem Cuman. in d. §. cum quidam.

Tertiò reſpondeo, quòd non procedit contra-
rium, qñ teſtator confert perſonæ declarationem
in alterius arbitrium: tunc enim, quia teſtator eũ
21 videtur nominaſſe, qui ab arbitrio † eligetur, obij-
ci non poteſt vitium incertitudinis, d. l. cum qui-
dam. & l. vnum ex familia. ff. de leg. ſecundo. Bar.
& Docto. omnes in l. captatoriæ. ff. de leg. primo,
& in l. 1. ou. 10. & ſequen. ff. de leg. ſecundo, Imola
d. c. cum tibi, nu. 14. Ruyn. in conſi. 19. n. quinto,
vol. 2. Pariſ. in conſi. 89. num. 46. vol. 3. Didac. d.
cap. cum tibi. n. 11. vbi plures addit, Bero. io conſ.
23. num. 30. volum. 1. Bertran. in conſi. 222. num.
3. volum. 6. Ant. Gomez. de ſucceſſio. cap. 12. tit.
de legat. nu. 47. in fine, Crot. d. conſi. 11. nu. 2. &
ſeq. Mantica libro 8. tit. 4. nu. 17. Simon de Pret.
d. lib. 3. ſolu. prima, num. 9. qui omnes loquuntur,
quando committitur alicui electio incertæ perſo-
næ de certis, vt quando ex pluribus filijs, vel ex
vna familia, vel agnatione vnus eſt arbitrio vxo-
ris vel alterius eligendus. in propoſita autem cõ-
trouerſia non in genere quilibet erat eligendus,
ſed vna ex filiabus, quam vxor mallet, ideo ſuſti-
netur diſpoſitio. & quod dicitur eſſe ſpeciale fa-
uore piæ cauſæ, procedit quando electio fieri de-
bet incertæ perſonæ ex incertis: ea enim ob piam
cauſam ſuſtinetur, quæ alias non ſuſtineretur; ſe-
cus autem quando incerta de certis perſonis eſt
eligenda.

Sublatum eſt ex prædictis ſecundum quoque
fundamentum, quo dicebatur captatoriam eſſe
diſpoſitionem, & non valere, quæ confertur in al-
terius voluntatem: nam limitatur, vt non proce-
22 dat, quando non ipſa ſubſtãtia † diſpoſitionis, ſed
exequutio tribuitur alterius voluntati, vt in præ-
ſenti cauſa, in qua teſtator ipſe ſubſtantiam ſub-
ſtitutionis ordinauit, ſed electionem & nomina-
tionem commiſit vxori, eſt tex. in l. vtrum. §. 1. &
ibi declarat Bart. ff. de rebus dubijs, idem Bart. in
d. l. captatoriæ. Cin. Bart. Alex. Iaſ. Dec. alijq́ue in
dicta l. captatorias. C. de teſtamen. milit. ſequun-
tur omnes citati in proximè præcedenti reſpõſio-
ne, Didac. dicto cap. cum tibi, nu. 11. Bero. in di-
cto conſi. 23. num. 28. circa finem, Duran. de arte
teſtan. tit. 6. de legat. caut. octaua, num. 3. ver. ter-
tium remedium.

Reſpondetur etiam cõtrarium locum habere,
quando diſpoſitio cõfertur in meram alicuius vo
luntatem: ſed quando committitur arbitrio ter-
23 tij, ſuſtinetur, † & non dicitur captatoria, d. l. cum
quidam, d. l. vnum ex familia, d. l. qnem hæredi,
Barto. & Docto. in d. l. captatoriæ, & in d. l. capta-
torias, & hanc dicit eſſe communem opinionem
Abb. in conſi. 4. num. 9. vol. 2. Didac. latè in d. c.
cum tibi, num. 7. Bero. d. conſi. 23. num. 27. vol.
2. vbi ponit verba, per quæ ſignificatur arbitriũ,
& non libera voluntas, Duran. d. tit. 6. caut. octa-
ua, num. 3. ver. ſecundum remedium, ubi recitat
modos, quibus uidetur commiſſa diſpoſitio libe-
rę uoluntati, & eos quibus committitur arbitrio,
clarius Simon de Pret. lib. 1. interpret. 2. dubit.
prima, ſolut. 10. num. 4

Remouetur & tertinm, quia licèt regulariter
facultas eligendi conceſſa a lege uel teſtatore ex-
piret facta prima electione, ut in iuribus ſupra al-
legatis: tamen fallit, quando facta eſt inutiliter,
24 uel ante tempus, † ut hic contigit: nam Catheri-
na elegit Helenam filiam adhuc uiuẽte Ioan. Do-
minico grauato. eſt de hoc caſus in d. l. unum ex
familia, in princip. ubi glo. in ver. mutetur, ff. de
lega. ſecundo, ubi grauatus onere reſtituendi bo-
na ei, quem eligeret cum moreretur, ſi eligat an-
te mortem poterit uariare, & alium eligere ante
mortem, & ibi hoc notant omnes, præcipuè Bar.
in fine. & dicit Bal. quod ſi electio fit ante tempus
reſtitutionis ordinatæ, ſtabit in pendenti & pote
rit mutari uſque in tempus mortis. & dicit Imo-
la, quod ſi ſubſtitutio eſt in diem collata, uariari
poterit electio facta ante diem, & dicit Caſtren.
quod grauatus reſtituere poſt mortem, ſi uiuens
eligit, poteſt quandocunque reuocare, quia dici-
tur elegiſſe ante tẽpus. ita quoq; intelligit Crot.
in conſi. 11. num. 36. ad idem eſt tex. in l. cum pa-
ter, §. a filia, ff. de lega. ſecundo. ubi dicitur, ele-
ctionem factam ab eo, qui grauatus fuerat reſti-
tuere cum moreretur, non ualere; & ibi hoc no-

tat Bartolus qui infert, quod qui habet bona in-
ter eligendos pauperes diſtribuere poſt mortem,
non põt viuens eos pauperes eligere; & ratio eſt,
quia tractatur de tertij præiudicio: nam fortè tp̄e
mortis is, qui habet eligere, erit alterius opinio-
nis,& alium eliget, vel ẽt electus non ſupererit tẽ-
pore,quo debebit ſuccedere. idem dicunt Baldus
& Imola,quia aliorum intereſt electionem imma
turam,& ante tp̄s non fieri,& ſequuntur alij oẽs,
nec aliter voluit Bart. in l.poſt mortem, C. de fi-
deicommiſſ.vbi ait, ꝙ etſi grauatus in diẽ vel ſub
conditione poſſit ante diem & conditionis euen-
tum fideicommiſſum reſtituere, tñ eſt verum qñ
reſtitutio fieri dẽt certę perſonę:alias ſi incerta ſit
perſona,cui fieri dẽt reſtitutio, non eliget, nec re-
ſtituet ante diem, quia verſatur aliorum præiu-
dicium,qui fortè ſoli tp̄e reſtitutionis ſupererũt,
& ibi ſequuntur alij ferè oẽs, præcipuè Iaſon, nu-
mero quinto,verſ.ſecunda ſolutio. & licèt Bal.ibi
in quęſtione pauperũ eligendorum videatur con-
tradicere,tñ quo ad noſtram quæſtionem ſtat pro
hac opinione,& admittit,quòd vbi electio incertę
perſonæ fieri dẽt ex certis, tunc ante diem non li-
ceat eligere: licèt ſecus qñ electio dẽt fieri ex in-
certis,vt ſi diſtributio fieri debeat in pauperes eli-
gendos: hi enim ſunt omnino incerti,& hoc ẽt te-
nuit Ang.in l.ſi ſtipulatio iſta,in verſi.inter certã,
columna ſecunda, ff. de verborum obliga. dicens
quòd non licet ante diem eligere, quin liceat va-
riare,& ſubdit pluries ſe pro hac parte conſuluiſ-
ſe:eandem concluſionem tenuit Decius cõſ. 416.
nu.19. & ſequen. Ruin.pulchrè conſi. 24. nu.1.&
ſequen. vol.ſecundo, vbi dicit ita tenere omnes,
quia electio fienda de perſonis incertis tempore
mortis, non tenet ſi facta eſt ante diem propter
aliorum intereſſe, quia fortè tp̄e mortis aliter eli-
geret quam nũc fecerit, vel fortè mortis tempore
non ſupererunt illi qui nunc fuerunt electi,& ſub-
dit quòd põt noua fieri electio; latè etiam proſe-
quitur & comprobat Pariſi. in conſ.23. nu.17.&
ſequen.volumine tertio,dicens ꝙ Doctores com-
muniter hoc ſequuntur,& nu.22. & ſequent.ait,
quod quidquid ſit, qñ reſtitutio fieri debet certæ
perſonæ,tñ quando incertus de certis eſt eligẽdus
ad fideicommiſſum relictum in diem,vel ſub con-
ditione,non tẽnet electio facta ante diem vel euẽ-
tum conditionis.allegat plures alios, & dicit com
munem Ripa in l.ſerui electione,in princip. num.
14.ff.de legatis primo,plures Mantica,lib.8.titu-
lo quinto, num.20.vbi allegat eos, qui tenuerunt
contrarium, quibus addi poteſt Cagnol.d.l. cum
tempus,num.3.& ſequen. & per illum textum in
l.cum pater, §.a filia, ff. de legatis ſecundo, dixit
Bar.in l.omnes populi, in quinta quæſtio. primæ
quæſt. princip.num. vndecimo, quod ſi Poteſtas
habet arbitrium declarandi penes ſe, vbi non ex-
preſsè lege vel ſtatuto,non poterit declarationem
facere in principio ſui officij, quia ante tempus
25 † fieri non põt declaratio eorum,quę ex tempore
poſſunt variationem recipere, ſequitur Anchara.
in cap.canonum ſtatuta,in verſi.quęrit,de conſti.
Iaſon d.l.poſt mortem,nu.7.verſ.adde etiam,pro
confirmatione, Dec.in conſ.416. num. 22. & in l.
cum tempus,nu.ſecundo,ff.de reg.iur. & pro hoc
facit,quod dicimus,aditionem hæreditatis vel re-
pudiationem non nocere, quando fit antequam
26 hæreditas ſit delata † tamquam facta ante tẽpus,
l.is qui hæres.ff.de acq.hære.vbi dicitur quod re-
pudiatio ita valet,ſi hæreditas ſit in ea cauſa quod
poſſit adiri, & Io. de Imola ibi dicit, quod repu-
dians hæreditatẽ conditione pendente nihil agit,
& repudiatio eſt ex toto nulla,Bero.in conſi.128.
num.33.vol.2.vbi dicit, quod fideicommiſſarius
vocatus ſub conditione, ſi pendente conditione
repudiauit, non prohibetur fideicommiſſum ac-
ceptare ſi purificatur conditio, quia is repudiare
poteſt,qui poteſt adire,l.is poteſt, ff.de acquiren.
hæred.comprobat alijs Iaſon in d.l.is, qui hæres,
num. 5.& ſequen.vbi ait repudiationem eſſe fun-
ditus nullam, & ea non obſtante licitam eſſe adi-
tionem, quandocunque purificata ſit conditio,
Tiraquell.§.hoc ſermone, limitatio. 1. nu.3. cum
ergo tempore,quo Catherina elegit Helenam,ſu-
pereſſet Ioan. Dominicus grauatus, nec tunc ſũ-
beſſet proxima ſpes fideicommiſſi, non fuit vali-
da illa electio,& iuſtè potuit purificata fideicom-
miſſi conditione variari. ibi fortius volũt Docto-
res,quod ſi facta electione ante tempus nulla fiat
variatio per deputatũ a teſtatore,ſuſtineatur qui-
27 dem electio,ſed non valeat † in vim electionis tũc
factæ,ſed in vim confirmationis, Ang.in d.l.ſtipu-
latio iſta,§.inter certam.ff.de verb. obli. vbi dicit
ſe ita cõſuluiſſe,ſequitur Imola ibi, idẽ dicit Ang.
in lectu.Peruſ.d.l.poſt mortem, vbi Caſtr. nu. 2.
verſ.certè valet,dicens,quod electio facta ante tẽ-
pus,valet iudicio nouę voluntatis,quando nõ fuit
reuocata,Iaſ.qui alios citat, nu.7. in princ. Rom.
in conſi.452.in fi.vbi tamen neminem citat,Ripa
l.ſerui electione,in prin.num.14.ff.de leg. 1. Ca-
gnol.d.l.cum tempus,nu.3.Mantica d.lib. 8.ti.5.
nu.20.in fine.cum igitur Helenę electio eſſet nul-
la,tamquam facta ante tempus, nõ impedit quo-
minus Catherina de nouo potuerit eligere, vt di-
28 cunt prædicti Doctores,& † eſt generale, c.com-
promiſſarius,iũcto c.ut circa, de electio. in ſexto,
l.2.ff. de optio.leg.glo.Barto. & alij in l. ſerui ele-
ctione, in princip.ff. de legatis primo, vbi Iaſon,
n.3.comprobat alijs ſimilibus,& Ripa,n.4. Bero.
in conſ.23.nu. 19.vol.2. Tiraq.d.§.hoc ſermone,
limit. 1.nu.8.& ſeq.

Secundò reſpondeo,licitam fuiſſe nominatio-
nem vltimo loco factã a Catherina, attento quod
Helena primum electa deficit viuente Ioan. Do-
29 minico hærede † grauato. ita voluit Barto. in d.
l. cum pater. §. a filia. ff. de lega. ſecundo.vbi in-
quit, quod ſi electus deceſſit ante purificatum fi-
deicommiſſum, electio non valet,& poteſt de no-
uo fieri, allegat l. filiusfamilias, §. diui. ff. de le-
gat.primo,& idem voluit Imola in l.ſerui electio-
ne, in principio, colum. finali, ff. de lega. 1. vbi

dicit

dicit quòd ſi electio eſt valida, ſed electus non poteſt, ſeu non vult, licet variare & alium eligere, & eum ad hoc citat, & ſequitur Ruy. in conſi. 24. nu. ſecundo, ver. & tãto magis, volumine ſecũdo, vbi in propoſito tenet, qđ ſi electus decedit antequã euenerit caſus fideicommiſſi, licita erit variatio, & poterit eligi. probatur ex tex. in c. ſi electio. de electio. in 6. vbi dicitur deueniri poſſe ad ſecundã electionem, ſi prima electio non habuit effectũ, quia electus noluerit conſentire, vel renunciauerit, vel mortuus, per quem Tiraq. in d. §. hoc ſermone, limit. prima, nu. quarto, & ſeq. dicit, quod & ſi omnis diſpoſitio reſtringatur ad primum actum, tñ id non procedit, quando primus actus non ſortitur effectum, quia non præſtat impedimentum, quod de iure effectum non ſortitur, cap. non præſtat, de reg. iur. in 6. ubi Dy. infert ad electionẽ, & ad alias deciſiones, id quod latiſſimè comprobat Tiraq. in loco prædicto, vbi ad ſatietatem videri poterit: non enim curo ea referre & tranſportare. & nõ põteſt dici electio, quę non habuit effectũ, vt probat Iaſ. in d. l. ſerui electione, in prin. nu. 3. & remoto effectu, remouetur nomẽ & ſpecies rei, vt inquit Bal. in rub. C. de contrah. emp. q. 11. & effectus rei inſpicitur ſm Spec. in tit. de calum. in fin. non nudum nomen, l. 2. §. ſed ſi ſint, ff. ad Tertullian. latè Dominus Becius in conſi. 54. num. 31. & ſeq. cum ergo Helena primùm electa deceſſerit ante purificatum fideicommiſſum, neceſſaria fuit, nedum valida ſecunda electiò. contrarium autem procedit, quando prima electio ſortita eſt effectum.

Tertiò reſpondeo, quòd in præſenti facto conſtat, quod teſtator uoluit uxorẽ poſſe eligere quãdocunque, ſemel & pluries: nã & ſi expreſsè conceſſa non ſit facultas in eum caſum, qñ filia primo electa decederet ante hæredem: inſtitutio tñ ſi filia electa ſucceſſiſſet, & poſtea deceſſiſſet ſine filijs, diſponit teſtator quod poſſit aliam eligere; quod ſi facultas eligendi fuit demandata in caſu magis dubitabili, qñ electa deceſſiſſet poſt purificatũ fideicommiſſum, & euentum conditionis, credendum eſt multo magis eum id voluiſſe, ſi deceſſiſſet ante conditionem fideicommiſſi, arg. auth. multo magis, C. de ſacroſ. eccleſ. & teſtator de hoc caſu idem diſpoſuiſſet, quod de alio ſi fuiſſet interroga-
30 tus. haberi † ergo debet diſpoſitio pro facta, glo. in l. tale pactum, ff. de pac. cũ infinitis citatis a Tiraq. in præfatio. l. ſi umquam, nu. 56. C. de reuocan. donat. Roland. in conſi. 97. nu. 18. uol. ſecundo, Deciſ. Pedemont. 64. in fin. qui duo dicunt eã glo. procedere in quacunque materia & diſpoſitione, Dominus Becius in conſi. 33. nu. 10. & vbi facultas eſſet collata a teſtatore eligendi pluries res, non habet dubium, ſecundum Crott. conſilio 11. num. 18. & pro hoc facit, quod voluit Imola in l. ſerui electione, in princi. ff. de leg. primo, vbi dicit, quod vbi eſt cogitatum de effectu, ſi non conſtet prima electio põt deputatus eligere de nouo.

Quartò reſpondeo, quod nõ intereſt hæredum dictæ Helenę opponere contra ſecundam electionem: nam ſi ea nõ poſſet fieri, tñ ipſi poſſent quicquam prætendere in bonis Antonij eorũ aui, quia perinde eſſet atque ſi Catherina uxor nullam ex
31 filiabus elegiſſet. Nã ſubſtituto decedente † ante purificatum fideicommiſſum caducatur ſubſtitutio, l. 1. §. ſinautem aliquid ſub conditione, C. de cadu. tollen. & non tranſmittitur ad hæredes, l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Treb. glo. & Doc. in l. 1. C. de his, qui ante aper. tab. ſed ſi nulla facta eſſet
32 electio, ſuccederent aliæ filiæ ſuperſtites: qa † vbi ad fideicõmiſſum vnus vocatur eligendus ex pluribus uel ſororibus uel de familia, ſuccedunt omnes ſi non fiat electio, l. ſi qui Titio, l. cum quidã, ff. de leg. 2. l. cum pater hæreditatem, ff. eod. titu. l. vtrum, §. cum quidam, ubi Soci. num. 6. ff. de reb. dub. Bar. in l. illa inſtitutio, nu. 8. ff. de hæred. inſti. Bar. d. l. unum ex familia, nu. 4. Alex. in l. captatorias, nu. 7. C. de teſtam. milit. vbi etiam Dec. num. 12. Bertran. in conſi. 222. nu. 6. uol. 6. Crot. conſi. 11. num. 3. Simon de Pret. lib. 3. interpret. prima, dubit. tertia, ſolu. prima, nu. 6. faciunt, quæ ponit Mantica lib. 3. tit. 4. num. 14. ubi ſi teſtator legauit incertæ perſonæ de certis. & ex his colligitur reſponſum ad quartum fundamentum.

Quod uerò quinto loco dictum eſt facultatem nominandi ſimpliciter conceſſam reſtringi ad primam nominationem, procedit, qñ ex nominatione ius quæritur nominato: tunc etenim non licet variare propter præiudiciũ nominati, & exempli
33 poni poteſt, qñ hæres purè † grauatur reſtituere uni de ſororibus, uel de familia. ita loquitur glo. in d. l. unum ex familia, in uerſi. mutetur. & ita eã intelligit Bart. ibi, in ſi. princ. & omnes ſupra citati, præcipuè Crot. d. conſi. 11. nu. 34. & ratio eſt, quia in præiudiciũ iuris tertio quæſiti non eſt licita uariatio, ca. cum inter canonicos, & c. publicato, de elec. Abb. in c. bonæ, il ſecondo, col. 5. uerſ. ex hoc habes, de poſtu. prelat. cũ multis apud Tiraq. d. §. hoc ſermone, limit. 23. nu. primo, & ſeq. item alia eſt ratio, quia fideicõmiſſum purè uenit reſtituendũ ſtatim quod fideicommiſſarius eſt nominatus, in eũ tranſeunt iura omnia actiua & paſſiua, & ita nominatio trahit ſecũ exequutionem iuris, quia tranſit dominiũ ipſo iure ex ipſa reſtitutione rea-
34 li uel uerbali; & ubi actus trahit † ſecũ exequutionem, non eſt locus uariationi, d. l. apud Aufidium, de optio. leg. glo. in l. huiuſmodi, §. Stichum, & ibi Barto. ff. de lega. primo, Iaſ. in l. ſerui electione, in prin. nu. 11. & ſeq. ff. de leg. primo, ubi poſt Bar. & alios dicit tã in contractibus, quàm in ultimis uoluntatibus non eſſe licitã uariationem, qñ electio trahit ſecũ exequutionẽ, ſequitur Ripa ibi, nu. 15. Tiraq. d. §. hoc ſermone, in prin. nu. 16. ſed quãdo hęres grauatur reſtituere ſub conditione, tunc ſi nominatio ſit ante purificatum fideicommiſſum, ea neque tribuit ius nominato, neq; trahit ſecum exequutionem, quia dicitur inutiliter & ante tempus fieri, ergo licita eſt uariatio, & poteſt deputatus a teſtatore alium nominare, & is qui poſt euentum conditionis nominatur, uenit admittendus.

Promiſſio autem Catherinæ de non reuocādo
electionem factā in perſonam Helenæ quātumuis
jurata nō nocet, nec impedit nouam electionem:
nā ea electio ſapit vltimam voluntatem, quia ten-
dit ad exequutionem vltimæ voluntatis: ideo pro-
miſſio non reuocandi tamquàm adhærens vltimę
volūtati, non valet: nemo enim pōt diſponere pa-
cto vel aliter, ne liceat ſibi mutare legatum, vel in-
ſtitutionē, quam fecit, l. ſi quis, in prin. teſtamen-
35 ti, ff. de leg. 3. & ſubſtantia † vltimę voluntatis eſt,
quod reuocabilis ſit vſq; ad vltimum vitæ ſpiritū,
non ſolum in inſtitutionibus, ſed ēt in legatis, l. 1.
C. de ſacroſan. eccl. l. cum donationis, in fin. C. de
tranſ. l. cum hic ſtatus, §. ait oratio, ff. de donat. in-
ter vir. & vxo. l. ſi mihi & tibi, §. in legatis, ff. de leg.
1. l. 4. ff. de adim. leg. & dicit Bald. in l. ſancimus, in
36 fi. C. de teſtam. quod donatio † alicui factæ in ca-
ſu reuocationis legati, non valet, quia pactum nō
mutandi legatum eſt nullum, & idem voluit in c.
2. verſi. item nota quod duo ſpecialia, de conſue.
Ang. in conſi. 254. col. penul. Caſt. Rom. & Aret.
quos citat & ſequitur Natta in conſi. 474. nu. 6. &
in auth. hoc inter liberos, n. 67. & 74. C. de teſtam.
Iaſ. conſi. 6. col. 5. verſi. ſecundo principaliter, vol.
3. Ruy. conſi. 129. n. 5. vol. 1. & facit quod dicimus
37 de donatione cauſa † mortis facta in teſtamento,
quæ reuocatur reuocato teſtamento, quamuis te-
ſtator promittat eā non reuocare, quia talis pro-
miſſio intelligitur, niſi teſtatorē pęniteat totius vo
luntatis, gl. in l. ſi alienam, §. Marcellus, vbi Iaco.
de Are. & Bar. ff. de donat. cau. mor. Iaſ. d. conſi. 6.
col. 6. in fi. verſi. tertiò reſpondetur, vol. 3. pulchrè
Ruy. in d. conſi. 129. num. 6. & ſeq. vol. 1. vbi dicit
hoc verum, etiam qñ eſt donatio inter viuos, & fit
præſenti & acceptanti, & ponit quomodo differat
ab ea quæ fit extra teſtamentū, & qualiter poſſit
reuocari, Crott. in l. ſtipulatio hoc modo cōcepta,
nu. 80. ff. de verb. oblig. vbi nu. 81. reſpondet ad l.
vbi ita donatur, quod procedat, qñ per verba ge-
neralia promiſit non reuocare, puta nullo modo
reuocare, Soc. iun. in conſ. 114. nu. 13. vol. 3. Man-
tica in d. tract. li. 1. tit. 13. nu. 10. & quamuis regu-
lariter pactum de non reuocando, faciat donatio-
nem trāſire inter viuos, & efficiat irreuocabilē, d. l.
vbi ita donatur, & ita teneāt cōmuniter Doctores,
vt pōt uideri apud Didac. de teſtam. in rubr. 1. 2.
nu. 11. & ſeq. Roland. conſi. 8. vol. primo, conſ. 61.
vol. 2. Nattā in conſi. 104. conſi. 123. & conſi. 270.
Mantica d. tit. 13. nu. 5. vbi infinitos cumulat, Si-
mon de Pret. in d. tract. de interpret. vltim. volun.
li. 2. interpret. prima, dubit. prima, ſolu. 14. nu. 19.
tñ ea procedunt, quando donatio fit extra teſta-
mentum: ſed qñ fit in teſtamento, tunc ſapit natu-
ram teſtamenti, & intelligitur, niſi donatorem pę-
niteat totius voluntatis, vt conſiderant Doctores
ſupra citati. facit ēt q a donatio pſenti & acceptan-
ti facta cōtemplatione legati, eſt reuocabilis, ſicut
legatū, & annullatur reuocato legato, vt latè pro-
bat Ruy. in conſi. 61. per totum, vol. 2. Simon de
Pret. lib. primo, interpret. 2. dub. 2. ſolut. 6. nu. 23.
addo quod promiſſio ſeu traditio facta ſub cōme-
38 moratione † legati antea facti, reuocatur legato
reuocato, Dy. in l. legatum, la prima, ff. de leg. pri-
mo, ubi Bart. & alij, Nat. in d. auth. hoc inter libe-
ros, nu. 89. ubi alios citat. nō ualet igitur pactum,
quod nō liceat reuocare nominationē ſeu electio-
nem factam de Helena. Et eſt generale, quòd vbi
actus eſt ſui natura reuocabile, non valet conuen-
tio non reuocandi, ut in precario, l. cum precario,
39 ff. de precar. & in procuratore, † qui non obſtante
pacto ſemper reuocari pōt, gl. in cap. fi. de procur.
in 6. Bar. in d. l. cum precario, Fely. ca. ſi diligenti,
uer. nonò fallit, de foro comp. Nat. conſ. 474. n. 7.

Non obſtat iuramentū interpoſitum ſuper eo
pacto, quia ſi actus eſt ſui natura mutabilis, iura-
mentum non poteſt eum alterare, l. fin. C. de non
num. pecun. ideo qui iurauit teſtamentum non re
40 uocare, non prohibetur aliud facere † & primum
mutare, Innoc. Ioan. And. Oldrad. Iacob. de Are.
Bar. Bal. Ang. Fulgoſ. Caſtren. Abb. & plures alij
citati per Nattam in d. auth. hoc inter liberos, nu.
82. & ſeq. vbi diſputat etiam, an efficiatur periu-
rus, Clar. qui dicit communem in trac. de teſtam.
q. 94. nu. 3. Roland. conſi. 6. nu. 23. volumine pri-
41 mo, & iurans non † reuocare procuratorem, pōt
non obſtante iuramento reuocare, licèt efficiatur
periurus, glo. in c. fi. in verſi. reuocatus, de procur.
in 6. ubi Domin. poſt Fede. de Sen. quē citat, & iu-
rans nō uendere, pōt uēdere, licet efficiatur periu-
rus, Inno. in ca. cum contingat, col. 104. de iureiu.
Iaſ. in cōſ. 211. col. 2. uol. 1. & hoc eſt generale, qñ
actus dependet a ſola iurantis uoluntate, quia cō-
trauenire quis pōt iuramento, licèt periurus effi-
ciatur, Franc. in c. licèt mulieres, col. 2. uerſ. quare,
de iureiur. Roland. in conſi. 6. nu. 53. uol. primo,
ubi nu. 21. & ſeq. alia recitat exempla, Nat. in cōſ.
19. col. prima & 2. ubi dicit, q tam in ſpiritualibus,
quàm in tēporalibus ſuſtinetur actus factus cōtra
iuramentū: ſed agens incurrit periuriū, quia iura-
mentum pręcedens non irritat actum ſequentem.

Secundò reſpondetur, quòd ex quo Helena
primum nominata deceſſit ante purificationē fi-
deicommiſſi, licitè non obſtante iuramento po-
tuit Catherina aliam ex filiabus nominare: nam
42 iuramentū intelligitur † rebus ſic ſtantibus; ideo-
que mutato rerum ſtatu contraueniens iuramen-
to non efficitur periurus, cap. quemadmodum, de
iureiu. ubi qui iurauit aliquā ducere in uxorē, in-
telligitur niſi ſit fornicata, Bal. in l. fin. uerſ. ſepti-
mo ineſt conditio, C. de non num. pecun. Dec. in
conſ. 350. nu. 9. alios citat Tiraq. in pręfat. l. ſi um-
quam, nu. 166. C. de reuoc. donat. Pariſ. in conſi.
69. nu. 42. conſi. 95. num. 35. uolum. 3. Alcia. con-
ſilio 72. num. 3. Neuiz. conſ. 62. num. 28. Natta in
conſi. 40. num. 2. & in conſi. 19. nume. 8. Cæph. in
conſi. 118. nume. 31. Roland. in conſil. 7. numero
57. uolum. .. Menoch. in conſi. 27. nu. 48. Domi-
nus Becius in conſi. 58. num. 23. Anchar. moder.
famil. quæſt. lib. 2. quæſt. 8. numero 11. & dicit in
propoſito Ioan. Andr. in cap. quod ſemel, de reg.
iur.

iur. in 6. quod & ſi iurans teſtamentū non reuoca-
43 re, efficiatur periurus † ſi reuocet, tamen fallit, qn̄ reuocaret ex aliqua iuſta cauſa ſuperueniente, vt quia deceſſit hæres qui fuerat inſtitutus, ſequitur Sal. in l. ſancimus, q. 7. nu. 10. C. de teſt. & idem te nuerūt Archid. Bal. & Alb. quos citat, & ſequitur Natta in d. auth. hoc inter liberos, nu. 85. & idē tenet, licet non faciat mētionem de prædictis, Vaſq. de ſucceſſio. crea. lib. 3. §. 28. nu. 8. & Natta in loco prædicto addit idē eſſe in eo, qui nō reuocare promiſit electionem ſepulturæ cum iuramento factā, quia ex noua cauſa poterit aliam eligere, & non erit periurus, allegat Hoſt. nulla autem iuſtior cauſa ſuperuenire potuit, quā qđ Helena deceſſerit.

Tertiò electio facta de perſona Helenæ cōtinet tacitam conditionem, quatenus Helena ſuperuixiſſet Io. Dominico hæredi grauato, & quatenus per mortem grauati eſſet delata hęreditas, ſeu ſubſtitutio: nam non aliter poterat eſſe locus ſubſtitutioni in perſona illius, niſi ſuperuiueret grauato, vt in ſimili dicimus de eo, qui renunciat hæreditati, nam huiuſmodi renunciatio tacitā habet condi-
44 tionem, ſi renuncianti hęreditas † deferatur, Bal. in l. vlt. C. de pact. & in conſil. 437. in princ. vol. 1. Caſtren. & Imola, in l. qui ſuperſtitis, ff. de acquir. hæred. alios citat Dominus Becius in conſilio 74. nu. 12. ergo iuramētum intelligi debet ſub eadem conditione, ſcilicet ſi Catherina ſupernixiſſet Io.
45 Dominico eius fratri: nam † iuramētum continet eaſdem conditiones, quas continet actus, ſuper quo ponitur, Ange. in conſil. 315. cum alijs relatis per Dec. d. conſi. 350. nu. 8. Cæphal. in conſi. 118. nu. 29. & ſequen. Deciſ. Ped. 92. num. 5.

Et quod ſeptimò dictum fuit, electionem factā alieno iure non eſſe, procederet, niſi ea eſſet cōtrā ordinem teſtatoris, & contra formam datam a teſtatore, qui voluit electionem fieri tempore mortis Io. Dominici. ſed in caſu noſtro facta fuit ante
46 tempus, & ita peccat in forma, † quo caſu Bart. & Imola, in locis prædictis volunt nouam electionē fieri poſſe, quia prima dicitur eſſe contra formam mandati, idem voluit Alex. in l. ſerui electione, nu. 7. cum quo tranſit Iaſ. nu. 4.

Nec mouet conſilium vndecimum Croti, quia loquitur ipſe in terminis diuerſis, quando ſcilicet erat quis grauatus purè reſtituere, non autem in tempus, vel ſub conditione, & ita ſeipſum declarat, nume. 35. loquitur etiam, quando eligens non habebat iure proprio electionem, ſed alieno, & ex perſona alterius, quod ſecus eſt in caſu noſtro, per ea quæ ſupra dicta ſunt.

Vltimò non reſiſtit, quod grauatus ſub conditione vel in diem poſſit ante diē reſtituere, & repræſentare fideicōmiſſum, d. l. poſt mortē. nam fallit, quando tractatur de præiudicio tertij, vt quando reſtitutio fieri debet pluribus, vti latè ſupra demōſtrauimus, in reſolutione tertij obiecti, & q̄ dicta
47 ſunt de electione † ſtatim fienda, non autem differenda procedunt, quando grauatus eſt quis eligere & reſtituere, nō tenetur tunc cum primum poteſt reſtituere, vt declarat Pariſ. in conſil. 23. in fi. vol. 3. Item procedunt, quando reſtitutio fuit a teſtatore purè & ſimpliciter ordinata, non autem collata in dubium, vel futurum aliquem euentum: aliàs ſi ſit in tempus, vel ſub conditione ordinata,
48 † licet quandocunque eligere, vt declarat Caſt. in d. l. vnum ex familia, in prin. nu. 3. ff. de leg. 2. hæc autem omnia concurrunt in præſenti caſu, quia vxor, cui electio fuit cōmiſſa, nō fuit inſtituta, nec grauata reſtituere, & ſubſtitutio cōcepta fuit ſub cōditione, ideſt Io. Dominico decedēte ſine filijs.

SVMMARIVM.

1 Inſtitutus in re certa, capit poſſeſſionem authoritate propria.
2 Interdictum quorum legatorum, non datur contra inſtitutum in re certa.
3 Subſtitutio dicitur ſecunda inſtitutio.
4 Fideicommiſſum particulare non includitur ſub vniuerſali.
5 Prælegata non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi factis in omnibus alijs bonis, vel in reſiduo.
6 Dare nemo poteſt, quod non habet.
7 Interdictum quorum legatorum, non datur contra legatarium, qui nullo exiſtente hærede accepit poſſeſſionem propria authoritate.
8 Liberè fit, quod ſine contradictione, & impedimento alicuius perſona fit.
9 Legatarius capere poteſt authoritate propria rem legatam, quando ei liberè relinquatur. vide nu. 30.
10 Interdictum quorum legatorum, non datur contra eum, qui de licentia teſtatoris accepit poſſeſſionem.
11 Teſtator licentiam legatario & fideicommiſſario tacitè & expreſſe concedere poteſt capiendi poſſeſſionem propria authoritate.
12 Interdictum quorum legatorum, ceſſat, quando de legato non debetur falcidia.
13 Falcidiā perdit hæres, qui legatū abſolutè tradidit.
14 Legatarius capiens poſſeſſionem ante aditam & apprahenſam hæreditatem, non priuatur legato.
15 Interdictum quorum legatorum, vtile vel directum non datur contra legatarium, qui poſſidet de licentia teſtatoris.
16 Legatum capi debet de manu hæredis.
17 Falcidia detrahitur, quando hæreditas eſt nimio legatorum onere grauata.
18 Interdictum quorum legatorum, competit etiam fideicommiſſario vniuerſali.
19 Pupillaris ſubſtitutio dicitur teſtamentum pupilli, & defert omnia bona pupilli vndecunque habita.
20 Falcidiam non detrahit fideicommiſſarius vniuerſalis de legatis particularibus.
21 Falcidiam detrahit ſubſtitutus pupillaris de legatis, nedum a ſe, ſed etiam a pupillo relictis.
22 Regula. Qui habet regulam pro ſe, habere dicitur intentionem fundatam.
23 Fideicommiſſa particularia ſunt exequata legatis particularibus.
24 Fideicommiſſarius particularis capit rem de manu hæredis.

Falcidia

25 *Falcidia detrahitur de particulari fideicommiſſo.*

26 *Fideicommiſſarius non occupat propria authoritate ante reſtitutionem factã, nec poteſt exercere actiones hæreditarias.*

27 *Interdictũ quorum legatorum, datur contra fideicommiſſarium vniuerſalem ante reſtitutionẽ factam.*

28 *Inſtitutus in omnibus bonis, aliquibus exceptis, fit hæres in omnibus, & de eius manu capienda ſunt legata excepta.*

29 *Prælegata quando veniant in reſtitutione fideicommiſſi relatiuè.*

30 *Legatarius, cui res eſt liberè relicta, non capit authoritate propria.*

31 *Legatarius, quando dicatur poſſe capere poſſeſſionem authoritate propria.*

32 *Diſponere verbum, importat contractum, vel vltimam voluntatem.*

33 *Clauſula acceſſoria non alterat principalem diſpoſitionem, & quando eam declaret.*

34 *Falcidia vt detrahatur, venit res hæredi reſtituẽda, etiam quando conceſſa eſt facultas capiendi poſſeſſionem propria authoritate.*

35 *Licentia capiendi propria authoritate poſſeſſionem, non poteſt exerceri contra hæredem reſiſtentem.*

36 *Falcidia non cenſetur remiſſa, licèt legatario data ſit licentia ingrediendi authoritate propria.*

37 *Interdictum quorum legatorum datur, quando eſt dubium, an ſit locus falcidiæ.*

38 *Legatarius, qui apprahendit poſſeſſionem propria authoritate, conueniri poteſt rei vendicatione, publiciana & conditione.*

39 *Interdictum quorum legatorum, non datur niſi hæres offerat fideiuſſionem de ſoluendo legatum, ſufficit tamen petenti moram non facere.*

CONSILIVM CCLXV.

SENTENTIA Domini iudicis Chetij, per quam declarauit Dominũ Gaſparem Opicium non teneri ad petita per Dominas Mariam, & Agneſinã ſorores, & hæredes Domini Melchionis Opicij, iuſtificari videtur ex infraſcriptis. & primò, quia domus & petia nemoris, de qua in actis, relicta fuit Domino Gaſpari titulo ſubſtitutionis caſu quo Dominus Iacobus filius, & hæres decederet ſine filijs: proinde videtur quod eius poſſeſſionem capere potuerit authoritate propria; hæres enim inſtitutus in re certa, ha-
1 bet hanc † facultatem, Bar. in l. ex facto, la grande, in prin. num. 2. ff. de hęred. inſtit. Iaſ. in l. quoties, nu. 8. C. de hæred. inſti. alios citat Alex. in l. nemo poteſt, ff. de leg. 1. Cur. iun. in l. fin. num. 40. C. de edicto diui Adria. tollen. Rub. in conſi. 43. num. 5. vbi dicit hoc procedere etiam ſi ſubſtitutio ſit nulla, vt quia facta verbis directis poſt hęreditatẽ aditam, quia ex actu nullo oſtenditur voluntas, & talis legatarius nõ incidit in pęnam priuationis, nec
2 conuenitur † interdicto quorum legatorum, ſecũdum Bart. d. l. ex facto, nu. 2. Iaſ. in l. nõ eſt dubiũ, nu. 4. verſ. tertio notabiliter limita. C. de legat. Ripa in l. 1. nu. 16. ff. quot. legato. Tiraq. in tracta. le mort ſaiſit le viſ. p. 2. declar. 4. nu. 11. Duran. de arte teſtan. tit. 6. cau. 22. nu. 2. Meno. in tract. de adipiſc. poſſ. rem. 2. nu. 64. & recup. poſſ. rem. 5. n. 35. eadem ratione videtur idem dicendũ in ſubſtitu-
3 tuto, quia ſubſtitutio † dicitur ſecunda inſtitutio, gl. in l. Gallus, in prin. ff. de lib. & poſth. gl. in rubr. ff. de vulg. Ripa in l. centurio, nu. 187. ff. eo. Dec. l. precibus, nu. 4. C. de impub. & ita in terminis tenuit Natta in conſ. 234. nu. 3. & 4. vbi inquit, ſubſtitutum particularem poſſe ingredi poſſeſſionem authoritate ꝓpria, & nõ videtur particulari fideicõmiſſario denegandũ, qđ hæredi cõceditur inſtituto in re certa, cũ inter eos nõ ſit diuerſitatis rõ.

Secundò adduci potuit, quia antequã teſtator filio morituro ſubſtitueret ſorores, legauit & ſeu ſubſtitutionis titulo domũ, & nemus prædictũ reliquit Domino Gaſpari; poſtea verò ſubſtituẽdo generaliter prædictas ſorores filio decedenti ſine filijs, excepit legata, ſeu ſubſtitutiones prædictas, quia ſubſtituit in omnibus bonis, detractis tamen bonis ſupra relictis Domino Gaſpari: ergo ea bona ſic relicta non ſunt in generali ſubſtitutione incluſa, quia exceptio reſtringit regulam, & quando teſtator vni reliquit particulare fideicommiſſum,
4 alij verò generale, tunc † ſub vniuerſali non continetur id, quod in particulari fuit relictum, l. vxorem, §. fideicommiſſo, ff. de leg. 3. l. alimenta, §. baſilicæ, ff. de alim. & cibar. legat. l. quoties, in 2. reſponſo, C. fam. erciſc. probat Cęph. in conſil. 231. nu. 3. & ideo dicunt Doctores, quod prælegata nõ
5 veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, † quãdo teſtator loquendo aduerſatiuè dixit, inſtituo in omnibus alijs bonis, vt voluit Fulgoſ. in conſi. 100. in 2. dub. quem ſequuntur multi citati a Zanco in l. hæredes mei, §. cum ita, in 5. par. nu. 17. ff. ad Trebell. vbi adducit Corn. Barbat. Cur. iun. Iaſ. Pariſ. Soc. iun. Nattam & Burſat. Id quod voluit etiam Cæphal. d. conſil. 231. nu. 7. & idem eſt, quãdo teſtator factis legatis iubet reſiduum bonorũ reſtitui, quia tunc legata non ſunt incluſa, & ideo non etiam in reſtitutione, vt concludunt multi, quos citat idem Zancus d. par. 5. nu. 48. id, quod concurrit quoque in præſenti facto, quia vſus eſt teſtator in inſtitutione illis verbis (*del reſtante de ſuoi beni.*) quod ſi legata, ſeu relicta prædicta non ſunt compręhenſa ſub vniuerſali ſubſtitutione, vtiq; capiẽ-
6 da non erant de manu ſubſtitutorũ, quia † nemo dat quod non habet, c. quomodo, de conſecr. diſt. 4. l. ſi filius, C. de donat. multos citat Dec. in l. nemo plus iuris, nu. 2. ff. de reg. iu. Bart. in l. ſi vniuerſæ, C. de legat. refert Cagn. d. l. nemo plus, in prin. & quoad ipſum legatarium perinde eſt, ac ſi non eſſet quiſquã generalis ſubſtitutus, ex quo is qui extat non habet facultatem tradendi; quo circa licuit ex hoc capite Domino Gaſpari ſua authoritate ingredi poſſeſſionem, ſicuti licet quando nul-
7 lus extat hæres † a quo legatarius legatum poſſit capere, quo caſu non punitur, ſi capiat ſua manu, nec erit locus interdicto quorum legatorum, ſecundum

cundum Bald. Angel. & Iaſ. in l. extraneum, C. de hæred. inſtituen. alios citat Tiraquel. d. declar. 4. num. 10. Picus in l. Titia, §. Titia cum nubere, nu. 137. in fi. ff. de lega. 2. Ripa d. l. t. in prin. nu. 18. ff. quor. legat. Meno. d. rem. 2. nu. 66.

Tertiò res ex eo reddi videtur clara, q̃ poſt dicta legata ſubdit teſtator, quod Dñs Gaſpar poſſit de illis diſponere pro libero ſuo placito & volūta-
8 te: liberè aūt fieri † dicitur, cū fit ſine alicuius perſonæ impedimēto, vel cōtradictione, ſm gl. in cle. dubium, in ver. liberè, de ſepul. & in cle. fi. de æta. & qual. Butr. in c. 1. vbi latè Barbat. de offi. ordin. & q̃n actus erat talis, qui non poterat fieri ſine authoritate & licētia; tunc verbum, liberè, importat quod fiat ſine illa, Bal. in c. quæ in eccleſiarum, de conſtitu. Abb. in c. de multa, de præben. Barbat. in conſ. 11. nu. 3. vol. 2. Tiraq. latè in l. ſi vnquam, in ver. reuertatur, num. 136. C. de reuoc. donat. Cur. iun. in cōſ. . . nu. 3. & in terminis, quod ſtāte dicto
9 verbo, liberè, legatum capi poſſit propria † authoritate, voluit Iaſ. in l. nemo poteſt, nu. 38. ff. de lega. 1. vbi Ripa, nu. 62. idem Ripa in l. 1. num. 12. ff. quot. legat. Gozad. in conſ. 21. nu. 17. Duran. d. tracta. tit. 5. cau. 15. nu. 2. Plot. in tract. de in lit. iuran. §. 2. nu. 28. Meno. d. rem. 2. nu. 52. vbi citat etiam alios, Caualcan. in tracta. de vſufruct. mulieri relicto, nu. 11. & licèt prædicti loquantur, q̃n dictio, liberè, eſt adiecta verbo ſignificanti acquiſitionem legati: tñ idem eſt q̃n eſt appoſita verbo importāti ius iam quæſitum, & ideo inquit Gozad. in cōſ. 91. nu. 7. quod legādo teſtator cum hoc quod legatarius poſſit de ea re diſponere pro libito volūtatis, videtur conferre licentiam capiendi ſua manu, idē voluit Socin. iun. in conſ. 72. nu. 7. vol. 2. ſequitur Roland. in conſ. 42. nu. 20. vol. 1. & eos refert ſimpliciter Meno. d. rem. 2. nu. 52. ſi ergo p illud verbū conceſſa eſt licentia apprehendendi poſſeſſionē propria authoritate, ceſſat interdictū quorum
10 legatorum, quia † non datur ei de voluntate teſtatoris, qui accepit poſſeſſionē ſm gl. Bar. Bal. Ang. & Rapha. quos in id vocat Ripa d. l. in prin. nu. 9. ff. quor. lega. cū multis citatis a Meno. d. remed. 2. nu. 42. poteſt. n. teſtator ſimilem concedere licen-
11 tiam, vt probant † Doctores in l. nemo poteſt, vbi præcipuè Alex. Iaſ. Annib. Crot. & Ripa, ff. de leg. 1. Iaſ. d. l. quoties, num. 8. C. de hæred. inſti. & in l. non eſt dubiū, nu. 2. C. de legat. Dec. in conſ. 424. nu. 15. Gozad in d. conſ. 91. nu. 9. Menoc. de recuper. poſſeſ. rem. 5. nu. 33. & de adipiſcen. d. rem. 2. nu. 43. & alij mox citandi. & nō ſolum hæredi, ſed etiam fideicōmiſſario concedere poteſt huiuſmodi licentiam, Bal. in conſ. 234. vol. 3. Iaſ. conſ. 146. num. 1. vol. 4. Dec. in l. fi. nu. 48. C. de edicto diui Adria. tollen. Rube. d. conſ. 43. nu. 5. in fi. Duran. d. cau. 15. nu. 3. Ripa in d. l. nemo poteſt, num. 64. Plot. in d. §. 2. num. 28. & Meno. alijs comprobat, d. rem. 2. nu. 45. & hæc licentia poteſt quoque tacitè concedi, ſicut expreſsè, Iaſ. in d. l. quoties, & d. l. non eſt dubium, Dec. d. l. fin. num. 48. & in d. conſ. 424. num. 16. Gozadin. d. conſil. 91. nu. 10. Bero. in conſ. 60. num. 7. volum. 2. Annib. in l. nemo poteſt, nu. 353. vbi Ripa, num. 62. Grat. conſi. vlt. vol. 1. Plot. d. nu. 18. & ſeq. Caualcan. de vſufructu mulieri relicto, num. 11. Gomeſ. titu. de teſtam. ca p. 12. num. 10. Meno. d. rem. 2. nu. 46.

Quartò pro eiuſdem ſuiæ iuſtificatione afferri poteſt, quod interdictum quorum legatorum, tūc ſolum concedi tur, q̃n grauata hereditate multitudine legatorum poteſt eſſe locus detractioni falcidiæ: hac enim ratione fuit introductum illud remedium, & ceſſat pariter, q̃n detrahi non poteſt falci
12 dia, † vt probat text. in l. 1. C. quor. legat. vbi Cin. Bart. in l. 1. in princ. ff. eo. tit. vbi Ang. dicit ceſſare interdictum, q̃n hæres non poteſt detrahere falcidiam. & hæc fuit opinio Placen. Azon. glo. Iac. de Are. Petri, & Bal. & aliorum, quos ſequitur communiter Doctores, vt dicit Ripa d. l. 1. nu. 24. qui ait, quòd ſi hæres iniuſtè cōqueritur de falcidia, vt quia non fecit inuentarium, vel teſtator prohibuit eam detrahi, hæres non auocabit poſſeſſionem a legatario, qui eam ingreſſus fuerat propria authoritate, & hoc voluit quoq; Comen. in cōſ. 61. Petrus hæres, in fi. vbi loquitur, q̃n erat prohibita a teſtatore, & ſubſcribit ſe Fulgo. ibi, Caſt. conſ. 291. ſuper ſexto dubio, nu. 7. vol. 2. Corn. in conſ. 140. in fi. vol. 1. conſ. 37. colum. penult. verſi. circa ſecundum, volum. 3. Dec. l. fin. nu. 24. C. de edicto Diui Adr. tollen. latè Menō. de adipiſc. poſſ. rem. 2. nu. 6. 68. 71. 77. & alibi paſſim in diſcurſu, at in propoſito non videtur, quod poſſit detrahi falcidia, ſtante licentia, quæ vt ſupra dictum eſt, fuit Domino Gaſpari conceſſa a teſtatore capiēdi poſſeſſionem propria authoritate: quando. n. ſimilis conceditur
13 licentia, † prohiberi videtur falcidia, vt probatur in l. prima, §. denique. ff. ad Trebellia. vbi dicitur, quòd hæres permittēs legatarium capere propria authoritate rem legatam, cēſetur falcidiam remittere, vbi Azo, glo. Bart. Alex. & alij dicunt, quòd hæres ſoluendo legata ſine traditione falcidiæ, cenſetur eam remittere. & licèt Comen. Caſtren. Iaſ. & Ripa ibi contradicant gl. Bartol. & alijs, qui tenent quòd hæres cenſeatur illam remittere fidei commiſſario, non autem legatarijs: tamen in hoc omnes conueniunt, quòd hæres cenſetur illam remittere, nec poteſt detrahere, vt videri poteſt ibi per Ripam, nu. 7. & ſeq. & ad idem eſt tex. in l. 1. §. quod ait prætor volūtate. ff. quor. legat. & quæ dicuntur in hærede, videntur procedere quoque in teſtatore concedente huiuſmodi licentiam.

Ex ijs ſublatū eſt, quod fortè obijci poterat reſtitui debere poſſeſſionem vt detrahatur falcidia; licèt Dominus Gaſpar non inciderit in priuationis pœnam indictam in d. l. non eſt dubium, C. de legat. quia cum habuerit licentiam a teſtatore, nedum non poteſt legatum amiſiſſe, ſed non etiam poteſt cōueniri interdicto quorum legatorum, vt dixi in 3. fundamento. Præterea ingreſſus Domini Gaſparis non poterat puniri pœna d. l. non eſt dubium, quia factus eſt hæreditate nondum per
14 dictas Dominas ſorores adita, quo caſu † non habet

bet locum priuatio, ſecundum gloſ. penult. in cap.
fin. de ſucceſſ. ab inteſt. not. Doctores in d.l. non
eſt dubium, Rom. in conſ. 312. Alex. in conſi. 163.
num. 5. vol. 6. Socin. in conſi. 30. volum. 1. Dec. in
conſ. 243. num. 3. & ſeq. & in conſil. 424. num. 18.
Capra in conſ. 3. nu. 33. in conſil. 68. nu. 18. Bero.
in conſil. 47. nu. 17. volum. 3. Duran. d. tit. 6. caut.
12. nu. primo, alios citat Maran. de ord. iudic. p. 4.
in 7. princip. diſtinct. num. 10. Roland. in conſi. 77.
num. 38. vol. primo, Meno. de adipiſc. poſſ. rem. 2.
nu. 9. & ſeq. quinimo vt procedat priuatio, volunt
multi quod nedum adita ſit hæreditas per hære-
dem, ſed etiam ſit apprahenſa poſſeſſio, ita decla-
rando glo. in d.l. 1. in princ. ff. quor. legat. ita Iaſ. in
d.l. non eſt dubium, in prin. Ripa in d.l. prima, nu.
19. vbi dicit communem, atque hoc modo intelli-
git quoque Galliau. in l. centurio, nume. 10 a. ff. de
vulg. vbi dicit remedium d.l. non eſt dubium, ſuiſ-
ſe introductum contra occupantem poſt aditio-
nem, & apprahenſionem: interdictum verò quo-
rum legatorum, contra occupantem ante aditio-
nem; proinde niſi licentia teſtatoris eximeret ab
onere reſtituẽdi poſſeſſionem, eſſet omnino inuti-
lis. Pręterea interdictum quorum legatorum, non
datur quando hæres poteſt capere poſſeſſionem
propria authoritate: hæc autem exceptio intelligi
debet ſecundum regulam, ergo quando poteſt ca-
pere propria authoritate, poſſeſſio nullo tempore
reſtituenda erit, alias fruſtra denegaretur interdi-
ctum quorum legatorum.

Nec dicatur ꝙ ſaltem dabitur interdictum vti-
le, quorum legatorum, quod competit qñ res lega
ta reperitur apud hæredẽ ſine vitio, vt voluit Bar.
in l. lineam, ff. ad leg. Falcid. & idem probauit Al-
ber. in l. 1. ff. quot. legat. quia reſpondetur proce-
15 dere † prædicta, qñ legatarius non poſſideret vo-
luntate teſtatoris, ſed quando ex illius licentia &
conſenſu poſſidet, neque directum datur, neq; vti
le, ſecundum Iac. de Are. & Bar. in l. 1. §. ſi quis ex
mortis, ff. quor. legato. Alexand. in d.l. lineam, nu.
3. Ripa in d.l. prima, num. 15. ff. quor. leg. vbi alle-
gat Caſtr. & Soc. Menoc. d. rem. 2. nu. 57.

Hęc verò quamquã vrgentia & colarata, me tñ
deducere non potuerunt a diuerſa ſnĩa, quam exi-
ſtimo de iure veriorẽ, quod. ſ. D. Gaſpar teneatur
domus & prædij nemq rei poſſeſſionem reſtituere
hæredib. ſeu fideicommiſſarijs ad effectum, vt de
eis portio ſalcidię detrahatur. Et primo, quia lega
16 tum † capi debet de manu hæredis, non autẽ pro-
pria authoritate, cap. Raynaldus, vbi gl. in verſi. pe
tẽdo, de teſta. l. eam quam, C. de fideicom. & nulli
permiſſum eſt, quod ſibi ius dicat propria autho-
ritate, l. vnica, C. ne quis in ſua cau. etiam ſi is ſit
manifeſtè creditor, l. extãt, ff. quod met. cau. l. cre-
ditores, ff. ad leg. Iul. de vi priua. & perdit ius ſuũ
legatarius, qui propria authoritate poſt aditã hæ-
ditatem apprahendit rei legatæ poſſeſſionẽ, l. non
eſt dubium, vbi Doctores, C. de legat. quod ſi an-
te aditionem feſtinauerit, & in acquirenda poſſeſ-
ſione prçuenerit hęredem, proditum eſt nihilomi-
nus interdictum quorũ legatorum, per quod com
pellitur legatarius reſtituere poſſeſſionem, vt dici-
17 tur in l. 1. ff. quor. leg. hæredi † enim conceſſum
eſt quod vbi hęreditas multitudine legatorum eſt
grauata, poſſit quartam ſalcidiam deducere, ne ſit
aditio omnino inutilis, l. prima, ff. ad leg. Falcid.
ponunt Repet. in l. in quartam, in prin. ff. eo. tit.

Et quæ ſupra dixi de hærede, procedũt ẽt in fi-
deicõmiſſario, cui cõpetit interdictũ quorũ lega-
torũ, cõtra legatariũ, qui propria authoritate acce
pit rei poſſeſſionẽ. ita Ripa in d.l. 1. in princ. nu. 4.
ff. quor. legat. ſequitur Meno. d. rem. 2. nu. 18. quia
18 latè ſumpto † vocabulo fideicommiſſarius dicitur
hæres, l. ſicut, §. primo, ff. quib. mod. pig. vel hypo
thec. ſolu. gl. in l. quãuis, ff. de iud. & in eos tranſeũt
iura omnia hæreditaria tam actiua, quàm paſſiua
poſt ſactam reſtitutionem, l. reſtituta, ff. ad Treb.
§. reſtituta, Inſtit. de fideicom. hæred. qua ratione
dantur fideicommiſſario ea remedia omnia, quæ
in hæredis ſauorem ſuerunt introducta, vt dicunt
Doctores in l. fin. C. de edicto Diui Adr. toll.

Quę multo magis procedunt in caſu noſtro, ex
quo agimus nõ de fideicõmiſſario, ſed de pupilla-
rib. ſubſtitutis. Etenim hæ Dñæ ſorores ſuere Ia-
cobo filio & hæredi ſcripto ſubſtitutæ vulgariter,
pupillariter, & per fideicõmiſſum. euenit aũt caſus
pupillaris ſubſtitutionis, q̃a Iacob. deceſſit in æta-
19 te pupillari, ſubſtitutio aũt pupillaris † dicitur te-
ſtamentũ pupilli, & per eã ſucceditur pupillo, non
patri, l. morib. ff. de vulg. c. Raynaldus, & c. Raynu
tius, de teſtam. c. ſi pater, eod. tit. in 6. cũ alijs quos
citaui in cõſ. 31. nu. 13. & ideo ſubſtitutus pupillo
capit nedum bona, quæ a patre teſtante prouene-
runt, ſed ẽt quæ a matre & quouis alio, l. ſed ſi plu
res, §. ad ſubſtitutę, vbi Bar. Caſt. Aret. & alij, ff. de
vulg. & ſubſtitutus in re certa, capit oĩa bona pu-
pilli, l. cohęredi. §. fi. ff. de vulg. quẽ tex. dicunt ſin-
gularẽ Din. Bar. & alij, quos ibi recitat Iaſ. nu. 2. &
ſequũtur alij a me allegati in cõſ. 48. nu. 7. & ideo
licèt fideicommiſſarius vniuerſalis non poſſit ſalci
20 diã detrahere † de legatis particularibus, l. lex ſal-
cidia, §. numquam, ff. ad leg. ſalcid. præcipuè ſi le-
gata ſunt non ab hærede, ſed a ſe relicta, l. facta,
§. ſi cum ſuſpectam, ff. ad Trebellian. Ripa in d.l.
prima, §. denique, nu. 10. ff. ad Treb. vbi dicit ꝙ &
ſi fideicommiſſarius detrahat aliqñ ſalcidiã de le-
gatis ſingularib. relictis ab hęrede, nunquã tñ eam
detrahit de relictis a ſe: nihilominus nos non ſu-
mus in fideicommiſſarijs, ſed in ſubſtitutis pupil-
laribus, qui dicuntur iure directo ſuccedere, vt de
clarat Aretin. Inſt. de pupilla. ſubſtit. in prin. & in
terminis eſt tex. in l. in rõne, la prima, §. quod vul-
21 go, ff. ad leg. ſalcid. vbi probatur, † ſubſtitutum pu
pillarẽ poſſe ſalcidiam detrahere de legatis non tã
relictis a ſe, ſed etiam ab ijs, quæ relicta ſuerunt a
pupillo. verum eſt quòd ibi diſponitur vnicam de
duci ſalcidiam, non autem duas, & in propoſito is
tex. iunctis notatis per Bart. num. 4. & Alex. nu. 7.
probat, quod ad dignoſcendum ſit ne locus ſalci-
diæ, inſpici debent nedum legata relicta a pupil-
lo,

lo,ſed ea quoque quæ ab ipſo ſubſtituto ſolui iuſ-
ſit teſtator ita vt locus ſit falcidiæ, ſi vtraque coa-
ceruata excedunt dodrantem, licèt de per ſe non
excederent, atque ibi Doctores oẽs ponunt ratio-
nem ineundã circa ſalcidiã. cum igitur locus ſit fal
cidię, & conſtet Dñum Gaſparem propria autho-
ritate accepiſſe poſſeſſionem legatorum, tenetur
illã reſtituere, & ſuper hoc tanquã ſuper regula di
22 ctæ Dñæ ſorores fundatanſ † habent ſuam inten-
tionem, ſm gl. & Doctores in l. omnis diffinitio, ff.
de reg. iur. vbi dicit inhærendum eſſe regulæ, Bar.
in l. quoties, ff. ſi quis cautio. Dec. in l. iubere caue
re, nu. 7. ff. de iuriſd. omn. iudic. & vbi non proba-
tur ſpecialis diſpoſitio, tenaciter obſeruanda eſt
regula, ſecundum Rom. in conſi. 123. nu. 4. Cur.
ſen. in conſi. 11. nu. 4. D. Becius in conſi. 7. nu. 17.
latius tamen Neuiz. in conſi. 66. nu. 17.

Quibus ſic poſitis fundamentis nõ aduerſatur
quod ita ſubſtitutus ſingularis poſſit propria au-
thoritate capere poſſeſſionem rei ſibi relictę, ſicut
inſtitutus in una re; quia reſpondeo ꝙ fideicõmiſ-
23 ſa † ſunt exæquata legatis, l. 1. ff. de fideicom. ideſt
particularia particularibus, vt per Doctores ibi,
& ponit Iaſ. in rub. ff. ad Treb. nu. 8. ideo tenentur
24 rem ſibi relictã capere de manu hæredis, † ſicuti
capit legatarius, vt probatur in l. facta, in princ. ff.
ad Treb. §. reſtituta, Inſti. de fideicomm. hære. per
quæ iura ita dixit Meno. d. rem. 2. nu. 29. Præterea
de ſingulari fideicõmiſſo nõ minus deducitur fal-
25 cidia, quam † de legato, vt probatur in l. prima, in
princ. ff. ad Trebell. & hoc voluit Iaſ. in rub. ff. ad
Trebellian. nu. 6. vbi dicit cõmunem, atque eã de-
fendit ab impugnationibus Cumani, & eam quo-
que dicit cõmunem Soci. ibi, nu. quinto, licèt ipſe
ſequatur contrariã, & de communi atteſtatur pa-
riter Ripa in l. in quartã, nu. ſecundo, ff. ad leg. fal-
cid. quod ſi ſalcidia eſt detrahenda, vtique reſti-
tui debebit poſſeſſio: quia vt dixi, hac rõne intro-
ductum eſt interdictum quorũ legatorum, & hæc
cõcluſio probatur in l. prima, C. quor. legato. vbi
loquendo promiſcuè de legatis & fideicommiſſis,
dicit eſſe locum ſalcidię, & quod intelligitur ẽt de
Trebellianica, ſm Ripam in l. 1. in princ. nu. 5. ff.
quor. leg. Meno. d. rem. ſecundo, nu. 21. vbi allegã-
do Iac. Reuand. dicit interdictum quorũm lega-
torum, dari ẽt contra fideicommiſſarium particu-
larem duplici ratione, vt per eũ, nec Nat. in conſi.
234. dicit contrarium, ſed ſolum dicit quòd fidei-
commiſſarius particularis ſicut & legatarius po-
teſt authoritate propria capere poſſeſsionem an-
tequam hæreditas adita ſit; non tñ dicit quòd non
teneatur reſtituere, ſed in ſuo caſu defendit reſtitu
tionem non fuiſſe neceſſariam, quia non eſſet lo-
cus falcidiæ, atque ita præſupponit quod ſi fuiſſet
falcidię locus, non potuiſſet fideicommiſſarius ſin
gularis reuocare reſtitutionem.

Ratio aũt diuerſitatis inter inſtitutum in re cer
ta, & ſubſtitutũ, ea eſt, quia in inſtitutum in re cer
ta tranſit dominium recta via, tranſeuntq; omnes
actiones ſine alio hominis miniſterio, l. hæredem,
26 ff. de reg. iur. ſed in fideicommiſsarium, ſeu † ſub-
ſtitutum non tranſeunt, niſi re, vel verbo facta re-
ſtitutione, §. reſtituta, Inſtit. de fideicom. hær. l. fa-
cta, in prin. ff. ad Treb. l. 1. C. commu. de legat. l. 1.
in prin. ff. quor. legat. quę iura loquentia in fidei-
commiſsario vniuerſali, uolunt quòd ante reſtitu
tionem non ei liceat exercerè actiones hæredita-
rias, & quod fideicommiſsarius quamuis vniuer-
ſalis non poſsit propria authoritate capere poſ-
ſeſsionẽ, probat multos allegãdo Decius in conſ.
243. nu. 3. vbi vult hoc uerum eſse in illis quoque
caſibus, quibus ex iuris diſpoſitione reſtitutio fit
ipſo iure, & in conſi. 424. nu. 15. & ſeq. & ideo fi-
deicommiſsarius vniuerſalis conuenitur interdi-
27 cto † quorum legatorum, pro reſtituenda poſseſ-
ſione, quam propria authoritate occupauit, ſecun
dum Oldr. in conſ. 107. in q. 6. gl. Bar. Bald. Ang.
Caſtr. & Alex. in l. Paulus reſpondit, ff. ad Treb.
Iaſ. in conſi. 146. in prin. vol. 4. confirmat Menoc.
d. rem. 2. nu. 23. dicens abſolutè dari contra ſingu
larem fideicommiſsariũ. conſtat igitur fideicom-
miſsario, ſiue uniuerſali, ſiue particulari, non lice-
re capere poſseſsionem authoritate propria.

Non ẽt obſtat, quod Dñæ ſorors prędictæ ſint
ſubſtitutæ in omnibus bonis præterquã in legatis
factis Dño Gaſpari, ideo legata prædicta non ſint
de earum manibus capiẽda: quia reſpondeo quod
illa exceptio non diminuit de uniuerſitate ſubſti-
tutionis; ſed ea non obſtante prædictæ Dñæ ſoro-
res dicuntur inſtitutæ vniuerſaliter in oĩbus bo-
nis, vt eſt tex. expreſsus in l. ſi certam, ff. ad Treb.
28 ubi Bar. in prin. dicit inſtitutum in cæteris † rebus
fieri hæredem ẽt in rebus exceptis, ad idẽ eſt text.
in l. ſi ita quis hæres inſtitutus fuerit, excepto fun-
do, ff. de hære. inſti. vbi inſtitutus in omnibus bo-
nis, excepto uno fundo, dicitur ẽt inſtitutus in fun
do. & ibi in terminis noſtris dicit Bald. quod ſi fa-
ctis multis legatis teſtator inſtituat aliquem hære
dem in oĩbus bonis, pręterquam in dictis legatis,
erunt nihilominus ea legata incluſa in reſtitutio-
ne, & uenirent capiẽda de manu hęredis, & de eis
falcidia detrahetur. hęc aũt deciſio ponit meo iudi
cio gladium ad radicem quæſtionis, & idem dicit
Ang. ibi in fine, & Imola in prin. & ante eos Bart.
in l. centurio, nu. 42. ff. de vulg. inquit, quòd ſi te-
ſtator poſt multa legata dicat, reſiduum bonorum
meorum uolo ad talem uenire, ille erit omniũ bo-
norum hæres æquè, ac ſi expreſsè in omnib. fuiſ-
ſet inſtitutus, Caſtr. in conſ. 177. col. 1. verſ. & ſi di
catur, vol. 1. ubi inquit, quod cenſetur inſtitutus
cum onere legatorum, & quòd legata ſint de eius
manu capienda, & quod verba uidentur appoſita
per imperitiã notarij, non quod importent iuris
miſterium, quod nihilominus eſt hæres in oĩbus,
Ale. in l. nam quod, §. non omnis, n. 15. ff. ad Treb.
Iaſon l. centurio, nu. 61. ff. de vulg. Ruy. qui ópti-
mè declarat, in conſi. 130. num. 11. vol. 3. Bero. in
conſi. 81. nu. 30. vol. 2. quod uerò in contrarium
dictum eſt, prælegata eo caſu non uenire in reſti-
tutione fideicommiſsi, non facit ad propoſitum:
quia

quia etiam ſi verum eſſet, prout eſt maximè cō-
29 trouerſum, vt poteſt videri † apud Zanc. in l. hęre
des mei, §. cum ita, par. 5. nu. 1. & ſeq. ff. ad Trebel.
Rol. in conſil. 34. nu. 7. & ſeq. volum. 4. Cæphal. in
conſ. 231. num. 1. & per totum, Marzar. in ſua for-
mula fideicommiſſi, quæſt. 3. Menoch. in conſ. 86.
per totum, adhuc dicerentur dictæ Dominæ ſoro-
res hæredes, & ab eis petenda eſſent legata, quod
confirmatur ratione. quid ſi enim Dominus Ga-
ſpar repudiaſſet dicta legata, an tranſirent ad ve-
nientes ab inteſtato, an verò ad ipſas hæredes? cer
tè quilibet dixerit ad hæredes, quia nō poteſt pro
parte deceſſiſſe teſtatus, & ꝑ parte inteſtatus, l. ius
noſtrū, ff. de reg. iur. ſi ergo cenſentur in illis quo-
que legatis inſtitutę, erāt ab eis petēda legata, vt di
cūt expreſsè Bal. Imola, Ang. & Alex. ſupra citati.

Illa verò clauſula, quòd poſſit diſponere de re-
bus legatis pro libera voluntate, non importat, ꝙ
legatum capiatur authoritate propria; & licèt Ia-
30 ſon, & alij hoc voluerint, † tamen contrarium te-
nuit Cuman. in conſil. 104. quia ſecundum eum,
verbum liberè, poterit alia operari, & præcipuè,
quod hæres præſtet fundum nulli ſeruituti obno-
xium, ſequitur Crot. in l. nemo poteſt, nu. 46. ff. de
leg. 1. dicens hanc opinionem eſſe de iure veriorē,
& eam quoque probauit ibi Ruin. & Ioan. Anni-
bal, num. 365. quia multis rationibus probat ver-
bum liberè, eo caſu non importare facultatem ca-
piendi propria authoritate, ex quo a iure commu-
ni eſt prouiſum expreſsè, quod de manu hæredis
capiatur, & poſt illud verbum multa alia operari.

Secundò rñdeo, Iaſ. & alios omnes, qui pro-
barunt cōtrariam ſniām, exceptis Gozad. & Soc.
iu. loqui, qñ verbum liberè, adiectū eſt verbo im-
portanti acquiſitionem, ſeu appræhenſionem lega
ti, vt qñ dictū eſt, talis accipiat, capiat, habeat; vel
talis res perueniat, deueniat, &c. tunc enim ſi ea
verba, vel ſimiliā, quæ reſpiciunt principiū acqui-
ſitionis proferantur cum verbo liberè; poteſt eorū
31 dictum ſuſtineri; at † ſecus eſt, qñ verbum liberè,
adiectum eſt verbo, quod non modū acquirendi;
ſed potius acquiſitum retinendi concernit: vt hic
enim dictum fuit quòd de rebus legatis poſſit libe
rè diſponere, id quod intelligēdum eſt poſtquam
cōſequutus fuerit legatum, & poſtquam erit illius
poſſeſſor: voluntas enim tacita, quæ colligitur ex
facto vel verbis, eatenus extenditur, quatenus ex
ipſis verbis vel facto de neceſſitate infertur, Bar. in
l. 1. §. ſi quis hoc interdicto, ff. de itin. actuq; priua.
& reaſſumit Decius in multis conſilijs, ſed ex illis
verbis, poſſit liberè diſponere, non infertur de ne-
ceſſitate, quod debeat capere manu propria: quia
etiam ſi de manu accipiat hæredis, poterit nihilo-
minus diſponere liberè. Item verba illa nō conue-
niunt, quia capiendo legatum propria authorita-
te, nōn dicitur de eo liberè diſponere, quia tunc di
32 cimur diſponere † de aliqua re, quando illam in-
ter viuos, vel in vltima voluntate alienamus, §. di-
ſponat, in Auth. de nupt. §. cum autem certus mo-
dus, Inſt. quib. ex cau. manumit. non licet, §. exhæ-
redatos, in Auth. de hær. & falcid. notatur in rubr.
ff. ſoluto matrimonio. ergo ipſa quoque diſpoſitio
non conuenit, l. 4. §. totiens, ff. de damno infecto.
Cōfirmatur hęc ſententia, quia illa clauſula, quod
poſſit libere diſponere, eſt poſita in exequutiuis;
ideo non debet alterare principalē diſpoſitionem,
33 ſicuti † ſi eſſet in principali, cleme. 1. de præben. c.
quoniam Abb. vbi Imola, de offic. deleg. Deci. in
conſil. 2. in fine, Crot. in conſi. 71. num. 37. Alciat.
in conſil. 479. num. 24. Bellon. in conſil. 6. num. 9.
Crauet. in conſil. 23. num. 3. Natta in conſil. 582.
num. 11. & ſeq. & licet ſoleat declarare talis clauſu-
la, tamen ſi ea declaratio ſe compatitur cum iuris
diſpoſitione, non eſt inducenda correctio, nec ab
ipſo iure recedendum, vt in ſimili declarat Ripa l.
Centurio, nu. 123. in fi. ff. de vulg. ita ergo in pro-
poſito illa verba, quod liberè diſponat, intelligi
poſſunt poſtquam fuerit adeptus poſſeſſionem de
manu hæredis. non debent ideo importare licen-
tiā capiendi manu ſua. his ergo rationib. duxi ſem
per dictum Gozad. & Soc. iun. non eſſe verum.

Sed quia fortè durum eſſet obtinere contra eo-
rum authoritatem, reſpondeo tertiò, quod & ſi eſ-
ſet conceſſa dicta facultas: tamen vbi conſtat de-
trahendam eſſe falcidiam, venit res legata nihilo-
34 minus † reſtituenda ad illum effectum. adduco de
ciſionem Caſt. in l. fi. nu. 13. C. de edicto diui Adr.
vbi & ſi fideicommiſſarius habita verbali reſtitu-
tione poſſit fideicommiſſi bona capere authori-
tate propria, tamen ſi detrahenda ſit falcidia, aut
trebellianica, vult quod teneatur reſtituere rē hæ-
redi, atque ita concludit quòd etiam ubi fideicom
miſſarius poteſt capere authoritate propria, fieri
debeat reſtitutio ad eum finem, idem uoluit ibi
Alex. nu. 24. uerſi. limitat tamen. & quamuis Dec.
nu. 48. contradicat Zucard. tamen nu. 428. conclu
dit quod qui poſſeſſionem accepit propria autho-
ritate de licentia teſtatoris, teneatur omnino rem
reſtituere, ut detrahatur trebellianica, atq; ita vult
in terminis noſtris, quòd fiat reſtitutio, & eſt nota
bilis deciſio, licèt Doctores ad eam non aduertant
in locis ordinarijs, & eam omiſerint Iaſ. & alij.

Poſtremò ſi verum eſſet quod in articulis ſecū-
dæ huius inſtantiæ deductū fuit, licèt nōdum pro-
batum, quòd. ſ. Dñæ ſorores prędictæ nedum adi-
uiſſent, ſed etiam appræhēdiſſent poſſeſſionem &
prædij nemo rei, at ſe oppoſuiſſent contra Domi-
num Gaſparem quādo ingreſſus eſt poſſeſſionem
35 authoritate propria, res eſſet clara: nam licētia † a
teſtatore conceſſa non poteſt exerceri contra hæ-
redem reſiſtentem, vt voluit Galliau. d. l. centurio,
nu. 102. Ripa in d. l. centurio, nu. 52. quem ſequi-
tur Plo. d. tract. de in lit. iuran. §. 2. nu. 29. qui dicit
eſſe communem opinionem, Caualca. in tract. de
vſufr. mulie. relicto, nu. 12. qui ideo conſulit hære-
di vt præcurrat ad ingrediendum poſſeſſionē. qui-
nimo Bald. in conſ. 234. vol. 3. uidetur uelle quod
habens huiuſmodi licentiam teneatur adire iudi-
cem, & eū ſequitur Iaſ. d. conſ. 146. in princ. uol. 4.
ſed Bal. ibi uidetur mihi conſulere, non arctare, &

ita

Ita quoque intelligit Duran.d.tit.5.caut.15.in fi.

Ex his eſt ſatisfactum argumento, quo dicebatur nõ eſſe locum quorum legatorum interdicto, qñ legatum non eſt falcidiæ ſuppoſitum ex ordinatione teſtatoris. ſed reſpondeo aliter, nam non eſt verum quod teſtator dando licentiam capiendi legatum authoritate propria, prohibere videatur ne hæres vtatur ſalcidia, ſicuti etiam non eſt verum, quando hæres permittit, quod legatarius capiat authoritate propria: ſiue enim hæres, ſiue legatarius conferat dictam licentiam, ſemper poterit de-
36 trahi falcidia, † vt probatur in l.fin.C.ad leg. Falcid. inducendo a ſpeciali, & ita voluit in terminis Salic.in l.1.nu.11.C.de pact. Iaſ.in l.nemo poteſt, num.40. ff.de leg.1.qui loquitur expreſsè, ſiue licentia a teſtatore, ſiue ab hærede prouenerit, Annibal num.359.qui dicit hoc eſſe certum, quando hæres exequẽdo diſpoſitionem teſtatoris permitteret legatarium capere manu ſua rem legatam, & in licentia a teſtatore conceſſa, hoc firmat Zucar. in d.l.fin.nu.428.in fine, verſ.ſi verò poſſideret de voluntate teſtatoris, C.de edicto diui Adr. tollen.

Accedat, quod in præſenti caſu negari non poteſt, quin res ſit dubia, an falcidia detrahi poſſit, vel ne: at vbi dubium eſt, fieri debet reſtitutio, &
37 in hoc cõueniunt omnes Doctores, † licèt diſcordent, quando certum eſt, eam non eſſe detrahendam, vel eſſe detrahendam. ita tenent gloſſ. Iacob. Aret. Azo, Petr. Bald. & alij in l.1.C.quor.leg. Angel.in l.1. in fine prin.ff.quor.legat. Corn.in conſil.37.in vlt.dubio, volum.3.& hanc dicit communem eſſe opinionem Ripa in d.l.1. in princip. nu. 25.ff. quor.legat.& licet aliquibus in caſibus legatum non patiatur falcidiam, tamen multæ exceptiones allegari poſſunt ab hęrede ad demonſtrandum, quod non debetur, atque ideo non debet ei licere capere authoritate propria. & videmus, ꝙ ſi legatarius capiat poſt aditam, & appræhenſam poſſeſſionem hæreditatis, perdit ius ſuum, etiam ſi falcidia non debeatur, vt probatur in d.l. non eſt dubium. & ita declarat Ripa d.l.1. in fi.princ. non videtur ergo bona cõſequentia falcidia non debetur, ergo legatarius poteſt authoritate propria capere & captam poſſeſſionẽ non tenetur reſtituere.

Prædicta verò omnia procedũt, loquẽdo de interdicto quorum legatorũ: at certum eſt quod hęredi alia quoque remedia competunt contra legatarium occupãtem legatum authoritate propria,
38 & pręcipue publiciana, † rei vendicatio, & condictio poſſeſſionis, vt in propoſito dicit Galia. in l. cẽtnrio, nu.102.in fine, & nn.ſeq.ff.de vulgari. vbi dicit qđ ea omnia remedia poſſint vno libello cumulari, & hoc innuit Meno.d.rem.2.nu.7.in fi. vbi dicit quod etſi ceſſet remedium quorum legatorum, qñ ceſſat falcidia, tamen ſi aliæ cauſę obſtant legatario, alio quoque prodita ſunt remedia; ꝙ ſi interdictum prędictum non competit, qñ legatum non eſt falcidiæ obnoxium, tamen eo caſu prodita ſunt remedia in fauorem hæredis, ſi ex alio non debeatur: quare vbi falcidia debetur, non erunt prodita remedia, vbi collata fuit licentia a teſtatore.

Hæc autem omnia intelligo, ſi tñ Dominæ ſoro-
39 res prędictę offerant † fideiuſſionem Dño Gaſpari de tradendo legatũ, caſu quo debeatur: id enim eſt omnino hæredi neceſſariũ, l.1.§. quod ait prætor, ff.quor.lega.l.1.C.eod.tit. atque ita vult Cor. in d.conſil.37.col.antepen.verſi.quod & videtur, vol.3.vbi videtur tenere id, etiam ſi non fuerit petita; ſed ſane intelligendum eſt, vt ſufficiat petenti morã non facere, vt dicitur in l.fi.§.1. ff.quor.leg. id, qđ alijs cõfirmat Meno.d.rem.2.nu.97.& ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata ex falſis teſtibus, reuocatur.*

2 *Officium ſuperioris implorari poteſt, quando omne remedium excluditur.*

3 *Cauſa criminalis non cumulatur cum ciuili. fallit tamen, quando ciuilis deducitur in conſequentiam.*

4 *Sententia in cauſa ciuili lata non retractatur, vbi criminaliter agitur contra teſtes, vel partem. fallit tamen, quando pars incidenter implorat officium iudicis pro retractatione ſententiæ.*

5 *Cauſa ciuilis intentari poteſt cum criminali, quæ mouetur per inquiſitionem.*

6 *Cauſa ciuilis moueri poteſt, licèt lapſa ſit inſtantia in cauſa criminali.*

7 *Sententia abſolutoria lata in criminali, quia non ſit probatum, non impedit moueri iudicium ciuile.*

8 *Actor ſequi debet forum rei.*

9 *Reſtitutio peti debet coram iudice cõuenti, & coram eo qui tulit ſententiam.*

10 *Querela proponitur coram iudice, qui iudicauit, non coram ſuperiore.*

11 *Appellatio ſolum deuoluit negocium, quod pendebat coram primo iudice.*

12 *Cumulatio non admittitur, quando ſententia in vna cauſa lata pareret exceptionẽ rei iudicatæ in alia.*

13 *Poſteriora prioribus derogant.*

14 *Senatus ſi cognoſcit vti iudex appellationis, ſeruat leges primi iudicis.*

15 *Cumulatio non poteſt fieri in cauſa appellationis.*

16 *Libellus emendari vel mutari non poteſt in cauſa appellationis.*

17 *Tertius aſſiſtere poteſt liti in quacunque parte, etiam in iudicio appellationis.*

18 *Iudex cauſæ criminalis non condemnat reum ad intereſſe partis, niſi petatur.*

19 *Inquiſitio non datur in cauſis ciuilibus.*

20 *Cumulari non põt cauſa ciuilis cũ criminali inſtitutã per inquiſitionem formatã ad promotionem partis.*

21 *Procurator fiſci vices ſuſtinet accuſatoris in criminalibus.*

22 *Appellatio dicitur deſerta, quando lapſum eſt tempus ſtatutum a lege vel ſtatuto.*

23 *Inſtantia cauſæ criminalis principaliter intentata, ſi eſt lapſa, perit cum ea cauſa quoque ciuilis incidenter intentata.*

24 *Inſtantia cauſæ criminalis ſemel lapſa, non poteſt de nouo iudicium inſtitui.*

25 *Exceptiones dilatoriæ & declinatoriæ opponi poſſunt*

ſunt in cauſa incohata poſt lapſum inſtantia.
16 *Cauſa criminali extincta poſt mortem rei, moueri debet ciuilis coram competenti iudice.*

CONSILIVM CCLXVI.

DVBITATIONE caret præſens cōtrouerſia, ſed quia ſpectabilis Dñs
Petrus Caſtodengus multa congerit ad ſuum fauorem contra magnificos Dominos Thomenum, & nepotes de Ripis, omnia ſunt excutienda, quantumuis impertinentia. contendit enim Dominus Petrus cognoſcendam eſſe per Senatum excellentiſſimum cauſam ciuilē, in qua requiſiuit ſententiā latam a Prætore Albæ reſcindendam, & reuocandam eſſe tamquam latam ex falſis teſtibus produ-
1 ctis per dictos de Ripis: res enim iudicata † renocatur, ſi probetur teſtimonijs falſis partem vſam, l. falſam, C. ſi ex falſ. inſtrum. vbi gloſ. & Doctores dicunt procedere, ſiue pecunia interuenerit, ſiue non, Spec. in tit. de ſenten. §. quoniam, num. 8. vbi dicit, quod & ſi valeat ſententia lata per falſos teſtes, tamen reſcinditur medio reſtitutionis in integrum, l. diuus, ff. de re iud. vel per querelam falſi, vt in l. querela, C. ad leg. Corne. de falſ. vel per actionem in factum, vel per iudicis officium, & latè proſequuntur Doctores, pręcipuè Alex. & Iaſ. in d. l. diuus. & quamuis de iure hęc cognitio ſpectaret ad Prętorem Albæ: tamen quia ab eo fuerat grauatus in cauſa criminali occaſione falſi per eūdem Caſtodengū, ſeu per fiſcū mota cōtra teſtes, & partem producētem habuit recurſum ad excellentiſſimū Senatū, qui cauſam retinuit, & quoad criminalem, eam delegauit magnifico Domino Ioan. Baptiſtæ Riſico cognitori cauſarum criminalium contingentiū in prouincia trans Tanagrū. & non videtur dubitandum, quin non licuerit Senatum, ſeu Sereniſſimum Principem per viam querelæ, ſeu recurſus adire, non obſtante priuilegio ciuibus Albenſibus conceſſo, ne in prima inſtantia, & ante diffinitiuam trahantur extra ciuitatē, quia cōſtitutio, ſeu diſpoſitio excludens a quocunque
2 † remedio, non intelligitur excludere, quin implorari poſſit officium ſuperioris, Rol. in cōſi. 25. col. fin. Fulgoſ. in conſil. 177. col. 2. Alex. in conſil. 88. col. 1. vol. 4. Rol. in conſi. 1. nu. 56. vol. 1. Cōtard. in l. vnica, in quæſtio. 8. nu. 18. C. ſi de mom. poſſ. ubi num. 17. poſt Archid. Bal. & Pariſ. dicit, quod & ſi a ſententia lata in poſſeſſorio non appelletur, tamē poteſt in ea recurri ad ſuperiorem, Natta in conſil. 172. nu. 9. & ſeq. poteſt etiam Senatus alia uia cognoſcere cauſam prædictam: nā Dominus Caſtodengus appellauit Senatum a ſententia lata per Dominum delegatum Riſicum, quia teſtes & Ripas abſoluerat reſeruato iure Domino Caſtodengo agendi pro ſuo intereſſe, ſi & prout iuris erit: in cauſa uerò appellationis petijt teſtes & partem producentem puniri de falſo, & ſententiam latam in ciuili cauſa retractari & reſcindi per reſtitutionem in integrum, uel aliter. & quamuis regu-
3 lariter cauſa † criminalis non poſſit cumulari cū ciuili, Bart. & Imola in l. interdū, ff. de pub. iud. & in l. 2. §. ex hoc edicto, ff. vi bon. rapt. Natta, qui alios citat, in cōſ. 407. nu. 14. cum. n. criminalis actio ſit maior ciuili, nō datur cumulatio ꝑ regulā maioritatis, quæ impedit, l. fi. C. de ord. iud. Docto. in l. edita, C. de eden. vbi Bart. nu. 14. uerſ. ſecunda regula, Caſt. nu. 11. uer. adduntur, Dec. nu. 65. qui dicit procedere, ſiue ciuilis ab uno intentetur, & criminalis ab alio, ſiue utraque ab eodem, Curt. iun. nu. 178. & Purpur. nu. 197. Alex. & Iaſ. in l. diuus, ff. de re iud. cum ſimilib. tñ nō impeditur cumulatio, qñ criminalis actio mouetur principaliter, & ciuilis acceſſoriæ, vt quia petit pars aliquē puniri pęna iuris, & dānari ad reſtitutionē rei. ita Bar. in l. interdū, §. qui furē, ff. de furt. vbi fortius dicit procedere, qñ iudex haberet ſolum cognitionē criminaliū cauſarū, quia nihilominus poſſet acceſſoriè, & in conſequentiā cognoſcere ſuper intereſſe partis, & eum ſequitur Bal. in l. 3. §. ſi dicantur, ff. fin. regun. & in l. ſolemus, §. latrūculator, ff. de iud. vbi etiam Ang. Rapha. & Caſt. Imola in l. interdum, in fi. ff. de pub. iud. vbi dicit caſum d. §. qui furem, reputari ſingularem, idē tenet Imo. in l. defuncto, in fi. ff. eod. tit. Ang. in l. 1. C. de appell. vbi ſubdit quod ita practicatur, quia poteſt quis criminaliter accuſare, & petere partē condemnari ad ſoluēdū damna & intereſſe, Ang. Aret. in proœm. Inſt. in §. imperatoriam, nu. 3. Arimin. ad Ang. in tract. maleſ. in verſ. veſtem celeſtem, eandem tenuerunt Pract. Pap. Salyc. Corn. Soc. Felyn. Cur. iu. Crau. & alios, quos citat Rol. in conſ. 30. nu. 2. vol. 2. addo Afflict. in conſtitut. Regni, incip. ſi quis in poſterum, nu. 42. Dec. in l. edita, nu. 66. C. de eden. dicens ꝙ hoc caſu videtur quis ſolam intentaſſe criminalem, & incidēter imploraſſe officium iudicis, vt ſibi reſtituatur res vel emendetur damnū, Bero. in conſ. 22. nu. 31. vol. 3. vbi dicit procedere etiam, qñ quis eſt ſolum iudex cauſarū ciuilium; & multo magis, qñ eſſet ordinarius ciuilium, & criminalium cognitor, Maran. de ordine iud. p. 4. in princ. nu. 28. Clar. pract. crimin. q. 2. nu. 2. & licèt regula ſit, vbi actū eſt criminaliter contra teſtes, vel par-
4 tem producentem, ſnīa lata in cauſa † ciuili nō retractetur, vt voluit Inn. in c. licet cauſam, nu. 3. de probatio. & ibi quoque Io. Andr. tamen hoc fallit, qñ pars incidenter vel acceſſoriè officium iudicis imploraret pro retractatione ſententiæ, quia tunc fiet retractatio in eodem iudicio, & per eūdem iudicem; etiam ſi ſimplex ſit cognitor criminalium cauſarum. ita declarat Imo. in l. Diuus, colum. 1. nu. 2. ver. vltimò nota, ff. de re iudi. ſequitur Alex. nu. 8. qui allegat gl. & Spe. limitādo, niſi quadriennium eſſet lapſum, & Iaſ. nu. 17. Soc. in conſil. 60. nu. 2. vol. 4. Crau. in conſil. 14. num. 1. & conſi. 58. nu. 2. Rol. d. conſil. 30. nu. 4. vol. 2. quinimò iudex poteſt id facere parte non petente, vt voluit Crau. in d. conſ. 14. num. 6. per tex. in §. oportet enim, in Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. & in §. illud videlicet, in Auth. vt lice. mat. & au. & non obſtat,

quod

quod voluit Bal. in rep.l.edita, nu.96.C.de eden.
dum vult, quòd non admittatur libellus eius, qui
agendo contra vſurarium dicit, peto me abſolui,
& poſt abſolutionem eum puniri, & condemnari
ad reſtituendam vſuras, quia eius dictum proce-
dit, propter rationē, quam ipſe allegat; non enim
is qui ſoluit vſuras, poteſt petere reſtitutionem, ni
ſi prius ſit habilitatus a iuramento: & dum de per
ſona diſceptatur, non licet cognoſcere de cauſa;
ſecus autem ſi qualitas perſonæ non impediret iu
dicium: quinimo dum Bald. mouetur illa ratio-
ne, quæ concernit perſonam, admittere videtur,
quod ceſſante impedimento procederet libellus.

Præterea in præſenti caſu non eſt dubitandum
de cumulatione, quia proceditur in cauſa crimina
li, nō per viā accuſationis, ſed p viā inquiſitionis.
licèt cauſa ciuilis nō poſſit cumulari cū criminali,
vt eſt dictum ſupra; tñ hoc fallit, qñ in criminali
5 procedit iudex † per inquiſitionē, quia reg.l.1.C.
quando ciuil.act.præiud.crim.non procedit in iu-
dice inquirente, quandoquidē iudex non dicitur
pars.ita Bal.in l.1.nu.5.verſi.vel pone aliud exem-
plum, C.de appel. Alex. ad Bart.in l.2.§.hoc edi-
cto, ff.vi bon.rapt. Purpu.in l.edita, nu.154.C.de
eden.qui allegat Bald. ibi in repet. quem tamē nō
inueni, niſi ſit ſub nu.88.vbi tñ id meo iudicio nō
dicit.& ratio eſt, quia tendūt ad diuerſa, & mouē-
tur a diuerſis; iudex enim inquirendo agit ad pu-
blicā vindictā, & pars proſequitur rē familiarem,
& propriū intereſſe, intelligendo tñ quando iudex
habet vtranque cognitionē, ciuilē ſcilicet & crimi
nalē: alias enim ſi ſit iudex maleficiorū tantū, corā
eo ciuilis actio non poterit proponi principaliter,
ſed acceſſoriè tantummodò, vt inquit Boſſ. in tit.
de decret. Mediol.nu.31. vbi dicit eſſe cōem opi-
nionem, & ſequitur Clar.d.q.2.nu.2.in fine, cum
igitur in præſenti cauſa procedatur coram Sena-
tu, qui vtranq; habet cognitionem, licita fuit cu-
mulatio, cum procedatur per inquiſitionem.

Nec obſtat, quod inſtātia cauſæ appellationis
quæ fuit interpoſita a ſnīa lata per Dūm Riſicum
ſit lapſa, & videatur ideo Dominus Caſtodengus
excluſus non ſolum a criminali, ſed etiam a ciuili,
quam cumulauerat in cauſa appellationis: quia ad
hoc reſpondetur non obſtante lapſu licere Domi-
no Caſtodengo principaliter mouere ciuilē cau-
6 ſam pro retractanda † ſnīa lata per falſos teſtes, vt
probatur in l.properandū, §.& ſi quidē, C.de iud.
vbi Iaſ. nu.13.15.& ſeq. dicit quod reo abſoluto
ab obſeruatione iudicij, licet actori ſolutis expen
ſis de nouo agere, & nouum inſtituere iudicium, l.
properandum, §.fin.vbi glo.& Doct. Maran.de or
di.iudic.par.5.nu.47.facit, quia vbi primum iudi
cium finitur non per diffinitiuā ſnīam, ſed per ab-
ſolutionē, tunc criminali iudicio ſic finito nō pro-
hibetur pars agere ciuiliter, l.1.C.de gener.abolit.
Bart.in l.2.§.1.nu.3.in fi.verſi. prædicta verò, ff.vi
bonor.rapto. accedat quod etiam ſi lata eſſet ab-
ſolutoria in cauſa criminali, non impediret moue-
7 ri iudicium ciuile: nā abſolutoria lata, quia † non
fuerit probatū, non obſtat, ne ciuiliter poſſit cauſa
cognoſci, Dyn.in c.nullus plurib. de reg.iur. in 6.
Cyn.in l.1. vbi Saly.nu.11.C.qñ ciuil.act. præiud.
crim.Bart.d.l.2.§.1.nu.3.Bal.in l.1.C.ad leg.Iul.
de plag.in l.ex morte, col.2.C.ad leg.Aquil. Imo.
in l.interdū, col.2.ver.ſi aūt fuerit, ff.de publ.iudi.
Soc.in l.qui agnitis, nu.6.ff.de exceptio. ſi igitur
ſnīa abſolutoria nō obſtaret, multo minus obſta-
bit ſolus inſtantiæ lapſus.& in terminis, q criminā
li iudicio finito liceat ciuile inſtituere, eſt tex.in l.
defuncto, §.quæcunque, ff.de pub.iud.& res vide-
tur ſine dubio, attento quod Dñs Riſicus in ſua
ſnīa reſeruauit ius Domino Caſtodēgo proſequē-
di ſuū intereſſe priuatum. hoc aūt ius non fuit ſu-
blatū, licèt inſtantia appellationis fuerit deſerta;
quinimo fuit confirmatum, quia per deſertionem
approbatur ſententia primi iudicis, & ea mittitur
exequutioni; & propterea licet D.Caſtodengo ci
uile iudicium inſtituere coram excellentiſſ. Sena-
tu pro retractatione ſententiæ proſequendo cau-
ſam recurſus iam motam coram eodē Senatu an-
tequam criminalis delegaretur Domino Riſico.

Quibus tamen non obſtantibus concludo, cau
ſam ciuilem non poſſe cognoſci per Senatum, ſed
eſſe remittendam ad Prætorem Albæ, tum ex di-
ſpoſitione iuris communis, ſecūdum quod actor
8 † ſequitur forum rei, c.experiētiæ, & c.ſi quiſque,
11.q.1.c.cum non ab homine, de iudi.c.2.de foro
comp.tum verò ex priuilegio, quod Sereniſſimus
D.Dux Mantuæ, & Montisferrati conceſſit ciuib.
Albenſibus, ne poſſint trahi extra Ciuitatem, ſed
cauſæ omnes in prima inſtantia cognoſci debeant
coram Prætore; & cum priuilegium concurrat cū
iure cōmuni, difficilius retinentur in Senatu cau-
ſæ motæ contra ciues Albæ, quia duo vincula ma-
gis ligant, l.pen.§.ſi verò, C.de adop.c.1.de treg.
& pace, §.pen.in Auth.de conſang.& vter.fratr.

Secundò facit, quia D.Caſtodengus petit ſe in
integrū reſtitui aduerſus ſnīam latam in cauſa ci-
9 uili per D.Prætorē Albæ: reſtitutio † aūt peti de-
bet corā iudice rei, vt probatur in l.2.C.vbi in in-
teg.reſtit.& Ibi notat Bar.Didac.lib.1.variar.reſo
lut.c.4.in prin.vbi limitat in clerico, idē dicit Ma-
ran.de ordin.iud.par.6.in 2.actu prin. nu.153.vbi
limitat vt ſup.quinimo etiam iudex qui ſnīam tu-
lit poteſt contra ſuam ſententiā reſtituere, vt pro-
bat tex.in l.in cauſæ, la ſeconda, §.fin.ff.de minor.
& ratio eſt, quia qui reſtitutionem petit, de iudice
nō quæritur; ſed vel propriū allegat errorem, vel
aduerſarij circūuentionem, vt dicit tex.in l.profe-
cti, ff.de minor.& quòd iudex reſtituere poſſit ad-
uerſus propriam ſnīam, probat etiam tex.in l.præ
ſes, ff.eo.tit.& glo.in l.1.C.vbi & apud quem, &c.
vbi licet tex. dicat ſolū Principē poſſe reſtituere,
ſupplet tamen quòd idem facere pōt, qui in cauſa
iudicauit, ſequitur Bart. ibi, & idē eſt, quādo pars
conqueritur de ſententia per viam querelæ, quia
10 eā tenetur proponere † corā iudice, qui iudicauit,
non autem corā ſuperiore ſuo, vt dicit glo.in c.ad
reprimendā, in ver.ſuſpendatur, de off.ord.quam

dicit Abb.ibi,nu.6.eſſe ſingularẽ,& cõiter appro-
batam,quod querela proponi non põt coram Ar-
chiepiſcopo, quia non eſt ſuperior Epiſcopi, niſi
per viã appellationis: & idẽ dicit Abb.in c.cõſan-
guinei,nu.9. de re iu.limitãdo,niſi iudex nouũ in-
ferret grauamen, Fel. qui alios allegat in c. lator,
col.3. ver. tertia declaratio, de re iu. hoc ẽt tenuit
Caſtr. in l.fi.nu.16.C.de edi. diui Adr.toll.vbi di
cit,quod a remedio dictæ legis, nõ appellatur,ſed
licet cõdemnato petere per viã querelæ, corã eo-
dem tñ iudice,quod miſſio reuocetur,per glo.ibi,
quã dicit ad hoc eſſe notandã,& idem tenet Alex.
nu.28. & Iaſ.nu.29.vbi dicit, differre appellatio-
nẽ a querela, quia per appellationẽ cauſa deuolui
tur ad ſuperiorẽ, ſed per querelam tractatur corã
eod.iudice,Maran.d.2.actu,nu.116.Boſſ.in ti. de
quere.cont.ſent.in princ.ſed præter eos idẽ voluit
Caſtren.in l.quiſquis,C.quor.appel.recip. vbi eã
dem cõſtituit differentiã, Iac.d.l.fi.num.57.C.de
edicto diui Adr.toll. Bero. in c.1.num.4.de appel.
Menoc.de adipiſ.poſſ.rem.4.nu.902.& quãuis p̃-
dicta deciſio patiatur contradictionẽ, vt videri po
teſt per Alex.Dec. & Sapi.in d.l.fi.tñ id eſt reſpe-
ctu illius remedij, de quo in l.fi. quod multi volũt
non admitti querelã ad eũdem iudicem,ſed quod
querela debeat corã eodẽ iudice proponi regulari
ter, vbi natura cauſæ nõ impedit querelam,nemo
eos impugnat. Ex his itaq; remanet fundata intẽ-
tio Dñorum de Ripis,ꝙ vbi ciuiliter tractandũ ſit
de falſitate teſtiũ,& de retractanda ſnĩa lata in eo-
rũ fauorem,id proponi & diſcuti debeat corã Præ
tore Albę,& apertior fiet hæc concluſio,& clarior
ex his, q̃ infra dicẽtur in reſolutione contrariorũ;
quæ quia inordinatè, & pro parte impertinenter
fuerunt obiecta, ita inordinatè mihi agendũ fuit.

Nõ obſtat igitur,ꝙ per viã recurſus D.Caſtodẽ
gus Senatũ adiuerit,& ab eo petierit reparari gra-
uamina illata per Prætorẽ Albę:quia ad hoc reſpõ
deo,ꝙ etſi cõfugerit ad Senatũ pro cauſa crimina
li,q̃ fuerat a fiſco mota cõtra teſtes,& Ripas prin-
cipales: tñ nullam fecit mentionẽ de cauſa ciuili,
nec corã prætore Albæ pendebat ciuilis cauſa,ſed
ſolũ criminalis: proinde illæ recurſus, qui fuit ad-
miſſus, nõ potuit ad Senatũ deuoluere cauſam ci-
uilẽ,quæ nondũ fuerat inſtituta, ſed ſolã crimina-
lẽ,quæ erat tentata:ita videmus in appellatione,q̃
11 deuoluit † ad ſuperiorẽ id ſolũ quod reperitur pẽ
dere coram primo iudice, vt voluit Rot. in deciſ.
436.nota acto.in antiquis, vbi dicitur,ꝙ ſuſpenſo
petitorio, ſi appelletur a ſnĩa primi iudicis lata in
poſſeſſorio, iudex appellationis nõ poterit cogno
ſcere de petitorio; quinimo ſi ſuper eo iudicaret,
ſnĩa eſſet nulla. probat ẽt Vant.in tit.de nullit.ex
defec.iuriſd.ord.n.87.idẽ ergo erit in cauſa recur-
ſus, vt id cenſeatur deuolutum, quod pendebat.

Secundò rñdeo,quod D.Petrus Caſtodengus
non potuit ſupplicare, nec recurrere ad Senatum
pro cauſa ciuili vel criminali, quia ſua non intere-
rat:quandoquidem de proprio intereſſe non fecit
fidem:reſpectu verò illius D.Mariæ,vel etiam bo-
norum illius Georgij Caſtodẽghi, quem dicit ab-
ſentem, non debet audiri, quia bonis illius datus
fuit curator non ipſe D.Petrus, ſed D.Io.Franci-
ſcus Caſtodengus eius frater.pro iuribus ergo di-
ctæ hæreditatis ſeu bonorũ iacentium non debuit
audiri in præſenti cauſa,vt latius dicã paulo infrà.

Tertiò rñdeo, qđ vbi ẽt cauſa recurſus cõtine-
ret cauſam ciuilẽ, & illã quoq; ſicut criminalẽ de-
uoluiſſet, tñ ab iſto recurſu receſſit D. Caſtoden-
gus, qñ appellando a ſnĩa D.Riſici deduxit corã
Senatu vti iudice appellationis cauſam ciuilẽ, &
petijt ſnĩam reſcindi tamquã latã ex falſis teſtib.
& pro hoc adduco, quia clarũ eſt, quod ſi D.Ca-
ſtodengus in iudicio appellationis intẽtato obti-
nuiſſet cõtra D.Ripas, vtiq; ſnĩa lata produxiſſet
exceptionẽ rei iudicatæ in cauſa recurſus, quia eſt
pro eodẽ negocio inter eaſdẽ partes,& eadẽ agen
12 di via: vbi verò abſolutoria † vel condẽnatoria la-
ta in vna cauſa parit,vel parere põt exceptionẽ rei
iudicatę in alia,tũc nõ datur cumulatio,l.ſi mater,
§.eandẽ,ff.de excep.rei iud.Bart.in l.edita,nu.14.
in 1.reg.C.de eden.vbi Caſt.nu.11.ver.ſunt autẽ,
Alex.nu.16.& 18.Iaſ.nu.29. ver.iſtã tenet, Curt.
iun.nu.155.Dec.nu.60. & Purp.in repet.nu.155.
Bero.in conſil.68.nu.21.vol.3. Capic.deciſ.209.
nu.4.eadẽ autẽ rõne prohibetur mutatio iudicij,l.
vbi cęptũ,& l.ſi quis poſtea quã,ff.de iudi.q. a hoc
mõ diuideretur cõtinentia cauſæ, l.nulli, C.de iu-
di.vbi Iaſ.in prin.quia vbi ſnĩa lata in vno pareret
exceptionẽ rei iudicatę in alio,tũc obſtat exceptio
mutati iudicij,& litis pendẽtis,vt per Bal.c.1.in fi.
de controu. feu. apud par.terml.quẽ citat Iaſ.d.l.
nulli, n.3.ver. adde aliam.cũ igitur iſta iudicia nõ
poſſint ſimul ſtare,ꝙ ſcilicet retractatio ſnĩæ pera-
tur in recurſu habito aduerſus proceſſum Præto-
ris Albẽſis,& in appellatione introducta aduerſus
ſnĩam D.Riſici,fatendum eſt, ꝙ D. Caſtodengus
adeũdo Senatũ per viã appellationis,cẽſetur taci-
tè deſeruiſſe iudiciũ recurſus,atq; ab eo receſſiſſe,
13 quia poſterior † actus derogat priori, l.pacta no-
uiſſima,C.de pact.facit l.ſi q s libellos, C. de app.
vbi qui vnã interpoſuit appellationẽ,videtur rece
dere a prima,& noluit expreſsè Butr.in c.directæ,
de appel.& videtur perpetuũ in his,quæ pendẽt a
ſimplici volũtate hominis,vt per ſcđm actũ dero-
getur primo: ita ſeruatur in teſtamẽtis,§.poſterio
re,Inſtit.quib.mod.teſta.infir.& ſi dicatur; aduer
te,quia p̃dicta poſſent procedere,ſi in cauſa appel
lationis D.Caſtodẽgus adiuiſſet aliũ iudicem, ſed
adiuit Senatũ,qui ille idẽ eſt iudex, qui habet co-
gnoſcere cauſam recurſus.ergo nõ videtur, ꝙ pro
ponẽdo corã eo cauſam appellationis, cẽſeatur re
nũciare cauſæ recurſus, poſtquã idẽ eſt iudex ap-
pellationis & recurſus. Rñdeo, ꝙ etſi Senatus ſit
iudex in utraq; cauſarũ ſpecie,recurſus ſcilicet,&
appellationis; tñ eas cognoſcit tãquã diuerſus iu-
dex. qñ enim cognoſcit tamquã iudex appellatio
14 nis, ſeruare † debet leges primi fori, non autẽ uti
poteſt ſua præeminẽtia,ut probat Natta in conſil.
573.n.35.& ſeq.ubi dicit ꝙ debet inſpicere,an iu-

dex

dex bene iudicauerit ſecundũ ſorum ſuũ, non aũt
omittere litis conteſtationẽ, & alia, quæ alioquin
nõ eſſent neceſſaria in Senatu. ſicuti igitur ſi duo
ſeparati eſſent iudices, alter recurſus, alter verò ap
pellationis, proponendo pars cauſam coram vno,
recedere videretur ab inſtãtia, & propoſitione fa-
cta corã alio: ita ſimili modo vtraque cauſa propo
ſita corã Senatu duplici via, vna tollitur ꝑ alterã.

Minus reſiſtit, quod Senatus poſſit per viã ap-
pellationis cognoſcere cauſam ciuilem ſuper reſo
lutione ſententiæ: quia reſpondeo, quod hoc eſt,
de quo quæritur, an poſſit: nam in cauſa appella-
tionis non potuit Dominus Caſtodengus cumu-
lare ciuilẽ cauſam cũ criminali, per rationem, quã
ſupra deduxi, quod ſcilicet appellatio deuoluit ſo
lum id, quod pendet corã primo iudice, ſed corã
Dño Riſcio non pendebat cauſa ciuilis, ſed ſola
criminalis, quæ ſola fuerat delegata D. Riſcio, &
alia quoque rõne impeditur cumulatio, quia .ſ. nõ
15 poteſt fieri in cauſa † appellationis, vt concludit
Bart. in l. per hanc, col. 1. in fi. ver. alij dicunt nouũ
capitulum, C. de temp. appell. vbi ſubdit, quod ſi
cumulatio admitteretur in cauſa appellationis, de
beret hoc fieri per nouum libellum, & eſſet noua
inſtantia, l. non eſt nouũ, de actio. emp. & pertine-
ret ad conſequendã nouam ſententiã, non aũt ad
confirmandã vel infirmandam ſnĩam primi iudi-
cis: ideo reſidet in opinione, ꝙ non admittatur cu
mulatio. eandẽ ſnĩam probauit Bald. in rep. l. edi-
ta, nu. 98. C. de eden. dicens, quod in cauſa appel-
lationis non datur cumulatio, quia appellatio ni-
hil deuoluit niſi ſe ipſam cũ ſuis connexis, ſed co-
rã primo iudice non fuit actũ de actione poſtea cu
mulata: ergo in cauſa appellationis nõ licet de ea
tractare, ſequitur Purpur. in rep. eiuſdẽ legis, nu.
211. vbi cõcludit ꝙ cumulatio poſſit quidem fieri
pendente appellatione, ſed non coram iudice ap-
pellationis, verũ corã primo iudice a quo eſt ap-
pellatum. Confirmatur ex eo quod dixit Bal. in d.
l. per hãc, nu. 7. vbi inquit, quod ſi in prima inſtã-
tia pars egit de boue, in ſecunda verò vult cumu-
lare de aſino, non põt, quia de eo nõ eſt pronũcia-
tum, nec appellatum: cũ ergo non pendeat appel-
latio, non potuit in cauſa appellationis conteſtari
lis ſuper noua re, quæ in primo iudicio nõ fuit pe-
tita. facit ẽt, quia in cauſa appellationis non licet
16 parti appellanti mutare † aliquo modo, vel emen-
dare libellũ, vt probat Bar. in d. l. per hanc, col. 1. &
rõ eſt, quia mutatio vel emendatio fieri ſolum po-
teſt vſque ad litis conteſtationem, vt per Doct. d.
l. edita. appellatio autem reducit cauſam ad eum
ſtatum, in quo erat in prima inſtãtia poſt litis con
teſtationem, c. per tuas, de appell. l. ita demum, C.
de procur. ideo in appellatione non poteſt fieri,
quod nõ licet in primo iudicio poſt litem cõteſta
tam. hãc quoque tenet Butr. in c. ſignificantib. col.
pen. de libel. oblatio. cõprobat Rom. in conſ. 381.
per totum, qui dicit eſſe de hoc caſum in d. l. per
hãc. & dicit Bal. in l. ſi quis libellos, nu. 2. C. de ap-
pell. poſt Spe. & Cyn. ꝙ l. edita, C. de eden. locum

hẽt in cauſa appellationis. ſi igitur cauſa ciuilis nõ
põt criminali cumulari in cauſa appellationis, vti
que ſatendũ eſt Senatũ vti iudicẽ appellationis co
gnoſcere non poſſe cauſam prædictam a Dño Ca-
ſtodengo cumulatã. Et non dicatur, D. Caſtoden-
17 gus pro ſuo intereſſe † poteſt aſſiſtere cauſæ crimi
nali etiam in cauſa appellationis, vt per plura pro-
bat Old. in conſ. 255. nu. 4. ver. præterea nullũ, vbi
dicit ꝙ in quacunq; parte licet tertio liti aſſiſtere ẽt
in cauſa appellationis: quia quidquid licet in pri-
ma inſtantia, licet in ſecunda. & dũ ſequitur Crau.
in conſ. 14. nu. 4. in fine, vbi loquitur, qñ agitur cri
minalis cauſa contra teſtes falſos: nam rñdere po-
tero ꝙ & ſi pars aſſiſtere poſſit in cauſa appellatio
nis ſicuti in prima, tñ non poteſt agere cumulãdo
ciuilem cum criminali; nec petere, ꝙ ſententia re-
tractetur, & aliud eſt aſſiſtere, & intereſſe, & aliud
agere: & propterea licèt quis poſſit in cauſa inter-
uenire in quacunque parte iudicij, tamen non po-
teſt ius ſuum deducere & agere, Bald. in l. ſi ſuſpe-
cta, in prima lectu. poſt med. ff. de inoffic. teſtam.

Non etiam obſtat, quod vt dicit Crau. in d. con
ſil. 14. nu. 6. iudex poſſit parte non petente condẽ-
nare reum verſus partẽ ad intereſſe, licèt cauſa ſit
18 criminalis: quia rñdetur eius dictum non eſſe † ve
rum, & iura per eum allegata non probare id, ad
quod allegantur, dicũt. n. ſolum, quod iudex reum
non debet relaxare, niſi prius ſatisfecerit parti læ-
ſæ: ſed intelligi debent, ſi pars petat, argumento l.
de pupillo, §. qui opus, ff. de oper. noui nunt. l. 4. §.
hoc autem iudicium, ff. de dam. infecto, vbi iudex
non impartitur officium ſuum non petenti. quam
regulam exornat Ripa in d. §. hoc autem iudiciũ.
& in terminis, quod iudex non poſſit condemnare
reum ad refectionem damnorum verſus partem,
niſi petatur, voluit Sal. in l. ſi quis ad ſe fundũ, nu.
8. C. ad leg. Iul. de vi pub. vbi ait, quod iudex in
cauſa criminis non poteſt ex officio condemnare
reum ad reſtituendum poſſeſſionem, ſed expecta-
re debet petitionem partis. idem probat Ruyn. in
conſ. 87. num. 2. vol. 4. vbi dicit hoc præſupponere
Bar. in d. l. qui furem, & Ang. in l. 1. C. qñ ciuil. act.
præiud. crimin. & ponit rationem, quia iudex non
impartitur officium nobile, niſi ad petitionem par
tis; & ſubdit procedere hoc etiam qñ actum eſt de
crimine per viam inquiſitionis, & idem ponit in
conſ. 35. nu. 4. volum. 5. non eſt itaque curandum
de Crau. qui loquitur contra Bart. Angel. Saly. &
Rnynum. & verè omnes Doctores, qui ſequuntur
Bartol. in d. §. qui furem, tenent quòd requiratur
petitio: dicunt enim, quod iudex poteſt cognoſce-
re cauſam ciuilem, quando pars eam incidenter
deduxit ad criminalem, & clare hoc tenet Bald. in
l. ſolemus, in ſecunda lect. circa medium, ff. de iu-
dic. dum dicit quod iudex non poteſt pœnam ciui-
liter furti imponere, quia ad hoc non eſt actum, la
tè alios citans Rol. conſi. 30. num. 12. vol. 2. & hoc
minorem patitur dubitationem (id quod Ruin. nõ
aduertit) quando, vt in præſenti facto iudex proce-
dit per inquiſitionẽ: nam tunc non poteſt inquire

19 re ad vtilitatem, quia in cauſis † ciuilibus procedi
non poteſt per inquiſitionem, ſecundum Inno. in
cap. ad noſtram, il ſecnndo, de iureiur. Bal. in cap.
1. §. ſi tres, circa medium, de pace tenen. & in ter-
miiis, quod iudex inquirens non poſſit ex officio
reum condemnare verſus partem, tenuit Bald. in
d. l. ſolemus, lect. 2. ff. de iudic. vbi dicit hoc locum
vendicare, etiã quando iudex inquirens vtranque
habet cognitionẽ, ſcilicet ciuilem, & criminalem.

Huic pariter rñſioni nõ obſtat, quod ex quo in
præſenti cauſa iudex Albæ proceſſit per viã inqui-
ſitionis, non eſt prohibita cumulatio criminalis &
ciuilis cauſæ: id enim tollitur plurib. modis, & pri-
mò, quia & ſi foret alioquin licita, tñ ea fieri debe-
bat in prima inſtantia, non autem in cauſa appella
tionis; quia vt eſt dictum ex Bart. in l. per hanc, &
Bald. in rep. l. edita, cumulatio fieri non poteſt in
cauſa appellationis, nec in ea poteſt iudex de cau-
ſa cumulata cognoſcere, quia ab ea non fuit appel
latum, nec quo ad eã deuoluta eſt cognitio per ap
pellationem. & quando iura dicunt aliquid fieri
poſſe, intelliguntur ſi in reliquis termini ſint habi-
les, §. in extraneis, Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. de-
ferun. l. qui teſtamento, ff. de hæred. inſtit. licèt igi-
tur iudice inquirente non impediatur cumulatio
per regulam maioritatis, de qua ponũt Doctores
in d. l. edita, impeditur tamen propter rationẽ præ-
dictam, & ita propter inhabilitatem temporis, &
quando duo obſtant, non ſufficit eorum alterum
remoueri, l. vim paſſam, §. præſcriptione, ff. de adul
ter. cum pluribus citatis per Crot. in conſ. 61. nu. 3.
ſed vtrunque tolli debet, vt in dictis iuribus.

Secundò, quia ad id, quod dicitur, ciuilẽ actio-
nem cumulari poſſe cũ criminali, quę agitatur per
inquiſitionem, procedit, qñ iudex ex mero officio
inquireret nemine promouente: ſed vbi iudex in-
quirit ad promotionẽ partis, tunc non admittitur
cumulatio, quia promotor, ſeu inſtigator habetur
20 pro accuſatore: † ideo videmus, quod eſt citandus
in proceſſu, vt dicũt Aret. & Fel. in c. cum clamor,
de teſtib. alios citat Bõſ. in tit. de inquiſit. nu. 25. &
ſeq. ſimiliter ſi inquiſitus abſoluitur, inſtigator ve
nit condẽnandus in expenſis, vt concludit Marſil.
in conſ. 36. nu. 3. & in conſil. 44. nu. 22. vbi allegat
Catald. in tract. ſindic. in verſi. 510. Clar. in pract.
crim. §. fina. in q. 10. nu. 4. in fi. Item promotor in-
cidit in pęnas Turpilliani Senatuſconſulti, ſicut in
currit accuſator, l. 1. §. incidit, vbi Bart. ff. ad Tur-
pil. l. in Senatus, §. an ad eos, vbi etiã Bar. ff. eo. tit.
Vlterius impeditur, ne poſſit accuſare, l. maritus,
la ſeconda, §. ſi ante extraneus, vbi latè Bart. ff. de
adul. & venit promotor appellatione accuſatoris,
etiam in pęnalibus, & in materia ſtatutaria, ſecun-
dum Catald. in d. tract. nu. 113. item in criminalib.
licèt iudex poſſit ex officio publicatis atteſtationi-
bus nouos teſtes ad oſtenſam examinare, ſm opi-
nionem aliquorũ: tñ hoc fallit, qñ aliquis eſt inqui
ſitionis promotor & adiutor, vt latè proſequitur
Natta in conſ. 565. per totum. & ratio eſt, quia vi-
detur, tanquam pars, & idem eſt ac ſi interueniret
in iudicio actor, & reus, vt poſt Innoc. & Io. Andr.
dicit Feder. Senen. in conſ. 262. circa mediũ, alios
citat Fel. in cap. cum clamor, nu. 4. de teſtib. in prę-
ſenti autem facto Prætor Albæ inquiſiuit ad noti-
tiam ſeu inſtigationẽ Dñi Caſtodenghi, vt conſtat
ex querela porrecta per Antoniũ de Regibus, pro
curatorem ſeu ſindicum ciuitatis, qui dicit ſe id fa
cere ex notitia data per Dñm Caſtodengum. Rur
ſus probatur ex lectura proceſſus, in quo cõparen
do Dñs Petrus dicit ſe uelle intereſſe liti, & petit
ſe in quocunq; actu citari, &c. atq; ita oſtendit ſe
promotorem & inſtigatorem: propterea idem eſt
ac ſi procederetur per uiam accuſationis. ſicuti igi
tur non admittitur cumulatio, qñ proceditur per
accuſationem: ita nec cum per inquiſitionem, qñ
pars promouet iudicem ad inquirendũ, quia tunc
uidetur agi per accuſationem, & idem per omnia
ſeruatur. Dicitur in caſu noſtro inquiſitio forma-
ta ad promotionem, quia omnia facta ſunt inſtan-
te procuratore fiſci Ciuitatis Albæ, ut legitur ex
21 actis, & ideo ille procurator † comparet vti pars,
& de eo idem eſt dicendum quod de parte, vt per
Innoc. in d. cap. cum clamor, in ſecunda opin. & li-
cèt Natta in conſil. 565. num. 4. velit quòd procu-
rator fiſci non ſuſtineat vices accuſatoris, tamen
cõtra eum ſtat communis opinio, de qua teſtatur
Felyn. d. cap. cum clamor, nu. 4. verſ. ſecunda con-
cluſio, vbi ſiue promotor ſit deputatus a iudice, ſi
ue ab alijs, ſemper videtur pars, & Hoſtien. quem
Natta allegat, nõ loquitur in procuratore fiſci, ſed
in promotore, qui a iudice deputatur: vbi vero nõ
eſt deputatus a iudice ad adiuuãdum, ſed a ſocijs,
vel a parte, vult Hoſtien. quod habeatur pro par-
te. in caſu autem noſtro procurator fiſci deputa-
tus eſt non a iudice, ſed a Ciuitate, ad quam ſpe-
ctant pœnæ & mulctæ, & ideo dicitur pars etiam
ſecundum diſtinctionem Hoſtien.

Secũdò principaliter dico, ꝙ Senatus non põt
per appellationem cognoſcere de cauſa ciuili mo-
ta ad reſcindendum ſnĩam tamquam latam ex fal
ſis teſtibus, quia lapſa eſt inſtantia, quæ a Ducali
decreto ſtatuta eſt in cauſa appellationis; & appel
22 latio dicitur deſerta, † qñ lapſum eſt tempus a le-
ge, vel ſtatuto conceſſum, vt inquit Bar. in l. 1. in fi.
ff. nil nou. appel. pend. Bal. in l. eos, nu. 5. C. de ap-
pell. Caſtr. in l. præſes, ff. de re iud. Fel. in c. ex par-
te, il ſecondo, col. 6. in fi. de reſcrip. & ſententia la-
ta in prima inſtãtia, trãſit in iudicatũ, auth. ei, qui,
vbi Doct. C. de temp. appel. clem. ſicut, & clem. ſi
appellatione, de appellat. c. cum ſit Romana, eod.
ti. & perinde eſt atque ſi nõ eſſet appellatũ, & exe-
quutio fit ex prima ſententia, gl. in l. 2. in verſ. exe-
quutionem, C. de temp. appell. Card. in d. clem. ſi
appellatione, in prima quæſt. & fingitur retro non
appellatũ, vt dicit Bal. d. l. eos, nu. 7. & appellatio-
ne deſerta, negocium deſinit eſſe in curia, ſed reuo
lat ad primum iudicem, nec poteſt retineri in cu-
ria appellationis, ita dicit Fel. in dicto cap. ex par-
te, il ſecondo, col. 7. in fine, & dixi latiſſimè in con-
ſil. 139. & deſerta appellatione iudex remanet in-

compe-

cõpetens,& ſine iuriſdictione,l.ſacta,§.ſi quis bo-
norum,ff.ad Trebell. Bal.in c.1.col.penul. ſi de in
ueſt.inter dom.& vaſſall.Io.de Amicis in conſ.32.
nu.9.& definit eſſe iudex, Rot.deciſ.1.col.2. in no
uis. extincta autem inſtantia cauſæ criminalis,quę
fuit principaliter inſtituta, ſuit perempta pariter
23 inſtantia cauſæ ciuilis, † quæ fuit acceſſoriè,& in-
cidẽtur cumulata,quia ſublato principali,tollitur
acceſſoriũ,l.cum principalis, ff.de reg.iur.c.acceſ-
ſorium,eod.titu.in ſexto. videtur enim tota cauſa
criminalis, ex quo præualet in criminali, licèt ad-
mixtam habeat ciuilem,arg.l.quæritur,ff.de ſtatu
homin.& ideo infert in ſimili Boſſ.in tit.de appel.
nu.9.ꝙ ſi moueatur iudicium criminale,& cumu-
letur ciuile ſecundum terminos poſitos a Bart. in
d.§.qui ſurẽ, eo caſu, quia ex decreto Mediolani
non licet appellare a ſententia lata in criminali,nõ
licebit appellare quoque a ciuili,quæ fuit acceſſo-
riè intentata.allegat ea,quæ poſt Imo.& Butr.no.
Alex.in l.patris & filij,nu.4.ff.de vulga.vbi inquit
quod ſi ſententia ſuper principali tranſiuit in iudi
catum,non poterit appellari a condemnatione ex
penſarũ quæ eſt acceſſoria. & dicit Fab.quẽ Alex.
refert in loco pręcitato,ꝙ ſicuti iudex reuocare nõ
poteſt ſentẽtiam latam ſuper principali negocio:
ita neque eam,quæ concernit expenſas.& ſenten-
tiam Boſſij dicit Clar.in pract.crim.§.fi.q.1.nu.2.
in fi.ſeruari in Senatu Mediolanẽſi, quamuis ipſe
male intelligat Boſſ. in loco prædicto. & in termi-
nis, ꝙ perempta inſtantia cauſæ criminalis,extin-
guatur etiam ciuilis, voluit expreſsè Natta in con
ſil.202.nu.2. vbi infert, quod liberatur fideiuſſor
datus in prima inſtantia de ſoluendo iudicatũ;nec
tenetur ſi cauſa poſtea ciuiliter agitetur principa-
liter.hinc dixit idem Natta in conſ.407.in fin.ꝙ ſi
reus in cauſa criminali abſoluatur & cõdemnetur
ad reſtitutionem rei, ſententia talis erit ipſo iure
nulla,quia acceſſorium non poteſt ſtare ſine prin-
cipali; qua ratione dicebam aliquã ſententiam latã
contra operarios Dominorum fratrum de Becca-
ria, qui fuerũt abſoluti a pęna eo quòd ſecauerint
pratum Domini Vincentij de ſancta Maria,& cõ-
dẽnati ad reſtitutionem fęni, eſſe nullam tamquã
continentem contrarietatem. ſi igitur per lapſum
inſtantię expirauit cauſa appellationis tam ciuilis,
quam criminalis, nõ poterit Senatus cognoſcere.

Nec huic reſponſioni obſtabit, quod non ob-
ſtante lapſu poſſit cauſa ciuilis de nouo inchoari,
vt in l.properandum,§. ſi quidem,cum alijs ſupra
adductis: quia reſpondere poſſem hoc procedere,
quando cauſa eſſet ciuilis; ſed cum ſit criminalis,
24 ſemel extincta † per lapſum inſtantiæ non poteſt
nouum iudicium inſtitui,vt probatur in l.abolitio
nem, vbi Bal. not. C.de adult.& ita quoque inter
ciuilem & criminalem cauſam diſtinguit Salic. in
l.properandum,§. fina.nu.2.vbi Alex.nu.3.C.de
iud.& Iaſ.nu.4.& locum habet etiam quando agi-
tur per viam inquiſitionis, Salicet.in l.fina. col.1.
C.ut intra cer. temp. & hanc ſententiam commu-
nem dicunt Salic. & Anan.quos refert & ſequitur
Clar.in pract.crim.§. fi.quæſt.50.nu.8.Maran.de
ordi.iudi.in quinta parte, in princip.num.57. vbi
dicit, quod in cauſis criminalibus per lapſum in-
ſtantiæ pereunt non ſolum ordinatoria, ſed etiam
probatoria acta,& allegat etiam Afflict.ſic tenuiſ-
ſe;& procedit hoc etiam ſi pars,quæ accuſauit,vel
let expenſas reficere, quia nihilominus admitti
non debet ad inchoandum nouum iudicium, Sa-
lic.d.l. fin. Maran.d.pat.5.num.48. Roland.con-
ſil.94.nu.7.vol.3.ſicuti igitur perit cauſa crimina-
lis,ita in totum perire debet ciuilis,quæ acceſſoriè
ad eam fuit intentata.& licèt abſolutoria ab obſer
uatione iudicij in vna nõ impediat litem de nouo
inſtitui ſuper alia; tamen hoc eſt verum, quando
in eodem iudicio vtraque non fuiſſet mota,vna in
conſequentiam alterius, ſed quando ſimul fuerũt
propoſitę,vtraque eodẽ modo perimitur. & quod
dictum eſt de l.properandum,§.ſi.procedit, quan
do cauſa eſt ciuilis, & ciuiliter mota de per ſe &
principaliter, non quãdo eſt mota acceſſoriè cum
criminali, vt in caſu noſtro. ſed quia non inuenio
tactum a Doctoribus in ſpecie, non inſiſto ſuper
hac reſolutione,ſed ad aliam confugio,quę tamen
non patitur aliquam difficultatem.

Reſpondeo etiam,quod etſi poſſit ciuilis cauſa
de nouo principaliter inchoari, non tamen poteſt
inchoari in Senatu, ſed coram ordinario iudice,
hoc eſt Prętore Albę,per ea quæ dicta ſunt in prin.
verſi.quibus tamen non obſtantibus, quæ proce-
dunt non ſolum, quando cauſa numquam fuit an
tea mota,ſed etiam quando fuit inſtituta, ſed non
habuit effectum propter lapſum inſtantiæ,vel aliã
cauſam: perempta enim inſtantia,pereunt omnia
acta ordinatoria iudicij, vt l.properandum,§. & ſi
quidem,vbi Bar.& alij,C.de iud. & ideo inquit in
propoſito Angel. in conſ.289. in fi.quod in nouo
25 iudicio † inchoato poſt lapſum inſtantiæ opponi
poſſunt omnes exceptiones dilatoriæ & declinato
riæ, ac ſi numquam primum iudicium inhoatum
fuiſſet, eum refert & ſequitur Maran. de ord. iud.
d.par.5.in prin.nu.61. ſicuti igitur ſi ante nulla lis
fuiſſet inchoata,erat cognitio remittenda ad Præ-
torem Albæ,tum ex iuris communis,tum ex priui
legij diſpoſitione,quod fuit Albenſib.conceſſum:
ita hæc declinatoria nunc opponi poteſt in nouo
iudicio:adduco etiam ad propoſitum text.in l.de-
functo,§.in quacunque,ff.de public.iud. vbi dici-
26 tur quod extincta † criminali cauſa per mortem
rei, ciuilis cauſa moueri debet coram competenti
iudice, ad quem ſpectat cognitio. ecce ergo quod
non dicit cauſam eſſe cognoſcẽdam per iudicem,
qui cognoſcere cęperat de criminali,ſed dicit iudi
cem ordinarium ciuilis cauſæ eſſe adeundum, &
hoc videtur voluiſſe Bald. in l. ſolemus, in 2. lect.
circa medium, ff.de iudic. vbi ait quod requiritur
ciuilis proceſſus coram competente iudice.

Nec obſtabit ſi dicatur, quòd Senatus habet
non ſolum merum imperium, ſed etiam iuriſdi-
ctionem, & poteſt cognoſcere cauſas ciuiles & cri
minales, & ideo poteſt coram eo proponi cauſa

ciuilis, vt per Imo. in d. l. defuncto, col. fi. Bart. d. §. qui furem. quia facilis eſt reſponſio: quando quidem licèt vtranque Senatus cognitionem habeat, tamen eam exercere non poteſt in prima inſtãtia, ſed tantummodo in cauſa appellationis: proinde cum appellatio ſit deſerta, & cognitio redierit ad primũ iudicem, ut dixi ſupra in ver. ſecundò principaliter, non poteſt iudicare in præſenti cauſa ciuili, ſed eam remittere debet ordinario, & quoad primam inſtãtiam habetur pro incompetente, ita quod declinari poteſt eius forum, & quotidie videmus ita ſeruari etiam in his, qui nullo nituntur priuilegio, ſed ſolo utuntur iure communi.

Concludo igitur, & breuibus totam perſtringendo conſultationem dico, quod cauſa ciuilis, quam Dominus Caſtodengus mouere intendit, proponi debet coram Prætore Albæ, non obſtante aſſerto recurſu, quia de eo non apparet exactis liquido, & tempore illius recurſus pẽdebat coram Prætore iam dicto ſola criminalis cauſa, nec dum fuerat mota ciuilis ad reſciſſionem ſententiæ; proinde non poteſt dici recurſum pro cauſa, quæ non erat inchoata: & vbi etiam appareret de recurſu quoad cauſam ciuilem, conſtat eundem Caſtodẽgum ab eo receſſiſſe, quando coram Senatu cumulauit ciuilem in cauſa appellationis, & propterea res eſt in eo ſtatu, ac ſi nunquam cauſa ciuilis fuiſſet mota, & conſequenter proponẽda coram Prætore Albæ, qui eſt iudex ordinarius.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio reſtringitur ad ea, de quibus erat lis etiamſi facta ſit verbis generalibus.*
2 *Tranſactio ita facta quod trahatur ad extranea, intelligi debet de extraneis dependentibus ab eadem cauſa.*
3 *Diſpoſitio quãtumuis generalis, reſtringitur ad ſuam cauſam.*
4 *Renunciatio generalis non trahitur ad ea, quæ depẽdent ex teſtamento.*
5 *Renunciatio non includit ius de futuro, niſi expreſſam faciat mentionem de iure pendente ex cauſa de futuro.*
6 *Pactum generale, trahitur ad omnia etiam incogitata.*
7 *Tranſactio generalis trahitur ad incogitata.*
8 *Verba vniuerſalia geminata includunt caſus, qui alias non includerentur.*
9 *Scientia teſtamenti quomodocunque habita, ſufficit vt renunciatio valeat ſuper dependentibus a teſtamento.*
10 *Scientia præſumpta ſufficit ad validitatem tranſactionis factæ ſuper dependentibus a teſtamento.*
11 *Renuncians omni iuris & legum auxilio, cenſetur renunciare l. de his, ff. de tranſ.*
12 *Renunciatio generalis, quæ non poteſt reſtringi ad ſola ſpecificata, extenditur etiam ad ignorata.*
13 *Tranſactio non reſtringitur ad ea, de quibus erat lis, quando dixerunt partes quòd trahatur ad incognita.*
14 *Tranſactio, quam partes voluerunt eſſe generaliſſimam, trahitur ad incognita, & alia de quibus non erat lis.*
15 *Tranſactio non ſolum continet id, quod eſt dubiũ, ſed ſæpè præſtat occaſionem aliorũ, de quib. non erat lis.*
16 *Penitus dictio, habet præciſam naturam, & non recipit modificationem.*
17 *Pariſ. in conſil. 20. num. 83. vol. 1. reprobatur.*
18 *Tranſactio, quam partes includere voluerant extranea, non reſtringitur ad ea, quæ pendent a cauſa, de qua erat lis.*
19 *Verba vniuerſalia hominis non reſtringuntur ad habilia, ſicut verba legis.*
20 *Liberatio generalis trahitur etiam ad ea quæ dependẽt ex teſtamento, ſi trãſigens ſciebat cõtenta in eo.*
21 *Renunciatione facta parte præſente vel in iudicio, vel cum iuramento tolli poteſt ius de futuro competens in ſpe.*
22 *Debitum ſub conditione dicitur quæſitum ſpe probabili.*
23 *Ius de futuro competens ex cauſa de præſenti, venit in renunciatione facta de iure quod quis habet vel habere ſperat.*
24 *Renunciatio iuris, quod habet vel habere ſperat, includit ius fideicommiſſi conditionalis, quando non obſtat lex de his, vt quia renuncians habebat notitiam teſtamenti.*
25 *Poteſt verbum, poſitum in tempore præſenti extenditur ad futurum.*
26 *Paria ſunt renunciare iuri, quod habere ſperat, vel quod habere poteſt.*
27 *Præteritum imperfectum ſubiunctiui modi eſt aptum comprahendere futurum tempus.*
28 *Diſpoſitio generalis, quæ non poteſt verificari in alio, habetur pro ſpeciali & includit legitimam.*
29 *Generalis expreſſio ſufficit etiã, quando pro forma requiritur ſpecialis, ſi in vno tãtum poteſt verificari.*
30 *Procurator generalis facit incidere dominum in pœnam, quando conſtitutus fuit ad actum, qui expediri non poteſt, niſi dominus incidat in pœnam.*
31 *Renunciatio generalis trahitur ad fideicõmiſſum cõditionale, quando nihil aliud poteſt comprahẽdere.*
32 *Renunciatio iuris quod quis habet, vel habere ſperat, includit ius penitus de futuro ex noua cauſa, quando nullum ſubeſt ius in ſpe de præſenti, in quo renunciatio poſſit verificari.*
33 *Renuncianti nullum aliud ius competere præſumitur ex alia cauſa, & qui dicit aliud competere, debet probare.*
34 *Alba conſil. 74. num. 11. reprobatur.*
35 *Gl. in l. cum de lege, ff. de proba. procedit indiſtinctè etiam nulla ſubſiſtente præſumptione.*
36 *Renunciatio iuris, quod habere poſſet, non comprahendit fideicommiſſum.*
37 *Capha. in conſi. 228. nu. 39. reprobatur.*
38 *Fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur ad hæredes.*
39 *Legatum conditionale non trãſmittitur ad hæredes.*
40 *Fideicommiſſum conditionale factum in contractu, tranſmittitur ad hæredes.*

CON-

CONSILIVM CCLXVII.

QVAMVIS Franciſchina Rabaglia in tranſactione, quã fecit cum Euaſio Plano eius patruo, quittauerit ab omni & toto eo quod exigere & conſequi poſſet, tam ex cauſa ſententiæ latæ ſuper hæreditate Ioan. Petri Plani, quàm ex alia quauis cauſa cogitata vel incogitata ẽt penitus diſſimili & extranea, ita q̃ ea quittatio ſit generalis & generaliſſima & perpetuum finem imponat omnibus controuerſijs atque omnia & quęcumque amplectatur: videtur tñ quod poſſit petere prædium, quod eidem Franciſchinæ legauit Ioan. Baptiſta Planus, quandocumque Enaſius hęres decederet, idque ex pluribus. Et primò, quia trãſactio & generalis illa quittatio reſtringi debet ad bona & hæreditatẽ Ioan. Petri Plani, de quibus fuerat lis & contronerſia, non autẽ extendi ad bona relicta per Ioan. Baptiſtam, de quibus nulla extabat contentio. ad hoc autẽ vt valeat trãſactio, neceſſe eſt quod ſit lis, l. 1. ff. de tranſactio. vt litis timor. l. 2. C. eo. tit. ideo reſtringitur ad ea,
1 quæ erant † in lite deducta, vt probat text. in l. ex pluribus, in prin. ff. de ſolut. & in l. ſi ita quis, §. fi. ff. de verborum oblig. l. ſi de certa, vbi Doct. C. de tranſact. Corn. in conſ. 267. col. 2. ver. tertio reſpõdetur, vol. 4. & prædicta procedunt, ẽt ſi trãſactionis nerba ſint generalia, gl. in l. age, vbi Bald. C. de tranſactio. dicit enim Bal. quod etſi tranſactio generalibus verbis concepta valeat mero iure, tñ per viam exceptionis reſtringitur, ne includat incogitata. alios refert Iaſ. in conſ. 171. col. 3. verſ. ſecundo facit, vol. 2. ubi dicit neram eſſe concluſionem, quod tranſactio quantumuis generalis reſtringitur ad cauſas & debita, ſuper quibus vertebatur lis, latè etiam Dec. in rub. dę tranſactio. num. 2. & ſeq. plura Pariſ. in conſi. 20. nu. 77. vol. 1. Bello. in conſi. 29. nu. 7. & exornat Nat. in cõſi. 546. nu. 10. & ſeq. uerba enim generalia, quamuis amplient præcedentia, tñ ampliant quoad ea, quæ ſunt eiuſdem generis, ut inquit Oldr. in conſi. 297. col. 2. in quinto fundam. quem ſequitur Nat. d. conſ. 546. nu. 18. & dicit in propoſito Crau. in conſ. 407. nu. 30. quod ſi fiat tranſactio ſuper hæreditate delata ab inteſtato, & fiat renunciatio ſeu quittatio generaliſſima, ea non erit trahenda ad hæreditatẽ, quæ dependeat ex teſtõ. Cum igitur inter partes lis eſſet ſuper hęreditate & bonis Ioan. Petri Plani, dẽt generalis liberatio ſubſequuta ad eam referri, nõ ad bona relicta per Ioan. Baptiſtã in ſuo teſtamento, quia diuerſæ ſunt ſucceſſiones, tã reſpectu perſonarum, quàm reſpectu cauſæ: vna enim delata fuit ex teſtamento, alia verò ab inteſtato.

Nec dicatur, quod præſens tranſactio clarè loquitur etiam de cauſa penitus diſſimili & extranea, proinde non uidetur poſſe reduci ad ſolam ſucceſsionẽ Ioan. Petri, de qua tractabatur: quia
2 reſpondetur quod illa verba † debent intelligi de extraneis & diſsimilibus, annexis tamen & dependentibus ab expreſsis, non autem de his quę nihil omnino pertinent ad ea, de quibus erat lis, prout in ſimili ad generalem clauſulã reſpondet Calcan. in conſi. 25. num. 49. quem in propoſito ſequitur Pariſ. in d. conſ. 20. nu. 83. dicens quod etſi partes velint tranſactionem trahi ad extranea & incognita, tñ ea dependere debent a tranſactionis cauſa principali: alias ſi ſint omnino ſeparata, non includuntur in tranſactione, quia generalia verba debent ciuiliter intelligi, vt ad alium finem dicebat
3 Corn. in conſ. 288. col. 9. vol. 3. quodcunq; † enim dictum quantumuis generale ſit, limitatur & reſtringitur ſecundum cauſam ſuam, l. cum pater, §. dulciſsimis, ff. de leg. ſecundo, Ang. in l. obligatione generali, ff. de pigno. cum ergo lis ceſſet ſuper bonis Io. Petri, illa generalis quittatio reſtringi debet ad ea, quæ dependebãt ab eiuſdem hæreditate & bonis, vel ei erant connexa, uel proxima, nõ autẽ induci ad hæreditatẽ Io. Baptiſtæ, de qua nulla erat controuerſia, & quæ omnino erat ſeparata.

Secũdò pro Franciſchina adduci põt, quod legatũ erat ei debitum ex teſtamento Io. Baptiſtæ:
4 ergo generalis † remiſsio ad illud nõ extenditur, quia uerba generalia renunciationis non trahuntur ad ea quæ dependent ex teſtõ, ut uoluit glo. & poſt eam Doct. in l. tres, ff. de pac. Bar. in l. qui Romæ, §. duo fratres, in 6. q. n. 19. ff. de uerb. obligat. & ſequuntur alij ibi, præcipuè Iaſ. num. 69. Crot. nu. 127. & Ripa nu. 78. Cæph. conſi. 228. nu. 40.

Tertiò facit, quod uoluit Bar. in l. 1. nu. 3. verſi. quandoque eſt aliquod ius quod non competit, C. de pactis, ubi concludit quod ut ius competens de futuro includatur in renunciatione, eſt neceſſe
5 quod uerba renunciationis † dirigãtur in futurũ, & faciant mentionem de iure, quod põt competere ex cauſa de futuro, ut quia dicatur ſi quo tempore res ad me pertineret ex cauſa de futuro, &c. aliàs ſi ſimpliciter referantur ad futurum, includet renunciatio ius quidem de futuro, ſed illud tantũ quod competit ex cauſa de præſenti, non illud q̃d ſuperuenire põt ex cauſa de futuro. Idẽ dicit Bar. in l. qui cum tutorib. in prin. ff. de tranſ. vbi inſert, quod ſi in diuiſione facta inter hæredes remittit unus alteri ius, quod habet, vel habere ſperat in portione alterius, non cenſetur remiſiſſe ius quod ex diſpoſitione teſtatoris competebat ad conſequendum portionem alterius caſu quo non ſoluat legata, quia illud ius non erat fundatum ſuper ſpe de præſenti, ideo ad illud non extenditur renũciatio, Abb. in c. ex multiplici, in fine, de decim. latè Aret. in §. idem iuris, nu. 54. Inſt. de exceptio. & ſequuntur omnes Docto. in d. l. 1. C. de pact. ubi præcipuè Iaſ. nu. 17. uerſi. in 3. mem. Dec. nu. 32. latè Zucard. nu. 159. Ripa, nu. 26. ubi id ampliat quatuor modis, & inter alios, & ſi dicatur, quodcunque ius habet, uel habere põt, vel ẽt ſi renunciatio ſit iuramento firmata, Cagno. num. 80. qui ampliando vt ſupra, dicit quod Bar. ſequũtur ſcribentes communiter, & eiuſdem ſententiæ fuit Barto. in d. l. qui Romæ, §. duo fratres, in 6. quæſt.

nu. 19. vbi vult renunciationem iuris, quod quis
habet vel habere ſperat, non extendi ad fideicom-
miſſum conditionale, & ibi cum ſequuntur alij,
præcipuè Alc. nu. 56. Iaſ. nu. 69. Crot. in nu. 125.
& ſeq. & Ripa, num. 76. & ſeq. in propoſito autem
caſu legatū, de quo agitur, fuit ſub conditione reli
ctum, nempe poſt mortem Euaſij hæredis inſtitu-
ti: ergo illud non includitur in illa generali quieta-
tione iuris, quod habet, vel habere poſſet.

Cęterum negocio diligentius examinato, arbi-
tror renunciationem prædictam excludere Fran-
ceſchinam a petitione legati prædicti, quia verba
renunciationis ſunt generalia, imo generaliſſima,
nempè quitauit pro omni & toto eo quod exige-
re, vel conſequi poſſet, tam ex cauſa ſniæ latę per
Senatum, quam ex quauis alia cauſa cogitata, vel
incogitata ēt penitus diſſimili, & extranea, ita qđ
ea quitatio ſit generalis & generaliſſima, & perpe-
tuum finē imponat omnibus, & quibuſcūque cō-
trouerſijs, & omnia cōplectatur: pactum autē ge-
6 nerale ex ſui natura † trahitur ad omnia ēt incogi-
tata, vt inquit Bal. in l. tres fratres, in 4. notab. ff. de
pact. & dicit idem Bal. in l. ſub prætextu ſpecierū,
nu. 1. C. de tranſ. q generali verbo ſtandum eſt, &
7 ſubdit, nu. 2. quod generalis tranſactio † trahitur
ad incogitatum, quia etſi non fuerit cogitatum,
debuit tñ cogitari, & imputet ſibi qui non cogita-
uit ſub verbis generalibus omnia comprehendi:
nam ſtultitia ſua nō debet aduerſario nocere. mo-
net itaque contrahentes Bal. in l. pactū, quod do-
tali, nu. 11. C. de collat. vt caueant a verbis gene-
ralibus, ne in promptu ex effuſo ſermone incidāt
in periculum, & infert creditores non cōpelli ad
ponendū in quitationibus clauſulas generales. &
dicit Sali. in l. ſi de certa, C. de tranſact. quod gene
ralis trāſactio porrigitur indiſtinctè ad omnia, &
ſuſtinetur in vim tranſactionis quoad ea, ſuper q-
bus erat lis, & quoad alia valet in vim pacti, Itē
exornat Alc. in conſi. 11, nu. 8. & pluribus ſequen-
tibus, vol. 2. vbi concludit pactum verbis genera-
libus conceptum extendi ēt ad ea, de quibus non
erat controuerſia, & latiſſimè id probatur ex his
quæ refert Tiraq. in præfat. l. ſi vnquam, nu. 116.
& ſeq. vſque ad 120. C. de reuoc. donat. vbi infini-
tos allegando dicit, qđ generalis renūciatio trahi-
tur ad omnia, ne recedamus a proprietate & ſigni
ficatione verborū, quę eſt vt generalia generaliter
intelligantur & operentur, l. regula, §. vltimo, ff. de
iur. & facti igno. ēt ſi maior ratio ſit in vno caſu,
quā in alio, Soc. in l. 2. §. ex his, in prin. ff. de verb.
oblig. & in dubio videtur, qui generalibus vtitur
verbis cogitaſſe in genere de omnibus, l. qui iure
militari, ff. de teſtam. milit. Bar. in d. l. ſub prætex-
tu, & proſequitur Tiraq. in loco præallegato, &
inferius ēt declarabo. & hoc multo magis locum
vendicabit, quia verba vniuerſalia ſunt in præſen-
ti tranſactione nedum geminata, ſed triplicata &
pluribus etiā uicibus reiterata; & ideo includere
8 † debent caſus, qui alias non cōprehenderentur,
argumento l. Baliſta, ff. ad Treb. & dicit Soc. in l.
quidā relegatus, nu. 9. ff. de reb. dub. quod verba
vniuerſalia geminata includunt maiora expreſſis,
Nat. conſ. 159. nu. 11. & in conſ. 216. nu. 13. Capit.
in deciſ. 88. nu. 5. Ruy. in conſ. 109. nu. 6. in fi. uol.
1. facit quod uoluit Salyc. in l. 2. C. de noxal. in 3.
col. ubi vult occidentē ad defenſionem plecti pę-
na ſtatuti diſponentis, quod occidens hominem
quouis modo & qualitercunque, puniatur pœna
capitis, & cū ſequuntur plures, licèt alij reprobēt,
ſed non expedit nunc de illius dicti ueritate diſcu
tere. Cum igitur Rabaglia uſa ſit uerbis genera-
liſſimis, non uidetur dubitandum, quin renuncia-
tio includat legatū prædictum, quod ſciebat ſibi
fuiſſe relictum, & ſcientia non pōt in dubium re-
uocari, quia fuit probata in proceſſu, tum ex pro-
pria eius confeſſione, tum ēt, quia fuit præſens te-
ſtamento condito per prædictum Io. Baptiſtam.
adductę ēt fuerunt plures coniecturæ, & ex qui-
bus colligi pōt eam ſciuiſſe quod prędium fuit ſi-
bi relictum. ſiue igitur uerè, ſiue pręſumptiuè ſci-
uerit, ſemper ualebit renunciatio ēt in his, quæ de-
9 pendent a teſtō: quia quomodocūque ſciat † quis
tenorem teſtamenti, ſufficit ad ualiditatem actus,
non obſtante l. de his, ff. de tranſ. & concludunt
Docto. in d. §. duo fratres, & alij quos citat Deciſ.
Ped. 112. nu. 20. D. Becius in conſ. 108. n. 28. qui-
10 nimo ſufficit ſcientia † pręſumpta, Barto. d. §. duo
fratres, in 3. & 5. q. & cum eo tranſeunt omnes, ut
inquit Iaſ. in d. l. de his, nu. 7. alios adducit d. De-
ciſ. Pedem. 112. nu. 20. & plures D. Becius d. cōſi.
108. nu. 29. ſed ex alio quoque tollitur diſpoſitio
d. l. de his, quia ſcilicet Franceſchina in trāſactio-
ne poſt generales renūciationes renunciauit enim
iuramento omni alij iuris & legum auxilio: quæ
11 uerba † includunt diſpoſitionē d. l. de his, ut pro-
bat D. Becius d. conſi. 108. nu. 30. ubi allegat Alc.
Soci. Dec. Rui. Crot. Gozad. Soci. iun. Rip. Alcia.
Bertran. Tiraquel. & alios, quibus addo Bauer. in
tracta. de uirt. iuram. nu. 44. Natta in conſi. 145.
nu. 4. Rolan. in conſi. 13. nu. 20. uolum. 3.

Non obſtat itaque, q ſuper d. legato nulla eſſet
lis, & tranſactio reſtringenda ſit ad ea, de quibus
erat cōtrouerſia: quia reſpondeo hoc uerū eſſe re-
gulariter, & qñ partes ſteterunt in puris terminis
tranſactionis: at ubi partes in tranſactione utūtur
uerbis prægnantibus, & quę ſalua ratione recti ſer-
monis nō poſſunt reſtringi ad ea, quę erant in cō-
trouerſia, tunc ueniunt omnia ēt quæ non perti-
nent ad litem motā, ut probat Bar. in l. Aurelio, §.
Caius, nu. 10. ff. de lib. leg. ubi dicit quod genera-
12 lis renunciatio, quæ non pōt referri † ſolū ad ſpe-
cificata, ſalua ratione recti ſermonis, extēditur ad
omnia quę renuncians ſciebat: quinimo ſecundū
eum, ueniunt etiam ignorata, qñ apparet renun-
ciantem uoluiſſe remittere etiā ea, quę ignorabat
ſibi competere: quod ultimum facit plurimum ad
noſtrum propoſitum, quia in tranſactione dicitur
eā trahi ad incogitata; & dicit idem Bar. in l. ſi de
certa, nu. 5. C. de tranſact. quod tranſactio trahi-
13 tur ad ea, † de quibus non eſt lis, quando partes
dixerunt

dixerũt quod porrigatur ad omnia etiã incognita;
& ſubdit eſſe notandũ, quia notarij ferè ſemper po
nunt in inſtrumentis illa verba. Idem dicit Caſt. in
l. Aquiliana, in princ. ff. de tranſact. vbi inquit, trã-
ſactionem extẽdi de mente partium ad ea, de qui-
bus nõ erat lis: & tunc argui mentem partium eſſe
talem, qñ verba non poſſunt ſalua ratione recti ſer
monis reſtringi ad ea, de quib. eſt lis. Idem Caſt.
in conſil. 333. col. 1. vol. 2. vbi dicit verba reſtringi
ad ea, quæ erant in lite deducta, ſi ratio recti ſermo
nis id patitur: at ſi generalitas prolata ſit per ſigna
vniuerſalia, tunc non fit reſtrictio, ſed ea vniuerſa-
liter intelliguntur & operãtur; & dicit col. 2. quod
verba illa, ex quacunque alia cauſa, ſunt poſita ad
ampliãdum, ideo debent augere, idipſum latè pro
ſequendo comprobat Alex. in conſil. 11. nu. 11. &
ſeq. vol. 2. vbi dicit, quod liberatio facta ab omni-
bus quę quomodocunq; peti poſſent, non reſtrin-
gitur, nec reſtringi poteſt ad ſpecificata. idem con
cludit Soc. in conſ. 103. nu. 4. in fi. vol. 3. qui conſi-
derat etiam verba poſita in tranſactione, vt qñ di-
ctum eſt ꝙ trahatur ad incognita, pulchrè Natta
in conſ. 546. nu. 22. & ſeq. & in pręſenti facto inter
cætera conuentũ eſt, quod quitatio & liberatio ſit
generalis & generaliſſima, & omnia cõplectatur,
& finem imponat omnib. & quibuſcunq; contro-
uerſijs, ideo extenditur tranſactio ad omnia etiam
14 † diuerſa, & de quib. nulla ſuberat cõtrouerſia, vt
probat Bart. in d. l. ſi de certa, nu. 4. in fi. verſ. ſi ve-
rò loquimur. & dicit Caſt. in l. tres fratres, nu. 6. ff.
de tranſact. quod vbi ponitur in inſtrumẽto, quod
tranſactio ſit plena & pleniſſima, & trahatur ad in
cognita, tũc extẽditur ad omnia, Alex. in d. cõſ. 11.
nu. 14. quia, vt ipſe dicit, ſi trãſactio reſtringeretur
ad ſpecificata, nõ eſſet generalis & generaliſſima,
qualem partes eſſe voluerunt, ſed eſſet ſpecialis, l.
4. §. quæſitum, ff. ſi quis caut. l. 1. §. dicit aliquis, ff.
de publica. & idem omnino dicit Soc. d. conſ. 103.
nu. 4. in fi. Natta d. conſ. 546. nu. 22. vbi poſt Ang.
dicit, quod debitor erit perpetuò ſecurus, ſi in in-
ſtrumento apponi faciet quod ea liberatio ſit ge-
neralis & generaliſſima. hic autem nedũ partes ex-
preſsè conuenerunt, quod liberatio ſit generaliſſi-
ma, ſed digreſſæ ſunt ad alia ampliſſima verba, nẽ-
pe quod omnia complectatur, & finem imponat
omnib. & quibuſcunque controuerſijs, ita quod
ſine læſione ſignificationis verbõrũ non poteſt ad
ea reſtringi, quæ in lite deducta erant. & quamuis
tranſactio fiat ſolum de re dubia, & ad eius ſubſtã-
tiam ſit neceſſaria lis vel timor inſtantis litis, tamẽ
etiam id quod eſt certum ſæpe in conuentionem
deducitur ex cauſa tranſactionis, vt puta eſt lis de
fundo, deuenimus ad tranſactionem quod ille fun
dus ſit apud te, & tu des mihi centum, & ego fa-
ciam tibi generalem quitationem: hoc caſu nõ fit
tranſactio ſuper re certa, nec ſuper re incognita,
15 † ſed occaſione tranſactionis deuenitur ad genera
lem quitationem, & ita trãſactio occaſionem præ-
ſtat conueniendi ſuper certo; ſed non dicitur fieri
de re certa. ita declarat Bar. in l. Aquiliana, nu. 2. ff.
de tranſa. ſequitur Caſtr. ibi, in princ. & dicit Bar.
in l. ſi de certa, nu. 2. poſſe contingere in tranſactio
ne, quod ex parte actoris aliquid datur reo pro-
pter illud, quod a reo recipit; & nõ repugnat quod
reus det certã quantitatem pecuniæ nomine tran-
ſactionis, & eodem nomine actor liberet reum nõ
ſolum ab actione propoſita, ſed etiam ab alijs om-
nibus quantumcunque liquidis, quia id eſt pars
eius, qđ nomine tranſactionis datur. & dicit Caſt.
in d. conſ. 333. num. 4. vol. 2. quod interdum actor
modico recepto a reo illum liberat nedũ ab actio-
ne intentata, quæ erat dubia, ſed etiam ab alijs qui
buſcunque liquidis. idem dicit Alex. in d. conſ. 11.
nu. 10. & pro illa re dubia quæ erat in iudicio de-
ducta, reus nõ tantum dediſſet actori, niſi & actor
id quod erat certum remiſiſſet, nec hoc eſt incon-
ueniens; & non poterant partes ſuam voluntatem
enixe magis oſtendere, quàm dicere quòd tranſa-
ctio includeret extranea & diſſimilia expreſſis. hęc
enim verba nullo modo, mea ſententia, limitari &
reſtringi poſſunt ad ea, de quibus erat lis; niſi ſen-
ſus eorum violetur, & manifeſtè offendatur.

Nec mouet, quod intelligi debeat de extraneis,
quæ tamen dependeant ab his, ſuper quibus fuit
principaliter tranſactum & includant incognita,
quæ tamẽ pertineant ad hæreditatem, de qua erat
contentio, vt declarat Pariſ. in d. conſ. 29. nu. 84.
quia reſpondeo duob. modis. Primò, quod in prę-
ſenti facto voluerũt partes tranſactionem trahi ad
extranea non ſimpliciter, ſed ad ea quæ eſſent pe-
nitus extranea: ea verò quæ dependent ab hęredi-
tate, de qua erat controuerſia, non erant penitus
extranea, ſicuti nec ea quæ erant annexa vel con-
nexa hæreditati; quia dictio, penitus habet naturã
16 pręciſam, & † nullam recipit modificationem, vel
limitationem, gl. in l. ſi qui aduocatorum, C. de po
ſtulan. Ang. in conſ. 31. col. fi. Dec. in conſ. 37. col.
1. & conſi. 401. nu. 3. cum alijs citatis per Tiraq. in
l. ſi vnquam, in ver. reuertatur, nu. 106. vbi nu. 107.
plures allegando dicit eam dictionem idem ſigni-
ficare, quod omnino, addo Crot. in cõſ. 32. nu. 20.
qui dicit quod penitus intelligitur pro ſimplici-
ter, & omni caſu, Pariſ. in conſ. 58. num. 11. vol. 1.
Ruyn. in conſ. 117. nu. 10. vol. 3. Idem Ruy. in con-
ſil. 41. nu. 8. volum. eod. vbi infert, quod ſtatutum
diſponens agnatos penitus excludere matrem, illã
excludit etiam a legitima, Gozadin. in conſil. 71.
nu. 4. Natta in conſil. 63. nu. 16. Cum ergo dictum
eſt includi penitus extranea, ſatis videtur explici-
tè pronunciatum, quod ea quoque tranſactione ve
niant, quę nihil omnino pertinent ad hęreditatem
Ioan. Petri. quicquid igitur ſit, quando ſimpliciter
includũtur extranea, certum eſt quod vbi penitus
extranea compræhenduntur, tunc veniunt etiam
ea quæ nihil prorſus pertinent ad negocium.

Secundò reſpondeo declarationem Pariſ. non
17 eſſe veram, quia † ita intelligendo illa verba, peni
tus diſſimilia & extranea, nihil operarentur, & eſ-
ſent ſuperflua, contra l. ſi quando, ff. de legat. pri-
mo. nam etiam ſi de connexis & pertinentibus ad
hære-

hæreditatem non eſſet facta mentio,tamen ea erãt
incluſa,vt eſt gl.in ca.accuſatus,de hæret.in 6.nõ
fuit ergo opus de eis mentionem facere. ne igitur
verba illa ſtent ſine effectu operandi, dicẽdum eſt
18 ea quoq; includi, quæ † nihil prorſus tangunt hę-
reditatem i llam. & ita ferè in noſtris terminis rñ-
det & declarat Caſtr.in d.conſil.133.col.a.verſ.&
poſito quod hoc, vbi infert quod verba generalia
nõ reſtringuntur ad appendicia pertinẽtia & con-
nexa,ſed intelligũtur generaliter. quomodo enim
dici poſſunt extranea, quæ pertinent ad idẽ nego-
cium,& ab eo deriuant? & quod dicit Pariſ.verba
generalia eſſe ciuiliter intelligenda,procedit quan
do recti ſermonis ratio patitur,alias non eſt a ver-
borum generalitate recedendum,vt ſupra dictum
19 eſt. accedit quod verba hominis † vniuerſalia nõ
recipiũt reſtrictionem de habilitate, licet ſecus ſit
in verbis prolatis a lege,Bal.in l.fi.nu.1. verſi.do-
ctrina,C.ſine cen.vel reliqu.Alex.in l.ſi patrem,in
princ.nu.15. ff.ad Trebellian. Iaſ.in l.2.§. prætor
ait,nu.4.ff.qui ſatiſda. cogan. & in conſil.124. in
fi.vol.4.Crot.in conſil.136.nu.50. Ruyn.in l.1.§.
nunciatio,nu.126.& ſeq.vbi Crot.nu.53.ff.de op.
noui nunt. Ruyn.in conſ.109.nu.7.vol.1. Ripa in
l.1.nu.17.ff.de interdict.Natta in conſi.159.nu.7.
conſil.524.nu.12. Cęphal.in conſil.199.num.24.
D.Becius in conſi.28. nu.10.conſ.100.nu.18.De-
ciſ.Pedem.169. num.5. verba igitur adeo clara &
præciſa non poſſunt ſine offenſione & quidem ma
xima limitari & reduci ad hæreditatem Io.Petr.&
ſi diligenter dicta Pariſij conſiderentur,ea ſunt ex
diametro contraria bis,quæ poſuit Bar.in d.l.ſi de
certa,& in alijs locis per me ſupra citatis in reſolu-
tione primi obiecti.vbi Bar.& alij, qui eũ ſequun-
tur, volunt quod vbi tranſactio continet illa ver-
ba generalia, ex quacunque alia cauſa etiam in-
cogitata, tunc extendatur etiam ad ea, de quibus
non fuit lis:nam ſi reſtringeretur ad connexa, vti-
que non eſſet verum quod dicit ibi Bart. & Doct.
non eſt itaque a Bartolo & communi opinione de
ſcendendum per illam Pariſij declarationem.

Quòd verò dictum eſt, generalem liberationẽ,
de qua in tranſactione,non extẽdi ad ea,quæ pen-
dent ex teſtõ, vel vltima volũtate,procedit qñ ver
ba liberationis non ſunt ita generalia, & proferun
tur ab eo qui ignorabat cõtenta in teſtõ. tũc enim
liberatio nõ extenditur ad ignorata; ſed qñ verba
ſunt vniuerſalia & tranſigens habebat notitiam te
20 ſtamenti,& cõtentorum in eo,tunc liberatio † nõ
minus refertur ad ea, quæ pendent a teſtamento,
quam ad alia,vt optimè ita reſpondendo declarat
Alex.in d.conſ.11.nu.15.verſ.reſtat quod ad con-
traria,& Soc.in d.conſi.103.num.5.verſi.& ad il-
lud,quod dicebatur,vbi vult generalem quitatio-
nem referri quoque ad legatum relictum in codi-
cillis, ſi liberans habebat notitiam codicillorum.
in propoſito autem Rabaglia ſciebat legatum eſſe
ſibi relictum, proptereaq; liberando Euaſium hę-
redem ab omni eo, quod petere poſſet ex quacun
quę cauſa diſſimili & extranea etiã incogitata, vi-
detur illud remiſiſſe & ſibi præiudicauit. pluribus
etiam alijs modis tollitur hoc obiectum, vt dice-
tur inferius in reſolutione tertij contrarij.

Poſtremò non aduerſatur,quod vt in renuncia
tione veniat ius de futuro, neceſſe eſt quod verba
dirigantur in futurũ,& fiat ſpecialis mentio cauſæ
de futuro, vt dicebat Bart.quem alij ſequuntur in
l.1.C.de pact.quia hoc procedit qñ illud ius non
competebat,neque re,neque ſpe,ſed proueniebat
omnino ex noua cauſa, quæ non eſſet eo tempore
formata, nec in eſſe deducta, & ita loquuntur oẽs
ibi,dum hunc caſum ponunt pro tertio:ſed qñ ius
competit,ſi non re,ſaltem ſpe,tunc ſecus eſt: nam
hoc caſu Bart.in loco prædicto aliter concludit,&
vult quod tolli poſſit pacto,licet non renunciatio-
21 ne;† quinimo etiam renũciatione, ſi facta ſit parte
præſente & acceptante, vel in iudicio, vel cum iu-
ramento,vel ſit geminata,vt tenẽt Caſt.Iaſ.& alij,
præcipuè Dec.num.26.Gozad.nu.7. Zucard.nu.
132.qui dicit,quod oẽs tranſiuerunt cum hac con
cluſione,& Cag.nu.69. qui etiã atteſtatur de cõi:
in præſenti autem caſu agimus de iure,quod com
petit ſi non re, ſaltem ſpe probabili,quia legatum
relictum poſt mortem hæredis,eſſet conditionale;
22 & id quod debetur ſub conditione,† dicitur quę-
ſitum ſpe probabili, vt probatur in l.1.C.de pact.
vbi omnes Doctores notant,pręcipuè Caſt. nu.6.
qui dicit hunc eſſe caſum illius legis,qñ ſcilicet ali
quid debetur ſub conditione,quia illa eſt ſpes ap-
probata a iure, & Cagn.nu.69. declarat, item Ri-
pa in l.qui Romæ,§.duo fratres,nu.78.ff.de verb.
oblig. Bar.in loco paulo infra allegãdo. ideo ſi ver
ba porrigantur in futurum,vt contingit in propo-
23 ſita controuerſia,veniet in ea diſpoſitione ius † de
futuro,quod tamẽ competit ex cauſa de præſenti,
vt prædicti Doctores concludunt circa ſecundam
concluſionem quam inferunt ex dictis Barto.& id
comprobat idẽ Bar.in l.poſt emãcipationem, §.1.
nu.3.ff.de li.lega.vbi poſtquam dixit probabilem
& cõſiderabilem eſſe a iure ſpem, quã habet quis
de pręſenti,puta ex contractu conditionali,ſubdit
quod ſi remittat quis omne ius quod habet,vel ha
bere ſperat in tali re,cẽſetur remittere ius præſens
& ius de futuro, quod tamẽ competit ex cauſa de
præſenti.& dicit idem Bart.in l.quod Seruius,nu.
9.ff.de condi.ob cau.quod vbi quis renunciat om
ni iuri quod habet vel habere poteſt, intelligitur
de eo quod competit de pręſenti,re vel ſpe.& ſub-
dit hoc eſſe menti tenendum. idem dicit in l. qui
cum tutoribus, in princ.num.1. ff.de tranſact.vbi
ait quod fideicommiſſum dicitur debitum proba-
bili ſpe, & ideo qui remittit omne ius, quod ha-
bet,cẽſetur remittere ius, quod competit ſpe pro-
babili,vt eſt fideicommiſſum. hoc quoque reperit
& menti dicit tenendum in l.ſi vxor.§.diuus,ff.de
adult.Bald.in capit.1.nu.9.titu.Imperat.Lothar.
vbi dicit duplicem eſſe ſpem & potentiam; vnam
quæ certa deffinitione conſiſtit, & eſt formata, &
vt dicitur eſt ens; alia eſt vaga, quæ non exiſtit &
non eſt ens. prima venit in remiſſione iuris quod
quis

quis habet & habere ſperat; alia non includitur
verbis generalibus: alios citat Iaſ. in l. 1. num. 17.
verſi. in tertio mem. & Dec. num. 32. verſ. in tertio
mem. C. de pac. vbi dicunt, quod remittens omne
ius, quod habet, vel habere ſperat, intelligitur ex
cauſa de præſenti, Zucard. nu. 159. & Cagnol. nu.
81. Aret. conſi. 3. nu. 3. & quoad fideicommiſſum
conditionale, concludit Ripa in d. §. duo fratres,
nu. 79. quod ceſſante ratione, quod ius dependẽs
24 † ex teſtamento non videatur in dubio remiſſum,
generalis renũciatio omnis iuris, quod habet, vel
habere ſperat, includeret fideicommiſſum, & po-
nit exemplum, quando diceretur, omne ius quod
habere ſperat, etiam occaſione teſtamẽti, quia fi-
deicommiſſum eſt debitum ſpe probabili, & in ea
renunciatione compræhenditur ius, quod compe
tit in ſpe. & ideo Alex. in d. conſi. 11. vol. 2. & Soc.
d. conſi. 103. nu. 4. & 5. vol. 3. tenent quod genera-
lis remiſſio iuris, quod habere ſperat, includat etiã
id, quod ex teſtamento depẽdet, vel ex codicillis,
vt eſt legatum quando renuncians notitiam habe-
bat teſtamenti, licèt aliud eſſet, ſi ignoraret.

Ex his autem reſponſum eſt ad ea, quæ ponit
Bar. in d. §. duo fratres, in 6. q. nu. 19. quem ſequũ-
tur alij ſupra per me in cõtrarium relati, quia mo-
uentur eo, quod generalis remiſſio in dubio non
refertur ad ea, quæ pendent ab vltimã voluntate,
id quod nobis non obſtat, tum quia probatur ſciẽ
tia renunciantis, tum ẽt quia ſupra in reſolutione
ſecundi obiecti demonſtrauimus generalia verba
& prægnantia referri ad teſtamẽtarias diſpoſitio-
nes, non minus quã ad eas quæ pendent ex con-
tractu. verba autem liberationis, de qua eſt ſermo
cõcepta ſunt in futurum tẽps, quia dictũ eſt, omne
ius quod habere, vel conſequi poſſet: nam verbũ,
25 põt, ẽt poſitum in tpe † præſenti, eſt extenſiuum
ad tẽps futurum, l. ſi ita quis, in prin. ff. de leg. 2. &
expreſſe ponit Bart. in d. §. duo fratres, nu. 19. vbi
Iaſon, nu. 69. Crot. nu. 125. & Ripa nu. 77. Ruyn.
in conſi. 13. nu. 9. vol. 3. Ripa l. 1. num. 26. de pact.
Duran. de arte teſt. tit. 6. caut. 30. num. 3. & ponit
Bar. in d. l. quod Seruius, nu. 4. ff. de cond. ob cauſ.
vbi cõcludit renunciationem iuris, quod quis ha-
bere põt, extendi ad ius de futuro, quod de præſen
ti conſiſtit ſolum in ſpe, & paria ſunt renũciare iu-
26 ri, quod habere ſperat, † vel iuri quod habere po-
teſt, quia hi termini promiſcuè & indifferenter po
nuntur a Doctoribus, vt põt videri apud Barto. in
d. §. duo fratres, nu. 19. vbi non conſtituit diſcrimẽ
inter habere põt, & habere ſperat, & idem faciunt
ibi Doctor. præcipuè Alex. nu. 56. Iaſ. nu. 69. Crot.
nu. 125. & ſeq. & Ripa nu. 76. & 78. Cagnol. d. l. 1.
nu. 81. in fine, Ripa nu. 26. Zucard. num. 159. & ſi
hæc vera ſunt, quando partes vtuntur verbo, po-
teſt, indicatiui modi in præſenti tempore, multo
magis locum ſibi vendicabunt, quando vtuntur
partes eo verbo in ſubiunctiuo modo & præteri-
27 to imperfecto, quod ſui natura † importare poteſt
futurum, vt declarat Barto. in l. 1. in 7. quæſtio. nu.
11. ff. de iure codicil. Bald. & Corn. quos refert &
ſequitur Dec. in conſi. 242. nu. 4. ver. quarto, & vl
timo, Alba in conſi. 29. num. 4. Crau. in conſi. 69.
nu. 1. in fi. vbi loquitur de uerbo, ualeret.

Secundò reſpondeo, quod in facto de quo uer
ba facimus, non poterat Franciſchina Rabaglia
aliud ius de præſenti prætendere, præter illud le-
gatum factum poſt mortem Euaſij hæredis; nec
renunciatio illa ita ampla poterat ad aliud referri,
vel in alio verificari, propterea idem eſt ac ſi de il-
lo legato partes expreſsè mentionẽ feciſſent: quia
generalis diſpoſitio, quæ in vno tantũ põt verifi-
28 cari, habetur pro † ſpeciali & indiuidua, l. 2. ff. de
lib. & poſth. ideo dicimus quod & ſi generalis re-
nunciatio non ſoleat trahi ad legitimã, l. ſi qñ, §.
generaliter, C. de inoffi. teſtam. tñ ſi ea non põt ad
aliud referri, includit ẽt legitimam, Soc. iu. in cõſi.
136. nu. 18. vol. primo, & ante eum Capra, Soc. &
Dec. quos refert & ſequitur Crau. in reſp. pro ge-
nero, nu. 344. Meno. in conſi. 71. num. 28. Anton.
Gabr. comm. opin. li. 6. tit. de legit. concluſ. 8. nu.
16. D. Becius in conſi. 34. nu. 14. & præfata regula
29 procedit ẽt qñ ſpecialis expreſſio † pro forma re-
quiritur, quia ſufficit nihilominus generalis, qñ in
vno tantũ verificari põt, ut probat Cur. ſen. cõſi.
50. memoriæ recolendæ, col. 21. nu. 126. quinimo
locũ habet in pænalibus, & qñ agitur de pæna: nã
& ſi nõ poſſit procurator facere actum, per quem
30 † dominus incidat in pænam, niſi habeat manda-
tum ſpeciale, l. ſi pater, ff. de his, quæ in fraud. cre-
dit. l. ſed & ſi quis, §. quæſitum, vbi Docto. ff. de
quæſtio. tñ fallit, quando in mandato exprimitur
generalibus verbis vnus actus, qui non poteſt im-
pleri, niſi dominus incidat in pænam, vt ponit Bal.
in conſ. 13. vol. quinto, refert Tiraq. de leg. cõnub.
gl. 7. nu. 138. & non eundo per mendicata ſuffra-
gia, in ſpecie extat deciſio Bart. in l. qui Romæ, §.
duo fratres, in 6. quæſtio. nu. 19. ff. de uerb. oblig.
vbi poſtquam diſputauit, an renũciatio iuris, qđ
quis habet, vel habere ſperat, fideicommiſſum in-
cludat conditionale, tandem dicit quod ſi nullum
aliud ius extet de futuro, in quo poſſit renũciatio
31 ſortiri effectum, trahitur ad † fideicommiſſum re-
lictum ſub conditione. & ſubdit hoc eſſe veriſſimũ
& notandum ad multa, & eam deciſionem poſt
Ale. quem refert, communem dicit Iaſ. ibi, nu. 69.
eamque pulchram & menti ait tenendam Crot.
nume. 127. qui exornat pluribus ſimilibus, Ripa
num. 79. qui refert eam tenuiſſe Alexand. & Dec.
alios plures allegat Gabriel. comm. opin. libro 4.
tit. de fideicomm. concluſ. prima, num. 7. Ruyn. in
conſi. 89. num. 8. volum. primo, Pariſ. in conſilio
71. num. 15. volum. 3. ubi dicit, quod Barto. in lo-
co prædicto communiter approbatur, Socin. iun.
in conſil. 116. num. 74. uolum. primo, Caſſan. in
conſil. 3. num. 10. Tiraquel. de leg. connub. glo. 7.
num. 134. Crau. in reſpon. pro genero, num. 343.
Cæphal. in conſil. 228. nu. 39. facit etiam, quod
in fortioribus terminis uoluit Decius in d. l. pri-
ma, nume. 32. C. de pact. ubi inquit, quod & ſi re-
nunciatio iuris, quod quis habet, uel habere ſpe-

rat,non includat ius,quod neque re competit,ne-
que ſpe,ſed eſt penitus de futuro,ſed reſtringatur
ad ius conſiſtens in ſpe radicata de præſenti: tamē
32 hoc † fallit,quando nullum ſubeſſet ius de futuro
conſiſtens in ſpe de præſenti, in quo renunciatio
ipſa poſſet verificari,'quia tunc extenditur ad ius,
quod eſt omnino de futuro tā ratione ſpei, quàm
rei,& ſuperuenit ex cauſa prorſus noua : id,quod
videtur quoque voluiſſe Iaſ. ibi, nu.17. ver.caue
tamen. Cum igitur nullum ius de futuro compe-
teret Franciſchinæ, neque ex ſpe de præſenti for-
mata,neque ex noua cauſa,pręter legatum relictū
in teſtamento Ioan.Baptiſtæ, fatēdum eſt eam de
illo legato ſenſiſſe, quando generaliter renuncia-
uit omni iuri,quod exigere vel conſequi poſſet.
Et ſi dicatur aliud ius competijſſe vltra legatū
33 prædictum,rñdeo hoc nō eſſe verū,& † non pręſu
mi,ſed ipſam renunciantem teneri ad demonſtrā-
dum & probandum, quod alius ius ſubſiſtat, ad
quod renunciatio trahi poſſit, argumento gl.in l.
cum de lege, ff. de probat. vbi qui vult dicere alia
bona extare, probare debet, quia aduerſarius ha-
bet ſuper negatiua intentionē fundatam,& ita te-
net Ruyn. in conſ.119.nu.18.& in conſ.144. nu.
19.vol.2.vbi dicit eſſe communem opinionem.&
quamuis cōtrarium tenuerit Alba in conſ.74.nu.
11.& 12. tamen defendendo Ruynum, eū repro-
bat Menoch.in conſ.87.num.20. vbi confutat ra-
34 tiones Albæ.† & præter eum dici poteſt rationem
Albæ, quod vnica pręſumatur cauſa,nō facere ad
propoſitum, quia illud loquitūr de cauſa finali,&
ratione diſpoſitionis: hic verò non agimus de cau-
ſa,ratione, ſeu fine propter quem facta ſit renun-
ciatio, ſed quærimus,an Franciſchina pręſumatur
alia habuiſſe iura in re, vel in ſpe, quæ poſſent ve-
nire in renunciatione, qui terminus longè diſtat a
cauſa finali, ſeu ratione diſpoſitionis, de qua lo-
quitur Iaſ.in l.quamuis,C.de fideicom. quem ci-
tat Alba d.conſ.74. nu.11. quando autem tracta-
mus,an plura iura habeat hæc mulier, tūc optimè
conuenit dictum gl.in l.cum de lege, vt ſcilicet ſuf-
ficiat dicere,habet hæc bona,& non alia.& quam-
uis illam gl. multi intelligant, qñ factum eſt inuen-
tariū, quaſi ea concluſio ꝙ non extent alia bona,
proueniat ex pręſumptione quæ oritur ex inuēta-
rio,iūcto cū iudicis decreto,vt voluerunt Iaſ. Ruy.
Crot. Ripa, & Natta, quos citat Rol.de inuentar.
fol.162. verius tamen eſt, dictum gloſ. indiſtinctè
35 † procedere, vt per Curt.ſen.in conſ.27. vbi dicit
eam cōiter procedere,ſiue ſubſit iuris pręſumptio
pro negante,ſiue non, Ripa in cap.cū eccleſia Su-
trina,num.83. de cauſa poſſ.& propriet. Alciat.in
tract.præſum.reg.20.præſum.20. Hercul.de pro-
bat.negat.255. Crau.de antiq.temp.in.2.par.nu.
55.in fi.& paſſim Doct.allegant illius glo.deciſio-
nem in caſibus,quibus nulla omnino ſubeſt pſum
ptio pro negante. ex quo datur intelligi, locum ei
eſſe ſimpliciter & indiſtinctè, non autem concur-
rente præſumptione,vt aliqui voluerūt.ſtante igi-
tur concluſione, qđ Frāciſchina nō haberet aliud
ius,in quo poſſet renunciatio verificari, ſequitur
quod verba liberationis includunt legatū, de quo
eſt quæſtio. & per hoc etiā tollitur obiectū, quod
ſecundo loco diluimus: quia & ſi renunciatio in
dubio non trahatur ad ius, quod pendet ex teſta-
mento,tamen hoc fallit,quando nullum aliud eſt,
ad quod generalitas referri poſſit, præter illud qđ
ex teſtamento procedit,ut uolunt præcitati Doct.
Tertiò reſponderi poteſt,quod dictum Bart.in
d.§.duo fratres,optimè procedit in ſuis terminis,
quando ſcilicet renuncians vtitur verbo præſentis
temporis, vt quia renunciat iuri, quod habet vel
habere ſperat, aut poteſt. verbum enim præſentis
temporis importat ſolum ius, quod competit de
pſenti,'vt per Bar. in l.ſi uxor,§.diuus,ff.de adult.
at uidetur aliud eſſe dicendum, quādo renunciās
utitur uerbis reſpicientibus futurum tempus, vt
eſt præteritum imperfectum ſubiūctiui modi, qđ
vt ſupra dixi,habet tractum in futurum: tūc enim
uidetur quod fideicommiſſum conditionale inclu
datur, etiam ſi non fiat mentio de cauſa aliqua in
futurum. ita breuiter reſpondet Iaſ. in d.l.prima,
nu.17. uer.caue tamen, C.de pact.& Dec.nu.32.
ſuper hoc tamen fundamento non facio magnam
uim,quia ubi materia uerbi importat futurum,ni
hil refert quod ponatur in præſenti tēpore, uel in
futuro; & ideo ſicuti qñ ponitur in præſenti, re-
ſtringitur ius cōpetens de præſenti,ſaltē in ſpe: ita
qñ ponitur in futuro. præterea etiā qñ ponitur in
36 imperfecto ſubiūctiui †modi,quod futurū impor
tat,nō extenditur ad fideicommiſſum conditiona
le,ut poſt Bal.quē citat, ponit Ripa in d.l.1.n.26.
Zucard.num.159.& Cagnol. nu.81. qui nullum
conſtituunt diſcrimen inter habere poteſt, uel ha-
bere poſſet. & Zucard.ibi, nume.159. in fi. & ſe-
quentibus,reſpondet ad dicta Decij,quem repre-
hendit,& communiter Docto. in d.l.prima,uolūt
quod ius competens de futuro, nō ueniat in renū-
ciatione, etiā ſi renunciatum ſit iuri,quod habere
poteſt in futurum, niſi dictum ſit ex cauſa de futu
ro,ut uideri poteſt in 3.fundamento partis cōtra-
riæ. proinde Decij opinio contra communem nō
eſt attendenda, niſi dicamus ſaluari eum poſſe,qñ
agitur de fideicommiſſo conditionali,quia tūc nō
debetur ex cauſa de futuro,ſed ex cauſa de pręſen-
ti: ideo facilius remittitur, ſi fiat mētio de futuro,
licet ſecus quando nulla eſt ſpes de præſenti, ut lo
quitur Dec.in tertio illo mem.Bart. uerum obſta
bit huic reſtrictioni id, quod in ſpecie de fideicō-
miſſo dictum eſt paulo ſupra ex Baldo, Zucard.
Cagnol.& Ripa, nihil ſcilicet intereſſe quod dica-
tur,habere poteſt,uel habere poſſet.
Non omitto,quod Cęphal.in conſil.228.num.
39.& ſeq. conſtituit differentiam inter ius condi-
tionale pendens ex teſtamento,& ius conditiona-
le quod prouenit ex contractu; & uult quod pri-
mum non ueniat in renunciatione facta per uer-
ba denotantia futurum tempus, ſecundum autem
includatur. quæ diſtinctio & ſi prima facie uidea-
37 tur multum colorata,mihi tamē haud ſatis † pro-
batur

batur, & in primis eſt contra deciſionem Bar. in l. qui cum tutoribus, in prin. ff. de tranſact. & Bald. in d.c. t. tit. Imperat. Lothor. vbi non faciunt hãc differentiã: quinimo volunt expreſsè quod fideicommiſſum veniat in generali liberatione. Repugnat item his quę Doctores ponunt in d.l. 1. C. de pact. vbi in ſecunda concluſione, quam colligunt ex dictis Bart. volunt fideicõmiſſum comprąhendi tanquam ius conſiſtens in ſpe approbata. & ſanè vires verborum ſunt aptæ non minus includere debitum conditionale proueniens ab vltima voluntate; quam ſi proueniret ex cõtractu: ſed ea ſola eſt differentia, quia in dubio ius proueniens ex teſtamento, non cenſetur incluſum: ſed hæc difficultas tollitur ex alijs, vt ſupra dictum eſt in ſecundo obiecto. & hanc differentiam ponit Ripa in d. §. duo fratres, nu. 26. dum dicit, quod circumſcripta hac ratione venit fideicommiſſum in renũciatione, & infert quod ſi fiat mentio de iure proueniente ex teſtamento, res erit clara; & quãuis ſpes proueniens ex conditione, quæ ſit in vltima volũtate, ſit debilior & minus certa quam ea quæ habetur ex contractu conditionali; quia conditionalis diſpoſitio facta in teſtamento, vt eſt fideicommiſſum ſeu legatum, non tranſmittitur ad hæredes, vt
38 de † fideicommiſſo conditionali probatur in l. in perſonam, C. de fideic. l. hęredes mei, §. cum ita, ff. ad Treb. gl. & Doc. in l. 1. C. de his, qui ante apert. tabul. communẽ dicit Curt. iun. in cõſi. 135. nu. 5. Bero. in conſi. 63. num. 2, vol. 2. Ripa d. §. cum ita, nu. 60. in fine, Crau. in conſi. 152. num. 3. Alba in conſi. 29. nu. 20. Gomes de teſtam. cap. 5. nume. 9. Roland. conſil. 46. nume. 5. volum. 3. Cæphal. in conſi. 133. nu. 3. Menoch. conſil. 95. nume. 100. &
39 de legato, † quòd nõ tranſmittatur, ſed efficiatur caducum, eſt text. in l. vnica, §. ſin autem aliquid ſub conditione, C. de caduc. tollen. Iaſ. in l. ſi ita legatum, §. illi ſi volet, nume. 5. ff. de legat. primo, Bero. in conſi. 28. nu. 3. volumine ſecundo, Ruyn. in conſi. 131. nume. 13. volumine primo, & procedit etiam in conditione tacita, ſecundum gloſ. in l. filio, ff. de leg. primo, Iaſ. in l. qui filiabus, §. fina. nu. 3. ff. de leg. 1. e conuerſo autem ius conditionale, quòd competit ex contractu, tranſmittitur pendente conditione ad hęredes, vt de fideicommiſſo
40 facto in contractu † ponit Benedictus alios referens in cap. Raynutius, in gl. ver. vxorem nomine Adelaſiam, deciſ. quinta, num. 62. tamen etiam ea ſpes, quæ fundatur ſuper diſpoſitione teſtamentaria, eſt conſiderabilis a iure, vt cõſtat ex prędictis, & probatur ex his, quæ Doctores ponunt in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de lib. & poſthum. vbi dicunt ſubſtitutis competere ius in ſpe; & diſputant, an poſſit Princeps tale ius tollere legitimando ſpurium ad eorum pręiudicium, vt videri poteſt apud D. Becium in conſi. 56. nu. 37.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata habetur pro lege, facit ens de non ente, & de vero falſum.*

2 *Spoliatus facto iudicis, non reintegratur ad poſſeſſionem.*

3 *Sententia non retractatur per inſtrumenta de nouo reperta.*

4 *Sententia non reſcinditur per teſtamentum de nouo repertum. ſed contra, nu. 36.*

5 *Inſtrumentum de nouo non dicitur repertum, niſi probata diligentia inueniendi.*

6 *Clauſula, hac tamen lege, &c. importat modum, non conditionem.*

7 *Modus, quando non fuit impletus, hæres priuatur commodo relicto.*

8 *Clauſula, & caſu quo, &c. importat conditionem.*

9 *Clauſula, & non aliter, importat conditionem & formam ſpecificam.*

10 *Conditionalis diſpoſitio deficit non impleta conditione.*

11 *Cõditio antequã impleatur, nihil ponit in eſſe, & impedit ortũ actionis, & eſt implẽda antequã agatur.*

12 *Inſtrumentum debet in iudicio produci totum, nec ſufficit edere partem, præcipuè iudici.*

13 *Legatario edi debet parcella legati inſtitutionis, & eorum quæ tendunt ad declarationem legati.*

14 *Sententia, quæ deuenit ad non cauſam, eſt reſcindenda, licèt tranſiuerat in iudicatum.*

15 *Condictio indebiti datur ad repetendum, quod eſt ſolutum ex ſententia, ſi non impugnat ſententiam.*

16 *Sententia reſcinditur per conditionem ſine cauſa, quando cauſa deueniat ad non cauſam.*

17 *Condictio indebiti datur etiam ad repetendam poſſeſſionem indebitam traditam.*

18 *Sententia, quæ tranſiuit in iudicatum, reſcinditur per reſtitutionem ex generali clauſula.*

19 *Ignorantia iuſtam cauſam præbet concedendi reſtitutionem in integrum ex clauſula generali.*

20 *Sententia lata ex falſis probationibus reſcinditur, licèt tranſiuerit in iudicatum.*

21 *Officium iudicis competit ad recuperandum poſſeſſionem, quam proprio facto quis amittit, ſi eſt talis cui detur reſtitutio in integrum.*

22 *Officium iudicis datur contra eum, qui ſine cauſa detinet rem meam.*

23 *Hæres eiuſdem iuris eſt cum defuncto, repræſentat eius perſonã, & habet eadẽ iura actiua & paſſiua.*

24 *Interdictum vnde vi, datur hæredi eius, qui fuit ſpoliatus.*

25 *Remedium can. reintegrandæ, datur hæredi eius, qui fuit ſpoliatus.*

26 *Remedium can. reintegrãdæ, datur hæredi hæredis.*

27 *Exceptio, quæ non impugnat ſententiam, opponi poteſt poſt ſententiam.*

28 *Exceptio rei iudicatæ non obſtat, quando agitur ex noua cauſa.*

29 *Exceptio rei iudicatæ non obſtat, quando cauſa deficit, propter quam fuit iudicatum, & infertur ad multa.*

30 *Factum iudicis ritè procedentis, dicitur factum partis, & ibi infertur ad alia.*

31 *Sententia quando irritatur, reſtituitur res cum fructibus.*

Fru-

32 *Fructus non restituit, qui poſſedit vigore ſententiæ.*

33 *Sententia lata per falſos teſtes, reſcinditur per reſtitutionem in integrum.*

34 *Impeditus reſtituitur ex generali clauſula aduerſus præſcriptionem.*

35 *Inſtantia quando eſt lapſa, datur reſtitutio ei, qui fuit iuſta de cauſa impeditus.*

36 *Sententia retractatur per teſtamentum de nouo repertum.*

37 *L. de his, ff. de tranſact. extenditur ad pactum gratuitum.*

38 *Sententia reſcinditur, ſi interuenit dolus partis, etiã ſi non ſint inſtrumenta de nouo reperta.*

39 *Res iudicata non alterat rectitudinem naturalis iuſtitiæ, inferturq́ ad alia.*

40 *Inſtrumentum fuiſſe de nouo repertum, probatur iuramento producentis.*

41 *Inſtrumentum præſumitur de nouo repertum, quando pars eſt conata probare per teſtes.*

42 *Impedimentũ excuſat etiã nulla facta proteſtatione.*

43 *Proteſtatio de impedimento operatur, quòd quis admittatur contra ſententiam per inſtrumenta de nouo reperta.*

44 *Inſtrumentum productum præſumitur eſſe totum, & non pars.*

45 *Inſtrumentum totum producere non tenetur, qui totum non habet penes ſe.*

46 *Succeſſio ex teſtamento ſilere facit ſucceſſionem ab inteſtato.*

47 *Succeſſioni ab inteſtato nõ eſt locus, quando per duos teſtes conſtat quem feciſſe teſtamentum.*

48 *Modus eſt implendus poſt emolumentum quæſitum.*

49 *Modus non impedit ortum obligationis, & actionis.*

50 *Conditione pendente non licet contrahentibus recedere a contractu.*

51 *Hæres ab inteſtato non admittitur, quandiu hæreditas poteſt adiri ex teſtamento.*

52 *Hæres ab inteſtato non admittitur, donec pendet conditio adiecta hæredi inſtituto in teſtamento.*

53 *Spurius poteſt inſtitui ſub cõditione, ſi legitimabitur.*

54 *Spurius ſi ſit inſtitutus ſub conditione, ſi legitimabitur, interim datur curator bonis.*

55 *Copula poſita inter incompatibilia, reſoluitur in diſiunctam.*

56 *Conditio appoſita reſolutioni, non facit diſpoſitionem conditionalem.*

57 *Hæres, qui ſemel fuit, non poteſt deſinere eſſe hæres directè.*

58 *Hæres quando priuatur hæreditate, cenſetur grauatus reſtituere per fideicommiſſum.*

59 *Hæres ante reſtitutionem exercet actiones hæreditarias.*

60 *Conditio appoſita reſolutioni, facit diſpoſitionem conditionalem in vltimis voluntatibus.*

61 *Conditio adiecta reſolutioni, nõ facit diſpoſitionẽ conditionalẽ in vltimis voluntatibus, quando reſolutio confertur poſt actus executionem, & ius quæſitũ.*

62 *Conditio reſolutioni adiecta, non facit diſpoſitionem conditionalem, quando reſolutio fit in pœnam ſpreti præcepti.*

63 *Pœna arguit ius quæſitum.*

64 *Pœna dicitur, quando ponitur poſt præceptum, vel onus iniunctum.*

CONSILIVM CCLXVIII.

EGIT Catherina Pachina vſque de anno 1545. contra Dominũ Theodorum Taſcam de Ponteſturia, & a Senatu Excellentiſſimo Montiſferrati obtinuit in fauorem ſententiam, per quam Theodorus fuit condemnatus ad ei remittendum poſſeſſionem prædij tamquam ab inteſtato hæredi quondam Zanini Pachini, quem probauit prędium poſſediſſe vſque ad mortem, & in ſua hæreditate dimiſiſſe. Nunc autem reperto Zanini teſtamento, in quo inſtituit ſibi hæredem Dominicũ de Pachinis, a quo dictus Theodorus emptionis titulo cauſam habuit: petijt Dominus Henricus Theodori filius, & hæres, ſe ex perſona patris reintegrari in poſſeſſionem, a qua cecidit per iniuſtas cauſas; ſed primo aſpectu dicendum uidetur, nullum ei ius competere, quia ſententia in fauorem Catherinæ lata fecit tranſitum in iudi-
1 catum, & habetur pro lege, † l. res iudicata, ff. de reg. iur. l. ingenuum, ff. de ſtatu hom. l. diffinitiua, ſecunda, quæſtio. 6. Specul. in tit. de ſentent. §. fin. nume. 19. facit ens de non ente, & de uero falſum, & e contra, glo. in l. ſi non ſortem, §. hæredi, ff. de condic. indeb. Curt. iun. in conſil. 23. col. pen. in fi. Cagnol. d. l. res iudicata, nu. 2. Natta in conſ. 524. nu. 5. cum pluribus ſimilibus.

Secundò, quia Theodorus cecidit a poſſeſſione prædij facto iudicis, & quidem iuſto: Nam probauerat Catherina prædium fuiſſe a Zanino poſſeſſum, & ſe illi proximiorem in gradu ſucceden-
2 di, ſpoliatus autem facto iudicis † præſertim ritè procedentis non reintegratur, Bart. in l. meminerint, nu. 8. ubi etiam Alber. & Salyc. col. 2. C. unde ui, Abb. in cap. conquerente, nu. 6. de reſtit. ſpol. cum enim iudex procedit iudicialiter, & non uti priuatus, ſi ſpoliet, non datur reintegratio, ſed tũc ſolum quando procedit uti priuatus, Iaſ. qui alios citat in l. iuſtè poſſidet, num. 3. ff. de acquir. poſſeſ. Ioan. de Plat. in l. ſi coloni, nu. 3. ubi Luc. de Pen. quæſt. 23. C. de agricol. & cenſib. lib. 11. & plures alios congerit Menoc. de recuper. poſſeſſ. rem. 8. nu. 3. ubi hoc modo conſtituit regulam, & idẽ probauit Lancell. in tract. attentat. in prima par. c. 2. ubi diſtinguit, an iudex ſpoliauerit uti iudex, uel uti priuatus: habet enim iudex pro ſe prędumptionem, l. 2. C. de offic. ciu. iud. & ſententia, etiam ſi eſſet iniuſta, ualet mero iure, & niſi appelletur trãſit in iudicatum, c. cum inter, de re iud.

Et quamuis Dominus Henricus dicat ſe de nouo teſtamentum inueniſſe Zanini Pachini, tamen clarum eſt quòd ſententia iuſtè lata non retracta-
3 tur per inſtrumenta de nouo † reperta, l. Imperatores, ff. de re iudi. l. ſub ſpecie, C. eo. tit. l. cum de hoc, in fi. C. de excep. rei iud. cap. ſuborta, de re iudi. ubi latè Fely. latè etiam Iaſ. d. l. Imperatores, in prin.

prin. Curt. ſen. in rep. l. admonẽdi, nu. 18. & ſeq. ff.
de iureiu. & rõ eſt, quia probationes non fiunt lite
iam finita, c. 1. in fine, vbi Bal. extra de tranſact. &
peremptoria exceptio opponi nõ poteſt poſt ſen-
tentiam, l. peremptorias, C. ſent. reſcindi non poſ.
declarat Iaſ. d. l. Imperatores, in princip. Vaſq. in
conſ. 180. nu. 5. & procedit etiam in teſtõ de nouo
reperto: quia licèt tranſactio non valeat teſtõ nõ
viſo, l. de his, ff. de tranſact. tamen valet ſententia,
4 † vt poſt gl. voluit Bal. in l. 3. §. 1. ff. de tranſact. qui
dicit eſſe hoc notandum pro limitatione l. de his,
idem dixit in ea. l. de his, Ang. in l. 3. §. item ſi ipſe,
col. 2. verſic. in glo. euicerit, ff. ſi cui plus quàm per
leg. falcid. vbi dicit eſſe menti tenendum, ſequitur
ibi Imola, qui dicit eſſe bene notandum, Alex. d. l.
Imperatores, nu. 2. vbi Iaſ. nu. 4. qui ait diuerſita-
tis rationem inter ſentẽtiam, & tranſactionem eſ-
ſe, quia in tranſactione eſt ſpecialiter a iure ſtatu-
tum, quod fieri non poſſit, niſi viſis & lectis verbis
teſtamenti: ideo nõ mirum ſi facta retractatur, ſed
in ſententia hoc iure non reperitur cautum, idem
Alex. in l. ſub prætextu, nu. 5. C. de tranſactio.

Reſpondetur ſecundò, quod non conſtat teſta-
mentum, de quo agitur, eſſe de nouo repertum, id
quod tamen erat probandum: ſed in præſenti fa-
cto conſtat, Dominum Theodorum in primo illo
iudicio, in quo ſuccubuit, ſæpius confeſſum fuiſſe,
quod Zaninus condiderat teſtamentum, & tamen
nullam fecit diligentiam, vt illius haberet copiam;
& qui vult admitti ad producendum inſtrumen-
tum tamquam de nouo repertum, probare debet
5 quod fuit diligens † in perquirendo. ita Bart. in l.
admonendi, colum. 2. ff. de iureiur. Butr. Imola, &
Abb. in c. cum dilectus, de fide inſtrumen. & dicit
Socyn. in c. fin. de iureiur. duo eſſe probanda, vt in
ſtrumenta admittantur de nouo reperta: primum,
quod producens iuret ſe eorum ante non habuiſ-
ſe notitiam: ſecũdò, quod probat feciſſe omnem
diligentiam, Caccialup. in l. admonendi, num. 13.
Meno. de arbitr. iud. caſu 241. & quod ſit neceſſa-
ria diligentia, voluit in conſil. 52. nu. 29. volum. 4.

Tertiò rñdetur, quod teſtamentum Zanini, qđ
fuit productum, eſt nullum, & nõ perfectum; ideo
vbi etiam ſententia poſſet reſcindi per inſtrumen-
ta de nouo reperta, nõ veniret tñ reſcindenda hoc
caſu: quia licèt Zaninus in teſtõ hęredem inſtitue-
rit Dñicum patruelem ſuum, tamen appoſuit ver-
ba quæ importare poſſunt non eſſe inſtitutioni lo-
cum. legitur enim inſtitutio cum clauſula cætera-
ta, hac tñ lege & conditione, &c. & caſu quo, &c. &
non aliter, &c. nam illa verba, hac tñ lege & condi-
6 tione, licèt non importent † conditionem, ſed mo
dum, l. Mæuia, ff. de manu. teſtamen. Bar. in l. qui-
bus diebus, §. Termilius, ff. de cond. & demon. nu.
5. Bald. in l. quoniam, C. de rer. perm. in l. cum res,
in fine, C. de donatio. Bal. & Sal. in l. ea cõditione,
C. de reſcinden. vend. Alex. in conſ. 102. nu. 1. ver-
ſicu. nam dicta verba, vol. 1. Iaſ. in l. debitori, nu. 2.
C. de pactis, Bero. in conſ. 66. nu. 5. vol. 2. Ruy. in
conſil. 127. nu. 2. vol. 1. Neuiz. in conſ. 55. num. 1.
Crau. in conſ. 59. nu. 1. Natta conſ. 373. nu. 26. ta-
7 men vbi modus non impletur, † hæres priuatur
commodo, quod fuit ſibi ſub modo relictũ, l. 2. C.
de his, quę ſub modo, l. ſi hęres, ff. de cond. ob cau.
l. liberto, §. Lucius, ff. de ann. leg. Bar. in d. §. Termi
lius, nu. 17. vbi Soc. nu. 14. verſi. ſecunda cõcluſio,
Bal. in conſ. 219. col. 2. vol. 2. Alex. in conſil. 127.
num. 2. verſi. adhuc videtur, vol. 7. & in dicto con-
ſil. 102. vol. 1. vbi nu. 6. dicit hoc aliquando proce-
dere, etiam ſi per eum ſteterit, cui erat implendũ,
Ruyn. in conſ. 43. num. 8. vol. 2. & procedit etiam,
quando modus erat implendus à tertio, vt per Me
noc. in conſ. 78. nu. 17. & quidquid ſit de prædicta
clauſula, certum eſt, quòd alia clauſula, quæ ſequi
8 tur, ideſt, & caſu † quo, &c. importat cõditionem,
Bal. conſ. 241. vol. 1. Corn. in cõſ. 96. nu. 15. vol. 1.
Crau. in conſ. 266. col. 1. Dominus Becius in con-
9 ſil. 39. nu. 20. & idem ſignificant † illa verba, & nõ
aliter, &c. quia ſunt præciſa, important conditio-
nem & inducunt formam ſpecificã ita quòd actus
nõ poteſt aliter impleri, gl. in l. ſi quidem, vbi Bal.
C. de exceptio. Alex. in conſ. 3. col. 3. vol. 1. Dec.
in conſ. 528. nu. 10. Pariſ. in conſi. 19. nu. 15. vol. 2.
Roland. cõſ. 58. nu. 48. conſ. 59. nu. 11. volum. 3. &
10 conditionalis diſpoſitio † ceſſat conditione non
impleta, l. cedere diem, ff. de verb. ſign. l. hæc ven-
ditio, in princip. ff. de contrah. empt. l. neceſſario,
§. quod ſi pendente, ff. de peric. & comm. rei vend.
11 & antequam impleatur, nihil ponit † in eſſe, Pariſ.
in conſil. 47. num. 11. volum. 1. & impedit ne oria-
tur obligatio, & detur interim actio, capitu. fin. de
ſponſ. in 6. & qui agit ex conditionali diſpoſitio-
ne, liquidare debet, & probare quòd conditio ſit
impleta, Bal. in d. l. ſi quidem, per illum tex. in ver.
extitiſſe. quare cum non appareat Dominicum in
ſtitutum impleuiſſe contenta in modo, vel etiam
in conditione, quę fuit inſtitutioni adiecta, non eſt
curandum de inſtitutione, & rectè egit Catherina
ab inteſtato tamquam proximior ad bona, quæ
fuerant Zanini prædefuncti.

Et, vt dixi, teſtamentum prędictum habendum
eſt, ac ſi non fuiſſet productum, ex quo non fuit to
tum & integrum productum: debet enim inſtru-
12 mentum produci † totum, vt fidem faciat, quia
poſſet in parte omiſſa aliquid extare, quod corri-
geret, & limitaret omnia præcedentia, l. in ciuile,
ff. de legibus. & ita concludit Bartol. in rubr. ff. de
oper. noui nunt. num. 7. vbi idem dicit in ſtatuto
& priuilegio, ſequitur Alexand. num. 37. Abb. &
alij in cap. cum contingat, de fide inſtrum. & Do-
ctor. in cap. fi. de probat. & id maximè verum eſt,
quando productio fit iudici, & non parti, vt diſtin
guit Bart. in loco prædicto, quem ſequitur Rom.
& alij, præcipuè Alexand. nu. 37. Iaſ. num. 8. Cro-
tus, num. 50. vbi alijs confirmat, & Nicon. num.
269. & hoc procedit ſine dubio, quando vna pars
inſtrumenti venit ad declarationem alterius: tunc
enim edi illa quoque debet, ut probat Iaſ. in l. qui
filiabus, in princip. ff. de legat. primo, vbi dicit le-
13 gatario † dandam eſſe copiam non ſolum legati,
ſed

ſed etiam alterius partis teſtamenti, per quám lo-
gatum poſſet declarari. & dicit Caſt. in l. fin. C. de
precib. Impe. offeren. quòd legatarijs danda eſt
copia inſtitutionis, quia legatum ab ea depender,
& quando capitula ſunt connexa ita quòd vnum
vel referatur ad alterum, vel modificet alterum,
non debet vnum ſine altero dari, ſecundum Bal.
in d. l. inciuile, Crot. d. num. 47. & ſeq. Nicon. nu.
274. & non eſt dubium quin modus & conditio,
quæ importantur per dictas clauſulas, pertineant
ad inſtitutionem: erat ergo danda copia.

Si tñ omnia rectè conſiderentur, contraria ve-
rior eſt ſnĩa, quia ſententia aliàs in fauorẽ Cathe-
rinæ Pachinæ lata contra Dñm Theodorum eo ꝙ
Zaninus deceſſiſſet inteſtatus, & ſi ſucceſſiſſet Ca-
therina vti proximior, reperto nunc Zanini teſtõ,
in quo inſtituit hæredem Dominicũ; qui deinde
prędium de quo agitur vendidit Dño Theodoro,
deuenit ad non cauſam: proinde eſt reſcindenda,
14 † quãuis tranſiuerit in iudicatum, per text. in l. in
cõmodato, §. fin. ff. commod. vbi qui pretium rei
cõmodatæ ſoluit quã perdidit, licitè illud repetit,
ſi dñs perditam rẽ inuenit. idem probat tex. in l. 2.
§. penul. ff. ad leg. Rhod. de iactu. idem probat tex.
in l. ſi non ſortem, §. fi. ff. de cond. indeb. vbi ſi debi
tũ ſolutũ efficiatur ex poſt facto indebitum, datur
repetitio ẽt per condictionẽ indebiti, & ibi Fulg.
multum admiratur. facit ẽt text. in l. eleganter, §. ſi
quis poſt, ff. de cond. indeb. & quamuis ſolutũ vi-
gore ſnĩæ non poſſit repeti regulariter condictio-
ne indebiti, quia ſententia facit de indebito debi-
tum, Doc. in d. l. eleganter, in prin. & in l. Iulianus,
ff. de cond. indeb. tñ hoc eſt verum, qñ repetendo
15 impugnaret † quis ſententiam: ſed ſi repetendo
vteretur actione, quæ ſupponeret ſnĩam eſſe verã,
daretur repetitio. ita declarat Bar. in l. 1. C. de cõd.
indeb. in fi. allegat tex. in d. l. in commodato. idem
voluit Bar. in l. ſi fullo, in prin. ff. de cond. ſine cau.
Iaſ. in l. Iulianus, num. 18. ff. de cond. ſine cauſa.

Secundò, vbi non daretur condictio indebiti,
ſaltẽ daretur condictio ſine cauſa, quia cauſa pro
pter quam Senatus primo loco iudicauit, deuenit
ad non cauſam: fuit enim, vt dixi, admiſſa Catheri
na vti hęres ab inteſtato, ſed emerſit teſtamentũ,
quod diu latuerat, & conſtat Catherinã non po-
16 tuiſſe ſuccedere: ergo reſcindẽda † venit ſnĩa, per
tex. in l. ſi fullo, ff. de cond. ſine cau. vbi fullo, qui
veſtes amiſerat, quas poliendas ſuſceperat, ea quo
de cauſa condemnatus pretium ſoluerat, põt ſolu
tũ repetere, ſi dñs poſt receptam ſolutionẽ veſtes
inuenit, & ibi hoc voluit Bar. in fi. dicens ꝙ repeti-
tur per cõdictionẽ ſine cauſa id, quod fuit ſolutũ,
modò repetens non dicat ſnĩam iniuſtam, ſed qđ
cauſa ſententiæ deuenit ad non cauſam, ſequitur
Caſt. n. 7. & 8. Iaſ. nu. 2. dicens, quòd hoc caſu ſen-
tentia nõ redarguitur de iniquitate, ſed de ceſſan-
te cauſa, & agitur de iure qđ ſuperuenit poſt ſen-
tentiam, ex quo inſurgit æquitas concedens repe-
titionem, gl. in l. Iulianus, vbi Bart. nu. 9. Caſt. nu.
9. Iaſ. nu. 12. 17. & ſeq. ff. de cond. indeb. Bald. in l.
ſub ſpecie, nu. 3. vbi Sal. nu. 6. C. de re iud. Caſt. in
l. eleganter, in prin. nu. 9. vbi Alex. §. 1. num. 7. ff. de
cond. indeb. Caſt. in conſi. 257. nu. 4. vol. 2. vbi lo
quendo de eo, qui fuit cõdemnatus ſoluere, quod
ante iam ſoluerat, dicit ꝙ põt repetere primam ſo
lutionem, quia hoc modo non impugnat ſnĩam,
ſed agit ex noua cauſa, Ale. in conſ. 69. nu. 6. vol. 3.
Felyn. in c. ſuborta, col. 6. in fi. verſi. dicit tñ, de re
iud. Ruy. in conſi. 89. nu. 15. vol. 1. Cur. in repet. l.
admonendi, nu. 21. ff. de iureiur. conſtat autem ẽt
17 † poſſeſſionem indebitè alicui traditam poſſe cõ-
dictione indebiti, aut ſine cauſa recuperari, glo. in
rub. ff. de interd. vbi Ripa, n. 3. gl. Inſt. de interdic.
in prin. ponit Meno. in trac. de recup. poſſ. rem. 15.

Tertiò ſi alia ceſſarẽt remedia, competeret ad-
uerſus ſnĩa reſtitutio in integrum ex generali clau
ſula, ſi qua mihi iuſta cauſa, per quam retractatur
18 ſnĩa, † vt poſt Cy. & Guliel. Cun. voluit Bal. in d. l.
1. nu. 4. poſt mediũ, C. de cõnd. indeb. Bart. in l. 1.
nu. 4. C. de ſen. aduerſ. fiſcum retract. li. 10. vbi di-
cit, quod etſi inſtrumenta non ſint de nouo reper
ta, ſi tñ cõdemnatus alleget aliquid per quod ap-
pareat, quod fuit impeditus iura ſua producere in
primo iudicio, admittetur per reſtitutionẽ in inte
grum poſt ſentẽtiã ex generali clauſula intra qua-
driennium, allegat Inno. in c. vltra tertiã, extra de
teſtib. Specu. in tit. de exequu. ſent. §. fi. verſ. illud
tñ, vbi etiam Io. And. Bar. in l. argentarius, §. cum
autem, ff. de eden. Bal. in l. ſub. la prima, vbi etiam
Sal. C. de tranſac. & ibi Ale. num. 6. allegat plures
alios, & dicit ꝙ ignorantia eſt iuſta cauſa concedẽ
di reſtitutionẽ, Iaſ. in longè fortioribus terminis
in l. admonendi, nu. 6. ff. de iureiur. vbi dicit quod
omnis ſententia retractatur per reſtitutionem in
integrum ex generali clauſula, ſiue inſtrumenta
fuerint de nouo reperta, quæ pars non potuerit
producere, ſiue ẽt non ſint reperta de nouo, dũmo
dò pars impedita fuerit ea producere, & ibi Cur.
ſen. Ripa, nu. 15. dicit cõmunem, & latè Ale. in cõſ.
84. nu. 3. vol. 1. Alba in conſ. 9. num. 33. Cæph. in
conſ. 180. nu. 32. ponunt Doc. in d. l. Imperatores,
ubi latè Iaſ. n. 6. uer. tertio notabiliter, ff. de re iud.
ubi allegat Inno. Bart. Bald. Ang. Imo. Cum. Sal.
Caſt. Alc. & alios, Fel. c. ſuborta, col. 7. uer. fallit 1.
de re iud. hic autem poſtulata fuit in integrũ reſti-
tutio, & inſtrumentũ teſtamenti fuit de nouo re-
pertum, proinde ſnĩa eſt reſcindenda: iuſta autem
cauſa reſtitutionis concedendæ eſt ignorãtia, pro-
pter quam non potuit Dñs Theodorus inuenire
inſtrumentum teſtamenti, & nõ eſt dubium quin
19 † ea ſufficiat, vt probatur l. prima, in fi. ff. ex quib.
cau. maio. l. ſed & ſi per prætorẽ, §. hæc clauſula, ff.
eo. tit. Cy. in l. 1. nu. 4. C. de cond. indeb. Imo. in l.
Imperatores, col. 2. ubi Alexan. colum. fin. ff. de re
iud. idem Alex. in d. l. ſub prætextu, num. 6. C. de
tranſact. Roman. in conſi. 477. in caſu, in fin. Dec.
in conſi. 29. in princ. Ruyn. in conſi. 63. num. 11.
uolum. 5. alios plures citat Cæph. in conſ. 180. nu.
32. & ſeq. ubi dicit probata ignorantia ſatis con-
ſtare de impedimento, & nu. 29. & dicit ꝙ datur
reſtitu-

reſtitutio etiam poſt lapſum longiſſimi temporis,
alios citat Deciſio. Pedem. 66. nu. 16. Dñs Becius
in conſ. 50. vbi vult dari reſtitutionem etiam con-
tra pręſcriptionem quadraginta annorum, & ſub-
dit quòd etſi detur ſolum intra quadriennium, ta-
le tamen tempus eſt vtile ab initio, & incipit cur-
rere ſolum a die ſcientiæ; eodem modo ſententia
20 lata † ex falſis inſtrumentis vel probationibus, li-
cet trãſiuerit in rem iudicatam, reſcinditur per re-
ſtitutionem in integrum, l. falſam, C. ſi ex falſ. in-
ſtrum. Doct. in c. licet cauſam, de probat. l. diuus,
ff. de re iudic. Alex. in d. l. Lucius, nu. 8. vbi Iaſ. nu.
17. Vant. in tit. de nullit. ex def. proceſſ. num. 132.

Quartò ſi vt ſupra dixi, Dño Henrico competit
reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam ſic la-
tam, poterit etiam per officium iudicis recuperare
21 † poſſeſſionem, quam per ſentẽtiam amiſit, Hoſt.
in cap. accedens, il primo, extra vt lite non cõteſt.
& ibi declarant But. & Abb. idem Butr. in cap. ſæ-
pe, de reſtit. ſpol. vbi dicunt quòd officium iudicis
datur etiam ijs, qui proprio facto fuerunt de poſ-
ſeſſione eiecti, ſi tales ſint quibus concedatur reſti
tutio, vt ſunt minores, & eccleſiæ, Soc. in conſ. 39.
num. 5. verſ. circa ſecundum concluſionem, vol. 3.
Socin. iun. in conſ. 52. nu. 6. vol. 2. latè comprobat
Meno. de recup. poſſ. rem. 17. nu. 15. & hoc officiũ
iudicis, eſt generale remedium, quod datur cõtra
22 eum, qui ſine iuſta cauſa detinet rem meam, † vel
locupletatur cum mea iactura, l. ſi me & Titium,
ff. ſi cert. petat. Hoſtien. & Ioan. And. in c. bonę, de
appell. Bar. Alex. Socin. Iaſ. Dec. Rimin. & Alcia.
in d. l. ſi me & Titium, Meno. de recup. poſ. rem. 4.
per totũ, vbi inquit dari, vbicunque ſuggerit æqui
tas, & ibi multos alios allegat Bero. in conſil. 44.
num. 7. vol. 3. vbi dicit competere contra tertium
poſſeſſorẽ titulatum & bonæ fidei, qui tñ cauſam
ab ea habeat, qui poſſeſſionẽ iniuſtè tenebat, præ-
cipuè quando ageris poteſt vti reſtitutione in inte
grum, ſecũdum prędicta, quod etiam voluit Bero.
in conſ. 59. nu. 23. eo. volum. 3. Natta in conſ. 532.
nu. 12. vbi concludit officium iudicis ei qui inutili
Saluiano ſuccubuit, dari ad recuperandã poſſeſſio
nem, quam per ſententiam amiſit, ſi poteſt proba-
re nullitatẽ pignoris, propter quod ſuccubuerat.

Et ſicuti Dño Theodoro qui fuit condẽnatus,
liceret ſm prędicta ſi viueret, auocare poſſeſſionẽ,
quam amiſerat: ita licere debet Dño Hẽrico eius
23 filio & hęredi, qui eiuſdẽ eſt iuris, † cuius erat pa-
ter, l. hæredem, ff. de reg. iur. & qui repræſentat pa-
rem defunctum, & cenſetur eadem perſona, §. 1. in
Authent. de iureiuran. a morien. præſt. & in hære-
dem tranſeunt omnia iura actiua, & paſſiua, quæ
competebant defuncto, l. prima, C. vt actio ab hæ-
re. in hęred. & interdicta poſſeſſoria ſunt in rẽ ſcri-
pta, vt no. Doct. in cap. reintegranda, 3. quæſt. 1.
remedia autem in rem ſcripta in hęredem deſcen-
dunt, l. ſi tertius, §. ſi prius, vbi Bar. ff. de aq. plu. ar
cen. ideo videmus quod interdictum vnde vi, da-
24 tur † hęredi eius, qui fuit ſpoliatus, l. prima, §. hoc
interdictum & hæredi, & l. 3. §. fin. ff. de vi, & vi ar-

ma. & ratio eſt, quia ius quod eſt formatum in per
ſona defuncti, transfertur in hæredem, l. cum a ma
tre, C. de rei vend. l. 1. & 2. C. de hęred. actio. Aret.
in conſ. 123. nu. 6. & ideo quando ius erat ſic in de
functo formatum & radicatũ, quod potuiſſet age-
re hæres quoque eius poteſt remedio canonis re-
25 integranda, † poſſeſſionem ex defuncti perſona
recuperare, a qua author eius ceciderat, vt probat
Corn. in cõſ. 18. nu. 4. vol. 1. & in conſ. 329. nu. 47.
& ſeq. eod. vol. Ruin. in conſ. 45. nu. 18. vol. 1. Be-
ro. in conſi. 56. num. 2. in conſil. 64. num. 6. vol. 1.
Aſflict. in conſt. Neap. lib. 1. conſtitut. 25. num. 3.
Grammat. in conſil. 70. num. 7. volum. 2. Cagnol.
in l. hæredem, num. 17. ff. de reg. iur. Natta in con-
ſil. 439. nu. 4. & ſeq. Roland. in conſil. 6. num. 14.
volum. 3. & in conſil. 32. num. 4. & ſeq. volum. 4.
Phanuc. in tract. de inuentar. par. 7. num. 163. no-
uiſſime D. Becius in conſil. 75. num. 14. & ſeq. qui
omnes clarè volunt dari remedia poſſeſſoria recu
perandæ hęredibus, quando ius erat formatum in
26 defunctorum perſona. quinimo † Bero. in d. con-
ſil. 64. nu. 6. dicit dari etiam hæredi hæredis, quod
etiam poſt Socin. in l. rem, quæ nobis, num. 9. ff. de
acquir. poſſ. voluerunt Rolan. d. conſi. 32. num. 6.
& D. Becius d. conſil. 75. num. 8.

His ergo ſic firmatis, non obſtat quòd ſenten-
tia lata in fauorem Catherinæ tranſiuerit in iudi-
catum; quia reſpondetur poſſe, & debere nihilo-
minus reſcindi, ex quo ceſſat cauſa propter quam
fuit lata, ideſt conſtat non potuiſſe Catherinam
ſuccedere ab inteſtato Zanino, quẽ apparet teſta-
mentum condidiſſe, d. l. ſi fullo. præcipuè cum Do
minus Henricus non impugnet ſententiam, nec
dicat eam iniuſtam, ſed aſſerat iuſtam, verum
corruere ob defectum cauſæ per ea, quæ poſuit
Bartol. in l. prima, C. de cond. indeb. illæ enim ex-
27 ceptiones, † quę ſententiam non impugnant, poſ-
ſunt poſt ſententiam allegari, l. prima, cum ibi no-
ta. C. de iur. & facti igno. Sal. in l. ſecunda, nu. ſe-
cundo, in fi. C. ne lice. poten. Socin. iun. conſi. 67.
num. 7. volum. 1. & conſil. 45. nu. 10. eod. volum.
accedit quod noua cauſa ſuperuenit, ideſt teſta-
mentum Zanini; & propterea exceptio rei iudica-
28 tæ non obſtat quando agitur ex noua † cauſa ſu-
perueniente, vt ſupra dixi ex Caſtrenſ. & Iaſ. in d.
l. ſi fullo, & in l. Iulianus, & eſt text. in l. ſi mater, §.
eundem, in princip. & in l. ſi is, qui hæres, in prin-
cip. ff. de excep. rei iud. l. hæreditas, C. de petit. hæ-
red. & dixit Roman. in repet. l. ſi verò, §. de viro,
num. 270. ff. ſoluto. matrim. quod exceptio rei iu-
dicatę licèt ſit perpetua, tamen ei non obſtat, qui
agit ex cauſa noua, & quæ ſuperuenit, & ibi plu-
ra congerit ſimilia a iure inducta ex noua cauſa ſu
perueniente, & hoc etiam voluit Tiraquel. de re-
tract. conſang. §. 8. gloſ. 7. num. 4. & idem omnino
29 eſt, quando deficit † cauſa ſententiæ, l. ſi a te, ff. de
excep. rei iudic. vbi Socin. in 1. notab. & ideo, qui
fuit abſolutus ex vna cauſa, poterit ex alia conuen
tus condemnari, l. 2. & l. ſi mater, §. eandẽ, ff. de ex
cep. vbi qui egit non impleta conditione, & ſuc-

cubuit,poteſt iterũ agere poſt implementum,nec
obſtabit ſibi exceptio rei iudicatæ;& qui fuit a iu-
dice repulſus, quia ineptã propoſuerit actionem,
iterũ agẽs apta actione nõ remouebitur exceptio
ne rei iudicatæ, quia ceſſat cauſa repulſæ. multa
cumulat ſimilia Tiraq. dicta gloſ.7,num.3.& 4.&
in tract,ceſſan.cau. in prima par.nu.21.& n.232.
vbi ait ſentẽtiæ cauſa ceſſante,ipſam quoque ſen-
tentiam ceſſare. Præterea quando petitur aduer-
ſus ſententiã reſtitutio in integrũ,non obſtat tran
ſitus in iudicatũ,vt dixi in tertio fundamento hu-
ius partis,ita rñdet Cephal,in conſi.180.nu.18.&
ſeq.vbi dicit quòd ſicuti non præſumitur pro ſen-
tentia, pẽdente appellatione,nec facit notorium,
ita nec reſtitutione in integrum pendente, quę eſt
ſpecies appellationis,vel ei æquiparatur.

Nec mouet quod Dñs Theodorus fuerit iuſto
facto iudicis ſpoliatus, ideo nõ poſſet poſſeſſionẽ
amiſſam recuperare. Rñdeo enim primò,quod ex
quo cauſa ſententiæ deuenit ad non cauſam, non
poteſt de ſententia obijci, quia impedimentũ non
præſtat,quod de iure nõ ſortitur effectũ,c.nõ præ-
ſtat,de reg.iur.in 6. Reſpõdeo ſecundò, quod cõ-
trarium non procedit, qñ miniſterio reſtitutionis
in integrum agit quis aduerſus ſententiam:nam ſi
hoc caſu reſtituitur quis ad poſſeſſionẽ, quã ami-
ſit proprio facto, puta ex contractu, vt probatur
per Butr. & Abb. in c.accedens, II primo,extra vt
lite non conteſt.& dixi ſupra in quarto fundamẽ-
to: pari rõne erit reſtituendus ad poſſeſſionẽ,quã
perdidit iuſto facto iudicis, quandoquidẽ factum
30 iudicis iuſtè † procedentis dicitur factum partis,
& de eo idem iudicatur, quod de facto partis,l.ſi
ob cauſam,vbi Bart. Bald.& alij,C.de euictio.vbi
debitor præſtat euictionẽ pro re,quã iudex inſtan
te creditore vendidit, l.eleganter, in princ.ff.de
pigno. actio.l.ſi pignora, ff. de euictio. alios citat
Tiraq.de retract.conſang.§.1.glo.14.nu.13. Bel-
lo.in conſi.24.nu.10.& ſeq. vbi infert,quod hæ-
res debitoris non poterit rem vẽditam in cauſam
iudicati vendicare etiam ex propria perſona;quia
quem de euictione tenet actio, eundem agentem
repellit exceptio. comprobat Phanuc. in tract. de
inuentar. par.7.nu.268.vbi reprehendit Caſtrẽſ.
qui contrarium tenuit. & ſanè quando ſententia
deducitur ad irritum; non operatur ſolitos iuris
effectus,vel probat Rom. in conſ.454.col.fin.qui
31 ideo dicit,quod titulus ſententiæ, † quando redu
citur ad non titulum,vel ortum habet ex cauſa ir-
rita, tunc res reſtituitur cum fructibus; ſequitur
Natta in conſil.535.num.12. quamuis regulari-
32 ter poſſidens † vigore ſententiæ ſi condemnetur,
non teneatur fructus reſtituere,vt voluit gloſ. fin.
in cap. ſignificauerunt, vbi Abb. colum.2.de te-
ſtib. Natta in loco prædicto.

Et quãuis ſententia non retractetur per inſtru-
menta de nouo reperta, tamen hoc intelligitur ip-
ſo iure, ſed bene retractatur ope reſtitutionis in
integrum poſtulatæ ex cauſa iuſtæ ignorantiæ;&
quia Dñs Theodorus fuerit tũc impeditus habe-
re teſtamentum Zanini, ſecundum Cyn.& Bal.in
dicta l.1.C.de condic.indeb.Alex.d.l.ſub prætex-
tu,cum alijs ſupra citatis,& hoc nõ eſt nouũ,quia
33 videmus quod & ſi ſententia † lata per falſos te-
ſtes ſit valida,tamen per reſtitutionem in integrũ
retractatur,l.2.C.ſi ex falſ.inſtr. Doct.in cap.licet
cauſam,de probatio.& dixi ſupra in tertio funda-
mento, in fine. Simile videmus in præſcriptione,
quæ etſi currat ipſo iure, tamen datur reſtitutio
34 † impedito ex generali clauſula, ſi qua mihi iuſta
cauſa,Alex.in conſi.71.vol.1. Socin. in conſi.66.
volum.4. Balb. in tract. præſcrip. in 4.par. princ.
quæſt.26. alios citat Deciſ. Pedemon.69.nu.16.
idem ſeruatur in inſtantia, quæ currit contra im-
peditum a iudice, vel a parte, ſed datur impedito
35 reſtitutio † aduerſus illius lapſus,ſecundum gloſ.
Bart.Bald.& alios in l.properandum, §.ſi autem
vtraque,C.de iudic. Bart.in §.ad hæc,in Auth. de
appell.Soc.iun. in conſi.132.nu.4.vol.2. latè Io-
ſeph.Ludou.deciſ.Peruſ.36.num.1.

Secundò reſpondeo,quod quidquid ſit in alijs
inſtrumentis,quando agitur de teſtamento,quod
fuit nouiter repertum, ſententia retractatur, quia
idem eſt in tranſactione quæ ſit facta non viſis,
nec lectis verbis inſtrumenti teſtamenti, l.de his,
36 ff.de tranſact.& in terminis, † quod ſententia re-
tractetur per teſtamentum de nouo repertum,vo
luit gl. in l.prima, §.ratio,ff.quemadm.teſtamen.
aper. quæ dicit procedere hoc de æquitate, licèt
non de rigore, allegat l.ſi mater,ff.de excep.rei iu
dic.confirmatur hæc opinio,quia iuramentum,&
ſententia æquiparantur, l.nam & poſtea,§.qui tẽ-
porali,ff.de iureiur.at iuramentum retractatur, ſi
ſuperueniat teſtamentum,l.fin. C.de rebus cred.
Doct,in l.admonendi,de iureiurando. item quod
dicitur de tranſactione, procedit etiam in ſenten-
tia. & ſicuti fauor vltimæ voluntatis operatur in
iuramento & trãſactione:ita debet operari in ſen-
tentia, per quas rationes gloſ. prædictam ſequu-
tus eſt,& probauit Roman. in ſing.198. idem vo-
luit Soc. in tracta. fallent. reg.361.nu.13.& ante
eum hoc voluit Fulgoſ. in l. de his,ff.de tranſact.
ubi Caſtr.nu.6.& Iaſ.nu.5.dicens, quod eſt nota
bilis extenſio ad illam legem, & ſubdit eſſe de hoc
textũ expreſſum in d.l.prima, §.ratio,ff.quemad.
teſtam. aper. dum vult veritatem eorum, quæ de-
pendent a teſtamentis, non poſſe aliter exquiri q̃
viſis & cognitis verbis teſtamẽti,& miratur quod
Doctores eum tex.non allegent,Felyn.in cap. ſu-
borta, colum.7. verſ. amplia ſecundo, extra de re
iudic.Cur.in repet.d.l.admonendi, nu.17.ex qui-
bus tollitur id, quod fuit allegatum pro parte con
traria: nam eorum Doctorũ,qui aduerſam tuẽtur
ſententiam,nemo reſpondet ad.tex.in d.l.1.§.rõ,
qui eſt capitalis, & non cauillatur, determinat q̃-
ſtionem,& non valet Iaſonis reſolutio in d.l.mer-
catores,in princ.ff.de re iudi. dũ dicit eſſe ſpecia-
liter ſtatutũ in trãſactione quod nõ poſſit fieri ſu-
per dependentib. a teſtamento,niſi viſis verbis te
ſtamenti:nã idem legitur diſpoſitum in ſententia,

quod

quod non feratur,niſi cognitis verbis teſtamenti,
in dicta l.t.§.ratio. Præterea id quod diſpoſitum
fuit in tranſactione,procedit fauore vltimę volun-
tatis,qui fauor locum habet non minus in ſenten-
tia,quàm in tranſactione. Item eſt aduertendum,
q non eſt ita ſpeciale in trāſactione, quinetiam ex
identitate rationis extendatur ad pactum gratui-
37 tum,† vt voluit gl.in dicta l.de his,quā ibi ſequun
tur Bar.Bal.& Ang.& Iaſ.nu.8.Corn.in conſ.135.
colum.1.vol.2.vbi ait ita ſeruari in practicā,Pariſ.
qui communem dicit,in conſil.24.nu.131.vol.2.
Siluan.conſil.49.num.59.circa finem, eſt verum,
quòd multi contrarium teneat, ſed hæc ſententia
videtur grauiores habere authores,licèt contraria
fortè plures habeat numero, & in ſumma non ſuf-
ficit dicere, quod ſit ſpecialiter ſancitum in tranſa
ctione,niſi etiam ratio diuerſitatis allegetur.

Tertiò in præſenti facto non erat ſine dolo Ca-
therina in primo iudicio;ſciebat enim Zaninū cō-
didiſſe teſtamentum, & inſtituiſſe Dñicum Pachi
num,licèt ſemper occultari curauerit teſtamētum
per eius affinem,penes quam extabant protocolla
notarij, qui fuerat de eo teſtō rogatus, & ob hanc
cauſam inter Dominum Theodorum,& prædictū
Catherinę affinem ortæ ſunt rixę,& ſequuta mors
38 illius:proinde ſtāte dolo retractatur ſnīa † ſine re-
ſtitutione in integrum, vt vult Innoc.in c.grauis,
nu.2.verſ.qnidam tñ dicūt, depoſ.vbi fortius vult
hoc procedere, qn̄ ſentētia iniuſta fuit lata de con
ſenſu iudicis, & partis,& in terminis,quod ſenten
tia retractetur per teſtamentum de nouo repertū,
ſi aduerſarius ſciebat illud extare,voluit Ang.in l.
prima,§. item ſi ipſe,col.2. ff.ſi cui plus quàm per
legem Falcidiam, vbi dicit competere condictio-
nem ex iniuſta cauſa,& ibi eum ſequitur Imola,&
non eſt ſpeciale in teſtamēto nouiter reperto, ſed
procedit generaliter in quocunque inſtrumento,
qnando pars, quæ habuit ſententiam in fauorem,
fuit in dolo, vt eſt text. in l.fideiuſſor.§.in omnib.
vbi gl.in ver.ceſſat,ff.mandati.Petr.Cyn.& Bal.in
l.1.C.de cōd.indeb. Bar.& Ang.in l.ſi ſine,in prin.
ff.rem rat.hab.gl.in l.Imperatores,in gl.fina.ff.de
re iud.vbi dicit,quòd accedente dolo partis,retra-
ctatur ſententia: & non erit ſpeciale in reipublica,
quod reſcindatur per inſtumenta de nouo reper-
ta,alios citat Alexand.num.7. & Iaſ.num.7.verſi.
quintò notabiliter limita, & nume.12. vbi inquit
illam gloſ.eſſe menti tenendam, Curt. dicta l.ad-
monendi,num.31. & ratio eſt, quia per rem iudi-
39 catam non alteratur † rectitudo naturalis ęquita-
tis,l.Iulianus verum,ff.de condit.indeb.ideo iniu-
ſtè condemnatus non peccat,ſi nō ſoluit id, quod
fuit ſoluere condemnatus, Innoc.in cap. quod ſi-
cut,de electio.vbi etiam Butr.Angel.in dicta l.Iu-
lianus, vbi Iaſon,nume.2. Abb.in cap. cum inter,
colum.3. de re iudica. vbi dicit, quod uictor, qui
ſcit ſententiam eſſe iniuſtam,non eſt tutus in con-
ſcientia,latè Felyn.in cap.nouit,nu.5.in fin.& nu.
6.de iud.Ripa in l.qui Romæ,§.duo fratres,nu.5.
ff.de uerborum obligation.

Non etiam aduerſatur,quod non fuerit hoc te-
ſtamentum de nouo repertum: quia reſpondetur,
quod in Domino Henrico,qui eſt filius,& ſucceſ-
ſit in ius patris, præſumitur ignorantia, l.qui cum
alio,ff.de reg.iur.& quod inſtrumentum fuerit de
nouo repertum, probatur ſimplici eius iuramen-
40 to, † quod obtulit ſe ſubiturum; quia eſt difficilis
probationis, & in lex contenta eſt probationibus,
quæ haberi poſſunt. ita Bar.Bald.& Caſtr.in l.ad-
monendi,ubi Alexand.num.19. Curt.ſen.ſubdu-
bius,num.14.Cur.iun.nu.14.& Purpurat.nu.24.
qui dicit communem, uti facit quoque Curt. ſen.
loco prædicto, eandem probauit, & communem
dixit Coraſ.ibi, num.56.& ſequ. quia in his, quæ
pendent ab animo,ſtatur iuramēto aſſerentis, Ri-
pa num.21. Alba dicto conſ.9.num.35.ubi fortius
dicit, quòd non requiritur iuramentum, quando
eſt ueroſimile, quod fuerint de nouo reperta, &
ſubdit, quod iuramentum præſtari poterit in cal-
culo ferendæ ſententiæ, quia non eſt noua proba-
tio, ſed declaratio retro agitatorum, Menoch.de
arbitr.iud.caſu 241.num.4. in præſenti autem ca-
ſu eſt ueroſimile,quod hoc teſtamentum fuerit de
nouo repertum,quia Dominus Theodorus uiuēs
conatus eſt probare per teſtes, quòd Zaninus con
diderat teſtamentum,& inſtituerat hæredem Do-
minicū, & quòd de hoc erat fama, & publica uox
in loco Pontiſturiæ, & quod Dominicus cōfeſtim
mortuo Zanino appræhendit poſſeſſionem hære-
ditatis, & bonorum ſuorum; & non eſt veroſimi-
le, quod quis velit cum tāta impenſa probare per
41 teſtes,quòd certè poſſet probare † per inſtrumen
tum, cum hæc inſtrumenti probatio ſit tutior &
certior, Curt.iunior in conſil.64. columna tertia,
Crauet.in conſil.134.nu.30.& 35.Accedat,quòd
teſtamentum fuerat conditum tempore peſtis,
quæ omnia in eo loco ſubuertetat, & nihil admi-
ſit pacificum.

Declinatur ex prædictis id,qđ dicebatur Dñm
Theodorum non feciſſe diligentiam, vt hoc teſta-
mentum inueniret: quādoquidem præter teſtium
prædictorum examen publicari etiam fecit moni-
torias,per quas comminabatur excommunicatio-
nis pęnam contra eos, qui ſcientes vbi eſſet inſtru
mentum teſtamenti, vel de eo notitiam habentes
non reuelaſſent: & ſane nō poteſt quis maiore vti
diligentia,quam confugere ad euangelicā denun-
ciationem. Pręterea ſępe in primo illo proceſſu eſt
proteſtatus,ſe non poſſe inuenire inſtrumentum,
& quòd ſibi intendebat ſaluum fore ius illud pro-
ducendi quandocunque perueniſſet ad eius ma-
42 nus: huiuſmodi enim proteſtatio † quamuis non
ſit neceſſaria,per ea, quæ latè ponit Arius Pinell.
in authent. niſi triennale, num.43.C.de bon. ma-
ter.& Dominus Becius conſi.104.num.13.& ſeq.
eſt tamen ad multa vtilis, per Arium in loco præ-
43 dicto;& in terminis,quod proteſtatio† ſufficiat in
præſenti caſu, voluit Spec.in tit.de exequut. ſent.
§.fin.nume.7.verſicu.caute ergo facit,vbi dicit fa-
cta huiuſmodi proteſtatione reuocari ſentētiam,

quandocunque inueniatur inſtrumẽtum ſolutio-
nis,ſi pars in primo iudicio allegauit ſoluiſſe, ſed
inſtrumẽtum eſſe deperditum, ſequitur Imola in
d.l. Imperatores, col. ſecunda, ff. de re iudic. vbi
Caſtr.nu.ſecundo,verſi.item & tertiò, Alexandr.
nu.3.verſi.& propter hoc, Iaſon nu.7.qui dicit eſ-
ſe notandum;& monent litigatorem, qui ſuſpica-
tur ſententiam contra ſe ſerri, vt ante ſententiam
alleget,non poſſe inſtrumẽta ſua producere, quia
ſint deperdita: nam lata deinde ſentẽtia retracta-
bitur,ſi inſtrumenta reperiantur, Felyn. in d.cap.
ſuborta,col.8.ver. ex his docet, de re iudic. Curt.
ſen.d.l.admonendi,num. 18.& Menoc. de arbitr.
iudic. caſu 241.nu.7. qui duo volunt, quod prius
agatur contra eũ,qui occultauit: Imo ſtante igno-
rãtia Domini Theodori, qui neſciuit factum fuiſ-
ſe teſtamentum, niſi ex rumore quodam populi;
non erat neceſſe probare aliter impedimentum:
licèt ſecus ſit, quando quis ſciuit extare, ſed fuit
Impeditus eo ʋti. ita diſtinguendo declarat Cæ-
pha.d.conſi.180.num.34.

Parum quoque aduerſatur,quod inſtrumentũ
teſtamenti non fuerit integre exhibitum, ſed inu-
tile, præcipuè in inſtitutione, quæ facta fuit cum
illis clauſulis,ea tñ lege,& conditione,&c. & caſu
quo, &c. & non aliter, &c. Reſpondeo enim non
conſtare, quod dictum inſtrumentum ſit ſolum
44 pars:quinimo in dubio præſumitur † quod ſit to-
tum inſtrumentum; & qui vult dicere contrariũ,
probet,argumento gl.in l.cum de lege, ff.de pro-
batio.ita Bart.concludit in dicta rubr. ff. de oper.
noui nunciatione,nu.8.præcipuè ſecundum eum,
qñ inſtrumentũ eſt a notario traditum:in eo enim
ceſſat fraudis ſuſpicio. ſequitur ibi Rom. per l. ſi
is,qui,ff.de teſtam. Alex.num.40. vbi num.43.in
fine dicit, hanc opinionem eſſe tenendam, Iaſon
col.fi.verſi.circa penultimam quæſtionem Barto.
vbi dicit,hanc Bartoli deciſionem tenendam eſſe,
ſicut Euangeliũ:& eam defendit a morſibus Imo-
læ, & Alexan.Ruynus, nu.37. qui ait opinionem
Bart. eſſe veriorem, quia dicens aliud non exta-
re, habet intentionem fundatam, etiam ſi nõ mi-
litet pro ſe iuris præſumptio, & ita intelligit gloſſ.
in d.l.cum de lege,vt per eum,Crotus, nu.51.qui
tamen nõ mouetur ex ratione Bartoli, ſed ex alia,
Niconit.nume.275. qui allegat concordantes, &
latè diſputat de veritate dictæ gloſſæ, an procedat
indiſtinctè, vel ſolum quando pro negante mili-
tat iuris præſumptio.

Secundò reſpondeo, quod contrarium proce-
deret, ſi eſſet in facultate producentis edere totũ
inſtrumẽtum, vt quia totum haberet penes ſe: ſed
cum non eſſet in manibus Domini Henrici inte-
45 grum, non potuit † plus exhiberi quàm fuerit ſi-
bi a notario editum.ita limitat & declarat Bart.in
dicta rubr.ff.de oper.noui nuntia.nu. 7. vbi poſt-
quam diſtinguendo dixit iudici totum inſtrumen-
tum eſſe edendum: parti vero particulam ſuffice-
re,quæ facit ad cauſam,ſubdit hoc intelligi,quan-
do eſt in poteſtate producentis totum edere:& ſe-
cus eſſe,qñ pars tantum teſtamenti,vel inſtrumẽ-
ti eſſet penes eum; & ponit exemplum in legata-
rio, cui notarius leuauit ſolum partellã legati, &
hoc ſequitur Alex.ibi nu.37.Nat.in cõſi.8.nu.1.
& neminem vidi,qui Impugnet Bar. in propoſito
aſit non poteſt Domino Henrico imputari, quod
non produxerit integrum teſtamentum,cum edi-
derit qualecunque ſibi fuerit traditum a notario;
& hæc reſponſio eſt tutior quam prima: nam ex le-
ctura inſtrumenti prædicti, quod clauſulas conti-
net cæteratas & imperfectas, conſtat quòd teſta-
mentum productum, non eſt integrum, quo caſu
ceſſat contraria præſumptio, vt per Barto. in loco
prædicto,& Ruyn.in eadem rubr.colum.fin.in fi.

Tertiò reſpondeo,quod etiam ſi teſtamentum
contineret ſolum partem, non autem integralem
diſpoſitionem Zanini: tamen ſatis probaret Do-
mini Henrici intentionem,quę eſt,quod non po-
tuerit Catherina admitti ab inteſtato ad ſucceſ-
ſionem Zanini, ex quo is teſtamentum condide-
rat: ad excludendum enim Catherinam, ſat erat
probare,quod Zaninus deceſſerat teſtatus; & hęc
probatio in genere fuiſſet ſufficiens, quia non eſt
locus ſucceſſioni ab inteſtato, quando quis deceſ-
46 ſit teſtatus, & ſucceſſio ex teſtamento † ceſſari fa-
cit ſucceſſionem inteſtati,l.antequam,C.commu.
de ſucceſſ.l.quamdiu,la ſeconda, ff. de acq. hæro.
& hæc eſt regula, vt inquit Alex. in l. hac conſul-
tiſſima,§.ſi quis autem,nu.primo,verbo, nota ca-
ſum,C.de teſtam.& ratio eſt,quia hęreditates de-
feruntur ſecundum voluntatem teſtatorũ, l. 1.C.
de ſacroſ.eccleſ. §.diſponat, in Authent. de nupt.
ideo non mirum,ſi ſucceſſio teſtati præfertur ſuc-
ceſſioni inteſtati, vt dicit Cagnol. in l. quamdiu
poſsit,in princi.ff.de regul.iur.& quando conſtat
aliquem feciſſe teſtamentum impeditur ſucceſ-
47 ſio † ab inteſtato,etiam ſi dubium ſit,an teſtamen-
tum valeat,vel non;quia poſsibile eſt quod teſta-
mentum valeat.ita tenet glo. in l.ſecunda, in glo.
fin.in fin.C.de bono.poſſ.ſecund. tab. quæ dicit,
quod ſi quis per duos teſtes probat teſtamentum
eſſe factum, licèt non probet ſic factum, talis pro-
batio non operabitur, quod detur bonorum poſ-
ſeſsio ſecundum tabulas, ſed bene impediet, ne
hæreditas adeatur ab inteſtato, allegat l.primam,
C.de bon.poſſ.ſec.tab.quia pendẽte dubio,an te-
ſtamentum ſit verum vel falſum, validum vel in-
ualidũ, non eſt locus ſucceſsioni inteſtati, vt in d.
l.1.& gl.ibi,ſequitur Bar.in fi.dicens eſſe bene no
tandum,ne memoria decidat;eam quoque ſaluat
Salyc,num.4. vt procedat dum pendet iudicium
ſuper bonorum poſſeſsionem ſecundum tabulas:
eam pariter probauit Imola in cap. cum eſſes, de
teſtam. Craue.in conſi.65. num.quinto. ſed præ-
ter eum id etiam voluit Cardin.in cap.cum Ioan-
nes eremita, in quæſtione quinta, de fide inſtru-
ment. dicens, quod ad excludendum ſucceſsio-
nem inteſtati, ſufficit probari per duos teſtes, ꝙ
fuerit teſtatus, licèt duo non ſufficiant ad pro-
bandum quod ſic fuerit teſtatus, refert & ſequi-
tur

tur Socin. in conſi. 92. num. 10. vol. 3. Mantica de
coniect. vltim. volun. li. 12. ti. 16. nu. 15. & quam-
uis contra gl. teneant Bal. Caſtr. Roma. & Alexan.
ibi; & Cuma. in l. hæredes palam, in princip. ff. de
teſtamen. & Iaſ. in d. l. 2. nu. 18. dicat eam eſſe cō-
muniter reprobatam: tamen ex ſupracitatis au-
thoritatibus apparet gloſſam habere plures teſta-
tores. Sed quidquid in noſtris terminis optimè
conuenit dictum glo. nam ideo reprobatur, quia
conſtat quod teſtamentum non erat ſolẽne, cum
fuerint duo tantum teſtes adhibiti, cum ſeptẽ de-
berent interuenire: ita Bal. & alij ibi: ſed in caſu no
ſtro conſtat teſtamentum eſſe ſolẽne, & continere
omnes neceſſarias ſolemnitates, & aliud eſt quod
ſit manifeſtè inualidum, aliud quòd ſit dubiũ cir-
ca contenta in eo: ideo Iaſ. in loco præallegato di-
cit gl. procedere, qñ illi duo teſtes deponerent fa-
ctum fuiſſe teſtamentum coram ſeptem teſtibus.
In propoſito aũt ceſſat omnis amaritudo, & con-
ſtat teſtamentum nedum factum, ſed ſolemniter
eſſe factum. impedire ergo debet ſucceſſionem ab
inteſtato, & qñ teſtamentum conſtat eſſe ſolemni-
ter factum, admittunt Bal. & alij omnes impediri
ſucceſſionem inteſtati, nec in hoc quiſque contra-
dicit, & ſumus in caſu dubio, an ſcilicet heres ſcrip
tus in teſtō poſſit admitti, vel non, ideo ſuſpendi-
tur aditio ab inteſtato, vt in d. l. prima, C. de bon.
poſſ. ſecun. tab. & id apertius fiet ex infra dicendis
circa reſolutionem aliorũ, quæ fuerunt oppoſita.

Clauſula quoque illa, hac tamen lege & condi-
tione, quæ modum importat, non efficit, quod
poſſit eſſe locus ſucceſſioni inteſtati: quia licet, qui
non implet modum priuandus ſit commodo, ta-
men hactenus non conſtat quis ſit ille modus, &
an Dominicus qui fuit inſtitutus hæres, defecerit
in eius implemento, vel non. interim ergo non
fuit priuandus commodo ſucceſſionis: modus
48 † enim continet onus, quod venit implendũ poſt
quæſitum emolumentum, non ante, l. cum tale, §.
primo, vbi Bar. ff. de condit. & demonſtr. Bar. in l.
quibus diebus, §. Termilius, nu. primo, ff. eo. titu.
Bal. in conſi. 219. num. 5. vol. 2. & in auth. cui reli-
ctum, nu. 22. C. de ind. vid. tollen. Caſtr. & Imola
in d. §. Termilius, Ruyn. in conſi. 26. nu. 9. & ſeq.
vol. ſecundo, Bero. in conſi. 30. nu. 6. vol. 2. conſi.
66. nu. 5. eod. vol. & conſ. 153. nu. 2. vol. 2. Gallau.
in rubr. ff. de verbo. oblig. nu. 182. Fortun. Garc. in
l. iuriſgentium, in princip. nu. 38. & in l. ſi vnus, §.
pactus ne peteret, nu. 33. ff. de pact. Alcia. in conſ.
210. nu. ſecundo, & in conſi. 236. nu. primo, Nat.
in conſi. 373. nu. 28. Menoch. in conſi. 60. nu. 47.
& in conſi. 78. nu. 16. & eſt tex. in l. prima, & ſecun
da, C. de his, quæ ſub modo. & prędicti Doctores
hanc conſtituunt differentiã inter modum & cō-
ditionem, quia conditio debet impleri antequam
admittatur quis ad emolumentum, modus autem
impletur poſt quæſitum emolumentum; & ideo
49 dicimus, quod modus † non impedit ortum obli-
gationis, nec exercitium actionis, ſed ſtatim voca
tus ſub modo poteſt petere ſibi relictum, l. liber-
to, §. Lucius, ff. de annu. leg. l. ſi tibi legatum, ff. de
leg. 3. l. eas cauſas, ff. de cond. & demon. d. §. Ter-
milius, vbi Bar. l. cũ in teſtamento, ff. de fideicom.
liber. l. prima, & ſecunda, vbi gl. & Caſtr. C. de his,
quæ ſub modo. & dicit Ruyn. in conſi. 139. nu. 3.
vol. primo, ꝙ modus non impedit, neque ſuſpen-
dit obligationem, Garcias d. l. iuriſgentium, num.
38. d. §. pactus ne peteret, nu. 53. Bero. conſi. 28.
nu. 8. conſi. 36. num. 11. volum. ſecundo, Tiraq. de
retract. conſang. §. primo, gl. ſecunda, num. 32. in
fine, ubi dicit, quod contractus celebratus ſub mo
do, eſt purus. dicta itaque clauſula licèt efficiat in-
ſtitutionem modalem, non tamen impedit quo-
minus Dominicus hæres inſtitutus poſſet ex teſta
mento hæreditatem Zanini adire.

Nec magis vrget illa clauſula, & caſu quo, &c.
nam & ſi conditionem importet, cuius eſt natura
ſuſpẽdere actum, & nihil ponere in eſſe ante illius
implementum, vt in contrarium dicitur: tñ cum
non conſtet illam conditionem defeciſſe, nõ licuit
Catherinę agere ad ſucceſſionem inteſtati: expe-
ctandus enim erat conditionis defectus. & ſicuti
ante euentũ conditionis non agit, qui eſt ſub con-
ditione vocatus: ita vocatus in defectũ conditio-
nis non admittitur antequam conditio defecerit,
vt probatur in l. hæc conditio, in princip. ff. de cō-
trahen. emptio. l. 3. vbi gl. de ſeru. export. l. in exe-
quutione, §. fi. ff. de verborum oblig. vbi dicitur,
50 pendente conditione † non ſilere contrahentibus
recedere a contractu conditionali, ſequitur Alex.
in conſi. 40. nu. 5. vol. 5. declarat Cepha. in conſi.
218. nu. 28. & in præſenti controuerſia res eſt cla-
ra, quia hæres ab inteſtato non admittitur, quam-
51 diu poteſt hæreditas † adiri ex teſtamẽto, l. quam-
diu, la ſeconda, l. nec is, §. fin. & l. illud, ff. de acqui.
hæred. & hæres legitimus non admittitur, donec
extat ſpes ſuccedendi ex teſtamẽto, l. antequam,
C. com. de ſucceſſ. & ſufficit ad repellendum hære
dem legitimum, quod teſtamentum poſſit valere,
vt dicit tex. in l. quamdiu, ff. de reg. iur. & procedit
etiam ſi quis inſtitutus ſit ſub cōditione, quia pen
52 dente † conditione non admittitur hæres legiti-
mus, argumento l. ſi quis ſub conditione, in princ.
ff. de teſtam. tut. & ideo ſi filius ſpurius inſtituatur
ſub cōditione, ſi vel quando legitimabitur, quod
53 fieri † poteſt, ſecundum Iaco. de Are. in l. libertas
teſtamento, ff. de manum. teſtam. vbi Alber. idem
Alber. in l. quod conditionis, ff. de dona. cau. mor.
Bald. Imola, & Caſtren. in l. ſi quis ita hęres inſti-
tuatur, ff. de hæred. inſtitu. Bal. & Imola in l. Gal-
lus, §. inſtituens, vbi Alexan. numero 2. ff. de libe.
& poſthum. & ibi Iaſ. numero 5. dicit cōmunem,
Curt. iun. conſi. 84. num. 3. vbi dicit communem,
& Cagnol. in loco inferius allegando, & facit glo.
in ead. l. Gallus, §. quod ſi is, qui filium, quę dicit
ꝙ filius captus apud hoſtes poteſt inſtitui ſub cō-
ditione, ſi reuerteretur, & eam ſequuntur ibi Docto
res; interim donec ſequatur legitimatio, non ad-
mittetur hęres ab inteſtato, ſed dabitur curator
54 hęreditati, qui donec † fiat legitimatio admini-

ſtrabit, Iacob. de Aret. & Bened. de Plum. in dicta
l. libertas teſtō. vbi dicunt, quod per talem inſtitu
tionē conditionalem excluduntur veniētes ab in-
teſtato, & datur curator, quin etiā dari poterit ip-
ſemet ſpurius inſtitutus, vt interim adminiſtret. re
fert, & ſequitur Bal. in d. §. inſtituens, col. 1. verſi.
quartò & vltimo, Bald. & Imola, in d. l. ſi quis ita
heres inſtituatur, Ang. in d. l. libertas, idem Ange.
io l. in tempus, ff. de hæred. inſtit. vbi fortius dicit
quod poterit ſpurius interim petere bonorū poſ-
ſeſſionē, ſequitur Alex. d. §. inſtituens, num. 2. ver,
ſubdit Bald. vbi dicit eſſe notabile verbum, ſequi-
tur Cur. iun. conſi. 84. nu. 4. & Cagn. d. l. quandiu,
nu. 4. ff. de reg. iur. & dicit Soci. in d. §. inſtituens,
quod pendente conditione prædicta nullum ius
eſt delatum venientibus ab inteſtato, & ideo non
poſſunt ſuper ſpurij legitimatione prætēdere inte-
reſſe, ſequitur Cur. d. cōſi. 84. nu. 3. in fi. ecce ergo
quod cōditione pendente ſilet ſucceſſio inteſtati.
Secūdò rñdeo, quod illa cōditio, & caſu quo, &c.
non eſt appoſita inſtitutioni, quia non dicitur in
eo teſtō, qđ Dominicus inſtituatur caſu quo, &c.
ſed ſimpliciter dicitur, quod inſtituit Dominicū,
ſed cōditio eſt appoſita reſolutioni; ſunt enim ver
ba teſtamēti hoc modo cōcepta, quod inſtituit ſi-
bi hæredē Dominicū de Pachinis in omnib. ſuis,
hac tñ lege & conditione, &c. & caſu quo, &c. &
non aliter, &c. per quæ verba clarè deprehenditur
Dominicum inſtitutum fuiſſe ſub modo & onere
implendi certum quid, putà dandi centū Titio; &
caſu quo non dederit, quod ſit priuatus hæredita-
te, & hoc probant illa verba copulatiuè dicta, & ca
55 ſu quo, &c. nam copula † poſita inter duo compa-
tibilia, reſoluitur in diſiūctam, vt eſt tex. in l. fi. C.
de codicil. & in l. ſi Titio, vbi Bart. infert ad qua-
tuor qōnes, ff. de vſufru. leg. Abb. in c. ex parte, vbi
& Ripa, nu. 49. de reſcrip. idem Ripa in l. de pupil-
lo, §. meminiſſe, nu. 22. ff. de ope. noui nunc. ſunt
enim aduerſa, qđ hæres impleat, & quod non im-
pleat, & ita cōditio importata per illa verba, & ca-
ſu quo, &c. fuit poſita ad reſoluendū inſtitutionē,
qñcunq; inſtitutus nō impleret modū adiectū per
illa præcedentia verba, hac tñ lege, &c. ſi igitur cō-
ditio fuit appoſita nō inſtitutioni, ſed reſolutioni,
infertur quod non reddit inſtitutionē conditiona
56 lem, † nec eam ſuſpendit in euentū conditionis, vt
probat gl. in l. 2. ff. de in diem addict. vbi ait, quod
actus eſt purus, ſed reſoluendus ſub conditione,
qñ conditio apponitur non diſpoſitioni, ſed reſo-
lutioni, ſequitur Bal. in l. cum mota, nu. 3. in fi. C.
de tranſact. & melius declarat Bal. in d. l. 2. dicens
quod vbi verba ſapiūt cōtractum, actus redditur
conditionalis; ſed qñ ſapiunt diſtractum, redditur
cōtractus purus, ſed reſoluendus ſub conditione,
Caſt. & Soc. in d. l. quib. dieb. §. quidā Titio, Cro.
in cōſ. 138. nu. 7. vbi in propoſito dicit quod cōdi
tio dicitur adiecta reſolutioni, nō diſpoſitioni, quū
eſt ſcripta in diuerſa oratione, Cagn. in l. lecta, nu.
172. ff. ſi cer. peta. vbi dicit, quod vbi poſt puram
ſtipulationē apponitur pactum conditionale, non
efficitur ſtipulatio cōditionalis, & allegat multos
concordantes, & illam gl. dicit cōiter approbatam
Pariſ. in conſil. 11. nu. 37. vol. 1. Tiraq. de retract.
conſang. §. 2. gl. 1. nu. 74. Natta, qui optimè decla
rat in conſi. 372. nu. 8. Ceph. in conſil. 133. nu. 35.
vbi poſt Soci. & Iaſ. in l. pecuniā, in vltimo notab.
ff. ſi cer. pet. infert, quod ſi in inſtrumento ſit pro-
miſſa certa quantitas ea conditione, quod ſi facto
calculo minus debeatur, illa minor quantitas cen-
ſeatur promiſſa, talis promiſſio erit pura, & illa
quantitas poterit ex tunc peti. Cum igitur hæc cō-
ditio adiecta ſit reſolutioni, non inſtitutioni, non
reddit inſtitutionem conditionalem, ſed puram,
reſoluendam tamen ſub conditione. ſtante autem
hoc præſuppoſito, quòd inſtitutio ſit pura, infer-
tur eſſe locum ſucceſſioni ex teſtamento, non autē
ab inteſtato, etiam ſi conſtaret conditionis reſolu
tiuæ caſum eueniſſe; quia qui fuit ſemel hæres,
57 † non poteſt deſinere eſſe hæres, l. & ſi ſine, §. ſed
quod Papinianus, ff. de minor. l. ei qui ſoluendo,
ff. de hæred. inſtit. Bar. in l. in ſubſtitutione, in fi. ff.
de vulg. & pupil. vbi apoſtil. Ruy. in conſ. 160. nu.
18. vol. 2. Natta in conſil. 459. num. 13. Cepha. in
conſi. 52. nu. 22. & qñ teſtator priuat aliquem he-
reditate, vel ob modū non impletū, vel ex alia cau
58 ſa, cenſetur eū grauare † onere reſtituēdi per fidei
cōmiſſum, vt declarat Bart. in l. pater familias, vbi
& Imo. ff. de hær. inſt. Cum. in l. vxorē, §. hæres, ff.
de leg. 3. Caſt. in cōſ. 77. in prin. uol. 1. in cōſi. 198.
num. 3. vol. 2. Alex. in d. l. in ſubſtitutione, num. 8.
Corn. in conſ. 55. col. 2. vol. 1. Soc. in cōſ. 43. col. 1.
& 2. vol. 3. Crau. in conſil. 1. nume. 6. & Cephal. in
conſi. 153. nu. 8. ante verò factam reſtitutionē re,
59 vel verbo, heres † grauatus exercere poteſt omnes
actiones hereditarias actiuè & paſſiuè, l. 1. in prin.
& l. reſtituta, & l. facta, ff. ad Trebellia.

Nec dicatur quod prædicta procedunt in cōtra
ctibus, in quib. conditio adiecta reſolutioni non
facit diſpoſitionem conditionalem: ſed aliud eſt in
vltimis volūtatibus, quia in eis etiam reſolutioni
60 adiecta faciunt diſpoſitionē † conditionalem, l.
quib. dieb. §. quidam Titio, ff. de cond. & demon.
vbi declarat Soc. & ſi legatū, quid ſit pure & adi-
matur ſub conditione, efficitur legatū conditiona
le, l. ſi legatum pure, ff. de adimen. leg. d. §. quidā
Titio, gloſ. in d. l. ſecunda, ff. de in diem addictio.
Bartol. Iaſ. & Dec. in l. lecta, ff. ſi certum petat. vbi
etiam Cagnol. nu. 172. & ſequen. ubi refert ratio-
nem diuerſitatis eſſe inter contractus & ultimas
uoluntates, quia contractus ſtatim a partium con-
ſenſu recipiunt perfectionem, ideo difficile condi-
tionales efficiuntur: ultimæ uero uoluntates pen-
dent ad mortem uſque teſtatoris, ideo facilius cō-
ditionales efficiuntur; & quando aliquid adimi-
tur ſub una conditione, illud cenſetur datum ſub
contraria, l. aliquando, ubi Imola in ſecundo no-
tab. ff. de condit. & demonſtrat. Bart. in d. l. pater-
familias, in prima q. Aret. Inſtit. quib. mod. teſta.
infirmen. colum. 1. verſicu. quid ſi in eodem teſta-
mento, Cephal. conſ. 52. nume. 6. & ſeq. & Meno.

in

in conſ.77.nu.10.& antè eos Old.in cõſ.16.nu.1.
verſ.nec refert,quem ſequitur Anch. in repet.reg.
nemo põt,de reg.iur.in ſexto,Meno.in conſ.105.
nu.39.Ad hoc enim rñdeo,qđ procederet qñ con
ditio apponitur reſolutioni collatæ ante ius quęſi-
tum,quia actus tunc redditur conditionalis,vt qñ
relinquit ſimpliciter; ſed adimitur ſub cõditione.
ita loquitur tex.in l.aliqñ,& alia iura ſupra in con
trariũ allegata,ſed reſolutio ponitur poſt ius quæ-
ſitum;tunc licèt conditionem contineat, principa
lem tamen diſpoſitionẽ non efficit cõditionalem;
61 † ſed remanet pura , probatur in l. paterfamilias
teſtõ,ff.de hęr.inſt.vbi teſtator duob.inſtitutis hę-
redib.mandat quod monumẽtum faciat,& ſi quis
eorum defecerit, ambos exhæredat ; & tñ dicitur
quod ſi vnusnon impleuit modũ,alter, qui ex par
te ſua impleuit,nõ priuabitur hæreditate.ad idem
eſt tex.in l.vxorẽ,§.hæres,ff.de leg.3.vbi loquitur
de exhæredatione collata poſt ius quæſitũ;& pro-
bat Bar.in d.l.pater familias,nu.9.vbi dicit, quod
ſi talem inſtituo,& prohibeo ne moleſtet vxorem,
& ſi moleſtet exhæredo: inquit,qui in caſu moleſ-
tiæ hæres eſt priuatus per fideicommiſſum , quia
onus non moleſtandi eſt impoſitum poſt emolu-
mentum quæſitum,ideſt poſt quam adiuerit hære
ditatem,& non directè: quia qui fuit ſemel hæres,
nõ poteſt directè deſinere eſſe hæres. præſupponit
ergo Bar.quòd inſtitutio non eſt facta conditiona
lis per cõditionem appoſitam reſolutioni : ſi enim
fuiſſet conditionalis, nõ cenſeretur grauatus fidei
cõmiſſo,nec potuiſſet interim pendente conditio-
ne adire;l.cedere diẽ,ff.de verb.ſignif.l.is,qui hæ-
res,in prin.ff.de acq.hær.& Bar.ſequitur ibi Io.de
Imo.Cuma.in l.planè,la ſeconda,§.fi.ff.de leg.1.
Aret.Inſt.quib.mod.teſtam.infir. in prin.nu.4.&
in terminis noſtris ita declarat Cæpha.in conſ.52.
nu.8.&.16.vbi dicit quod & ſi cõditio exequutio-
ni ſeu reſolutioni adiecta faciat diſpoſitionem cõ-
ditionalem in vltimis voluntatibus,tñ fallit qñ re-
ſolutio cõditionalis eſſet poſita poſt quęſitũ emo-
lumẽtum,allegat omnia prædicta, ſed præter eum
probatur ex doctrina Bar.in l.1.§.item ſi ita,nu.2.
in fi.ff.ad leg.Falcid.vbi dicit,quod vbi ademptio
62 † hæreditatis ſit in pęnã,vt qñ teſtator grauat hæ-
redem ad dãdum centum alicui; & ſi non dederit,
priuat eum:tunc licèt priuatio ſit ſub conditione,
tñ inſtitutio eſt pura,& hęres ante cõditionis euen
tum poteſt petere hæreditatem. & quãuis non di-
63 cat,ratio eſt,quia pęna † arguit ius quęſitum,Bar.
in l.Titia,in quarta oppo. vbi alij ſequuntur,ff.de
verb.oblig.& eſt cõis opinio,vt dicit Cæpha.in d.
conſ.52.nu.15.& qñ ademptio ordinatur poſt ius
quæſitum,licet ſit cõditionalis,non ſuſpendit,nec
impedit quin interim ius quæratur. & dicitur in
64 propoſito pęna,† qñ ponitur poſt præceptum ſeu
onus a teſtatore iniunctum,§.fi.vbi Io.Fab.& alij,
Inſt.de legat.Aret.in d.l.Titia,col.3.Cæph.d.cõſ.
nu.14.& cum Bar.tranſit Imola,col.fi.verſ.fi.in ea.
glo.ibi l.obligationum. & idem defendit Ruin. in
cõſ.48.nu.4.vol.2.vbi dicit, quod ademptio facta

in pœnam,ſi ſit conditionalis non facit principalẽ
diſpoſitionem conditionalem , ſed interim poteſt
legatum peti,vel hęreditas adiri; alias falſum eſſet,
quod dixit Bar.in d.l.paterfamilias, ſcilicet teneri
grauatum reſtituere per fideicõmiſſum, quia ipſo
iure,& directe deſineret eſſe hęres,ſeu verius num
quam diceretur hęres,& reprobat ideo Angelum,
qui dicebat inſtitutionem eſſe conditionalem, qñ
fuit quis inſtitutus cum onere,ne alienet, & in ca-
ſum alienationis priuatus,idem Ruin. in conſ.28.
nu.4.& ſeq.d.vol.2.cum ergo pœna præſupponat
priuationem,& priuatio nõ habet locum niſi poſt
ius quæſitum,nec priuari quis poſſit eo quod non
habet , ſequitur quod ademptio conditionalis fa-
cta in pęnam;vel collata poſt ius quæſitum,non fa
cit inſtitutionem conditionalẽ.& clarè quoque id
probat Aret.in d.l.Titia,col.4.verſ.ſed iſta ſua ra-
tio,ff.de verb.oblig. vbi dicit, quod ſi purè relictũ
adimatur ſub conditione,clarum eſt quod cẽſebi-
tur datũ ſub contraria conditione: ſed ſi quid pu-
rè relinquitur,deinde ei onus adiungatur, & ſi il-
lud nõ impleuerit adimatur relictum, hoc caſu re-
lictum non deſinet eſſe purum , nec fiet conditio-
nalẽ,ſed illa pęna reſoluet ius quęſitum, & per hoc
repræhendit deciſionem Oldr.in contrarium alle-
gatam Menoc.conſ.78.nu.8.& 10.vbi ſi reuoca-
tio conditionalis nõ ſtatim ſequitur legatum , aut
inſtitutionem , ſed poſt modum appoſitum; vel
onus aut præceptum iniunctum adimatur, quod
fuit purè relictum,tenet quod principalis diſpoſi-
tio non ſit conditionalis; ſed pura reſoluenda: ta-
men in euentum conditionis, in præſenti itaque
quæſtione Dominicus fuit purè inſtitutus,deinde
adiectus fuit modus per illa verba , hac tamen le-
ge ; &c. demum facta ademptio per alia verba , &
caſu quo, &c.atq; ita apparet,quod reſolutio fuit
collata poſt ius quæſitum , quia poſt iniunctum
modum. Nam vt dixi ſupra,modus debet impleri
poſt emolumentum quæſitum ; & conſequenter
poſt aditionem: ergo conditio appoſita reſolutio-
ni , non facit inſtitutionem conditionalem , quæ
fuit purè facta , præcipuè cum, vt dixi,ſit facta illa
ademptio in pœnam modi non impleti.

S V M M A R I V M.

1 Ceßionarius ſuccedit in ius cedentis.
2 Ceßionarius cogit debitorem ad ſoluendum, quod debebat cedens.
3 Vſuræ debentur in cauſa dotis loco alimentorum.
4 Cedi poteſt a marito ius conſequendi vſuras dotales.
5 Cedi poteſt ius conſequẽdi vſuras debitas ob pretium non ſolutum.
6 Fructus pignoris non imputantur in ſortem , quando gener alij ceßit pignus datum a ſocero.
7 Vſuræ debentur his, qui ex dilata ſolutione damnum ſentiunt.
8 Vſuræ dotales non debentur marito vltra id, quod impendet pro ſuſtinendis oneribus matrimonij.
9 Vſuræ non debentur ei , qui habet iura ceſſa a marito creditore ex cauſa dotis.

10 *Vſuræ dotales debentur ſolùm genero a ſocero, non extraneo.*

11 *Marito debentur vſuræ dotales ratione alimẽtorum.*

12 *Alimentorum futurorum ius non poteſt cedi.*

13 *Alimenta filio debita a patre non capiuntur condẽnato filio.*

14 *Hipothecaria pro alimentis tranſit in ſingularem ſucceſſorem, & quomodo intelligatur.*

15 *Nouatio inducitur per delegationem interuentu nouæ perſonæ.*

16 *Delegatio eſt ſolutio, & inducit duplicem liberationem delegantis a delegato.*

17 *Nouatio fit cum omnibus priuilegijs, & qualitatibus primæ obligationis ex natura rei.*

18 *Nouatione facta non tranſeunt priuilegia primæ actionis competentia propter moram, vbi latè.*

19 *Datio in ſolutũ vicem obtinet emptionis, & pretium venit in reſtitutione dotis, non res data.*

20 *Obligatio facta a pluribus, intelligitur pro virili.*

21 *Vidua non conſequitur interuſuria.*

22 *Vſuræ dotales vt debeantur viduæ, quæ debeant concurrere.*

23 *Salic. in auth. ad hæc, C. de vſur. reprobatur.*

24 *Periculum debitoris delegati, vel dati in ſolutum, ſpectat ad recipientem.*

25 *Ceßionarius agens nomine cedentis, debet ante conteſtationem fidem facere de ceßione, alids non.*

26 *Vſuræ dotales debentur marito in priuilegiũ perſonæ.*

27 *Vſuræ dotales non debentur hæredibus mariti, quinimo ſi pignus poßident, fructus imputant.*

28 *Cedi non poteſt priuilegium L. 1. C. quan. Impe. inter pup. & vid.*

29 *Cedi non poteſt, quod non poteſt tranſmitti ad hæredes.*

30 *Subrogatum non ſapit naturam, &c. quando in eo deficit qualitas ſubrogantis.*

31 *Emptor ſi pretium non ſoluit, non efficitur dominus rei, ſed reſtituit fructus.*

32 *Opinio vltima cenſetur in dubio approbata.*

CONSILIVM CCLXIX.

CVM Magnificus Dñs Io. Secundus ex Comitib. Coconati, eſſet debitor magnifici Dñi Ioã. Baptiſtæ de Zobella eius generi de aureis quingentis pro dotib. Dñæ Iuliæ eius filiæ, idemque Dñs Io. Baptiſta deberet magnifico Domino Bernardino della Salla totidem aureos quingentos ex cauſa dotium magnificæ Dominæ Iſabellæ ſuæ ſororis, quam matrimonio collocauerat dicto Domino Bernardino, ceſſit & in ſolutũ dedit Domino Bernardino, nomen debitoris Domini Io. Secundi eius ſoceri cum omnib. iuribus, quę ſibi contra eum competebat. & quia hactenus nulla eſt facta ſolutio, & lapſi ſunt anni quadraginta duo, magnifica Domina Iſabella vxor Domini Bernardini, & magnific. Dñs Petrus Antonius filius, & hæres Dñi Bernardini cõiunctim agunt ad quingentos, & ad vſuras dotales; & reſpectu principalis debiti nõ eſt quęſtio, ſed quoad vſuras magnifici Domini Dauid, & Io. Franciſcus filij Domini Io. Secundi in iudicio conuenti negant ſe ad eas teneri: dubitatur ergo, an debeantur? & iuſta prima facie, cuilibet videri poſſet petito Dominæ Iſabellæ & filij; nam ſucceſſerunt in ius, quod habebat Dominus Ioan. Baptiſta contra Dominum
1 Ioã. Secundum, quia ceſſionarius † ſuccedit in ius cedentis, l. emptor, vbi Bal. in 1. not. C. de hær. vel actio. vend. & videtur eadem perſona cum ceſſionario, l. ſi donatæ, §. 1. ff. de don. inter vir. & vxo. Crot. in conſ. 83. nu. 10. & conſequitur omne ius, quod habet cedens, l. ſi ager, in fine, vbi Dyn. Bar. & alij, ff. de rei vẽd. & ceſſionarius poteſt inuitum
2 debitorem cogere ad ſibi ſoluẽdum id, quod † debebat cedenti, l. idemque, §. ſi cui mandauero, ff. mand. l. 1. C. de nouat. l. 2. C. de donatio. l. nomina, ff. de hære. vel actio. vend. Alex. in l. 2. nu. 28. ff. ſoluto mat. Bero. in conſi. 187. nu. 18. & ſeq. vol. 1. Natta in conſil. 367. num. 21. Dominus Becius in conſ. 105. nu. 17. ſed non eſt dubium, quòd Dominus Io. Secundus, qui erat debitor ex cauſa dotis, poterat cogi ad ſoluendum Domino Io. Baptiſtæ genero & creditori, qui ſuſtinebat onera matrimonij, nedum principale debitum, ſed etiam interu-
3 ſuria † dotalia, & ſeu alimenta non tanquam vſuras, ſed tanquam intereſſe. ita concludunt Hoſt. & Ioan. And. quos alij ſequuntur, in cap. ſalubriter, de vſur. Bart. in conſ. 128. num. 1. vol. 1. Ancha. in conſil. 150. nu. 4. Alex. in conſ. 141. nu. 4. volum. 5. Bart. Imo. Caſt. Alex. & alij in l. in inſulam, §. vſuras, ff. ſol. matr. & quamuis inter Doctores maxima ſit cõtentio, an tale intereſſe a principio poſſit deduci in pactũ; tamen ceſſante pacto, omnes conueniunt, quod marito debeatur, & exigi poſſit, vt latè probat Didac. variar. reſolu. lib. 3. cap. 1. ferè per totum, latè Plot. de in lit. iuran. §. 11. nu. 15. & ſeq. Cagn. in l. curabit, nu. 41. C. de actio. emp. vbi poſt Hercul. ampliat etiam, quãdo dos erat adhuc declaranda, vt quando fuit promiſſa arbitrio tertij, quia nihilo ſecius interim debitor tenetur ad id, quod maritus impendit in alimenta vxoris & matrimonij onera, Rui. in conſ. 224. nu. 13. Crau. in conſ. 189. ver. quintus caſus, nu. 7. Corta. in memor. incip. dos ſoluto matrimonio, ver. in marito, Natta in conſil. 495. num. 1. quia ſecundum eum eſt intereſſe nõ lucri ceſſantis, ſed damni emergentis; & non eſt gratuita vſura, ſed onerosa & debetur ceſſante quoque mora, Deciſio Pedem. 132. num. 1. Menoc. de arbit. iudi. caſu 194. nu. 56. vbi infertur, quod tale intereſſe non conſequetur maritus, ſi non ipſe, ſed ſocer ſuſtinet onera matrimonij, Roland. in conſ. 65. num. 1. & 9. volum. 4. ergo idem intereſſe debetur Domino Bernardino ceſſionario ſeu eius hæredibus qui veniunt ex iure quod competebat Domino Ioan. Baptiſtæ.

Secũdò pro Dominis della Sala adduci poteſt, quod eorum creditum deſcẽdit ex cauſa dotis, vt ſupra dictum eſt, ideo etiam ex propria perſona, & conſiderata perſona Domini Bernardini, qui erat creditor ex cauſa dotis, videtur quod exigere

poſſint

poſſint vſuras dotales, nam in Domino Bernardi no eadem verſatur æquitas, quæ poteſt conſiderari in Domino Ioan. Baptiſta, quia vterque onera ſuſtinet matrimonij, & ideo vtrique licitum eſſe debet vſuras dotales exigere.

Et non obſtat, quod ius conſequendi interuſurium, quod marito competit, non poſſit cedi, nec tranſeat in tertium, vt videtur voluiſſe Bal. in rub.
4 C. de vſur. nu. 5. quia † eum reprehendit Sali. in auth. ad hæc, in fi. C. de vſur. & mouetur ratione, quia non obſtante ceſſione actio directa remanet penes maritum, qui pôt exigere: & ideo cũ actio pro dote non ſit extincta, pôt ceſſionarius exigere interuſurium ex perſona cedentis, & Sali. ſequitur Iaſ. in conſ. 92. col. penul. in fin. vol. primo, vbi declarat alijs modis illud dictum, & cũ eo tranſire videtur Anan. in c. ſalubriter, num. 4. de vſur. latè Pariſ. in conſ. 64. nu. 5. & ſeq. vol. 4. vbi mouetur ex pluribus, & præcipuè, quia hoc priuilegiũ non eſt perſonale, nec conceſſum perſonæ mariti, ſed reale conceſſum doti, & datũ ratione lucri ceſſantis, l. fi. §. præterea ſancimus, C. de iure dot. adducit plura alia, & demum num. 14. dicit ſententiam Bal. procedere, qñ is qui recipit ceſſionem cõſueuit vſuram facere, ſed qñ natura contractus celebrati inter cedentem, & ceſſionariũ excludit ſuſpitionẽ vſurariæ prauitatis, tunc valet ceſſio, & per eã transfertur ius conſequendi interuſuriũ. eodẽ modo intelligit Lupus in repet. c. per veſtras, §. 8. nu. 3. de dona. inter vir. & vxo. folio mihi 176. dicens ꝙ ſi amicus propter charitatẽ, aut gratiã mutuat viro, pôt licitè recipere fructus rei pignoratæ.

Cõfirmari aũt pôt hæc ſentẽtia ex duobus præcipuè, quę maximè huic quęſtioni ſunt confinia;
5 & primò ex eo, quod voluit † Afflict. in deciſ. 91. circa fin. vbi dicit diſpoſitionem l. curabit, C. de actio. emp. quę vult quod emptor teneatur ad vſuras pretij non ſoluti trãſire in ceſſionarium, ſequitur Pariſ. in d. conſi. 64. nu. 8. Cagno. in d. l. curabit, nu. 44. vbi addit Pariſ. in c. cũ venerabilis, de except. Secũdò facit, quod dixit Ioan. de Lign. in d. cap. ſalubriter, vbi ſi gener, qui a ſocero pignus
6 † habuerat, alteri pignoret, cedendo omne ius, ꝙ habet, poterit ceſſionarius cõſequi fructus pignoris, nec eos imputabit in ſortem, ſequitur Rodul. in tract. de vſur. in q. 54. nu. 78. vbi nihil addit, cõtentus ſola ratione. idem tenet Anan. in d. c. ſalubriter, nu. 4. Iaſ. d. conſi. 92. col. penul. in fi. Lupus d. §. 8. nu. 3. ſicuti igitur licitè fructus rei pignoratę percipit qui ſucceſſit in ius mariti & generi, quare non idem dicendum eſt in eo, qui pari modo ſuccedit marito, vt conſequatur alimenta, quæ marito debentur. addo quod nõ eſt ſpeciale fauore dotis, vel ẽt mariti, quod conſequatur vſuras pro retardata dotis ſolutione, ſed id eſt generale & perpetuũ in omnibus, qui damnum aliquod ſentiunt
7 ex † dilata ſolutione, vt concludit Conrad. de cõtract. q. 35. in ſecunda conclu. quẽ refert, & ſequitur Lupus d. §. 8. nu. 3. verſ. ex iſtis reſultat, vbi dicit eſſe ſingulare, Didac. variar. reſolu. lib. 3. c. primo, nu. tertio, verſ. ſecundò conſtat. vbi dicit eſſe ſolum in viro ſpeciale, quod fructus pignoris non imputet in ſortem, ẽt ſi non ſit conuentum, quamuis in alijs aliter ſeruãdum ſit, id quod patet: quia non licet marito intereſſe dotis non ſolutæ exige-
8 re † vltra id quod veriſimiliter impendit in ſuſtinẽdis matrimonij oneribus, Bald. in l. fi. §. præterea, C. de iure dot. vbi dicit c. ſalubriter, eſſe intelligendum de vſuris reducibilibus ad conſiderationem legitimi & veri intereſſe, non aũt de immenſis. & dicit Anan. in d. c. ſalubriter, nu. 4. in fi. quòd ſi fructus eſſent vltra alimẽta condecentia inſpecta quãtitate dotis imputandi forent in ſortem, & ſubdit eſſe valde notandũ Alex. in l. in inſulam, §. vſuras, in fine, ff. ſoluto matrim. & in conſ. 178. n. 10. vol. 7. Neguſ. de pignor. in 5. mem. 5. par. nu. 16. verſ. tertio reſtringitur, Bald. nou. in tract. dot. par. 7. in 3. ſpeciali, col. 2. uer. & ex prędictis pôt concludi. & fortius vult congruũ intereſſe intelligi non ſolum reſpectu dotis & alimentorum, ſed ẽt inſpecta qualitate, & cõditione mariti ſi eſt induſtrius, & ſolitus negotiari & lucrari cũ pecunijs, Lupus d. §. 8. nu. quinto, ver. intelligo tñ, Plot. de in lit. iuran. §. 11. num. 18. uerſ. ubi uerò maritus. ſi igitur intereſſe dõt eſſet proportionatum ad damnum, quod maritus patitur, nec pôt excedere, ſequitur ꝙ non eſt in priuilegium mariti, nec fauore dotis conceſſum ꝙ exigat uſuras retardatæ ſolutionis.

His verò non refragantibus ſum in contraria ſñia, quod prædicti Dñi Dauid & Ioan. Frãciſcus non teneantur ad uſuras dotales uerſus Dominã
9 Iſabellam, uel hæredes Dñi Bernardini, † per doctrinam Bal. in rub. C. de uſur. n. 5. ubi dicit quod ſi uir mutuo accepit pecuniam ab amico & eã ponit in dote in locũ ſuum non poterit ceſſionarius uſuras exigere. mouetur duplici fundamento. Primum eſt, quod uſurarum exactio permittitur marito propter onera matrimonij: ſed ubi habuit pecuniam proferendis matrimonij oneribus undecunque ea prouenerit, ceſſat uſurarum petitio. Secundum eſt, quod marito in priuilegiũ conceſſum eſt, ꝙ habeat uſuras retardatę dotis, & hoc eſt pſonale: priuilegium autẽ perſonale extinguitur mutatione perſonæ, l. 1. C. de impon. lucra. deſcrip. li. 10. & Bal. in eo loco ſequitur Alex. in d. l. in inſulã, §. uſuras, in fi. ff. ſoluto matrim. & idẽ tenet Laur. de Rodul. in tracta. uſur. in q. 54. nu. 78. Anan. in c. ſalubriter, nu. 3. de uſur. Dec. in conſi. 571. num. primo, ubi tamen, nu. quinto, limitat quoad uſuras præteriti temporis, quæ cedi poſſunt, licèt ſecus ſit in futuris, Neguſ. in d. 5. mem. 1. par. nu. 16. uerſi. ſecundò reſtringitur, ubi idem tenet quoad fructus rei pignoratæ, Bero. in conſi. 170. nu. 20. uolum. primo. ex quibus conſtat hanc eſſe communem opinionem, quam etiam probauit Soci. conſi. 88. num. 23. uolum. 4.
10 Confirmatur hæc opinio † ex eo quod dicit Fortun. in trac. de ult. fine, nu. 69. & ſeq. in 6. illatio. ubi tenet quod diſpoſitio c. ſalubriter, procedat ſolum in genero reſpectu ſoceri, non autem in

alio

alio extraneo, per plura, quæ adducit, & cum eo
tenet ẽt Didac.d.li.3.c.primo, nu.3.ver. cæterum
plura.& ibi nu.71. diſtinguit, & vult quòd extra-
neus imputet in ſortem id, quod in fructibus rei
pignoratæ percipit vltra condecentia alimẽta, ſed
non gener id quod tñ eſt contra ea quæ ſupra di-
ximus, quibus probauimus non cedere lucro ge-
neri id, quod excedit moderationẽ alimentorum.
Comprobari ẽt poteſt, quia huiuſmodi vſuræ
11 conceduntur marito ratione alimentorum,† quæ
ipſe præſtat vxori: nam pater tenetur filiã dotare
& alere, l.qui liberos, ff.de ritu nupt.l.fi.C.de dot.
promiſſ.l.ſi quis a liberis, ff.de lib. agnoſc. & licet
per dotationem eximatur ab onere alendi, tamen
ſi dotes non ſoluit, non liberatur ab alimentis: ma
ritus autem, qui vxorẽ alit, dicitur patrem releuaa-
re ab onere, quod ei a lege erat iniunctum. decens
ergo eſt quod pater vſuras ſoluat marito loco ali-
mentorum, quæ præſtare tenebatur: vita Corn. in
conſi. vltimo, col.2.vol.2. & idem tenet Fortun.
dicta illatio.6.nu.69.Rolan.d.conſi.65.nu.9.vol.
4. & licèt Corn. loco prædicto videatur recedere
ab huiuſmodi diſtinctione, & ratione, quia vſuræ
debeantur etiam ab extraneo dotante, qui non te-
netur alere: tamen in caſu noſtro, quia res eſt cum
patre, caret dubitatione: datur enim marito con-
tra patrem actio negociorum geſtorum ad peten-
dum vſuras, vt voluit Imo.in d.§.vſuras, col.pen.
vbi eum ſequitur Alex. nu.4. dicens, quod Imola
habuit bonum ſenſum, & quidquid ſit, ſiue pater,
ſiue extraneus dotem promiſerit, hoc eſt certum
quod maritus ratione alimentorum, non alia po-
teſt exigere vſuras. ita Bar.d.§. vſuras, quem oẽs
ibi ſequũtur.& Doct.in d.c.ſalubriter, & alij quos
citauimus ſupra in princip. ius autem futurum ali
12 mentorum non poteſt cedi, † nec in aliũ transfer-
ri, vt voluit Bar.in l.cũ Titio, nu.2.ff.ad leg.falcid.
quia ſecundum eum, cohæret perſonæ, & alia ſunt
alimẽta in perſona vnius, alia in perſona alterius.
idem dicit Bald.in l.vnica, num.7. ver. modo ego
quæro, C.de priuil.dot.vbi dicit quòd mulier, quæ
viro vergente ad inopiam poteſt repetere dotem,
non tamen poteſt ius collocandi dotes in tuto ce-
dere alij, quia illa collocatio fit ad ſuſtinendũ one
ra matrimonij, quæ principaliter conſiſtunt circa
alimenta quę cedi non poſſunt, & ſequitur ibi Sa-
lic.nu.3. Bald.nou. in tract.dot. par. 12. quæſtio.
6.col.19.ver.ſed nunc congruenter, vbi tamen di-
ſtinguit Cur.ſen.in conſ.57.ſumma totius, per to
tum, Iaſ.in repet.l. ſi conſtante, num.234.ff.ſolu.
matrim.qui poſt Cur. ſen. dicit procedere etiam
ſtante iuramento, Fabia.in tract. de emp.& vend.
in 4.q.prin.q.21. vbi firmat hanc concluſionem,
quod alimentorum futurorum ius cedi non po-
teſt, Soci.iun.in conſi.55.nu.11.vol. ſecundo, vbi
dicit eſſe æquiorem & magis communem, Tiraq.
de retract.conſang.§.26.glo.1.num.72.
Addo quòd condemnato filio ciuiliter vel cri-
minaliter, nunquam fit exequutio in alimentis
13 † præſtandis a patre, vt concludit Spec.in titu.de
exequ.ſenten.§. ſequitur, num.11. quem ſequitur
Nellus de bannit.in prima par. ſecũdi temp.q.16.
nu.16. vbi dicit quod publicatis bonis filij, pater
non cogitur dare fiſco alimenta, quæ tenetur ſol-
uere filio.idem dicit Bart.in l.is cui, ff. de alim. &
cibar. leg. dum ait, quod actio perſonalis pro ali-
mentis non tranſit in ſingularem ſucceſſorem, Sa-
lic.in l.ſi ademptis, C.de ſenten.paſſ.vbi ait quod
actio pro alimentis non tranſit in fiſcum, Boſſ. in
ti.de bono.publ.nu.72. dicens quod ita fuit iudi-
catum Mediolani. ſicuti igitur ius alimentorũ nõ
põt cedi, nec tranſit in fiſcum, licèt is ſuccedat in
locum condemnati, vt dicit Spec. loco prædicto:
ita pari ratione non poteſt cedi ius conſequendi
vſuras dotales, quæ ſuccedunt loco ipſorum ali-
mentorum, & debentur ſolũ his caſibus, quibus
debentur alimenta, vt no. Doct.in d.ca.ſalubriter,
& d.§. vſuras, & in alijs locis. nec quẽquam mo-
ueat id, quod dicit Bart.in d.l.is cui, ff. de alim.&
cibar.leg.dũ inquit, quod actio hypothecaria pro
alimentis tranſit in ſucceſſorẽ ſingularem; id qđ
videtur facere pro actoribus, qui i noſtro caſu cu-
mularunt hypothecariam cum perſonali: nã intel
14 ligit † Bar. ꝙ hypothecaria tranſeat paſſiuè, ideſt
contra quẽcunque poſſeſſorem pignoris obligati
pro alimentis, non aũt actiuè, vt poſſit cedi vel trã
ſeat titulo ſingulari ius petendi alimenta: ita enim
loquuntur iura allegata per Bar. alias male loque
retur, quia ſi actio perſonalis non põt actiue tran-
ſire in ſingularem ſucceſſorẽ, non tranſit ẽt hypo-
thecaria, quæ eſt acceſſoria, & transferri nõ poteſt
niſi cum perſonali cui cohęret, & a qua ſuſtinetur.
Alio fundamento meo iudicio ſuſtineri poteſt
hæc opinio: certum eſt enim quod inter Dominũ
Io.Secundum, qui erat debitor, & Dominum Io.
Baptiſtam, qui erat creditor interuenit nouatio,
ex quo Dominus Io. Baptiſta vti creditor Dñi Se
cundi, & debitor Domini Bernardini ceſſit & dele
gauit Dño Bernardino nomẽ debitoris, ideſt Do
minũ Io.Secũdũ, qui poſtea vti debitor Domino
Io.Baptiſtæ ſe obligauit verſus D.Bernardinũ, &
15 illi promiſit ſoluere: nam ſi de nouo iure † non in-
ducatur nouatio ẽt interuentu nouæ perſonæ, niſi
expreſſe ſit dictum, l.fi.C.de nouatio.§. præterea,
Inſt.quib.mod.toll.obligatio, tñ hoc eſt verum in
nouatione proprie ſumpta, ſed in ea quæ fit per
delegationẽ iura antiqua incorrecta manẽt, & in-
teruentu nouæ perſonæ per viam delegationis fit
nouatio, uti tenet glo.1.in l.3.C.de nouat. Barto.
Ang.Imo.Raph.& Caſt.in l.delegare, ff.de noua.
Imo.pen.colum.ff.de prętor.ſtipul.Caſtr.in l.qui
uſumfructum, nu.3.ubi Socin.nu.9.ff. de uerbor.
oblig.Iaſ.in l.ſingularia, nu.37. ff. ſi cer.pet. Dec.
in conſi.107.nu.primo, colum.2. & in conſi.421.
num.16.poſt Alex.in conſ.173.num.6.uolum.7.
Bero.in conſ.178.nu.5.& 8.uol.1.ſtante autẽ hu-
iuſmodi delegatione, & nouatione Dominus Io.
Secundus debitor delegatus remanſit liberatus a
Domino Io. Baptiſta debitore perinde ac ſi ei ſol
16 uiſſet, quia delegatio † eſt ſolutio, l.quãuis, §.in-
terdum,

terdum,ff.ad Velleian.l.ſi rẽ,§.ſi duo,ff.de nouat.
l.inter cauſas,§.abeſſe,ff.mand. & in debitore ex
cauſa dotis eſt tex. in l.ſi extraneus,& l.dotẽ a pa-
tre,ff.de iure dot.vbi dicitur ꝙ ſi pro dote delega-
tum eſt nomẽ debitoris,tunc illius periculum ſpe-
ctat ad maritum recipientem. & quod delegatio
ſit ſolutio,voluit Bal.in conſi.115.num.1.vol.3.&
in conſil.400.nu.2.in princ.vol.5.Imo. in dicta l.
delegare,& in d.l.penult. Docto. in d.l.qui vſum-
fructum,Alex.in conſ.96.nu.3.vol.3.Bero.in con
ſil.178.nu.6.vol.1. & conſ.198.nu.16.in fin.eod.
vol.& dicit Alciat.in conſ.763.num.1. poſt Fulg.
quem citat,quod debitor videtur per delegationẽ
ſoluiſſe ſuo creditori,& is qui delegationẽ recipit,
videtur rurſus debitori delegato credidiſſe,Cagn.
d.l.ſingularia,nu.166.vbi nu.164.poſt Caſtren.in
d.l.qui vſumfructum, dicit quod per delegationẽ
duplex perimitur obligatio: vna qua debitor dele
gatus tenebatur creditori: ſecunda,qua delegans
tenebatur erga recipiẽtem delegationem; quia vt
dicit Aret,in d.l.ſingularia,per delegationẽ nomẽ
debitoris delegatum, cenſetur in ſolutum dari, &
idem dicit Dec.d.conſi.421.nu.16.quinimo debi
tor delegans liberatur ipſo iure, ſicuti etiam dele-
gatus,d.l.delegare, la prima, vbi Doct.in l.ſi cum
dotem,§. ſi mulier, ſoluto matr. Bald.nou.in l.1.
nu.312.ff.ſoluto matr. vbi dicit ꝙ per delegationẽ
extinguitur obligatio, etiã ſi doloſe delegatio eſ-
ſet facta: quamuis ſecundum eũ,ſpeciale ſit in do-
te, vt mulier præſeruetur illæſa, & redire poſſit ad
primæuam actionem contra primum debitorem,
Imola dicta l.penult.cũ igitur tam Dominus Ioã.
Secundus eſſet liberatus per delegationem prædi
ctã ab obligatione,qua erat obſtrictus verſus Do
minum Ioan. Baptiſtam, quàm etiam Dominus
Ioan.Baptiſta ab obligatione, qua tenebatur ver-
ſus Dominum Bernardinum,non poſſunt Domi-
ni actores ex iure Domini Ioan.Baptiſtæ cõſequi
vſuras ab hæredib. Domini Io.Secundi,quia Do
minus Ioan. Baptiſta fuit per delegationẽ ſatisfa-
ctus pro eo,in quo erat Domini Io.Secundi credi
tor: quia vt dictum eſt,delegatio continet dationẽ
in ſolutum,& habet vim ſolutionis: poſt factã au-
tem ſolutionem extinguitur principale debitum,
& ceſſat curſus vel actio vſurarum,quæ non debẽ-
tur facta ſolutione principalis debiti.

Et ſi dicatur aduerte, quia etiã ſi dicamus obli-
gationem,quam Dominus Io.Secundus habebat
verſus Dominum Io. Baptiſtam eius generũ eſſe
nouatam, tamen nouatio eſt inducta cum omnib.
illis qualitatibus,quæ inerant ad fauorem Domi-
ni Ioan.Baptiſtæ: & ideo ſicuti Dominus Io.Secũ
dus tenebatur ad vſuras verſus Dominum Io.Ba
ptiſtam,ita tenetur ad eas verſus Dominum Ber-
nardinum,& ſuos hæredes,per ea quæ ponit Bar.
in l.ſi quis cum aliter, nu.4.verſi.præterea poſito,
17 ff.de verb.oblig.ubi dicit quod nouatio † fit cum
omnibus qualitatibus & priuilegijs, quæ habebat
prima obligatio ex natura contractus vel rei,& eũ
ſequuntur Doctores communiter, vt inquit ibi
Alex.nu.3. & dicit Aret. hoc eſſe ſingulare dictũ,
& comprobat Iaſ.nu.12.ubi allegat tex. in l.uidea
mus,la ſeconda,§.ſi actionem, in fi.ff.de uſur.ubi
Bart.dicit quòd ubi ſtipulatio interponitur ſuper
contractu emptionis uel alio, qui ſit bonæ fidei;
tunc ueniunt fructus a tempore moræ,quia aſſu-
mit naturam contractus,ſuper quo fuit interpoſi-
ta. reſpondeo, ꝙ eſt uerum quo ad qualitates, &
priuilegia competentia fauore creditoris uel cau-
ſæ,ſed quoad ea,quæ proueniunt propter moram
28 debitoris, † ea non tranſeunt in ſequentem obli-
gationẽ. probatur in l.nouatione, ff.de nouat.ubi
dicitur, quod in obligatione nouante non intel-
ligitur eſſe repetita uſura. idem dicitur in l. em-
ptor,ff.eo.tit.ubi Bart. dicit quòd uſuræ præteriti
temporis cenſentur repetitæ,ſed futuræ proceden
tes etiam ex natura actionis, non cenſentur repeti
tæ,& hanc diſtinctionem ponit Bart.in l.aliam, in
fi.ff.de nouat.ubi dicit quòd qualitates, quę actio
ni nouatæ inſunt ex diſpoſitione legali fauore cre-
ditoris uel cauſæ,intelliguntur repetitæ in actione
nouante: ſed illæ quæ inſunt odio debitoris moro
ſi,ut ſunt uſuræ,quæ ueniunt in bonæ fidei contra
ctib. non intelliguntur repetitæ, & eum ſequitur
Angel. & Imola ibi, & cõis opinio, & ſeruatur in
practica,ut teſtatur Ang.in §.fuerat,nu.24. Inſtit.
de actio. ubi Iaſ.nu.124.alios citat, & hanc ſñiam
tenet quoque Capic. in deciſ.183. ubi propterea
infert,quod ſi debitũ ex cauſa dotis tranſmittetur
in mutuum, non tñ ex eo debebitur interuſurium
dotale,& ibi rñdet ad id,quod dici poſſet, Bart.in
d.l.aliam, loqui de uſuris odioſis,non autẽ de fa-
uorabilibus,quales ſunt, quæ debentur uiro ob re
tardatam dotium ſolutionẽ,quia tex. in l.emptor,
quem citat Bart. in eo loco, loquitur de uſuris de
quib. in l.curabit,C.de act.empt.quæ ſunt fauora
biles,& debentur etiam ſecundum ius Canonicũ.

Nec etiam dicatur, quod & ſi prima obligatio,
qua Dñs Io.Secundus tenebatur uerſus Dñm Io.
Baptiſtam, ſit extincta, & nouata, nec ad uſuras
ideo teneatur ex iure quod competebat Dño Io.
Baptiſtæ,nec ex natura actionis nouatæ, tamẽ in-
teruſura præſtare tenebatur ex natura actionis no
uantis,quæ procedit ex contractu dotis: & ideo ſi
cuti uſurę deberentur ſi Dominus Io.Secũdus do
tes promiſiſſet Domino Bernardino; ita eas præ-
ſtabit,cum ex cauſa dotis ſe obligauerit, per ea, ꝗ
ponunt Doctores in l.ſingularia,ff.ſi cer.pet.dum
tractant quæſtionem, quãdo unum debitũ tranſ-
funditur in aliud: quandoquidem reſpondeo,qđ
Dominus Io.Secundus non tenetur uerſus Dñm
Bernardinum ex dote, ſed potius ex mutuo; nam
creditum Dñi Bernardini contra Dñm Io. Bapti-
ſtam,quod erat ex cauſa dotis, fuit extinctum per
eam delegationem nominis,quam Dominus Ioã.
Baptiſta fecit, iuxta notata in d.l.delegare, & alia
ſupra adducta, præcipuè dũ diximus,quod nomẽ
debitoris uidetur datum in ſolutum. actio agitur
ex cauſa dotis ſemel extincta, non poterit reuiui-
ſcere,l.eius qui,§.fina.ff.de iure fiſci. faciunt quæ

ponit

ponit Bar. in l. ſi quis aliam, ff. de ſolut. vbi inquit,
quod ſi res dat in ſolutũ euincatur, nõ licet redi-
re ad primã actionem, quia fuit extincta per da-
tionem in ſolutum. & quod Dñs Io. Secundus nõ
dicatur debitor dotis, licèt eius nomen datũ fuerit
in ſolutũ ad extinguendũ debitum dotale, proba-
tur, quia nomen delegatũ videtur datur in ſolutũ,
vt ſupra: datio autẽ in ſolutum vicẽ obtinet emptio
nis, l. ex empto, in prin. ff. de actio. emp. & ideo ma
19 ritus efficitur irreuocabiliter † dñs, nec ſoluto ma
trimonio ante illius exactionem veniret in reſtitu-
tione dotis, ſed pecunia eſſet in obligatione & ſo-
lutione, vt volunt ferè in terminis Cor. in conſ. 92.
col. 3. vol. 4. & voluerunt Bar. Soc. Purpur. Soc. iu.
Rube. Lup. & Didac. quos citat & ſequitur Dñs
Becius in conſ. 42. nu. 5. addo Nattam in cõſ. 650.
nu. 3. Anchar. mod. famil. quæſtio. lib. 1. qõ. 28. vbi
tamen limitat in pulchro caſu, ſi igitur nomen de-
bitoris nõ venit in reſtitutione dotis, ſequitur qđ
non eſt dotale, nec pro eo interuſurium debetur:
nam ſolũ præſtatur pro retardata ſolutione dotis;
dos autem non cõſiſtit in nomine debitoris, ſed in
pecunia: cõſtat ex his ius conſequẽdi dotales vſu-
ras nõ potuiſſe cedi per Dominum Io. Baptiſtam.

Vbi autẽ tale ius cedi poſſet, adhuc Dñi fratres
de Coronato nunc conuenti venirent abſoluendi
pro medietate dictarum vſurarum; nam iudicium
fuit inſtitutum per Dominam Iſabellam vxorem
Dñi Bernardini, & per Dominum Petrum Anto-
nium eius filiũ, & hæredem, qui dicta interuſuria
ſimul petũt in eodem libello, atq; ideo eorũ quiſ-
que petere videtur pro virili, ſicuti fieri videmus
20 in obligatione pluriũ facta, quæ videtur † cuique
facta pro virili, l. ſi fundus, §. ſi duo, ff. de pig. l. alie
na res, §. ſi plurib. ff. eod. & dicit Bertrã. in conſ.
269. nu. 1. vol. 3. quod ſententia condemnãs plu-
res, intelligitur vnumquemque condẽnare pro vi-
rili. & dicit Afflict. in deciſ. 242. quod agens cõtra
plures debitores inſolidum obligatos, videtur om
nes conuenire pro virili, & idem in ſententia con-
demnatoria lata contra plures, dicit idem Afflict.
in deciſ. 215. pro ea verò parte, quam Dña Iſabel-
la petit, quæ eſt dimidia, non poſſunt Dñi conuen
ti condemnari; quia vt ſupra dictum eſt, nomen de
bitoris Domini Ioan. Secundi fuit datum in ſolu-
tum Domino Bernardino pro dotibus, atq; ideo
Domina Iſabella in eo nullum ius habet; quia ſuæ
dotes conſiſtunt in pecuniã, & agere debet contra
hæredes mariti ad pecuniam, vt dictum eſt ſupra
ex Corneo, Purpu. Socino, Lupo, Didaco, Natta,
Anchar. & Becio in proximè præcedenti verſic.

Quinetiam ſi nomen debitoris eſſet dotale, &
fuiſſet Dominæ Iſabellæ datum in dotem, & veni-
ret in reſtitutione dotis, non tamen Domina Iſa-
bella petere poſſet vſuras dotales pro retroacto tẽ
pore: quandoquidem donec fuit in matrimonio
cum Domino Bernardino non datur actio, quia
habuit alimenta a viro, & vir ſuſtinuit onera ma-
trimonij: vſuræ verò dantur in recompenſationem
onerum; ideo Doctores communiter conclu-
dunt in c. ſalubriter, de vſur. vxori non deberi vſu-
ras dotales, quia ipſa non ſuſtinet onera matrimo
nij, ſed ſpeciale eſt in marito, & in vxore eſſet ma-
nifeſta vſura. non etiam petere poteſt vſuras pro
21 tempore quo eſt vidua, quia etiã vidua † non po-
teſt habere interuſuria, vt concludũt communiter
Doctores in d. cap. ſalubriter, & in dicta l. in inſu-
lam, §. vſuris, ff. ſoluto matr. & ponit Bar. in conſ.
128. nu. 2. vol. 1. vbi idem dicit, quando tranſiuiſ-
ſet ad ſecũda vota, quia eo caſu nec ipſa, nec ſecun
dus vir eius nomine vſuras conſequitur, Anchar.
in conſil. 150. nu. 4. in fine, Alex. in conſ. 141. nu. 4.
vol. 3. Iaſ. in conſ. 92. nu. 3. vol. 1. Ruy. in conſ. 25.
nu. 2. vol. 2. & duo requiruntur copulatiuè, vt vidua
22 conſequi poſſit alimenta pro tempore † uiduita-
tis. primum quod non habeat aliunde, ſecundum
quod fecerit omnem diligentiam, ut exigeret do-
tes, ita ut per eam non ſteterit. ita Doctores in d. c.
ſalubriter, Pariſ. latè in conſ. 64. nu. 1. uol. 4. Craſ.
in conſil. 189. & communem dicit Didac. in tract.
uar. reſolu. lib. 3. cap. 1. uerſ. ſexto hinc etiam, licet
ipſe ſequatur contrariam, latè Ploti. de in lit. iur. §.
undecimo, nu. 17. utrumque requiſitum deficit in
præſenti facto, quia Domina Iſabella numquam
petijt dotes ſuas, uel eas curauit exigere, nec hære-
des Domini Io. Secundi in mora conſtituit: inte-
rim uerò habuit aliunde alimenta, nempè ab hære
dib. Domini Bernardini eius uiri, atque ita cõſtat
nullo iure eam petere alimenta, proindeq; debere
omnino ſuccumbere, cum egerit ſine iure & actio
ne, & temere contra prædictos fratres litigauerit.

Quib. ſic firmata hac parte, non obſtabit, quod
23 uoluit † Salyc. in auth. ad hæc, C. de uſur. quia re-
ſpondeo quòd non eſt curandum de Saly. & alijs,
poſtquam Bal. ſequuntur plures citati ſupra pro
hac parte, quibus ſtandum eſt.

Secundò rñdeo, quòd opinio Saly. poteſt procede
re, qñ maritus ſimpliciter ceſſiſſet alij interuſuria
petenda: ſed aliud eſt qñ non eſt ſimplex ceſſio, ſed
interuenit delegatio, & datio in ſolutũ, prout hic
interuenire demõſtrauimus ſupra in uerſ. alio fun
damento, &c. nam ubi interuenit ceſſio ſimplex,
periculum nominis remanet penes cedentẽ, & no-
men ipſum eſt in bonis & dñio cedentis, & cedens
per ſimplicem ceſſionem non eſt liberatus ab obli
gatione, quam habet, & ideo poteſt adhuc agere
contra debitorẽ ceſſum, atque ab eo exigere, Bart.
& alij in l. facta, §. ſi hæres, ff. ad Trebell. ponit De-
ciſio. Pedemont. 63. per totam. ſed quãdo nomen
24 † debitoris fuit datum in ſolutum uel delegatum,
tunc periculum ſpectat ad recipientem, & non po
teſt cedẽs debitorem exigere, l. ſi pupilli, §. 1. ff. de
ſolu. ubi Caſtr. dicit eſſe caſum menti tenendum,
& ita inter ſimplicem ceſſionem, & dationem, uel
delegationẽ pulchrè diſtinguit Imo. in d. §. ſi hæ-
res, col. 2. Dec. in conſil. 99. nu. 4. & declarat alios
citans Dominus Becius conſil. 105. num. 35. ratio
autem diuerſitatis eſt, quia facta ſimplici ceſſione
actiones directæ remanent penes cedentem, pro-
inde earum uigore poteſt agere, & exigere; ſed ubi
nomen

nomen eſt venditum datum in ſolutum vel dele-
gatũ,nihil eſt reliqui apud vendentem vel delegã
tem, ſed in recipientem trãſit omne ius; & hoc eſt
quod dixit Sal. in d. auth.ad hæc,dum inquit qđ
actio directa eſt adhuc penes maritum,qui poteſt
exigere. ſed in caſu noſtro nulla actio remanſit pe
nes Dominum Ioann. Baptiſtã, nec is poſſet exi-
gere; quia vt ſupra declaraui, per delegationẽ ab
eo factam fuit liberatus ipſe ab obligatione, qua
tenebatur verſus Dominũ Bernardinum, fuit etiã
liberatus Dominus Ioan.Secũdus ab ea,qua erat
obſtrictus D.Io.Baptiſtæ. ceſſante autem ratione
& fundamento Saly.ceſſare debet eius deciſio.

Tertiò reſpondeo,quòd Salyc.loquitur,quan-
do ceſſionarius ageret nomine cedentis, non aũt
quando nomine proprio, vt per eum: in præſenti
autẽ facto Domina Iſabella, & Dominus Petrus
Antonius egerunt nomine proprio,quo caſu Sal.
admittit vſuras peti non poſſe: refert enim quod
25 agat ceſſionarius † vno vel alio nomine: nam qñ
agit nomine cedentis,tenetur ante litem conteſta-
tam fidem facere de ceſſione,alias iudiciũ eſt nul-
lum,Bal.in l.qui ſtipendia,in fi.C.de procur.Arc.
Dec.& Marſi.relati in deciſio.Pedemon.58.nu.3.
ſed quando experitur proprio nomine vtili actio-
ne ſufficit,quod ceſſionem producat ante conclu-
ſionem in cauſa, Bar.d.l.qui ſtipendia, in fi. Fely.
in c. 1.num.28.de proba. vbi plures allegat, Ripa
in rub.C.de eden.nu.5.Bertran. in conſi. 118.nu.
2.volum.2.& in conſ.144.num. 1.volum.6.deciſ.
Pedem.58.num.4.verſi.non obſtat.

Quartò reſpondeo,quòd Salyc.Doctrina non
põt habere locum in practica; quia licet dicat, ꝙ
ceſſionarius poteſt exigere vſuras, admittit tamẽ,
ꝙ eas retinere non poſſit,& ita bene aduertit Ana.
in d.c.ſalubriter,nu.4.ideo non põt reſiſtere. Non
omitto, quod ſimilem diſtinctionẽ fecit Bal. nou.
in tract.dot.par.12.q.6.col.19. dum tractat quæ-
ſtionem,an priuilegium competens mulieri,vt vi-
ro vergente ad inopiam dotem repetat, cedi poſ-
ſit,ſed eius dictum intelligi debet ſm præmiſſa,id
quod tñ pro nunc non excutio, quia non expedit.

Ex prędictis colligi põt ratio ad ea, quæ ponit
Pariſ.d. conſi.64. dum dicit hoc priuilegium eſſe
reale, & non perſonale, & competere doti ac cui-
cunq; domino dotis: nam reſponderi põt, quini-
mo ſecundũ Doctores in d.ca.ſalubriter,eſſe per-
26 ſonale, & ſoli marito † competere ratione dotis,
ideſt ratione onerum matrimonialium, & ſi eſſet
reale & tributum doti, vtiq; competeret ẽt mulie-
ri repetenti dotem poſt mortem viri, id quod tñ
pernegant Doctores in d.c.ſalubriter,& alij ſupra
citati; & tñ reale priuilegium rem con comitatur,
& tranſit cum re ipſa in quemcunque poſſeſſorẽ,
& multo magis in ceſsionarium, vt per Barto.in l.
per diuerſas,nu.21.C.man.l.ſi tibi decem, §.ſi.ff.
de pact.Pariſ.d.cõſ.64.n.9.Præterea ſi priuilegiũ
eſſet reale,trãſiret ẽt in hæredes mariti, qui eſſent
creditores dotium ex prædicta cauſa, & tñ hære-
27 des interuſuria non poſſunt petere; † quinimo ſi
poſsideant rem,quę fuerit data marito in pignus,
imputãt fructus in ſortem,Inno.Hoſt.Ioan.And.
Ioan.de Lign.Abb.& Anan. in d. cap. ſalubriter,
Laur.de Rodul.in d.trac.vſurar.q.51.nu.75.Ne-
guſ.de pigno.in d. quinto memb. quintæ par.nu.
16.ver.iſta tamen limitatio, Lupus in d. c.per ve-
ſtras,§.8.nu.quarto,& ideo Anan.d.c.ſalubriter,
col.7. verſi. quæritur ẽt iuxta prædicta, monet fi-
lios,& hæredes,vt cautè agant, & mortuo marito
inſtent,quod pignus vel liberetur vel adiudicetur
in ſolutum,quia hoc modo euitabunt fructuũ im-
putationem.ſi igitur hoc priuilegium non tranſit
ad hæredem, multo minus tranſibit in ſingularẽ
ſucceſſorem,vt eſt ceſsionarius,pręcipuè quia cõ-
petit iſtud priuilegium marito ratione qualitatis,
quæ ſeparari non põt ab eius perſona, ideſt pro-
pter onera matrimonij,quæ ſolus ſuſtinere poteſt
maritus,& pręter eum nemo:quo caſu priuilegiũ
non põt cedi,vt conſiderat Bald.in d.l. per diuer-
28 ſas, nu.21.vbi infert, † quod priuilegium l. 1. C.
quãdo Impe.inter pup.& vid.ne vidua poſsit co-
ram alio conueniri quam coram Imperatore cedi
non põt, nec tranſit in ceſsionarium, ea ratione,
29 quia eſt a ꝑſona inſeparabile; & quidquid † trãſ-
mitti non poteſt ad hæredes, non poteſt ẽt cedi, l.
ſi ex pluribus,vbi Dy.Bar.& alij,ff. de adminiſtr.
tuto.l.non ſolum,§.ſi puellæ, ff. de ritu nuptia.cũ
alijs adductis per Tiraquel.de retract.conſang.§.
26.glo.prima,num.44. apparet igitur Pariſ. non
leniter lapſum,quando in eo conſi.64.vult, quòd
extraneus, qui habet a vidua ceſsionem pro ſuis
iuribus, poſsit conſequi interuſuria dotalia his ca
ſibus quibus viduæ liceret ea exigere: nam, vt di-
ctum eſt ſupra, ideo conceditur viduæ, quia non
habet aliunde,& quia eſt vidua.hæc autem quali-
tas ceſſat in ceſsionario,ideo ceſſare debet priuile
gium.facit,quod dicimus,ſubrogatum non ſape-
30 re † naturam eius,in cuius locum ſubrogatur, qñ
in ſubrogato deficit qualitas quæ erat in eo,cui fa
cta eſt ſubrogatio, Bal.in l.parabolani, C.de epiſ.
& cler.Gozad.poſt Alexand.quem citat in l.2.nu.
34.C.de pac.inter empt.& vend.Marſi.ſing.553.
Pau.Orian.in l.1.nu.124.ff.de offic.eius,Caſſan.
in conſi.53.nu.36.Euerar.in loco 93.col.2.in fin.
verſ.hinc etiam eſt,quod ille,Dominus Becius in
conſi.101.num.59.& ex his tollitur id,quod dici-
tur ceſsionarium ſuccedere in locum cedentis.

Reſponderi ẽt põt, quod Pariſ. loquitur in eo,
cui ceſſa fuit dos:ſed in caſu noſtro ceſſum fuit no
men debitoris,quod non erat dotale;& ideo quã-
uis priuilegia tranſirẽt cum ipſa dote, non tñ ideo
inferri poſſet, quod priuilegia dotalia tranſeant
cum eo, quod datum fuit pro dotis ſolutione.

Nec refragatur,quod voluit Afflic. in deciſ.91.
quia reſpondetur, ꝙ Afflict.illud tangit per tran-
ſennam,ſed non examinat quæſtionem,nec quic-
quam allegat,ideo ei non eſt credendum.

Secundò reſpondeo, quòd Afflict.in dicta de-
ciſ. loquitur de vſuris præteritis, non de futuris:
præteritę enim cedi poſſunt, & in hoc nihil eſt ſpe
ciale,

ciale, quia maritus etiam poteſt vſuras præteriti
temporis cedere, ſicuti & petere.

Tertiò reſpondeo, q vſuræ, quæ debentur ab
emptore, qui pretium non ſoluit, nihil habent ſpe
cialitatis, quia debētur loco fructuū, quos emptor
indebitè percepit; cum pretium non ſoluerit: nam
31 vbi emptor non ſoluit, † nō efficitur dominus rei
emptæ, l. qđ vendidi, ff. de cōtrah. emp. l. venditę,
Inſti. de rer. diuiſ. Bal. in rubr. C. de contrah. emp.
nu. 13. Abb. in conſ. 69. col. penul. vol. 2. & fructus
ſpectant ad venditorē, quia acquiruntur ratione
dominij, l. fructus, l. in fundo, & l. ex diuerſo, ff. de
rei ven. l. Herennius, ff. de vſur. l. qui ſcit, ff. de vſu.
Ang. in conſ. 55. Tiraq. de retract. conuen. §. 1. gl.
vnica, nu. 34. in fi. cum igitur emptor fructus per-
cipiat ex aliena re, cogitur eos reſtituere, & ideo
nō mirū ſi ius ad fructus, vel ad intereſſe vſque ad
valorē fructuum cedi pōt; ſed in alimētis ſeu vſu-
ris dotalibus aliud eſt, quia debētur marito ex ſpe
ciali & perſonali priuilegio, proinde cedi nō pōt.

Doctrina Laur. Rodul. non contradicit: nam &
ſi oēs eum allegent ad probandū quod ceſſiona-
rius non imputat fructus in ſortem, tñ ſi rectè vi-
deatur, contrarium tenet, quia recitat ſecundo lo-
co opinionē Bal. in rubr. C. de vſur. & eam nō im-
pugnat, & in dubio eam tamquam vltimam ſequi
32 † videtur gl. in l. qui filium, §. Sabinus, ff. ad Tre.
Bar. in l. bona fides, ff. depoſ. Rom. ſing. 92. nu. 3.
Corſet. in ſing. incip. opinio, il primo, Soci. iun. in
conſi. 24. nu. 7. vol. 3. Crot. in conſ. 137. n. 2. Bero.
in conſi. 93. nu. 27. vol. 3. dici itaque pōt hanc opi-
nionem, quę fuit originalis Collec. Ioan. de Lign.
& aliorum, non eſſe veram, tamquam repugnan-
tem, Bal. in d. rubr. de vſur. quem Doctores com-
muniter ſequuntur. & ſanè neſcio quomodo ſuſti
neri poſſit, cum ēt hęredes mariti teneātur fructus
pignoris in ſortem imputare, vt ſupra diximus.

Secundò reſpondeo, q illa deciſio caſui noſtro
non contradicit: nā Doctores ibi loquuntur in pi-
gnoribus dotalibus, nos aūt loquimur in nomine
debitoris, qđ non eſt dotale, ideo non tenetur vſu
ras ſoluere: nā in noſtro caſu marito ſatis factū eſt
pro dote mediante delegatione, & ſublatū eſt ius
petendi alimenta; ſed in caſu Collect. & aliorum
marito non fuit ſatisfactum pro dote, nec pignus
deſijt eſſe dotale, ſed ſuam ſemper retinet naturā.

Quod verò dicebatur, Dominum Ioan. Secun-
dum teneri ad vſuras eo quod erat debitor Domi
ni Bernardini, qui ſuſtinebat onera matrimonij,
& qui eius acceptauit nomen in extinctionem do-
tis: reſpōdeo quod Dominus Io. Secundus nō re-
manet Domini Bernardini debitor pro dote, ſed
pro mutuo, quia occultantur plures contractus,
& alijs manifeſtantur, vt dicit Barto. quem alij ſe-
quuntur in l. ſingularia, ff. ſi cer. pet. videtur enim
Dominus Ioan. Secundus ſoluiſſe Dominus Ioā.
Baptiſtæ genero, & Dominus Ioan. Baptiſta cen-
ſetur breui manu illam pecuniam tradidiſſe Do-
mino Bernardino ſuo creditori, qui fingitur po-
ſtea eandem Domino Ioan. Secūdo credidiſſe ex
cauſa mutui: & ita Dominus Ioan. Secundus re-
manet debitor Domini Bernardini, non pro do-
te, ſed ex mutuo facto, vt ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Fides eſt omnibus ſeruanda, etiam hoſti, & bannito.*
2 *Bannitus, qui habet ſecuritatem, habetur pro non bannito.*
3 *Saluus conductus dicitur gratia, vel priuilegium.*
4 *Generalis diſpoſitio non tollit priuilegia in ſpecie alicui conceſſa.*
5 *Bannitus toleratus non poteſt impunè occidi.*
6 *Bannito tolerato videtur tacitè conceſſa ſecuritas, vel diſpenſatio limita, vt nu. 17. & ſeq.*
7 *Generalis diſpoſitio includit etiam perſonas priuilegiatas.*
8 *Diſpoſitio generalis includit omnes caſus, etiam ſi in vno maior ſit ratio, quàm in alio.*
9 *Saluus conductus expirat mutato rerum ſtatu.*
10 *Verba debent intelligi, vt aliquid operētur, & ibi infertur ad multa.*
11 *Appellare non licet in cauſa poſſeſſoria, etiam in caſibus a iure permiſſis, quando cauſa committitur appellatione remota.*
12 *Generalis diſpoſitio habetur pro ſpeciali, quando in vno tantum poteſt verificari.*
13. *Probibitum ad tempus, cenſetur permiſſum poſt tempus.*
14 *Argumentum a tempore ad locum, eſt validum.*
15 *Incluſio vnius, eſt excluſio alterius.*
16 *Clauſula, caſſans, & irritās omne teſtamentum, etiā ſi haberet clauſulam derogatoriam, ſufficit ad tollendum præcedens teſtamentum conditum cum clauſula derogatoria, ſi vnicum præceſſit.*
17 *Tolerantia non prodeſt, quando is, qui tolerauit, non habebat facultatem diſpenſandi.*
18 *Tolerantia non inducit diſpenſationem, quando conſiſtit in pati, non in agere, & ibi de ratione.*
19 *Tolerantia præbet ſecuritatem, quando tolerans ſcinit eum eſſe bannitum.*
20 *Scientia officialium, non eſt ſcientia Principis.*
21. *Tolerantia debet eſſe diuturna, vt excuſet.*
22 *Tolerantia non excuſat ipſum toleratum.*
23 *Ratio naturalis habetur pro lege, & ibi exornatur.*
24 *Cauſa qualibet etiam iniuſta, excuſat a delicto.*
25 *Conſuetudo excuſat a pœna, ſed fallit in conſuetudine vnius priuati.*

CONSILIVM CCLXX.

VT malis hominibus prouinciam ex
purgaret, Sereniſſimus Mantuæ,
& Montisferrati Dux, conuenit
cum Excellentiſſimo Gubernato-
re Mediolanenſis Ducatus, & cum
Genuenſi Republica, nedum bannitos capita-
li crimine non recipere in ſuam ditionem, ſed
etiam cuicunque eos petenti tradere. Pro obſer-
uantia eiuſmodi conuentionis fuit requiſitus Se-
natus Excellentiſſimus cōſignare quendam Dio-
niſium Zerbum Papienſem capite damnatum,
cui

cui tñ per annum ante dictam conuentionẽ fuerat
ſecuritas conceſſa, ita vt octo dierum terminus ei
foret ſtatuendus, quandocunque reuocaretur ſe-
curitas: quæſitum fuit, an is foret conſignandus.
1 Dubiũ aũt faciebat ſecuritas, quę eſt cuique † ſer
uanda,ẽt hoſti,l.conuentionum, ff.de pact. & idẽ
eſt,qñ fuit conceſſa bannito propter delictum,ſe-
cundum Bar.ibi,nu.1.& Iaſ.nu.3. & ſeq.id,quod
voluit idem Bar.in l.is,qui, in princ. nu. 12. ff.de
publi.iudi.latè Meno.in conſi.100.num. 196. &
hoc verum eſt, quamuis conceſſio foret nulla, ar-
gumento l.fi.§.diui,&l.ſi quis, ff. de publica. per
quæ iura ita voluit Signorol. in conſ.102.num.6.
Marſi.in conſi.32.nu.29.Bero.in conſ.185.nu.3.
vol.3. & poſſent multa alia allegari. Et quamuis
poſtea publicata fuerint proclamata prohibentia,
ne banniti exterarum prouinciarum,& præſertim
Mediolanenſis & Genuenſis audeant habitare in
Ducatu intra quindecim miliaria verſus dictas re
giones,quibus fuerunt expulſi , ſed intra quinde-
cim dies ſe recipiant in remotiorem partem, quæ
diſtet dicto ſpatio;tñ edictum illud nõ videtur re-
ferendum ad eos bannitos , quibus fides publica
2 fuit conceſſa:nam † tales habentur pro non ban-
nitis,vt probat Caſtr.in conſi.199.num.1.vol.1.
quia ẜm eum fides publica ſuſpẽdit bannum , at-
que eius effectum;& ideo infert, quod non poteſt
impunè occidi,ẽt ſi alioquin ex forma ſtatuti lice-
ret,Nellus de bannit.in ſecunda par. ſecundi tẽp.
q.17.vbi infert,quod capiens talẽ,non habet prę-
mium conceſſum ei, qui caperet bannitum.
3 Secundò, clarũ eſt ꝙ ſecuritas † dicitur gratia,
vel priuilegiũ,Blãcus in tract.crim.§.datis defen-
ſionibus,nu.53.Petrin.Bell.de re milit.par.9.tit.
de ſaluis conduct.nu.17.lex autem generalis non
cenſetur derogare priuilegijs alicui in ſpecie con-
4 ceſſis,niſi de eis ſpecialem† faciat mentionem,gl.
in l.decurionibus,C.de ſilentiar.lib.12.Bal. in l.1.
poſt princip. de conſti. Princip. cum alijs citatis
per Nattam in conſi.274.num.1.& ſeq.
Tertiò facit, quod dicimus de bannito tolera-
to,qui non includitur in ſtatuto diſponẽte , quòd
5 bannitus poſſit impunè † occidi,vt voluit notabi-
liter Saly.in l.nullus,C.de Iudæ. cuius dictum ap
pellat ſingulare Anan.in c.ſicut, col.5.num.12.de
Iudęis,Ale.in conſi.1.vol.2.Fely.in d.c.ſicut,nu.
4.Iaſ.in l.oẽs populi,num. 48.ff. de iuſti. & iure,
Ruyn.in conſi.38.nu.7.vol.4. Marſi. in ſing. 77.
patientia,Ioan.de Arno.ſing.10.vbi ait eſſe notã-
dum,quia ſępe contingit in facto,Boſſius in pract.
crim.tit.banni.quid amitt.nu.2.Bero.in cõſi.181.
nu.5.conſi.185.nu.1.vol.3.Crau.in conſi.168.nu.
4.Carrer.in pract.crim.§. homicidiũ, il ſeſto, nu.
217.Cępha.in conſ.35.nu.20. D. Becius in conſi.
4.nu.15.& in cõſ.84.nu. 9.ſed nulla maior eſt to-
lerantia quàm eius,qui habet ſecuritatẽ,ergo ſta-
tuti ſeu edicti verba eum non debent includere.
Quartò in propoſito videtur fieri quoque poſ-
ſe fundamentũ ſuper tolerantia prædicta,ex quo
per plures menſes moratus eſt in Caſalẽſi ciuita-
te publicè & palam,cũ oĩbus conuerſando, ſcien-
tibus quidem officialibus prędicti ſtatus,qui ideo
tolerando, & patiendo videntur cũ eo diſpẽſaſſe,
6 † ſeu,vt inquit Salyc.d.l. nullus,ſecuritatem pra-
buiſſe,pro quo facit l.1.§.ſcientiam,ff.de tributo.
l.1.§.magiſtrum,de exercito. quos text. citat Ale.
in conſ.107.circa finem,vol.2.dicens quòd ſupe-
rior tolerans actum aliquem publicè factum,taci-
tè videtur facultatem tribuere faciẽdi. & dicit In-
nocẽn.in c.veniens,de filijs presbiter. quod actus
taciti quandoq; vim habent diſpenſationis; mo-
uetur ex gl.in c.ſi ſeruus,il primo,diſt.54.
Exiſtimo tñ contrarium uerius eſſe,& denega-
ri non poſſe capturam dicti Dionyſij; facta enim
fuit fides de banno,& de ſnia capitali contra eum
lata a Prætore Papienſi, prout requiritur ex for-
ma edicti ſic vt ſupra publicati, quod ex quo lo-
quitur generaliter,includit ẽt bãnitos priuilegia-
7 tos,† ideſt eos quibus ante data erat ſecuritas,l.in
fraudẽ,§.fi.ubi Bal.no.ff.de teſtam. mil. ubi pro-
batur ꝙ generalis diſpoſitio includit caſus & per-
ſonas priuilegiatas, Bald.in l.oẽs populi,ante fin.
uerſi.itẽ nota, ꝙ generale ſtatutũ, ff.de iuſt. & iu.
Dec.in conſ.48,col.2.& in l.1.nu.9.ff.de reg.iur.
& in l.ſi certis annis,nu.13. C. de pact. alios citat
Tiraq.de retr.conſang.§.1.gl.14.num.96.& ſeq.
id qđ latẽ diſputãdo cõprobat Natta in cõſ. 410.
nu.11.& ſeq. & generalis diſpoſitio oẽs caſus in-
8 cludit,ẽt ſi in uno† maior eſſet ratio quàm in alio,
l.1.§.quod aũt,ff.de aleato. Dec.in conſ.5.in fine,
Gozad.in cõſ.35.nu.6.Tiraq.loco p̃dicto,n.101.
D.Becius in cõſ.80.nu.12.Crau.in conſ.92.n.4.
Secundò moueor,quia illa ſecuritas , quæ fuit
conceſſa Dionyſio,intelligi dẽt rebus ſic ſtãtibus;
ſed per conuẽtionem initam inter Principes prę-
dictos mutatus fuit rerum ſtatus , & expreſsè cõ-
uentum, quòd de cætero banniti non reciperen-
tur,& recepti expellerentur , ideo ſecuritas præ-
dicta expirauit.dicit enim Rom.in l.4.§.ſi ſeruus,
9 nu.10.ff.de acq.poſſ.qđ mutato rerũ ſtatu † ſecu
ritas deficit,quia tacitam habet conditionem ma-
nente eodem ſtatu.ideo infert Nellus in d.tracta.
in 2. par.2.temp.q.16. quòd ſi bannitus cui fue-
rat conceſſa fides publica delinquat, expirabit ſe-
curitas, & habebitur pro reuocata, ita ẽt Vital. in
tracta.clauſ.in uerſi.in l.noua.ſecur. pend. col.2.
circa finem,Blanc.in pract.crim.§.datis defenſio-
nibus,num.52. & eſt regulare, quòd omnis con-
ceſſio intelligatur rebus ſic ſtantibus, nu.2. de iu-
reiurando,cum ſimilibus.
Tertiò adduco in hanc ſententiam , quia pro-
clama ſeu edictum contra bannitos publicatum,
& mandans,quod banniti abſint a confinibus per
miliaria quindecim , & intra dictum terminum
morari nõ audeant,eſſet omnino inutile & ſuper-
fluum,niſi includeret bannitos,quibus fuerat cõ-
ceſſa ſecuritas & fidantia: nam ante edictum, de
quo agimus,interdictus erat indiſtinctẽ omnibus
bannitis ingreſſus in hunc Ducatũ, interdicta ha-
bitatio,& omnium bannitorum conuerſatio, niſi
habe-

haberēt a Sereniſſimo Principe licentiā, & fidem
publicam, proinde quod eos quibus conceſſa non
erat licentia, non opus erat præcipere, quod reci-
perent ſe vltra quindecim miliaria, attento ꝙ nec
etiam vltra erant tuti: ergo vt nouum edictum ali-
quid operetur, includere dēt bannitos affidatos:
10 verba.n. intelligi debent, vt ſemper † aliquid ope
rentur, l. 1. in princ. cū ibi no. ff. quod met. cau. l. 1.
in fi. vbi etiam no. ff. ad municip. l. 3. §. 1. ff. de iu-
reiur. Bald. in rub. C. de contrab. emp. nu. 9. Alex.
in conſi. 117. nu. 4. vol. 1. Soc. in conſi. 33. nu. 14.
vol. 1. & in conſi. 2. nu. 8. vol. 4. vbi dicit procede-
re non ſolum in contractibus, ſed etiā in iudicijs,
ſententijs, priuilegijs, iuramentis, atteſtationibus,
& vltimis voluntatibus, Dec. in conſil. 626. nu. 7.
Ruin. in conſi. 108. num. 6. vol. 1. Pariſ. conſi. 78.
nu. 15. vol. 4. Crot. in cōſi. 14. nu. 38. Io. de Amic.
in conſi. 12. nu. 96. Tiraq. de retr. cōuent. §. 1. gl. 2.
nu. 22. Crau. in reſp. pro genero, num. 46. 312. &
ſeq. & ideo dicebat Bald. in l. 2. ver. circa hunc ar-
ticulum, C. de appell. quod ſi cauſa comittatur in
11 poſſeſſorio cognoſcēda appellatione remota, † nō
licebit appellare etiam in caſibus, quibus iure cō-
muni admittitur appellatio in poſſeſſorio, quia a-
liàs fruſtra dictum fuiſſet remota, & dicit idē Bal.
in l. nulli, C. ad leg. Iul. maieſt. quod ſi alicui con-
cedatur facultas inquirendi de aliquo delicto, de
quo aliàs poterat inquirere, intelligetur conceſſa
licentia, quòd inquirat fama non præcedēte, quia
aliàs conceſſio eſſet inutilis, & quando ſtatutum
mandat quòd victus condemnetur in expēſis, in-
telligetur etiam ſi habeat iuſtam cauſam litigan-
di, ne aliàs ſit ſuperfluum, Alber. in tracta. ſtatu.
par. 2. quæſtio. 191. Ange. in l. ſolum, in 1. colum.
in fi. ff. de rei vend. alios cumulat Anto. Gab. com.
opinio. lib. 2. tit. de expen. conclu. 1. num. 1. & di-
cit Anch. in conſi. 186. quod licentia teſtandi con-
ceſſa Epiſcopo, intelligitur etiam de bonis eccle-
ſiæ intuitu acquiſitis, cum pro ſuis patrimonialib.
nulla exigeretur licentia, refert & ſequitur Crot.
in conſi. 136. nu. 20. & inquit Aret. in conſil. 106.
nu. 7. verſi. venio ad tertium, quod ſtatuto prohi-
bente appellari ab interloquutoria, non dabitur
appellatio etiam in caſibus a iure permiſſis, alle-
gat Ioan. Andr. & dicit Franch. in c. ſi Epiſcopus,
de ſent. excom. in 6. quod Epiſcopus concedendo
licentiam curato audiendi confeſſiones parochia-
norum, & eos abſoluendi, videtur facultatē conce
dere abſoluendi etiam in caſibus Epiſcopo reſer-
uatis, quia ſine licentia poterat alias confeſſiones
audire, alios citat Dominus Becius in conſil. 21.
nu. 25. & in conſi. 88. nu. 46. vbi infert quòd ver-
ba, ad habendum, &c. poſita in tranſlatione feudi,
intelligi debent ꝙ liceat alienare nulla facta obla-
tione agnatis, quæ tū aliàs fuiſſet neceſſaria, Rol.
in cōſi. 61. nu. 14. & ſeq. vol. 3. latè etiam Cæph. in
conſi. 254. nu. 32. vbi infert ad plures, & quidē no
tabiles deciſiones. cū ergo quod bānitos non affi-
datos nō eſſet neceſſarium nouum edictū, ex quo
iam ante erat eis interdicta habitatio, fatendū eſt
quòd ſenſerit Princeps de affidatis, & his quibus
ex licentia permiſſum erat morari in hoc Ducatu.

Non obſtat itaque, quod bānitus affidatus nō
videatur bannitus, nec videatur includi in edicto
promulgato cōtra bannitos, ex quo fides publica
ſuſpendit bannum: quia reſpondeo in præſenti ca
ſu reuocatum fuiſſe ſaluum conductū per edictū,
de quo ſupra, quo quindecim dies præfigūtur bā-
nitis omnibus ad recedendū, & per ſuperuenientē
conuentionem: quia vt dixi, reuocatur ſecuritas
mutato rerum ſtatu. Reſpōdeo ſecundo quod ex
quo edictum referri non poteſt ad alios bannitos
præterquam ad affidatos, idem eſt, ac ſi expreſsè
12 de eis facta fuiſſet mentio in edicto: gñalis † enim
diſpoſitio, quæ poteſt in vno tātum verificari, ha-
betur pro ſpeciali, l. 2. ff. de lib. & poſthum. l. ſi hæ-
res, ff. de optio. leg. l. ſi domino, vbi Bart. & alij, ff.
de leg. 1. l. nominatim, ff. de cond. & demon. l. fun-
dus, qui locati. cum l. ſeq. ff. de fun. inſtru. glo. fin.
in cap. ex parte, il primo, & ibi Abb. de offi. deleg.
ideo dixit Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres, q. 6.
ff. de verb. obl. quod in generali renūciatione vē-
nit ius fideicōmiſſi conditionalis, qñ renunciatio
nō poteſt verificari in alio, ſequitur Crot. nu. 127.
& Ripa nu. 79. per eandem rationem inquit Soci.
in conſi. 150. nu. 12. ver. pondero etiam, vol. 1. ꝙ &
ſi generalis renunciatio non includat legitimā, tū
fallit quando nihil aliud præter legitimam poteſt
includi; & ad ornatum dictæ regulæ allegaui mul-
1 tos in conſ. 150. nu. 92. & dicit Natta in cōſ. 319.
nu. 3. ꝙ conceſſa immunitate, veniunt onera inſo-
lita, quando verba non poſſunt ad alia aptari, &
in conſi. 446. nu. 6. dicit quòd inueſtitura cōceſſa
cum prædijs & poſſeſſionibus, licèt ſit generalis &
incerta, & non inferat ad corpus certum, tū hoc fal
lit, quando nō poteſt videri generaliter eſſe factū,
licèt verbis generalib. ſit prolatum, quod ad vnā
tantū ſpeciē poteſt referri, & poſt Claud. Aquen.
in l. qui abſenti, §. 1. ff. de acq. poſſeſ. dicit, hypothe
ca dicitur ſpecialis, quando verificari poteſt in ali
quibus tātum bonis, & dicit D. Becius in cōſ. 80.
nu. 9. quòd etſi ad impediendum tranſlationē do-
minij vltra pactum de non alienando requiratur
ſpecialis rei hypotheca: tamen ſatis dicitur ſpecia-
lis ea, quę non poteſt verificari, niſi in eo corpore,
licèt ſit generalibus verbis concepta, facit ēt quod
voluit Iaſ. in l. ſi quis in fundi vocabulo, nu. 40. &
ſeq. ff. de leg. 1. vbi ſi teſtator legat fundum pra-
tiuum, quem habet iuxta Titium, venit fundus
quamuis vineatus, ſi probetur eum nullum alium
fundum habere prope Titium, præter vineatum,
ſequitur Alba in conſil. 10. nu. 8. & ſeq. cum ergo
præfixio quindecim dierum non poſſet referri ni-
ſi ad bannitos affidatos, perinde eſt atque ſi de eis
ſpecificè diſpoſitum fuiſſet; & ad quid ſtatuiſſet
dictum terminum alijs bannitis ad recedēdum, ſi
ſi eis prohibitus erat ingreſſus. Item niſi dicamus
edictum loqui de bānitis affidatis, ſequetur aliud
abſurdū, ꝙ ſcilicet ex illius forma permiſſum fue-
rit omnibus bannitis cuiuſuis cōditionis habitare

& mo-

& morari in Ducatu Montisferrati,dũ ne accedãt
ad cõfinia per quindecim miliaria.nã ex quo pro-
hibet habitationẽ, vel morã intra quindecim mi-
liaria,videtur vltra ea permittere, argumẽto eius,
quod dicimus, prohibitũ ad tẽpus, cẽſeri permiſ-
13 ſum † poſt tẽpus,l.Imperator,vbi Bal.ff.de poſtu
lan.l.ſi vnus,ff.de pact.l.pater filiũ, §.fundum,vbi
Bart.& Alb.ff.de leg.3.latè Tiraq.de retract.con-
nẽt.§.1.gl.2.nu.46.Soc.iun.in cõſ.67.nu.44.vol.
2.cõſ.187.nu.11.vol.eo.D.Becius cõſi.12.nu.8.
14 valet enim argumentũ de tẽpore ad locũ,† vt ſicut
poſt tempus prohibitũ videatur quid permiſſum,
ita prohibitum intra certum terminum cenſeatur
permiſſum vltra illum,l.vinũ,vbi Bart.& Doct.ff.
ſi cer.pet.l.fi.vbi ẽt Bart.ff.d.triticar.l.rõ, §.ſi per
venditorẽ,& ibi quoq; Bar.ff.de act.emp.Euerar.
loco 40.in princ.facit quod dicimus,incluſionem
15 vnius, eſſe alterius † excluſionẽ,l.cũ prætor,ff.de
iudic.c.nõne bene dicimus,de ꝓſumpt.l.maritus,
C.de procur.cũ ſimilib. latè citatis per Rnl.in cõ-
ſil.61.nu.12.vol.3.D.Becium in conſi.55.nu.12.

Nec mouet, quod generalis diſpoſitio nõ dero
get ſpeciali priuilegio:quia rñdeo eam dici ſpecia
lem derogationẽ; quæ & ſi generalib.verbis cõn-
cepta ſit, ad ſpecialem tñ conceſſionẽ illa, non ad
aliam referri põt, vt ſupra dixi,& probatur ẽ per
Bar.in l.ſi quis in prin.teſtamẽti, nu.9.ff.de leg.3.
vbi & ſi generalis derogatio omniũ teſtamentorũ
16 nõ ſufficiat,ſi tñ vnicũ præceſſit † teſtamentum,in
quo extet derogatoria clauſula, cẽſebitur ſublata,
ſi teſtator in ſecũdo teſtõ dicat,caſſans oĩa alia te-
ſtamenta, in quib. extet clauſula derogatoria, &
idem dicit,num.10.verſi. dic ergo quod,Caſtr.in
conſ.408.dubitatur an per dicta verba, vol.2.Ro.
in conſi.385.Alex.in conſ.134.nu.8.vol.1.Barb.
in c.cũ oẽs,de teſtam.Capra in cõſi.31.nu.13.Gui
do Papæ in conſi.65.num.20.& in conſi.125.poſt
num.3.eſt verum,quod multi tenent contra Bart.
ideo eius dictum non pono pro conſtanti: eodem
modo rñdetur ad deciſionem de bãnito tolerato,
quia illa eſt vera; quando ſtatutum poteſt in alio
bannito verificari: ſed vbi non poſſet referri,niſi
ad bannitum toleratum,abſque dubio etiã is poſ-
ſet impunè offendi per prædictam rationem.

Poſtremò nõ faceſſit negocium tolerãtia dicti
Dioniſij: quia rñdeo tolerantiam tunc excuſare,
qñ is tolerauit, qui poterat reſtituere, vel ſaltem
17 † aſſecurare bannitũ, non autem qñ is qui tolera-
uit,non habebat facultatẽ reſtituendi,ita declarat
Berõ.in conſi.183.nu.25.vol.3.qui allegat Fel.in
c.ſicut Iudæi.ſolus aũt Princeps habet facultatem
reſtituendi bannitũ,vt toto tit.C.de ſent.paſſ.& c.
at ſi clerici, §.de adulterio,ff.de iudic.nõ ergo ſuf-
ficit qđ fuerit toleratus ab officiali inferiore,q nõ
potuiſſet reſtituere; & rõ eſt, quia ideo bannitus
toleratus non põt impunè offendi, quia tolerãdo
videtur cum eo diſpenſari, vt dicunt ferè oẽs Do-
ctores in contrarium allegati,& ſaltem præberi ſe-
curitas.ſed id ceſſat,quando tolerãs,neque diſpẽ-
ſare,neque aſſecurare poteſt.ceſſante autẽ ratione
legis, ceſſat lex,c.cum ceſſante, de appell.& idem
voluit Pariſ.in conſil.89.nu.11.in 4.volum.

Secundò contrariũ procedit,qñ tolerantia non
ſtat in ſola ſcientia & patiẽtia, ſed cum ea concur-
rit actus aliquis affirmatiuus factus a Principe, vt
q a eo vtatur in officio: at vbi ſimpliciter Princeps
patitur bannitũ habitare, non eo ipſo videtur re-
18 ſtituere † vel diſpẽſare, quia diſpẽſatio nõ induci
tur per actum negatiuum,qui cõſiſtat in pati,licet
aliud ſit qñ cõſiſtit in agere,ſecundũ But. & Abb.
in c.veniẽs,de fil.presbit.actus enim negatiuus,nõ
contradicẽdi, non eſt eius potentiæ,& virtutis ad
inducendũ conſenſum & exprimendũ voluntatẽ,
cuius eſt affirmatiuus, ſecundum gl.in c.cũ acceſ-
ſiſſent,de conſtit.& per has rationes ita reſpondet
in propoſito Ruin.in conſ.85.nu.9.vol.4. vbi pro
intelligentia tres diuerſos conſtituit caſus, & in
iſtis terminis loquitur Crau.conſi.168.nu.4.

Rñderi & tertiò poteſt, quod tũc excuſat tole-
19 rantia,qñ is qui tolerauit,† ſciebat illum bannitũ,
& non aliter, Butr.in c.quia circa,de cõſang.& af-
finit.Doct.in l.Barbarius,ff.de off.præto. & in ter
minis hoc voluit Bero. in conſ.183.nu.25.vol.3.
vbi dicit ſe ideo ad excuſandũ bannitũ, qui foret
toleratus,deduxiſſe ſcientiã & feciſſe de ea articu-
lum,& idẽ voluit Pariſ.in conſi.136.nu.14.vol.4.
ſcientia autem Principis non fuit probata, nec ex
eo probatur quòd conſiliares Principis ſciuerint
hunc eſſe bannitum, attento quòd conceſſerant
20 ſecuritatem; quia reſpondeo, quòd ſcientia † offi
cialium non eſt ſcientia Principis, ita Alex.in con
ſil.84.nu.3.vol.1.Natta in conſi.636.nu.191.

Reſpondeo quartò, quod tolerantia vt excuſet
21 debet eſſe diutina, non autem ſufficit breuis † ali-
quorum menſium, vt volunt Docto.in c.illud,de
præſump.probat Pariſ.in conſi.37.num.8.hic ve-
rò non fuit diuturna, ſed breuis.

Vltimò rñdeo, ꝙ in præſenti facto tolerãtia nõ
poteſt huic bannitò prodeſſe: habet enim annexã
contrauentionem & contemptũ edicti. & licet bã-
nitus toleratus non poſſit impunè occidi,& cũ re-
ceptans non puniatur, tñ id permittitur, quia in
occidente conſideratur dolus,& in receptante ex-
cluditur, ſed quoad ipſum bannitum ceſſant hæ
omnes rationes; quanto enim longiori tẽpore mo
rãm traxit in ciuitãte,tãto grauius peccauit,& diu
tius contempſit Principem,quia peccatũ tãto gra
uius, quanto antiquius,vt ponunt Doct. in c.fin.
de præſcrip.& in c.poſſeſſor,de reg.iu.in 6.& ideo
licèt tolerantia plurimũ operetur quoad excuſan
22 dum tertium, non tamen excuſat † ipſum delin-
quẽtem toleratũ, quia is eſt in dolo, cũ ſciat ſe nõ
poſſe ſine offenſione legis morari in hoc Ducatu.
& licèt non inueniam Doctorem aliquem diſtin-
guentem, debet tñ naturalis ratio ſufficere pro le-
23 ge, † Butr.in c.3.de præb.& in q. Iſer.in proœm.
feud. col.pen. quod rationabile dictum nõ minus
mouere debet iudicem,quàm lex.& dicit Bald.in
rub.ff.de rer.diuiſ. col.pen. quòd rationem quæ-
rere, vbi habemus ſenſum, eſt infirmitas intelle-
ctus.

ctus. idem dicit in l. 1. col. 2. C. qui accuſ. non poſ.
& plura alia dicta ponit Crau. in conſi. 31. num. 5.
Lucrar. loco 9. in prin. Natta conſ. 129. nu. 2. Dec.
Ped. 59. nu. 0. & quoad tertium nō mirum, quod
excuſatur propter tolerātiam, quandoquidē quæ-
24 liber cauſa † excuſat a dolo & a pęna, l. igitur, ver.
generaliter, ff. de liber. cau. gl. in l. 1. in fi. ff. de abig.
& in l. plagij, la 2. C. ad leg. Flau. de plagiar. infini-
tos citat Tiraq. de pęn. tēp. cau. 43. nu. 1. & ſeq. la-
tiſſimè D. Becius in conſ. 4. nu. 1. Menoc. de recup.
poſſ. rem. 5. nu. 49. & ſeq. Plot. in tract. de in lit. iur.
§. 6. nu. 30. & pro hac diſtinctione facit, quia & ſi
25 cōſuetudo excuſet † a delicto, gl. in c. cum venera-
bilis, in ver. migraſſe, vbi Card. Anch. But. & Abb.
de cōſuetud. Anch. in conſ. 51. in fi. cū multis apud
Tiraq. in d. tract. cau. 42. nu. 1. & ſeq. quibus alios
addit D. Becius d. conſ. 4. nu. 17. & ſeq. tū hoc non
procedit in ipſo delinquente, qui ita ſolitus ſit de-
linquere, quia non minuitur in eo pęna, ſed auge-
tur, q̃a peccatū tp̄is diuturnitate augetur, l. nemo,
C. de Epiſc. aud. & grauius delinquit, qui delin-
quere cōſueuit, §. cū nimis, diſt. 25. ita declarat Ti
raq. d. cau. 42. nu. 14. ita ergo in propoſito tertius
receptans bannitū toleratū excuſatur, quia potuit
credere, vel affidatum, vel reſtitutū, ſed ipſe banni
tus toleratus non pōt ſe excuſare per tolerantiam,
quia eā allegando oſtendit maiorē contemptum.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia lata contra principalem mittitur exequutioni contra eum, qui fideiuſſit de iudicatum ſoluendo abſque nouo proceſſu & libello: ſed ſecus eſt, quando fideiuſſit de ſiſtendo iudicio.*

2 *Statim dictio, denotat non eſſe ferendam ſententiam, nec ſeruandum iudicij ordinem.*

3 *Fideiuſſor iudicatum ſolui, ligatur ſententia lata contra principalem.*

4 *Sententia lata contra abſentem & cōtumacem, mittitur exequutioni cōtra fideiuſſorem iudicatū ſolui: idē in quocūque fideiuſſore accepto in iudicio. nu. 5.*

6 *Stipulatio iudicatū ſolui, finitur lata prima ſententia.*

7 *Fideiuſſor cauſa principalis non tenetur de eo, quod iudicatur in cauſa appellationis.*

8 *Inſtantia cum mutatur, non committitur ſtipulatio iudicatum ſolui.*

9 *Fideiuſſor liberatus p̃ abſolutionē, non tenetur ſi ſnīa retractetur in cauſa appellationis, vbi exornatur.*

10 *Interpretatio fieri non debet, per quam diſpoſitio reddatur inutilis.*

11 *Extenſio fit etiam in pœnalibus, ne diſpoſitio reddatur eluſoria.*

12 *Interpretatio fieri non debet, per quam ſit in facultate partis reddere diſpoſitionem eluſoriam.*

13 *Appellare non licet ab exequutione.*

14 *Appellare non licet a ſententia de exequendo.*

15 *Lites abbreuiari debent.*

16 *Fideiuſſor iudicatum ſolui, non appellat.*

17 *Appellatio eſt omni caſu permiſſa, ſi non reperitur expreſſè prohibita, vbi latè confirmatur.*

18 *Statutū prohibēs appellationē, ſtrictè intelligi debet.*

19 *Appellare licet nedum ei cuius intereſt, ſed etiam ei cuius in futurum intereſſe poteſt.*

20 *Iudex remotus tanquam ſuſpectus poteſt appellare a declaratoria recuſationis.*

21 *Appellare poteſt tertius, cuius intereſt, licèt non inter fuerit cauſa.*

22 *Tertius appellare poteſt in caſibus, quibus alias non licet principali appellare.*

23 *Fideiuſſor uti poteſt omnibus exceptionibus & defenſionibus, quæ competunt principali.*

24 *Defenſio competens reo, competit cuicunque obligato pro eo.*

25 *Fideiuſſor vtitur exceptionibus principalis eo inuito.*

26 *Fideiuſſor appellare poteſt a ſententia lata contra principalem.*

27 *L. a ſententia, ff. de fideiuſſ. eſt indiſtinctè intelligenda in omni fideiuſſore.*

28 *Lex indiſtinctè loquens, generaliter intelligi debet, etiam ſi maior ſit ratio in vno quàm in alio caſu.*

29 *Fideiuſſor iudicatum ſolui, appellat.*

30 *Appellationem eſſe admittendam in dubio eſt pronunciandum.*

31 *Appellationi in dubio deferendum eſt.*

32 *Diſputari de vno ſi contingit, cætera ſupponuntur habilia.*

33 *Appellatione pendente nihil innouari poteſt.*

34 *Appellatione pendente non poteſt exequi ſententia.*

35 *Iudici exequenti impunè poteſt reſiſti.*

36 *Appellatio aufert omnem iuriſdictionem.*

37 *Fateri videtur ſe debitorem eius, quod iudicabitur is, qui in iudicio promittit ſoluere iudicatum.*

38 *Debitum dicitur liquidum & mittitur exequutioni, quando promiſſio fit in iudicio.*

39 *Fideiuſſor iudicatum ſolui, qui non promiſit in iudicio, non exigitur eadem ſententia, ſed nouus proceſſus requiritur.*

40 *Doctor debet intelligi ſecūdum legem, quam allegat.*

41 *Angel. in l. 3. §. fin. ff. iudi. ſolui, reprobatur.*

42 *Duo vincula vbi ſunt, tunc ſublato vno, alterum remanet.*

43 *Angel. in l. 1. ff. iudic. ſolui, declaratur.*

44 *Contractus celebratus in iudicio mittitur exequutioni abſque cauſæ cognitione.*

45 *Contractus factus apud acta, æquiparatur cōfeſſioni.*

46 *Fideiuſſor iudicatum ſolui, non exigitur ſine nouo proceſſu, quando extra iudicium promiſit, licèt iudex eſſet præſens.*

47 *Diſpoſitio ſufficit ſi in aliquo poteſt operari, ne dicatur eluſoria, & ſine effectu.*

48 *Diſpoſitio ſat eſt quod operetur ſecundum naturam eius, de quo eſt facta.*

49 *Appellationis effectum non impedit promiſſio iudicatum ſolui, nec promiſſio rati.*

50 *Stipulatio iudicatum ſolui, continet tacitam conditionem, niſi appelletur.*

51 *Promittēs ſtare ſententiæ, pōt appellare ēt ſi iur. aſſec.*

52 *Fideiuſſor datus in vna inſtantia, licèt liberetur ſi principalis lata ſententia appellet; tamen non liberatur quando ipſemet appellauit, ſed tenetur iudicatum ſeruare.*

Fide-

53 *Fideiuſſor datus in prima inſtãtia, licet non teneatur de iudicato in cauſa appellationis, tamẽ fallit, quando principalis vel fideiuſſor appellauit, & ibi declaratur.*

54 *Bald. in l. Iulianus, num. 2. ff. qui ſatiſd. cogan. impugnatur.*

55 *Tertius poteſt appellare ab exequutione, licèt ſecus ſit in principali.*

56 *Appellare licèt ab exequutore, quando excedit modum, & reycit legitimas exceptiones.*

57 *Appellatur ab exequutore, qui modum excedit, etiã ſi ſtatutum prohibeat appellare ab exequutore.*

58 *Appellatur ab exequutore excedente modum, etiam ſi pars iuraſſet non appellare.*

59 *Appellari poteſt ab exceſſu in omni caſu mundi.*

60 *Plures ſi vnam rem vendunt, quilibet cenſetur vendere pro virili.*

61 *Euictionem præſtat quilibet pro re, quem ipſe nonquam alius vendidit.*

62 *Promiſſio qualibet reſtringitur ad ſuam cauſam.*

63 *Solidi obligatio non intelligitur, niſi ſit expreſſa.*

64 *Fideiubens pro aliquo, intelligitur fideiuſſiſſe pro eo quod ille debebat ex propria perſona.*

65 *Appellare tertio non licet.*

66 *Appellare ab exequutione licet ſemel tantum, non pluries.*

67 *Caſt. in l. a ſententia, n. 4. ff. de appel. quõ intelligatur.*

68 *Relatio fieri debet ad proxima, non ad remota.*

69 *Boſſ. de carcer. fideiuſſ. relax. nu. 60. improbatur.*

70 *Exequutionem fieri ſine nouo proceſſu, quando dicimus, intelligitur, ſi non erit appellatum.*

CONSILIVM CCLXXI.

FRANCISCVS de Induſia Nicenſis
fideiuſſit pro Oliuerio Ottolino ver
ſus ſpec. Iur. conſil. D. Petrum Can
tauenam, & D. Iſabellam eius vxo-
rem, de ſoluendo quicquid foret iu
dicatum contra dictum Oliueriũ occaſione capſi-
næ aliàs Vincentio Clauo patri dictæ Iſabellę ven
ditæ per dictum Oliuerium & fratrẽ, quæ poſtea
fuit euicta: facta deinde condemnatione dicti Oli-
uerij, tentarunt iugales prædicti exequutionẽ con
tra fideiuſſorẽ, qui appellauit ad Excellentiſſimũ
Senatum. quæritur igitur, an ei licuerit appellare.
Et prima facie videtur dicendum quod non, quia
contra fideiuſſorem de iudicatũ ſoluendo fit exe-
1 quutio ſententiæ latæ contra principalẽ † abſque
nouo proceſſu & libello, quicquid ſit in fideiuſſo-
re de iudicio ſiſti, vel contractus. & videtur de hoc
tex. in l. fi. in fi. C. de vſur. rei iud. vbi dicitur fide-
iuſſorem ſtatim compelli: illa dictio ſtatim, deno-
2 tat non † eſſe ferendã ſniãm, vt in Auth. de inceſt.
nup. §. 1. & ſignificat cognitionẽ ſummariã abſq;
aliquo iudicij ordine, & ita arguẽdo cõcludit Bar.
in l. 1. ff. iudi. ſolui, & in l. tale pactum, §. qui prouo
cauit, nu. 2. ff. de pact. vbi Cur. iun. nu. 4. & ligatur
3 fideiuſſor iudicatũ ſolui ſentẽtia lata † cõtra prin-
cipalem, Bal. in l. duobus, §. igitur, ſi quis, ff. de in-
teiur. vbi inquit eſſe ſpeciale in eo, ꝙ etiam non ci-
tatus teneatur, quia fingitur eadem ſnĩa condem-
natus cum principali, & ꝙ nõ citatur, quia cum eo
iudicium nõ agitur, Soc. in conſ. 91. nu. 13. vol. 4. &
ante omnes Spec. in titu. de exeq. ſent. §. ſequitur,
nu. 10. quia cẽſetur talis fideiuſſor promiſiſſe iudi-
catum rei, & ſi eſſet contra ipſum ferenda ſnĩa, vi-
deretur promiſiſſe iudicatũ proprium, & niſi con-
tra eũ fieret exequutio, ſnĩa vnius iudicij, eſſet al-
terius iudicij principiũ, quod eſſe non debet. hanc
etiam opinionem tenet Gui. Papæ q. 26. vbi refert
Io. Andr. Cyn. Gul. Cun. & Alber. Anchar. in c. 1.
extra de iureiu. Iaſ. in l. 2. §. in fideiuſſorem, nu. 2.
ff. qui ſatiſd. cog. vbi cõem dicit, Rim. in cõſ. 370.
nu. 8. vol. 2. Bero. in conſ. 202. nu. 34. & 36. vol. 3.
Roder. Suarez in l. poſt rem iudicatam, in 9. no. ff.
de re iud. nu. 1. vbi ampliat etiam qñ ſit pactum de
præterito iudicato ſoluendo, adducit tex. quem di
cit vnicum in l. tale pactum, §. qui prouocauit, ff.
de pact. vbi Bal. col. 5. verſ. 4. ſic oppono, Marſil. in
rubr. ff. de fideiuſſ. nu. 344. Cagnol. in l. nullam, §.
nemo alienæ, in fin. ff. de reg. iur. Maran. de ordine
iud. in 6. p. §. propoſui, nu. 32. fol. mihi 224. Clar.
in pract. crim. §. fi. q. 95. in fi. prin. & Boſſ. in tit. de
carcer. fideiuſſ. relax. nu. 60. & adeo verum eſt ꝙ
etſi lata ſit ſnĩa contra principalem abſentem &
4 contumacem, mittitur † nihilominus exequutioni
contra fideiuſſorem, vt probatur in l. 1. l. cum quę-
rebatur, l. iudicatum ſolui, ff. iud. ſolui, Bero. d. cõ-
5 ſil. 202. nu. 34. & eſt regulare in fideiuſſore † acce-
pto in iudicio, ſecundum Glo. in cap. 1. de iniur. &
dam. dato, in ſexto, Bero. dicto conſil. num. 36.

Secundò, ꝙ nõ liceat appellare probatur, quia
ſi fideiuſſor poſſet a ſnĩa lata contra principalem
appellare, vtique nunquam contra eum fieret exe
quutio, quia ſemper appellaret & appellando libe
raret ſe ab obligatione, & hoc modo eluderet iudi
cem, partem, & iudicium: nam lata prima ſentẽtia
6 finitur ſtipulatio iudicatũ † ſolui, vt eſt gl. magna
in Auth. de his, qui ingred. ad appell. in princ. & in
Auth. de exhib. reis, in §. ſuſceptum, Ang. in l. cum
apud, col. fin. ff. iud. ſol. vbi quod ideo in cauſa ap-
pellationis eſt iterum ſatiſdandũ, cum lata prima
ſnĩa finita ſit fideiuſſio præſtita. & dicit ille text. in
l. cum apud, ꝙ fideiuſſor cauſæ principalis non te-
7 netur † de eo, quod eſt iudicatum in cauſa appella
tionis, & mutatio inſtantiæ impedit ne cõmittatur
8 † ſtipulatio, l. cum lite mortua, ff. iud. ſolui. & dicit
Bar. quẽ alij ſequuntur, in l. 1. ff. de pact. ꝙ fideiuſ-
ſor liberatus per abſolutoriã non tenetur retracta
9 ta † ſnĩa in cauſa appellationis, & ꝙ ita ſeruatum
fuit in Ciuitate Bononiæ. & dicit Bar. in l. nõ a iu-
dice, §. 1. ff. de iud. ꝙ cautio iudicatum ſolui, in vna
inſtantia interpoſita non committitur, ſi ex alia iu
dicetur. & idem ibi dicit Bal. Ro. conſ. 210. in prin.
Bal. in l. Iulianus, col. 3. nu. 1. ff. qui ſatiſd. cogan. &
dicit Bar. in l. Græcè, §. & poſt, ff. de fideiuſſ. quod
perempta inſtantia cauſæ liberatur fideiuſ. & con-
cludit Imola in conſ. 83. fideiuſſorem in cauſa ap-
pellationis non teneri pro cauſa principali, & latè
proſequitur Soc. in conſ. 91. ferè per totum, vol. 4.

vbi fortius concludit liberari fideiuſſorē lata ſnĩa
abſolutoria ſub quadam reſeruatione ēt ſi poſtea
eueniat caſus reſeruatus, Dec. in l.2.nu.53. C.de
eden.vbi inquit ꝙ fideiuſſor datus in cauſa princi
pali,non tenetur in cauſa appellationis,quia fide-
iuſsio eſt ſtricti iuris,Mattheſ. nu.177. Bero. ſam.
q.71.& in conſi. 14.nu.6.vel 3.Marſi.in ſing.313.
& in rub.ff.de fideiuſ.nu. 108.vbi ponit, an datus
in cauſa appellationis teneatur pro eo,quod iudi-
catũ fuit in cauſa principali, Fran.de Marc. in de-
ciſ.357.in 2.par.vbi poſt alios per eũ relatos,dicit
ꝙ lata prima ſnĩa liberatur fideiuſsor ēt ſi ſenten-
tia eſſet condemnatoria , & reus appellauerit , &
ſnĩa ſit a iudice appellationis confirmata,quia nõ
oritur actio iudicati ex prima ſnĩa , ſed ex ſentẽtia
appellationis confirmatoria primæ, Boſ. d.tit.de
carce.fideiuſ.relax.nu.55. Afflic.in conſtit. incip.
ſæpe contingit,in 2.not. Nat.in conſ.202.num.3.
Clar.d.§.fi.q.45.ver.ſis tñ cautus.& non dēt fieri
interpretatio , per quam ſtipulatio vel fideiuſsio
30 † reddatur inutilis & eluſoria,c.ſi Papa, de priui.
in 6.l.ſi prætor,ff.de iudic.l.fin.ff, ne quid in loco
pub.Crau.in conſ.118.nu.24.& in cõſ.175.nu.3.
& dicit Alc.in conſ.81.nu.3.vol.6.quod nõ debe-
mus interpretari diſpoſitionē ſuperuacuè & ludi-
briè factã;& ne diſpoſitio reddatur illuſoria extē-
31 ditur ēt in pœnalibus,† vt per Gozad.in conſi.5.
& latè alios ponit D.Becius in conſi.41.num. 20.
Menoch.in conſi.37.nu.120.& conſi. 80.nu. 37.
& non debet interpretatio fieri, per quam ſit in fa
32 cultate partis reddere diſpoſitionem † eluſoriam,
arg.l.2.§.ſed ſi agant,in fin.ff.de iud.l.ne in pote-
ſtate, ff.de arbitr. vt igitur aliquid operetur fide-
iuſsio de iudicatum ſoluendo, & non ſit eluſoria,
dicendum eſt non licere fideiuſſori appellare.

Tertiò, quia cõtra fideiuſsorē proceditur exe-
quutiuè,vt dictũ eſt ſupra in primo fundamento,
33 & ab exequutione non † licet appellare, l.ab exe-
quutione,C.quor.app.non recip.l. ab exequuto-
re,ff.de appel.imo nec a ſententia de exequendo,
34 † ſm gl.in l.ſi cum exceptione, §.in hoc, in verſi.
datam,ver.ſed tñ dic,ff.quod me.cau.Io.And.ad
Spe.in tit.de appel.§.in quib.ver.& ſcias,Spec.in
tit.de exeq.ſent.§.breuiter,ver.ſed ſm illum,Bar,
d.l.ab exequutore,in primo not.& ibi ēt Ange. &
Imo.Bal.d.l.ab exequutione,But.in c.qđ ad con-
ſultationē,col.1.de re iudic. Caſt.& Fulg.in d.l.ab
exequutione,Alc.in conſ.181.col.pe.vol.6. Capi.
in decis.1.nu.17.& deciſ.34.nu. 4. Et hãc opinio-
nē dicit communem Alex.in conſ.95.col.2.vol.2.
Fely.d.c.quod ad conſultationē,col.9. Dec. in c.
nouit,in quarto not.de app. Ruy.in cõſ.78.col.1.
vol.5.Grat.in cõſ.109.col.1.vol.2.Bero.in cõſ.32.
nu.5,& ſeq.vol.3.vbi dicit,qđ & ſi aliqui contra-
dicant,tñ nemo dubitat, qñ fuit appellatũ non ab
ordinatione de exequendo,ſed a cõmiſsione exe-
quutionis, quia hæc cõmiſsio eſt pars exequutio-
nis.& idem dicit in conſ. 106.nu.11.eo. vol. alle-
gat Bar.Bal.Ang.Imo.Abb.Saly. & Fel.Bertr.in
conſ.4.nu.15.vol.2.in 1.par.Maran.in 6.par.in fi.
nu.55. Alba in conſi.14. num.1.imo magis cõem
Cor.in conſ.71.nu.20.vol.1.Soc.iun.in cõſ.138.
nu.7.vol.3.Alcia.in l.1,§.ſi quis ita,num.21.ff.de
ver.obl.Crau.in conſ.273.col.pe.in fi.Rol.in cõſ.
43.nu.4.& ſeq.vol.1.Vbi hãc latè defendit. Et hãc
ꝓbare videtur Meno. de adip.poſſ.rem.4.n.827.

Quartò ſi admitteretur appellatio fideiuſſoris,
nũquam contra fideiuſſorē fieret exequutio:quia
cũ tentaretur exequutio contra eũ,ipſe litigaret ꝑ
procuratorē, & daret nouũ fideiuſſorē de iudica-
tũ ſoluendo,condẽnatione poſtea ſequuta, ille fi-
deiuſſor datus appellaret,& ita ꝓcederetur in in-
finitũ,vt dicit Bar.in l.1.nu.2.ff.iu.ſolui,& nũquã
eſſet finis litibus,quę ſi nõ poſſunt tolli,debent tñ
35 † abbreuiari,l.terminato,C.de fruct.& lit.expen.
l.quidã exiſtimauerũt,in fi.ff.ſi cer.pe. Bal.in l.1.
col.2.C.de fur. Soc.in l.ſingulis,ff.de exceptio.rei
iud.& q̃ plures alios refert Neuiz.in cõſ.5.nu.35.

Poſtremò,ꝙ fideiuſſor iudicatũ ſolui nõ appel
36 let,videtur in terminis † dec.Caſt. in l.ſnĩa,nu.4.
ff.de appel. Boſ.in ti.de carc.fideiuſ.relax. nu. 60.

At prædictis minimè refragantibus firmiter te-
neo licere Indulię fideiuſſori appellare a ſnĩa lata
contra principalē,quia pro eo ſtat regula,ꝙ appel
37 latio ſit in oĩbus caſibus † permiſſa,quib. nõ repe
ritur expreſsè ꝓhibita,l.& in maiorib. C. de app.
gl.ordinaria in l.reſtituere,in fi.ff.de rei vendi.vbi
Ang.l.1.vbi Caſtr.ff.ſi quis caut. Fran.in rubr.de
app.col.4.in fi.gl.in §.audient, in ver. perimẽdis,
in Auth.de iudicib.Bar.in l.2.col.2.verſ.quęro,q̃
eſt ratio,C.de appel. Bal.in l.vnica,col.3. C.ſi de
mom.poſſeſſ.Alc.in conſ.113.n.2.vol.1. eſt enim
defenſio,quæ nemini dēt denegari,vt dicit Soc.in
conſ.195.col.2.vol.2.Iaſ.in cõſ.187.col.3.verſi.
confirmantur p̃dicta,vol.2. Dec.in cõſ.34.n.2. &
in conſ.49.nu.2.vbi ideo infert ſtatutũ prohibens
18 † appellationē ſtricte eſſe intelligendũ,quia corri
git ius cõe,ſm qđ licèt cuiq; ter appellare,vt ĩ l.1.
C.qñ app.ſit. quod ēt voluit Anch. mo.quæ.ſam.
li.1.q.43.nu.3.& dicit Ber.in conſi.110.n.30.vol.
3.quod ſm regulas iuris cõis omnis oppreſſus po
teſt appellare,cum ex omni cauſa,& ab omni gra-
uamine de iure conceſſa ſit appellatio , niſi ſit ex
preſsè prohibita,quia eſt cõe oĩum cõdemnatorũ
auxilium,l.cũ minor,in fi.vbi glo.ff.rem rat. hab.
plura Pariſ.conſ.28.num. 10. & ſeq. vol.4. vbi ꝙ
ēt licet diabolo,Grat.in conſ.vlt.nu.2.vol.2. Ma-
ran.in 6.par.verſ.& quãdoq; appellatur, nu.278.
Tiraq.in trac.le mort ſaiſit,in 6.par. declar. 6.nu.
9.Deciſ.Pedem.61.nu.6.& nõ modo licet appel-
lare ei,cuius intereſt,gl.in c.cum ſuper,de re iudi.
intelligendo de intereſſe certo, ſed ēt ei, cuius põt
39 intereſſe in futurum, † & qui licèt ex ſententia nõ
ſentiat damnum, ſuſpicatur tñ, ne ſibi in futurum
inferatur,gl.in c.non ſolent, 2.q.6.& in l.a ſenten-
tia,in princ.ff.de appel.declarat Alba in conſ. 92.
num.5.vbi infert quod iudex, qui per ſententiam
ſuperioris fuit remotus eo quia eſſet vni partium
20 ſuſpectus, † poteſt a ſententia declaratoria recu-
ſationis appellare,quamuis dicat de hoc ſe non vi

diſſe

diſſe deciſionē aliquam in terminis, & ſubdit ſuf-
ficere colotatum partis appellantis intereſſe, alle-
gat Fely. in d.c.cum ſuper, n.16. Nec obſtat, quod
talis appellans nō interuenerit in prima inſtātia,
quia nihilominus ratione intereſſe licet ei appella
re, vt in l.ſi perluſorio, §.1.ff.de appel. Alba.d.cōſ.
21 92.& eſt regulare, qđ ēt tertius, † cuius intereſt,
pōt appellare, l.ab exequutore, §.alio, ff.de appel.
c.cum ſuper, de re iudi.ponit Didac.pract.q.c.14.
in prin.quinimo admittitur tertius ad appellandū
22 in caſibus, † quibus alias non licet appellare, c.ſu-
per eo, de offi.deleg.quem ſingularē dicit Franch.
in c.paſtoralis, in princ.nu. 25. de appell. & mul-
tos caſus, in quibus appellat tertius, quibus alio-
rum non admittuntur appellationes, ponit Con-
tard.in repet.l.vnicæ, in 23.limit.in princ. C.ſi de
mom.poſſ. vbi copioſè agit, Anch.mod.fam.qō.
lib.2.q.44.nu.4.& ſeq.vbi poteſt videri.

Secūdò moueor, quia fideiuſſor pōt vti oībus
23 defenſionibus & exceptionibus † cōpetentibus
ſuo principali, l.2.ff.quę res pign.oblig.nō poſſ.l.
cōſtitutionibus, C.de vſur. vbi Bal. notat qđ de-
24 fenſio ipſo iure cōpetens reo † competit & obli-
gato pro eo, l.oēs, ff.de except.l.tam mādatori, C.
de non num.pec.l.ſi ſtipulatus, in fi.ff.de fideiuſſ.
25 idq; facere pōt inuito & reluctāte † reo principa-
li, l.ſi cui, C.de non num.pec. Bal.in d.l.tā māda-
tori, nu.15.& latè ponit Marſi.in rubr. ff. de fide-
iuſſ.nu.267.& ſeq.Pariſ.in conſ.96.num.39.vol.
3. & nemini dubium eſt, quin poſſit principalis
conductus appellare. eſt enim de hoc text. in l.
alia, Inſt.de ſatiſd.ſicuti igitur appellare potuiſſet
principalis, ita & fideiuſſor.

Tertiò videtur hæc quæſtio terminari per tex.
in l.a ſnīa, ff.de fideiuſſ. vbi dicitur poſſe fideiuſ-
26 ſorē † appellare a ſnīa lata contra principalem, &
ibi hoc no.Bar.nu.2.Imo.in 2.no. & Caſt.n.4. &
quāuis d.l.a ſnīa, nō loquatur expreſsè in fideiuſ-
27 ſore iudicatū ſolui, tñ q2 Indiſtinctè loquitur, † de
28 bet ēt indiſtinctè † intelligi, l.de pretio, ff. de pu-
bli.l.1.& l.generaliter, ff.de leg.prꝰſtādis, Iaſ.l.nō
dubiū, n.38.C.de legib. D.Becius conſ.87.nu.4.
quod procedit quoque, vbi eſt maior ratio in vno
caſu quàm in alio, l.1.§. quod aūt, ff.de aleat.l.in
fraudē, §. vlt. vbi Bald.ff.de teſtam. mil. Crau. in
cōſ.84.n.13.D.Bec.in cōſ.16.n.4. & in fideiuſſo-
re, q promiſit iudicatū ſoluere, quod poſſit appel-
29 lare a ſnīa lata contra † principalē, voluit Caſt.in
l.fi.in fi.C.de vſu.rei iud. mouetur per d.l.a ſnīa,
& Io.Fab.in §.alia, ver.ſed q̄ritur, tex.Inſti.de ſa-
tiſd. & nouiſſimè Anch. moder.fam.qō.li.2.cōcl.
19.nu.6.vbi inquit nō reperiri hoc expreſsè ꝓhi-
bitum, & ante eos Bal.in l.tale pactum, §.qui pro-
uocauit, col.5.verſi.in contrariū arguit, ff.de pact.

Denique ſi poſſet dubium aliquod ſubeſſe, ad-
huc pronunciandū eſt, appellationē admittendā,
30 † ſm glo.in ca.vt debitus, in ver.cauſa, de appell.
Inn.in c.dilectus, il ſecondo, de reſcrip.Bar.in l.1.
col.2.ff.nil nou.appel.pend.Bar.in l.properandū,
§.ſin autē reus, col.2.ver.vlterius nota, C. de iud.
31 & in dubio dēt iudex † appellationē deferre, Spe.
in titu.de appel.§. nunc dicamus, ver. dicunt au-
tem quidam, Archi.in cap.cordi, de appel.in ſex-
to, Io.And.& But.in d.cap.vt debitus, Io.And.in
cap.paſtoralis, vbi Bal.in §.præterea, colum.1.de
offi.deleg.Alex.in conſi.113.colum.1.volum.4.

Quibus ſic ſtantibus, nō obſtat ꝙ cōtra fideiuſ-
ſorē de iudicatū ſoluendo fiat exequutio abſque
libello & nouo proceſſu, quia hoc dēt intelligi dū
modo non ſit appellatū per principalem, vel ipſū
fideiuſſorem: cū enim de vno contingit diſputari,
32 cætera præſupponuntur † habilia, §.in extraneis,
Inſti.de hær.qual.& diff.l.qui teſtō, in prin. ff.de
teſtam.c.2.de ætate, & qual.in 6.Dec.in c.1. in pri
ma lect.n.19.de iudic.& in c.quæ in eccleſiarū, in
prin.de conſt.& vbi eſt appellatū, nihil pōt inno-
33 uari, † vt toto ti.ff.nil nou.appel.pēd.c.ſuper eo,
il primo, extra de appel.ca.ſi a iudice, eo.titu.in 6.
Abb.in rub.extra de appel.& ibi Dec. col.4.verſ.
ſecundo principaliter, Ro.in conſ.37.nu.4.Pariſ.
in conſ.28.n.26.vol.4.Bero.in conſ. 110.nu. 40.
vol.3.Soc.iu.in conſ.75.nu.24.vol.4. Vant.in tit.
quoties & intra qđ temp.nu.48. Nat. conſi.583.
34 nu.5.& ea pendente nō pōt exequi † ſnīa, l.1.vbi
gl.Barto.& alij, ff.nil nou.appel.pend.l.chirogra-
phis, §.fi.ff.de admin. tuto.l.3. vbi Docto. C. de
appel.c.bonæ, & c.dilecto, de appel.c.veniētes, in
fi.de iureiu.Alc.in conſi.99.num.3. vol.5. Iaſ.in
conſ.187.col.7.ver.4.accedat, vol.2.Dec.in cōſi.
97.col.2.Bero.in conſ.116.nu.10.vol.3. Natta in
conſ.583.num.5.& iudici interim exequenti pōt
35 impune † reſiſti, c.quoniam iudice, C.de appell.
Inno. Abb.& Fely.in c.ſi qñ, de of.deleg.aufertur
36 enim per appellationem † oīs iuriſdictio, Bald.in
l.addictos, nu.2.C.de Epiſc.aud. Marā. in prima
diſpu.poſita poſt trac. de ord.iud.n.38.Rol.cōſ.
37.n.12.vol.1, & Doc.qui dicunt exequutiuè ꝓce
di contra fideiuſſorē, intelligunt, niſi aliud obſtet.

Secundò reſpondeo contrariū procedere in fi-
deiuſſore iudicatū ſolui, q ſe in iudicio obligauit
apud acta: is enim patitur ex eadē ſnīa cōtra prin
cipalē lata exequutionē abſq; nouo ꝓceſſu, quia
qui promittit in iudicio ſoluere iudicatū, videtur
37 confiteri ſe debitorē † eius, ꝙ iudicabitur, & con-
tra eum ideo fit exequutio lata ſnīa, ſicuti fit con-
tra confeſſum in iudicio, l.1.ibi, cum & ſoluere co
geris, C.de confeſſ.l.ſi debitori, ff.de iud.& cū ꝓ-
38 miſſio fit in iudicio, debitum † dicitur liquidū iu-
dici vt iudici, & meretur exequutionem, l.2.C.de
exeq.rei iud.ſed vbi fideiuſſor nō promittit in iu-
dicio, ceſsāt oēs dictę rationes: quia licet videatur
fateri, tñ hæc confeſſio tanquā extraiudicialis nō
meretur extēſionē, nec debitū pōt dici liquidū iu-
dici vt iudici; & ceſſante ratione, ceſſat diſpoſitio,
39 Tiraq.ceſſante cau.par.1. nu. 12.& ita † decidit
Spec.in tit.de exequ.ſent.§.ſequitur, n.10. vbi q̄-
rit, an ſnīa lata contra principalē mandetur exe-
quutioni cōtra fideiuſſorē iudicatū ſolui: & poſt-
quam ad vtranque partē arguit ſubdit, ꝙ aut eſt
fideiuſſor in contractu, & ei non præiudicat ſen-

tentia,ſed datur libellus, aut in iudicio fideiuſſit,
& ei nocet ſnĩa lata contra principalem. idẽ con-
cludit Bar,in d.l.1,nu,2.verſ.quid dicemus,ff.iud,
ſol. vbi dicit extenſionem fieri ſine nouo libello
contra fideiuſſorẽ iudicatum ſolui acceptum in iu
dicio,& nu.3.in fine,verſi, in oĩbus, inquit quod
in oĩbus caſibus,quibus ſupra dixerat ſnĩam me-
reri executionem contra fideiuſſorem,intelligitur
dummodo ſtipulatio interpoſita ſit in iudicio &
coram iudice,aliàs ſecus,quia non eſſet liquidum
iudici,nec videtur confeſſio facta corã iudice. hoc
ẽt ſentit ibi Bal.dum intelligit quadrimeſtre datũ
ad ſoluendum cedere fideiuſſori tãtum, qui apud
acta fideiuſſit,& idem Bal.in l.3.§.1.num.1.C.de
vſur.rei iud.vbi vult,quod contra fideiuſſorẽ iudi
catũ ſolui non fiat exequutio, niſi duo concurrãt,
nempè ꝙ fideiuſſerit iudicatum ſolui , & quod id
fecerit apud acta,ita vt fideiuſſio ſit de appendici-
bus iudicij,& conſtet ex ipſo iudicio fideiuſſorem
eſſe obligatũ , & hoc etiam latius declarat ipſe in
addit.ad Spec.in tit.de ſenten.col.9.verſi. itẽ cõ-
tra fideiuſſores, vbi concludit , ꝙ ſi per contractũ
fideiubet quis pro Titio , & promittit iudicatum
ſoluere,talis fideiuſſio nõ eſt iudicialis,neque no
toria iudici, vt iudici , & ideo condemnato Titio
non fit exequutio contra talem fideiuſſorem , ſed
ex ſtipulatu agendũ eſt nouo ꝓceſſu:dicitur enim
potius fideiuſſor contractus, quàm iudicij,l.duo-
bus,§.qui iurauit,ff.de iureiuran.& Bal. ſequitur
Bero. in conſ. 206.nu.30.vol.3. vbi licèt excepto
Baldo in loco prędicto non meminerit de Docto-
ribus ſupracitatis , concludit fideiuſſores obliga-
tos per inſtrumentũ de ſoluendo iudicatum occa-
ſione pacis ruptæ nõ pati exequutionẽ ſine nouo
proceſſu,nec eis nocere ſnĩam latam contra prin-
cipalẽ quoad totale preiudiciũ,& ita loquuntur fe
re oẽs ſupra in contrariũ relati, & ex quo allegant
Bar.in d.l.1.ff.iud.ſolui, intelligi debẽt eo modo,
40 quo loquitur Bart. quem † allegant , argumento
eius,quod not.idem Bar. in l.nõ ſolũ,§. liberatio-
nis,ff.de libe.leg.eſt verum,quod Ang.in l.3.§.fi.
ff.iudic.ſolui, tenet contrarium , & vult ꝙ talis fi-
deiuſſor exigi poſſit ſine nouo proceſſu,quamuis
non ſe obligauerit in iudicio: quia licèt fiat extra
iudicium , cũ tñ in iudicio producitur promiſſio,
iam efficitur de actis,& acta faciunt notorium, ſe-
cundum Inno.in c.ex ratione,de appel. ſed facilè
41 reſponderi † põtnã Bar.in d.l.1.mouetur ex plu-
rimis rationibus,quarum vna eſt quod promittẽs
in iudicio ſoluere iudicatum,videtur fateri ſe debi
torem,& confeſſio facta in iudicio habet paratam
exequutionem.hæc ratio ceſſat in promiſſione fa-
cta extra iudicium : alia vero eſt quod promiſſio
facta in iudicio inducit notorium iudici vt iudici,
& licèt hæc ratio ceſſet , non tñ deſtruitur dictum
Barto.ſed ſuſtinetur ex priori ratione ; & vbi duo
42 ſunt vincula,tunc vno † ſublato non tollitur alte-
rum,l.ſi domus,ff.de ſeru.vrba,prædio. c.poſtre-
mo,de appella.non omitto qđ Ang. in l.1.ff.iudi.
ſolui , tenet quod qui promittit ſoluere quod in
43 ſnĩa continetur,non exigitur † exequutiuè,l. 4.§.
ſi ex cõuentione,ff.de re iudi.l.minor viginti quin
que annis,ſi fideicommiſſum,ff.de minor.& dicit
non reperiri iure cautum quod actus conuentio-
nalis habeat paratã exequutionẽ:ſed hoc non fir-
mo, quia reſponderi põt illud procedere in pro-
miſſione facta extra iudicium,ſecus tñ eſſe qñ fie-
ret in iudicio ſecundum prædicta. & quod con-
44 tractus factus in iudicio mittatur † exequutioni
abſque plena cauſæ cognitione eſt tex.ſecundum
cõem intellectum in l.tale pactũ, §. qui prouoca-
bit,ff.de pact.quẽ ad hoc citat Caſt.in d.l.1.nu.3.
in fine,ff.iudi.ſolui.ſed ante eum Bald.ad Spec.d.
tit.de ſent.col.9. verſi. itẽ contra fideiuſſores,di-
45 cens quod contractus factus apud acta,† æquipa
ratur confeſſioni,& qđ hęc eſt noua ratio:ſed non
eſt verum,quia hanc rationẽ adduxit primo Bar.
in d.l.2.& in loco prædicto Caſt.dicit, quod iura
per Ang.allegata loquuntur,qñ contractus fit ſu-
per ſnĩa iam lata: at ſecus qñ fit ſuper ſnĩa ferẽda,
qñ tñ eſt contra Bal.in d.§.qui prouocauit,col.4.
in princ. verſi.cui oppono, dum dicit , pactũ non
mereri exequutionem niſi fiat ſuper ſententia iã
lata,vt in dicto textu, vel ſuper iudicato ferendo,
& ſubdit hoc alibi non reperiri, & dicit Roderic.
in d.l.poſt rem iudicatam, limit. 9.nu. 1. quod in
d.§.qui prouocauit, eſt caſus vnicus, & per illum
tex. concludit ibi Cur. iun.nu. 24. quod conuen-
tiones factæ in iudicio fomentãtur calore iudicij,
& habẽt exequutionem paratã, & quod ita com-
muniter tenetur,allegat Bar.Bal.Caſtr.& Cano-
niſtas,& nu.4.dicit quod ſicuti pactum de futuro
iudicato ſoluẽdo habet paratam exequutionem,
vt dicit Bar,in d.l.1.pari modo pactum de præte-
rito iudicato.& quod eſt valde mirabile & ſingu-
lare,& quod lectura Bart. eſt multum ſingularis.
Redeundo itaque ad reſolutionem argumẽti, hic
nõ fuit facta promiſſio a fideiuſſore in iudicio,ſed
extra;& ideo licèt contineat iudicatum ſolui, non
poteſt habere exequutionẽ paratã , quod proce-
46 dit etiam ſi eſſet facta coram iudice, † extra tñ iu-
dicium,ſecundum Bar.d.l.1.nu.4.Ruyn.in conſ.
98.num.4.volum.5.

Parum ẽt mouet ſecundum obiectum fundatũ
ſuper ratione ne diſpoſitio poſſit reddi eluſoria,
quia non dicitur ſuperflua diſpoſitio quæ põt ali-
quo caſu operari, vt qñ non eſſet appellatũ a ſen-
tentia;tũc enim fideiuſſio multũ operaretur in fa-
uorem ſtipulatoris, & ſufficit quod actus aliquid
47 operari † poſſit,licèt non in totum operetur,glo.
in l.raptor,C.de rapt.virgin. Calde. in conſi. vlt.
prope fi.tit.de donat.Ro.in cõſ.199. nu.6. Pariſ.
in conſ.110.nu.9.vol.3. Ruy.in conſi. 23.nu. 10.
vol.3.Gozad.in conſi.30.nu.13.Crau.in cõſ.76.
nu.29.& in reſponſo pro genero,nu.84. Cæpha.
in conſ.104.num.17.vbi alios refert D. Becius in
conſi.34.nu.31.conſi.39.nu.27.conſ.82.nu. 21.
Secundo reſpõdetur ſatis eſſe ꝙ promiſſio & obli-
gatio fideiuſſori operetur ſecundũ naturã iudicij,
48 ſuper † quo interpoſita fuit,l.ſi ſtipulatus, ff. de
vſur.

vſur. Bald. in rubr. C. de contrah. emp. nu. 9. Alex.
in conſil. 21. nu. 8. vol. 4. Soc. conſ. 47. nu. 6. vol. 1.
Dec. in l. quoties idem ſermo, nu. 2. ff. de reg. iur.
& in conſ. 473. nu. 11, Gozad. in conſ. 74. num. 16.
Pariſ. in conſ. 20. nu. 74. vol. 1. & in conſ. 5. nu. 44.
vol. 4. natura autem iudicij eſt ꝙ fideiuſſor teneatur
æquè ac principalis, niſi fuerit appellatum, vt
dicit text. in §. alia, Inſt. de ſatiſd. facit l. cum apud,
ff. iud. ſol. & dicit Bald. in d. §. qui prouocauit, col.
5. in fi. ver. quærit gl. quod promiſſio iudicatũ ſol-
49 ui non impedit beneficiũ † appellationis, & idem
dicit de promiſſione rati, per l. 3. §. fina. ff. rem rat.
hab. hæc enim ſtipulatio iudicatum ſolui, tacitam
50 habet conditionem, † niſi appelletur, ſecundum
Cur. iun. d. §. qui prouocauit, nu. 11. & adeo eſt de
51 natura contractus, ꝙ etiam ſi promittens † ſtare
ſententiæ iuret, poterit nihilominus appellare, vt
dicit gl. in c. quod bene, 4. q. 6. Tertio rñdetur nõ
reddi eluſoriam promiſſionem fideiuſſoris, licèt is
appellaret; quia & fideiuſſor datus in vna inſtantia,
non teneatur de alia, nec coram alio iudice, tamen
hoc eſt verum quando principalis ipſe appel
lat: tunc enim liberatur fideiuſſor, etiam ſi prima
ſententia foret confirmata; ſed quando fideiuſſor
52 appellat, tũc tenetur † pro eo quod iudicat iudex,
quem ipſe appellãdo elegit: videtur namq; ſuam
obligationem prorogare ad iudicẽ appellationis,
& ita rñdet in terminis in Fabri in dicto §. alia, in
fin. Inſt. de ſatiſd. Quarto rñdet Guli. Cun. quod
fideiuſſor datus in prima inſtantia, non tenetur de
iudicato in cauſa appellationis, qñ appellatio fiat
53 interpoſita per ſtipulatorẽ: † ſed ſi a ſententia ap-
pellet principalis vel fideiuſſor, tunc non erit liberatus
fideiuſſor, ſed tenebitur ſoluere iudicatum
in cauſa appellationis, quia tunc militat rõ abſurdi,
quod per friuolam appellationem fideiuſſoris
vel principalis liberari poſſet fideiuſſor, quę tamẽ
friuola appellatio non debet patrocinari, l. negociorum,
ff. de re iudi. refert & ſequitur Bal. in l. Iulianus,
nu. 2. ff. qui ſatiſd. cogan. declarando tñ, vt
procedat qñ in cauſa appellationis interpoſitæ a
principali cõfirmatur ſentẽtia primi iudicis, quia
tunc cum agatur ex prima ſententia, nõ autem ex
ſecunda, conueniri poteſt fideiuſſor, ſecus autem
quando in ſecunda aliquid additur vel minuitur;
eo enim caſu quia agendum eſt ex ſecunda & non
ex prima ad quam habita fuit relatio per fideiuſſorem
in ſtipulatione fideiuſſor non tenetur. hæc
tamen reſponſio non placet; quia ſiue ſtipulator,
54 ſiue † promiſſor appellet, ſemper liberatur fideiuſſor
indiſtinctè, vt dicunt gl. Cy. & alij in l. 2. C.
de procur. Bar. Ang. & alij in l. cum apud, ff. iudic.
ſolui. & ratio Guliel. Cun. quòd non debeat eſſe
in poteſtate principalis liberare fideiuſſorem appellando,
nõ releuat, quia ſtipulator ſibi debet imputare,
ſi non petijt in cauſa appellationis nouam
fideiuſſionem, prout poterat, ſecundum not. in d.
l. 2. & ita reſpondet Bart. in d. l. cum apud. & hoc
verum eſt, etiam quando ſententia confirmatur,
quia eo caſu non poteſt agi ex prima, ſed ex ſen-
tentia cõfirmante, l. furti, C. de his, qui not. infam.
& not. in l. eos, C. de appell. Bart. & alij in d. l. cum
apud. & hocquoque modo reſpondetur ad Bald.
in d. l. Iulianus. & opinio Cun. reprobatur expreſſè
per prædictos Docto. & contra eum communiter
tenetur, vt dicit Franc. de March. in deciſ. 357.
inhæreo ergo prioribus reſponſionibus.

Tertium aũt obiectum non reſiſtit, primo quia
multi tenent appellari poſſe a ſentẽtia ſeu pronun
ciatione de exequẽdo: ſed quia alia eſt magis cõis
aliter reſpondeo quod ab exequutione nõ poteſt
appellare ille, contra quem actum fuit, ſed tertius
55 pro ſuo intereſſe poteſt † appellare, vt declarat
Alex. in l. ſæpe, nu. 115. & ſeq. ff. de re iudic. vbi dicit,
cõem eſſe opinionem, quòd dominus non priuetur
ſua poſſeſſione qñ colonus fuit condemnatus,
& facta fuit exequutio in re poſſeſſa per dominum,
dũmodo dominus ſtatim habita notitia ſententiæ
appellet ab illa exequutione, alleg. Inno. &
Imo. idem Alexand. in conſ. 52. nu. 3. & ſeq. vol. 7.
Roland. in conſ. 5. nu. 17. vol. 2. & ita limitat Contard.
in d. l. vnica, limit. 29. nu. 15. & in q. 24. nu. 6.
C. ſi de mom. poſſeſ. vbi pro confirmatione adducit
not. per Franc. in c. paſtoralis, nu. 26. vbi etiam
Abb. de appel. qui vult ſtatutum remouens appel
lationem ab exequutione ſententiarum vel inſtru
mentorum, nõ includere tertios comparentes pro
ſuo intereſſe, ſed tantum nominatos in ſententijs,
vel inſtrumẽtis; numquam enim videtur excluſus
tertius a remedio appellationis, quamuis nominatus
in ſententia repellatur, vt dixi in primo fundamento
huius partis, & Contard. in d. l. vnica, limi.
24. plures caſus refert, in quib. appellat tertius, nõ
autem nominatus in ſententia, quamuis itaq; con
demnatus non poſſit ab exequutione appellare, tamen
appellabit fideiuſſor, & ita etiam limitat Capic.
deciſ. prima, nu. 17. verſic. ſed quo ad caſum.

Rñdetur ſecundò, ꝙ & ſi nõ poſſit ab exequutore
appellari, regulariter tñ hoc fallit, qñ iudex
56 modum † exceſſit; quia tunc a tali exceſſu, licèt ap
pellare, vt eſt tex. in l. ab exequutione, C. quorum
appell. non recip. Bar. in d. l. ab exequutore, vbi ẽt
Imola, ff. de appel. Bald. & Caſtrenſ. in d. l. ab exequutione,
Abb. in c. quod ad conſultationẽ, nu. 10.
de re iudi. vbi adducit rationem, quia excedendo
grauat, ideo poteſt appellari: & ita ceſſat ratio regulæ,
quod nõ appelletur ab exequutore, quæ eſt,
quia exequutio non grauat, ſed ſententia, & ideo
a ſententia grauante appellandum eſt, non ab exe
quutione, quæ nullum nouum affert grauamen;
Cępol. in caut. 44. verſ. regulare eſt, vbi poſt Ang.
ampliat, etiam ſi ex forma ſtatuti non poſſit appel
57 lari † ab exequutione, quia admittenda erit appel
latio; ſi exequutor, vel iudex modum excedat in
exequendo; Butr. in conſ. 74. num. 4. Alex. in conſil.
95. num. 6. verſic. nec in dicta pronuntia, vol. 2.
& in conſi. 85. num. 6. vol. 5. Guido Papæ in quæſtio.
574. num. 2. Iaſ. in l. 2. num. 19. verſic. & ſi iudex,
ff. de re iud. vbi Ripa, num. 10. Felyn. in dicto
c. quod ad conſultationem, colum. 9. verſic. limita

68 relatio fieri dēt ad ꝓxima † & immediata, nō ad remota, gl. in l. 1. ff. de leg. pręſ. Abb. in cōſ. 78. col. 2. vol. 2. Bart. Caſtr. & alij per illum tex. in ſi. in l. hæredes palam, §. ſed ſi notam, ff. de teſtam. & ita intelligēdo, defenditur Caſtr. a contrarietate, quā incurriſſet, attento quod in l. ſi. C. de vſur. rei iud. apertè tenet quod fideiuſſor iudicatū ſolui appellet. ſimiliter non eſt attendenda opinio Boſſ. in d. tit. de carcer. fideiuſ. relax. quia contrarium tenēt Bal. Caſtr. Fab. & Anchar. ſupra allegati, & Boſſ.
69 † nihil allegat ad probandū, quod fideiuſſor iudicatū ſolui non appellet, præter Bar. in d. l. a ſnīa, & in l. ſi quis reū, vbi nihil dicit circa appellationē, ſed ſolū ponit differentiam inter fideiuſſorē contractus, & fideiuſſorem iudicatū ſolui: quoad hoc vt ſnīa lata contra principalem mittatur executioni abſque nouo proceſſu contra fideiuſſorē, & non eſt bona conſequentia, quam facit Boſſ. dum inquit, non poſſe fideiuſſorem appellare, quia cōtra eū ſit executio ſine nouo proceſſu, quia qđ dicitur executionē fieri ſine nouo proceſſu, in-
70 telligitur † dummodo non ſit appellatum, vt eſt text. in d. §. alia, Inſtit. de ſatiſd. & fideiuſſio iudicatum ſolui continet hanc conditionem, niſi fuerit appellatum, Curt. iun. d. §. qui prouocauit. dixi ſupra in ſecunda reſolutione ſecundi obiecti.

SVMMARIVM.

1 Subditi tenentur curare ſalutem domini, & eius hoſtes vitare.
2 Dominus loci poteſt ſtatuere, quòd forenſes non recipiantur ſine conſignatione.
3 Dominus loci forenſibus prohibere poteſt ingreſſum ſuæ ciuitatis.
4 Dominus fundi interdicere poteſt, ne quis eum fundum ingrediatur, etiam venandi cauſa.
5 Actum, qui poteſt facere, illum quoque poteſt qualificare.
6 Vaſſallus poteſt facere edicta pœnalia, ſi inueſtitus eſt cum iuriſdictione, mero, & mixto imperio.
7 Statuendi facultas pendet à iuriſdictione.
8 Proœmium oſtendit cauſam finalem.
9 Cauſa ceſſante, ceſſat effectus, & idem eſt in cauſa prohibitionis.
10 Proclamatis pœna non remittitur, quando eius cauſa ceſſant.
11 Præcepta eccleſiæ non obligant in foro conſcientiæ, quando finis eccleſiæ eiuſque intentio non violatur.
12 Certificandus non eſt, qui iam eſt certus, præcipuè quando denunciatio requiritur ad inducendum ſcientiam.
13 Villa excuſatur ſi nō denunciauit maleficium, quādo iudex ab alio fuerat certificatus.
14 Scientia quādo pro forma requiritur, ſufficit ſi præſumptiuè habeatur.
15 Neceſſitas facit licitum quod erat illicitum, & multa cogit.
16 Gabellam ſoluere non tenetur nauis, quæ ventorum impetu ad portum fuit appulſa.
17 Cauſa qualibet excuſat à pœna.
18 Proclama. In dubio ſit interpretatione, pœna proclamatis commutatur.

CONSILIVM CCLXXII.

ILLVSTRISSIMVM Cōſilium a ſecretis excepit honorificè Principē quendam Taurino venientem, eiuſque aulicos data ſingulis teſſera in domos priuatorū diſtribuit: fuit aūt quæſitum, num eorum receptatores, qui ſecundum formā generalis edicti nomina & cognomina non conſignarunt, plecti poſſint pœna edicti? & nō eſt dubium, quin Sereniſſimus Dux Mantuæ poſſit ſtatuere, ne quis recipiat forēſem, niſi eum conſignet officiali ad hoc deputato: cum
1 enim teneantur ſubditi † ſalutē Dñi procurare, & eius inimicos vitare, non aūt fouere, cap. primo, qual. vaſſall. iura. debe. fidel. c. primo, quæ fuit prima cau. benef. amitten. & vbique Aluar. pōt Dñs
2 ſtatuere, ne recipiantur forenſes † ſine conſignatione, & hoc probatur ex textu, quem ibi ad hoc notat Ange. in §. ſi vero aliqui voluerint, & in §. ſi vero liberi, in Auth. de quæſtor. dicit enim Ange. ibi, text. eſſe notandū pro conſuetudine Dñorum Lōbardię, qui habent in eorū ciuitatibus eos, qui explorantur nomina forenſium aduenientium, & cauſas; & ꝑ hęc iura ita tenet Bru. in conſ. 204. &
3 cōprobatur, quia Dñs † loci pōt forēſibus prohibere ingreſſum ciuitatis, vt voluit Bal. in c. primo, de forma fidel. quem citat & ſequitur Ruy. in cōſ. 28. num. 15. vol. primo, Brun. poſt Aluar. d. conſ. 274. colum. ſecunda: imò priuatus quilibet prohi-
4 bere poteſt, ne quis † fundum ſuum ingrediatur, §. planè, Inſtitu. de rer. diuiſ. vbi etiam ſi cauſa venandi, vel piſcandi, Imo. in l. 3. §. Nerua, in ſi. ff. de acquir. poſſ. vbi monet fundi dominū, quòd proclamari faciat, ne quis ſuum ingrediatur fundum, Bertran. conſ. 61. nu. 5. volum. primo. ſi ergo pōt abſolutè prohibere ingreſſum, multo magis poterit prohibere, ne quis forenſem recipiat ſine con-
5 ſignatione, quia actum, qui poteſt † facere, poteſt etiam illum qualificare, Caſtrē. in l. nemo poteſt, in fine vbi Alexan. num. 18. ff. de leg. primo, Cra. in conſ. 217. nu. 2. ver. & ſi licet, D. Becius in conſ. 101. num. 27. & facilius poteſt quid modificari quàm in totum prohiberi, vt dicimus de legitima & alijs; & dominus loci, qui perpetuam habet iuriſdictionem cum mero, & mixto imperio, poteſt
6 pœnalia proclamata † facere, & ſtatuta condere, cap. 2. de maior. & obed. cap. 2. de conſtitut. in 6. Barto. in l. omnes populi, num. 8. ff. de iuſt. & iur. Barto. Bald. & Dec. in l. prima, ff. quod quiſque iur. D. Becius in conſ. 4. numero primo. quia po-
7 teſtas † ſtatuendi pendet à iuriſdictione, l. nulli, C. de ſenten. l. 1. cum glo. C. de iuriſd. om. iud. c. cum eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtitu.

Sed etſi validum ſit edictū, exiſtimo tñ nobiles receptatores aulicorum nō poſſe moleſtari ea de cauſa: edictum enim de conſignando hoſpites forenſes, ideo factum eſt, vt Domino innoteſcat numerus,

merus, & qualitas eorum qui ciuitatē ingrediun-
tur, ſatque ibi pernoctāt: ita.n.dicitur in proœmio,
8 quod † oſtēdit finalem cauſam, l.1.ff.ad Maced.l.
fin.ff.de hær. inſtit. & vbi expreſsè non legeretur,
haberetur pro expreſſa, ex quo ſolo aſſignari pōt,
glo.in l.quamuis, C.de fideic.Abb.Rom.& Alex.
quos citat D. Becius in conſil.62. nu.10.Crot. in
conſi.18.nu.2.Cur.ſen. in conſi.11. col.3.verſ.6.
adduco, Ripa in l.ſi conſtante, nu.65.ff.ſol.matr.
Crau.de antiq.tempor.par.4.in princ.nu.83.pr̨æ-
cipuè cum ea ipſa rōne ſuſtineatur edictū, vt dixi
in princ.hæc autem ceſſat quando per teſſerā, ſeu
bulletam facta fuit diſtributio a ſuperiore, & cui
nobilis hoſpes eſt aſſignatus iuſſu domini, quia ſit
diſtributio nominatiuè cū nomine, cognomine,
& numero perſonarum, vt legitur ex ipſis bulletis
9 trāſmiſſis. ceſſante autem cauſa † edicti, ceſſat edi-
4.c.5.num.37. Deciſ.Pedem.95.num.20. Cæph.
in conſi.58.& Silua.in conſil.66.& alibi ſæpe Do
ctores, qui dicunt Principem poſſe immunitatem
concedere, quia vti poteſt clauſula, non obſtanti-
bus, quod inferioribus non licet.

Secundò moueor, quia Princeps põt concedẽ-
8 do priuilegium, vel etiam reſcribẽdo, tollere † ius
priuatorum, quod non eſt quęſitum, ſed quærẽ-
dum, vt eſt ius collectandi vnum, Silua. in conſil.
66.nu.9. vbi loquendo de Marchione Montisfer-
rati, & nunc Duce, inquit potuiſſe eum tollere cõ-
munitati Balzolæ facultatẽ collectandi Illuſtriſſi-
mos Dominos Sangeorgios, concedendo eis im-
munitatem, & ibi nu.11. ſubdit hoc procedere in
dubio, q̃n ius collectandi fundatur ſola cõſuetudi
ne, vt quia is, qui eximitur ſit foreníis, & nõ ſubdi
tus: quia cũ tale ius ſit poſitiuum, facilè tolli põt,
vt voluit Bal.Campeg.Roch.de Cur.& Curt.iun.
in locis per eũ citatis, & in eodem caſu hoc voluit
Cæphal.in conſ.58.nu.58.& ſeq. qui loquitur de
immunitate in noſtris terminis, ideo non curo eo-
rum referre fundamenta, ſed quod Princeps quę-
rendum ius pro arbitrio ſubuertere poſſit, plures
cumulat D. Becius in conſil.56.nu.36.& ſeq. Al-
ciat.in tract.præſ.reg.3.præſ.11.nu.6.in propoſi-
to autem communitatib. prædictis nullũ eſt quę-
ſitum ius contra dictos Dominos fratres, ergo po
tuit a Principe tolli, quod ſpe tãtum competebat.
1. Tertiò quod onus accreſcat cæteris, & tenean-
tur alij de vniuerſitate ſuſtinere portionem con-
tingentẽ prædictis Dominis fratribus, probatur
per tex. in l.ab omnib. ff.de lega.1. vbi ſi teſtator
aliquẽ ex hæredib. eximit ab onere legatorũ, alij
hæredes tenentur inſolidum, & ibi notant omnes:
9 valet † enim argumentum a teſtatore ad legem, l.
ſeruus hac lege, ff.de manumiſſio.l.ſi ita fuerit ſer-
uis duob.in fi.vbi no.Bart.ff.de manumiſ. teſtam.
Euerar.loco 52. in princ. & ideo ſicuti in diſpoſi-
tione teſtatoris onus exempti accreſcit cæteris, ita
iudicare debemus in diſpoſitione Principis, quan
do vnum liberat a collectis vel oneribus.

Quartò facit, quia onera a Principe imponun-
tur non ſingulis, ſed vniuerſitati; ideo ſi vnus exi-
10 matur, ſoluitur integrè † per alios. ita decidit Bal.
in c.ſecundò requiris, in fi.de appell.ſequitur Iaſ.
in d.l.auus, nu.11.ff.de pact.addo Cardin.in cle.
præſenti, quæſt.vltima, de cenſib. Felyn.in c.acce-
dentes, col.antepen.in fine, ver.adde etiam, & col.
penult.ver. ſecunda concluſio, de præſcript.& rõ
eſt, quia vno dempto non deſinit eſſe vniuerſitas:
& ideo inquit Bart.in l.2.C.de apoch.lib.10.& in
l.4.§.actor, nu.8.ff.de re iudica.quod impoſita col
11 lecta † ſi vnus non poteſt ſoluere, grauantur alij
ad portionem illius, Iaſ.d.l.auus, nu.11. Alex.in l.
2.C.de omni agro deſer.lib.10.Iaſ.d.§.actor, com
munem dicit Feſtaſ. de collect.par.4.c.2.nu.67.

Quintò multi Doctores indiſtinctè dicũt quod
12 conceſſa vni immunitate, † grauantur alij ad il-
lius portionem, præcipuè Iac. Butr. & Bart. in
l.ab omnibus, ff. de lega.2. vbi Imola dicit opi-

nionem Spec,ſup.in contrarium relatam eſſe con-
tra illũ tex.& nõ eſſe veram, Bal.in l.ſi generaliter,
ff.de pact.Anch.in cõſ. 10.alios citat Fel.in d.c.ac-
cedentes,col.pen.circa prin.Caſtr. cõſ.187.vol.2.
Sextò diſtinguunt Doct.inter Principem habẽ
tem iura Imperij,& alium inferiorẽ:primus enim
ſi onus imponat,& ab eo aliquem eximat, non te
netur quicquã de ſuo emolumento detrahere,ſed
adhuc integrum ab alijs recipit: inferior autem te
netur portionẽ immuni contingentem accepto fe
33 re.ita originaliter declarando † diſtinguit Abb.in
d.c.accedẽtes,nu.8.ver.tertio caſu,vbi dicit ſic in-
telligi Spe.Io.Andr.& alios,qui videntur contra-
rium tenere;& loquitur in Papa,& Imperatore,&
cũ eo tranſit Fely.ibi,col.pen.in prima concl.ver-
bo,hanc concluſionem intellige. vbi ſic declarat
eorum opinionem,qui dicebant quòd immunitas
præiudicat ſoli concedenti, non alijs; & ſubdit q
ſi concedatur a Papa,vel Imperatore, ſeruãda eſt
exemptio,quodcunque cõcernat onus,& hoc mo
do quieſcunt contrarietates,quæ ſunt inter Doct.
Caſtren.in d.conſil.187.col.fi.vol.2. vbi loquen-
do de conceſſione imperiali dicit,eam non afferre
damnum concedenti, quia eius portio per alios
portatur,Ruy.in conſi.125.num.3.& 6. vol.4.vbi
diſtinguit inter habentes iura imperij & alios, &
cum eiuſmodi diſtinctione tranſiuit etiam Natta
in conſi.160.num.37. vbi dicit Principem non te
neri reſarcire damnum,quia onus accreſcit. idem
dicit in conſi.397.num.12. vbi quod reliquis ac-
creſcit, quando ſummus Princeps facit aliquem
immunem,Cæphal.in conſi.58.num.49.& 62. &
Boſſ.in tit.de Princip.num.164.dicit quod Prin-
ceps poteſt immunitatem concedere in præiudi-
cium tertij. In propoſito autem agimus nõ de ſim
plici domino vnius Caſtri, nec de inferiore Prin-
cipe, ſed de Sereniſſimo Domino Duce Mantuæ
& Montisferrati,quia magnus eſt Dux,& iura ha
34 bet imperij,† poteſtque in Ducatu, quantum Im
perator in toto imperij, vt poſt Iaſ. Nattam, Cę-
phal.& D. Becium dixi in conſil.1.nume.12. & in
terminis,quod Dux Mantuę & Montisferrati poſ
ſit immunitatem concedere in pręiudicium tertij,
ponit Cęphal.in conſi.58.nu.52.& 62.& Silua.in
conſi.66.nu.10. vbi dicit quod in ſuo ſtatu æqui-
paratur nedum Regi,ſed etiam Imperatori, & Cę
phal.in loco prædicto dicit quod hæc facultas fuit
ſibi ab Imperatori conceſſa, & eam lõgiſſimo tem
pore pręſcripſit,& eiuſmodi diſtinctio non eſt ver
balis,ſed habet rationem diuerſitatis inter ſupre-
mum,qui habet iura imperij vel inferiorem domi
num,nam inferior non poteſt concedere alicui im
munitatem, niſi in ſuum præiudicium: ſuperior
autem poteſt eam dare in præiudicium aliorum,
ſecundum tex.in l.vacuatis,glo. Bart.& alij, C.de
decurio. lib. 10. hanc rationem ponunt Abb. Fel.
& Natta in prædictis locis.
Septimò conceſſa fuit Domino Rolando im-
munitas propter merita,vt dicitur in priuilegio in
actis producto, & ideo nocet alijs, etiam ſi fuiſſet
ab inferiore conceſſa: nam & ſi regulariter infe-
rior,vt dixi, non poſſit cõcedere immunitatem in
præiudicium: tamen hoc fallit, quando concedit
35 cũ cauſa,quia valet & nocet omnibus,& tunc † ac
creſcit cæteris,ita Abb.in d.c.accedentes, nu.8.al
legat Bar.in d.l.vacuatis, in fi.Ruyn. d.conſi.125.
nu.6.Feſtaſ.d.par.4.c.2.nu.88. Cęph.d.conſi.58.
nu.63.& quamuis cauſa ſecundum prædictos de-
beat concernere publicam vtilitatem,tamen benè
dicitur ob cauſam publicam,quando facta fuit im
munitas propter merita,ideſt propter ſeruitia pręſtita Sereniſſimo Duci, qui dicitur caput Reipu-
blicæ,Affl.in tit.quæ ſint regalia,nu.153.& in ter-
minis declarat Cæph. d.conſi.58.num.63. & ſeq.
vbi loquitur de antiquo Marchione Mõtisferrati.
His itaque non obſtat, quod vbi onus pertine-
bat ad concedentẽ; tunc non accreſcat alijs: quia
reſpondeo hanc ſententiam eſſe veram in inferio-
re cõcedente immunitatem:at ſecus in ſuperiore,
qui poteſt vnum reddere immunem in aliorũ prę-
iudicium,per ea quæ ſup.dixi in ſexto fundamen-
to huius partis,atque ita in ſpecie declarant Abb.
& Fel.in d.c.accedentes, Ruyn.d.conſ.125.& quã
uis Feſtaſ. loco in contrariũ citato confundat hãc
diſtinctionem: tamen nulla vtitur bona ratione,
imo extat in contrariũ ratio,quam ipſe ſenſit qui-
dem,ſed nõ ſuſtulit: nam communis diſtinctio eſt
quod immunitas poteſt a ſuperiore cõcedi in præ
iudicium tertij cum derogatione iurium obſtan-
tium,vt ipſe dixit,nu.84.ergo ſuſtinetur & quoad
pręiudicium aliorũ,quibus onus accreſcit, & hoc
caſu non poteſt reſtringi ad præiudicium concedẽ
tis, cum poſſit facere in præiudicium aliorum, &
non poteſt tertij præiudiciũ conſiderari,niſi quan
do onus accreſcit alijs: vbi verò non accreſcit,nul
lum vertitur præiudicium,aut intereſſe. igitur tũc
ſemper accreſcit cæteris, quando conceditur ab
eo qui poteſt alijs præiudicare, alias fruſtra tracta
retur, an immunitas poſſit concedi ab inferiore,
cum quoad ſuum pręiudicium quilibet poſſit con
36 cedere immunitatem, vt de cõmunitate † inquit
glo.in d.l.vacuatis,in princ. & in l.1. C.de decret.
decur.lib.10.Iaſ.in conſil.191.num.1.vol.4. Ne-
uiza.conſi.66.nu.34.Bello.conſ.37.nu.4.Deciſ.
Pedem.95.nume.25.& ſeq. Feſtaſ.d.tract.par.4.
cap.4.num.54. Hæc verò multo magis procedũt,
quando conſtat de voluntate concedentis: quia
voluit pręiudicare tertio,nam etiam quando Prin
ceps poteſt tertio præiudicare, non tamen præſu-
mitur hoc facere;& hoc eſt fortè quod voluit dice
re Feſtaſ.loco prædicto. ſed in caſu noſtro conſtat
ex lectura priuilegij quoad extraordinaria onera,
quæ non concernunt publicam vtilitatem Princi-
pem voluiſſe communitati præiudicare, id quod
ex pluribus deducitur. Primò ex clauſula,non ob
37 ſtãte,quę iuncta cũ clauſula, motu proprio, † con
tinet derogationẽ iuris tertij, Lap. Imola,& Gem.
in c.ſi propter, de reſcrip.in 6.Socin. in conſi.63.
nu.9.vol.3.Ruin.conſi.98.nu.13.vol.2.D.Becius
conſi.56.nume.48.Cæphal.conſil.302. num.45.

Secun-

18 Secundò ex clauſula, ex certa ſcientia, † quæ idip-
ſum operatur, Alex. conſil. 216. colum. 6. volum. 2.
Anan. Dec. & alij, quos citat D. Bec. d. conſil. 56.
nu. 46. & Cæphal. d. conſ. 302. nu. 33. Tertiò clau-
19 ſula, de plenitudine poteſtatis, quæ † arguit Prin-
cipem auferre velle ius partis, ſecundum Innoc. &
Butr. in cap. quæ in eccleſiarum, de conſtit. Ruyn.
in conſil. 161. nu. 30. volum. 2. D. Bec. loco prædi-
cto, num. 48. & Cæphal. loco citato, nu. 38. & licèt
videantur in dubio dictæ clauſulæ tollere ſolum
modicum ius, & operentur ſolum leue præiudiciũ
tertij, vt per Alc. d. reg. 3. limit. 11. num. 5. tamen
hoc eſt verum, quando vna tantum ex eis fuit op-
poſita: at ſi plures ſint cumulatæ, tunc operantur
20 etiã † quoad graue præiudicium, Alex. in l. ſi quis
iniquum, §. ſi is, pro quo, num. 7. ff. quod quiſque
iur. Gozad. in conſi. 5. nu. 16. Crauet. in conſil. 182.
nu. 13. vbi dicit quòd dictæ clauſulæ ſimul iunctæ
operantur quo ad notabile tertij præiudiciũ, Nat-
ta conſil. 420. nu. 4. D. Becius d. conſ. 56. num. 49.
Cępha. d. conſ. 302. nu. 40. in quibus locis ponunt
de cumulatione clauſularum. Quartò enixè hæc
voluntas oſtenditur, quia Princeps loquendo de
onerib. ordinarijs, & de extraordinarijs, quæ con-
cernunt vtilitatem publicam, mandat Theſaura-
rio ſuo, quod in exonus vniuerſitatum acceptet
portionem contingentem Domino Rolando; quo
verò ad alia onera, mandat indiſtinctè Dominum
Rolandum filios & nepotes non moleſtari, & ni-
hil ordinat, an ſua portio ſit acceptanda, vel ne; at-
que ideo idem eſt, ac ſi pro eis ſtatuiſſet non acce-
21 ptari. incluſio † enim vnius, eſt excluſio alterius, c.
nonne bene dicimus, de præſumpt. vbi qui ex duo
bus propoſitis vnum negat, alterum affirmare vi-
detur, & eſt tex. in l. tribunus, §. fin. ff. de teſtam. mi
lit. vbi Bald. in 3. notab. dicit quòd qui vnum ap-
probat, cẽſetur alia reprobare, & illum textũ mul-
tis deciſionib. exornat D. Becius in cõſ. 55. nu. 11.
& ſeq. & Rol. in conſ. 61. nu. 11. & ſeq. vol. 3. Meno.
in conſ. 86. nu. 26. & dicit Alex. in conſ. 158. nu. 9.
vol. 6. quòd vbi teſtator in aliquo caſu ſubſtituit,
cenſetur in caſu omiſſo contrariam facere diſpoſi-
tionem, & dicit Caſt. in l. appellanti, ff. de appella.
recip. quòd appellans ab vno capitulo ſententiæ,
cenſetur in alijs approbare ſententiã: ſi enim Prin
ceps uoluiſſet in ſui præiudicium concedere im-
munitatem, non in præiudicium Communitatis
22 id dixiſſet, † ſicuti dixit diſponendo de oneribus
ordinarijs, & alijs concernentib. publicam utilita-
tem, l. unica, §. ſinautem ad deficiẽtis, C. de caduc.
tollen. cum alijs apud Tiraq. in l. ſi umquã, in uerſ.
libertis, nu. 3. C. de reuoc. donat. & de retract. con-
ſang. §. primo, gl. 9. nu. 38. cum ergo de aliquibus
oneribus ordinauerit immunitatem ſibi præiudi-
care, cenſetur in cæteris contrarium diſpoſuiſſe.

Sublata aũt ſunt ex prædictis omnia ſundamenta contrarię ſnīæ; quia cum in quocunq; humano actu uoluntas & poteſtas debeãt concurrere, utraque ſacultas hoc caſu interuenit, uolũtas ſcilicet, quia ea depræhenditur ex prægnantibus clauſulis cumulatis in eo priuilegio, & ex eò quòd nõnulla onera mandat acceptari ad commodum uniuerſitatũ: poteſtas uerò, quia omnes admittunt quod Princeps habens iura imperij, poteſt uni immunitaté concedendo grauare alios ad ſoluẽdum illius portionem; & ſanè quando non conſtat de uoluntate, ego tranſirem cum opinione Specul. Ioann. And. & aliorum, etiam in Principe ſupremo, quia etiam ſi poſſit, non præſumitur uelle; ſed quando uoluntas eſt certa, non diſcederẽ a ſententia Abb. & aliorum, quia de poteſtate non eſt dubium, & omnes admittũt, ut aduertit Boſſ. de Prin. nu. 164.

S V M M A R I V M.

1 *Subſtitutio efficitur caduca, quando ſubſtitutus decedit ante grauatum.*
2 *Subſtitutio prima ſi deficiat, corruunt alia omnes ſubſequentes.*
3 *Verba ſi non conueniunt, ipſa quoque non conuenit diſpoſitio.*
4 *Qualitates diſpoſitionis probat, quicunque agit ex illa diſpoſitione.*
5 *Subſtitutus tenetur probare quòd euenerit caſus ſubſtitutionis.*
6 *Naturalis venit appellatione filiorum, quando diſpoſitio non poteſt verificari in legitimo.*
7 *Gradu eodem coniuncti ſuccedunt æqualiter.*
8 *Fideicommiſſum inducitur per verba diſpoſitiua.*
9 *Collectiuo nomine plures vocati ſuccedunt gradatim ad fideicommiſſum.*
10 *Subſtitutio prima quando deficit, vel ſit caduca, bona remanent penes grauatum cum onere reſtituendi ſequenti gradui.*
11 *Subſtitutio ſi ſit caduca, bona remanẽt apud grauatũ cũ onere reſtituendi ſequenti ſubſtituto, etiam ſi primus ſubſtitutus reliquerit filios poſitos in cõditione.*
12 *Subſtitutus vocatus ex multiplici ſubſtitutione, poteſt eligere ex qua velit ſuccedere.*
13 *Verba intelligi debent improprie, quando verificari non poſſunt in ſenſu proprio.*
14 *Contrarietas vt euitetur, impropriantur verba.*
15 *Voluntas teſtatoris attendi debet etiam explicita improprijs verbis.*
16 *Naturalis non venit appellatione filij, etiam quando in legitima non poteſt verificari, ſi aliter conſtet, de teſtatoris voluntate ex coniecturis.*
17 *Domus, familia, & agnatio, ſunt ſinonima.*
18 *Agnatio, an conſeruetur per filios legitimatos.*
19 *Maior natu ſolus admittitur, quando plurali numero omnes vocantur ad rem indiuiduam.*

CONSILIVM CCLXXIX.

DOMINVS Ioannes Georgius Ferrarius tres tantum habens filios, æquis inſtituit portionibus: ſed Ioanne Antonio, qui erat maior natu, prælegauit prædium ad molendinum: eo vero decedente ſine filijs maſculis, ſubſtituit Ioannem Baptiſtam ſecundogenitum: eoque pariter ſine filijs ma-

maſculis decedente ſubſtituit Cæſarem tertioge-
nitum. q ſi is quoque decedens nõ haberet filios
maſculos, voluit quòd dictũ prædium ſit maioris
natu de ſuo ſemine, quod non poſſit amoueri de
domo deſcendentium, & tranſeat ſemper ad pro-
ximiores ſucceſſores de Ferrarijs. Contigit aũt, q
mortuo teſtatore, ac Ioan. Antonio primogenito
deceſſit Cæſar tertiogenitus relicto filio naturali,
deinde deceſſit Ioann. Baptiſta ſecundogenitus;
& prædicti quidem oẽs ſine filijs legitimis & na-
turalibus. ſed quia Ioann. Baptiſta hæredẽ vniuer
ſalem instituit Dominũ Ioann. Stephanum vnũ
ex proximioribus, ſed minorem natu, orta eſt cõ-
trouerſia inter eum & Dominum Nicolaum fra-
trẽ maiorem natu ſuper dicto prædio, quia Dñs
Ioan. Stephanus dicit ad ſe ſpectare ex pluribus.
& primò, quia ſubſtitutio facta in fauorem maio-
ris natu fuit concepta caſu quo prædium perue-
niret ad Dominũ Cæſarem, ſed ſubſtitutio in per-
1 ſonam Domini Cæſaris facta eſt caduca, † ex quo
deceſſit ante Dñm Ioan. Baptiſtã, & non potuit ex
pectare euentum conditionis, l. prima, §. ſin aũt ali
quid ſub conditione, C. de cadu. tollen. l. prima, §.
dies incertus, ff. de cõdi. & demonſt. l. hęres meus,
ff. de cond. l. ſi cum hæres, & l. huiuſmodi, in fine,
ff. qñ dies leg. ced. l. ſi in perſonam, C. de fideicom.
Nat. in conſ. 68. nu. 5. conſ. 191. n. 2. Cæph. in cõſi.
391. nu. 11. & qñ præcedens ſubſtitutio deficit, cę-
2 terę quoque oẽs † dependentes ab ea euaneſcunt,
l. cum in teſtamento, ff. de hæred. inſtit. l. ſi mater,
§. fi. vbi Iaſ. in ſecundo not. ff. de vulg. & pup. Soc.
in conſ. 62. col. 4. vol. 3. Pariſ. in conſi. 86. col. pri-
ma, in fi. vol. 2. Ruyn. in conſi. 35. nu. 3. conſi. 161.
nu. 18. vol. 3. & dicunt gl. Ang. & Imo. in l. qui ha-
bebat, de vulg. quod non eſt locus ſequenti ſubſti
tutioni, vbi conditio priori appoſita non purifica
tur, & dicit Dec. in conſi. 205. col. penul. circa fin.
quod primis cenſetur facta ſubſtitutio caſu quo
ſuccedant: at ſi non ſuccedunt, non poſſunt graua
ri, l. ab eo, C. de fideicom. & ſublato principio, cor
runt oĩa ab eo deſcendentia, arg. l. egi, ff. de excep.
rei iudic. confirmat Cęph. in conſi. 17. nu. 10. Ro-
lan. conſi. 56. num. 13. vol. 3. Zancus in l. hæredes
mei, §. cum ita, par. 4. num. 204. ff. ad Treb. dicens
quod ſecunda ſubſtitutio cenſetur ſemper facta
caſu, quo prima verificetur, & non aliter. cum er-
go in præſenti facto non ſit in perſona Dñi Cęſa-
ris verificata ſubſtitutio, ex quo deceſſit ante fra-
trem grauatum, non erit locus ſubſtitutioni factæ
in fauorem proximioris.

Secundò ad excluſionem Domini Nicolai ad-
ducitur, quod teſtator vocauit eum, qui foret ma-
ior natu ex ſuo ſemine; ſed ipſe non eſt de teſtato-
ris ſemine, verum coniunctus ex trãſuerſali linea:
3 proinde cum verba † ſubſtitutionis ſibi non con-
ueniant, non etiam conueniet ſubſtitutio, l. quod
conſtitutum, ff. de teſtam. milit. l. 4. §. toties, ff. de
damno infecto, Tiraq. qui infinita congerit, in l. ſi
vnquam, in verſi. libertis, nu. ſecundo, C. de reuo-
cand. donat. Neuiza. in conſi. 92. nu. 5. & qui agit
ex aliqua diſpoſitione, tenetur ꝓbare omnes qua
4 litates † requiſitas in dicta diſpoſitione, l. prima, §.
qđ autem ait prætor, vbi Bart. ff. ne quid in flum.
publico, l. pretor, la ſeconda, §. docere, ff. vi bono.
rapt. Bart. in l. in cauſis, vbi Bald. C. de accuſatio.
Socy. in conſi. 55. num. quarto, vol. primo, Tiraq.
latè de retract. conſang. §. 8. glo. 7. num. primo, &
ſequen. Brun. de ſtatut. exclu. fœmin. artic. ſexto,
num. 321. Ripa in conſi. 78. num. primo, Crauc. in
reſpon. pro genero, num. 31. & 125. Natta in con-
ſilio 474. num. 38. Boſſ. in titu. de captu. num. vn-
decimo, Rolan. in conſ. 67. num. 26. vol. ſecundo,
Cęph. in conſi. 249. num. 16. Plot. de in lit. iurand.
§. 8. num. ſecundo, Menoch. in conſilio 74. nume.
decimoquinto, D. Becius in conſilio 53. num. 9.
& ſubſtitutus tenetur probare eueniſſe caſum,
5 alias ei ſemper obijci poteſt quod ſubſtitutio † de
hoc caſu non loquitur, Socinus in conſil. 62. col.
tertia, volum. 3. Gozadinus in conſi. vigeſimopri-
mo, num. 8. Pariſ. in conſi. 86. numero vndecimo,
volum. ſecundo, Socinus iun. in conſ. 155. colum.
ſecunda, volum. ſecundo, Crauet. in conſilio 161.
num. 16. & fideicommiſſo non eſt locus niſi in ca-
ſu incluſo ſub verbis ſecundum Ioann. Andream
ad Speculat. in tit. de teſta. §. primo, verſiculo oc-
currit. quem ſequuntur Dec. Ruyn. & Bero. citati
a Domino Becio in conſ. 39. nu. 26. cum ergo non
probetur, eum eſſe de ſemine teſtatoris, non po-
teſt ad illam ſubſtitutionem aſpirare; & quod ſe-
minis appellatio referatur ad ſolos deſcendentes,
probari videtur ex eo qđ ponit Barba. in repeti-
tio. l. cum acutiſſimi, nu. 124. C. de fideicommiſſ.

Tertiò excludi videtur Dominus Nicolaus a
naturali filio Domini Ioann. Baptiſtæ: is enim vi-
detur vocatus ad fideicommiſſum relictum ma-
iori natu de ſuo ſemine. Nam etſi inter Docto-
res maxima ſit contentio, an filius naturalis fa-
ciat deficere conditionem, ſi deceſſerit ſine fi-
lijs; tamen in præſenti caſu, quando teſtator
vocauit maiorem natu de ſuo ſemine, non po-
tuit intelligere, niſi de naturali, quia de legiti-
morum defectu iam fuerat loquutus, nec potuit
de legitimis ſentire, quia eam fecit ſubſtitutio-
nem deficientibus omnibus ſuis filijs ſine filijs,
nec alios quàm naturales filios poterat ſuſcipe-
re ex ſuo ſemine, cum iam omnes legitimi deceſ-
ſiſſe debeant tempore ſubſtitutionis purificandæ.
clarum eſt autem quòd appellatione filiorum,
veniunt naturales, quando legitimi venire non
6 poſſunt, † vt probat textum in l. hęredibus, §. pri-
mo, ff. ad Trebellian. vbi teſtator ſenſiſſe credi-
tur de naturalibus liberis furioſæ filiæ, qui ea non
poterat legitimos habere, ex quo furioſa non po-
teſt matrimonium contrahere. ita intelligunt il-
lum textum gloſſa Bartol. & alij ibi, Barto. in l. ex
facto, §. ſi quis rogatus, il primo, numero ſecun-
do, ff. ad Trebellian. & ibi Imola, colum. 3. verſic.
ſi autem ſit alius naturalis, Caſtrenſ. numero 5.
Alexand. numero 6. & Ripa, nume. 17. Angel. in
conſi. 366. nu. 5. & hanc dicit magis communem

Coſta

Coſta in c.ſi pater,in verſ. ſi abſque liberis, n.39.
in prima par.extra de teſtam.Mantica de coniect.
vltim.volun.lib.8.tit.7.nu.4.& li.11.tit.9.nu.13.
Quartò ex quo diſpoſuit teſtator quod prędiũ
ad molẽdinũ tranſeat ſemper ad ꝓximiores ſuc-
ceſſores de Ferrarijs,non minus videtur admittẽ-
dus ipſe Dñs Ioã.Stephanus,quã Dñs Nicolaus,
7 eſt enim eodẽ affinitatis gradu † coniunctus, §. ſi
plures,Inſti.de legit.agnat. ſucceſſio.l.2.§. hære-
ditas,ff.de ſuis & legitim.Craue.in conſ.180.n.3.
Quibus tñ parum mouentib. cõtrarium exiſti-
mo verius eſſe,quandoquidem conſtat deceſſiſſe
omnes filios teſtatoris ſine filijs legitimis & natu-
ralibus; conſtat item Dominum Nicolaum præ-
dictum eſſe proximiorẽ,& maiorem natu,quã ſint
alij eius fratres,ideo admittendus eſt ad prędium,
de quo eſt quæſtio,tamquam vocatus & purifica-
ta cõditione, euenit enim caſus, in quem vocatus
fuit,& hoc inſpecto fideicommiſſo primo loco fa-
cto,per quod vocauit maiorem natu , ſed fuit etiã
ad ſucceſſionem inuitatus ex alio fideicommiſſo
ſequenti, quo diſpoſuit teſtator quòd illud præ-
dium tranſeat ſemper ad proximiores ſucceſſores
8 de Ferrarijs. hæc enim verba diſpoſitiua † impor-
tant fideicommiſſum, ſecundùm Socin. in l. qui
Romæ,§.cohęredes,nu.18.ff. de verbotum oblig.
& in conſi.15.num.18.vol.3. vbi ita tenet etiam ſi
nulla præcedat prohibitio alienationis, & nulla
ſubſtitutio,Dec.in conſi.53.num.4. Cur, iun. in
conſi.52.nu.19.alios allegaui in conſi.67.nu. 10.
& ſeq.& quando plures vocãtur ordine collecti-
9 uo,cenſetur vnus poſt aliũ gradatim † vocatus ad
fideicommiſſum,ſecundum Bart.in l. ſi cognatis,
ff.de reb.dub. nec aliter poſſet fideicõmiſſum cõ-
ſeruari,niſi de vno tranſiret ſucceſſiuo ordine in
alium,l.peto,§.fratre,ff.de leg. ſecundo, Cuman.
d.l.ſi cognatis, & declaraui in dictis conſilijs. eſt
verum quòd vltimo hoc fideicommiſſo inſpecto
videretur omnes proximiores eſſe vocatos,qui re-
periũtur in eodem gradu , vt ſupra dixi in ultimo
fundamento partis contrariæ, ſed huic dubio ſa-
tisfiet ſuo loco , pro nunc autem ſufficiat ſundaſ-
ſe intententionem Domini Nicolai.
Cui non aduerſatur,quod præcedens ſubſtitu-
tio in fauorem Dñi Cæſaris euenerit & effectum
non habuerit, ſed facta ſit caduca per illius mortẽ
ante grauatum,quia contraria loquuntur, quãdo
deficit conditio præcedentis ſubſtitutionis. tunc
enim ex quo illa conditio cẽſetur repetita in om-
nibus ſequentibus, & omnes cenſentur factæ ſub
eadem conditione,ſi illa deficiat,omnes deficiũt,
& ita procedit tex.in l.ſi mater,§. fin.l. cum in te-
ſtamento,& alia iura ſupra citata. at vbi non cõ-
ditio,ſed ſubſtitutio deficit, tunc fideicommiſsũ
10 remanet † apud grauatum cum onere reſtituen-
di ſecundo ſubſtituto,vt probatur l.1.§.pro ſecũ-
do,C.de cadu.tollen.& ita declarat Bar. in l.quã-
diu inſtitutus,in fi.ff.de acq.hære.ubi propriè lo-
quitur,qñ deficiens ſubſtitutio erat fideicõmiſſa-
ria,vt in caſu noſtro Ange.ibi, colum. pen. in fin.

ver.ſed adde quod huic deciſioni , vbi ponit præ-
dictam ſolutionem reſpondendo ad text. in l.qui
habebat,ff.de vulg.dicens quod ſubſtitutio pupil
laris præcedens euanuerat per pubertatẽ pupilli,
& ita per defectum conditionis. & ideo inſert in
ver. item adde, quod ſi Titio pupillari ſubſtituto
decedenti viuo teſtatore ſubſtituatur Seius, con-
tingatque Titium mortuo teſtatore decedere,tũc
licèt pupillus uiuat, non admittetur Seius poſtea
per mortem pupilli.eandem ſolutionem probauit
Imola ante nu.primum,verſi.ſecunda eſt,ubi hoc
modo reſpondet ad dictam l.qui habebat, & rur-
ſus col.ſecunda,in fi.uerſi.extra gl. Ang.& ſecun-
dum hanc opinionem Caſt. nu. 7. dicit ſe conſu-
luiſſe Bononię,& uerè ita reperio eum tenuiſſe in
conſ.155.col.1.& 2.uol. 1.ubi dicit ita fuiſſe eo-
dem anno conſultum Vicentiæ,& dicit procedere
ſine dubio,quando utraque eſt fideicommiſſaria.
hoc ẽt placuit Ale.in conſi.1.num.2. & ſeq. & nu.
19.& 20.uol.1.ubi tamẽ in caſu ſuo limitat , Cor.
in conſi.180. col.3. uerſi. circa ſecundum quæſi-
tum,uol.4.licet ex alijs ibi teneat contrarium , &
hanc ſequuntur communiter omnes moderni, ut
teſtatur Aret.in d.l.quamdiu inſtitutus, Socin.in
conſi.55.col.ult.uol. 1.ubi allegat Bart.Bal.Ang.
Caſt.& utrumque Raph.addo Caſtr. in cõſ.267.
nu.2.uol.5.ubi hoc vult procedere nedum quãdo
primus ſubſtitutus excluditur morte , ſed etiã qñ
renunciatione, quod eſt notandum , licet ex facti
contingentia aliter dicat,& in conſ.442.uol.5.idẽ
dicit,qñ ambæ ſubſtitutiones ſunt vulgares uel fi-
deicommiſſariæ , & vult fortius procedere etiam
quãdo ex quatuor ſubſtitutionibus duę interme-
diæ defecerunt ; dicẽs quod ſubſtitutus meo ſub-
ſtituto,cenſetur etiam in defectum ſubſtituti mei
ſubſtitutus mihi,Iaſ.in conſi.132.num.5.uolum.
primo,& in conſi.148.nu.15. uerſi. ſeptimò, pro
iſta parte,eod.uolum.ubi dicit eſſe ueram, magis
communiter approbatam , & ſecundum eum ſæ-
pius ſe conſuluiſſe,& obtinuiſſe; & in conſi.503.
num.10.uer.quartò facit , ubi dicit eſſe notabile
& quotidianum; & in l. prima , numero decimo-
nono,ff.de vulg.ubi dicit ſępius conſuluiſſe & pa-
ratum conſulere pro hac parte, quamuis Oldr. &
Ioan.Andr.contrarium tenuerint;hanc item pro-
bauit Dec.in conſi: 538.nu. ſecundo, per totum,
latius in conſi.427.nu.7.& ſeq. ubi remouet om-
ne contrarium,Cur.iun.in conſi.83.nu.1.& nu.4.
in fi.ubi dicit Bar.doctrinam eſſe communiter re-
probatam,& idem dicit in conſi.135.num.2.ſub-
dens non eſſe ab ea recedendũ in iudicãdo, quod
etiam dixerat Dec.d.conſi.457.num.9. Ruyn.in
conſi.94.num.primo,& 2.caſu,uolum.5.ubi nu.
4.dicit idem eſſe,quãdo ex duobus inſtitutis hæ-
redibus alter eſt cohæredi ſubſtitutus per fidei-
cõmiſſum,idemque datus eſt extraneus ſubſtitu
tus , & vult cohærede ſubſtituto decedente ante
grauatum , ſi poſtea contingat grauatum dece-
dere , ꝙ eo caſu ultimus ſubſtitutus capiat omnia
bona,& tam grauati vltimo loco defuncti , quam

etiam ſubſtituti,idem Ruyn. in conſi. 99.nu.1.&
14.vol.2.Bertran. in conſi.145.nu.3.vol. 2. & in
conſi.23.nu.5.volum.3.Ripa in conſi. 131. nu.5.
vbi reſpõdet omnibus rationibus adductis in cõ-
trarium,Rubc.in conſ,104.in fi.qui duo reprobãt
Oldra.contrarium tenentem,Caſſan. in conſ.14.
num.2.vbi dicit eſſe notabilem deciſionem, Gui-
do Papæ quæſtio.550.vbi loquitur, quando vlti-
ma ſubſtitutio erat expreſsè facta præcedẽti ſub-
ſtitutio,& illi grauamẽ expreſsè iniunctũ, vt quia
teſtator dixerat eidem ſubſtituo,Tiraq,in l.ſi vn-
quam,in verbo, libertis, nu.50.in fi.C.de reuoc.
don.Soci.iu.in conſ.42.nu.17.& conſi. 101. nu.
14.vol.primo,vbi dicit eſſe communem opinio-
nem,& ſecundum eam conſuluiſſe & obtinuiſſe,
& in conſ.181.nu.46.vol,ſecundo, Alcia. in tract.
de verbor.ſigniſ.lib.3.cap. . . . Bero.in conſ.102.
nu.30.vol.2.Crau.in conſ.283.nu.primo,verſic.
hoc ita præſuppoſito, Natta in conſ.470.nu. 12.
vbi dicit procedere etiam, quando defecit prima
ſubſtitutio per repudiationem vel renunciationẽ,
Zanc.in l,hæredes mei,§.cum ita, par.ſecũda, nu.
20.& ſeq.ff.ad Trebell,quibus omnibus apparet
quòd hæc eſt communis & ab omnibus approba-
ta ſententia,licèt contrarium tenuerint Oldr.Ioã.
Andr.Lancello.de vulg.ſubſtitut.nu.107.Alciat.
in conſ.492.nu.30.& quia in prædictis locis Do-
ctores reſpondet contrarijs argumentis, nõ opus
eſt vlterius inſudare. In præſenti autem caſu non
deficit,ſed euenit,& purificata eſt conditio, appo
ſita primo inſtituto,ideo fideicommiſſum reman-
ſit apud eum cũ onere illud reſtituendi vlteriori
ſubſtituto, poſtquam primus ſubſtitutus deceſſit
ante grauatum.

Hæc autem ſententia fortius procedit, etiam
11 quũ vltima ſubſtitutio facta eſt,ſi primus† decede-
ret ſine filijs, & contigit primum reliquiſſe filios,
vt probat Caſtr. in d.conſ.152.col.2.vol. primo,
Cur.iun.in conſi.83.num.4. Bertran.in conſi.23.
nu.5.vol.3.Socin. iun.in conſi.42.nu. 18. & 25,
& 30.vol. primo. & quamuis extet contentio, an
hoc procedat non ſolum in vulgari, ſed etiam in
fideicõmiſſaria ſubſtitutione, prout latè per Zãc.
d.par.ſecunda,nu.28. & ſeq. tamen in propoſito
non opus eſt hanc ingredi difficultatem;quia tam
Io.Antonius,quàm Ioan.Baptiſta deceſſerunt ſi-
ne filijs,atque ita purificata eſt conditio, ſub qua
facta fuit ſubſtitutio.

Ad ſecundum reſpondeo dupliciter, primò ꝙ
Dñs Nicolaus non tam [illegible]it vocatus & venit ad-
mittẽdus ex eo fideicõmiſſo, quo inuitatur maior
natu ex ſemine teſtatoris, quam ẽt ex alio quod
defertur proximioribus ſucceſſoribus de Ferrarijs;
& ideo licèt non ſit de ſemine teſtatoris,ſuccedere
dẽt, ex quo eſt de proximioribus ſucceſſoribus:
qñ enim quis vocatur ex multiformi ſubſtitutio-
12 ne,eligere † põt ex qua velit ſuccedere, ad quod
ſufficit allegaſſe id,quod voluit Alex.in l.iam hoc
iure,nu.19.ff. de vulga. vbi inquit quod ſubſtitu-
tus vulgariter,pupillariter, & per fideicõmiſſum,
eligit,quam velit ſubſtitutionem, per l. recuſare,
§.Titius,ff.ad Trebell.Aret. idẽ tenuit in l. ſi plu-
res ſint,nu.6.ff.de vulg. Rube.in l.Gallus, §. qui-
dam rectè,nu.17.ff.de lib.& poſthum.

Secundò reſpondeo,quod & ſi teſtator dixerit
de maiore natu ex ſemine, tamen voluit ſignifica-
re maiorem natu ex agnatione ſua. Nam ſi ſubſti-
tutionẽ fecit,caſu quo omnes filij teſtatoris ipſius
decederent ſine filijs, non potuit cogitare de ali-
quo deſcendente ex ſemine ſuo, cum per mortẽ
filiorum foret omnino extinctũ eius ſemẽ; & non
eſt credendum ꝙ teſtator fecerit ſubſtitutioνem,
quæ non poterat aliquo modo verificari, & erat
impoſſibilis, & ideo conuertitur illa ſubſtitutio in
alium ſenſum;pro qua allego quod voluit Are.in
l.verbis ciuilibus,in fin.ff.de vulgari.ubi ẽt Iaſ.in
fi.ubi inquit,quòd ſi teſtator ſciens filium eſse pu
berem,illi ſubſtituat ſub conditione, ſi deceſserit
in pupillari ætate,intelligetur talis cõditio de ęta-
te annorũ uigintiquinque, ut ſcilicet intellexerit
teſtator eo uſque impubertatẽ durare,arg.l.pater
Seuerinã,§.conditionũ uerba,ff.de cond.& dem.
13 & ratio eſt,quia ubi teſtatoris uerba propriè† nõ
poſsunt uerificari,intelliguntur impropriè;l.fun-
dus,qui locatus, ff. de fundo inſtr. l. quibus die-
bus,§.dominus, ubi Soci.nu.4.ff. de cond.& de-
monſt.Rom.in conſ.14.in fine,Alex. in conſi.43.
nu.21.& 22.volum.4.Iaſ. in l. Gallus, §. etiam ſi
parente,col.4.ff.de lib.& poſthum. etiam ſi cõtra
ordinarium ſenſum verborum veniamus, ſecun-
dum Bar.in conſ.57.Annancellus,nu.1.& 2.vol.
primo,vbi dicit factam ſubſtitutionem ſub condi-
tione, ſi nullus hæredum decederet ſine filijs, in-
telligi ſi aliquis moriatur ſine filijs. in propoſito
autem ſi ſemen teſtatoris intelligeremus pro de-
ſcendentia,hoc eſſet contrarium teſtatoris menti,
qui ſubſtituit poſtquam omnes eius deſcendẽtes
deſeciſſent, & qui voluit quod prædium tranſeat
ad omnes proximiores de Ferrarijs.vt autem eui-
tetur contrarietas & repugnantia in teſtamento,
14 improprianda † ſunt verba, l.non ad ea,ff.de con-
dit.& demonſt.c.inter dilectos,§.cęterum,de fide
inſtr,Dec.in cõſ.38.n.4.alios Mantica de conice.
vltim.volun.li.3.tit.5.nu.9.Latius agens Simon
de Pret.in eodem tract.lib.1.interpreta. 1. dubit.
4.ſolut.7.nu.3.& ſeq. & cum voluntate teſtatoris
ſit certa, & pateat ex ipſius teſtamenti lectura eũ
non intellexiſſe de ſuis deſcendẽtibus, illa verba,
ex ſemine,intelligi debent ex familia,vel agnatio-
ne, quia quibuſcunque verbis ſit explicita teſta-
15 toris voluntas † etiam improprijs,attendi debet,
Bal.in l.voluntatis,nu.1.verbo,vel,C.de fideicõ.
& ſenſum debemus ſequi voluntati accomodatũ,
licèt verbis contrarium, l.ſi ancillas, ff. de leg. 1.
Mantica lib. 3.tit.3.nu.9. latè Simon dicto tract.
lib.2.interpret.2.dubitat.4,per totam.

Naturalis quoque filius Domini Ioan. Bapti-
ſtæ non potẽſt excludere Dominum Nicolaum:
quia & ſi diſpoſitio intelligenda ſit de naturali fi-
lio,quando non poterat verificari in legitimo, ta-

men

16 men hoc procedit niſi ex coniecturis † conſtet te-
ſtatorem de legitimis ſenſiſſe, vt dixi in conſil.89.
nu.52.verſi, tertiò reſponderi. hic autem conſtat
ſenſiſſe teſtatores de legitimis: nam iuſſit prædiũ
17 illud non amoueri de domo ſua; domus † autem
intelligitur pro familia & agnatione, Bar.in l.pro-
nunciatio,§.familiæ,ff.de verb.ſignifi. Anchar.in
conſi.152.nu.4.Alex.in conſi.213.nu.3.vol.6.&
dicunt glo.Bald. & Caſtren. in l.peto, §,fratre,ff.
de leg.2. qđ domus, familia, & agnatio idẽ ſunt,
latè Tiraq.de retract.conſang.§.1.gl.9.num.193,
Ruy.in conſi.110.nu.4.vol.2.Socin. in conſi.94.
num.9.vol.1, Bero.in conſi.96.nu.7.vol.2. Man-
tica de coniect. vlt.volunt.lib.8.tit.12.nu.17.Si-
mon d.tract. lib.3. interpret.3. dubit.3. ſolut.11.
nu.22. agnatio autem non conſeruatur per filios
naturales, ſed per legitimos, vt de ſe patet, & Do-
18 ctores quærunt, an conſeruetur agnatio † per na-
turales legitimatos, Ang. in conſi.17.col.penult.
verſi.præterea dico, Alex.conſil.2.colum.5.verſi.
ad prædicta bene facit, Salyc. Barbat. Soc. & Dec.
quos citat & ſequitur Tiraquel.in l.ſi vmquam,in
verbo, ſuſceperit liberos, nu.83.C.de reuoc.don.
& dicit Bart. in l.tutelas, num.3.ff.de cap.dimin.
quod naturalis non dicitur de familia, aut agna-
tione,§.vulgo,Inſtit.de legi,agna.ſucceſſ.d.l.pro-
nunciatio,ff.de verb.ſign.& magis in ſpecie dicit,
num.4.verſi,aut enim accipis eandem, quod natu
ralis non dicitur de domo, quando domus poni-
tur pro agnatione, ſequitur Ripa in l.Lucius, nu.
9.ff.de vulga. & quòd voluerit agnationem cõſer
uare, probatur ex eo quoque, quod ſemper voca-
uit maſculos, & eos quoque poſuit in conditione,
& digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionis, ex
cludendo ſemper proprias, & filiorũ filias, vt ſunt
in propoſito notæ deciſiones, quas reſolui in re-
ſponſo per me reddito pro Dño Don Baldaſſare
Colũbo, & vbi diſpoſitio non poteſt verificari, ni-
ſi in naturali, ẽt tunc non venit naturalis, ſi aliter
cõſtet de volũtate teſtatoris, ſm Bart.in d.l.ex fa-
cto,§.ſi quis rogatus, ff.ad Trebel. vbi ad hoc, qđ
nõ poſſint verba in alio verificari, q̃ in naturali, po
nit pro vna coniectura; ſed ſicuti vna præſumptio
tollit aliam, ita vna coniectura cedit alij. hoc etiã
voluit Imola ibi, col.4.verſi.item & alij naturales.

Reſpondetur ſecundò, quòd loquendo teſta-
tor de deſcendentibus ex ſuo ſemine, intellexit de
ſua agnatione, vt ſupra dictum eſt; ergo diſpoſitio
poteſt etiam verificari in legitimis, & naturalibus.

Vltima non mouet, quod omnes proximiores
ſint notati, q̃a hoc procederet, niſi prius vocaſſet
natu maiorẽ: ex eo.n.reſultat voluntas teſtatoris,
quod voluerit prædium eſſe indiuiſibile, cũ voca-
uerit maiorẽ natu; at vbi plures vocantur ad rem
19 indiuiſibilẽ, is ſolus admittitur, † qui cæteris eſt
natu maior, vt per Roder. in l. quoniã in priorib,
ampliat.10.nu.26.C.de inoffi.teſt. Pariſ. in conſi.
72 nu.113.volum.4. Lupus in rub.de donat.inter
vir.& vxo.§.69.nu.21. Didac.var.reſol.lib.3.c.5.
nu.3. Vaſq.de ſucceſſio.creat.lib.3.§.27.nu.3.

SVMMARIVM.

1 Procurator Cæſaris non iudicat inter priuatos. ſed fallit, num.17.

2 Prorogari non poteſt de perſona ad perſonam iuriſdictio delegata, licet ſecus in ordinaria.

3 Prorogatio iuriſdictionis limitata ad certam ſpeciem cauſarum non poteſt fieri.

4 Ceſſionarius nõ vtitur perſonali priuilegio cedentis, fallit, num.21.

5 Voluntas, & poteſtas requiruntur in quocunque actu.

6 Fruſtratorium actum facere nemo præſumitur.

7 Licentia parochiano data a curato ad confitendum alij peccata, intelligitur de alio curato.

8 Diſpoſitio generalis recipit interpretationem de habilitate.

9 Clericus ſubmittens ſe cuicunque iudici, non intelligitur de laico.

10 Sequeſtrarius tenetur actione depoſiti, vel præſcriptis verbis.

11 Clericus ſuſcipiens depoſitum, conuenitur pro reſtitutione coram iudice laico.

12 Iudex cauſæ principalis cognoſcit etiam de incidentibus & connexis.

13 Obligatus in forma cameræ, poteſt vbique locorum conueniri.

14 Ceſſionarius cenſetur eadem perſona cum cedẽte, & ſuccedit in illius ius.

15 Exceptio declinatoria proponi debet ante omnes alias, aliàs prorogatur iuriſdictio.

16 Prorogatio iuriſdictionis inducitur litigando coram iudice non ſuo.

17 Procurator Cæſaris cognoſcit inter priuatos conſentientes.

18 Prorogatio iuriſdictionis admittitur, quando fit de vna ad aliam rem.

19 Prorogari poteſt iuriſdictio delegati ad vniuerſitatem cauſarum.

20 Prorogatio admittitur de vna ad eandem ſpeciem cauſarum, etiam ſi iuriſdictio ſit limitata.

21 Ceſſionarius vtitur priuilegio, quod competit cedenti ratione contractus.

CONSILIVM CCLXXX.

QVOD illuſtres Domini Senatores
delegati ad conſeruationem gabel-
læ ſalis huius patriæ Montisferatti,
non ſint iudices competentes inter
Dominum Ioſephum de Clericis
Cremonenſem, & aliàs hæredes quondam Domi
ni Ioan. Petri Clerici ex vna, & magnificum Do-
minum Nicolaum della Nuce, necnon magnifi-
cum Dominum Theodorum Foreſtum condu-
ctorem dictæ gabellæ ex alia, multa ſuadere viden-
tur, & primò quod Domini delegatis p̃dicti ſunt
deputati pro cauſis, quæ agitantur inter Ducalem
Cameram, & conductores gabellæ, non autem in-
1 ter † priuatos, l.2. & l.fin.C.ſi aduerſ. fiſcum, &
vbi cau.fiſcal.vbi dicitur quod procurator Cæſa-
ris cognoſcit inter fiſcum, & priuatum, non autem
inter

inter priuatos, Azo in Sum. C. vbi cau. fiſcal. nu. 1.
& 3. & ſicuti ipſi ipſo Iure non ſunt iudices inter
priuatos, ita eorum iuriſdictio non potuit proro-
gari, quia cum ſint iudices conſtituti inter certas
perſonas, fieri non poteſt prorogatio de perſona
ad perſonam in iudice delegato, quidquid ſit in
2 ordinario, † vt eſt tex. expreſſus in c. cum P. & G.
de offic. delegat. Cyn. in l. ſi qui ex conſenſu, C. de
epiſcop. aud. quia ſecundum eum iuriſdictio in re
ſcripto limitata ad certas perſonas non poteſt ex-
tendi, Abb. in d. cap. cum P. & G. vbi col. 2. ponit
rationem, quia iuriſdictio eſt delegantis, non dele
gati, c. ſanè, de off. deleg. l. 1. §. qui mandatam, ff.
de offic. eius. ideo exerceri non poteſt ſine ipſius
delegantis conſenſu. ita etiam tenent Caſtr. Iaco-
bin. & alij in l. 1. de iudic. Franc. de March. deciſ.
528. nu. 6. qui limitat quo ad eaſdẽ perſonas, Ma-
ran. de ord. iudic. par. 4. diſtin. 12. nu. 20. vbi etiã
apoſtillæ, & communem dicit Iacobin. loco prædi
cto, & procedere de iure ciuili, & canonico in tan-
tum, quod ſi loquatur reſcriptum de authore, qui
erat tunc mortuus, nõ extenditur ad ſucceſſorem,
licèt videatur eadem perſona, l. Neratius, ff. de
reg. iur. per quem textum ita dicit Abb. in c. ſigni-
ficauit, in fi. de reſcr. Afflic. in deciſ. 227. nu. 1.

Quin etiam videtur quòd ordinaria iuriſdictio
3 limitata ad certam qualitatem cauſarũ, non † poſ-
ſit prorogari. ita Cynus in l. 1. C. de iuriſd. om. iu.
Bal. d. l. ſi ex conſenſu, in fi. C. de Epiſcop. aud. &
in l. teſtamẽta, vbi Alex. C. de teſta. & ideo inquit
Bal. in dicto cap. cum P. & G. quòd delegatus iu-
dex deputatus ad cauſas appellationum, non po-
teſt prorogari ad alias cauſas, ſequitur Felyn. ibi,
col. 3. & in cap. cæterum, col. 1. de iudic. Imola &
Abb. d. cap. cum P. & G. Anchar. in conſi. 205. co-
lum. 2. in fin. Rom. in conſil. 132. colum. 2. Soc. in
cap. ſignificaſti, de foro competen. vbi dicit ſe ita
conſuluiſſe, Franciſ. March. deciſ. 529. num. 7. &
deciſ. ſeq. in 2. par. Natta in conſi. 82. nu. 8. Vãtius
in tit. ex defe. iuriſd. ord. nu. 52. qui omnes conclu
dunt, quòd non fit prorogatio de vna ad aliã ſpe-
ciem cauſarũ, id quod ego quoque ſequutus ſum
in conſi. 56. proinde cum ipſi Domini Conſerua-
tores iuriſdictionem habeant ſolum in cauſis, in
quibus agitur de præiudicio fiſci, atque ita inter
fiſcum & priuatos nõ poteſt prorogari eorum iu-
riſdictio, vt cognoſcant indiſtinctè Inter priuatos.

Et non obſtabit quòd dicti de Clericis habeãt
ceſſionem a Camera Ducali pro aureis quadra-
ginta mille, & eius ratione ſucceſſerint in locũ Ca
meræ, atque ideo agere poſſint coram eiſdem iu-
dicibus, coram quibus Camera potuiſſet agere,
quia reſpõdetur quod, & ſi Camera poſſit ius ſuũ
deducere coram Dominis Conſeruatoribus, ta-
4 men ceſſionarius † non poteſt vti priuilegio Ca-
meręe, per ea, quæ põnit Bald. in l. per diuerſas, nu.
21. C. mand. vbi inquit, quod priuilegium compe
tens perſonæ, & præcipuè priuilegiũ fori, nõ tran-
ſit in ceſſionarium, Alex. qui eũ ſequitur in l. poſt
diuortium, ver. vbi autem quæritur, ff. ſol. matr.
Iac. in l. 1. num. 39. C. ne lic. potentior. qui omnes
concludunt, priuilegium fori cohærens perſonæ
non deſcendere in ceſſionarium.

Similiter nõ obſtat, quod Camera pro ſuo cre-
dito habeat D. Theodorũ obligatũ in forma Ca-
meræ, & priuilegiũ hoc cohæreat rei, nõ perſonæ,
ideoq; ceſſionarius eo vti poſſit ſecundũ diſtinctio
nem Baldi & aliorũ proximè citatorũ, quia rñdeo
quòd reſpectu Dñi Nicolai ipſe non contraxit cũ
Camera, nec reperitur verſus eã obligatus, & ceſ-
ſat argumentum. Reſpectu verò Domini Theodo
ri, ſtante præſuppoſito, ꝙ de iure Dñi Conſerua-
tores non eſſent cõpetentes iudices circumſcripto
inſtrumento, reſpondetur ꝙ illa obligatio in for-
ma Cameræ licèt inducat prorogationem omniũ
iuriſdictionum, ita vt non poſſit debitor eo modo
obligatus declinare forum, & allegare iudicẽ incõ
petentem, intelligitur tamen illa prorogatio facta
in iudices, qui alias ſint capaces eiuſmodi proro-
gationis, & qui habeant iuriſdictionem alioquin
prorogabilem, nõ autẽ in eos quorum iuriſdictio
prorogari non poteſt. in quocunque enim actu re
5 quiritur nõ ſolum voluntas, † ſed etiam poteſtas,
cap. cum ſuper, de off. deleg. l. cum te, vbi Bald. C.
de dona. antepen. l. multam, C. ſi quis alte. vel ſibi.
Dec. in conſi. 198. nu. 3. Bero. in conſi. 76. nu. 26.
vol. 1. Soc. iun. in conſi. 121. nu. 34. vol. 2. & parũ
prodeſt quod voluerit D. Theodorus prorogare
ſi non potuit. ne igitur videatur voluiſſe facere a-
6 ctum inualidum, & † fruſtratoriũ, contra l. ſi præ-
tor, ff. de iudic. l. fin. ff. ne quid in loco publ. Crau.
in cõſi. 135. nu. 25. intelligi debet facta in iudices,
quorũ iuriſdictio foret prorogabilis, pro quo facit
quod voluit gl. ſingularis in clem. 1. in verſi. ſpecia
7 li, in fine, de priuileg. quę dicit quòd licentia † da-
ta parochiano, vt poſſit alibi confiteri peccata, in-
telligitur de ſacerdote, qui ſit eiuſdem qualitatis,
cuius eſt concedens, ita quod ſi concedens curam
gerit animarum, teneatur confiteri coram geren-
te curam animarum. idem voluit glo. in cap. om-
nis vtriuſque ſexus, in ver. ſacerdoti, de pœnit. &
remiſſio. & dicit Iaſ. in l. ſi per errorem, nu. 8. ff. de
iuriſd. omn. iud. quod totus mundus allegat illam
glo. pro ſingulari. In propoſito ergo prorogatio
omnium iudicium facta in inſtrumento camerali,
reſtringi debet ad eos, quorum iuriſdictio poteſt
prorogari: alias ſi iudex non ſit capax, nihil pro-
derit prorogatio, vt concludit Grauat. ad Vaſtr.
lib. 8. cap. 2. nu. 12. vbi allegat Innoc. & Afflic. &
8 diſpoſitio quãtumuis generalis recipit † interpre-
tationem de habilitate, Iac. de Aret. in l. 1. §. nun-
ciatio, vbi Bart. nu. 21. ff. de oper. noui nũc. Iaſ. in
l. 2. §. prætor ait, nu. 3. ff. qui ſatiſda. cog. Tiraq. de
retract. conſang. §. 1. glo. 7. nu. 26. Ruyn. in conſ. 1.
nu. 15. volum. 2. Natta in conſil. 359. num. 5. Cæ-
phal. in conſi. 23. num. 124. & ideo licet dicatur ꝙ
admittatur qualiſcũque fideiuſſor, intelligitur ta-
men, dummodo poſſit ſe obligare, ſecundum glo.
in d. l. 2. §. prætor ait. & quando fit mentio de quo
cunque loco, intelligitur idoneo, & habili, gloſ. in

l. 1.

l. t.in ver. vtilem,& ibi Bar.& Doct.ff.de eo,quod
certo loco. & poſſent adhuc multa allegari. facit
magis in ſpecie,quia clericus ex quo non poteſt ſe
laico ſubmittere iudici,c.ſignificaſti, & cap.ſi dili
9 genti,de foro compet.ſi promittat † reſpōdere co-
ram quocunque iudice, non intelligetur de laico,
ſed de clerico, Capel. Tholoſ.deciſ.126.Galeſ.de
forma inſtrum. came.par.ſecunda, quæſt.prima,
& ſecunda. ſicuti etiam, qui ſe ſub miſit omni ſo-
ro & loco, non poteſt conueniri in loco, qui plus
diſtet expreſſis, Fely.in cap.1.col.4.de iudi.Iaſ.in
l.ſi conuenerit, col.fin.ver.ſecundo intellige,ff.de
iuriſd.omn.iud.Galeſ.d.par.2.q.3.

Quibus tamen non refragantib. concludo prę-
dictos Dominos Senatores eſſe competentes iudi
ces,& acta coram eis agitata valere; & quo ad Do
minum Nicolaum non videtur mihi ſubeſſe du-
bium, quia ſuſcepit depoſitū ſeu ſequeſtrū apud
ſe factum de aureis duodecim mille, ideo pro il-
lius cōſignatione & reſtitutione tenetur vel actio-
10 ne † depoſiti, l.ei, apud quem,§.1.ff.depoſi.gl.in
l.ſequeſter,ff.de verb.ſign.Saly. in l.vnica,nu.15.
vbi Cur.ſen.nu.55.C.de prohib. ſequeſtr.pecun.
Alex.in l.intereſſe,nu.6.ff.de acq. poſſ.vel præſcri
ptis verb.Bar.in l.ſi oleum,ff.de dolo malo,glo.in
d.l.ei,apud quem,§.primo,Iaſ.poſt alios,in l.ſi fi-
deiuſſor,§.fin.num.3.ff.qui ſatiſd.cog.Grauat.ad
pract.Veſtr.lib.7.cap.2,nu.20.proinde poteſt co-
ram eo iudice conuenire, qui ſequeſtrum ordina-
uit, & præcepit ne ſolueret: non enim proceditur
principaliter ratione alicuius iudicij,ſed in conſe-
quentiam ſuſcepti officij, vt inquit Bal. in l.acce-
ptam,in fi.C.de vſur.per illum tex.in ver.ſacratiſ-
ſima ſedes, vbi per hanc rationem infert, quòd ſi
11 clericus ſuſcipiat † depoſitū,cogi poterit ad reſti-
tutionē officio iudicis ſecularis, & idem dicit Bal.
de ſequeſtrario in l.ſi fideiuſſor,§.fin.ff.qui ſatiſd.
cog. inquiens quòd ſacriſta fratrum, qui accepta-
uit ſequeſtrum,conueniri poteſt a ſeculari iudice,
per tex.in l.fin.§.pen.C.de bon.auth.iudi.poſſid.
quod etiam voluit Iaſ.in d.§.fin.nu.6.vbi ait,tex-
tum illum eſſe ad hoc notandum: probarunt etiā
Saly.Afflict.Aufre.& Benedictus, quos citat & ſe
quitur Tiraq. de retract.conuent.§.4.glo.7.nu.9.
Maran. de ordi.iudic.par.4.diſt.11.nu.62.multo
ergo magis conueniri poterit laicus,cui non cōpe
tit priuilegium fori; & facit quia ratione dependē
12 tiæ & cōnexitatis quis efficitur iudex cauſæ,† quā
aliàs nō poſſet cognoſcere, ſecundum Inn.in cap.
cum M.Ferrarienſis,in fi.de conſtit. Fel.in cap.ſu
per literis, de reſcript. Doctores in l. quoties,vbi
præcipuè Iaſ.C.de iudic. Tiraq.in tracta.res inter
alios acta, folio mihi 8. ver. nec hoc caſu tantum.
& procedit etiam,qñ iudex habet limitatam iuriſ-
dictionem, quia nihilominus cognoſcit incidēter
de quæſtione, quæ principaliter ad ſuam iuriſdi-
ctionem non pertineret, Bar.& Caſtren.in l.ſole-
mus,§.latrunculator,ff.de iudic.Bar.in l.interdū,
§.qui furem,ff.de furt. Maran.de ordi.iudi.par.4.
diſt.6.nu.34. dixi in conſi.42.nu.19.in princ.hoc
autem ſequeſtrum fuit incidenter inter cognitio-
nem principalis cauſæ, quæ vertebatur inter di-
ctos de Clericis & Dominum Foreſtum.

Quòd verò pertinet ad ipſum Foreſtum, res
etiam videtur clara, quòd potuerit coram prædi-
ctis Dominis delegatis conueniri non ſolum ea
ratione, quòd actores cauſam habeant a Ducali
Camera, & vtantur tamquam ceſſionarij iure ſibi
ceſſo; atque ideo eum poſſint adire iudicem, qui
fuiſſet cauſam cogniturus, ſi Camera nō ceſſiſſet:
ſed quia ipſe D.Foreſtus obligauit ſe & ſua in for
ma Camerali pro ſolutione dictorum aureorum
quadraginta mille: cuius obligationis vigore con
ueniri poteſt coram quocunque iudice,& in quo-
cunque foro, quia Cameralis obligatio inter alia
continet renunciationem fori; proinde ſi obliga-
13 tus † poteſt vbique locorum conueniri, Docto-
res in l.ſi conuenerit, ff.de iuriſd.omn.iud.nu.1.
de iudic. Galeſ. de form.Camer. oblig.in 2.parte
quæſtio.prima,& ſeq.vbi ſuſtinet id non vſu ſolo,
ſed etiam iure vendicatum eſſe, vt etiam in loco
conueniatur debitor,vbi non fit repertus.propte-
rea ſicuti D.Foreſtus potuiſſet coram prędictis iu
dicibus conueniri: ita poteſt conueniri ab ijs, qui
14 mediante ceſſione ſucceſſerunt Cameræ,† & cen-
ſentur eadem perſona,cap.denique,7.q.1.l.ſi do-
nare, §.1.ff.de don. inter virum,& vxor.ſuccedūt
in omne eius cedentis, l.emptor, vbi Bald. in pri-
mo no.C.de hære. vel act. vend. & conſequuntur
omnia cedentis iura, l.ſi ager, in fi.vbi Doctores,
C.de rei vend.dixi in conſi.22.nu.16.

Et vbi alioquin Domini delegati prædicti non
fuiſſent virtute ſuæ iuriſdictionis iudices compe-
tentes,non poſſet eorum iudicium D.Foreſtus de
clinare, atteto quòd iam pulſatus coram eis cōpa
ruit, oppoſuit petitioni, allegauit exceptiones pe-
remptorias,& iuriſdictionem eorum prorogauit. ex
15 ceptio enim declinatoria † debet ante alias oēs
allegari, alias videtur aliam exceptionē opponēs
in iudicem conſentire, ita Bart. in l.fin.ff.de exce-
ptio.& in l.elegantet,§.ſi quis poſt,ff.de cond.in-
deb.& hanc ſententiam probarunt Spec.Alb.Bal.
Caſtr.Roma.Alex.Aret.Salyc. Ferrat. Lanfranc.
Imola, Iaſ.Fel.Marſil.& Zaſius,quos cumulat ap-
probando D.Becius in conſ.22.per totum, vbi di
cit non ſufficere,quòd proponatur ante litem con
teſtatam,niſi etiā adducatur ante alias omnes etiā
concernentes perſonæ legitimationem.qui autem
16 litigat coram iudice non ſuo, prorogat illius † iu-
riſdictionem,gl.in l.1.C.de iuriſ.om.iud.& in l.1.
C.vbi de crim.agi opor.Bar.& alij in l.ſi conuene-
rit,ff.de iuriſd.om.iu.Fel.in c.inter monaſterium,
nu.4.de re iu.Maran.de ordi.iudic.par.4.diſt.12.
nu.11. vbi additio Veſtr.lib.8.c.2.nu.3. vbi Gra-
uat. nu.24. dicit, quòd tacita prorogatio, quæ fit
opponendo dilatorias exceptiones,reddit iudiciū
validum,& ſuſtinet acta, Natta in conſi.413.num.
4. & eſt locus prorogationi etiam in ijs, quæ ſunt
Principi reſeruata, vt per Butr.in cap.P.& G.col.
penult.de offic.deleg.Abb.in ca.per venerabilem,
qui

qui fil. ſint leg. Dec. in conſ. 150. colum. 3. ponit
Rol. in conſi. 88. nume. 19. in 1. vol. vbi latè agit de
prorogatione iuriſdictionis.

His itaque non obſiſtit, quod Domini Conſer
uatores non ſint iudices inter priuatos, ſed ſolum
inter fiſcum, & priuatum: quia rñdeo, hic agi inter
fiſcum, & priuatum, quia Dñi de Clericis repræ-
ſentant fiſci perſonam, ex quo ab eo ceſſionẽ ha-
bent, vt ſupra dixi, qñ probaui, quod ceſſionarius
fingitur eadem perſona cum cedente. Rñdeo ſecũ
do, quod obiectum ceſſat, poſtquam D. Foreſtus
eorum prorogauit iudicium, & citatus non decli-
nauit forum, ſed allegauit exceptiones, nedũ dila-
torias, ſed etiam peremptorias, vt paulò ſupra teti
gi, vltra quod ea obligatio qua tenebatur D. Fore
ſtus, eſt concepta in forma Camerali, & non vide-
17 tur dubium, quin iuriſdictio † procuratoris Cęſa
ris ſit prorogabilis: eſt enim textus expreſſus in l.
1. vbi glo. & Doctores, C. de iuriſd. omn. iud. qui
hoc probat clarè, & ponit Boſſius in tit. de foro cõ
pet. num. 113. Tertiò reſpondeo, quòd hæc cauſa
quamuis ſit inter priuatos, habet tamen dependẽ-
tiam a debito Cameræ, vt patet ex prædictis; ergo
Domini delegati ſunt iudices etiã inter priuatos,
per deciſ. Innoc. in c. cum M. Ferrarienſis, & alios
paulò ſupra citatos, per quos cõcludit Boſſ. d. tit.
de foro compet. nu. 117. vbi dicit quòd magiſtra-
tus redituum, qui ſolum eſt iudex inter priuatos,
& Cameram poteſt cognoſcere etiam inter priua
tos ſi negocium dependet a fiſco, vel Camera.

Et quamuis prorogari nõ poſſit de perſona ad
perſonam iuriſdictio delegati: tñ hoc procedit, qñ
eſt delegatus inter certas perſonas in reſcripto ex
preſsè nominatas, vel reſultantes ex forma reſcri-
pti, tunc enim non fit ad alias extenſio: ita loquun
tur iura in cõtrarium allegata, ſed aliud eſt in prę-
ſenti facto, in quo iuriſdictio non eſt limitata ad
certas perſonas, ſed generalis in omnibus cauſis
concernẽtibus gabellam ſalis: hæc autem eſt talis,
quia Domini Clerici agunt ad conſequendã pen-
ſionem promiſſam pro gabella, & poteſt potius di
ci limitata ad certas res, quo caſu admittitur pro-
18 rogatio, † l. de qua re, §. primo, ff. de iud. Bald. in l.
ſi qui ex conſenſu, col. 3. C. de epiſc. aud. Maran.
de ordi. iudic. par. 4. diſt. 12. nu. 3. addo Bal. in l. 1.
col. 4. C. ſi a non compet. iud. & in c. 1. de inueſt.
de re alie. fac. Afflic. in deciſ. 117. nu. 4. Reſpõdeo
ſecundo modo, quod contrarium procedit in dele
gato particulari, ſed contrarium verum eſt in dele
gato ad vniuerſitatem cauſarum; is enim habetur
19 pro ordinario, & eius iuriſdictio † poteſt proroga
ri, vt per glo. in l. 1. ff. de iudic. vbi eã ſequitur An-
gel. Aret. idem Ang. in §. appellantur, col. 13. Inſt.
de except. Alex. in conſi. 183. nu. 7. verſi. & attẽto,
vol. 2. Felyn. in d. cap. P. & G. de offi. deleg. Peruſ.
in c. cum cauſam, in penult. æquipar. de appell. &
ratio eſt, quia delegatus ad vniuerſitatem cauſa-
rum, habetur, vt dixi, pro ordinario, glo. & Docto
res in c. cauſam quæ, de appel. cum alijs apud Ne-
uiz. in conſi. 35. qu. 11. vbi in terminis loquẽdo de
officio Conſeruatoris, concludit quod dicitur de-
legatus ad vniuerſitatem cauſarũ, habetur pro or-
dinario, & eius iuriſdictio poteſt prorogari: ſed
quia multi tenent, quod etiam iuriſdictio delega-
ti ad vniuerſitatem cauſarum prorogari nõ poſſit,
præcipuè Abb. Soc. & alij citati a Neuiza. in loco
prædicto, & Iacob in d. l. 1. nu. 28. ff. de iudic. Re-
ſpõdeo tertiò quòd Domini delegati ſine alia pro
rogatione ſunt competentes iudices, ex quo cauſa
dependet a fiſco, vt dixi paulò ante. Quartò hic ea
dem videtur cauſarum ſpecies, ſeu iuriſdictionis,
ergo admitti debet iudex ad cognoſcendum illam
20 iuriſdictionis ſpeciem, † quam habet in ſubditos,
Cyn. Caſtren. Alex. Aret. Rimin. & Iaſ. in l. teſta-
menta, C. de teſtamen. Afflic. & Neuizan. in locis
prædictis, dixi in conſi. 56. nu. 33. Et ex his ſatisfa-
ctum eſt ſecundo motiuo, quod loquitur de diuer
ſa ſpecie iuriſdictionis, non cauſarum, licet aliqui
Doctores inaduertenter loquantur.

Declinatur quoque tertium motiuum, quo di-
cebatur quod in ceſſionarium tranſit priuilegium
fori, quia locũ habet in priuilegio quod ſoli perſo
næ competebat: at vbi priuilegiũ competit non ex
ſingularitate perſonæ, ſed ex pacto, conuentione,
vel contractu, tranſit in quemcunque, in quẽ ipſe
21 tranſit contractus, † vti probat Bal. in cõtrarium
allegatus in d. l. per diuerſas, nu. 21. & ſequuntur
alij omnes citati in motiuo, & ponunt exemplum
in priuilegio fori acquiſito propter iuramentum
contrahentis, quia trãſit in ceſſionarium. & rõ eſt,
quia eſt pars contractus, ideo cum ipſo contractu
trãſit, & eſt acceſſoriũ, ideo venit cum principali,
c. acceſſorium, de reg. iur. in 6. & qualitas rei anne-
xa tranſit cum re, l. fin. in fine, ff. de contrah. empt.
fiſcus autem in præſenti facto poterat D. Foreſtũ
conuenire coram Dominis delegatis, non ſolum
pro eo quod fiſcus habeat priuilegium conueniẽ-
di ſuos debitores coram ſuis iudicibus, ſed proin-
de quod obligatio erat Cameralis, & talis quòd
qualiſcunque creditor etiam alioquin non priui-
legiatus potuiſſet in omni foro eum conuenire: er-
go idem licebit habentibus a fiſco iura ceſſa.

Vltimò dum dicebatur, quod obligatio Came
ralis hoc caſu nõ poteſt inducere prorogationem
iuriſdictionis, quam habent Domini delegati, nõ
eſt hic inſiſtendum, quia ſupra demonſtraui iuriſ-
dictionem Dominorum delegatorum eſſe proro-
gabilem, quinimò eos ſine prorogatione eſſe com
petentes iudices.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius põt ea omnia, quæ põt is, cuius vices gerit.*
2 *Vicarius, ſeu Prorex, poteſt abſente Rege, vel Princi pe præſtare aſſenſum ſuper alienatione feudi.*
3 *Securitas a ſolo Principe conceditur.*
4 *Securitas poteſt concedi a locum tenente Principis, etiam per epiſtolam.*
5 *Securitas cenſetur conceſſa pro vnica vice, ſiue detur hoſti, & bannito, ſiue debitori, nu. 6.*
7 *Petitio non attenditur, ſed conceſſio.*

Signa-

8 *Signaturà ampliat,& reſtringit petitionem.*
9 *Securitas eſt hoſti bannito, & cuicunque alij ſeruanda.*
10 *Securitas eſt ſeruanda ei , cui non erat concedenda de iure.*
12 *Securitas eſt ſeruanda,etiam quando non valet conceſsio,etiã ſi poſſet vario modo interpretari,nu.12.*
13 *Impunitas à iudice promiſſa delinquenti,eſt ſeruanda in foro conſcientia.*
14 *Securitatem datam à Principe qui violat,læſæ maieſtatis eſt reus.*
15 *Princeps non eſt ſolutus lege rationis, ſed debet vnũ calamum & vnam linguam habere.*
16 *Securitas conceſſa debitori , non conſumatur in prima vice.*
17 *Securitas conceſſa determinatè,non reſtringitur ad primam vicem.*
18 *Semper dictio,importat perpetuitatem.*
19 *Semper dictio,importat proceſsionem temporis,& iterationem.*
20 *Semper dictio , idem ſignificat, quod perpetuo, omni tempore & omni caſu.*
21 *Semper dictio,non differt a dictione quandecunque, & eſt vniuerſalis affirmatiua.*
22 *Diſpoſitio non reſtringitur ad primum actum, quando extant verba ſignificantia iterationem.*
23 *Fideiuſſor , qui promiſit reum præſentare toties quoties,non liberatur bina præſentatione.*
24 *Securitas conceſſa cum verbo,ſemper, non extinguitur in prima vice.*
25 *Securitas conceſſa ad certam terminatam cauſam , durat quandiu cauſa ipſa durat.*
26 *Diſpoſitio facta ob certam cauſam , non reſtringitur ad primam vicem , ſed durat donec ſequatur effectus. & ibi infertur ad multa.*
27 *Reſponſio indeterminata intelligitur , ſecundum interrogationem.vbi infertur ad aliqua.*
28 *Reſcriptum interpretatur ſecũdum ſupplicationem, vbi infertur ad multa.*
29 *Securitas indeterminatè conceſſa, intelligitur ſecundum petitionem.*
30 *Declaratio non poteſt fieri.vbi verba ſunt clara.*
31 *Declaratio voluntatis non poteſt fieri ab hærede.*
32 *Soluens poteſt tempore ſolutionis declarare , in quam cauſam ſoluat.*

CONSILIVM CCLXXXI.

De authoritate Illuſtriſſimi Dñi Gubernatoris,qui ſecuritatem conceſſit accedendi, ſtandi, & redeũdi,dubitari non poteſt,quia cum ſit generalis Gubernator Ducatus Montiſferati cõſtitutus a Sereniſſimo Dño Duce, poteſt
1 tamquam Vicarius † ea omnia facere , quæ poſſet Dux ipſe,cuius vices gerit,l.1.C.de offic.eius,qui vices alt.ger.cap.ſi epiſcopus,2.qõ.6.& cum Dux conſueuerit ſimiles cõcedere ſecuritates,cenſetur in generali poteſtate attributa Dño Gubernatori facultatem cõceſſiſſe faciendi id, quod ipſe ſolitus erat facere, vt probatur ex l. qui peculij , ff.de peculi.iuncta l.vel vniuerſorum,ff.de pign.actio.qua ratione Iſern.in c.imperialem, de prohib.alie.per Feder. dicit , quòd & ſi in generali mandato non veniat facultas donandi,l.filius,ff.de dona.l.cõtra iuris,ff.de pact.vbi gl. citat concordantes : tamen
2 vicarius † Regis,ſeu Prorex,poteſt aſſenſum concedere pro alienatione feudi, quãdo Rex abeſt.& id multis confirmat Afflict.ibi,q.16.nu.10.& ſeq. vbi etiam nu.43. & ſeq.arguit ab eo quod Rex facere conſueuit.quamuis igitur ſecuritatem,vel in-
3 ducias † ſolus Princeps concedere poſſit,l.1. ff.ad l.Iul.maieſt.vbi Ang.l.relegati,vbi Bart.& Alber. in fine, ff.de pœn. latè Afflict. deciſ.4. per totum, Cæph.in conſ.304.nu.14.& 133.Boer.deciſ.179. nu.1.Clar.in pract.crim.§. fin.quæſt.32.num.14. Boſſius in tit.de rem.ex ſola clem.Princip.nu.58. tamen idem eſt in Gubernatore,vel Locumtenen
4 te , qui vices Principis gerit, † vt in ſpecie concludit Caſtr.in conſ.424.nu.9.col.penult.verſi.nunc ad propoſitum,volum.1. Menoch.de arbit.iudic. caſu 336,num.27. & non refert,quod facta fuerit ſecuritas per literas patentes,vel aliter:quia etiam ſi fuiſſet conceſſa per epiſtolam , eſſet non minus ſeruanda,vt concludit Caſtr.d.conſ.424.col.pen.

Quæritur igitur, an iure violari potuerit , & ea non obſtante licuerit eidẽ Dño Gubernatori hũc nobilẽ retinere pro debito fiſcali per eum contracto cum Ducali camera? Et prima facie licita videtur carceratio , quia in dubio ſecuritas, ſeu ſaluus
5 conductus intelligi debet pro vna † vice tantũ datus,& nõ vltra. Diſpoſitio enim hominis reſtringi debet ad primum actum,l.boues,§. hoc ſermone, ff.de verborum ſign. & ita dicit Bart.in l.1.verſic. quartò quæro, ff.ad l. Iul.maieſt.& in l.dotis promiſſio, ff.de iure dot.Io.de Plat.in l.1.in fin.C.de nauicul.lib.11.Fel.in c,fi,col.1.de treg.& pace,Iaſ. in l.duobus,§.ſi ei qui,n.6.ff.de iureiuran. Dec.in cõſ.512.nu.6.alios plures refert Tiraq.in l.boues, §.hoc ſermone,in regula,nu.80.ff.de verborũ ſig. Vital, in tract. clauſ.in verſic.nil nouari ſecuritate pendente,col.1.Ferretus de gabell.nu.199.Petrin. Bel.in tract.de re milit.tit.de ſaluis cõduct.nu.24. Ant.Gabriel.com.opi.lib.6.tit.de legib.cõcluſ.2. nu.7.Menoc.d.caſu 336.in fi.eſt verum quod prædicti loquũtur,qñ fides publica datur bannito,vel
6 hoſti. ſed idem locum vẽdicat,qñ alicui † debitori datur,vt voluit Bar.poſt Dy. in l.adulteria,§.fi.in princ.ff.de adulter. inquit enim, quod ſi creditori promiſerit debitorem abire , qui tamen primo iurauerat ſe ante ſolutionem non receſſurum ſine licẽtia creditoris,intelligi debebit talis promiſſit de prima vice, ita vt poſtquã ſemel abfuit, non poſſit iterũ recedere ſine noua licentia,& ſequitur Iaſ.in l.diuortio,§.quod in anno,nu.17.ver.ſeptimo facit, ff.ſol.mat. Tiraq.d.§. hoc ſermone, in regula, nu.60.vbi addit hoc tenuiſſe quoque Old.in quadã diſputatione.& non dicatur quod ſaluus cõductus intelligi debet conceſſus pro certa & determinata cauſa , vt conſtat ex poſitione & literis ad dictum Dñm Gubernatorem datis; quia rñderi po-

teſt

teſt quod & ſi petitus fuerit ad præciſum aliquem
7 effectũ,tñ non debet attẽdi petitio, † ſed conceſ-
ſio, qñ eſt determinata , vt concludit in propoſito
Bar.in d.l.1. nu.5.ff.ad l.Iul.maieſta. ſtandum eſt
enim conceſſioni & reſcripto, nõ ſupplicationi,&
8 ſignatura ampliat & reſtringit † petitionẽ,Abb.in
c.inter dilectos,col.3. ver.nota bonã,de fide inſtr.
& in c.2.de treg.& pace,Fel.n.2.circa fi.idẽ Fel.in
c.ſu p̃litteris,col.6.in fi.ver.limita regulã, de reſcr.
Quib.tñ non obſtantib.firmiter teneo eũ nullo
modo in carceres cõijci potuiſſe,quia ſub fide pu-
blica ad hanc ciuitatem deuenit, ei itaq; fides erat
ſeruanda , quia nec etiam hoſtis ſub publicæ fidei
9 † ſecuritate decipiendus eſt, l.cõuentionum, ff.de
pact. q̃ & ſi de hoſte loquatur, procedit tñ in ban-
nito quoq; ex delicto, vt ibi vult Bart.nu.1.& Iaſ.
nu.3.& ſeq. Bar.in l.is,qui reus,nu.12.ff.de publ.
quam ſnĩam probarũt Old. Alber. Ang. Signorõ.
Salyc.Imo.Fely.Afflict. Pariſ. & plures alij, quos
refert & ſequitur Menoch.in conſ.100. num.196.
& plurib.ſequentibus,& latiſſimè proſequitur Iu-
lius Ferretus de fide ſeruan.nu.11.& ſeq.& proce-
dit etiam , qñ ei fuit conceſſa , cui concedi de iure
10 † nõ debuit,quia nihilominus eſt ſeruãda, ne ſub
publica fide circumueniatur, vt voluit Cy.in l.pręſenti,C.de his, qui ad eccle.confug. Bart.in d.l.is,
qui reus,nu.12.verſ.dico tñ,Bal.in conſ.490.circa
finem,ver.item ex quo data,vol.1.vbi inquit deci
piendum non eſſe, qui de principalib. literis con-
fidit.& hanc partem humaniorem eſſe & ad Prin-
cipis honorem magis pertinere, Dec.cõſ.51.nu.2.
& dicit Signoro.in conſil.102.nu.6. quod fiducia
data per officialẽ,debet eum cui fuit conceſſa, ſer-
11 uare a damno, † eſto quod non teneat,l.fi.§.diui,
& l.ſi quis,ff.de pub. Marſil.in conſ.32.nu.28.vbi
dicit procedere ex æquitate , & multo magis fieri
debere a Principe , in quo nihil magis præfulget
quam recta fides. epiſtola, inter claras,C.de ſum.
Trinit.Cagn.in l.ea eſt natura,num.18.& 19.ff.de
reg.iur.Menoc.d.tract.de arbitr.iud.caſu 338.nu.
6.& ſeruari debet ſecuritas, etiam ſi verba poſſent
12 vario † mõ interpretari,vt dicit Bal. in conſ.400.
vol.1. ſequitur Boſſ.in tit.de remed. ex ſola clem.
Prin.in fi.& dicit Decius d.l.ea eſt natura,circa fi.
quod etiam priuato ſeruari debet fides data hõ-
ſti,quamuis Bar.contrarium tenuerit in l.1.§.non
fuit,ff.de dolo, quia ille text.nullum verbum facit
de fide data, & dicunt apoſt.ibi, quod & ſi cõis ſit
opinio quod iudex non teneatur ſeruare impuni-
tatem,qua reo promittit, ſed ea non obſtante con
demnare illum poſſit vigore cõfeſſionis,quam ſub
13 impunitatis fide ex torſit:tamen † ea opinio nõ eſt
tuta in foro conſcientiæ,quia non poteſt frangi fi-
des,ſine interitu ſalutis æternę. monet itaque iudi
ces vt caueant ab huiuſmodi promiſſionibus , ne
ſint animarum ſuarũ homicidæ. & ſicuti Princeps
rigorem exercet contra eos , qui fidem a ſe datam
violare auſi ſunt, illoſque vti læſæ maieſtatis reos
14 † coercet,ſecundũ Bar.in l.1.ff.ad leg.Iul.maieſt.
& in l.3.§.transfugas,C.ad l.Corn.de ſicar.Gigas
in tract.de crim.læſæ maieſt.lib.1.in rub.qual.& a
quib.cap.33.& rurſus cap.18.Boer.in deciſi.179.
num.2.latè Menoc.d.tract.caſu 326.nu.2. vbi in-
telligit de occidente:ſi vero aliam offenſionem in-
tulit,dicit offendentem puniri iudicis arbitrio,Iu-
lius Ferret.de fide ſeruan.num.14.ita ipſe ſeruare
debet,quia & ſi legibus ſit ſolutus, legibus tamen
viuere debet,l.digna vox,C.de legib. & facile con
temnens alij legum, quã conditor neglexit,& Do-
minus noſter Ieſus Chriſtus cœpit facere, deinde
docere.& quod quiſq; iuris in alium ſtatuerit,eo-
dẽ ipſe iure vtatur. qui titulus & ſi ad Principem
non pertineat , ad eum tamen inſpecta honeſtate
referri poteſt & abſtinere debet Princeps,ne in il-
lud incidat,quod alijs crimen eſſe ſtatuit:quia om
ne animi vitium tanto conſpectius in ſe crimen
habet, quanto maior qui peccat habetur. & cum
15 Princeps ſit animal rationale,licet lege nõ ſit † li-
gatus, tamen non dictamine naturalis rationis eſt
ſolutus,vt dicit Bald. in l.2.C.de ſeru.& aq. Alibi
dixit idem Bal.quod Principibus maximè conue-
nit illud verbũ,ſemel loquutus eſt Deus. & illud,
quod ſcripſi,ſcripſi. & debet habere vnũ calamũ
& vnam linguam,quia ſcriptum eſt,quæ proceſſe-
runt a labijs meis, non faciam irrita. refert Marſil.
in conſi.32.num.29.& in ſing.166.vbi dicit quod
in omnibus damnabilis eſt inconſtantia, ſed maxi
mè a principali dignitate abhorret.
Non obſtat igitur, quod ſecuritas alicui cõceſ-
ſa reſtringatur ad primum actũ,& ideo cum ſemel
& pluries hic nobilis acceſſerit ad præſentem ciui-
tatem,licitè demum potuerit retineri,nõ obſtante
ſaluo cõductu,cuius fuit extincta virtus, qñ ſemel
acceſſit;quia rñdeo quod hoc eſt verum, quando
ſecuritas conceditur hoſti vel bannito: ſic enim in
telligitur de prima vice; ſecus autem eſt qñ conce
16 ditur † debitori.& ratio diuerſitatis eſt,quia quã-
do debitori conceditur,illa conceſſio eſt fauorabi-
lis,quia eum reſtituit ad priſtinam libertatem: ſed
in hoſte vel bannito eſt odioſa, quia reipublicę in-
tereſt hoſtes & bannitos a patria arcere ac longe
abeſſe. in præſenti aũt facto ſecuritas fuit debitori
conceſſa,ideo tamquam fauorabilis debet exten-
di,non ad vnicum,ſed ad plures acceſſus. & ita de
terminat Calde.in diſputat.incip. ex octo ſtuden-
tibus, in vltima carta, vbi dicit quod ſcholaris de-
bitor,qui iurauit nõ exire diſtrictum ſine credito-
ris licẽtia, ſi impetret facultatem exeundi,poterit
exire quotieſcũque voluerit. & eum ſequitur Fel.
d.cap.2.col.3.nu.5.verſ.fallit tertiò,de treg.& pa-
ce.vbi & in primo relinquat in craſtinum cogitan
dum, poſtea tamen ſubdit in debitore, veram eſſe
Cald. ſnĩam , ſi indefinita petita ſit licentia , quia
materia eſt fauorabilis,qualiter eſt in hoſte,vel bã
nito,Tiraq.d.§. hoc ſermone,limit.3. num.6.pro
qua ſententia faciunt quæ latè ponit idem Tiraq.
in princ.d.limit.& per totam,vbi concludit, quod
in materia fauorabili,& quæ benignam recipit in-
terpretationẽ,non eſt locus diſpoſitioni illius tex.
ſed vlteriores actus includuntur, vt latè ibi poteſt
videri

videri.& quamuis contrarium teneat Bartol.in d.
l.adultera,§.fina. ff.de adult.tamen Calder. in lo-
co prædicto ſequitur Bertach, in verſi.ſaluus cor-
ductus,ver.pen.in fin.Gabriel. comm.opin.lib.6.
tit.de leg.concluſ.2.num.37.

Rñdeo ſecundo,ꝙ cõtrarium procedit,qñ con-
ceſſio eſt indeterminata; ſed qñ eſt determinata,
17 † tunc non reſtringitur ad primã vicem, vt decla-
rat Bart.in d.l.1.ff.ad l.Iul.maieſt.in omnib.enim
id primo inſpiciendum eſt,quod inter partes con-
uenerit,l.ſemper in ſtipulationib.ff.de regu.iur.&
id eſt ſeruandum, quod inter partes actum eſt, l.
eũ qui calendis,ff.de verb.oblig.l.ſi duo,§.primo,
ff.de verb.ſign. & ita expreſsè declarat Tiraq.d.§.
hoc ſermone,limit.11.vbi in limit.12. extẽdit etiã
procedere, qñ expreſſe id partes non egerunt, ſed
earum intentio ex veriſimilib. coniecturis colligi-
tur,gl.d.l.ſemper in ſtipulationibus,cum alijs rela
tis,qui ibi videri poterũt.verba autem ſecuritatis,
quam tractamus, non poſſunt ad primũ acceſſum
reſtringi. Dicunt enim, *mi contento di nuouo aſſicu-
rarle,che venendo ſaranno da me.& da tutti li mini-
ſtri di S. Alt.veduti,& honorati,ſenza che le ſia fatto
nelle perſone, ò ne beni altro che corteſia, ſi che ſarà
ſempre in loro libertà il ritornarſene tutti ò parte, co-
me meglio le parerà*.põdero illud verbum,*ſarà ſem-*
28 *per in libertà*: ea enim dictio denotat † perpetuita
tẽ,vt eſt tex.in l.ſemper,ff.de iure immun.in l.ſem
per, ff.quod vi,aut clam,l.2.C.de epiſc.& cler.l.3.
C.de epiſc.aud. & idem importat, quod in perpe-
tuum.l.fi.vbi gl.ff.ad leg.Pomp.de paricid.Soc.in
cõſ.11.nu.5.vol.1.vbi dicit quod ſignificat perpe-
tuitatem,allegat id, quod cõtinuè cantat eccleſia,
ſicut erat in principio, & nunc & ſemper, &c.& li-
cèt Doctores controuertant, an dictio ſemper,ex-
cludat præſcriptionem;tamẽ hoc eſt certum,quod
vbi non agitur de præſcriptione, ſignificat proceſ-
19 ſionem temporis,& † iterationem,vt dicũt Doct.
in d.l.1. Tiraq.latè de retract.conſang.§.primo,gl.
10.num.34.& ſeq.& de retract.conuent.§.primo,
gl.2.nu.8.& ſeq.Corne.in conſ.41.col.fi.volum.2.
Ruyn.in conſ.143.num.10.vol.4.& in conſi.191.
20 nu.16.vol.2.& idem importat † quod perpetuò,
vt voluit glo.in ver.ſemper,in proœm. Inſt.& dicit
Alber.in ſuo diction.in verſ.ſemper,quod ſignifi-
cat omni tempore,& omni caſu,Pariſ.in conſ.90.
num.28.vol.2.& in conſ.93.nu.17.eod. volumine
inquit, quod ſignificat tractũ ſucceſſiuũ omni ca-
ſu,& omni tempore,& dicit idem Pariſ.conſil.53.
nu.33.& conſ.81.nu.5.vol.3.quod dictio ſemper,
& dictio perpetuo,ſignificant idem, quod in infi-
nitum,& denotant perſeuerantiam. & dicit Bero.
in conſ.80.nu.9.vol.2.quod dicto ſemper,impor-
tat omni caſu, omni tempore & in perpetuum. &
dicit Bertran.in conſ.173.nu.17.vol.3. quod de-
notat continuationem & perpetuitatem,Cæphal.
21 in conſ.40.nu.5.& dictio ſemper,nõ differt † a di
ctione quãdocunque,vt per Tiraq.de retract.con
uentio.§.primo,gl.2.nu.10.Cæpha.in d.conſ.40.
num.5.& eſt vniuerſalis affirmatiua,Saly.in l.pri-
ma,in prin.C.quom. & quando iud. Tiraq.de re-
tract.conſang.§.primo,gl.9.nu.221.quando autẽ
in diſpoſitione extant verba ſignificantia perpetui
22 tatem & iterationem,tunc ea non reſtringitur † ad
primum actum, Archid.in capl.nunc verò,9.q.3.
Geminia.in cõſ.97.col.1.verſ.prætextu huius,vbi
dicit quod etſi conceſſio apoſtolica,per quam per
mittitur beneficij mutatio, reſtringatur ad primã
mutationem;tamen ſi contineat dictionem, quo-
ties voluerit, poterit is ſæpius mutare. Idem dicit
Dec. in conſ.169. nu.1. & hanc limitationem po-
nit Tiraq. dicto §.hoc ſermone, limit.26. vbi late
comprobat, adducens ſimiles deciſiones & autho
ritates, & præcipuè id, quod volunt Imola, Rom.
& Alex.in l.ſi finità,in prin. ff.de dam.infec.vbi di
cunt, qđ fideiuſſor qui præſentare promiſit toties
23 † quoties,non liberatur bina præſentatione, quia
dictio quoties,importat infinitatem,nec eſt dupli
ci actu contenta, vt idem Tiraq. alios addens latè
proſequitur de retract.conuent.§.primo,gl.2.nu.
19. & dicit Tiraq.d.limit.26. id procedere non ſo-
lum in dictione quoties,ſed etiam in dictione,qñ-
cunque, quotieſcunque, & alijs ſimilibus. ita ibi
num.1.& nu.3. ſicuti igitur conceſſio non reſtrin-
gitur ad primum actum,quando concepta eſt per
uerba,quandocunque,& ſimilia;ita dicendum eſt
eam non conſumi in primo actu,ubi continet ver-
24 bum ſemper, † cuius eadem eſt ſignificatio, quæ
eſt uerbi quandocunque,ut ſupra diximus, & cõ-
probatur ex eo quod ponit Iulius Ferret.in d.tra-
cta.de gabel.num.201.ubi dicit, quod qui promi-
ſit aliquem præſentare, liberatur ſemel præſentan
do. ſed hoc fallit, quando promiſit præſentare to-
ties quoties,ſemper,uel quandocunque,& ita pa-
rificat iſtos terminos,& uult idem eſſe toties quo-
ties,quod ſemper,uel quandocunque.

Tertiò rñdeo, ꝙ ſaluus cõductus,de quo loqui
tur quæſtio noſtra,fuit cõceſſus ad certum finem,
& determinatum effectum, ut.ſ.is nobilis poſſet
quædam parare,quæ omnia erãt neceſſaria ad ne-
gociationem, quam ipſe & ſocij ſuſceperant; & id
dignoſcitur ex litteris ab eo datis ad Illuſtriſſimũ
D.Gubernatorem ſub die 5.Aug.quibus petit ſe-
curitatem his uerbis formaliter additis, *Acciò poſ-
ſiamo venire a prouedere ad alcune coſe neceſſarie per
detta noſtra impreſa*. hoc autem certum eſt, ꝙ & ſi
uenerit pluries & receſſerit,tñ durãt adhuc proui-
ſiones & alia,quæ ad utilitatem negotij fuerunt in
cauſa impetrati ſalui conductus, & propter quæ
erat omnino neceſſaria præſentia eius & ſociorũ,
& quæ aliter expediri non poterant,ut eſt ordina-
tio ſcripturarum illius negociationis,quę & ſi iam
diu inchoata,nondum tñ eſt perfecta mutatio eo-
rum,qui fuerant ad uenditionem deputati, & alia
eiuſmodi;quæ omnia donec ipſe & ſocij in præſen
ti ciuitate fuerunt,aſſiduè pertractata ſunt,ſed nõ-
dum extremam manum per ſcripturarũ multipli-
citatem & perſonarũ multitudinẽ licuit eis impo-
nere. His ergo ſic ſtantibus, ſequitur quod uirtus
ſecuritatis nõ fuit conſumpta,nec extincta,qñ pri-
mum

mum acceſſit ad pręſentem ciuitatẽ:quia vbi ſecu-
ritas conceditur pro certa aliqua determinata cau
ſa,eatenus durat, quatenus ſubſiſtit cauſa conceſ-
25 ſionis.† eſt enim hoc regulare,quod durante cau-
ſa, perſeuerare debeat; quod ob cauſam introdu-
ctũ eſt,l.ſemper,§. negociatores, ff.de iure immu.
cum alijs apud Tiraq.in tract.ceſſan.cau.nu.17.&
in ſpecie quod conceſſio non reſtringatur ad pri-
mum actum, qñ ob certum caſum facta eſt, voluit
Bar.d.l.1.num.5.ver.prædicta intelligo, ff.ad leg.
Iul.maie.dicens quod ſi conceſſa eſt ſecuritas eun
di & redeundi pro pace fienda , poterit is durante
26 † tractatu pacis ire & redire ſemel & pluries, argu
mento l.continuus,§.itẽ qui inſulam, ff.de verbo.
oblig.& l.veteres,ff.de initin.a ctuque priua. idem
tenuerunt Ang.Abb.Ioan.de Plat.& Georg.Nat-
ta, quos refert & ſequitur Tiraq. d.§. hoc ſermo-
ne, in quinta limitatione . Et ideo infert Deci. in
conſ.562.nu.2.ver.ad idẽ facit,quod facultas per
debitorem conceſſa creditori capiendi pecuniam
ſuper cambijs,ne creditor propter debitoris morã
patiatur,non intelligitur de prima vice tantũ, ſed
pro pluribus , donec creditor erit integrè ſatisfa-
ctũ.& dicit Alex.d.l.ſi finita,in prin.nu.4.in fi.qđ
qui tenetur aliũ in iudicio ſiſtere occaſione certæ
cauſę ſeu litis,nõ liberatur ſi ſemel ſiſtat,ſed toties
tenetur,quoties durante ea lite opus erit, ſequitur
Iaſ.in l.duob.§.ſi ei,nu.19.ver.tu teneas concluſio
nem,ff.de iureiur. eodẽ modo limitat Fely.in c.2.
col.pen.in quarta limit.in fi.de treg.& pace, & an
te hos Butr.in conſ.30. col.1.ver:item cum cauſa,
Vital.in tract.clauſ.in tit.nil nouari ſecur.pend. in
princ.col.1. eandem ſententiam probarunt Ripa,
Bertran. Ioan.de Silua,& Magalot.quos refert &
ſequitur Gabriel.com.opin.lib.6.tit.de leg.& con
ſtit.conclu.2.nu.29.& 39.in propoſito itaque non
debet ſecuritas reſtringi ad primũ acceſſum, poſt-
quã cauſa conceſſionis eſt certa & non recepit fun
ctionem & exequutionem ex illo primo acceſſu.

Nec aduerſatur, qđ non debeat attendi ex qua
cauſa fuerit poſitus ſaluus conductus , ſed ex qua
fuerit conceſſus:quia non petitio,ſed conceſſio eſt
inſpicienda. ad hoc enim rñdeo,quod ex quo con
ceſſio eſt indeterminata,debet intelligi ſecundum
petitionem , quæ eſt certa & determinata , iux.§.
27 præterea, Inſt.de inutil.ſtipu.vbi rñſio † interpre-
tatur vt conueniat interrogationi, l. ſi defenſor,§.
qui interrogatus,ff.de interrog.actio.cap. inter di
lectos,§.cæterum,de fide inſtr.Bar.& alij,in l.1.§.
ſi quis ſimpliciter,& in §.ſi ſtipulanti, ff.de verbo.
oblig.Soc.in conſ.112.nu.4.vol.4.Pariſ.in cõſ.81.
nu.11.vol.1.Bero.in conſ.62.nu.18.vol.1.& infe-
runt ideo Cum.Imo.Caſt.Aret.& Alex.in l.ſi cui,
§.a filio, ff.de lega.primo , quod interrogatus , an
carnaliter cognouerit Bertam vxorem Titij,ſi ſim
pliciter rñdeat cognouiſſe,cenſetur cõfeſſus etiam
illam qualitatem quod ſit vxor Titij,Ruyn. in cõ-
ſil.169.num.5.vol.4. & non ſecus eſt in reſcripto:
28 nam illud interpretatur † ſecundum ſupplicatio-
nem,vt eſt tex.in l.1.C.de diu.reſcrip.Alexand. in
conſ.75.nu.12.vol.5. vbi dicit reſcriptum adapta
tum eſſe ad ſupplicationem,vt videatur cõceſſum
quod fuit petitum.& hanc concluſionem latiſſimè
comprobat D.Becius in conſ.55.nu.5.& ſeq. vbi
allegat Alex. Rom. Fulgoſ.Riminald. Dec.Ruyn.
Gozad.Alcia.Gram.& Crauet.concludens quod
conceſſio intelligitur facta ſecundum qualitatem
præcedentis petitionis,Rol.qui in eodẽ caſu con-
ſuluit, conſ.61.nu.9.& ſeq.vol.3. vbi citans Fely.
Pariſ. & Soc.iun. dicit quod attendi debet forma
ſupplicationis,cuius verba ſi ſimpliciter ſint prola
ta,erit quoque ſimpliciter intelligenda conceſſio.
& dicit Crot.in cõſ.130.nu.3.quod interpretatur
reſcriptum ſecundum tenorem ſupplicationis. &
dicit Natta in conſ.98.nu.22.quod talis prẹſupo-
nitur rñſio , qualis fuit interrogatio. & infert ideo
idem Natta in conſil.274.nu.6. quod immunitas
Cõitati & hominib. Felizani conceſſa,extenditur
etiã ad vectigalia imponẽda,quia in ſupplicatione
id fuerat petitum. allegat Bal.in d.capit.inter dile
ctos,col.pen.dicere,quod pro intellectu priuilegij
recurrendum eſt ad formam petitionis. idẽ Natta
in conſ.276.nu.1.vbi in eodem facto dicit quod ſi
circa id quod eſt conceſſum, reſultat aliqua ambi-
guitas declaranda, venit ſecundũ id quod fuit pe-
titum,Meno.in conſ.33.nu.14. Cũ igitur conceſ-
ſio ſecuritatis ſit indefinita & non contineat certã
cauſam , intelligi debet facta ex cauſa , & ad illum
finem, ad quẽ fuit poſita.& hoc voluit ferè in ter-
minis Bart.in d.l.1.nu.5.ff.ad l.Iul.maieſt. dicens
quod ſi ſaluus conductus ſit determinate petitus,
29 ſed indeterminate conceſſus , † talis conceſſio in-
telligitur ſecundũ determinatam petitionem,alle-
gat d.§. præterea,& d.§. qui interrogatus, & eum
ſequuntur oẽs relati ſupra, dum diximus , ſaluum
conductum reſtringi ad primam vicem.& rurſus,
quando diximus non reſtringi , quando fuit con-
ceſſus ob determinatam cauſam, & Bart. referunt
per formalia verba,Fel.d.cap.2.col.pen.ver. fallit
quarto, de treg. & pac.& Vital.d.clau. nil nouan.
ſecuritate pendente,colum.1.in princ.facile enim
fuiſſet Illuſtriſſimo D. Gubernatori exprimere, ſi
ad alium finem conceſſiſſet ſecuritatem, argumen
to l.vnicæ,§.ſinautem ad deficiẽtis,C.de cad.toll.

Audio tamen fieri fundamentũ ſuper eo,quod
ponit Dec.in conſi.51.nu.3.col.fi.vbi dicit,quod
ad Principem concedentem ſpectat declarare fidẽ
publicam, quam dedit, ſi de ea contingat dubita-
ri,& allegat ibi Spec.Caſtr.& Alex.ſed id meo iu-
dicio eſt ſatis leue. procederet enim , quando du-
bium verſaretur ſuper verbis ſalui cõductus, quia
eorum declaratio ſpectaret ad concedentem: ſed
hic verba ſunt clara,quia dicitur quod veniat ſem
per cum voluerit. Item fuit petitus ex certa cauſa,
30 ideo non eſt opus † declaratione,vt voluit Caſtr.
in l.hæredes palam,§. ſi quid poſt,num.4.in fi.ff.
quemad.teſt.aper.Dec.in conſil.214.nu.5.& in l.
ſemper in ambiguis,nu.4.ff.de reg.iur.late Tiraq.
in l.ſi vnquam,in verſ.libertis, C.de reuoc. donat.
Roland.in conſil.46.num.38.volum.2.D.Becius
in

in conſ.3.nu.44. Reſponderi ēt pōt, quod in pro-
poſito facto non poſſet Illuſtriſſ. D. Gubernator
declarare ad quē finem conceſſerit ſaluū condu-
ctum, cum id dependeat a mente non concedētis,
ſed impetrantiſ, cuius contēplatione conceditur,
& cuius vtilitatē reſpicit conceſſio: nnn enim cō-
cedens potuiſſet diuinare, ex qua cā & ad quē ef-
fectum debitor peteret ſecuritatē, & quid eſſet fa-
cturus poſt impetrationem, niſi ipſe in ſuis literis
declaraſſet. Cū itaque finis eſſet in intentione pe-
tentis, non pōt concedens declarare, quia propriā
quidē voluntatē quilibet, alienam verò nemo de-
31 clarat, ēt ſi illi ſucceſſerit vniuerſali † titulo, glo. in
l. idē Pomponius, §. vlt. vbi Bart. Bal. & Ang. ff. de
rei vēd. cū alijs apud Tiraq. in d. l. ſi vnquā, in ver.
reuertarur, nu. 302. & ſpeciale exigitur mandatū,
vt quis poſſit alterius voluntatē declarare, glo. &
Bar. in l. t. §. 1. ff. de lib. agno. Bar. in l. inter ſtipulā
tem, §. 1. vbi Ale. & alij, ff. de verbo. oblig. Doct. in
l. naturaliter, §. nihil cōe, nu. 37. ff. de acq. poſſeſ.
Ripa in l. fin. nu. 131. C. de reuoc. donat. Tiraq. de
retract. conuen. §. 1. gl. 10. num. 94. Pariſ. in conſ.
31. nu. 122. vol. 1. Bero. in conſi. 151. nu. 18. vol. 1.
Nat. in conſ. 230. nu. 8. Rol. in conſ. 19. n. 2. vol. 3.
Tertiò dico quod vbi ēt alias facultas declarā-
di ſpectaret ad concedentem, id procederet quan
do pars quæ ſupplicauit, non primo declaraſſet
animum ſuum: vbi enim pars a principio & peti-
tionis tempore expreſſiſſet cauſam, propter quā
petebat ſecuritatem, ſtandū eſt partis declaratio-
ni, per text. in l. 1. ff. de ſolut. vbi qui erat ex pluri-
32 bus † cauſis debitor, poteſt tempore ſolutionis
declarare, in quam cauſam ſoluat, & attēditur ſua
declaratio, nec eſt in creditoris arbitrio exprime-
re in quam cauſam accipiat, præter quam vbi de-
bitor ſoluens nō exprimit qua intentione ſoluat.
Quartò ea declaratio non poteſt fieri nunc re
non integra, quando iam debitor eſt detētus, ſed
licuiſſet a ptinc. & re integra eam facere, quando
debitor poterat abſtinere ab acceſſu.

SVMMARIVM.

1 Cenſuum conſtitutio Pij V. non ligat ſubditos tēporalibus Principibus in ijs, quæ non concernūt animā.
2 Verba vbi ſunt clara, non admittitur quæſtio voluntatis.
3 Copulata plura requiruntur ad actus validitatem, alias actus corruit.
4 Clauſula in fine poſita refertur ad omnia pcedentia.
5 Clauſula in fine poſita æqualiter determinat omnia præcedentia.
6 Forma dicitur, quando aliquid de nouo inducitur a lege cum certis modificationibus.
7 Alius dictio, eſt implicatiua ſimilium.
8 Forma dicitur, quando lex ita eam appellat.
9 Forma eſt indiuidua, & inſeparabilis.
10 Forma ſemper præſumitur ſubſtantialis.
11 Mediū eiuſdē indicatur natura, cuius ſunt extrema.
12 Medium declaratur ab extremis.
13 Pontificum decreta in concernentibus ſalutem animarum ſeruanda ſunt in vtroque foro.
14 Pacta in contractu poſita informant, & ſunt pars eius.
15 Contractus iuſtitia deducitur ex vniuerſo.
16 Valor rei augetur & minuitur ex qualitatibus & circunſtantijs.
17 Perfectio contractus conſiſtit in concluſione.
18 Solemnitates plures ſi requiruntur ad actum, nō ſufficit eas eſſe pro maiori parte obſeruatas.
19 Colonus quando vult fructus vendere, præfertur dominus. idem eſt in vaſſallo & emphyteuta.
20 Proprietarius vēdens proprietatem, debet in ea præferre vſufructuarium.
21 Vſurarius dicitur contractus, quando omnia pacta ſunt in fauorem creditoris, vel pars maior.

CONSILIVM CCLXXXII.

CONSTITVENDIS cēſibus modū
prǽſcripſit Pius V. Pontifex maxi-
mus & ſanctiſſimus, in cōſtitutione
edita 14. calen. Febr. anni 1568. ve-
rū in dubium reuocatur, an ea ex-
trauagans ſeruāda ſit in terris eccleſiæ non ſubie
ctis ratione tēporalis iuriſdictionis, quoad duo il-
la, qđ dn̄s cenſus alijs oībus præferatur, vbi res
obligata vendenda ſit, & quod dn̄o cenſus denun
ciandū ſit per bimeſtre ante, qn̄ venditor vult cen
ſum extinguere. & quidē Martin. Nauar. vir ma-
ximè religioſus, in commentar. de vſur. num. 106.
ver. tertio quod his videtur, concludit cōſtitutio-
1 nem in ea † parte non ligare eos, qui tēporalibus
ſub ſunt Principibus. mouetur. quia per illas clau
ſulas Pōtifex non declarat aliquid eſſe peccatum,
nec præſumit: extra verò materiā peccati nunquā
Papa intendit derogare temporali Principum iu-
riſdictioni, vt dicitur in c. nouit, de iudi. & nō po-
teſt ſm eum dici, quod Pontifex præſumat cōtra-
ctum vſurarium, ſi hæc duo non ſeruētur: quia vt
ille inquit, nu. 107. ver. quędam tandem ſunt, ab-
ſurdum eſſet contractū fuiſſe ab initio iuſtū, dein-
de uero uſurariū iudicari, quod poſt decenniū vē-
diturus rē cenſuatam non illā offerat dn̄o cenſus,
uel redēpturus non id denunciet per bimeſtre an-
te, & nu. 108. ver. tertio quod iuſtè, dicit ꝙ obſer-
uantia dictæ conſtitutionis poſſet omitti extra ter
ras Papę ſubiectas, quoad ea, quę nō ſunt iuris na
turalis uel diuini, quia cenſus emptio, res eſt pro-
fana, & eius conſtitutio non eſt magis ſpiritualis,
quàm venditio aliarū rerum, ideo Papę cōſtitutio
non ligat regna temporalia Papæ non ſubiecta.
Mihi verò nullo modo arridet huiuſmodi in-
terpretatio, quin uidetur prorſus contra uerba &
ſenſum dictæ cōſtitutionis; uerba enim clara ſūt,
quia dicit, ubi aūt uendenda ſit, uolumus domi-
num cenſus alijs omnibus præferri. & rurſus, cum
verò traditione pretij reditus extinguendus erit,
volumus per bimeſtre ante, id denunciari, cui pre
tium dandum erit. atq; ita ubi uerba ſunt aperta,
2 non eſt admittenda † quęſtio uoluntatis, l. ille aut
ille, §. cum in uerbis, ff. de legat. 3. cap. vlt. de uer-

bo.ſignific.cap.ſi quis presbiter,de conſecrat.di-
ſtinct.vlt.cap.quomodo,31.diſtinct. Tiraq. in l.ſi
vnquam,in ver.libertis,nu.5. C.de reuocan. don.
D.Bec.conſ.21.nu.32.

Secundò, qñ plura copulatiuè requirſitur om-
3 nium concurſus † requiritur,l.ſi hæredi plures, in
prin.ff.de cond.inſtitu.l.ſi is,qui ducenta, §.verũ,
ff.de reb.dub.Ale.in conſ.13.num.14.vol.3.dixi
in conſi.45. nu. 15.hinc dicimus quod deducens
in libello multas qualitates, tenetur omnes pro-
bare,l.diuus,ff.de re iudi.Fel.in c.examinata,col.
3.de iudi.Marſi.in rubr.C.de pba.n.437.& ſeq.

Tertiò Pontifex poſtquam multa poſuit in cẽ-
ſus conſtitutione ſeruanda,ponit generalẽ clauſu
lam,Contractus ſub alia forma poſt hac celebran
dos fœneratitios iudicamus. hæc aũt clauſula in fi-
4 ne † poſita refertur ad omnia præcedentia, l. talis
ſcriptura,§.fi.ff.de leg.primo,l.3. §. filius ẽt inter
medias,ff.de lib.& poſthum. Pariſ.conſi. 50. nu,
14.& 17.vol.ſecundo.ideo ſi plures ponãtur ſub-
ſtitutiones,clauſula ſubiecta erit ad oẽs ſerẽda, vt
inquit Dec. ĩ cõſ.79.col.1.Crau.in cõſ.326.n.14.

5 Addo quartò, qđ hæc clauſula in fine † poſita
determinat omnia præcedentia æqualiter, l. nam
hoc iure,ff.de vulg.& pupilla.l.quamuis,& l.hære
ditatem,C.de impuber.l.ſi legatarius, vbi Bar.ff.
de leg.3.alios citaui in conſi.31.nu.15.vbi probo
procedere etiã, qñ ſubeſſet aliqua diuerſitatis ra-
tio.non minus ergo cenſeri debet fœneratitius cõ-
tractus, qñ eſt contra duo illa requiſita, quam ſi
eſſet contra alia in eodem contractu deſcripta.

Quintò non eſt dubium, quin cõditiones oẽs,
& qualitates cumulatæ in dicta conſtitutione pro
forma requirantur ad eſſentiã cenſus:nam vbi lex
6 aliquid de nouo inducit cum certis † modificatio-
nibus,illud reputatur pro forma, Dec.in cõſ.434.
nu.1.Cranc.in conſi.182.n.10.vbi allegat Anch.
& Socin.Deciſ. Pedemon.165.nu. 11. D.Becius
in conſ.12.nu.24.conſ.66.num.9.& probatur ex
verbis conſtitutionis, dum iudicat fœneratitios
cõtractus ſub alia forma celebratos. dictio enim,
7 alius, eſt implicatiua † ſimilium, l. ſi fugitiui, vbi
gl.C.de ſeru. fugitiu. Abb.in cap. ſedes, de reſcr.
Afflict.deciſ.24.nu.1.Cur.iun.cõſ.38.nu.1.Nat.
in conſ.298.nu.5.Ceph.in cõſ.53.nu.66.dũ ergo
dicit, ſub alia forma, præſupponit ſupradicta eſſe
de forma, & forma dicitur qñ lex ita eã appellat,
8 † vt poſt Rui,& Brun. ponit D.Becius conſi. 12.
nu.27.ſi verò ſunt de forma,vtique oĩa debẽt ſer-
uari in cõſtitutione cẽſus, quia indiuidua eſt for-
9 ma † & inſeparabilis,l.hæredes palam, §. fi.l.ſi is,
qui,vbi Bal.in primo notab.ff. de teſtam. & adeo
eſt de genere indiuiſibilium, quod quælibet mu-
tatio in parte totum vitiat, Bald.in l.Pedius, poſt
prin.ff.de arbitr.alios citat Tiraq.de retract. con-
ſang.§.1.gl.21.nu.12.Dñs Becius in conſ. 12.n.
30.vbi poſt Brunũ dicit, ꝙ in ijs,quę ſunt de for-
ma,ſi receditur a parte,receditur a toto, & forma
10 ſemper præſumitur ſubſtãtialis,† Bald.in l.cõpa-
rationes,in 3.oppoſ.in fi.C.de fide inſtrum.Tira-
quell.de retract.conſang.§.36.glo.ſecunda,num.
29.D.Becius d.conſi.12.num.15.Deciſ. Pedem.
65.nu.16.dixi in conſi.124.nu.5.ſi ergo conſtitu
tioni contrauenìant contrahentes in altero ex ijs
duobus requiſitis, non minus actus vitiabitur,
quàm ſi contrauentio eſſet circa alia capitula.

Sextò dicta duo capitula ſeu modificationes
ſunt inter alia, quæ omnino ſunt de ſolemnitate,
& ſubſtantia cenſus, & quæ nemo negat eſſe ſer-
uanda quocunque in foro: ergo idem erit de præ-
dictis duabus intermedijs clauſulis. mediũ enim
11 † eiuſdem naturæ iudicatur,cuius ſunt extrema,l.
hæredes palam,§.ſi quis poſt,ff.de teſtam. Neui-
zan.in conſi.29.nu.quarto,dixi in conſi.126.nu.
13.& poſita in medio declarantur ex præcedenti-
12 bus † & ſequentibus,glo.in l.ille,a quo,§.ſi de te-
ſtamento,in verſi.verba,ff.ad Trebellia. Barto.in
authen.hoc locum,num.12.in fine, C.de ſecund.
nup. & ſicuti ex contextu totius teſtamenti colli-
gitur voluntas, l. Mæuia, ff. de manum. teſtam.l.
nummis,ff.de leg.3.ita ex contextu totius conſti-
tutionis.nulla ergo ſuadet ratio,quare magis alia
requiſita ſit in temporalibus regnis obſeruanda,
quàm duo hæc,de quibus agimus.

Septimò certum eſt ꝙ decreta Pontificis edita
ſuper eo,quod concernit peccatum,vel ſalutẽ ani
13 marum,ſeruanda ſunt in † vtroque foro, gloſſ. &
Doctores in cap.poſſeſſor,de reg.iur.in ſexto,Do
ctores in c.fi.de præſcriptio.ca.cum contingat,de
iureiuran.c.penul.& vlt.de ſecund.nupt.& in ſpi-
ritualibus non dedignatur lex ciuilis ſubijcere ſe
canonicis ſanctionibus,§.penul.in Authen.vt cle.
apud propr.epiſcop.§.1.in Authen.de eccleſ. tit.
§.fi.in Auth.de monach.c.1.de iuramen.calum.c.
clerici,de iudic.glo.& Doctores in cap.primo,de
oper.noui nunc.vbi Abb.num 5.dicit, quòd vbi
agitur de materia concernente peccatum, vel de
interpretatione legis diuinæ, ſeu de varietate opi-
nionũ,ſeruantur canones in vtroque foro. & hæc
eſt generalis regula, quod lex canonica ſeruetur
in vtroque foro,quando agitur de peccato,Bar.in
l.priuilegia,C.de ſacroſ.eccl.Alex. in conſi. 209.
nu.7.vol.2.conſi.105.num.8.volum.4.conſi. 51.
num.4.vol.5.Pariſ.in conſi.27.num.115. volum.
primo,Dec.in conſi.231.nu. 1.Marſi. in l. vnica,
num.193.C.de rap.virg.Vaſq.de ſucceſſ.creat.§.
20.num.626. præcipuè quando diſpoſitio cano-
nica eſt indefinita, & non excitat ſolum officium
eccleſiaſtici,vt per Aret.in conſi.48.colum.3.Ri-
pa in rub.ff.de verbo. oblig. num.57. Galiau.nu.
18.& 24.Deciſ.Pedem.152.numero 7. conſtitu-
tio verò prædicta eſt pro ſalute animarum, & pro
euitando peccatum, vt dicitur in procem. ibi,non
potuimus animarum, prout tenemur, ſaluti, &c.
& præſupponit, imò explicitè ponit Nauar. loco
prædicto, numero 106.vbi dicit, quod illa extra-
uagans lata eſt circa ſpirituale dubium, an ſcilicet
cenſus conſtitutio ſit peccatum, id quod tangit
periculum animarum, ſeruari itaque debet con-
ſtitutio in vtroque foro.

Non

Non obſtat autem, ꝙ Pontifex per duas illas
clauſulas non præſumat aliquid eſſe peccatū:quia
reſpondeo hoc omnino falſum,quia diſponit con
tractum eſſe ſeneratitiū,ſi aliter,vel ſub alia forma
celebretur,quàm ea,quam ſupra dixerat.ſupra au
tem duas illas adiecit qualitates, & certū eſt quod
forma eſſet alia,ſi eſſet contra dictas qualitates,&
verba ſunt clara magis quàm vt liceat dubitare.

Ratio autem abſurdi cōſiderata a Martino ni-
hil omnino releuat, dum dicit, non eſſe rationabi-
le quod contractus, qui decēnio fuit licitus, is po-
ſtea declaretur illicitus,quia redēpturus nō denū-
ciauerit ante bimeſtre, vel venditurus fundum cē-
ſuatum non denunciauerit domino cēſus, & eum
expectauerit: nam iuſtitia contractus non debet
quidem iudicari aut cognoſci a futuro euentu,vel
ab ijs, quæ poſtea contingunt aut fiūt,ſed a forma
ſeruata,vel non ſeruata tempore celebrati contra-
ctus, vt notatur in l. 2. C. de reſcind. vend. & licèt
durum uideatur quòd duo illa alterent naturā cō-
tractus; tamen non debet hoc mirum videri: ſunt
pars indiuidua formæ,quæ fuit præfixa cōtractui,
imò dr̄ eſſe pars cōtractus,quia omnia pacta po-
24 ſita † in contractu informant contractum,& dicū-
tur illius pars, l. fundi partem, de contrahen. empt.
l. iuriſgentium, §. quinimo, ff. de pact. Corn. in con
ſil. 12. numero primo, volum. 3. Iaſ. in conſi. 111.
colum. penul. verbo, quintò & vltimò, volumine
quarto, Alciat. in conſi. 149. nu. 6. Tiraquel. de re-
tract. conſang. §. primo, glo. 17. nume. 38. & de re-
tract. conuent. in præfatio. num. 21. & ſeq. & iuſti-
25 tia contractus deducitur ex vniuerſo † contractu,
Caſtr. in conſil. 176. colum. prima, in fine, volum.
ſecundo, vbi dicit quòd oratio ſumpta ex vniuer-
ſo, ſi in parte ſit falſa, in totū erit falſa. & dicit Do-
minus Becius in conſil. 45. nu. 23. quod finalis cau
ſa deſumitur ab vniuerſo contractu, non a parte.
idem eſt, quando agitur de læſione in contractu,
quia tunc in æſtimanda re non attendimus ſolum
pretium, ſed etiam qualitates, quę ſolent valorem
26 rei augere † aut minuere, vt per Doctores in l. ſe-
cunda, C. de reſcind. vend. Tiraquel. d. præfat. nu.
20. & ſeq. cum ſimilibus. & dicit tex. in l. merus, §.
fin. ff. famil. erciſc. & in l. prima, C. commu. diuid.
quod æſtimatio fieri debet de tota re, non de ſin-
gulis eius partibus, & ibi glo. & Bartol. notant, Pi-
nell. in l. ſecunda, par. 3. cap. fin. num. 36. Alciat. in
d. conſi. 100. nume. 6. idem eſt, quando ad digno-
ſcendum, an ſit remittenda penſio conductori, æſti
mantur fructus, quia tunc deducitur damnum ha-
bito reſpectu ad vniuerſam locationem, ita quod
ſi parum ſit perceptum de frumento, & multum
de vino, quod in vno deeſt, ſuppletur ex alio, ſe-
cundum Bald. in l. licet, quæſtio. 9. C. locati, Natta
in conſi. 449. num. 5. & ſeq. atque ita ponitur ratio
ſuper vniuerſo, non ſuper ſingulis partibus. & ra-
tio eſt, quia perfectio actus conſiſtit in concluſio-
27 ne, † l. contractus, C. de fide inſtrumen. l. ſi volun-
tate, vbi Bal. C. de reſcind. vend. idem dicit in ſen-
tentia Bald. in repet. l. quid ergo, §. pœna grauior,
nu. 10. ff. de his, qui not. infam. idem in teſtamento,
quod perficitur ex multis, ſed eius ſubſtantia con
ſiſtit in vltimis verbis, Bald. & Aret. in l. ſi is, qui,
ff. de teſtamen. Natta conſil. 164. num. 26. hinc di-
cimus, quod vbi multa ad ſubſtantiam actus re-
quiruntur, non ſufficit multa eſſe obſeruata, ſi ali-
28 quid † omittatur, l. cum hi, §. ſi prætor, vbi Bald.
ff. de tranſact. Corne. in l. fin. §. & ſi præfatam, poſt
glo. & Caſtren. ibi, C. de iure deliber. Brun. in tra-
cta. de forma in titu. de poten. & effec. colum. 22.
verſi. vigeſimusquartus effectus, vbi dicit quòd ſi
plures ſolemnitates requirūtur ad actum, omnes
ſunt ſeruandæ, & ſi vna deficit, actus ex integro eſt
reficiendus, ſequitur Dominus Becius conſil. 12.
nume. 30. & ſequen. Deciſio Pedemon. 165. nu. 5.
ita ergo contractus cenſualis iuſtificatur ex multis
ſolemnitatibus ſimul iunctis; ideo ſi vna deficit,
remanet reprobatus: quod ſi a principio celebre-
tur cum omnibus ſolemnitatibus, non ſit exinde
ſeneratitius, quia venditor recuſet vnam implere,
ſed ſat eſt quòd cogi poſſit ad implendum, puta ſi
conuentum ſit ſecundum conſtitutionem, quòd
fiat denunciatio, licèt venditurus inde fundum nō
denunciet, non deſinit contractus eſſe iuſtus, ſed
datur domino cenſus actio contra venditorem.
Pontifex autem ideo cogit venditorem cenſus ad
denunciandum emptori duobus illis in caſibus,
quando ſcilicet fundum cenſuatum eſt venditu-
rus, & quādo cenſum eſt redempturus, quia e cō-
tra emptorem ad duo compellit, primum ad per-
mittendum, quòd venditor cenſus poſſit fundum
cenſuatum vendere; ſecundum ad retrouendendū
quandocunque cenſum. hinc venditori non debet
dura videri obligatio denunciandi emptori, ſi cō-
ſiderabit maiorem impoſitam ipſi emptori obli-
gationem, & non eſt nouum quod dominus cen-
ſus præferatur alijs in venditione fundi cenſuati:
19 videmus enim idem † ſeruari in fundo emphyteu
tico, & in fundo communi, & in fructibus coloni,
& in multis alijs, ut per Iaſ. in l. fin. nu. 10. C. de iu-
re emphyteu. Parid. de Puteo in tracta. de reinteg.
feu. cap. 126. idem eſt in proprietario, qui præfer-
20 re † debet vſufructuarium, Bart. in l. cotem, §. pri-
mo, ff. de publica. Caualca. de uſufru. mulie. relict.
nume. 173. denunciatio autem per bimeſtre ante
eſt rationabilis ad effectum ut dominus cenſus nō
retineat pecuniam ſuam ocioſam, ubi ex improui-
ſo cogeretur uendere cēſum. & ſanè maxima pru-
dentia Pontificis in ea conſtitutione deprahendi-
tur, qui ita uoluit emptoris & uenditoris commo-
da ex eo contractu prouenientia cum incommo-
dis compenſare, ut contractus utrique foret aquè
grauis & inutilis, ut qui ignorauit iudicari uſura-
21 rium contractum, qū omnia pacta † ſunt in fauorē
creditoris, uel pauca admodū in fauorē debitoris,
Cardin. in clem. 1. §. cæterū, q. 3. de uſur. Natta in
conſi. 497. nu. 14. ſi enim diligēter inſpiciamus, ꝙ
in fauorē uenditoris ea cōſtitutione inducta ſunt,
quæ item emptoris reſpiciunt commodum, ferè
æqualem utriuſq; utilitatem uerſari dignoſcemus.

SVMMARIVM.

1 *Minor alienat valide contra præceptum teſtatoris, ſi iurat.*
2 *Alienatio minoris contra præceptum teſtatoris, eſt nulla, niſi iuret non contrauenire ex cauſa minoris ætatis, vel alia quauis cauſa.*
3 *Minor iurans nõ contrauenire ex minori ætate, vel alia cauſa, perdit beneficia minorum, & maiorum.*
4 *Iuramentum minoris in dubio videtur præſtitum ad tollendum beneficium minoris ætatis.*
5 *Paria ſunt iurare ſimpliciter, vel iurare de non contrauenicẽdo aliqua ratione vel cauſa. cõtra, nu. 10.*
6 *Minor iurans non contrauenire aliqua ratione, poteſt contrauenire ex beneficio maioribus conceſſo. contra, num. 10.*
7 *Iurans non contrauenire aliqua ratione, perdit beneficia etiam maioris ætatis.*
8 *Vniuerſalis diſpoſitio omnia includit.*
9 *Aliquis dictio, eſt vniuerſalis, & omnia includit.*
10 *Iurans non contrauenire aliqua ratione, vel cauſa, excluditur a beneficio læſionis.*
11 *Fauori ſuo renunciare poteſt maior, ſed non minor.*

CONSILIVM CCLXXXIII.

ETIAM ſi vera ſupponatur concluſio, q minor prohibitus a teſtatore
alienare intra minorẽ ætatẽ, poſſit
cũ iuramento alienare, vt multi vo
1 luerunt † fræti authoritate Aret. in
conſ. 22. in ſecundo dubio tñ id verum eſt, qñ alie
nando iurat non contrauenire rõne minoris æta-
2 tis, vel alia quauis cauſa. † ita declarat Dec. in cõ-
ſil. 349. nu. 6. & Ruy. in conſ. 212. nu. 6. vol. 1. mo-
uentur ex doctrina Bar. in l. 2. C. de reſcin. vend. &
in auth. ſacramenta puberum, C. ſi adu. vend. vbi
inquit, iuramentum ſimpliciter præſtitum a mino
re, tollere ſolum remedia competentia rõne mino
ris ætatis: ſed qñ dicitur non ſolum ex cauſa mino
ris ætatis, ſed etiam ex quauis alia: tunc poſterior
3 pars tollit remedia, quæ etiam maioribus † compe-
tunt, ſequitur Soc. iun. Crau. & Rol. quos citat D.
Becius in conſi. 100. nu. 15. & in conſil. 108. nu. 1.
infinitos cumulat Pinell. in rep. d. l. 2. par. 3. cap. 1.
nu. 9. poſt Crem. nu. 177. & Cagnol. nu. 103. lon-
ge plures Lamberteng. de contr. eorum, qui ſine
cer. ſolemn. in fi. nu. 36. At D. Io. Franc. Motta in
donatione, quam fecit D. Marthæ eius vxori, de
bonis prohibitis alienari, iurauit ſimpliciter non
contrauenire aliqua ratione, vel cauſa, & non ſe-
cundum formam præſcriptam a ſupra relatis Do-
ctoribus: ergo donatio impugnari poteſt tãquam
facta cõtra pceptũ teſtatoris, ut per Dec. & Ruin.
in locis prædictis. Confirmatur hoc alia rõne; nã
4 † vbi unicum extat iuramentũ, illud in dubio uide
tur præſtitum ad tollendum beneficia minoris æta
tis, ut inquit Bart. in d. l. 2. nu. 12. in fi. C. de reſcin.
uend. Crem. d. num. 177. uerſi. primo caſu, Cagn.
nu. 111. Dominus Becius d. conſ. 108. num. 19. &
Lamberteng. d. nu. 36. & ratio eſt, quia remedium
minori ætati cõceſſum, tãquam proueniens a iure
ſpeciali, facilius tollitur, quam ea, quæ a iure cõi
deſcendunt, ut in propoſito inquit Caſtr. d. l. 2.
nu. 15. uel quia contrahens cũ minore ueriſimili-
ter nihil magis dubitat, quam ne contraueniat ex
auxilio ætatis: ideo renũciatio uidetur ſuper eo re-
medio poſita, cuius timor erat magis præſens, ut
ex Cyno, Bar. Bal. & Sal. concludit Pinell. loco p-
dicto, nu. 16. ubi impugnat Caſtr. cum igitur nul-
la mentio facta ſit in præſenti iuramento de mino
ri ætate, debet renunciatio ad illam ſolam referri.

Tertiò uidetur in propoſito hoc uoluiſſe Abb.
in cap. cum contingat, num. 23. uer. & hæc uiden-
5 tur uera, de iureiur. ubi dicit paria † eſſe quòd mi-
nor ſimpliciter iuret, uel cum illa qualitate de non
contraueniendo aliqua ratione uel cauſa; & infert
quòd minor eo modo iurans impugnare poterit
actum ratione enormis læſionis.

Quartò in proprijs terminis noſtris Bero. in cõ
ſil. 22. nu. 55. uer. uel cõſiderandũ, uol. 2. dicit qđ
6 minor † iurans non contrauenire aliqua rõne uel
cauſa, perdit ſolum beneficia competẽtia ex priui
legio ætatis: at nõ ea, quæ maioribus ſunt cõceſſa.

Hanc tamen ſententiam exiſtimo de iure mini-
mè poſſe procedere, & donationẽ prædictã ſubſi-
ſtere ex cauſis & fundamentis aliàs per me addu-
ctis in priori reſpõſo. ea uero opinio Bero. eſt fal-
ſa: nã qui iurat non contrauenire aliqua rõne, uel
7 cauſa, renũciat etiã beneficijs cõpetentibus † ma-
ioribus, vti uoluit Bar. in d. auth. ſacramẽta pube-
rum, nu. 14. loquendo enim de eo, qui iurauit nõ
contrauenire ratione minoris ætatis, uel alia qua-
uis cauſa, dicit primam renunciationem cõſtitue-
re iurantem maiorem, ſecundam uerò excludere
ab ijs iuribus, quibus maior uti poſſet. idipſum
ponit Caſtren. in dicta l. 2. num. 15. in fi. ubi etiam
Cagnol. num. 110. ſi ergo ea forma renũciationis
excludit minorem a remedijs, quibus maior poſ-
ſet contrauenire, falſum eſt, quod Bero. dicit ex-
cludere ſolum a beneficio ætatis.

Secundò moueor, quia iuramentũ de nõ cõtra
ueniendo aliqua rõne, uel cauſa, cum ſit generale,
non poteſt reſtringi ad minorem ætatem, ſeu eius
8 beneficia, quia uniuerſalis † diſpoſitio nihil exclu
dit, l. 1. ff. de leg. 1. & qñ eſt prolata ab homine, nõ
recipit limitationem de habilitate: licèt ſecus, qñ
profertur a lege, Bar. in l. 1. §. nunciatio, ff. de oper.
no. nunc. Iaſ. in conſi. 124. in fi. uol. 4. Crot. in con
ſil. 136. nu. 50. Natta in conſil. 159. nu. 7. Caphal.
in conſi. 317. nu. 23. Deciſ. Pedem. 169. nu. 5. Do-
minus Becius conſi. 100. num. 18. illa uerò dictio,
aliqua rõne, uel cauſa, eſt uniuerſalis, omnia inclu
9 dit, † & nihil excludit, ut per glo. in clem. 1. in uer.
earum parte, de foro compet. & ibi eam ſingularẽ
dicunt Card. Paul. Eleaz. Laur. & Zenzel. Bald. in
cap. quoniam, col. 3. ubi Dec. colum. 1. de teſtib.
& ideo inquit Imola in l. filio præterito, colum. 8.
de iniuſto, rup. teſtamen. quòd etſi mentio circũ-
ſcriptionis intelligatur in dubio de ea, quæ fit ex
propoſito: tamen quando dicitur de aliqua cir-

cumſcri-

cumſcriptione, venit etiam illa quæ inducitur re ipſa. & ex vniuerſitare dictę dictionis inferunt Doctores ad multas deciſiones, vt videri poteſt apud Tiraq. in l. ſi vnquam, in ver. omnia vel partem aliquam, nu. 14. C. de reuoc. donat. Nattam in conſi. 37. nu. 4. conſil. 125. num. 6. Alb. conſil. 71. nu. 11. Cæphal. d. conſ. 347. num. 14. D. Becium conſ. 12. nu. 65. latius in conſil. 32. num. 5. conſil. 66. nu. 21. & in conſi. 94. num. 30. vbi dicit quod præcedente negatiua æquippollet vniuerſalis. at maxima eſſet reſtrictio, ſi ſublata viderentur ſola beneficia, quæ maioribus ſunt conceſſa.

Tertiò in terminis contra Bero. facit quod voluit Ang. in auct. ſacramenta puberum, colum. ſecunda, ver. aduerre etiam, vbi ait quòd etſi iurans non contrauenire ratione minoris ætatis poſſit ſe
20 iuuare † remedijs, quibus iuuantur maiores: tamen ſecus vult, quando iurauit non contrauenirę aliqua ratione, vel cauſa, atque ita vult quod dicta generalis renunciatio excludat ab omnibus remedijs, etiam quæ competunt maioribus.

Quartò hoc idem magis clare voluit Imo. poſt ſcriptus viſus in conſi l. 1. num. 9. verſi. ſed contra, vbi motus ex generalitate verborum dicit, quod minor ſtante ea renunciatione non iuuatur beneficio ætatis, nec remedijs, quibus iuuantur maiores, & Imo. refert, & ſequitur Tiraq. d. ver. omnia, vel partem aliquam, nu. 14. & per eadem verba loquitur Lamberteng. d. nu. 36. apparet igitur Bero. malè loquutum fuiſſe.

Non obſtat igitur doctrina Bart. in l. 2. & in d. auct. ſacramenta puberum, quia Bar. facit pro hac parte, dum inquit clauſulā, aliqua ratione vel cauſa, tollere remedia etiam maioribus conceſſa, vt dixi. Prærerea licèt Bartol. tres ponat caſus, & totidem Bal. ibi, num. 12. & Salyc. nu. 17. ponat quatuor, vti faciunt Crem. & Cagnol. in locis prædictis: tamen nemo ex eis ponit caſum, quando ſolum iurauit non contrauenire aliqua ratione vel cauſa, qui tamen eſt caſus noſter.

Non etiam mouet, quod vnicum iuramentum referatur ad minorem ętatem: quia reſpondeo verum eſſe, quando eſt ſimpliciter præſtitum: ſecus quando per verba generalia, aut prægnantia, vt probāt Bar. Ang. Caſtr. Imola, & alij ſupracitati, facilius enim reſtringitur ſimplex diſpoſitio, & indefinita, quam vniuerſalis, vt ſupra demonſtraui.

Abbatis quoque deciſio non contradicit, quia non mouetur eo quod idem operetur, & non vltra iuramentum generale, quòd indefinitū & ſimplex, ſed quia iurans nunquam videtur cogitare de enormi læſione, & ideo vult quod etiam maioris ſimplex iuramentum minimè excludat a remedio l. 2. quod tamen eſt contra communem omnium opinionem ibi, & expreſsè contradicit Ang. d. auct. ſacramenta puberum.

Ad authoritatē Bero. ſatis eſt ſupra reſpōſum: hoc tamen non fuit diſſimulandum, quod ſi vera eſſet illius ſententia, nō ſeruiret in propoſito: nam poſſet minor ijs remedijs donationē impugnare, quib. poſſet maior, non autem alijs. verum maior in propoſito non poſſet impugnare alienationem, quam fecit contra teſtatoris præceptum in ſuum
21 fauorem factum, quia maior renunciare † poteſt fauori ſuo, ſecundum Bar. in l. 1. C. de pact. Oldr. in conſ. 241. & declarant Dec. d. conſ. 349. num. 3. circa fi. & Ruyn. d. conſ. 212. num. 3. volum. 1. vbi dicunt eſſe ſpeciale in minore, quod non poſſit renunciare fauori ſuo, ſed maiorem poſſe id facere ſine iuramento. ſicuti ergo maior non poſſet contrauenire donationi prædictæ, ita non debet licere minori, etiam ſi per iuramentum foret ſolum excluſus a beneficio minoris ætatis. hoc enim quod dicimus, minorē renunciare non poſſe fauori ſuo, eſt ętátis beneficiū, ergo eſt ſublatum per ſimplex iuramentum, ſecundum communē diſtinctionem Bar. & aliorū, de qua ſupra. videmus itaque, quod etiam ſi eſſet in iure vera propoſitio Bero. non tamen noceret in facto, de quo agimus, quia actor non allegat beneficia maiorum, ſed minoris ætatis, quibus fuit renunciatum.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio facta cōtra teſtatoris præceptum, eſt nulla.*
2 *Factum proprium impugnare poteſt quilibet, ſi eſt nullum. declara, vt nu. 6. & ſeqq.*
3 *Hæres poteſt venire contra pactum defuncti, ſi eſt nullum.*
4 *Alienatio facta contra præceptum teſtatoris, reuocari poteſt ab ipſomet alienante. ſed contra, num. 18.*
5 *Hæres non poteſt venire contra factum defuncti.*
6 *Factum proprium impugnare poteſt quilibet, quando annullatur in gratiam alterius. vbi declara.*
7 *Nullitatem allegat is ſolus, in cuius fauorem actus annullatur.*
8 *Venditio rei alienæ eſt valida quoad alienantem.*
9 *Factum proprium fauore tertij prohibitum, non poteſt impugnari ab eo, qui fecit.*
10 *Factum propriū nullum impugnare quis poteſt, quando lex reſiſtit, & inducit nullitatem.*
11 *Factum nullum impugnare quis poteſt, quando annullatur fauore publico.*
12 *Factum propriū nullum impugnare quis poteſt, quando annullatur fauore agentis.*
13 *Prohibitus alienare, poteſt fauori ſuo renunciare, ſi eſt maior, ſecus ſi minor. vbi declara.*
14 *Factum proprium nullum impugnat agens, quando annullatur ob formam non ſeruatam.*
15 *Bald. in l. quoties, num. 10. C. de fideicomm. declaratur.*
16 *Prælatus poteſt nomine eccleſiæ impugnare alienationem, quam nulliter fecit.*
17 *Factum proprium poteſt quis impugnare alieno nomine.*
18 *Caſtr. in l. filiusfamilias, §. diui, num. 3. ff. de leg. 1. reprobatur.*
19 *Alienari prohibita per teſtatorem licitè alienātur ab vltimo grauato, quando ex vocatis nemo ſupereſt.*
20 *Fideicommiſſarius hæres grauati non reuocat alienata per grauatum.*

31 *Contrauenieus volũtati teſtatoris, priuatur omni commodo.*

32 *Alienatio nulliter facta à minore, facit locum ſubſtituto in caſu alienationis.*

33 *Alienatio facta ab ignorante, facit locum ſubſtituto.*

34 *Minor alienans contra teſtatoris præceptum, non reſtituitur in integrum.*

CONSILIVM CCLXXXIIII.

QVIA in priorib. ſcriptis dicebam, quod
fratres de Ferrarijs tamquam hære
des Ioan. Franciſci Mottę non poſ-
ſunt venire contra alienationem fa
ctã a defuncto, & moleſtare D. Mar
thã, quę poſſidet ea bona ex cauſa donationis, du-
bitat de huius propoſitionis veritate D. Vicarius
huius Ciuitatis, frater meus: quia certũ eſt quod alie-
1 natio facta † cõtra teſtatoris præceptum eſt nulla,
gl. & Doctores, in l. cum pater, §. libertis, ff. de le-
gat. 2. Bar. in l. filiusfamilias, §. diui, nu. 6. ver. cer-
tè, & ibi ſequuntur alij omnes, ff. de lega. 1. Caſtr.
in l. qui Romæ, §. cohæredes, vbi Alex. nu. 13. cir-
ca fin. ff. de verb. oblig. Ruyn. in conſil. 112. col. 1.
vol. 2. Gram. in deciſ. 93. num. 1. & ſeq. Cæphal. in
conſil. 272. num. 52. Dominus Becius in conſ. 97.
num. 6. & in conſil. 100. num. 1. & quilibet poteſt
2 venire contra † factum proprium, quando eſt nul-
lum, l. quemadmodum, C. de agrico. & cenſi. lib.
11. l. iubemus, §. ſanè, C. de ſacroſan. eccleſ. Inſtit.
quibus mod. alien. lic. in princip. Bald. in l. prima,
C. de liber. cau. Alexand. in conſi. 123. num. 5. vo-
lum. 1. Craue. in conſil. 175. num. 6. Natta in con-
ſil. 198. num. 24. addo Bartol. in l. poſt mortem,
vbi Alexand. ff. de adoptio. Iaſ. conſi. 87. num. 10.
volum. primo, Afflict. in deciſ. 355. num. 11. Vant.
de nullit. proceſſ. tit. quis poſſit dice. de nullit. nu.
ſecundo, Dominus Becius in conſ. 90. nu. 15. & ſi
hoc facere poterat defunctus, licebit quoque hære-
di, qui dicitur eadem perſona, §. primo, in Auth.
de iureiuran. a morien. præſt. & quod hæres con-
traueniat alienationi inualidæ quam fecit defun-
3 ctus, † probat Iſern. in cap. imperialem, num. 6. in
addit. de prohib. feud. alien. per Feder. Corne. in
conſil. 301. num. 2. lib. 1. Soci. in conſi. 79. nu. 47.
lib. 4. Pariſ. in conſil. 33. num. 97. volum. 3. Soci.
iun. conſ. 77. num. 134. volum. 1. Grat. in conſ. 91.
num. 26. vol. 1. Gram. d. deciſ. 93. num. 8. Crau. in
conſ. 200. num. 5. Menoc. conſ. 11. num. 25. deciſ.
Pedem. 180. num. 1. & deciſ. 181. nu. 19. Phanuc.
de inuen. par. 7. nu. 132. Dominus Becius in con-
ſil. 52. num. 17. Pincl. in l. 1. par. 3. num. 83. lim. 10.
C. de bon mater.

Secundò videtur de hoc eſſe in terminis deci-
ſio Baldi in l. quoties, num. 10. C. de fideicom. vbi
4 inquit rẽ alienatam contra † teſtatoris pręceptum
reuocari poſſe ab ipſomet alienante. hoc etiam vo-
luit Caſt. de Bald. tamen non faciens mentionem,
in l. filiusfamilias, §. diui, nu. 3. in fi. ff. de lega. 1. ait
enim, quod vbi prohibitio teſtatoris eſt valida ex
cauſa aliqua tacita, vel expreſſa: tunc alienans po-
teſt contrauenire, etiam ſi nemo ſit vocatus in ca-
ſum alienationis, ſequitur Opizon. ibi, numero 9.
Ferdin. num. 60. Gram. d. deciſ. 93. nume. primo,
& quarto, Tiraquel. de retract. conſang. §. 26. glo.
2. num. 6. Cæphal. in conſi. 272. num. 54. Hieron.
Grabriel. in conſ. 119. nu. 3. conſil. 125. nu. 7. For-
tius dicit Caſtr. in l. fina. §. ſed quia, nu. 2. C. com-
mu. de lega. quod vbi alienatio eſt a lege prohibi-
ta, vt quando res ſubiecta eſt reſtitutioni: tunc alie
nans non tenetur ad rem tradendum, nec ad inte-
reſſe, ſequitur Gram. dicta deciſ. 93. nu. 3. quod ſi
reuocatio eſt alienanti permiſſa, non minus dabi-
tur hæc facultas hæredibus alienantis.

Prædictis tamen nihil facientibus, perſiſto in
priore ſententia, quod neque alienans ſi viueret,
neque eius hæres poſſit reuocare bona ſic vt ſu-
pra donata ſub prætextu fideicommiſſi prædicti,
quod enim attinet ad donantem, certum eſt quod
nemo poteſt venire contra propriũ factum, l. poſt
mortem, ff. de adop. reſpectu verò hæredis idem
5 eſt, quia venire non poteſt contra † factum defun
cti, l. cum a matre, C. de rei vend. l. ex qua perſo-
na, ff. de regul. iur. l. ſi ab eo, C. de liber. cau. l. ven-
ditrici, C. de reb. aliena. non alien. l. ſiue poſſeſſio,
C. de euictio. Tiraquel. de retract. conſang. §. pri-
mo, glo. 9. num. 47. Crot. conſil. 18. num. 9. Alcia.
conſil. 611. num. 2. Bello. in conſil. 9. num. 8. Cæ-
phal. in conſil. 393. num. 46. Roland. in conſil. 71.
nu. 36. volum. 2. conſ. 30. nu. 29. conſil. 34. nu. 71.
volum. 4. & procedit hoc etiam quando non tene-
batur de euictione, l. ſi fundum, C. de euictio. gl. in
d. l. cum a matre, vbi Ioan. Fab. Bal. & Caſt. Tira-
quel. d. num. 47. Soci. iun. in l. 4. §. Cato, nu. 211.
ff. de verbo. oblig. Pinell. in l. 1. par. 3. nu. 81. verſi.
ampliatur ſecundo, C. de bon. mater. imo hæres
non reuocat rem propriam quæ fuerat a defuncto
alienata, l. filium, ff. de liber. cau. l. 3. C. de rebus
eccleſ. non alieni. Dec. conſil. 547. nume. 3. Crot.
conſil. 32. nume. 28. Caſſan. conſ. 47. colum. pe-
nul. Pinell. loco præcitato, Roland. conſil. 30. nu-
me. 34. volum. 4.

Non obſtat itaque, quod alienatio contra teſta-
toris præceptum ſit nulla, & poſſit quilibet impu-
gnare proprium factum, ſi ſit nullum: quia reſpon-
deo locum id habere, quando factum annullatur
6 † non abſolutè, ſed in gratiam alterius, ita reſpon-
det Phanuc. in tract. de inuentar. par. 7. num. 149.
hæc tamen reſponſio, vt verum fatear, non placet,
quia vbi actus annullatur fauore alterius, is ſolus
allegat nullitatem, in cuius fauorem fuit inducta,
7 † gloſ. & Doctores in l. 2. C. de iure emphyteut.
Ruyn. in conſil. 48. num. 12. volum. primo, Tira-
quel. qui multos citat in l. ſi vnquam, in ver. reuer-
tatur, num. 394. C. de reuoc. donatio. & de legib.
connub. gloſ. 8. num. 94. ideo videmus quod & ſi
rei alienæ venditio ſit nulla, tamen alienans non
8 poteſt impugnare cõtractum, ſed quoad eum † eſt
valida, l. rem alienam, ff. de contrah. emp. glo. in l.
ſi quis alienam, ff. de actio. emp. Alex. in conſ. 69.

in

in princ.volum.4. Afflict. in decif.40.num.3. Ro-
man. in conſ.57.nu.25.volum.3. conſ.60.nu.56.
vol.4.Pinell.l.1.pat.3.nu.73.in princ.C.de bônis
mat.& poſſent adduci infinita exempla,in quibus
alienans non reuocat alienata, quando actus an-
nullatur in fauorem tertij.& in terminis, quod fa-
9 ciens † actum prohibitum fauore tertij contraue-
nire non poſſit,ponit Bar.d.l.poſt mortem,ibi,pri
mo caſu habet locum, declarat Menoc.conſil.89.
nu.84. & dicit Bar.in l.non dubium,nu.13.& 16.
C.de leg. quod contractus eſt nullus quoad alios,
non ad facientis commodum, Tiraqu. de retract.
conſang.§.primo,gl.2.num.7.& §.26.gl.2.nu.11.
Caualca.de tutore,num.162.

Reſpondeo itaq; contrarium procedere,quan-
do actus eſt in fraudem legis reſiſtentis: tūc enim,
quia emolumentum prouenit a lege, non autem
10 ab homine,poteſt agens impugnare.ita per † mul
ta declarat Cæphal.in conſi.393.nu.110. vbi con-
firmat pluribus exemplis.

Reſpondeo etiam contrarium procedere,quan
11 do actus annullatur fauore publico. † ita declarat
Bar.d.l.poſt mortem,& in l.ſi quis pro eo,num.7.
ff.de fideiuſſ. Iaſ. in l. iuriſgentium, §. ſi paciſcar,
num.4.ff.de pact.Menoc.dicto conſi.89.num.85.

Eſt verum quod Bart.in d.l.poſt mortem,verſ.
tertio caſu, dicit quod vbi actus annullatur fauo-
re eius, qui vult contrauenire, tunc licita eſt con-
trauẽtio,per l.1.C.de prædi.minot. ſequitur Alex.
in conſil.103.num.9.volum.2.Menoc.d.conſi.89.
nume.87. ſed hoc non obeſt, quia locum habet in
præcepto legis, vel in nullitate actus a lege indu-
12 cta,† ſecus in præcepto teſtatoris: nam videmus,
quod prohibitus alienare,poteſt fauori ſuo renun
ciare,ſi non ſit minor, Bart.in l.1.C.de pact.Oldr.
conſil.241.Dec.conſil.349.num.3. circa fi.Ruyn.
conſil.212. num.3.volum.1. minor autem poteſt
13 renunciare † cum iuramento, ſecundum Aretin.
in conſil.22. in ſecundo dubio, cum alijs, quos in
priorib.citaui.ex quo etiam colligitur alia reſpon-
ſio,vt ſcilicet impugnare quis non poſſit actũ pro-
prium iuratum, licèt foret nullus in ſuũ fauorem,
vt de fundo dotali dicunt Doctores in capit. cum
contingat, vbi Imo. & alij,de iureiur. Aret.Inſtit.
quib.alien.non licet,in princ.num.8.

Sunt etiam qui dicunt, quod tunc quis poteſt
impugnare factum propriũ nullum,quando actus
ſimpliciter non prohibetur,ſed datur certa forma
14 ſeruanda, qua non ſeruata † annullatur; at ſecus
quando ſimpliciter & abſolutè prohibetur, & an-
nullatur,vt per Tiraquell.de retract.conſang.d.§.
26.gloſ.2.& de legibus connub.gloſ.8.num.207.
vbi allegat Cardin.Alexand.ſequitur Caualca.de
tuto.num.162.

Declinatur etiam quod voluit Bald. in l. quo-
15 ties,† quia loquitur in prælato,ſeu rectore aut ad-
miniſtratore eccleſiæ, qui poteſt impugnare pro-
prium factum, ſi eſt præiudiciale eccleſiæ, ſecun-
dum glo. in cap.ſi quis presbyterorum, vbi Abb.
de reb.eccle.non alien. in cap.primo,verſ.contra-
ctum,de reſtit.in integr.in ſexto,Abb.in cap.1.de
iureiuran. Bero. in conſilio 32. numero 41.vol.2.
& famil. quæſt.27. per totam, & quæſt.ſeq. & ra-
16 tio eſt,quia † tunc prælatus videtur perſona diuer
ſa ab alienante,vt declarat Bero. in d.capit.ſi quis
presbyterorum, num.46.Pinell.in l.prima,par.3.
nume.73.C.de bon. mater. Phanuc. de inuentar.
par.7.nume.171. vbi dicunt eſſe hoc regulare in
quocunque adminiſtratore,qui venire poteſt con
tra proprium contractum, ex quo gerit duplicem
17 perſonam, & impugnat † alieno nomine, & ita
declarat Alber.in d.l.poſt mortem,col.3.Sal.in d.
l.vendicantem, Alexan.in conſilio 109.volum.4.
Pinell.loco prædicto.

Doctrina verò Caſtr. in l.filiusfamilias,§.diui,
eſt falſa, & contrarium tenuit ipſemet in conſilio
444.in fin. volumine 1. vbi inquit quod alienans
18 contra præceptum teſtatoris, non † poteſt reuo-
care alienata, Bertran.in conſilio 115.numero 19.
volumine 2. vbi ait quod hæres vendens rem a te-
ſtatore prohibitam alienari, non poteſt alienatio-
ni contrauenire,allegat l. filiusfamilias,§.cum pa-
ter, ff. de legat.primo. hoc etiam tenuit Natta in
conſilio 144. nume.13. vbi allegat l. peto, §. fra-
tre,ff.de legat.2.idem probauit in conſi.145.num.
18. latè comprobat Phanuc. de inuentar.parte 7.
num.149.& num.150.

Confunditur autem ea opinio, prætermiſſis
communibus regulis,ex pluribus deciſionibus; &
primò ex tex.in l.cum pater,§.libertis,ff.de leg.2.
19 vbi dicitur qđ res alienari prohibita valide † alie
natur per eum, qui eſt vltimus ex vocatis, Ange.
in conſi.169.colum.2. Caſtr.in d.conſ.454.vol.1.
Dec.in conſi.182.col.1.& in conſi.511.Socin.iun.
conſilio 37.num.1.volum.3. Tiraquel. de retract.
conſang.§.26.gloſ.prima,num.8.Natta,qui mul-
tos citat,in conſil.145.num.19.& in conſilio 470.
num.3.Roland.in conſil.25.nume.18.volum.pri-
mo, Phanuc. dicto nume.149. at ſi verum eſſet,
quod ipſe alienans poſſet reuocare, non eſſet tu-
tus emptor,nec eſſet valida alienatio.

Secundò ex eo quod legitur in l.filiusfamilias,
§. cum pater, ff.de lega.primò, vbi ita demum fi-
lius alienantis admittitur ad rem fideicommiſſo
ſubiectam, quam pater alienauerat contra teſtato
ris præceptum,ſi nõ ſit patris hæres: at ſi hæres ſit
non reuocat alienationem,& ibi Bart.Caſtrenſ.&
20 alij notant quod ſubſtitutus † qui ſucceſſit hære-
di grauato,non admittitur ad rem fideicõmiſſo ſu
biectam,quam hæres alienauit,non obſtante teſta
toris prohibitione,Corn.in cõſi.243.col.2.vol.3.
Alexan. in conſilio 3. in princ. volum.tertio,ante
omnes Bartol.in l.peto,§.prædium,ff.de legat.ſe-
cundo, Roman.in conſi.18.num.4.Crott.in dicto
§.diui,num.146.ff.de legat.primo, Ruyn.in con-
ſil.7.numero 39.volum.primo, Pariſ.in conſi.48.
num.3.volum.3.Socinus iunior in conſil.106.nu.
53.volumine 1.Roder.in repet.l.quoniam in prio
ribus,ampliat.7.num.ſecundo, ver.& non ſolum
rem,C.de inoffi.teſtam.vbi ait,eſſe ad hoc textum

ſingularem in l. vnũ ex familia, in verſ. ſed ſi vno, ibi, doli exceptione, &c. ff. de leg. ſecundo, Tiraq. de retract. coſang. §. 26. gl. 2. nu. 8. Pinell. d. par. 3. nu. 81. amplia. 6. & rurſus, num. 82. illatione 3. Roland. in conſi. 71. nu. 36. vol. 2. infinitos ad hoc cumulat Ceph. in conſi. 392. nu. 26. & ſeq. & conſ. 393. nu. 46. vbi nu. 164. dicit eſſe crebriorem ſententiam, & tenentes hanc partem excedere quintuplo numerum eorum, qui dixerunt cõtrarium, Menoc. qui multis argumentis hanc partem tuetur in conſi. 89. nu. 34. vſque 60. Marzar. qui plures cumulat in ſua formula fideicõm. q. 46. Zancus in l. hæredes mei, §. cum ita, par. 4. nu. 457. ff. ad Trebell. quod ſi hæredi non permittitur cõtrauenire, multo minus licebit ipſi alienanti. certum eſt enim, facilius hæredẽ admitti contra factũ defuncti, quã defunctum ipſum, ſi viueret, vt poteſt videri apud Doctores in d. l. vendicantem, in d. l. cũ a matre, & Pinell. d. l. prima, par. 3. & nulla ſubeſt diuerſitatis ratio, quare cõcedatur alienanti, & denegetur heredi: eiuſdem enim iuris eſt heres, cuius erat defunctus, l. hæredem, ff. de reg. iuris.

Tertiò adduco l. cum pater, §. libertis, ff. de leg. 2. vbi qui partẽ ſuam alienauit contra teſtatoris præceptum, non põt reuocare bona quæ cohæres diſtraxit: videtur enim teſtator illos vocaſſe, qui paruerunt ſuo iudicio, non qui contrauenere; ex quo textu notant Doctores quod contraueniens
21 † voluntati teſtatoris, priuatur omni commodo, Are. in conſ. 67. in 2. & 3. dub. Curt. ſen. in conſi. 64. nu. 72. Pariſ. conſi. 1. nu. 68. vol. 3. Crau. cõſi. 24. nu. 5. quod ſi non põt partem alterius auocare, circa quã nihil omnino hæres peccauit: quanto minus licebit reuocare partem propriam, in qua alienando offendit teſtatoris voluntatẽ, & hoc argumento vtitur tex. in d. §. libertis, dũ vult nõ admitti ad partẽ alterius, qui ſuã alienãdo perdidit.

Quartò fruſtra dicerent iura in l. peto, §. fratre, in l. cũ pater, §. libertis, ff. de leg. 2. & alibi ſæpe, proximiorẽ admitti ad reuocandum alienata, ſi ipſemet alienans admitteretur: nã petendo bona alienata excluderet vocatum, cum tamen res aliter ſe habeat, vt in dictis iuribus, qa vocati in caſu alienationis admittuntur etiam quando alienatio eſt
22 nulla; puta quia de facto eam fecerit † minor ſine aliqua iuris ſolemnitate, vt per Aret. in conſi. 28. num. 4. verſi. præterea alia ratione, & ferè per totum conſilium, Corn. conſi. 243. col. prima, in fin. volum. 3. Simon de Pret. de interpret. vlt. volunt. lib. 3. interpret. 2. dubit. 2. ſolut. 1. nu. 54. Imo eſt locus ſubſtitutioni etiam quando alienatio facta
23 eſt ab ignorante, † ſecundum Caſtren. in conſi. 247. num. 5. verſic. ſed & alia reſponſio, volum. 1. licèt in hoc contrarium tenuerit Hieron. Gabr. conſi. 119. taliter quod minor contraueniens vo-
24 luntati teſtatoris, vel alienans contra eius † præceptum, non reſtituitur, vt per Matthæum Filicia. in conſi. 259. num. 8. volum. primo, inter conſilia Caſtr. Pariſ. conſ. 19. nu. 83. vol. 3. Crauc. in conſ. 193. num. 5. Ceph. conſ. 356. num. 13. & 21.

m:

SVMMARIVM.

1 Moneta valor deducitur magis ab æſtimatione materia, quam ab vſu & curſu. contra, num. 5.

2 Pecunia legata debet tantum valere, quantum ſi eſſet in maſſa: ſecus de conſuetudine, vt nu. 10.

3 Pecunia æſtimari poteſt tamquam rude æs, & tamquam ſignata.

4 Pecunia, ad quem finem fiat de publico.

5 Moneta valor attenditur ſecundum curſum, & valorem impoſititium.

6 Pecunia aliud eſt, quàm maſſa argenti.

7 Debitor in pecunia non poteſt ſoluere in maſſa.

8 Pecunia non venit appellatione mercis.

9 Tex. in l. 1. ff. de contrahen. emptio. declaratur.

10 Moneta vt ſit proba, tria requiruntur.

11 Moneta hodie cuditur diminuta propter expenſas cudendi, & lucrum quod faciunt Principes.

12 Moneta valor, qualis attendatur, quando in ea prouincia non eſt in vſu.

CONSILIVM CCLXXXV.

EDICTI forma monet, quod in ſingulos centum aureos ſoluatur dimidiatus aureus ꝑ gabella ab ijs, qui pecuniam extrahunt: quidam vero extrahunt: quidam verò exteri leardos conflatos in loco Frinchi portãtes in Narbonenſem Galliam non ſoluerunt gabellam pro tota quantitate educta: dum autem ageretur de commiſſione pœnæ, compertum eſt eos integrè ſoluiſſe, ſi pecuniæ valor attendatur ſecundũ valorem materiei atque operis: ſed defeciſſe, ſi inſpiciatur æſtimatio ſecundum cõmunem vulgi opinionem & pecuniæ vſum in Narbonenſi Gallia; venit ergo in controuerſiam, qui valor attẽdatur.

Et primo motu videbatur dicendum valorem de-
1 duci oportere ab æſtimatione † materiei, ex qua conflata eſt moneta, vt probat text. in l. prima, ff. de contrah. emp. ibi, non tam ex ſubſtantia, quam ex quantitate, & in l. prima, C. de vete. nu. poteſt. ibi, ponderis ſit & ſpeciei probe, Bar. in l. cũ quid, nu. 16. ff. ſi cer. peta. vbi ait, quòd non dicitur eadẽ moneta, quando mutatur materia, & forma, Cuman. in conſ. 139. circa fin. Areti. in l. quod te, col. ſecunda, verſi. aliquando & tertius caſus, ff. ſi cer. pet. vbi ait quod valor pecuniæ cõſtat principaliter ex materia, ideo qui debet materiam, poteſt ſoluere pecuniam, quæ ſit eiuſdem materiæ, ſequitur Dec. in d. l. nu. 8. & Cagnol. in l. 2. nu. 215. C. de pact. inter empt. & vend.

Confirmatur hoc, quia regulariter pecunia de-
2 bet tantum valere in forma ſignata, † quantum in rudi materia, cũ expenſa cudendi de publico fierĩ debeat, l. 1. vbi gl. in ver. probet, ff. de cõtrah. emp. Inno. & alij in c. quanto, de iureiuran. Bar. in l. qui falſam, ff. de falſ. Imola in l. Paulus, col. fi. ff. de ſolutio. Soci. in l. cum quid. Brunus de augum. monet. concluſ. vlt. in princ. Cagn. d. l. 2. num. 215.

Accedat, quod dictæ pecuniæ vſus in hac regione

gione nullus eſt, ideo nummus, hic non põt con-
ſiderari reſpectu formæ, ſed æſtimari tamquã ru-
dis materia, qualis hic eſt, non qualis habeatur in
3 Narbonenſi Gallia: æſtimatio † enim fieri debet
ſecundũ locum celebrati contractus, non aũt de-
ſtinatæ ſolutionis, l. ſemper in ſtipulationibus, ff.
de reg. iur. vbi Dec. & Cagnol. ita intelligunt poſt
Bar. ibi, Rol. in conſi. 100. nu. 14. verſi. ſecundo re-
ſpondetur, vol. 5. & plures citat Lambertẽg. de
contract. corum, gl. ſecunda, num. 34.

Reſpondi tñ pecuniam prædictam fuiſſe com-
miſſam, & ęſtimationem illius non a ſola rudi ma-
teria, eiuſque valore ſumendam eſſe, ſed a curſu
& vſu, communique hominũ opinione, & ęſtima-
tione. cum enim pecunia duplici modo poſſit cõ-
ſiderari, id eſt tamquam rude æs, & maſſa, atque
ita ſecundum intrinſecam & veram bonitatem;
item & ſm formam & bonitatem extrinſecam, tã-
quam nummus, & ſignatum æs, ponunt Doctores
in d. l. Paulus, in l. cum quid, & in d. c. quanto, Bru.
in d. concl. vl. col. 5. verſi. ex prædictis elicitur, Di-
dac. in tract. de collatio. vete. numiſmat. c. 7. nu. 3.
verſi. prima concluſio, Cagnol. d. l. 2. nu. 214. vbi
ait, q ſicut in vino duplex eſt bonitas, vna in ſa-
pore & odore, altera in valore, & ęſtimatione: ita
in pecunia vna I materia, alia in valore. verus eius
valor ille eſt, qui de publico ſtatuitur, & imponi-
tur, Bar. in d. l. qui falſam, in fi. ff. de falſ. vbi inquit
falſi pęna puniri eum, qui nummum recuſat ſecun
dum publicum valorem accipere: & ille imponit
valorem monetæ, qui fuit à Principe deputatus,
ſecundum Bar. & alios in l. 1. & l. fi. C. de vete. nu-
miſm. poteſt. lib. 11. alios citat Brun. in d. concluſ.
vlt. col. 2. verſi. verus autem valor. forma enim &
impreſſio illa eſt, quæ fidem publicam imponit
4 † pecuniæ, & homines de illius valore certificat,
ita vt inſpecto publico caractere cognoſcant æſti-
mationem, & valorem abſque eo quod ſoliciti ali-
ter illius bonitatem inquirant, vt probat Abb. in
d. c. quanto, nu. 9. de iureiur. & ex Ariſto. deducit
Didac. d. ca. 7. col. 7. ver. quo fit, vt licet nummus.

Secundò dico, quòd æſtimatio pecuniæ conſi-
deratur ſecundum bonitatem extrinſecam, & ſe-
5 cundum impoſititiũ valorem, non † ſecundũ bo-
nitatem intrinſecam. ita dicit Oldrad. in cõſi. 168.
in 3. quęſtio. inquiens, quod communis, & vſualis
valor extrinſecus attenditur, l. pretia rerum, ff. ad
leg. Falci. & quia vbi quis vult rem aliquam æſti-
mare per pecuniam, non dirigit conſiderationem
ad intrinſecum valorẽ, ſed ad illũ qui eſt impoſiti-
tiũ. mouetur ex tex. in d. l. 1. ff. de contrahen. empt.
& ex ratione, quod vſus derogat omni regulę in
ſermonibus audiendis. & dicit Abb. in d. c. nu. 12.
verſi. nec obſtat motiuum, quod moneta magis
conſideratur reſpectu curſus, quam materiei, alle-
gat c. eijciens, 88. diſtinct. ad idem eſt tex. cum gl.
in c. quis ignorat, 32. q. 4. & ante eum Butr. in d. c.
quanto, nu. 12. verſic. tertius caſus, vbi dicit quòd
materia pro nihilo habetur, quando pecuniã cõ-
ſideramus vt ęs ſignatum publica authoritate, &
bonitas attenditur reſpectu vſus & ęſtimationis,
& dici põt bonitas intrinſeca, quia eſt finis & prin
cipalis effectus pecunię, Brun. d. conclu. vlt. col. 5.
verſ. ex prędictis, & ibi in prima declaratione, col.
fi. verſi. & hoc maximè procedit, & in 2. declara-
tione, col. 1. verſi. & hoc facit, quia poſtquam. &
ita tenere communiter Doctores teſtantur mo-
der. Galli in tract. de vſur. nu. 694. allegantes Io.
Fab. in auth. hoc niſi, C. de ſolutio. dicunt enim q
monetę valor cõſideratur reſpectu curſus magis,
quam reſpectu materię, Didac. d. c. 7. verſ. quo fit,
vt licet nummus, vbi ait quod ſubſtantia materia-
lis non conſideratur in nummis, ſed valor impoſi-
titius, & de publico conſtitutus; ideo in l. cum au-
rũ, in princ. ff. de auro & argen. leg. dicitur q argẽ-
to legato, non venit argentea pecunia. & ratio eſt,
quia cum moneta conſtet ex materia & forma, &
potentior ſit forma, non conſideratur amplius ma
teria, ſed trahitur ad formam tãquam nobiliorẽ,
& principaliorem; vti fit in oĩbus mixtis, l. quęri-
tur, ff. de ſtatu hom. ita inquit Butig. in d. l. cum
quid, nu. 26. ſequuntur dicti moder. Gal. d. num.
697. in fine ſecundę rationis. & dicit Alex. ad Bar.
in l. eleganter, §. qui reprobos, ff. de pigno. actio.
q pecunia conſideratur potius reſpectu vſus &
curſus, quàm alia ratione. & dicit Ripa in d. l. cum
quid, nu. 24. quod forma in pecunia, potentior eſt
quàm materia. item aliud eſt maſſa argenti, aliud
6 pecunia † argentea, l. quid tamẽ, §. maſſę vſusfruc.
ff. quib. mod. vſusfruct. amitta. & debitor in pecu-
nia non poteſt ſoluere in maſſa tantundem auri,
7 † vel argenti, vt per Doctores in l. 2. §. 1. ff. ſi cert.
pet. Ripa, d. l. cũ quid, nu. 24. & dicit Bal. in c. quã-
to, quod ęſtimatio pecunię non eſt idem cum ipſa
pecunia, ſed quid diuerſum, ſed bene ſemper ha-
betur reſpectus ad ipſam ęſtimationem, ſequitur
Brun. in locis ſupra citatis; & pecunia non venit
8 appellatione † mercis, l. fideiuſſorẽ, ff. de fideiuſſ.

Non obſtat igitur text. in l. prima, ff. de contra-
hen. emptio. quia probat contrariũ. & dum loqui-
tur de quantitate, intelligi dẽt de valore impoſiti-
9 tio, non de materia. ita declarant † moder. Galli,
d. nu. 695. ſequitur Didac. d. c. 7. vér. ſic locus Ari
ſtotelis recte, &c. nec alius ſenſus dari poteſt, qui
non vim inferat: dum enim dicit, non tam ex ſub-
ſtantia, intelligit dę materia pecunię: dum verò di
cit de quantitate, intelligit de valore, q ſi materiã
diceret quantitatem, vtiq; mala eſſet phraſis, imo
Budęus ibi legit, qualitate, non quantitate.

Textus verò in l. 1. de vete. numiſm. poteſt. ni-
hil facit; quia dum requirit pondus & ſpeciem de
publico ordinatam, non vult quòd non attẽdatur
10 ęſtimatio: tria enim requirũtur, vt moneta † pro-
ba dicatur, materia, forma, & ęſtimatio; vt per
Brun. d. concluſ. vltima, colum. 4. in fine, verſicu.
iuxta prędicta. & ideo cum Imperator in d. textu
dicit de materia & pondere, non excludit publi-
cam ęſtimationem, ſed eam pręſupponit, vti fit
cum de aliquo eſt quęſtio, §. in extraneis, Inſtit. de
hęr. qualit. & diff. alios citaui in conſi. 127. nu. 56.

Nec

Nec mouent eorum dicta, qui voluerunt qnod in perſona magis attendatur materia, quam æſtimatio: quia in contrarium eſt communis opinio, de qua ſupra, & facit quod uſu frequentiſſimo ſeruari uidemus, homines in recipienda pecunia uix reſpicere ad materiam, & ex multis paucos admodum ſcire, quantum auri uel argenti quęquę moneta capiat: plures uerò attendere publicā ęſtimationē, & ex ea monetam dijudicare. & licèt ad ipſius monetę confectionem multa requirantur, ubi tñ tractamus de illius ualore, ſecundum uſum diſcernere ſolemus, & hoc modo cõcordari poſſunt contrarię Doctorum ſententię, ut Oldr. & aliorũ opinio obtineat, ubi de ualore agimus, Aret. uerò & aliorũ, ubi de ipſius pecunię eſſentia tractamus.

Et quod dicimus, pecuniā tantum debere ualere in maſſa, quantum poſtquam eſt ſignata, non procedit inſpecta obſeruātia hodierni temporis, ſecundũ quam Princeps lucrum capiunr ex offi-
11 cina † monetaria, quod lucrũ inſurgit ex deterioratione monetarum. de hac uerò conſuetudine teſtantur Barto. in l. 2. §. mutui, ff. ſi cert. peta. Innocen. Abb. & Imola in d. cap. quanto, Imola in l. Paulus, ff. de ſolut. plures alios citat Didac. d. cap. 7. nu. 5. uer. ad propoſitam ab initio, ubi ſuſtinet id quoque iure permiſſum fore, & dicit Afflict. in deciſ. 90. quod dictum contrarium malè ſeruatur de conſuetudine, & Cagnol. in d. l. ſecunda, num. 215. dicit quod Princeps detrahit non ſolum expenſam cudendi, ſed etiam lucrum aliquod pro ſubueniendo publicę neceſsitati.

Poſtremò non obſtat quod hic nullus ſit uſus leardorũ: quia reſpondeo in facto ſalſum eſſe, ex quo & leardi, & parpagliolę, & teſtoni, franchi, & aliæ oẽs monetę Galliarum expenduntur in hoc Ducatu; & ubi etiam eorũ hic uſus nõ eſſet, adhuc non abſolutum foret quod ęſtimatio fiat ſecundũ
12 rudem materiam, † & Oldr. de hoc dubitat in d. conſ. 168. nu. 4. uerſ. ſi uerò, ibi, & ex quo cõſignarunt pręd icti mercatores pecuniam pręd ictam nõ ſecundum ualorē maſſę, ſeu rudis materię, ſed ſm ęſtimationē; licet diuerſam uideantur eam habere, non pro maſſa, ſed pro ęre ſignato. Accedat quod cum eam habuere pro ſcontio telarum receperũt ſecundum ueram leardorum ęſtimationem.

SVMMARIVM.

1 *Dominus feudi cognoſcit inter vaſallos, fallit tamen, vt num. 8.*
2 *Libellus attenditur, quando tractatur, an competat iuriſdictio. declara tamen, vt nu. 10.*
3 *Iudex poteſt informationes ſumere ad fundandum ſuam iuriſdictionem. declara, nu. 12. 14. 15. 16.*
4 *Iudex eccleſiaſticus cognoſcit, an res ſit eccleſia ad effectum, vt ipſe cognoſcat contra laycum detentorem.*
5 *Iudex cognoſcit, an concurrat qualitas, quæ eſt neceſſaria ad hoc, vt ipſe ſit iudex.*
6 *Delegatus cognoſcit, an ipſe ſit iudex, & an reſcriptum ſit verum, vel falſum.*
7 *Vaſallus, quando negat rem eſſe feudalem, dominus cognoſcit. ſed contra, num. 8.*
8 *Dominus non eſt iudex inter vaſallos, quando vnus negat rem eſſe feudalem.*
9 *Iuriſdictionis cauſa eſt probanda, quando agitur an iuriſdictio competat.*
10 *Petitio non attenditur, quādo inſpicitur veritas cauſa, nõ apparentia qualitatis, & quando iuriſdictio poſita qualitate ſubeſt etiam ſi cauſa ſit in ſe falſa.*
11 *Qualitas facilius probatur, quàm ſubſtantia.*
12 *Iudex ordinarius ex generali iuris diſpoſitione cognoſcit de ſua iuriſdictione, ſecus in ordinario iure ſpeciali.*
13 *Vaſallus ſi coram ordinario opponat rem eſſe feudalem, ordinarius cognoſcet de feudalitate.*
14 *Iudex non cognoſcit, an ſua ſit iuriſdictio, quando præter exercitium iuriſdictionis agitur de ſuo particulari commodo.*
15 *Iudex cognoſcit de ſua iuriſdictione, quando cauſa iuriſdictionis eſt ſeparata a principali cauſa, aliàs ſecus.*
16 *Iudex ad fundandum ſuam iuriſdictionem non poteſt informationes ſumere tanquam iudex.*
17 *Pares curiæ cognoſcunt de ſua iuriſdictione, quando dominus, vel vaſallus negant feudum.*
18 *Epiſcopus an cognoſcat de ſua iuriſdictione, quando agitur de cauſa ſubiectionis.*
19 *Epiſcopus non eſt iudex quando agitur de re ſua mēſa: ſecus, quando de re eccleſia.*
20 *Dominus feudi non cognoſcit inter vaſallos, quando vnus fatetur quidem feudum, ſed dicit ſe illud recognoſcere ab alio domino.*

CONSILIVM CCLXXXVI.

QVAESTIONES decidēdæ ſunt per rationes, ex eadem materia deductas, non aũt extranea: proinde in cauſa, quæ coram multum Reuerēdo Dño Epiſcopali Vicario fuit inſtituta a magnificis Dominis fratribus Guidalardis contra Illuſtriſſimum Dominũ Gubernatorem Sancti Damiani pro auocandis bonis, quæ actores prætendunt eſſe feudalia, & moueri a directo dominio menſę epiſcopalis, cum ſubſint iura feudalia, non eſſet vagādum per extraneas materias ad dignoſcendum, an Dñus Vicarius poſſit informatiooes ſumere ſuper bonorum feudalitate ad fundandum iuriſdictionē ſuam contra declinatoriā, quam D. Gubernator oppoſuit: ſed quia actores hanc elegerunt viam, inuitus pręter morē trahor ad ea omnia, quantumuis non pertinentia remouendum. Quòd ergo Dominus Vicarius iudex ſit competens, multa adduci poſſunt. Primò,
1 quod dominus eſt iudex, qñ inter vaſallos † agitur cauſa feudi, ca. penul. in princ. titu. apud quos controuer. feu. defini. deb. c. 1. primo, §. pręterea ſi inter, de prohib. feu. alienat. & vbi Doctores, Iacobin. in ſua inueſtir. in ver. & dicti vaſalli, num. 1. Cur. iun. in tract. feud. par. 7. in prima reg. Doctores omnes in cap. cęterum, de iudi. latè Menoc. de retin.

retin.poſſ.remed.3.num.377.Amad. de Pont. in
quæſtio.quis ſit iudex in cau. feud, col.3. circa fi.
ver. ſecunda ſubdiſtinctio. cũ ergo agitur de feu-
do,& ꝑ re feudali, Epiſcopus ſeu Vicarius, a quo
feudum dependet, iudex erit competens.

Secundò adduci pôt, quia vbi tractatur de co-
gnoſcẽdo, an iuriſdictio alicui cõpetat, inſpicitur
2 illud, quod in libello † petitur, vel deducitur, eſt
text.in l.cum quædam puella, §.quoties, ff.de iu-
riſdict.om.iudic.& ibi Bar. Bal.Caſtr. Alex.& alij
inferunt ad plures quæſtiones. quantum enim ad
iuriſdictionem habetur pro vero id, quod deduci-
tur in libello; ideo Barto.in l.ſecunda, ff.ſi quis in
ius voca.non ier.dicit, ꝙ ſi Florentinus conuẽtus
Papiæ pro cõtractu, quem ibi celebrauerit, neget
ſe ibi contraxiſſe, & declinando iuriſdictionem pe
tat ſe remitti ad iudicẽ originis, reijci poterit ex-
ceptio, & non erit neceſſe, ꝙ iudex ſe informet, an
contractus ibi fuerit celebratus. & dixit gl.in ver.
vſuris, in clem.diſpendioſam, de iudic. quod vbi
aliquis tale quid deducit in libello, propter qđ cã
eſt cognoſcẽda ſummariè, & reus negat illud eſſe
verũ, & dicit procedendũ eſſe ſummariè, tunc iu-
dex ẽt nullius ſumptis informationibus ſuper ve-
ritate qualitatis deductę, poterit ꝓcedere ſumma-
riè, attendendo ſolã petitionem actoris, non veri-
tatẽ rei ſeu qualitatis deductæ. aliæ illationes reci-
tantur a Iaſ. & Dec.d.§. quoties, & propterea cũ
in p̄ſenti facto actores in libello narauerint bona
petita eſſe feudalia, perinde eſt, quoad fundandã
iuriſdictionem, ac ſi probatũ eſſet, & cõſtaret ma-
nifeſtè ea eſſe talia, nec pôt opponi declinatoria.

Tertiò vbi non poſſit ſimpliciter cognoſcere
principalem cauſam, ſaltem admitti dẽt ad ſumen
dum informationes, an bona petita ſint feudalia
ad effectum, vt ſi conſtabit eſſe talia, poſſit proce-
3 dere † ad vlteriora in cauſa principali; ita Io.And.
in c.Romana, §.contrahentes, de foro compet. in
6. vbi dicit quod ſi conuentus ad declinandũ iu-
riſdictionẽ neget contraxiſſe in loco vbi conuent-
tus, iudex poterit ſe informare, an ibi contraxerit;
idem Ioan.And.in c.ſuper literis, de reſcr. vbi di-
cit quod iudex cognoſcit de ſua iuriſdictione. mo
uetur ex l.ſi quis ex aliena, ff.de iudic.& hoc ẽt vo
luit Bal.in d.l.ſi quis ex aliena, col.1.in fi.& col.2.
idem Bal.in l.præſcriptione, num.38.C. ſi contra
ius, vel vtil.pub. vbi dicit quod ſi contra delegatũ
opponatur, quod reſcriptũ ſit falſum, ipſe cogno-
ſcet de falſitate, ſumendo informationes: ideo;
quamuis laicus ſuper re eccleſiæ conuentus corã
clerico ſit remittendus ad laicum, qñ negat rẽ eſſe
eccleſiæ, c.ſi clericus laicum, de foro compet. tñ ſi
actor dicat velle probare, quod res eſt eccleſiaſti-
4 ca, iudex de hoc cognoſcet † ad fundandam ſuam
iuriſdictionẽ, vt poſt But.declarat Abb.ibi, nu.12.
& nu.14.& nu.16.vbi ponit, quid operetur hæc in
formatio, & quam fidem faciãt dictæ informatio-
nes, vbi poſtea tractetur de cauſa principali, ſequi
tur ibi Fely.nu.3.verſi.limita ſecundo hanc con-
cluſionẽ, vbi allegat Calder.Gemin. Lap. Imolã,
& Anch.& ſubdit eſſe non ſolum cõem, ſed com-
muniorem; & ampliat procedere ẽt quando non
ſolum qualitas debet exiſtere, ſed notoriè exiſte-
re, quia de illa notorietate cognoſcit iudex, ſecun-
dum glo.in cap.1.in glo.magna, circa med. de offi.
deleg.nu.6.Ale.in conſi.primo, num.10.vol.5.&
ſimiliter laicus cognoſcit contra clericum, an ſit
res feudalis, quando clericus pro feudo conueni-
tur, ut poſt Io.Andr.& alios ponit Par. de Put.
de feu.reintegr.cap.198.nu.17.

Quartò ubi iudex habet iuriſdictionem ſolum
in certa cauſarũ ſpecie, uel qualitate, pôt ipſe co-
gnoſcere ad fundandum ſuam iuriſdictionem, an
5 in ea cauſa concurrat qualitas, quæ † eſt neceſſa-
ria, eſt tex.in c.cum eccleſia, de appellatio. Lap.in
alleg.59.prælatus eccleſiæ, Cardin.in clem.p̄ſen-
ti, q.6.de cenſib.gl.in d.ca.1.in uerſi. conſeruato-
res, de off.deleg.in 6.ubi cõſeruator apoſtolicus,
cui demandata eſt ſolum facultas cognoſcendi de
manifeſtis iniurijs, ſi opponatur iniuriã non eſſe
manifeſtam, pôt de hoc ipſe cognoſcere, Abb.in
d.c.clericus laicum, n.6.& 9.latè ponit Dec.in d.
c.cum in eccleſia, Silueſtr.Aldobr.ad Dec.in c.ad
audientiam, ſub nu.4.in uer.competit, de appel-
latio. ita licet Vicarius Epiſcopi ſit hoc caſu ſolũ
iudex ob qualitatem feudi, poteſt tamen ipſe co-
gnoſcere, an res in iudicio deducta ſit feudalis.

Quintò videmus, ꝙ ẽt delegatus cognoſcit, an
6 ipſe ſit iudex, † qñ opponitur declinatoria, puta
an reſcriptum ſit falſum, uel ſubreptitium, ca. pa-
ſtoralis, & c.ſuper literis, de reſcrip.l. præſcriptio-
ne, C.ſi contra ius, uel vtilit.pub. Barto.l.quidam
conſulebant, nu.5.de re iudic. Bald.in d.l.præſcri-
ptione, nu.38. Abb.& Fely.latè in d.c. ſuper lite-
ris, Iaſ.in l.2.nu.6.ff.ſi quis in ius uocat. nõ ier.&
ratio eſt, qa iudicare eſt principaliter onus, l.mu-
nerũ, §.iudicandi quoque neceſſitas, ff.de mun.&
hono.c.paſtoralis, de off.deleg.licet in conſequẽ-
tiã contineat honorẽ, c.ut debitus, de appella. gl.
in c.ſi contra unũ, de off.deleg.in 6.& Fely.in d.c.
ſuper literis, exornat multis illationibus eã deci-
ſionẽ, ꝙ delegatus cognoſcat de ſua iuriſdictione.

7 Poſtremò in noſtris terminis uidetur † deciſio
Butr.in d.c.ſi clericus laicum, de foro competen-
ti; ubi inter diſtinguendum concludit, quòd ubi
iuriſdictio fundatur ſuper exiſtentia qualitatis;
tunc ſi negatur qualitas eius, quod principaliter
petitur, ut quia petatur res tamquam feudalis, &
feudi qualitas negetur: tunc, quia negatione feu-
dalitatis excluditur iuriſdictio, non poteſt iudex
cognoſcere, niſi qui allegat illam qualitatem offe-
rat ſe probaturum ad fundãdam iuriſdictionem,
quo caſu iudex ſummariè cognoſcet de illa quali
tate, ut uideat, an ſua ſit iuriſdictio: atq; ita in ſpe-
cie vult Butr. quòd iudex poteſt ſe informare ad
fundandum ſuam iuriſdictionem, an re, de qua
agitur, ſit feudalis, & But.in propoſito ſequi uide-
tur Abb.in d.cap.ſi clericus, num.12. circa princ.
ver. redeo ad dicta. quare ex predictis concluden-
dum videtur, quod liceat Domino Vicario Epi-
ſcopi

ſcopi cognoſcere,an bona,quæ petũtur,ſint feuda
lia,vel nõ,ad effectũ vt ſcire poſſit,an ſua ſit cogni
tio, vel pertineat ad laicum iudicem, & videtur &
hoc voluiſſe Innoc.in d.c.cæterum,prout eum ci-
tat Abb.in c.ſi clericus,nu.9.de foro compet.

Re tñ diligenter examinata , contraria opinio
magis placet tamquam verior,& a Doctorib. cõ-
muniter recepta : vbi enim agitur inter duos,quo
rum vnus negat ſe vaſſallum, & rem eſſe feudalẽ ,
non poteſt dominus feudi cognoſcere , ſed cauſa
8 † remittenda eſt ad ordinarium , vt colligitur ex
tex.in c.1.de controu.inter dom.& aliũ,Doctores
in c.1.de inueſtit. in marit.ſac. vbi ante omnes gl.
Raynal.in c.imperialẽ,§.præterea ſi inter,de pro-
hib.feu.alien.per Feder.vbi ait ſatis cõſtare de in-
competentia domini, quando conuentus negat ſe
vaſſallum . hæc enim exceptio eſt præiudicialis ad
cauſam principalẽ, ergo eſt ante omnia diſcutien-
da,§.præiudiciales,Inſtit.de actio.c.tuam,de ordi
ne cognit.& de hac exceptione cognoſcit ordina-
rius,qui ſi inueniat rem eſſe feudalẽ,remittet cau-
ſam,& partes ad dominum feudi , Blanc.in epito.
feud.par.4. cap.1.nu.6. Alex.in conſi.1.num.16.
vol.5.vbi ait, quod dominus non cognoſcit,quan
do altera partium negat rẽ eſſe feudalem , allegat
tex. in d.c.1.de inueſtit. in marit.ſac. Bart.in cap.
cæterum,de iudic.col.4.in fi.ſed ante eum hoc vo
luit Inn. in d.c.cæterum, dicens, quod ſi vnus ne-
gat rem eſſe feudalem , ordinarius iudex cogno-
ſcet ; quia aliàs dominus eſſet iudex in cauſa pro-
pria,cum ſua interſit,quod res ſit feudalis, & ſem
per pronunciaret ſe iudicem contra l. vnicam , ne
quis in ſua cau. ius dic. ſequitur Abb. ibi.nu.20.
Felyn.num.13.verſi.duodecimò fallit,& num.16.
verſi.nota quod ſi coram ordinario,&idem dicit,
nu.17.Dec.nu.18.vbi allegat Bald.& Ang.Socin.
conſi.274.nu.13.vol.2. Matheſila.in notab. inci-
pien.iuriſdictio, il primo, Iacobin.in ſua inueſtit.
in verſ.& dicti vaſſalli pro dictis rebus,nu.20.ver-
ſic.concludite ex mente , vbi reſpondet ad tex.in
cap.vnico,de controu.inter vaſſal.& epiſc.vt pro-
cedat , quia & ſi negaretur ibi vnũ eſſe vaſſallum
pro eo,de quo agebatur, conſtabat tamẽ eſſe vaſ-
ſallum pro alio feudo. rurſus in verſi.idem eſſet ſi
duo vaſſalli,prædictã quoque ſententiam Inn.pro-
bauit, communem dicens Curt.iun.in tracta.feu-
do.par.7.in 2.regu.in quæſt.7.vbi nulla facta mẽ-
tione Iacob.omnes eius rationes citat Zaſ.in trac.
feudo. par.11. verſic.quinta concluſio , vbi dicit
quod quæſtio inter vaſſallum, & extraneum acti-
uè,& paſſiuè coram ordinario ventilabitur, & ſub
dit hoc apertè non dici in cap.1.de controu. inter
dom.& alium,ſed colligi,Clar.in §.feudum,quæ-
ſtio.90.nu.7.qui dicit difficile fore in practica ob-
tinere contrarium propter authoritatẽ glo. & Do
ctores,& licèt ipſe dubitet de ueritate, quia regu-
lariter ſemper cognoſcit iudex de ſua iuriſdictio-
ne, tñ ex infra dicẽdis remouebitur omne dubiũ ,
Menoc.in trac.de retinen.poſſeſſ.rem.3. nu.429.
vbi dicit procedere non ſolũ , quando cõſtat alte-
rum ex litigantib. non eſſe vaſſallum,ſed etiam qñ
ſuberat probabilis rõ,quod eſſet vaſſallus:quia ni
hilominus ſi neget rem eſſe feudalem , vel ſe eſſe
vaſſallum, remittendus erit ad ordinarium,& no-
uiſſimè tenuit hanc partem Amad. de Pont.in ſua
quæſtio.quis ſit iudex in cau.feud.col.4.verſi.qđ
ſi vnus feudum aſſerat,allegantur autem plures ra
tiones ; prima, quod non debet quis eſſe iudex in
cauſa propria,d.l.vnica, & qđ iura cõmunia ſunt
fortiora,quàm ſpecialia,l.eius,§.militia miſſus,ff.
de teſtam.milit. item iuriſdictio dominio eſt limi-
tata inter vaſſallos,d.§.præterea ſi inter.ergo non
debet extendi ad eos, quos non conſtat eſſe vaſſal
los.demum iura conſtituentia dñm iudicẽ loquũ-
tur cum ea qualitate inter vaſſallos; ergo qualitas
probãda eſt ante omnia,argumento eorũ,quæ po
ſuit Io.And. in c.1.de homicid. in 6. ita Dec.in c.
cæterum,quem citat Menoc. d.num.428.& illum
tex.in c.cæterum,ponderant ad hoc cõiter Cano-
niſtæ ibi , vt inquit Cur.iun.d.quæſt.7. circa finẽ;
9 addo ego,quod vt iuriſdictio † competat, ſemper
eſt probãdũ id, quod eſt cauſa iuriſdictionis,Inn.
27 ſola mariti uel hæredis allegatione, † ut uoluit Saly. in l. fi. C. de pac. conuen. ubi dicit ſic tenuiſſe Bar. in l. penul. ff. ad leg. Falcid. Afflic. in deciſ. 44. nu. 5. & probatur conſumptio ex eo, quod facto inuentario de oĩbus bonis repertis in hæreditate, hi fructus non fuerunt inuenti, & hoc modo probatur negatiua, ſ'm glo. communiter approbatam in l. cum de lege, ff. de proba. quia præſumitur pro inuentario, l. fi. §. licentia, ubi gl. & Iaſ. C. de iure delib. & dicam latius in reſolutione contrariorũ.

Demum, quod agamus de fructibus non naturalibus, ſed induſtrialibus, palã id fit, quia agimus
28 † de uino, frumento, & uictualibus. dicuntur aũt induſtriales, quia in eorum perceptione præualet induſtria, & quoad uictualia res eſt clara: nõ enim naſcuntur niſi terra colatur, & fructus ſerantur; & uinum non percipitur niſi putentur uites, ſtercorentur & ligonizentur. qua ratione fructus induſtriales dignoſcimus a naturalibus, ſ'm Barto. in l. fructus, in princ. ff. de rei uendi. & in conſi. 125. uol. primo, Bal. in l. prima, C. de uſur. & fruct. leg. & quod uinum, & ſegetes, induſtriales fructus dicantur, uoluit Spec. in tit. de fructib. & inter. §. primo, in princ. & de vino & oleo, quod fit ex nucibus, Ang. in l. ſi apes, §. fi. in fine, ff. de furt. ubi dicit non ſufficere quod ſola natura fructus prouenniant, niſi inſpecto ẽt fine tales ſint, ut dicãtur naturales: nam nuces quibus oleum premitur dicuntur induſtriales, & non poſſunt in oleum com mutari ſine induſtria, & Aret. pulchrè d. conſ. 159. colum. 1. in fi. & dicit Corn. d. conſ. 129. in princ. quòd granum, & uinum ſunt fructus induſtriales, quia in eis maxima exigitur induſtria, hoc etiam uoluit poſt alios, quos citat, Meno. de recup. poſſ. rem. 15. num. 593.

Quòd aũt cõſumpti fuerint in cões uſus totius familiæ uerſari uidetur aliqua difficultas: nã Franciſcus de Alberg. in ſuo conſi. quod ad uerbũ poſuit Ale. ad Bar. in conſi. 125. vol. primo, tenet qđ non dicantur conſumpti in cões vſus, qñ in ſuſtĕ-
29 tationĕ familię † conſumuntur, & omni caſu vult qđ non liberetur maritus a reſtitutione, niſi probet ſe conſumpſiſſe in cõmunes uſus uxoris & familiæ, & idem uoluit Corne. in d. conſ. 129. col. 3. ver. ex quibus patet, ubi allegat Bald. Ange. Imo. Sal. & Caſt. uerũ ego nõ inuenio quod in fructibus induſtrialibus uelint Doctores eos eſſe conſumptos in cõmunes vſus. Silim. enim & Bar. in l. penul. ff. ad leg. Falci. ſimpliciter dicunt induſtriales non reſtitui, ſi percepti ſint de voluntate vxoris. ita quoque tranſeunt gl. & Saly. in d. l. fi. dum exigunt ſolũ, quod ſint conſumpti; ita ẽt Aret. d. conſi. 159. nu. primo. eſt verũ quod reſpectu vſuratũ aliud dicunt. At in præſenti caſu ceſſat dubitatio, quia fuerunt in alimenta familię conſumpti: non enim poterat Dñs Theodorus cum ſuorum bonorũ redditibus totam illam familiã ita lautè, vt fecit, alere; ideo cũ aliunde non haberet, præſumĕdũ eſt ꝙ in alimenta erogauerit fructus horũ bonorum, argumento l. fi. C. de alimen. pupil. præſtã.
30 ybi pupillus † præſumitur educatus impenſis tutoris, cum non præſumatur vixiſſe de vento. & per illum text. dixit Guido Papæ in tract. præſump. quod qui bouem retinuit vagabundũ in ſuo ſtabulo, præſumitur ei miniſtraſſe pabulum, ſequitur Alcia. in tract. præſump. reg. prima, præſump. 50. vbi Arelat. in addit. dicit quod qui tenuit equum pignoratum, præſumitur illum aluiſſe, allegat Bar. Imo. Ale. & Iaſ. in l. cum ſeruus, ff. de verbo. oblig. & latius hoc probabo infra in diſcurſu. quare cum hos fructus induſtriales maritus conſumpſerit in communes totius familiæ vſus, & eos perceperit de voluntate vxoris, nõ tenetur ad reſtitutionem, nec eius hæres hac de cauſa moleſtari poteſt.

Quinetiam ſi maritus nõ feciſſet fructus ſuos, ſed eos teneretur reſtituere, adhuc illi eſſent compenſandi cum vſuris dotalibus, quas vxor vti hæres partis præſtare tenebatur ratione retardatę ſolutionis dotium, ex quo numquam promiſſas dotes perſoluit; & nulli dubium, quin maritus eui facta eſt mora in ſoluendis dotibus, & qui interim aluit vxorĕ, poſſit vſuras petere: nã hoc eſt ab om-
31 nibus † receptum, vt per Anch. in conſ. 150. n. 4. Ale. in conſ. 141. n. 4. vol. 5. & ante eos Bal. in cõſ. 94. vol. primo, Ruy. in conſ. 224. n. 13. vol. primo, Cagno. in l. curabit, nu. 41. C. de actio. emp. Capi. in deciſ. 183. nu. 2. Cotta in memor. incip. dos ſoluto matrimonio, ver. in marito, Plotus in trac. de in lit. iuran. §. 11. num. 18. Nat. in conſ. 495. num. primo, Cæph. in conſ. 180. nu. 52. Rolan. in conſi. 65. nu. 1. & 4. vol. 4. ubi adductis multis authoritatibus dicit procedere tam canonico quàm ciuili iure, Deciſ. Pedem. 132. nu. 1. id enim petit maritus magis tãquam propriũ intereſſe, ex quo ſuſtinuit onera matrimonij, q̃ lucrũ ex retardata ſolutione. & dicit Bal. in rub. C. de vſu. ꝙ hęc vſura eſt oneroſa, nõ gratuita. & dicit Caſt. in l. in inſulã, §. vſuras, ff. ſol. matri. ꝙ iſtud eſt intereſſe non lucri ceſſantis, ſed dãni emergentis, fortius adeò eſt debitum, quod non excuſatur ſocer vel alius dotem

promit-

promittens,etiã ſi quantitas nõ ſit liquidata, puta
quia liquidatio ſit in alterius arbitriũ collata; Nã
t pe, quo maritus ſuſtinuit onera matrimonij,conſequitur nihilominus intereſſe prædictum, ſecundum Hercula.in l.de diuiſione, col.7.ff.ſoluto matrim.quem ſequitur Natta d.conſ.495.nu.2.& rõ
eſt,quia vſuræ dotales debentur ex quadam ęquitate,quę ſuadet,quod debitor dotis,ſoluat vſuras,
ex quo interim a marito releuatur ab onere alẽdi
vxorẽ;proinde ſiue ſit in mora,ſiue non,ſicuti ſemper releuatur a dicto onere; ita omni caſu præſtat
hoc intereſſe. qua rõne idem videmus in emptore
32 prædij, qui tenetur fructus † ſeu vſuras pretij non
ſoluti reddere venditori, etiam ſi non ſit in mora,
ex quo interim percipit fructus.ita Bald.in l.2.nu.
4.ver.denuò quæritur,C.de vſu.vbi cũ ſequuntur
Caſt.Anan.in c.conqueſtus, n.2. ver.quærit etiã,
ibi,C.de vſur.Soc.in cõſ.176.nu.4.ver.primo per
ea,quę,vol.2.& alios citaui in conſ.101.nu.23.cũ
ergo Dñs Theodorus eſſet creditor huius intereſſe ſeu vſurarum, & adminiſtrauerit bona vxoris,
quæ erat debitrix,& fructus eius bonorum perceperit,credendũ eſt quod ſibi ſoluerit: Nã creditor
33 † adminiſtrãs bona debitoris,tenetur ſibi de illius
bonis aut fructib.ſoluere, vt eſt tex.in l.ſed ſi damnum,§.peculiũ, ff.de pecul.vbi Ang.dicit adeo teneri adminiſtratorẽ ad ſolutionem ſibi ipſi faciendam, quod in dubio præſumitur exegiſſe a ſeipſo
ſuum creditum,& ſibi ipſi ſolniſſe.quod ſubdit eſſe notatu dignum,ſequitur Afflict.in deciſ.13.nu.
16.quia vt inquit,n.17. præſumitur creditor feciſſe quidquid faceret diligens pater familias:ſed nemo eſt ita negligens creditor, qui ſibi non ſoluat,
cum penes ſe habet debitotis bona, idem voluit
Crau.in conſ.129.nu.5.Caualca.in tract.de tuto.
& curato.nu.181. & dicit Afflict. in loco prædicto
ꝙ creditor ſibi non ſoluens dicitur in culpa,ſed nihil allegat:verum ego adduco tex. in l.quotiens,§.
ſicut autẽ,ff.de adminiſtr.tuto.vbi tutor ſicuti põt
creditorib.pupilli ſoluere,ita proprium ſuum creditum poteſt exigere a ſeipſo;ꝙ ſi nõ fecerit,haud
poterit a pupillo cõſequi vſuras retardatæ ſolutionis,quia mora pupillo imputari nõ põt,niſi quæ a
tutoris culpa prouenit, illum text.ad hoc multum
notandum inquit Soc.in conſ.126.nu.5.vol.1. inferẽs quod mulier filiorum tutrix poſt annum luctus petere non põt alimenta ob dilatam dotis ſolntionẽ,quia cũ poſſet ſoluere ſibi,debebat de bonis filiorum atque eos liberare ab onere alimentorum ſeu vſurarum, etiam ſi ex ſtatuto certum quid
ſolni debeat vxori viduę,donec retardatur ſolutio
dotis,& Soc.ſeqtur Plot.in d.tract.de in lit.iuran.
§.11.nu.34.eadem hęc concluſio probatur ex tex.
in l.debitor,ff.de neg.geſt.vbi gerens aliena negocia debet ſibi ſatisfacere,alias dicitur in culpa,& ſi
caſu aliquo pereat pecunia, amittit ſuum creditũ,
& infert ibi Guliel. Cun. quem refert & ſequitur
Caſt.nu.4.quod dum dñs directus adminiſtrat bona emphiteutæ,prædium emphiteuticum non poteſt cadere in commiſſum ob defectum ſolutionis
canonis, quia dñs adminiſtrans poteſt & debet ſibi ſoluere,& illum tex.dicit vnicum & ſingularem
Rom.in conſ.187.nu.5.vbi nu.3.infert quod vxor
adminiſtrans bona mariti banniti,& abſentis,pręſumitur ſibi ſoluiſſe pro dotibns,& ideo nõ poteſt
eas petere.probatur hoc ipſum ex text.in l.diuortio,§.illum autem,ff.de neg.geſt.vbi gl.ſubdit adminiſtratorem, qui ſibi non ſolnit, in hoc puniri,
quod nõ poteſt vſuras ſui crediti petere, ſequitur
Caſt.nu.1.idipſum voluit Bal.in l.cum ipſe,nu.6.
verſi.demum reuocatur,C.de contrah.emp.dicẽs
quod tutor non minus ſibi,quàm alijs ſoluere poteſt vendẽdo bona,quę ſeruanda non poſſunt ſeruari, & infert ad matrem tutricẽ, quæ ſit creditrix
ſuarum dotium,& ſubdit procedere in quocũque
adminiſtratore,Rom.in d.conſi.187.nu.3.Afflict.
d.deciſ.13.nu.14.Canalca.d.tracta.nu.179. in fine.
& dicunt Bald.& Caſt.in d.l.debitor,quod creditor põt ſibi ſatisfacere in bonis ſuis debitoris vendendo fructus, ita vt ſibi non imputetur, ſi poſtea
frumentum carius fiat.& infert in propoſito Hippol.Rimin.in conſil.52.nu.64. quod creditor,qui
cum poſſet ſibi non ſoluit de bonis adminiſtratis,
non cõſequitur intereſſe lucri ceſſantis,ſed ex prædictis nullũ allegat. concludunt ergo prædicti omnes, quod creditor, qui aliena adminiſtrauit bona,ſicuti poteſt,ita præſumitur ſibi ſoluiſſe,ſequitur apoſt.ad Alex.in l.venditores,nu.3.ff.de verb.
oblig.Neuiz.in conſ.57.num.21. Caualc.d.tract.
nu.181. Sed vltra prædictos probatur hæc ſententia ex eo,quod voluit Bar.in l. peculium, la ſeconda,in princ.ff.de pecul.vbi inquit creditorem, qui
ſucceſſit ſuo debitori, videri quod ſtatim ſoluerit
de vniuerſis bonis,& infert ibi Caſtr.quod ſi vxor
34 † inſtituatur a marito cum onere diſtribuendi in
pauperes fructus,qui ſupereſſent, ſtatim adita hęreditate cenſetur deduxiſſe de bonis mariti dotes
ſibi debitas, & propte rea non tenetur pauperibus
dare fructus, qui ex dictis bonis prouenißent, ſed
reliquos tantum, ſeqtuitur Soc.iun.in conſil.170.
nu.9.vol.2.Alciat.in conſ.572.in fine,& in conſil.
648.Ripa in l.in fideic õmiſſaria,nu.20.ff.ad Trebellia. in quibus locis etiam tenent, quod fructus
35 † ab hærede percepti non imputentur in verum
debitum,id quod probarunt multi apud Roland.
in conſ.65.num.24.vol.2.Phanuc.de lucro dotis,
par.7. nu.46. vbi alios citat, Zanc.in repet.§.cum
ita,par.5.num.70. vbi addit alios,demum prædictam opinionem probauit Menoch.in conſil.183.
nu.35.vbi allegat quoque Marzar. & Port.Imol.
videmus pariter quod creditor ſuccedens debitori,cenſetur ſtatim ſibi ſoluere,l.Stichum,§.aditio,
ff.de ſolut. & ideo ſi grauetur alij reſtituere hære-
36 ditatem, detrahit † primum id quod ſibi debebatur, etiam ſi nullum feciſſet inuentarium,Ange.in
conſ.64.in fine,Caſt. in l.Ita tamen,§.ſi ex trebelliano, nu.2.ff.ad Trebell.vbi Alex.num.3. Capra
in conſil.63.num.2. Ruyn.in conſil.206.num.11.
volum.2.Bertran.conſ.57.nu.3.uol.2. conſi.148.
num.6.uolum.3.Natta in conſi.225.num.7.alios

citat

citat Zanc.d.§.cum ita,par.5.nu.64.& 68. Rol.d.
conſi.65.nu.13.Menoch.d.conſi.183.num.33.&
dicit Soc.iun.in conſ.120.nu.24.& ſeq.volum.1.
quod ſi teſtator mandet fundum vendi pro ſoluẽ-
37 do ære alieno, hæres † qui æs alienum ſoluit, de
proprio poterit fundum pro ſe retinere, & dicit
Crot.in conſi.123.nu.14.& ſeq.quod vſuſructua
ria ſoluens hæreditaria debita de proprio, poterit
tot de bonis hæreditatis retinere,allegat Caſtren.
in conſi.186.vol.2. & Fulgo.idem probauit Zan-
cus d.§.cum ita,par.5,nu.63.Menoc.d.conſ.183.
nu.37.verſi.quartum verò, Pariſ.in conſi.25.nu.
66.vol.2.qui tamen aliud dicit in hęrede hæredis.
conſtat itaque ex præmiſſis,quod quilibet admini
ſtrator poteſt, & debet ſibi ipſi ſoluere, & præſu-
mitur ſoluiſſe, quando diu adminiſtrauit. quare
fatendum eſt, quod nõ teneatur Dominus Sirius
fructus a Domino Theodoro perceptos de bonis
hæreditarijs Domini Io.Franciſci reſtituere, cum
ex eis præſumatur D.Theodorum ſibi ipſi ſoluiſ-
ſe vſuras dotales a D.Io.Franciſcę debitas.

Tertiò vbi etiã deberet fructus reſtituere,certũ
eſt quod in ex[t]inctionem dictorum fructuũ tene-
tur Domina Lucia accepto ferre quantitatẽ pecu
niarum,quam Dominus Theodorus maritus im-
pendit in emptionem pretij,alias venditi a Domi-
no Ioan. Franciſco,ſi vult prædium illud habere:
præſumitur enim Dominus Theodorus pretium
ſoluiſſe de proprio, l.cum proponas, vbi Bald.&
alij,C.pro ſocio,cũ multis ſupra citatis in fine vlti
mi fundamẽti. & licet venditor confiteatur pretiũ
a marito,& vxore recepiſſę,præſumitur tñ in totũ
38 prouenisse a marito;quia vbicunque vir † & vxor
actum gerunt, cenſetur principaliter geſtus a ma-
rito, etiam ſi ad vxorem poſſet æquè pertinere,vt
conſtat ex deciſionib.citatis ſupra in ver.reſpectu
autẽ. ſed melius ex eo quod voluit Spec.in tit.de
oblig. & ſol.§.ante omnia, verſ.ſed pone,vbi vult
q ſi maritus & vxor cõfiteantur mutuò recepiſſe
quantitatẽ pecuniarũ,cenſetur pecunia peruenis-
ſe inſolidũ ad maritum, ſequitur ibi Io.And.& di
cit Imol.in l.Modeſtinus, in fi.ff.de ſolutio.eſſe di
ctũ notandũ,& ſingulare,& illud tenent alij, quos
citat & ſequitur Rol.in conſi.64.num.9. vol.1.&
idem eſt, qñ vir & vxor fatentur pecuniam in de-
poſitum recepiſſe;quia ad ſolum virũ præſumun-
tur perueniſſe,Bologn.in conſ.45.per totũ.&hoc
39 confirmatur, quia vxor † conſtante matrimonio
quidquid habet vel acquirit,præſumitur a marito
habere; ad vitandã præſumptionem turpis quæ-
ſtus,l.Quintus,ff.de donat.inter vir.& vxor.gloſ.
Bal.Ang.Floria.Caſtr.& Corn.in l.cũ oportet,C.
de bon.quæ libe.Ang.in conſi.141.num.1.Dec.
in conſi.237.nu.8.Rip.in l.fęminæ,num.52.C.de
ſecun.nup.Alcia.in tract.præſump.reg.3.pręſum.
26.in princ.Boer.deciſ.81.in prin.Bello.in conſi.
37.num.10.Crauet.in conſil.81.nu.4. Neuiza.in
Silua nup.lib.4.nu.20.Ioſeph.Ludou.in deciſ.Pe
ruſ.12.nu.19. & deciſ.28.per totam. & ſi dicatur,
nonne potuerunt perueniſſe ex paterna hæredita-
te? Reſpondetur, quod in bonis patris non fuit
tempore eius mortis reperta pecunia, vti admiſit
Domina Lucia: bona verò mobilia & immobilia
dictæ hæreditatis peruenerunt ad manus Domini
Theodori, & ab eo nunc exigitur illorum ratio,
ideo dictæ pecuniæ aliunde non potuerunt habe-
ri,niſi a viro; ergo ſiue dicamur qđ in dubio præ-
ſumatur virũ ſoluiſſe inſolidũ, licet venditor fatea
tur recepiſſe a viro & vxore; ſiue dicamus quẽli-
bet pro virili præſumi qđ numerauerit,omni caſu
habemus intentũ,quia præſumendũ erit vxorẽ ha
buiſſe a viro,& erit ea pecunia ſupputãda in reddẽ
da rõne fructuũ, quos vir pcepit de bonis vxoris.

Quibus ſic firmatis,non obſiſtit,quod in para-
phernalib. maritus teneatur indiſtinctè fructus re
ſtituere vxori:quia rñdetur nos nõ agere de para-
phernalibus, ſed de extradotalibus: ſunt.n.para-
phernalia bona ea,quæ vltra dotem vxor infert in
domum mariti,quaſi vltra dotem, gl.in rub.C.de
pact. conuen. & dixi ſupra,& traduntur ab vxore
40 ratione † proprij vſus, vel ſaltem promiſcui mari
ti & vxoris,ſecundũ Franc.de Alberg. in conſi.re-
lato per Alex.ad Bar.in conſ.125.vol.1. Ruyn. in
conſil.222. in princip.volum.1.extradotalia verò
41 ſunt, quæ neque ſunt dotalia, † neque parapher-
nalia; ſed quæ vxor habuit ex aliqua ſucceſſione,
vel aliunde,l.maritus,vbi Bar.& Bald. Ang.Caſt.
Saly.Cor.& Iaſ.C.de procu.cum alijs ſupra citatis.

Rñdeo ſecundò, quod etiam paraphernalium
fructus non tenetur maritus reſtituere,niſi cum di
ſtinctionę,vt.ſ.perceptos contra vxoris voluntatẽ
reſtituat, ſiue ſint naturales,ſiue induſtriales, ſiue
extent,ſiue ſint conſumpti. Item reſtituit extantes
etiam ſi perceperit de voluntate vxoris. Item reſti
42 tuit † fructus naturales etiam perceptos de volun
tate vxoris,& conſumptos,ſi ſint magni valoris;&
factus ſit ex eis locupletior,ſed non reſtituit indu-
ſtriales perceptos de voluntate vxoris,& in promi
ſcuos vſus conſumptos,ita tenet Sillim. quem ſe-
quitur Bar.in d.l.penul.ff.ad leg. Falcid.vbi Ang.
Imo.& Caſt. Bald.in cap.1.§.ſi duo fratres,col.2.
tit.de duob.fratr.de nouo feud.inueſt.Ang.& Sa-
lyc.in l.fin.C.de pact.conuen.Caſtr.in conſi.199.
colum.2.verſic.tertia fuit opinio,& verſ.breuiter
iſta diſtinctio,volum.2.Alexand. Cor.Socin. Af-
flict.& Ruyn. in conſilijs ſupra citatis, Iaſ.in l.ma-
ritus,in fin.C.de procu.Crau.in conſ.193.nu.15.
verſ.ex quibus addo, Bal.in conſi.276.in fi.vol.3.

Nec mouet quod fructus quoſcũque reſtituat
maritus, qui eos percepit inuita vxore: quia re-
ſpondeo, hoc eſſe in iure ex ſupra dictis, ſed non
po[ſ]ſe huic facto applicari; quandoquidem Domi
nus Theodorus fructus perceperit, & bona admi-
niſtrauerit uxore aſſentiente,uti ſupra probaui in
uer.ſed prędictis,circa princip.ubi uxoris conſen-
ſum deduxi ex pluribus.

Eodem modo reſpondeo ad id, quod diceba-
tur, fructus extantes eſſe reſtituendos, quia hic
non probatur eos extare, & in dubio præſumun-
tur conſumpti, ut uoluit Saly.in d.l.fi.C.de pact.
con-

conuen. Afflict.d.decif.44. nu.5, & quãuis plures
contrarium teneant, tñ ex multis in præſenti caſu
43 probatur conſumptio.† Primò,quia ſacto inuen-
tario de bonis,quæ inuenta fuerunt tempore mor
tis Dñi Theodori, hi fructus cõperti non fuerunt
in eius hæreditate, & pro inuentario præſumitur,
ſecundum glo.in d.§.licẽtia.& qui vult dicere alia
extare bona præter deſcripta in hæreditate, pro-
bet,gl.d.l.cum de lege.Secundò,quia hæredi cum
iuramento aſſerenti ſe non inueniſſe aliquam rem
44 † in hæreditate,creditur argumento eorũ,quę vo-
luerunt Bart.& Doct.in l.ſi quis ex argentarijs,§.
an verò hæredi,ff.de eden.& ita tenet Aret.in con
ſil.120. Paris de Puteo in tracta. de reinteg.ſeud.
c.32.nu.3. allegat gloſ. in l.fin.§.ſin autem, C.de
iure deliber.Alciat. qui idem tenet in tracta. præ-
ſump.reg.ſecũda,præſump.21.nu.8. Tertiò, quia
agimus de fructibus,qui non poſſunt durare vltra
45 triennium,quia † corrumpuntur, vt voluit glo.in
l.1.C.ſi aduer.vſucap. & in l.diuortio, §.interdũ,
in verſi.reddet,ff.ſolu.matr.vbi Iaſ.nu.12.Bar.in
l.cum qui, ff.de his,quib. vt indign.ſecus autem,
quando eſſemus intra triennium a fructuum per-
ceptione. & cũ hac ſententia videtur trãſire Alex.
in d.l.pen.in fi.ff.ad leg.Falc. Lambert.in tract.de
contr.eorum, qui ſine ſolẽ.glo.1.nu.246. Quar-
tò, quia veriſimile etiam eſt, ꝙ hi fructus fuerint
cõſumpti,attenta tenuitate patrimonij Dñi Theo
dori,quia vt dixi,de ſolis ſuorum bonorũ reditib.
ſuſtinere non poterat ita lautè impenſam familię,
ideo credendum eos fuiſſe conſumptos; operatur
enim veriſimilitudo quod alicui credatur ad pro-
46 prium commodũ, cui alias † non crederetur, l.ſi
quis pro redemptione,§.penul.C.de don.Gulicl.
Cun.in l.edita,C.de eden.Alex. ibi in fi.dicit me-
moria tenendũ,ſequitur Dec.col.1,alios plures ci
tat Tiraquel. in præfatio.l.ſi vnquam, nu.51.C.
de reuoc.donatio.& dicit Cyn. quod confeſſio
47 † unius præiudicat tertio,qñ eſt veriſimilis,in au-
then.hoc ius porrectũ, C. de ſacroſ.eccl.& idẽ eſt
in confeſſione dotis receptæ, ſecundum Bald.in l.
unica,col.3.C.de priuileg.dot.Curt.ſen. in conſi.
69.col.1.Bero. in conſi.60. nu.43.vol.2.Crau.in
conſi.40.nu.4.& in tract.de antiq.temp.in 1.par.
§.propoſitum,nu.71.Didac.lib.1. variar.reſolut.
cap.8.nu.6.verſ.ſi ex confeſſione, Tiraq.d.l.ſi vn
quã,in verſ.donatione largitus, nu.101.Cæphal.
in conſi.448.nu.22.Natta in conſi.547.nu.25.&
idem eſt in tutore, quia circa expenſas factas in rẽ
48 pupilli creditur eius † libro, ſi ſint veriſimiles,
Bald.in conſil.117.vol.2. cum alijs allegatis per
Tiraq.in d.præfatio.num.52.& in terminis,quod
credatur marito alleganti cõſumptionem fructuũ
vſque ad veriſimilem quantitatem, quę potuit eſ-
ſe neceſſaria ad victum ſuum & vxoris,uoluit Are
tin. in d.conſi.159.nu.7.ubi mouetur ex eo, quod
dictum eſt de tutore.cõcurrentib. ergo prædictis
coniecturis, nõn uidetur recedendum ab opinio-
ne Sal.licet eis ceſſantibus aliud fortè ſit dicendũ.
Cõfirmatur, quia etſi res præſumatur extare,quæ
49 ſemel fuit: tamen fallit quando neceſſitas † natu-
ræ repugnat, l. cum te, C. de probatio. Alciat.in
tracta. præſumpt. reg.2. præſump.25.num.2.vbi
idem dicit, quando non neceſſitas, ſed ueriſimili-
tudo repugnat, ſecundum notata in cap. ſi eo tẽ-
pore, de reſcrip. in 6.fructus enim,ut dictum eſt,
nõ poſſunt naturaliter durare ultra triennium, &
ubi etiã durarent ueriſimiliter, nemo eos decẽnio
ſeruaret, ſed communiter intra triennium uendi
ſolent, & arguere licet a communiter accidentib.
ut per Marſil.ſingu.primo,Euerardus locõ 56.

Remouetur ẽt, quod dictum eſt, Dñm Theo-
dorum locupletatũ fuiſſe ex dictis fructib. proin-
de teneri ad reſtitutionẽ, & locupletationem præ-
ſumi,cũ non probatur contrarium.etenim contra
opinionem glo.in d.l.utrũ, tenuerũt plures, quod
50 nõ præſumatur quis locupletior factus,† niſi pro-
betur, & in primis id uoluit Ang.in l.inſulã,§.1.
circa mediũ, ff.ſol.matr. & in cõſi.133.col.2.uerſ.
ſi autem non fuiſſet, & in conſil.160. in fi.ubi non
probari quemquam locupletiorem factũ eo quod
fructus cõſumpſerit in proprios uſus,quia potuit
fore ſplẽdidius uiuere, Fulg.l.1.C.ſi aduer. cred.
Caſtr.in conſi.247.col.pen.uol.1. Iaſ.in l.Neſen
nius,§.1.num.5.ff.de re iudic. Fel. in c.de quarta,
col.10.uerſi.ſecunda reſtrictio, de præſcrip.Curt.
ſen.in conſil.71. col.3. uerſic. ſeptima concluſio,
Dec.Balbus, Curt. iun.Ruyn. Cagn.Aldobr.Ri-
min.& Port.Imol. quos omnes congerit Lamber
teng.in d.tract. de contract. eorum, qui ſine certa
ſolẽ.glo.1.num.242. addo Alciat.in l.certi condi-
ctio,§.quoniam,nu.11.ff.ſi cert.pet. Gomes in §.
actiònes autem,num.21.Inſtit.de action.moderni
Galli in conſuetud.Pariſien.tit.1.§.22.num.52.&
hanc ſententiam crebriorem dicit Menoch. de re-
cup.poſſ.rem.15.num.587. Caualca.de tuto.nu.
224.D.Becius in conſi.95.nu.26.ubi allegat quo
que Nattam, Hieron. Gabriel. & Anto.Gabriel.
quinimo Curt.ſen.in loco præcitato dicit,probã-
dum eſſe locupletationis ſpeciem,quare non po-
teſt ſuper hoc fundamentum fieri, quia qui uult
dicere maritũ locupletatũ, tenetur probare,& ſa-
nè in præſenti caſu res caret dubitatione, quia lau
tè vixit Dominus Theodorus, nec quiſquam ac-
quiſiuit, ſed tempore mortis ſuæ ea ſola reliquit
bona, quæ ex paterna hæreditate ſibi obuenerãt.

Et non obſtat, quod Dominus Theodorus ta-
cendo uideatur remiſiſſe ſocero uſuras: quia re-
ſpondetur contrarium locum habere, quando u-
xor ipſa promiſiſſet dotem, quia propter ſangui-
nis coniunctionem, & maximam inter iugales af-
fectionem de facili inter eos præſumitur donatio,
l.1.ff.de donat. inter uir. & uxo.ſecus,quando,ut
in facto noſtro,dos fuit promiſſa a ſocero & ab eo
debentur alimenta: tunc enim non ita facilè do-
natio præſumitur, &.non habet locum præſum-
51 pta † remiſſio,& ratio eſt,quia diſpoſitio l.uir uſu
ras,ff.de donatio.inter uir.& uxo.ſuꝑ quo funda-
tur contraria ſentẽtia,eſt exorbitans, & nõ debet
trahi extra ſuum caſum, argumento l.ſi uerò,§.de

uiro,

viro, ff.ſol.matri.atque ita eum limitat in propoſi
to Alex.in conſ.63.nu.14.vol.4. & in conſil.208.
nu.10.verſ.quartò rñdetur,vol.7.Bero.in cõſ.52.
nu.25.in fi.vol.2.Rol.in cõſ.65.nu.22.verſ.ſecũ-
dò rñdetur, vol.4. & per hãc rõnem, qđ maritus
non ita ſit facilis in remittendo ſocero, & fratrib.
vxoris,ſicuti vxori; inferunt in ſimili Doctores, ꝙ
52 confeſſio dotis receptæ, † quam maritus emittit
erga ſocerum,vel eius hæredes, præſumitur vera,
non ſimulata,nec continet ſuſpicionem tacitæ do-
nationis.ita Dec.in cõſ.536.nu.9.verſ.quartò in-
ſtrumẽto cõfeſſionis,Bal.Nouel.in tract.dot.p.10.
nu.14.verſ.tertio limita,Marſil.ſing.345.Ruy.in
conſ.183.nu.4.vol.1.Alciat.in l.1.in prin.nu.14.
ff.ſoluto matri.Rube.in conſ.78.colum.finã. Lu-
pus in rubr.de donat.inter vir.& vxo.§.30.nu.12.
Roland.in conſil.93.nu.27. & ſeq.vol.1.Anchar.
moder.lib.2.ſamil.quæſtio.32.nu.15.& quamuis
multi ex prædictis allegantes Bal.& Salyc.dicant,
hoc procedere, quando maritus confitetur inſtan
te extraneo,qui non ſit coniunctus: tamen Dec.
Ruy.Ancha.Alcia. & alij idem tenent in ſocero &
in fratribus, quia non eadem donandi ratio verſa
tur in eorum fauorem,quæ militat in fauorẽ vxo-
ris.ita ergo in remiſſione vſurarum debitarum oc-
caſione retardatæ ſolutionis dotium.

Secundò reſpondeo quòd in præſenti caſu non
poteſt videri Dominum Theodorum, ideo diſtu-
liſſe vſurarum exactionem, qui eas voluerit re-
mittere, cum adminiſtrando bona ſoceri, & fru-
ctus percipiendo ſibi ipſi pro dictis vſuris ſingulo
anno partem debiti ſolueret,nec etiam interim di-
citur differre exactionem ſui crediti, qui ſibi ſol-
uit. ceſſat ideo præſuppoſitum, quòd longo tem-
pore tacuerit, & non petierit, quia non tacuit ſi a
ſe ipſo ſolutionem exigebat. ceſſante autem præ-
53 ſuppoſito, † ceſſat illatio præſumpta remiſſionis,
gl.in l.mancipia,C.de ſeru.ſug.Rom. ſingul.495.
cum ſimilib.& in dubio non præſumitur donatio,
54 † l.cum de indebito, ff.de probatio. & potius er-
ror præſumitur,quàm donatio,Dec.in conſ.195.
colum.penult. Natta in conſ.77.nu.16. etiam er-
ror iuris,& in facto proprio,Curt.iun.in conſ.56.
num.5.Craue.in conſi.77.nu.14.Tiraquel.in l.ſi
vmquàm,in ver.donatione largitus,num.206.C.
de reuocan. donat.& numquam capi debent præ-
55 ſumptio donationis,† quãdo alia cauſa poteſt ex-
cogitari,l.ſi cum aurum, vbi Bart.ff.de ſolution.l.
Campanus, ff. de oper.libert. Tiraquel.loco præ-
dicto,nu.207.Dominus Becius conſi.52.nu.7.&
ad excludendum coniecturam donationis ſeu re-
miſſionis ſufficit leuis quælibet cauſa vel occaſio,
vt inquit Bal.in l.fina.colum.3.C.de dot.promiſ.
ſequuntur alij apud Tiraq. vbi ſupra, num.208.
& de retract.conſanguinit.§.36.glo.2.num.49.&
ſeq.Dominus Becius dicto conſi.52.num.70.vbi
latè id proſequitur.& quæ dicuntur de donatione
56 procedunt etiam in renunciatione,† quæ nõ præ-
ſumitur,capit.cum ſuper, de renunciat.Tiraquel.
in præfatio.l.ſi vmquam,nume.128.D. Becius in
conſil.106.num.45. Hinc dixerunt Hoſt. Ioann.
Andr.in cap. ſignificauerunt, in ver. intra decem
dies,de teſtib: quod & ſi ſoluens vel petens ad ſol-
uendum dilationem tacitè approbare videtur ſen
57 tentiam † contra ſe latam,ſecundum l.ad ſolutio-
nem,C.de re iudic.tamen fallit, quando ſumi po-
teſt alia coniectura,Imola in conſil.144.poſt prin
cip.Tiraquel.de retract.conſang.§.36.glo. ſecun-
da,num.49.D.Becius in conſi.106.num.48.quia
vbi ex alia cauſa potuit dilationem petijſſe, nõ eſt
credendũ quod voluerit remittere ius impugnan-
di ſententiam,quod ſibi competebat.& põt etiam
eſſe ratio,quia tacita voluntas, quæ ex actu dedu-
citur, non extenditur vltra quam ex ipſo actu de
58 neceſſitate † inferatur, Bartol.in l.prima,§.ſi quis
hoc interdicto, ff.de itin.actuque priua.cum alijs
apud D.Becium in d.conſil.106.nume.46.ſed in
huius facti contingentia facilè colligimus cauſam,
quare Dominus Theodorus tacuerit, nẽpe quia
interim ex fructibus ſibi ſoluebat:proinde non de
bemus dicere, ideo cum tacuiſſe quòd vellet vſu-
ras remittere. & facit etiã quod dicimus eius præ-
ſentiam & taciturnitatem non inducere conſen-
59 ſum, qui ideo tacuit,quia ſciuit † ius ſuum dura-
re,l.ſicut,§. non videtur,ff.quib.mod.pig.vel hy-
pothe.ſolu.gl.in capit. Imperialis,in ver.promiſ-
ſione,C.de prohib.feud.alien.per Feder.Ruyn.in
conſil.161.num.38.volum.1.Ripa in l.admonen
di,num.44.ff.de iureiuran.Soc.iun.in conſi.106.
nu.44.volum.3. Tiraq. de retract.conſang.§.pri-
mo,gl.6.nu.146.Cæphal.in conſil.235.nu.30. &
in conſil.445.nu.28. & ſola coniunctio ſanguinis
non inducit donationem,niſi etiam cõcurrat tem-
60 poris curſus, & ratio ſæpius calculata. † ita enim
Doctores intelligunt l.Procula,ff.de probatio. Al
ciat.in tract.præſumpt.reg. prima, præſumpt.32.
num.5. Menoch. de arbitr. iudic. caſu 88.nu.16.
& dicit Bald. in l.cum proponas filios, C.de pact.
quod ſola ſanguinis coniunctio non operatur ꝙ
præſens & tacens videatur conſentire, ſed requi-
ritur etiam actus aliquis poſitiuus, alios citat Ti-
raquell. dicta gl.9.num.152. quare non poteſt in
præſenti facto allegari remiſſio, ſeu donatio vſura
rum: quia ſi attendamus tempus, quo ſocer ſu-
peruixit,illud eſt breue & minus decennio, & non
potuit ſufficere ad inducendam donationem, ſe-
cundum terminos d.l.vir vſuras, & dicti §.diuus,
vbi decennium requiritur,vltra quod ſecundum
communem ſententiam non ſufficit decennium,
niſi concurrat etiam mors mariti. ſi vero inſpicia-
mus tempus,quod ceſſit poſt mortem ſoceri, non
etiam poteſt colligi præſumptio donationis, at-
tento quod Dominus Theodorus interim ſibi ſol
uebat de fructibus, nec erat ei neceſſe petere ali-
quid ab vxore, cum illud omne conſequeretur de
manu propria.

Ea vero mera eſt diuinatio, quod diſtulerit
Dominus Theodorus interuſuria petere, vt gra-
tior eſſet ſocero.quis enim hoc reuelauit? & quid
poterat huiuſmodi exactio operari in damnum

Dominæ Luciæ, quæ erat filia? procederet quidẽ argumẽtum, ſi ſperare potuiſſet Dñs Theodorus ſe inſtitui: ſed vana fuit omnis ſpes ſtante filia, & conditio generi ſocerum non poterat inducere ad inſtituendum filiam, vel eam exhæredandum.

Pariter non aduerſatur, quod in dubio fructus percepti extinguere debeant debitum dotis, tamquam magis efficax, & promiſſum cum ſtipulatione, obligatione bonorũm; conſtituto, & alijs clauſulis: non autem interuſuria, quæ non fuerunt promiſſa. Reſpondeo enim, quod in vno & eodem de
61 bito vſurario non fit diſtinctio, † verum ſit magis efficax, ſed ſi illud ſolum ſubeſt, ſemper ſolutio cedit in extinctionem vſuræ potius quam ſortis, vt probatur in l. 1. C. de ſolutio. l. in his, §. Imperator, ff. de ſolutio. l. ſi vſuras, C. de vſuris, gl. in l. 1. ff. de ſolut. vbi Bar. nu. 9. Angel. Imola & alij, ff. de ſolutio. idem Bart. in l. cum ex pluribus, nu. 2. in fine, ff. eodem titulo, Ruynus in conſ. 136. nu. 14. vol. 4. & in conſi. 162. nu. 17. uol. 5. & hoc eſt ſpecialiter inductum ex Principũ ex conſtitutione in uſuris; quod & ſi debitũ principale ſit durius & grauius, tamen ſolutio cenſetur facta in dubio in ſolutionem uſurarum propter morã debitoris in ſoluendo, ut inquit Bar. dicta l. 1. num. 9. ff. de ſolutio. & hoc uoluit etiam Angelus ibi. & quamuis aliqui hanc rationem repræhendant: tamen conueniunt in hoc omnes, quod ſit ſpecialiter inductũ in uſuris, & hoc non procedat in alio acceſſorio debito, ut per Imolam in dicta l. 1. colum. 2. in fine, uerſic. in ea gl. ibi, alij dicunt, &c. ideo ex ſuo promptuario tres profert rationes. Prima, quod ita uſu ſeruitur, ut debitores prius ſoluant uſuras, quam ſortem, & innuit text. in dicta l. cum ex pluribus. Secunda eſt, quod eſt utilius debitori ſoluere prius uſuram quàm ſortem, ut longiorem conſequatur dilationem ad ſoluendum. addit & tertiam quod ita ſufficit ſancitum fuiſſe, licèt dura ſit lex. uult autem expreſſe Imola quod ſit ſpeciale, & non trahatur ad pœnam, & alia acceſſoria. idem uoluit Ruy. in d. conſil. 136. nu. 14. & conſil. 162. nu. 17. non ergo cenſetur ſolutio facta in extinctionẽ uſuræ, quia debitum uſuræ ſit grauius, quia uerè grauius eſt debitum ſortis, ut admittit etiam Caſtre. in dicta l. 1. ſed id fit odio debitoris moroſi, & quæcunque ſit ratio, ſat eſt, quod & ſi grauior ſit ſors, tamen leges ita uoluerunt.

Poſtremò non refragatur quod pretium ſolutum in redemptionem prædij aliàs uenditi per Dominum Ioan. Franciſcum, cenſeatur proueniſſe a Domina Lucia, eo quod ad eam pertineret redẽptio. Nam reſpondetur, quod argumento poſſet eſſe locus, ſi præceſſiſſet inter partes aliquod pactum de retrouendendo: ſed cum nulla ſubeſſet obligatio, quando emptor illud prædium uẽdidit D. Theodoro, dicitur ea uenditio proceſſiſſe a mera uoluntate uenditoris, non ex neceſſitate, quod ſi nulla ſuberat neceſſitas, non dicitur prædij illius redemptio, ſed noua emptio, & nouus cõtractus: pro quo facit, quia & ſi tutor in actu emendi præ
62 dium poſſit facere pactum de retrouendendo, † & illud obliget minorem ad obſeruantiam l. contra, §. ſi filiusfamilias, cum l. ſequen. ff. de pact. ubi Iacob. Butr. Bald. & Alber. notant in rebus eccleſiæ, tamen ex interuallo id facere non poteſt, quia dicitur nouus actus, & nouus contractus, qui ideo exigit ſolẽnitates a iure requiſitas, l. ſi ad reſoluendam, C. de præd. mino. Alexand. in conſi. 106. uolum. 7. cum alijs apud Tiraq. de retract. conuent. in fi. nu. 1. & latiſſimè agit Pinell. in l. 1. p. 3. nu. 53. C. de bon. matern.

Præterea ſupra in tertio fundamento huius partis demonſtraui, quòd ubi etiam negocium æquè poteſt ad unum pertinere, ſicut ad alium, cenſetur nihilominus proueniſſe pecunia a marito, non ab uxore, ut in mutuo & depoſito, & omni caſu, ſi præſumamus ab uxore proueniſſe idem erit, quia nihilominus ad eam peruenit ex reditib. bonorum paternorum, tenetur tanto minus accipere, quantum capit pecunia erogata in illius prædij redem-
63 ptionem, aliàs binam reciperet † ſolutionem, contra l. Stichum, §. dolo, ff. de ſolutio. l. quarta, §. condemnato, ubi gl. ff. de re iud. l. bona fides, ff. de regul. iur. unam ſcilicet a uiro, aliam ab hærede uiri.

SVMMARIVM.

1 *Hæres grauatus reſtituere, tenetur fructus perceptos iudicio teſtatoris imputare in ſuum creditum. contra, num. 11.*

2 *Fructus percepti iudicio teſtatoris imputantur in debitum hæreditarium, etiam ſi nihil dictum ſit. ſed contra, num. 10. 11. & 13.*

3 *Dos filiæ inſtitutæ & grauatæ onere reſtitutionis cõpenſatur cũ fructibus hæreditatis. intellige, vt nu. 10. & 19. & 22. & 24.*

4 *Fructus licèt in legitimam non imputentur filiæ, tamen teſtator poteſt filium grauare onere reſtituendi.*

5 *Hæres grauatus onere fideicommiſſi detrahit in reſtitutione creditum ſuum.*

6 *Fructus percepti iudicio teſtatoris poſt aditam hæreditatem cedunt hæredis lucro, & non ueniunt in reſtitutione. fallit tamen, num. 9.*

7 *Fructus percepti poſt aditam hæreditatem, non ſunt deſcribendi in inuentario, ſed bene in codice rationum.*

8 *Teſtator non videtur creditorem inſtituere animo compenſandi.*

9 *Fructus percepti poſt aditam hæreditatem, veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, quando conſtat de voluntate teſtatoris.*

10 *Fructus percepti poſt aditam hæreditatem non imputantur in dotem.*

11 *Fructus iudicio teſtatoris percepti non imputantur in verum debitum.*

12 *Hæres adeundo videtur ſtatim ſibi ſoluere ſuum creditum.*

13 *Hebreus niſi intra certum tempus priuilegij vendat pignus efficitur ſuum, & non petit vſuram, neque ſortem.*

Fructus

14 *Fructus percepti iudicio teſtatoris non imputantur in debitum, quod fuit a teſtatore relictum in eadem diſpoſitione.*

15 *Voluntas colligitur ex actu nullo.*

16 *Fructus non imputantur in legato, de quo teſtator voluit quòd legatarius poſſit diſponere.*

17 *Aequalitas vt inducatur inter filios, fit omnis interpretatio.*

18 *Fructus imputantur, & reſtituuntur, quando conſtat de voluntate teſtatoris, & econtra.*

19 *Fructus hæreditarij imputantur quidem in dotem conſtituendam a filia hærede, ſed non in conſtituta a patre.*

20 *Dos ſuccedit loco legitimæ.*

21 *Fructus percepti iudicio teſtatoris, nõ imputantur in legitimam etiam teſtatore ipſo expreſſè mandante.*

22 *Fructus percepti iudicio teſtatoris non imputantur in dotem, quatenus capit legitimam.*

23 *Dos non poteſt grauari onere reſtitutionis, niſi quatenus excedit legitimam.*

24 *Compenſatio non habet locum, quando dos eſt promiſſa genero, & legatum factum filia.*

CONSILIVM CCXCI.

ARTICVLVS, qui proponitur decidendus via amicabili in hoc conſiſtit, an hęres Dominæ Iſabellæ, quæ a Domino Franciſco Stertio patre fuerat inſtituta cum onere reſtituẽdi teneatur imputare ſibi in creditum dotis a patre promiſſę fructus, quos percepit ex paterna hęreditate. & videtur Dominos fratres Stertios fideicommiſſarios ius fouere: nam etſi fructus iudicio teſtatoris percepti non imputantur in legitimam, vel Trebellianicam debitam filijs primi gradus, ſi tamen filius ſit ex alia creditor hæreditatis,
1 tenetur dictos fructus compenſare † cum ſuo credito, l. quod de bonis, §. quod auus, ff. ad legem Falcid. l. cum pater. §. Titio, ff. de legat. ſecundo, Caſtrenſ. in l. in fideicommiſſariam, num. 4. ff. ad Trebellian. vbi dicit quod non ſolum fructus extinguunt verum debitum, ſed etiam quaſi debitũ, ſequitur Ripa ibi, num. 19. & Hieron. de Laur. nu. 35. idem Caſtrenſ. in l. mulier, §. cum proponeretur, num. 6. verſicu. miror valde, ff. ad Trebellian. Alexand. in dicto §. quod auus, num. 1. & ſecundo, & in l. baliſta, num. 4. ff. ad Trebellian. & ante eos ĩdem voluit Angel. in conſi. 331. num. 1. ver. ſeptimo fallit, Ruynus in conſil. 57. num. 9. & in conſil. 79. num. 5. volum. 2. Pariſ. in conſil. 25. nu. 65. volum. 2. vbi ait quod & ſi hæres inſtitutus detrahere poſſit maternas dotes, quando venit caſus reſtitutionis: tamen fructus percepti per eum computabuntur, ſeu compenſabuntur cum eo credito, etiam in caſu quando matri non deberet fieri computatio, Soc. iun. in conſil. 57. num. 13. verſi. nam primo probatur, volum. 3. Boer. deciſi. 44. nu. 16. Bertran. in conſi. 181. num. 1. volum. 4. vbi loquitur de dote vxoris, Alciat. conſil. 572. in fine, Natta in conſi. 321. num. 4. vbi pariter loquitur in dote, Hieronym. Gabriel. conſi. 124. Roland. in tracta. de inuentar. ver. dubitatio oritur, num. 28. folio mihi 173. Menoch. de arbitr. iud. caſu 256. nume. 21. & 48. Mantica de coniectu. vltima. volunt. lib. 7. tit. 10. & 22. quamuis enim imputatio falcidiæ vel Trebellianicæ non fiat in verum debitum,
2 niſi id teſtator dicat: tamen fructus † imputantur etiam ſi nihil dictũm ſit, vt declarat Caſtren. d. §. cum proponeretur, num. 6.

Secundò videtur in terminis textus in l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebellian. vbi dicitur quod & ſi filia grauata reſtituere alij hæreditatem ſi deceſſerit ſine filijs, poſſit detrahere dotes ſuas, ſi tamen tantos recepit fructus, ex quibus
3 potuerit ſibi pro dotibus ſatisfacere, non eas † detrahet, & ibi Bartol. dicit quòd & ſi fructus non imputentur in quartam, imputantur tamen in aliã cauſam, quæ poſſet minuere fideicommiſſum, & ſubdit quod ille text. remanet incorrectus, Angel. idem dicit, colum. prima, & circa finem, ver. ſequitur in litem, & Imola in princ. inquit, quòd ille textus hodie non eſt correctus, & Caſtren. nu. 6. melius cæteris hoc declarat: de iurę enim Digeſtorum fructus computabantur in legitimam etiã filijs primi gradus, l. Papinianus, §. ſi conditionẽ, ff. de inoffic. teſtamen. ſimiliter in Trebellianicam & in dotem, ſed de iure Codicis inductum fuit, ne imputarentur in Trebellianicam, l. iubemus, C. ad Trebellian. poſtea verò ne etiam in legitimam fieret imputatio, l. ſcimus, §. repletione, C. de inoffic. teſtamen. reſpectu verò dotis nihil noui diſpoſitum fuit, ideo quod erat iure Digeſtorum reſpectu dotis ſancitum remanet incorrectum, & dicit Alexand. numero ſecundo, quod ita tenent omnes, idem voluit Alexand. in dicto §. quod auus, columna prima, in fine, & in l. baliſta, nume. quarto, in fine, ff. ad Trebellian. Boerius in deciſio. 44. nu. 16. & hanc dicit receptam ſententiam Viuius commun. opinio. lib. primo, opinio. 133. columna prima, & non debet hoc mirum videri, quia etſi filijs primi gradus fructus percepti iudicio teſtatoris non imputentur in quartam etiam teſtatore
4 mandante; tamen poteſt teſtator † filium grauare ad illorum reſtitutionem, intelligendo de fructibus non legitimæ, nec Trebellianicæ, ſed aliorum bonorum, vt probat tex. in d. l. baliſta, intelligendo eum ſecundum Angelum ibi, columna prima, in fine, in filio grauato, vbi infert ad id, quod dixi, & procedit ſecundum eum, etiam ſi non expreſsè dixit teſtator fructus reſtitui, ſed ſolum tacitè grauando ad reſtituendum quantamcunque pecuniam, vel quantumcunque rei ad illum peruenit, & ibi Alex. num. 3. dicit eſſe notandum prò limitatione l. iubemus, C. ad Trebell. Ripa in l. in fideicommiſſariam, num. 33.

Verum in præſenti facto contraria ſententia magis mihi placet, quod ſcilicet hæres Dominæ Iſabellæ non teneatur ſuper credito dotium compenſare fructus, quos D. Iſabella percepit de paterna hæreditate. certum eſt enim, quod hęres gra

uatus onere fideicommiſſi detrahit quidquid te-
5 ſtator † ſibi debebat, ſecundum Caſtren. in l.ita
tamen,§.ſi ex Trebelliano,nu.2.ff. ad Trebell. &
in conſi.77.vol.2.Bal.Ang.Caſtr,Rom. Alc. Ca-
pra,Socin.Iaſ.Crot.Ruyn.Pariſien.Socinus iun.
Bertrand.Cuman.Ripa, Natta, Craue. Emilian.
Cæphal.Rot.Phanuc.& Port.quos omnes addu-
xi in conſ.7.num.23.& ſequen.Zanc.in l.hæredes
mei,§.cum ita, parte quinta,num.64. vbi multos
addit Simon de Pret.de coniectu.vlti.volun. li.3.
dubitat.quinta,interpretat.prima,ſolut.3.nu.13.
ergo licebit hæredi detrahere dotes,quas teſtator
debebat filiæ.

Secundò moueor, quia fructus percepti iudi-
cio teſtatoris poſt aditam hæreditatem cedunt lu-
6 cro hæredis, † qui eos percepit; & ideo reſtituen-
di non veniunt,l.in fideicommiſſariam, vbi notãt
omnes,ff.ad Trebellianum, l.poſtulante, §. ſed ſi
huiuſmodi,ff.eodem titu.l.ſi quis bonorum,ff.de
leg.primo,Ale.in conſi.51.nu.14.vol.ſexto, Are-
tinus conſi.55.nu.vndecimo,alios citat Menoch.
dicto caſu 256.nu. octauo, Mantica de coniectu.
vltima.voluntat.lib.17.tit.decimo,n.ſeptimo,Si-
mon in eodem tract.d.li.tertio, interpretat.quin-
ta,dubitatio.prima,ſolut.ſecunda,nu.ſexto,Caſt.
& Alex.in d.§.quod auus.& ratio eſt,quia fructus
percepti poſt hæreditatem aditam,non ſunt hære-
ditarij,quia hæreditas adita deſinit eſſe hæreditas,
Doctores in l.prima, §. veteres, ff. de acquirenda
poſſeſ. & bona dicuntur hæredis, ideo tamquam
percepti ex re illius propria ſunt ſui,& non veniũt
reſtituendi; & hac ratione fructus prædicti non
7 ſunt deſcribendi in inuentario, † ſed ſat eſt quod
eorum fiat deſcriptio in codice rationum fauore
creditorum, Specul. in titulo de inſtrument.edit.
§. fi. verbo, ſed nunquid in inuentario, vbi Bald.
in additione, & idem voluerunt alij citati a Rolã.
in tracta. de inuentario, §. an ſi hæreditas, folio
mihi 85. & idem ponit Phanuc. in eodem tracta-
tu, parte tertia, nume. 35. & ſequenti. ſi ergo ad
hæredem ſpectant, atque eius lucro cedunt, ne-
que imputari debent, neque eorum vlla fieri de-
8 bet compenſatio, quia teſtator in dubio † non cẽ-
ſetur inſtituere creditorem ſuum animo compen-
ſandi,l.ſi ab eo,C.de negoc. geſt. l. ſi compenſan-
di,C.de hęredibus inſtituendis, cum alijs citatis a
me in conſi.ſeptimo, nu. 3. & ſi non fit compen-
ſatio cum bonis, quę ſunt hęreditaria, quare fieri
debet cũ fructibus,qui non ſunt hęreditarij? Cum
enim conſtat de tali animo, res eſt clara quòd fru-
9 ctus † reſtituuntur,l.tertia,§.mulier,vbi Barto. ff.
de dote pręleg.alios citat Ripa in d.l.in fideicom-
miſſariam, num.20. Mantica dicto titu. 10. num.
vigeſimoprimo. vbi autem de tali voluntate non
apparet, non fit reſtitutio, etiam ſi dixerit, quòd
hęres reſtituat quidquid ad eum peruenerit, vt
per Rip. dicta l.in fideicommiſſariam, nume.15.
poſt Doctores in d.l. baliſta, pręcipuè Ange. qui
ponit etiam exemplum, quando dixit, quidquid
ex bonis meis peruenit, declarat Menoc. d. caſu,
256. numero 12, Mantica d. titu. 10. numero 6.

Tertiò adduco quòd Domina Iſabella erat ve-
rè creditrix patris occaſione dotium, quia pater
ante teſtamentum promiſerat eidem ſoluere au-
reos quingentos pro dotibus, & erat ideo debi-
tor, quia ſi vixiſſet cogi potuiſſet ad ſolutionem,
Doctores in l.prima,ff.ſi cer.pet. fructus autem re
gulariter non imputantur in verum debitum, niſi
10 vbi teſtator id expreſſe † mandat, vt eſt text.in l.ſi
debitor,ff.ad legem falcid.ita tenẽt Iacob.de Are.
& Barto.in d.l.mulier,§.cum proponeretur, ff.ad
Trebellian. vbi expreſsè dicunt quod qñ dos eſt
verè debita, fructus in eam non imputantur, niſi
dicatur a teſtatore, ſequitur Ange, col. prima,in-
quiens quod Iacobus de Are.bene dicit quod fru
ctus non imputantur in dotem iure actionis debi-
tam, Imola circa finem,& Alexan. nu. 14. verbo,
in ea,ibi,ſed computat, Boerius dicta deciſio.44.
num. 16. & ita habemus in terminis deciſionem,
quod filia non imputat ſibi fructus in extinctio-
nem dotis, quę ſit verè debita a patre; licet ſecus
ſit, quando eſt quaſi debita, & id erit clarius ex
reſolutione contrariorum, pręcipue dum tracta-
bo de intellectu §.cum proponeretur.

Itaque non reſiſtit quod hęres teneatur impu-
tare ſibi in extinctionem ſui crediti hęreditarij,
fructus,quos percepit ex hęreditate: quia reſpon-
deo contrarium eſſe verius per ſupradictas ratio-
11 nes: & quod fructus non imputentur in verũ † de-
bitum, voluerunt Iacobus de Are. Barto.& Alex.
proxime citati in d.§.cum proponeretur, Ruynus
in conſi.112.num.18.in fine, volum.ſecundo, vbi
reſpõdet ad §.quod auus, procedere ſcilicet, quia
ibi iuſſit teſtator nedum ſuam hęreditatem reſti-
tui,ſed etiam propriam hęredis, idem Ruynus in
conſi.115.nu.13.volum.ſecundo, vbi inquit Do-
ctores communiter ita tenere, & addit Barto. in
l.cum pater, §. Titio,ff.de leg.ſecundo, vbi reſpõ-
dendo ad illum textum inquit procedere, quia te-
ſtator expreſsè diſpoſuit, Alciatus in conſi. 648.
vbi reſpondet modo pręducto ad textum in dicto
§. quod auus, Roland. in conſilio 65. nume. 24.
volum. ſecundo, Phanuc.in dicto tractatu de in-
uentario, parte ſeptima, numero 46. vbi allegat
etiam Riminal. Socin.iun. Crauet. & Port. Imo-
len. & ſubdit ita iudicaſſe Florentinam Rotam,
nec non & tenentem, & hanc ſententiam probare
videtur in ipſa filia creditrice Pariſius in conſilio
25.numero 66.volum. ſecundo, licet contrarium
probet in hęrede filiæ. cum ea quoque tranſiuit
Zanc. in dicta l. hęredes mei, §. cum ita, in quin-
ta parte, numero 70. vbi citat eiuſdem ſententię,
Anguiſol.in conſi.quinto,libro ſexto, & Marzar.
in conſilio 22. in ſecundo dub. & in conſilio 24.
in primo. hanc etiam tenuit Hieronymus Ga-
briel. conſilio 124. & latè eam comprobat, & de-
fendit Menochius in conſi. 183. numero 38. vſ-
que ad finem. & comprobatur hęc opinio vali-
diſſima ratione, quia hęres adeundo videtur ſta-
12 tim ſibi ipſi ſoluiſſe † pro ſuo credito, eſt text.

quem

quem ibi no. Bart.in l.peculium autem, in princi-
pio,ff.de pecul.& ibi Caſtren.inſert quod mulier,
quæ ex teſtamento viri tenebatur reſtituere vel in
pauperes diſtribuere,quicūque ſuperſuiſſent fru-
ctus, cenſetur ſibi ſtatim mortuo marito ſoluiſſe
dotes de proprietaribus; & ideo non tenetur di-
ſtribuere fructus,qui fuerunt percepti ex quãtita-
te bonorum,quæ erat neceſſaria pro ſolutione do
tium. idem probat Soc.iun.in conſi. 170. nu.5. &
ſeq. vol.2..vbi dicit quòd actio non confunditur,
quando creditor inſtitutus,& grauatus adit hære-
ditatem, ſed extinguitur per imaginariam, ſeu fi-
ctam ſolutionem, per quam videtur tanto minus
inueniſſe in hæreditate, quantum importat ſuum
creditum, Alciat.in conſi.572.num.15. & ſeq.vbi
dicit quòd cenſetur ſtatim facta ſolutio dotis. hoc
idem tenuerunt Marzar. & Port. Imolen.quos ci-
tat & ſequitur Menoch.dicto conſi.183.num.35.
vbi infert quòd eueniente caſu reſtitutionis hęres
detrahit de hæreditate tot bona,quæ ſufficiãt pro
extinctione ſui crediti, facta bonorum æſtimatio-
ne, ſecundum tempus aditionis, quia eo tempore
videtur ſibi ſoluiſſe, idem Menoc. in conſ.245.in
fine,Simon de Pret.dicto libro tertio,interpretat.
quinta, dubit.prima, ſolut.quarta, nu.21.Zanch.
dicto §.cum ita,par.quinta, nume.63. vbi allegat
Crot.& Marzar.alio in loco. facit etiam quod vo-
luit Caſtr.conſil.295.colum.prima, volum.ſecun
do,vbi ait ſtante Hebræorum priuilegio,quod ni-
13 ſi debitor redimat pignus † intra certum tempus,
poſſit Hebræus pignus vendere,inquit lapſo tem
pore pignus eſſe Hebræi, & ipſo iure extinctã eſſe
ſortis,& vſurarũ obligationem,ſequitur Bologn.
conſil.42. nume.vndecimo, quod ſi hæres ſtatim
hæreditate adita videtur ſibi ſoluiſſe ſuum credi-
tũ,quomodo poteſt extingui per fructus, qui po-
ſtea fuerunt percepti,ſi cum fuerunt percepti non
ſuberat creditum, ſed erat extinctum, & per hæc
ſublatum eſt dictum Caſtren. in §.cum propone-
retur, nume.ſexto, dum vult quod fructus impu-
tentur etiam ſi teſtator non dixerit, quia contra
eum tenent Iacob. de Aret.& Bart. ac Alex.ibi,&
eum reprobant expreſsè Ruynus d.conſi.115.nu.
13.Roland.dicto conſil.65.nume.24.& Menoch.
dicto conſil.183.num.42.

Reſpondeo ſecundò,quòd in præſenti caſu nõ
poteſt eſſe locus imputationi, inſpecta voluntate
teſtatoris. primò,quia dotes fuerunt relictæ in eo-
dem teſtamento ſoluendæ tempore matrimonij,
14 & quando debitum procedit † ex diſpoſitione te-
ſtatoris, tunc fructus non imputantur,vt in termi-
nis loquendo de legato dotium voluit Pariſ.dicto
conſi.25.num.67.volum.ſecundo, qui & ſi in ca-
ſu ſuo contrarium teneat, ex quo legatum erat fa-
ctum creditori, tamen illud in noſtro caſu ceſſat,
quia hic factum fuit primò legatum pro dotibus,
deinde viuente adhuc teſtatore fuerunt inter vi-
uos promiſſæ dotes. etſi dicatur quod ideo nõ eſt
attendendum legatum, reſpondeo quod etſi illud
legatum non debeatur, ex quo viuens teſtator do
tes promiſit, l.filia legatorum, C. de legat.dixi in
conſi.14.nu.13.& in conſi.119. num.10.tamen ſa
15 tis ex eo demonſtratur voluntas teſtatoris, † quæ
colligitur ex actu etiam nullo,l.fin.ff.de reb.cor.l.
fin.C.fam.erc.Bart.l.gerit,col.4.ff.de acq.hæred.
Soc.conſi.8.num.31. & ſeq.vol.2. vbi loquitur in
legato nullo,vt facit Natta conſ.306. num.7.cum
ſimilibus. ſufficit ergo quod deſumi poſſit conie-
ctura voluntatis. & hoc quod non imputetur fru-
ctus ex voluntate teſtatoris colligitur,quia etſi fi-
lias grauet ad reſtituendum,excipit tamen dotes,
& vult quod de dotibus poſſint diſponere: quo-
16 modo ergo poſſunt de dotibus diſponere, † ſi illæ
extinguuntur ex fructuum perceptione,ita arguit
Bertran.conſi.75.num.6.in ſecunda par.ſecundo
volum. Tertia ſumitur coniectura ex eo,quod te-
ſtator mandat dotes eſſe conferendas in diuiſione
hæreditatis: ſi autem compenſarentur etiam cum
fructibus,ſequeretur duplex incõueniens; primũ
quod filia minus reciperet ſua tertia: nam fructus
ita cõpenſati conſtituerent capitale, & tertia pars
ipſi filiæ ſpectans ſuppleretur de fructibus,cum ta
men alij hæredes capiant tertiam de ipſa teſtato-
ris ſubſtantia, non de fructibus,& tamen non de-
17 bet fieri interpretatio, † per quam inducatur inæ
qualitas, §.illud quoque, circa finem,in Authen-
tica, de nupti.Bart.in l.pater filiam, nume.2.ff.de
collat.dot.dixi latè in conſ.31. nu.16.& 17. præci-
puè cum teſtator ipſe mandet quod partes ſint in
ter filias, & nepotes ex fratre inſtitutos æquales,
& vbi aliqua inducenda foret inæqualitas, ea in-
duci deberet in fauorem filiarum, non in odium.
Cum ergo dari non poſſit æqualitas concedendo
imputationem,dicendum eſt fructus non eſſe im-
putandos. Secundum orietur inconueniẽs, quia
reſiduum debitum dotis ſolueretur totum ab ip-
ſa filia,nõ autem ab omnibus hæredibus pro por-
tione hæreditaria, & tamen debitum hæreditariũ
ſolui debet ab omnibus hæredibus pro hæredita-
rijs portionibus. ſicuti igitur ex tacita teſtatoris
18 voluntate imputantur fructus,quando aliàs † nõ
forent imputandi, Ang.in conſi.331.num.1. verſ.
quartò,Bart.Ange.Alex. & alij in d.l.baliſta,Me-
noc.dicto caſu 256. nume.13. Mantica dicto tit.
decimo, num.9.in fine, ita non imputantur in ca-
ſibus, quibus eſſet imputationi locus, ſi de teſta-
toris voluntate apparet.

Non obſtat tex.in d.§.cum proponeretur,quia
loquitur in dote conſtituenda poſt mortem teſta-
toris, quæ non poteſt dici debita, ſed quaſi debi-
ta,ex quo pater non tenetur iure actionis,ſed ſolo
iudicis officio dotare filiam, l.qui liberos, in prin.
ff.de ritu nuptiar.aliud autem eſt in dote, quæ fue
19 rat a patre promiſſa,quia cum ea fructus † nõ cõ-
penſantur, vt eſt tex. in l. a filia, ff.ad Trebell.per
quem ita declarat gl.1. in d.§.cum proponeretur.
& hunc intellectũ ſequitur Iacob. de Are.& Bart.
ibi dum reſpondendo ad l.ſi debitor, ff.ad leg. Fal-
cid.dicunt ibi dotem eſſe iure actionis debitã, ſed
in eo §. deberi ſolũ officio iudicis, ſequitur Imola

in fine, dum ita ipſe quoque reſpondet ad eãdem
legem, & in fine colum. in princ. ibi in glo. in verſ.
quantitatis, Caſtrenſis, nume. 6. verſic. item ad-
huc oppono, & numero 7. vbi tranſit cum ea opi-
nione, quod dos ibi non ſit verum debitum, Alex.
num. 13. verſi. in glo. prima, ibi, pater pro ea, & nu.
14. verſi. in ea, ibi, ſed computat, & num. 16. & ſeq.
Menoch. conſil. 183. nume. 50. vbi diſtinguit inter
conſtitutam a patre & conſtituendam a filia poſt
hæreditatem aditam. primo enim caſu fructus nõ
imputantur, ſed tamquam æs alienum ſoluitur:
ſecundo verò imputantur. nos autem ſumus in
dote, quam pater promiſit.

Reſpondeo item quòd, & ſi ageremus de dote
non conſtituta, vt dictum eſt, ſed conſtituenda,
contrarium poſſet procedere quando dotis quan
titas excederet legitimam, & Trebellianicam: tũc
illud in quo excedit, compenſaretur cum fructib.
20 hæreditatis: ſuccedit † enim loco legitimæ, Bart.
in l. Titio centum, §. Titio genero, nu. 6. ff. de con-
ditio. & demonſt. Alex. in conſ. 83. in fi. volum. 4.
Corne. in conſi. 100. num. 5. volum. 3. Iaſ. in conſi.
69. in fi. vol. primo, Alcia. in tract. præſumpt. reg.
prima, præſumpt. 26. nume. 4. Tiraquel. in l. ſi vn-
quam, in ver. ſuſceperit liberos, num. 112. C. de re-
uocand. donatio. Menoc. in conſi. 3. num. 12. Do-
minus Becius conſil. 112. nu. 9. & fructus percepti
21 iudicio teſtatoris, nõ † imputantur in legitimam,
etiam ſi teſtator expreſsè mandet, l. iubemus, C.
ad Trebell. vbi Bald. Caſtr. & alij, glo. & Doctores
omnes in l. in fideicommiſſariam, vbi Ripa, num.
38. ff. ad Trebel. Caſt. in l. quod de bonis, §. quod
vnus, num. 3. vbi Alex. nu. 1. ff. ad leg. Falcid. Gui-
do Papæ deciſ. 478. Roder. in l. quoniam in prio-
ribus, ampliat. tertia, num. 2. & amphat. 16. nu. 5.
C. de inoffic. teſtam. Ruy. in conſi. 57. num. 9. vo-
lum. 2. Bero. conſi. 93. num. 78. volum. 2. Rolan. d.
tract. de inuentar. ver. dubitatio oritur, nume. 28.
folio mihi 173. Cuccus in tracta. de legitim. in §.
vtrum data cauſa conditionis implendæ imputen
tur, num. 38. & ſeq. repleri enim debet legitima de
ſubſtantia teſtatoris, non de fructibus, l. ſcimus, §.
repletionem, C. de inoffic. teſtam. pari ergo modo
fructus non imputabuntur in dotem, quatenus ca
22 pit † legitimam. ita diſtinguit Iacob. Beluiſ. in
Authen. de reſtitut. & ea, quæ par. in quæſt. 11. vbi
quando dos non excedit legitimam, vult quod fru
ctus non imputentur, quia ſuccedit loco legitimę,
& loquitur in dote conſtituenda per filiam poſt
patris mortem. & hoc etiam voluerunt Rayner. &
Nicol. de Neapoli in d. l. mulier, §. cum propone-
retur, ac Ange. ibi colum. fin. vbi dicit quod ſi dos
concurrit cum quantitate Trebellianicæ, deduci-
tur dos tamquam Trebellianica, & fructus nõ im-
putantur, & latè explicat Alex. num. 3. qui demon
ſtrat eo caſu fructus non imputari, cum dos abſor
bet legitimam, ſed non excedit, & non mirum: vi-
demus enim quod pater non poteſt filiam graua-
23 re ad reſtitutionem dotis, niſi quatenus dos † ex-
cedit legitimam, Cyn. in l. vnica, §. videamus, in fi.
C. de rei vxo. actio. Bart. in l. fin. §. filię, ff. de leg. 2.
l. Lucius, §. maritus, vbi Bart. ff. ad Trebell. Bald.
& Salyc. in l. quoniam nouella, C. de inoffic. teſta-
men. Caſtr. & Alexan. in l. a filia, ff. ad Trebellia.
Caſtren. dicto §. cum proponeretur, in fine, latè
Roder. dicta l. quoniam in prioribus, amplia. duo-
decima, num. 1. & ſequen. Cagnol. in l. fin. nu. 102.
C. de pact. Phanut. in tracta. dot. glo. 10. num. 59.
Mantica dicto lib. 7. tit. 9. nu. 27. vbi allegat Rom.
& Caſtren. Cuccus in dicto tract. de legitim. §. le-
gitima nullum grauamen admittit, num. 9. vbi ci-
tat Alciat. & Mantuam. Cum ergo in caſu noſtro
non excedat legitimam, ſed in ea confundatur, nõ
poteſt dici quod ſit de fructibus ſoluenda.

Poſtremò poſſet etiam attentari, quod hoc ca-
ſu non imputentur fructus in dotem, quia dos fue
rat genero promiſſa, & inſtitutio eſt in filiam col-
lata, quo caſu ceſſat omnis coniectura compenſa-
tionis, vt in ſimili probat tex. in l. ſi pater, ff. de col-
lat. dot. vbi dicitur, quod ſi dos eſt promiſſa gene-
24 ro, † & legatum eſt factum filiæ, non inducitur cõ
penſatio, Alex. Aret. & alij in auth. præterea, C. vn
de vir & vxor, Natta in conſil. 109. nu. 9. & dixi in
conſi. 69. num. 13. ceſſat ideo controuerſia, qua di
cebatur maritum eſſe dotis dominum fictè, non
verè. addo quod maritus creditor certus non tene
batur expectare quod fructus naſcerentur ex hæ-
reditate, cum promiſſio ſibi in tempus certũ facta
eſſet, quod cedebat ante fructuum perceptionem.

SVMMARIVM.

1. *Emancipatio ſoluit patriam poteſtatem.*
2. *Emancipati differunt a filys in poteſtate, quando agitur de ſucceſſione ex teſtamento. vide tamen, numero 9.*
3. *Pater ſuccedit filio eo modo, quo filius ſuccedit patri. vide tamen, nu. 13.*
4. *Legitima non debetur filio emancipato in bonis patris. ſed contra, nu. 15.*
5. *Legitima debetur parentibus in bonis filiorum etiam emancipatorum, vt nu. 10.*
6. *Regula conſtituit rem claram.*
7. *Pater præteritus, vel exhæredatus ſine cauſa rumpit teſtamentum filij.*
8. *Legitima debetur ei, qui præteritus vel exhæredatus poteſt dicere de nullitate teſtamenti, vel illud querelare.*
9. *Emancipati, quomodo hodie differant a filys in poteſtate.*
10. *Legitima debetur patri in bonis filij emancipati.*
11. *Emancipatio non tollit iura naturalia.*
12. *Filius emancipatus non vocat in ius patrem, & retinet alias obligationes.*
13. *Correlatiuorum regula non habet locum, quando eſt diuerſa ratio.*
14. *Emancipatio concernit fauorem filij.*
15. *Legitima debetur filio etiam emancipato in bonis ſui patris.*
16. *Filiusfamilias non poteſt condere teſtamentum, & quid in caſtrenſibus.*

CON-

CONSILIVM CCXCII.

NOn recte videtur Dominus Ioãnes
Bertarellus prætendere legitimam
in bonis Domini Petri Antonij ſui
filij emancipati, qnia idem eſt, ac ſi
nõ fuiſſet eius filius: ſoluitur enim
1 emancipatione † patria poteſtas, §. præterea, In-
ſtitu. quibus mod. ius patriæ pot. ſoluit. l. cum in
adoptiuis, ver. ſi verò, in fine, C. de adoption. Pa-
riſ. in conſi. 53. nu. 39. vol. 1. Bald. nouel. in tracta.
dot. par. 7. priuileg. 34. nu. 3. vbi dicit quod eman-
cipatio æquiparatur morti. & licet hodie ſublata
ſit differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis
in ſucceſſione, §. ſi verò, in ver. nullam, in Authen.
de hęred. ab inteſt. venien. tñ hoc procedit, quoad
ſucceſſionem ab inteſtato, quia in eis non attendi-
tur emancipatio, ſed oẽs pariter ſuccedunt: at vbi
agimus de ſucceſſione ex teſtamento, vt quia te-
2 ſtamentum conditum ſit, ſubſiſtit differentia † in-
ter emancipatos, & eos qui ſunt in poteſtate, gl. in
l. fi. in ver. agnitionis, C. de codicill. vbi ẽt Bart. gl.
& Doctores, in authen. ex cauſa, C. de lib. præter.
Bart. in l. filio præterito, nu. 10. ff. de iniuſt. rup. te-
ſtamen. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de libe.
& poſthum. vbi Iaſ. nu. 52. idẽ Iaſ. in l. ſi emanci-
pati, poſt Bar. & alios ibi, vbi ẽt Cagno. C. de col-
latio. hic aũt cum agamus de ſucceſſione ex teſta-
mento, ex qno Dominus Petrus Antonius teſta-
mentum condidit, non debetur ei legitima cõtra
diſpoſitionem filij. Addo quod pater & filius ſunt
correlatiua, & diſpoſitum in vno correlatiuorum,
procedit ẽt in alio, l. fi. C. de indicta vidu. tollen. &
3 ita pater ſuccedit † filio, quemadmodũ filius ſuc-
cedit patri, l. prima, & l. nam & ſi parentibus, ff. de
inoffi. teſtam. §. licet, Inſti. ff. ad Tertullia. §. de ne-
potibus, in Auth. quibus mod. natu. efficia. ſui, Do
ctores in l. qui ſe partis, C. vnde liberi, Ang. in tra-
cta. de teſtam. gl. nu. 92. num. 2. Steph. de Feder. in
tracta. de interpretat. iur. In præfatio. par. prima,
nu. 74. Anto. Gomes in tracta. de ſucceſſio. contra
teſtam. c. vndecimo, nu. 36. ver. confirma, quia in
eiſdem. ſed vbi pater decedit, filius emancipatus
4 nõ põt legitimam † petere in eius bonis, vt inquit
Bal. in l. vnica, nu. 6. ver. ſed oppono emancipato,
C. quan. non peten. par. vbi dicit ꝙ & ſi filio eman
cipato debeantur alimenta, non tñ inferri põt ad
legitimam, quæ ſuccedit loco alimentorũ, quia vi
demus fratri exhibenda eſſe aliméta a fratre, l. qui
filium, ff. vbi pupil. educari deb. & tamen nulla ei
debetur legitima in bonis fratris. & eum ſequitur
Cagno. ibi, num. 55. Cuccus in tracta. de legiti. in
princ. nu. 3. vbi mouetur, quia ſubſiſtit differentia
inter emancipatum & filium poteſtati ſubiectum,
quando conditum eſt teſtamentum, & refert pro-
bari quoque a Mantua dictam differentiam: ergo
idem videtur dicendum in patre, ut ei legitima nõ
debeatur in bonis filij emancipati, qui deceſſit cũ
teſtamento.

Verior tamen eſt ſententia, quòd patri debea-
tur legitima in bonis filij quantumuis emancipa-
ti: nam ſi non eſſet emancipatus, res dubio care-
ret, quia clara ſunt iura, quod patri debetur legiti
5 ma † ob reuerentiã & honorem, l. veluti, ff. de iu-
ſtit. & iure, §. ſi vero expectat, in Auth. de nupt. l.
liberi, C. de inof. teſtam. imo etiã pietatis intuitu,
d. l. nã & ſi parentibus, præcipuè ne a luctuoſa hæ-
reditate filij videantur excluſi, l. fi. C. de inſtitu. &
ſubſtit. ſub condit. fact. d. l. liberi, §. primo, & dicit
Bal. in l. lege, C. de legit. hæred. & in l. prima, §. ius
naturale, ff. de iuſtit. & inre, quod legitima paren-
tibus debetur naturali ratione, & nõ ſolum patri,
ſed etiam matri eſt debita, auth. presbiteros, C. de
ſacroſan. eccleſ. c. primo, in fine, de teſtamẽ. in ſex-
to, Afflict. in deciſio. 310. nu. 2. alios citat Caph.
in conſi. 120. nu. primo, Aſcan. Clem. in tracta. de
patr. poteſta. c. 4. n. 22. & quod parentibus debea-
tur legitima naturali iure, eſt tex. formalis in ca. ſi
pater, de teſtam. in ſexto, ibi, ſiue partis iure no-
ſtro debitę. quamuis in hoc videatur contrarium
ſuadere tex. in l. ſcripto, ver. fin. ff. vnde liberi, vbi
dicit parẽtes admitti miſerationis gratia ad filio-
rum ſucceſſionem: cum tñ deſcendentes vocentur
iure naturæ, & ſuper hoc hæredes Domini Ioan-
nis habent intentionem fundatam, ita vt qui vo-
luerit dicere aliud eſſe in patre emancipante, te-
6 neatur probare: res enim † eſt clara, pro eo, qui in
ſuum fauorem habet regulam Bar. in l. quoties, ff.
ſi quis cautio. & pro regula eſt pronunciandum,
Bald. in l. ſi tutor, in fin. C. de ſer. comm. manum.
Tiraquel. de retract. conſan. §. 1. glo. 6. nu. 209.

Præterea pater, qui in teſtamento filij fuit prę-
teritus, vel exhæredatus ſine cauſa, dicit teſtamen-
tum nullum: ſi verò cum cauſa, poteſt querelare,
7 ſi hęres ſcriptus non † probat cauſam ſcriptam, vt
voluit Bar. in l. filio prętetito, nu. 2. ff. de iniuſto,
rup. teſtam. idem Bar. in authen. ex cauſa, vbi Bal.
Caſt. Iaſ. & alij, C. de libe. pręter. & hanc dicit cõ-
munem eſſe opinionem Benedic. in c. Raynutius,
par. prima, nu. 251. in fi. de teſtam. & ante eos hoc
voluit gl. in auth. ex cauſa, vbi Caſt. num. 11. in fi.
vbi Cur. iun. nu. 48. dicit eſſe communem opinio-
nem. Similiter de communi teſtatur Clar. in tract.
de teſta. q. 48. Gomes de teſtam. c. 11. num. 36. ad
8 legitimam autem agere † poteſt quicunque præ-
teritus vel exhæredatus poteſt dicere teſtamentũ
nullum, vel querelare, l. ſi quis filium, C. de inoff.
teſtam. Bero. in c. Raynutius, nu. 112. ver. ſecundo
illo, de teſtam. & eam concluſionem, quod legiti-
ma debeatur ei qui poteſt dicere teſtamentũ nul-
lum, ponit Bal. in conſ. 404. nu. 4. vol. primo, quia
ſecundum eum actio ad ſupplementum non eſt
inuenta ad aliud, quam ad excludendum pręteri-
tum a querela.

Rurſus licèt alias eſſet differentia inter ſucceſ-
ſionẽ ab inteſtato, & ſucceſſionẽ ex teſtamẽto in-
ter emãcipatũ, & eum qui erat in poteſtate: tñ ho-
die eſt penitus ſublata, quia pari modo ſucceſſio
9 datur ex † teſtamento, ſicut ab inteſtato, gl. in l. 1.
ff. de cõiug. cum emancip. liber. vbi vult quod ille

titulus, qui locũ habet ex teſtamẽto, ſit correctus
per §.nulla, in Auth.de hæred.ab inteſta.idem vo-
luit gl.in auth.in ſucceſſione, C.de legit. hæred. &
in l.ſi proponas, C.de inoffi.teſtam. Bar. Alex. Iaſ.
& alij in l.Gallus, §.& quid ſi tantum, ff. de lib.&
poſthum.& hanc dicit cõmunem opinionem Bal.
in conſ.404.nu.4.vol. 4. & quamuis Doctores in
hoc articulo maximè controuertãt, tñ conueniũt,
quoad finem, & effectum: qñ enim exhæredatur,
vel præteritur emancipatus, teſtamentum eſt me-
ro iure nullum: ubi uerò inſerta eſt cauſa, ſuſtine-
tur mero iure, ſed emancipato datur contra tabu-
las, ſed filio in poteſtate ſemper datur facultas di-
cendi nullum, gl.quam omnes dicunt ſingularem
in §.exhæredatos, in ver.noluit, in Auth.de hęred.
& falcid. & eam communem dicit Iaſ. in d. auth.
ex cauſa, nu.8.& in §.& quid ſi tantum, nu.54.vbi
Cro.num.111. & eam quoque cõem dicit Ale.in
conſ.161.col.1.vol.2. alios citat Clar. de teſtam.
q.42.nu.2.Aſcan.Clem.qui dicit cõem in d.tract.
de patr.pot.effec.vlt.nu.87.vbi dicit cõmunem, &
ita conciliat contrarias ſnĩas. quare ſi alia non eſt
differentia inter emancipatum, & filium in pote-
ſtate, & pater ſuccedit filio emancipato ab inteſta
to, non eodem modo conſequi debet legitimam
condito teſtamento, ſi exæquata eſt ſucceſſio in
omnibus prætérquam in capite ſupra citato. id
quod confirmatur, quia ſicuti hodie emancipatus
filius eſt iure ciuili cognitus, tam ex teſtamento,
quàm etiam ab inteſtato, §. noſtra verò, in Auth.
de exhæred.lib. Cur.inn.d.authen.ex cauſa, num.
43.ita debet eſſe cognitus pater qui emancipauit.

Demum quod patri debeatur legitima in bo-
10 onis † filij emancipati, eſt tex.expreſſus in l.Panto-
nius, ff.ſi quis a paren. fuer.manum. vbi pater re-
uocat vſque ad legitimã, ſi filius inſtituat nõ tur-
pem perſonam. Et ſi dicatur, quod procedit ille
tex.de iure antiquo: reſpõdeo qđ ſi non reperitur
expreſsè correctus, quare prohibetur ſtare, l. ꝑci-
pimus, C.de appellatio. & hæc opinio certior erit
ſublatis his, quę ſupta in contrariũ adducta ſunt.

Nõ obſtat itaque, quod patria poteſtas ſoluta
ſit emancipatione: quia reſpondeo, quod per hoc
non tollitur facultas ſuccedendi, cum ea non pro-
ueniat ex patria poteſtate, ſed ex miſeratione, &
pietate, ne pater priuetur luctuoſa filij hæreditate,
quę pietas fundatur in naturali ſanguinis charita-
11 te: emancipatio antem, quę † eſt actus iuris ciui-
lis, non tollit iura naturalia, l.iura ſanguinis, ff. de
reg.iur.l.1.§. capitis diminutio, ff. ad Turpillian.
inter patrem & filium emancipatum durat agna-
tio vel cognatio, quæ non tollitur emancipatione,
vt inquit gl.in §.fi.in verſi.legitima, Inſti.de legit.
agnatio. ſucceſſio. declarat Ange.in tracta. q. 10.
num.14.præterea licet emancipatio tollat omnes
effectus patriæ poteſtatis: tñ remanẽt ſemper quę-
dam reliquiæ, quæ in totũ euelli non poſſunt. ideo
12 filius, quantumuis † emancipatus non poteſt in
ius vocare patrem ſine venia, l.fi.C.de in ius vocã.
Dec.in l.in poteſtate, C.eod. tit.& per emancipa-
tionem non tollitur reuerentia patri debita, Soci.
in l.ſicut, nu.7.C.de in ius vocan. Aretin. in §. ius
aũt, Inſti.de patr.pot.vbi dicit procedere hęc pro-
pter reliquias precedentis poteſtatis, tradit Iaſ. in
l.quod dicitur, nu.34.ff.de verbo.oblig. quamuis
enim emancipando multa iura remittantur, non
tñ deſinit pater eſſe, & conſtat perpetuo vinculõ,
quod a natura iniunctum fuit propter beneficium
generationis, & educationis, quod diſſolui nõ po-
teſt, & de prædictis ponit aliqua Aſcan. in d.tract.
effec.3.nu.4. Reſpondeo ẽt, quod emancipatio, vt
dixi, non tollit ius ſucceſſionis, non quidem ab in-
teſtato, quia illud incorruptũ eſt hodie, cũ ſublata
ſit omnis differentia emancipationis & patrię po-
teſtatis, vt per gl.& Doctores in d.authen.ex cau-
ſa, & dictum eſt ſupra: non ẽt ex teſtamento, quia
& ſi aliqua ſit differentia ẽt hodie: ea tamen non
reſpicit effectũ ſucceſſionis, quia nihilominus ita
ſuccedit effectu emancipatus, ſicuti ſuus; ſed quo
ad modum, quia cũ cauſa præteritus non rumpit
ipſo iure, ſed per contratabulas. non eſt ergo con-
ſtituendum fundamentum ſuper emancipatione.

Non etiam reſiſtit regula correlatiuorum, quia
13 ea non habet locum, qñ militat † ratio diuerſita-
tis, l.ſecunda, ff.de his, quib. vt indign. l.fin. C.de
reſcind.vend. Iaſ.latè in l.ſi.nu.18.& ſeq.C.de in-
dicta uid.tollen.& in d.l.quod dicitur, n.39. Eue-
rar. loco at in patre non ſubeſt excluſionis ratio,
quę militat in excludendo filium: nam per emanci
pationem pater multa perdit, quę omnia filio sũt
in lucro, & inter alia filius poſt emancipationem
acquirit ſibi, quę patri forent acquiſita, ſi retinuiſ-
ſet patriam poteſtatem, l.1.ff.ſi quis a paren. fuer.
manum. perdit item alia priuilegia, vt in l.nam ci-
uiũ, ff.de his, qui ſunt ſui, vel alie.iur.l.in ſuis, in fi.
ff.de lib.& poſthu. & nihil lucratur pater per emã
cipationem, ut ponunt Doctores ordinarij, quę
non opus eſt referre. & emancipatio concernit
14 † fauorem filij, non patris, l. prima, §. de ingrat.
lib. Tiraq.in l.ſi vnquam, in ver.donatione largi-
tus, nu.146. C.de reuoc.donat. Accedat, quod ſi
locus eſſet regulę prędictę, adhuc retorqueretur
argumentũ: nam filio etiam emancipato debetur
15 legitima in bonis patris, † vt poſt Bal. quem alle-
gat voluit Mantica in ſing.562.vbi dicit quod per
emancipationem ius filiorum non eſt imminutũ
in alimentis, & legitima, licèt ſit imminutũ in reli-
quis, & eam opinionem cõfirmat Aſcan.in d.trac.
de patr.poteſt.effectu vl.nu.89. quia naturalis af-
fectio, & obligatio non tollitur per emancipatio-
nem, ſecundum glo.in §.in teſtibus, in prin. Inſtit.
de teſta.vbi gl. Ioan.de Plat. Ioan. Fabri, & Aret.
addit etiam, quòd emancipatio, quę fuit inuenta
in fauorem filiorũ, retorqueretur in odium, ſi de-
fraudaretur filius ſua legitima. ſi ergo pater eo mo
do filio ſuccedit, quo ſibi a filio ſucceditur, faten-
dum erit patri eſſe aſſignandam legitimam in bo-
nis filij. & licet argumentum ab alimentis ad legi-
timam non ſit neceſſarium: tamen ſępe eſt conclu-
dens, & in pręſenti caſu concurrunt alia, & pręci-
puè

puè quod patri nõ debet in omnibus eſſe damno
ſa emancipatio. Item quod non reperitur expreſ-
ſè denegata legitima, ergo ius antiquum corrigi
nõ debet per ſubauditos intellectus; & etiam quo
ad ſucceſſionem ex teſtamento eſt ſublata hodie
differentia inter liberos in poteſtate, & emancipa-
tos in omnibus, præterquam in eo quod exhære-
dato, vel præterito cum cauſa datur contra tabu-
las, non autem poteſt dici de nullitate. Poſtremo
ſuperflua eſſent iura, quæ dicunt patri dari legiti-
mam in bonis filij, ſi intelligerentur ab inteſtato:
quandoquidem ab inteſtato ſuccedit filio cum fra
tribus, auth. defuncto, C. ad Tertullia. & tunc non
eſt opus legitima, cum habeat vniuerſam ſucceſ-
ſionem, vel quotam, ſi alij extant filij. & ad quid
agere de legitima in bonis filij, niſi tractemus de
26 filio emancipato, cum aliter facere non poſſit † te
ſtamentum filiusfamilias, l. qui in poteſtate, ff. de
teſtam. vbi Aret. col. 3. dicit, quod eſt communis
regula etiam in aduentitijs, in quibus patri nullus
quæritur vſusfructus, l. fi. vbi Doctores, C. qui te-
ſtam. face. poſſ. Viuius comm. opi. lib. 1. opin. 123.
& ſi dicatur, poteſt teſtari de caſtr. quia in illis re-
putatur ſui iuris, l. fin. C. de inoffic. teſtam. Alex.
conſil. 2. volum. 6. Corne. in conſ. 87. col. 3. vol. 3.
reſpondeo, ſi quando teſtatur de caſtrenſibus, te-
netur patri relinquere legitimã; quare non eo mo-
do tenetur illam relinquere, quando teſtatur poſt
emancipationem, cum non minus ſui iuris habea-
tur in caſtrenſibus, quàm ſit poſt emancipationẽ.

SVMMARIVM.

1 *Fructus in rei vendicatione non reſtituit poſſeſſor bonæ fidei, etiam factus locupletior.*
2 *Fructus non veniunt in condẽnatione, niſi petantur.*
3 *Fructus nõ poſſunt eodem libello vel iudicio peti cum ipſa re. ſed contra, num. 18. & 19.*
4 *Libellus generalis vel alternatiuus non admittitur. fallit, vt num. 21.*
5 *Fructus omiſſi in ſententia non poſſunt peti nouo iudicio. ſed fallit, nu. 23, 24. & 27.*
6 *Poſſeſſor malæ fidei non reſtituit fructus, quos vberiores ſua induſtria percepit.*
7 *Fructus percipiendi æſtimantur ex induſtria petitoris, non poſſeſſoris. fallit, vt nu. 28. & 29.*
8 *Fructus in iudicijs ſtricti iuris veniunt a die litis conteſtatæ.*
9 *Mala fides præſumitur ex litis conteſtatione, & eſt præſumptio iuris & de iure.*
10 *Fructus poſt litem conteſtatam debentur, etiam ſi reus iuſtam habuiſſet cauſam litigandi.*
11 *Fructus debentur a die moræ, quando agit quis ad rem, quæ erat ſua.*
12 *Poſſeſſor malæ fidei tenetur ad fructus etiam percipiendos.*
13 *Poſſeſſor bonæ fidei reſtituit fructus ante litem conteſtatam perceptos, licèt conſumptos, ſi factus eſt locupletior.*
14 *Locupletior factus quis præſumitur ex fructibus conſumptis.*
15 *Fructus percepti poſt litem conteſtatam debentur etiam non petiti, ſecus ante litem.*
16 *Fructus debentur etiam non petiti in iudicijs reſtitutorijs: idem, quando ſententia condemnat ad reſtituendum.*
17 *Fructus debiti iure actionis veniunt in condemnatione, etiam ſi non petantur.*
18 *Fructus eodem iudicio peti poſſunt cum ipſa re, ſecundum communem practicam.*
19 *Fructus eodem iudicio peti poſſunt officio iudicis, quando res petitur iure actionis.*
20 *Fructus iure actionis debiti peti non poſſunt officio iudicis. ſed declara vt ibi.*
21 *Fructus percepti poſt litem conteſtatam peti poſſunt in genere, non expreſſa quantitate.*
22 *Intereſſe debet ante ſententiam liquidari. ſed fallit, quando petitur acceſſoriè.*
23 *Fructus omiſſi in ſententia peti poſſunt in alio iudicio, ſi debeantur principaliter, non acceſſoriè.*
24 *Fructus omiſſi in ſententia peti poſſunt in alio iudicio in vniuerſalibus actionibus.*
25 *Recipiens ſortem, non cenſetur remittere intereſſe debitum iure actionis.*
26 *Expenſæ omiſſæ in ſententia peti poſſunt in alio iudicio, ſi debeantur iure actionis.*
27 *Fructus omiſſi in ſententia iudicari poſſunt in cauſa appellationis ſi eſt appellatum.*
28 *Fructus percepti ex induſtria poſſeſſoris reſtitui debent, quando petuntur vt fructus, ſecus quando vt intereſſe.*
29 *Fructus, an conſiderari debeant ſecũdum perſonam petitoris, vel poſſeſſoris.*
30 *Fructus percipiendi poſt ſententiam non poſſunt iudicari a iudice.*
31 *Fructuum quantitas difficilis eſt probationis, & quomodo probetur.*

CONSILIVM CCXCIII.

QVIA iudicium inter magnificum,
& excellentem Phyſicum Dñm Ia-
cobum Philippum Salamonium,
& egregium Antonium Mortarinã
longo tempore durauit, & fructus
medio tpe percepti ſunt non modici valoris; con-
tingit dubitari, an debeantur, & a quo tpe? & ſanè
diceret quilibet fructus nõ deberi. Primò, quia di
ctus Antonius eſt bonæ fidei poſſeſſor, & pro prę-
dijs de quib. agitur cauſam habet a Dña Aluiſia,
quæ fuit vxor Dñi Bernardini Allarij Marchiona-
lis ſecretarij, & ideo non tenetur fructus conſum-
ptos reſtituere, etiam ſi factus foret ex eis locuple
1 tior, † quia fecit ſuos: præcipue, quando agitur de
rei vendicatione, vt in iudicijs ventilatis inter di-
ctas partes, §. ſi quis a non dño, Inſt. de acqui. rer.
dom. l. ex diuerſo, in princ. ff. de rei vend. declarat
Caſt. in l. non eſt ambiguũ, C. fam. ercíſ. vbi cõſti-
tuit differentiã inter iudiciũ vniuerſale, & rei ven-
dicationẽ, quia rei vendicatio eſt ſtricti iuris, & eſt
particularis actio, ideo fructus nõ veniũt, ſi poſeſ-
ſor ſit bonę fidei. ſequitur Crot. in cõſ. 11. nu. 52.

Secundò

Secundò accedat, ꝙ Dominus Salamonius in
libello, quem produxit, nõ petijt aliquos fructus,
2 † ergo eos nullo iure conſequi poteſt, l. partium,
ff. de vſur. l. item ſciendum, ff. de ædil. edicto. & di-
cit Innoc. in c. grauis, in princ. de reſtitut. ſpoliat.
quòd ſi fructus expreſsè nõ petantur in libello, iu-
dex de eis non poteſt cõdemnare, & ibi nu. 2. dicit
procedere, etiam quando acceſſoria peterẽtur vti
principalia, per l. ſi iudicio, ff. de excep. rei iud. vbi
dicitur reum fuiſſe abſolutum in quæſtione fru-
ctuum. ſequitur eum Abb. nu. 19. dicens, quòd of-
ficium iudicis non ſe extendit ad fructus non peti-
tos, Bart. in l. 2. nu. 4. C. de petit. hær. vbi hoc tenet
loquendo in rei vẽdicatione, quæ pro re ſingulari
proponeretur. & ratio eſt, ſecũdum eum, quia fru-
ctus non augent rem ſingularem: licèt ſecus ſit in
vniuerſali, vbi fructus augẽt, veluti ſi peteretur ho
mo, qui pendente iudicio creſceret, Ang. in l. ſole-
mus, nu. 6. & ratio eſt, quia fructus petuntur offi-
cio iudicis mercenario, l. videamus, la ſeconda, §.
ex cauſa, ff. de vſur. l. ex diuerſo, §. primo, vbi Do-
ctor. ff. de rei vendicat. l. centum Capuæ, iuncta, l.
fi. C. de eo, quod certo loco, l. 3. C. depoſiti, Alex.
& alij in rubr. ff. ſoluto matrim. vbi Crot. num. 74.
dicit quod in actione particulari fructus petuntur
officio iudicis mercenario, Viſitarin. nu. 12. Iaſ.
in l. ſi filiusfamilias, §. primo, colum. 1. ff. de verb.
obliga. Bald. nou. in l. 1. num. 13. ff. ſoluto matrim.
Igne. in l. dudum, num. 74. C. de contrah. empt. in
quibus locis diſtinguunt omnes inter vniuerſale
iudicium, & particulare, & inferunt ad doctrinæ hu-
iuſmodi autem iudicis officium mercenarium nõ
impartiri ſolet non petenti.

Tertiò licet in proſequutione iudicij Do. Sala-
monius mentionẽ fecerit de fructibus, tamen non
ideo tenebatur iudex cognoſcere de eis, quia in
eodem libello & in eodem iudicio non poteſt peti
3 res, & fructus: † ſententia enim lata ſuper vno, eſt
præiudicialis in altero, l. fundi, & l. fundum, ff. de
excep. ideo non poteſt vtrunque cumulari. ita de-
clarat Bart. in d. l. ex diuerſo, §. vbi autem, num. 3.
Abb. in d. cap. grauis, nu. 18. & quod pro fructibus
non poſſit actio cumulari cum petitione rei, ponit
Bar. in l. edita, nu. 18. verſic. hoc etiam, C. de eden.
vbi Caſtr. num. 12. in princip. Iaſ. nu. 30. qui poſt
Bal. ibi dicit, text. in d. l. fundi, eſſe ad hoc ſingula-
rem, Felyn. in capit. 1. nu. 24. de libel. oblat. Con-
tard. in l. vnica, in 1. limit. nu. 48. C. ſi de mom. poſ.

Quartò ea petitio, ꝙ legitur facta in proſequu-
tione cauſę, non continet certam quantitatem, ſed
4 eſt generalis & indefinita, ideo nõ † procedit, c. 2.
de libel. oblat. l. ſi rem, ff. de rei vendi. quia genera
litas parit obſcuritatem, l. ita fidei, ff. de iure fiſci,
cap. pen. de confirm. vtili, vel inut. ponunt Doct.
omnes in d. l. edita, C. de eden. vbi idẽ dicunt in li-
bello alternatiuo; & procedit etiã in acceſſorijs, vt
qñ petitur domus cũ omni ſupellectile, vel nauis
cũ ſuis ornamẽtis, l. 3. §. ornamẽta, ff. de rei vendic.

Quintò ex quo Senatus adiudicauit Dño Sala
monio fructus tantummodo a die publicatæ pro-
ceſſus, nõ poteſt de cætero ſeparato libello vel iu-
dicio petere fructus perceptos ante publicationẽ
proceſſus, per ea quę ponit Innoc. in d. cap. grauis,
nu. 2. dicens, quod ſi iudex in ſententia omiſit cõ-
5 demnationem fructuum, † non poſſunt hi poſtea
peti. & ratio eſt, quia officium iudicis, quo fructus
debentur, expirat cum ipſa inſtantia, l. 4. C. depo-
ſiti. ſequitur Butr. in d. cap. grauis, Pract. Pap. in
for. libell. quo agi. actio. rea. in ver. ſimul cum fru-
ctibus, nu. 1. in fi. Guido Papæ in quęſt. 405. nu. 2.
verſic. ſed quid ſi tales, Bald. nou. in d. l. 1. num. 17.
ff. ſoluto matrim. vbi dicit hoc eſſe regulariter ve-
rum, licèt ſecus ſit in dote, quod ſubdit eſſe notan
dum. eandem opinionem tenuit Boer. in deciſ. 18.
num. 1. vbi allegat alios, dicens quod officium iu-
dicis finitur per ſententiam latam.

Sextò, quandocunque fructus debeantur, vide-
tur, quod hi conſiderandi ſint ex perſona Dñi Sa-
lamonij, vt ſcilicet conuctus eos reſtituat, quos ve
riſimiliter Dñs Salamonius percepiſſet: non autẽ
eos, quos propter ſuam induſtriã vberiores rece-
pit. eſt enim de hoc tex. in l. cæterum, ff. de rei ven-
dicat. qui fortius loquitur in malę fidei poſſeſſore.
& dicit Bal. ibi illam legem eſſe ad hoc notabilem,
6 quod ſi poſſeſſor † malæ fidei ſuo ingenio, & ſum-
ptu vberiores fructus percepit, ut quia plantauit
uineam, uel meliorauit prædium, non tenetur reſti
tuere illud pluris, quod alias ſine illa induſtria nõ
erat percepturus. & dicit Ang. ibi eſſe hoc diligen-
tiſſimè notandum, & multum utile, Roman. ſing.
337. Tiraq. de retract. conſangu. §. 15. gl. 2. nu. 29.
pro quo facit, quia idem uidemus ſeruari in fructi
bus percipiendis, in quib. non attenditur id, quod
poſſeſſor potuiſſet percipere ex ſingularitate ſuæ
perſonæ & ex propria induſtria, quia illud magis
uenit ex negociatione quàm ex re poſſeſſa, ſed ſo-
7 lum cõſideratur ſingularitas † & induſtria petito-
ris: ita diſtinguit Bart. in l. domum, C. de rei uend.
ubi Bald. num. 2. poſt Guliel. Cune. Butr. in dicto
cap. grauis, Imola, Raphael, & Caſtr. in l. apud Iu-
lianum, §. fructus, ff. de leg. 1. ubi Alex. nu. 1. dicit
magis communem, idem tenent Barba. Ruyn. Pa-
riſ. Gram. Boer. & alij, quos citat Menoc. de recu-
pet. poſſ. rem. 1. nu. 370. eandem dicit magis com-
munem Alexand. ad Barto. in d. l. domum, Iaſ. d. l.
apud Iulianum, num. 2. & prædicti omnes conclu-
dũt, quòd tenetur poſſeſſor ad fructus, quos com-
muniter percipere alius potuiſſet habita ratione
ad communem reditum, ſed non quos ex ſingula-
ri induſtria poſſeſſor percipere potuiſſet.

His tamen non obſtantibus, concludo, quòd di
ctus Antonius Mortarina tenetur omnino reſti-
tuere fructus, quos percepit ex bonis adiudicatis
magnifico Domino Salamonio: quia & ſi rei uen-
dicatio per eum intentata, ſit ſtricti iuris: tamen
etiam in his, quæ ſtricti ſunt iuris, fructus ueniunt
8 a die litis † conteſtatæ, l. cum fundus, in princ. ff. ſi
cer. pet. ubi Docto. ponunt, l. uideamus, §. ſi actio-
nem, ff. de uſur. l. 3. §. in hac, ff. commoda. l. ſi filius
familias, ubi glo. Bartol. & alij, ff. de uerbo. oblig.

ubi

vbi Iaſ.nu.2. dicit,q cum glo.tranſeunt Doctores
cõiter,& hãc dicit quoque cõem Dec.in l.vinum,
nu.16.Igne.in l.dudũ,nu.60.C.de contrah.empt.
& ratio eſt,quia per litis conteſtationem pręſumi-
9 tur mala † fides,l.ſed & ſi lege,§.ſi ante,vbi glo.ff.
de petit.hær.& eſt præſumptio iuris & de iure, ſe-
cundum Bar.ibi.& idem voluerunt Butr. & alij in
cap.conſultationibus, de iure patron.& iuſta cau-
ſa litigandi,licèt excuſet ab expenſis,tñ non excu-
10 ſat a fructib. † etiam cõſumptis, vt concludit Ro-
ta in deciſ.182.probabilis,vbi dicit,quod conuen
tus tenetur poſt cõteſtatam litẽ fructus cuſtodire,
& non conſumere. & dicit Bar.in d.§. etiam ſi an-
te,nu.3. q etiam ſi poſt litem conteſtatã remaneat
quis in ſe bonæ fidei, tñ illa bona fides nõ excuſat
a fructibus,quia pręſumptio malæ fidei eſt iuris &
de iure,ſequitur Didac.in epit.de ſponſ.par.2.ca-
pit.8.§.1.nu.5.vbi tamen limitat in matrimonio,
in quo per conteſtationem litis nõ inducitur mala
fides, & dicit Igne.in d.l.dudum,nu.75. q poſt li-
tem conteſtatam omnes poſſeſſores ſunt æquales.
allegat d.§. etiam ſi ante,l.certum, & l.ſi fundum,
C.de rei vendic. Imò cum Dñs Salamonius agat
ad rem,quæ erat ſua, conſequi poteſt fructus non
ſolum a die litis cõteſtatæ, ſed etiam a die moræ,
11 † vt probat text.in d.l.videamus,§. ſi actionem,l.
Iulianus ſcribit,ſi hominem,ff.de rei vend.Innoc.
in d.cap.grauis,in princ.gl.magna,circa medium,
in §.actionem, Inſt. de act. & in l.quod te,in gl.ſi.
ff.ſi cert.pet. & hanc ſententiam tenuerunt Gulie.
Cun.Bal.Fulgoſ.Salyc.Caſtr.Aretin. Iaſ.& Dec.
quos citat & ſequitur Tiraq. de retract.cõuentio.
§.5.gl.2.nu.5.addo Flotian.in l.vulgo, ff.de vſur.
& Bald.in l.2.C.de pact.inter empt.& vendit.vbi
ideo dicit, quod actio præſcriptis verbis, quando
datur ad id,quod ante fuit meum,licèt ſit ſtricti iu
ris,tamen ſapit naturam bonę fidei,id quod volue
runt etiam Alex. & Claud. Aquen.in l.pacta,quæ
contra,C.de pact.Igne.in d.l.dudum,nu.6.Cagn.
d.l.ſecunda,nu.40.Roland.conſ.27.nu.10.vol.2.
& propter malam fidem tenetur poſſeſſor non ſo-
12 lum de perceptis,ſed etiam † de percipiẽdis,ideſt
qui percipi potuiſſent,cap.grauis,vbi Butr. Abb.
& Imola,de reſtitut.ſpoliat.l.ex diuerſo, in princ,
vbi gl.Bar.& alij,ff.de rei vend.gl.& Doct.in l.cer
tum,C.eod.tit.Natta in conſ.535.nu.8. & conſil.
ſeq.nu.17.Dominus Becius cõſ.95.nu.3.qui duo
poſteriores loquuntur non ſolum de extantibus,
ſed etiam de conſumptis, & Natta d. conſi.536.
nu.27. vult quod procedat etiam qñ poſſeſſor ex
fructuũ conſumptione non eſt factus locupletior,
pro cuius dicto facit Rot.d. deciſ.182. dum vult,
quod poſſeſſor poſt litem conteſtatam tenetur fru
ctus ſeruare & cuſtodire, nõ conſumere, & quoad
fructus perceptos, ſi eos extare certum eſt, petun
tur:ſi verò certũ eſt fuiſſe conſumptos,petitur æſti
matio;ſed ſi eſt dubium, admittitur petitio condi-
tionalis vel alternatiua,vt peto fructus ſi extãt,vel
ſi nõ extant peto valorem.ita docet Bar.in l.ex di-
uerſo,§.vbi autem,num.8.verbo,item puto quòd
poſſim,ff.de rei vend. quia non pōt actor eſſe cer-
tus,an extent vel non, & iſta dubietas cauſatur fa-
cto conuenti,& ibi nu.9.quod vbi non extant,pe-
titur æſtimatio, non autem totidem fructus in ea-
dem ſpecie; vel vt loquuntur Legiſtæ, in genere,
quia poſſeſſor eſt debitor non generis, ſed certæ
ſpeciei,ideſt fructuũ qui nati ſunt ex prædio, ideo
ſpecie extincta agitur ad extimationem, ſequitur
Abb.d.cap.grauis,in fi.vbi dicit eſſe diligenter no
tandum,vt hoc modo rectè cõcipiatur libellus. ex
his ergo intentio D. Salamonij remanet fundata.

His verò non obſtat, quod Antonius Mortari-
na ſit bonę fidei,& fecerit fructus ſuos: quia rñde-
tur,q non inſpicimus in qua ſit fide ante litis con-
teſtationem; ſed exploratum eſt,quod poſt litem
conteſtatam eſt malæ fidei, ideo fructus reſtituere
tenetur,quos poſt malã fidem percepit,& Caſt.in
l.non eſt ambiguum,loquitur in fructib.perceptis
ante litem cõteſtatam: fortius dicitur quod etiam
bonæ fidei poſſeſſor tenetur reſtituere fructus per
ceptos ante litem conteſtatam,quos conſumpſit,
13 † ſi ex eis factus eſt locupletior,atque id per ęqui-
tatem,l.ſi me & Titium,ff.ſi cer.pet.ita Bar.in l.ex
diuerſo,nu.7.vbi tamen dicit gl. ibi eſſe communi
ter approbatam per Doctores,Caſtr.in d.l.nõ eſt
ambiguum,in fi.Ang.in l.Neſennius,§.primo,vbi
Imola, col.fi.ff.de re iud.Alex.in l.in inſula,§.pri-
mo,ver.ſed Barto.hic poſſet,ff.ſoluto matrim.vbi
additio.Specul.Bald.& Butr.& ſubdit, quod hæc
opinio hodie eſt communis, Ruyn. conſilio 24.
num.11.volum.1.vbi poſt Angel.in l.verum,ff.de
petit.hæred.dicit, quod poſſeſſor in dubio præſu-
14 mitur factus locupletior † ex conſumptione fru-
ctuum,& ideo probarunt plures citati a Pincl.in l.
ſecunda, par.2.c.4.nu.64.C.de reſcind.vend,qui
tenet quod poſſeſſor præſumatur factus locuple-
tior ex fructib.conſumptis,& ipſe quoque,nu.66.
eam tenet, quia ſufficit actori probare, quod fru-
ctus peruenerint ad poſſeſſorẽ, quod is dicere vo-
luerit ſe malè eos perdidiſſe vel conſumpſiſſe la-
tius viuendo probabit,quia regulariter nemo præ
ſumitur iactare ſuum. & quamuis hæc ſententia
patiatur controuerſiam,quando agimus de mino
re: tamen quando maior percipit fructus, res vi-
detur clarior, ita diſtinguit Ruyn, in conſil.114.
num.5.volum.5.Pincll.d.capit.4.nu.71. Anchar.
moder. familiar.quæſt.lib.1.quæſtio.15.nume.3.
Lamberteng. de contract. cor. qui ſine cer. ſolẽn.
gloſ.24.num.16.licèt in glo.1.num.243.aliter di-
ſtinguat: verum ea diſtinctio ſi reducatur ad actũ,
confirmat opinionem Angel. addo Bero, in con-
ſil.44.num.6.volum.primo,quamuis contrarium
tenuerint plures citati per Menoch.de recup.poſſ.
rem.15.num.586.& D.Bec.d.conſil.95.num.26.
& Caualc.de tuto.num.224.

Nec mouet, quòd fructus non fuerint petiti in
libello atque ideo non veniant, quia contrarium
obtinet in fructibus perceptis ante litem conteſta-
tam, & qui tempore petitionis iam ſunt a ſolo ſe-
parati: aliud autem eſt in his, qui percipiuntur
poſt

15 poſt litis conteſtationem, quia iudex † illos poteſt
adiudicare, quamuis nõ petitos, l. ſi quis miſſum,
§. iudex, ff. de dam. infec. Innoc. in cap. grauis, Bal.
in l. ſolemus, in prima, & ſecunda lect. ff. de iudic.
Ang. col. 1. in fin. vbi tamen declarat duob. modis,
dummodò ſcilicet pendente iudicio petãtur. Itẽ ſi
ex natura actionis veniunt: ſi enim ex natura actio
nis non deberentur, iudex eos adiudicare nõ poſ-
ſet; ſed in caſu noſtro concurrunt prædictæ omnes
qualitates, quia ex natura rei vẽdicationis veniunt
fructus, & per Dominum Salamonium petiti fue-
runt in proſequutione proceſſus, & Ang. ibi dicit
idem eſſe in fructibus, qui pendent temporis peti-
tionis, quia debentur etiam ſi nõ ſint petiti, ſequi-
tur in omnib. Iacob. ibi, nu. 6. & ſeq. & dicit Bal. in
l. 1. num. 15. C. de fruct. & lit. expen. quod fructus
pendentes tempore oblatę petitionis veniunt, etiã
ſi a ſolo ſeparentur ante litis conteſtationem, quĩ
ſunt pars fundi; ſi verò percipiantur poſt litẽ con-
teſtatam debentur, quia actioni adiungitur officiũ
iudicis, quod debet aliquid operari, Abb. in d. cap.
grauis, vbi dicit, quod officium iudicis non exten-
ditur ad perceptos ante litem cõteſtatam, & idem
voluit Bart. in l. 2. nu. 5. C. de petit. hæred. vbi dicit
quod fructus pendentes augent rem in rei vendi-
catione, & veniunt, quamuis non petiti, quia ſunt
pars fundi, ſed ſeparati non veniunt, quia videtur
alia res, Bal. in l. properandum, §. ſin autem alteru-
tra, nu. 5. C. de iud. dicit loquendo de fructibus &
de expenſis, quod poſt litem cõteſtatam veniunt,
licèt non petantur in principio, ſed peti debent tẽ-
pore cõdemnationis: quia circa ea, quæ facti ſunt,
iudex non ſupplet. ſubdit tamen duo notanda; pri
mum quod ſi iudex condemnationem omittat, nõ
facit litem ſuam; ſecundum quod ſufficit implicita
& tacita petitio, puta ſi actor petat pro ſe ferri ſen-
tentiam, & dicit Ange. in l. fructus, in fine, ff. de rei
vend. quod fructus pendente iudicio percepti ve-
niunt etiam ſi non petantur: quia cum non pertine
rent ad actorem, non potuerunt deduci in libello:
veniunt autem acceſſoriè, vt dicimus de eo, quod
accedit per alluuionem. idem tenet Pract. Pap. in
form. libe. quo agit. rei vend. ver. ſimul cum fructi-
bus, nu. 1. vbi diſtinguit inter eos, qui percepti fue
runt ante libelli oblationem, vt hi nõ veniant, nec
poſſit iudex ex officio eos deducere in condemna-
tione, & eos qui poſt porrectum libellum ſunt per
cepti, quia de eis poteſt iudex pronunciare ſine ali
qua partis requiſitione, Alex. in l. ſi marito, §. fin.
num. 3. ff. ſoluto matri. & in conſ. 92. nu. 10. vol. 5.
Guido Papæ q. 405. nu. 1. vbi dicit hanc opinionẽ
eſſe magis æquam, & conſonam rõni, & parlamen
tum iudicaſſe ſecũdum eam, Afflict. in deciſ. 59. in
fi. vbi dicit quod iudex debet iudicare etiam non
requiſitus, & ꝙ conſilium reformauit ſnĩam primi
iudicis, qui omiſerat condemnationem, quia poſt
conteſtationem efficitur malę fidei poſſeſſor, Dec.
in l. edita, n. 43. & ſeq. C. de eden. vbi tñ dicit vtile
eſſe emendare a principio libellũ, & petere fructus
ad tollendũ omnem dubitationem, Ripa in c. cum
eccleſia, nu. 108. de cauſa poſſeſ. & proprie. vbi ait
quod in rei vendicatione veniunt fructus penden
tes tempore libelli, vel percepti poſt litis conteſta-
tionem, etiam ſi non petantur, Boer. in deciſi. 18.
nu. 3. & præter eos idem voluit Bald. in rubr. C. de
vſur. & fruct. nu. 2. quem citat Alex. ad Bald. in l. 3.
C. plus val. quod agit. & Afflict. d. deciſ. 59. &
Igne. d. l. dudum, nu. 64. qui cum intelligit etiam,
quando fructus veniunt poſt morã, vt ſcilicet non
debeantur niſi poſt litem conteſtatam, ſi non ſint
petiti, quod tamen non excutio, an verum ſit.

Reſpõderi etiam poteſt, ꝙ Dñs Salamonius in
libello producto poſtulauit hæc bona ſibi reſtitui,
ideo fructus debent adiudicari, quamuis aliter nõ
16 petiti, quia reſtituere † verbum, importat plena-
riam rei cum fructib. traditionem, l. videamus, §.
in Fauiana, ff. de vſur. & ita tenet in propoſito Bal.
in d. l. ſolemus, in vtraque lect. & eum ſequitur ibi
Ang. & Iacobin. nu. 7. Bal. d. l. 1. nu. 15. C. de fruct.
& lit. expen. Boer. in d. deciſ. 18. num. 4. ea enim eſt
vis verbi reſtituo, vt includat fructus: & ideo licet
fructus non veniant in cõdemnatione, ſi iudex de
eis non fecit mentionem, tamen ſi in ſententia iu-
dex condemnet ad reſtitutionem, uenient fructus
aliter non expreſſi, gl. in rubr. C. de fruct. & lit. ex-
pen. ubi ſequitur Bald. qui tamen intelligit, quan-
do ex natura propoſitę actionis fructus debeban-
tur, & hoc dicit Iaſ. in §. omnium, Inſti. de actio. in
fi. eſſe perpetuò, bene & diligenter notãdum. de ui
uerbi reſtituere, poſui in conſ. 116. nu. 22. & alibi.

Tertiò contrarium procederet, quando fructus
deberentur ſolò iudicis officio: tunc enim non ue-
niunt niſi petantur, quia officium iudicis nõ datur
17 niſi petenti; ſed quando fructus iure † actionis de
bentur, tunc ueniunt etiam non petiti. ita diſtin-
guendo tenet Bald. in conſi. 119. num. 1. uolum. 2.
ubi dicit idem eſſe in expenſis, & in omnib. acceſ-
ſorijs; & ſubdit ſatis eſſe ſi actor petat reum con-
demnari, Angel. in d. l. ſolemus, colum. 1. in fi. ff. de
iudic. ubi dicit fructus non petitos poſſe per iudi-
cem deduci in condemnatione, quando ueniunt
ex natura actionis; ſecus ſi ſolo iudicis officio, ſe-
quitur Iacobin. ibi, nu. 7. & idem eſt, quando ue-
nirent fructus ex iudicis officio mercenario, quod
deſeruit actioni tentatæ, ſecundum naturam actio
nis, ut declarat Igne. d. l. dudum, num. 75.

Parum etiam mouet, quod petitio fructuum
non poſſit cumulari in eodem iudicio cum petitio
ne rei: quia reſpondeo in contrarium eſſe commu
18 nem practicam, quam † dicit procedere de iure
Cyn. in l. cum propria, C. ſi quis alteri, vel ſibi. &
dicit Bal. in cap. cum dilectus, num. 4. de cau. poſ.
& propr. quod tota die videmus peti rem cum fru
ctibus, Caſtr. in l. edita, nu. 12. C. de eden. Iaſ. ibi,
nu. 30. vbi dicit ex conſuetudine libellantium ſer-
uari totum oppoſitum, & ſubdit eſſe etiam iuris,
& allegat Cyn. Bart. & Bal. Purpur. ibi, num. 175.
vbi dicit non eſſe ſuper hoc inſiſtendũ, quia quod
eſt conſuetudinarium, non eſt arbitrarium, & re-
fert Angel. dicere quod ita ſeruat communis pra-

ctica

ctica totius mundi,& ita quoque tenet Curt.iun.
nu. 197. Reſpondeo ſecundò procedere contra-
rium,qñ actor petit æquè principaliter rem & fru
ctus: ſed qñ rem petit iure actionis, fructus verò
officio iudicis mercenario,conceditur cumulatio,
19 † ſecundum Bal.in d.c.cum dilectus,nu.4. vbi po
nit exemplum, quando petitur debitum cum in-
tereſſe,d.l.ſi quis miſſum,§.fin.ff.de dam.infecto.
& idem probauit Iaſ.in d.l.edita,n. 31.& ſeq.vbi
diſtinguit, an fructus petantur iure actionis, vel
officio iudicis, & facit doctrina Bart.in l. interdũ,
§.qui furem, ff.de furt. quam probant ſcribentes
communiter,& ad hoc eam allegat Curt.iun.in d.
l.edita,nu.198. Hic tñ videtur dubitari poſſe,quia
qñ fructus debentur iure actionis, vt in caſu no-
20 ſtro,non poſſunt peti officio † iudicis, Bal.in l.pri
ma,nu.2.in fi.C.de iud.vbi Iacobin.nu.13.Con-
tard.d.l.vnica,in prima limi.n.48.C.ſi de mome.
poſſeſſ.ſed Bar.in d.l.ex diuerſo,§.vbi aũe,nu.7.
ver.puto tñ, reſoluit dubium dicẽs,quod fructus,
qui debentur actionis iure,peti poſſunt officio iu-
dicis,non eo quod datur in ſubſidium deficientis
actionis,ſed eo quod deſeruit actioni.allegat in ar
gumẽtum d.l.interdum,§.qui furem.idem diſtin-
guendo tenet Bart.in d.l.prima,num.5.& 6.C.de
iudi.Igne.d.l.dudum,num.75.& ſupra diximus,
quod fructus veniunt officio iudicis mercenario,
Iaſ.in §.omnium,num.75.Inſtit.de actio.

Et quamuis petitio ſit indefinita,& non conti-
neat certam quantitatem:tñ admittenda eſt reſpe
ctu fructuum,qui percipiuntur poſt litẽ conteſta-
21 tam,† licet ſecus ſit quoad perceptos ante conte-
ſtationem litis,vt declarat Bart.in d.l. ex diuerſo,
§.vbi autẽ,nu.8.vbi nu.9.ſubdit, quod in his, qui
percipiuntur pendẽte iudicio,iudex põt condem-
nare reſeruando ſibi liquidationẽ, Bal.conſ.119.
nu.1.vol.2.But.in d.c.grauis,vbi Abb.nu.21.qui
fortius tenet poſt alios,quos citat, ſufficere incer-
tam petitionem in fructibus perceptis ante conte-
ſtatam litem,Guido Papæ d.q.405. nu. 2. vbi di-
cit ita ſeruare ſtillum illius curiæ,Alc.in conſi.90.
nu.10.vol.5. & ita tenent oẽs illi, qui dicunt tales
fructus venire abſq; partis requiſitione, quia tũc
ferri non põt ſnĩa continens certam quantitatem,
ſi nulla præceſſit petitio, nedũ liquidatio, Papien.
Doctores, an onus prædictum annullet relictum,
an vero tamquam turpe, & inhoneſtum vitiatur,
& habeatur pro non appoſito firmo ſtante legato,
prędicti tamen omnes conueniunt quod monaſte
rium non teneatur vigore prædictæ diſpoſitionis
aliquam recipere, quinimo nec etiam valet cõſue-
tudo, quod aliquid detur ꝓ ingreſſu, vt eſt tex. in
dicto capit. non ſatis, vbi reprobatur conſuetudo,
& probat Aret. d. l. Titia, colum. 5. in fine, vbi re-
prærhendit gloſſam contrarium tenentem.

Veruntamen prædictis non obſtantibus exiſti-
mo eas omnino teneri ad obſeruandam volunta-
tem dicti teſtatoris, quæ vicem obtinet legis, §. di-
ſponat, in Auth. de nupt. & cum hæreditatem eius
3 acceptauerint, † onus quoq; hæreditati annexum
agnoſcere debent, l. cum ab vno, in princ. ff. de le-
ga. 2. l. qui tutelam, ff. da teſtam. tute. l. Titia, la pri
ma, §. qui in vita, vbi gl. in verſic. portionem, ff. dè
leg. 2. l. Imperator, §. ſi centum, ff. eod. tit. l. ſi com-
penſandi, C. de hær. inſtit. capit. officij, extra de te-
ſtam. Dec. in conſ. 299. nu. 13. plures refert Crau.
in cõſ. 174. nu. 9. vbi loquitur de onere adiecto le-
gato, vel etiam hęreditati, & in conſ. 245. nu. 4. Al-
cia. in conſ. 545. nu. 3. Bello. in conſ. 9. num. 9. latè
Phanuc. in tract. dotis, gl. 8. nu. 72. potuit enim te-
ſtator traditioni rei ſuæ legem imponere quã vo-
luit, l. traditionib. ff. de pact. dota. Crau. dicto cõſ.
174. nu. 4. & adeundo hæres cenſetur approbare
4 † contenta in teſtamento, Curt. iun. in conſil. 120.
nu. 7. Dec. in conſ. 254. nu. 3. & quamuis prædicta
procedant, quando tale eſt onus, quod de iure po-
teſt imponi, l. vxorem, §. hæres, ff. de lega. 3. l. 1. ff.
de condit. inſtit. cum ſimilibus. tamen demonſtra-
bo inferius onus prædictum honeſtum eſſe, & po-
tuiſſe imponi, & adijci hæreditati.

Non obſtat igitur, quod dicta inſtitutio cũ gra
uamine adiecto laboret vitio ſimoniæ, quia reſpõ-
deo hoc eſſe falſum: non eſt enim ſimonia niſi pa-
5 ctio interueniat † & conuentio, capitu. quam pio,
prima quæſt. 2. Innoc. in capit. cum M. Ferrarien.
num. 4. de conſtit. vbi dicit non eſſe ſimoniam ibi,
quia non extabat conuentio vel pactum, Bal. in l.
ſi quemquam, in fine, C. de epiſco. & cleri. Secun-
dò talis inſtitutio facta in fauorem dicti monaſte-
rij, dicitur ad piam cauſam, Spec. in titu. de inſtru.
edit. §. nunc aliqua, verſic. ſcias quod inter relecta,
Roman. in conſil. 235. Tiraquell. in præfat. tract.
de priuileg. piæ cauſæ, col. 1. & teſtamentum fauo
re piæ cauſæ conditum liberis præferendum eſt, l.
ſancimus, C. de ſacroſan. eccleſ. Cum itaque inſti-
tutio ad piam cauſam referatur, non autem ad tur
pem aliquam, vel inhoneſtam, debet exequutio-
ni mandari, vt in terminis dicit Bald. in l. prima,
numero ſecundo, C. de inſtitutio. & ſubſtitutio.
vbi determinat præſentem quæſtionem, dicens,
6 quod monaſterium, † quod fuit inſtitutum, gra-
uari poteſt, vt recipiat aliquam in monialem, tum
quia agitur de fauore religionis, argumento l.
ſunt perſonæ, ff. de relig. tum etiam, quia non po-
teſt dici ſimonia, ſed iudicij pietas, & relictum fa-
ctum ad piam, & honeſtam cauſam, quæ ideo de-
bet officio epiſcopi ad effectum perduci, ſicuti ſi
teſtator iuſſiſſet fundari monaſterium. hoc enim
legatum valet, licet in conſequentiam includatur,
quod monachi recipiantur, & idem dicit in l. Ti-
tia, in fi. princip. ff. de verb. oblig. vbi repræhendit
Bar. & dicit talem diſpoſitionem valere tamquam
contineat relictum pro eleemoſina. idem tenet in
l. vnica, nu. 42. C. de his, quæ pęnæ nom. vbi dicit,
quod non tam illud videtur monaſterio relictum,
quàm puellę, l. Titio centum, §. Titio genero, ff. de
condi. & demon. & dicitur relictum pro anima te-
ſtatoris & ad pias cauſas, & relictum monaſterio
videtur pauperibus relictum; & ideo non eſt ſimo
nia, ſed eleemoſina, & videtur breui manu datum

puellæ,& per puellã monaſterio.& ſicut licet puel
læ tẽpore ingreſſus bona ſua dicare monaſterio,
ita & patri vel affini ipſius puellæ, & ſubdit quod
tale teſtamentum continet non ſimoniam, ſed pie
tatem,& ita ſeruat conſuetudo.hoc ẽt tenet Fulg,
in d.l.1.nu.4.dicens id verum eſſe fauore piæ cau-
ſæ,religionis, & vltimæ voluntatis, & quod ẽt ſi
opinio eſſet ambigua,debet tñ hęc pręualere,quia
interpretatio fieri debet,vt res valeat non pereat,
& dicit ita de facto ſeruari. eandem ſequitur Cu-
man.in d.l.Titio centum,§.1.in fi.vbi ẽt Caſt.nu,
4.in fi.qui dicit, quod hoc eſt magis in uſu , idem
Caſt.in d.l.1.nu.2.ubi ſequitur Bal.in locis prędi-
ctis,Iaſ.in l.2.nu.3.C.de inſti. & ſubſtit. vbi præ-
dictos omnes refert,& ibi dicit Dec.nu.12. in fin.
quòd conſuetudo excuſat moniales. huius quo-
que opinionis fuit Ripa l.in quartam,nu. 155.ff.
ad l.Falcid.qui dicit,quod tunc eſt ſimonia, quan
do pacto conuenit monaſterium tantum ſibi dari
pro ingreſſu,ſecus ubi ſponte offertur, Bal. etiam
ſequitur Bertran.in conſi.135.nu.6.uol.3.ubi al-
legat Ang.In Auth.ut ea,quæ uocã.dicentẽ, quod
quęlibet monialis intrans monaſteriũ dat dotem,
& quia hoc eſt de conſuetudine, licitũ reputatur.

Et nõ mouet tex.in l.ille aut ille,ff.de hære. in-
ſtit.quo mouetur Bar.cõtrariũ tenens; quia duo-
bus modis reſpõdet Cum.in d.l. Titio centũ,§.1.
dicens, quod loquitur in teſtamento, at ſm eum
ſecus eſt in matrimonio, Dec. in d.l.1.nu.4. C.de
inſti.& ſubſti.reſpondet ſecundo ideo ibi non ua-
lere,quia inſtitutio erat captatoria,& poterat de-
cipere,ſecus ubi non eſt captatoria,ut in præſenti
caſu,quia nõ põt deceptio conſiderari.eadem mo
do reſpondet Iaſ.d.l.2.nu.3.in fi.nõ obſtat tex.in
d.c.non ſatis,& in d.c.quoniã , quia illi procedũt,
vbi pactio,uel cõuentio interuenit,ſecus ubi neu-
trum interuenit,ut in pręſenti caſu, in quo nõ ex-
tat pactio,uel cõuentio,pro quo faciunt,quę ſu-
pra diximus ex Inno.& Bal.& in ſimili facit, quia
quicquid tenuerit Inno.in c.3.ne præl.vices ſuas,
& Barba.in ca.nos quidem, col.6.de teſtam.ueri-
tas eſt,quod ualet relictum factũ eccleſię ſub con-
7 ditione,quod clerici † teneantur ſingulo die cele-
brare tot miſſas. ita tenuerunt Hoſti. Ioan. And.
Card.Zab. & Abb. in c.ſignificatum, de præben.
& hoc latè admittit Abb.in conſi.69.num.2.& 3.
vol.2. & hanc ſententiam probat Ripa in l. ex fa-
cto,in princ.nu.9.ff.ad Treb.dicens,ꝙ non obſtat
vitium ſimoniæ,quia illud procederet,ſi ex pacto
& conuentione clerici ſe obligaſſent ad miſſarum
celebrationem:ſecus ubi ſimpliciter onus celebrã
di miſſas adijcitur rei legatæ: tunc.n. ceſſat labes
ſimonię ex parte teſtatoris, ꝙ nihil dat ſacerdoti,
ſed onus apponit rei ſuę,qđ cũ ipſa re trãſit in ec-
cleſiã.ceſſat pariter ſimonia ex parte ſacerdotũ, ꝙ
nõ tenentur miſſas celebrare , ſi nolint, & ſubdit
contrariã opinionem eſſe durã,nimis aſperam,&
in nimiũ eccleſię diſpendiũ,atque ſacerdotum, &
animarũ interitũ:fatetur tñ crimen ſimonię incur-
rere ſacerdotes,qui celebrant,vt conſequãtur pe-
cuniã legatã,alioquin minimẽ celebraturi,per ea,
quæ ponit glo.in c.primo,de cleri.non reſiden.in
ſexto,idem in l.nemo põt,nu.125.& ſeq.ff.de leg.
primo,dicit,qđ nõ eſt ſimonia, ſi teſtator abſque
pacto adijciat onus rei ſuę, & ſubdit hanc opinio-
nem ſibi placere,ne tot ſacerdotũ animę damnen-
tur,& tot eccleſię deſtruantur, quibus ea de cauſa
omnia ferè legata relinquuntur.eiuſdem ſententię
fuit Neuiz. in conſ.55.nu.8. vbi concludit modũ
adiectũ a teſtatore non eſſe remouendum. id etiã
comprobat & ſequitur Ferdin. Vaſq. in tracta. de
ſucceſſ.creat.lib.1.§.4.nu.8.verſi. contrarium. &
dicit Siluestr.in ſumma,in ver.ſimonia, n.7.quod
licitè a ſacerdote acceptatur eleemoſina ꝓ anni-
uerſario, ſi nõ interueniat pactio. & ſanè eſſet de-
ſtruere mille relicta , quæ fiunt quotidie a pijs te-
ſtatoribus, cum huiuſmodi oneribus , quę tñ paſ-
ſim exequi videmus: & quia conſtituimus diſcri-
men inter pactum,& legatũ,ſeu vltimam volunta-
tẽ,ne id ſine ratione dictum a Doctoribus videa-
tur, exiſtimo rationem differentiæ eſſe , quia non
ita facile cadit ſimoniæ ſuſpicio in vltima uolun-
tate,ſicut in contractu, nã moriens non præſumi-
tur immemor ſalutis æternæ,vt per Alcia. in tract.
præſump.reg.3.pręſump.4.nu.1. & ſeq. & in mo-
riente non præſumitur illa cupiditas emendi , id
quod eſt ſpirituale ; & ceſſante illa cupiditate ceſ-
8 ſat ſimonia,vt põt depræhendi ex diffinitione † ſi-
moniæ,quæ eſt cupiditas emẽdi uel uendendi ali-
quid ſpirituale, vel ſpirituali annexũ , ut cõmuni-
ter dicunt Doctores,ut atteſtatur Anan.in rub.de
ſimon.nu.2.Clar.pract.crim.§.ſimonia, in princ.

Prędicta autem multo fortius uera ſunt conſi-
derata qualitate monaſterij,cuius opes tenues, &
exiles non admodum ſuperſunt,ita quod vt ſerua
ri continuè videmus,nulla recipitur ad monacha-
tum puella,quę ſecum non afferat quantum ſuffi-
ciat pro victu,& ſuſtentatione;& hoc caſu non di-
9 citur ſimonia, etiamſi pactio interueniat, † vt cõ-
cludit Ang.in l.ille aut ille,ff.de hęred.inſtitu. vbi
allegat Ioan.And.in d.c. non ſatis, Imo. in d.l.ille
aut ille.idem tenet Anan.in d. c.non ſatis, col.fin.
uerſi.iſtud tamen limitat verum Dec.d.l.2.nu.11.
plures alios addit Bertran. in conſi. 135. num. 6.
vol.3.quia vt dicit Cald.in conſi.9.tit.de rega.ne
ingrediens ſit oneroſa monaſterio, licitum eſt ali-
quid recipere,ſequitur Bero. conſi. 28. num.9.&
ſeq.uol.1.dicens,quod vbi monaſterium eſt ita te
nue, quod non poſſet expenſam ſupportare , lici-
tum eſt tunc monialem admittere, & aliquo dato
recipere abſque labe ſimoniæ, quicquid dixerit
Aret.in d.§. Titia, col.5.in fi. qui vult quod etiam
prætextu paupertatis non licet conuenire ſuper
ingreſſu,per tex.in c.quoniam,de ſimon.

Accedat etiam , quod admittunt omnes licere
monialibus recipere id, quod ſine aliqua taxatio-
10 ne gratis † offertur, de quo eſt tex. expreſſus in c.
dilectus,il ſecondo,in fi.de ſimo.Inno.in d.c.cum
M.Ferrarien.de conſtit. quæ vult, quòd recipi,&
acceptari licite poſſit, quod offertur antequã mo-
nialis

nialis admittatur, ſequitur Dec.d.l.2.nu.12.in fi. C.de inſtit.& ſubſtit. & certè vbi per vltimam volũtatem aliquid relinquitur cũ hoc onere, dicitur offerri ſponte, & ideo inſimulari actus non põt vitio ſimoniæ, pro quo facit ẽt quod dicit Imo. d.l. Titio,§.1.in fi.vbi inquit conſilium eſſe, quod te-
11 ſtator † roget moniales, vt talem recipiant in monaſterium,& relinquat ſimpliciter id,quod voluerit,quia tunc nõ erit ſimonia,ſi recipiant,& ſequitur Anan.d.c.nõ ſatis, in fi. & ante eos hoc tenuit Bal.quem refert Nat.in conſi.618.nu.12.ecce ergo quod conſiderant Doctores ſolum , an cogantur moniales ; quinimo dicit in loco ꝑdicto Imo. quod veriſimiliter moniales debent illam recipere in monaſterium,qñ rogatæ fuerunt recipere,licet nõ aſtringantur,& ſequitur Anan.in loco prędicto,id quod facit plurimũ ad propoſitum; quia ſi moniales de honeſtate tenẽtur volũtatẽ exequi teſtatoris rogãtis,multo magis de eodẽ honeſtate licet non de obligatione debent eiuſdẽ ꝑcipientis mentẽ obſeruare,cũ magis enixa voluntas,& propenſa colligatur in præcipiente,quam in rogante.

SVMMARIVM.

1 Præſcriptione triginta annorũ tollitur omnis actio.
2 Tutor, conueniri non poteſt, niſi finita tutela.
3 Tutor in reddenda ratione imputat quidquid impendit in rem pupilli.
4 Mora non contrahitur niſi pro debito liquido.
5 Malæ fidei non eſt, qui ſcit ſe debitorem, ſi non fuit interpellatus. ſed contra, nu. 38.
6 Mala fides præſumpta purgatur curſu longiſſimi temporis triginta annorum.
7 Mala fides authoris ficta non impedit quominus hæres ex propria perſona præſcribat.
8 Tutor præſcribit triginta annis aduerſus actionem ad reddendum rationem.
9 Præſcriptio triginta annorum datur etiam in actionibus perſonalibus.
10 Mala fides vera authoris impedit, ne hæres inchoatam perficiat, vel poſſit inchoare ex perſona propria præſcriptionem.
11 Tutor tenetur finita tutela producere inuentarium, librum rationum, & reliqua reſtituere.
12 Malæ fidei dicitur, qui ſcit rem non eſſe ſuam.
13 Tutela finitur adueniente pubertate.
14 Obligatio eſt mater actionis.
15 Tutor obligatur generaliter, quando aſſumit tutelã, ſpecialiter autem quãdo incipit malè adminiſtrare.
16 Hæres peccat, ſi non implet voluntatem defuncti expreſſam in diſpoſitione nulla.
17 Poſſidens rem alienam, tenetur ſtatim reſtituere: alias eſt in peccato.
18 Conſcientiam habens ſcrupuloſam, cogitur eam deponere: alias peccat.
19 Debitor non ſoluens, dicitur poſſidere rem alienam.
20 Tutor debet rationes pupillares habere diſtinctas, & eius bona non miſcere cum ſuis.
21 Scientia præſumitur in eo, qui penes ſe habet inſtrumenta.

22 Tutor tenetur pupillarem pecuniam vertere in emptionem prædiorum: alias tenetur ad intereſſe.
23 Tutor cõueniri poteſt ad certã rem ante redditam generalem rationem adminiſtrationis.
24 Tutoris obligatio eſt mixta, ad dandum ſcilicet, & ad faciendum.
25 Tutor etiam nõ requiſitus tenetur rationẽ reddere.
26 Debitor minoris eſt in mora ſine interpellatione.
27 Debitor non tenetur in foro conſcientiæ ſoluere, ſi eſt in extrema neceſſitate; ſed tunc debet requirere creditorem, vt vel remittat debitum, vel concedat dilationem.
28 Debitor etiam non interpellatus, non præſcribit.
29 Præſcriptio impeditur ex ſcientia rei alienæ; licet non ſubſit mala fides.
30 Tutor tenetur exigere debita pupilli: alias damnatur ad intereſſe.
31 Tutor exigit etiam a ſe ipſo, ſi quid debet pupillo.
32 Tutor ſi patitur aliquem præſcribere contra pupillum, tenetur ad intereſſe.
33 Iuramentum conſtituit in mora ſine interpellatione.
34 Creditor, qui metu reuerentiali ductus non petijt debitum, non patitur præſcriptionem.
35 Hæres bonæ fidei non vtitur acceſſione authoris, qui fuit in mala fide præſumpta.
36 Mala, vel bona fides ſoli Deo eſt nota.
Mala fides probatur coniecturis.

CONSILIVM CCXCVI.

PRAESCRIPTIO, quæ allegatur per Illuſtrẽ Dñum Bartholomęũ Rotarium vti filium,& hęredẽ quõdam Illuſtris Domini Alerami aduerſus actionem, quæ competebat Illuſtribus Dominabus ſororibus de Turchis,ſeu Illuſtri Dño earum patri, ad reddendum rationẽ adminiſtrationis,quam Dñus Aleramus geſſerat,
1 bene videtur procedere, quia triginta † annorum lapſu tollitur omnis actio,l.ſicut, col.vlt. C. de ꝑſcrip. trigin. vel quadrag. anno.l.2. C. de conſti. pecun. dominia.n. non debent contra publicum bonum diu eſſe in incerto,l.1.ff.de vſucap.glo. in §.1.in ver. diligentia, in Auth. de temp. non ſolu. pecu.ſup.dot. Bal.in c.1.§.ſi quis per triginta,col. 1. ſi de feud. fuer. controuer. inter dom. & agna. Tiraq.de retract.conſang.§.35.glo.2.num.5.

Et nõ obſtat,quod mala fides Dñi Alerami tutoris impediat eiuſmodi præſcriptionem, ſm notata in c.fi. de præſcrip. quia reſpondetur, eũ non fuiſſe in mala fide: deceſſit.n.non dũ finita cura &
2 adminiſtratione,& interim † non poterat cõueniri,l.aduerſus,& l.rõnes, C.de adminiſtr. tut.actio enim pro adminiſtratis nõ oritur, niſi finita adminiſtratione,ut de tutela eſt tex.l.1.§.fi.l.niſi finita, vbi gl.ff.de tute.& ratio.diſtrah.gl. ĩ l.ſi tutor reipublicę,§.fi.ff.eo.tit. vbi dicit non ſolũ non poſſe exerceri actionẽ ante finẽ tutelę,ſed ẽt non eſſe natã,quidquid tenuerit Nic.de Neap.d.l.niſi, & primã partẽ tenet Sal.d.l.aduerſus,n.2.ĩ fi.& latè cõprobat Soc.iu.aſſerendo cõem in l. ita ſtipulatus.

nu.250.ff.de verbo.oblig. Et incertum eſt, an red-
ditis rationibus eſſet futurus creditor, vel debi-
3 tor, quia in actione tutelæ imputat † tutor quid-
quid impendit in rem pupilli, l.prima, §.pręterea,
vbi gl. citat concordantes, ff.de contr.& vti.actio.
tute. & ideo eſſe poteſt quod factis calculis repe-
riatur creditor pupilli; nõ debitor, vt inquit Ale.
in conſi.192.nu.2.vol.7.Neguſ.in primo mem.5.
par.tract.de pigno.num. 37. vbi infert quod ideo
pro tali debito non datur retentio, Rolan. in cõſi.
17.nu.2.vol.3. qui & ſi contrarium teneat quoad
retentionem, probat tñ Alexandri deciſionẽ. for-
tius dicit Ancha.in conſi.235.col.fi. quod ante fa
ctam declarationem, & liquidationem, conuẽtus
ad rationem reddendam, non dicitur in mora, nec
tenetur offerre, ſequitur Crau.in conſi.231.num.
16.in fi.& in conſi.275.nu.13.& inferunt prędicti
Doctores quòd contra tutorem non põt agi ad
certam rem reddendum, ſed ad dandum rationẽ
ſuæ adminiſtrationis.& dicit Purpur.in cõſi.339.
nu.2.quod contra tutorem agitur non ad certum,
4 ſed ad factum; & non dicitur in mora, † vel mala
fide quis, niſi pro debito liquido, & claro, Bal. in
l.acceptam, oppoſ.7.C.de vſur.& in l.fideicõmiſ-
ſi, in princ.ff.de vſur.Socy.conſi.107.num. 2.vol.
primo, dixi in conſ.38.nu.13. Cum ergo dubium
ſit, an quando deceſſit, ſoret debitor, vel creditor,
non poteſt dici quod eſſet malæ fidei.

Amplius aduertendum, quod vbi etiam fuiſſet
verè debitor in aliquo, non tñ fuiſſet in peccato,&
conſequenter in mala fide, quia interpellatus nũ-
quam fuit,& ſine interpellatione tutor non conſti
tuitur in mora, vt inquit Purpur. loco prædicto, p
l.quod te, ff.ſi cer.peta.& propterea dicit Hoſti.in
ſum.tit.de pręſcrip.§.quæ res, col.prima, quod &
5 ſi debitor † ſciat ſe debitorẽ, tñ non dicitur in ma-
la fide, ſi non ſoluit, nec eſt in peccato, niſi requi-
ſitus retineat debitum. põt enim probabiliter cre-
dere, quod creditor non repetendo velit aut do-
nare, aut maiorẽ gratiam facere in expectando; &
ſufficit quod non retineat inuito creditore, ſequi-
tur Abb.in c.fi.nu.18.de pręſcrip.& in c.quod cle
ricis, nu.43.de foro compe. vbi idem dicit qñ de-
bitor non tenetur offerre, vel ire ad domũ credi-
toris; & hac ratione dicunt quòd talis debitor nõ
interpellatus pſcribit ẽt ſi ſit verè debitor; Purpu.
d.conſi.339.nu.3. Dec. in conſi. 554.col. prima,
& hoc ẽt voluerunt Comen. Corn. & alij citati a
Tiraq.in l.ſi vmquam, in ver.reuertatur, nu.390.
C.de reuocan.donat.Caccialup. l.omnes populi,
nu.65.ff.de iuſti.& iure,& Ripa conſi. 160. nu.5.
vbi dicit præſcribere poſſe debitorem, qui nõ fuit
in mora, Bouius de præſcrip.gl.2.num. 16. Vaſq.
illuſtr. quæſt.c.76.nu.8.& col.penul. ceſſante au-
tem peccato ceſſat impedimẽtum, quod ius cano
nicum obijcit contra præſcriptionem.

Poſito tñ quod Dominus Aleramus fuiſſet in
mala fide, ea non eſt vera, ſed pręſumpta, vt patet
ex prædictis: at mala fides præſumpta purgatur
6 longiſſimis temporis † curſu, Inno.in c.2.de in in-
tegr.reſti, Bar.in l.fi.nu.17.C.vnde vi,& ibi Saly.
nu.primo, Abb, conſi.102.nu.primo, vol. primo,
& in c.ſi diligenti, num.16.de foro compe. Alex.in
conſi.6.num.3.vol.primo, Corn. conſi.96. col.2.
vol.4. Atq; in conſi.63.col.penul. Iaſ. §. ſed iſtæ,
nu.100. Inſt.de actio. Crau.de antiq.temp.par.4.
§.materia iſta, nu.4. & hanc dicit magis commu-
nem Vaſq.illuſtr.quæſt.c.81.nu.2.vbi citat Caſt.
Ro. Corn. Dec.& alios, Menoc.de recupe. poſſeſ.
rem.13.nu.70. & hoc caſu licet debitor ipſe non
poſſit præſcribere, poterit hęres ex perſona pro-
pria inchoare & perficere pręſcriptionem nõ vten
do acceſſione authoris; & nõ obſtabit ei mala au-
7 thoris fides, † gl. magna in fi. in l.tutor rerũ, ff. de
adm.tuto. quam dicit ſing. Caſt.in l.numquam, in
fi.ff.de vſucap.& dicit perpetuò notandum Alex.
in l.Pomponius, §.cum quis, col.7. vbi Iaſ. nu.13.
ff.de acq.poſſe.Soc.in cõſ. 203.col.2.vol.2. Fely.
in c.ſi diligenti, col.5.Ruyn.conſi. 170.in fin.vol.
primo, Balb.in tract.præſcrip.in ſecunda par. ter-
tię par. princip.q.12.nu. 14. Vaſq.d.tract. illuſtr.
quæſt.c.73.nu.9. vbi allegat Didac. & alios, qui-
bus addi poſſunt Claud. Aquen. Socy.iu. & Ruy.
quos citat,& ſequitur Lãberteng.in tract.de con-
tract.corũ, gl.prima, nu. 287. & in terminis, quod
8 tutor † pręſcribat; vel eius hæres actioni ad red-
dendum rationem, voluit Purpur.d.conſ. 339.&
dicit Boer. q.59. in princ. quod vſque ad triginta
annos moleſtari poteſt tutor ad rationem redden-
dum faciunt, quę ponit Capha. conſi.8.num.4.&
ſeq. Caualca.de tuto.num.202.

Quibus tñ non obſtantibus; arbitror præſcri-
ptionis exceptionem in præſenti cauſa allegatam
contra prædictas Dominas ſorores non procede-
re, neque admittendã fore: quidquid enim ſit de
iure ciuili, nunc inſpecto iure canonico, quod ſer-
uatur in vtroq; foro, non eſt locus præſcriptioni,
ſtante mala fide, ca.fi.de pręſcrip.cap. poſſeſſor, de
reg. iur.in ſexto. & procedit hęc opinio, etiam in
9 actionibus † perſonalibus, ſecundum gl.& Innoc.in
d.c.fi.ubi But.Imo.& alij, qui dicunt Bar. opinio-
nem contrarium tenentis eſſe reprobatã, & idem
dicit Imo.in l.ſequitur, §.ſi viam, ff.de uſu.ca.latè
Abb.in d.c. fi. Ale.in conſ.82.col.2.uol.4.& hanc
dicit communem Balb.in tract.pręſcrip. in ſecun-
da par.tertię par.princ. q. 13. per totam, vbi alle-
gat Bal.Ang.Cum.Ancha.Alex. Prępoſ. Franch.
Fulg.& Fely.alios citat Tiraq.in tract. pręſcrip.§.
1.gl.2.Ripa in l.nemo poteſt, num.105.ff.de leg.
primo, Cagno.in l.fi.num.184.C.de pact. Alba in
conſi. 58. hanc quoque dicit magis communem
Vaſq.illuſtr.quęſt.c.76.num.1. licet ipſe ſequatur
contrariam, Dñus Becius conſ.48.nu.3. vbi mul-
tos addit, ad hoc quoq; infinitos cumulat Lam-
berteng.in d.trac.gl.3.n.84.ubi latè agit. eſt enim
impiũ pręſidium, pręſcriptio, Auth.ut eccle.Rom.
circa mediũ,& dicit Ale. in conſ.77.nu.3.vol.6.&
qui pręſcriptione utitur, dicitur ſe fundare in cir-
cumuentione, ut inquit Crau.cõſ.29. in fi. plures
cumulat D.Becius conſ.12.nu.60.conſ.32.nu.7.

& mala

10 & mala fides impedit † etiam vt hæres non poſſit
ex perſona propria inchoare præſcriptionem,ne-
dum iam a defuncto inchoatam perficere,l.cũ hæ
res,ff.de diuer.& temp.præſcri.But.Abb. & Imo.
in ca.ſi diligenti,Rom.Alex.& Iaſ.in d.l. Pompo-
nius,§.cum quis,ff.de acqu.poſſeſ.& infinitos cõ-
gerit Lãberteng.d.trac.gl.1.nu.284.vbi nu. 286.
dicit eſſe communiorẽ,& cautius conſulere,ſaluti
animæ,Rolan.conſ.6.nu.46.vol.3.vbi poſt Pariſ.
dicit eſſe magis cõem, & præter eum multos alios
citat Bouius d.tract.de præſcri.glo.19.nu.243.&
communem dicit, licèt contrariam probet Vaſq.
illuſtr.quæſt.c.73.num.7. Rip.conſi.195.num.3.
Quod aũt Dominus Aleramus eſſet in mala fi-
de,probatur ex eo, quia cum tamquam tutor geſ-
ſiſſet tutelã patris barũ Dominarum ſororũ, cõ-
fecerit inuentarium bonorum ſuorum,& cum iu-
ramẽto promiſerit vtilia facere, inutilia omittere,
rationem reddere, & reliquatum reſtituere:debe-
bat ſtatim exacto tutelæ tempore rationem redde
11 re, † mobilia atque omnẽ reliquatum reſtituere,
l.maximè,vbi not.ff.de adminiſtr. tuto.l. tutores,
vbi Doctores,ff.arb.tute.Bal.in rub.extra de pro-
cur.nu.11. vbi dicit hoc procedere ẽt lapſo longo
tempore,dixi in conſi.7.nu. 13. & in ratione red-
denda dẽt conſignare inuentarium, librum ratio-
nis exhibere, & dare pupillo,l.tutor, qui reperto-
rium,vbi Bar.ff.de adminiſtr.tuto.aliàs contra eũ
iuratur in litem,vt per Bar.ibi, Corn.conſi. 318.
uolum.4.Dec.conſ.192.col.1. plures citat Plot.in
tracta.de in lit.iuran.§.5.nu.11.& ſeq. Roland.in
conſ.49. num.18. & ſeq.uol. primo, Caualca. de
tuto.nu.202.& quia in præſenti facto geſſerat tu-
tor tutelam, & adminiſtrauerat bona fructuſque
perceperat ex bonis pupilli, dicitur eo ipſo debi-
tor,nec opus eſt alia probatione,vt inquit Ang.in
conſi.277.nu.6. vbi ſubdit poſſe ex hoc iurari cõ-
tra eum tamquam debitorem, & dicitur in dolo
12 & mala fide is,† qui retinet quod ſcit ſuũ nõ eſſe,
gl.in c.ſi uirgo,33.q.ſecunda, l.ſi quis fundum,ff.
de acq.poſſeſs.Abb.in ca. conſultationibus, circa
medium,de iure patron.Balb.in tracta.prẹſcrip.in
ſecunda par.3.par.princip.& in l.Celſus,nu.21.ff.
de uſucap. & dicitur in dolo, qui non facit quod
debet,l.dolus,ff.mand.Anch.in conſi.316.col.ſe-
cunda,ſicuti is qui facit contra leges,Bal.cõſi.35.
col.prima,uol.3.ſicuti qui facit rem ſibi prohibi-
tam,Alex.conſi.103.col.5.uol.primo, & qui non
exequitur promiſsa,eſt in uero dolo,Crau.in cõſ.
192.nu.15.& dicitur mala fides uera,quando ſcit
quis rem alienam eſse,Crau.conſi.146.nu.6.hẹc
autem omnia conueniunt tutori, qui habet penes
ſe mobilia, & ea non reſtituit, promiſit rationem
reddere,& non reddit, tenetur conſignare inuen-
tarium,& librum rationis,& non exhibet.
Nõ ergo obſtat quòd ante finitam adminiſtra-
tionem non eſset orta actio cõtra tutorẽ, & quod
tutor non dicatur debitor. Reſpõdeo enim,quod
in facto conſtàt tutorem deceſſiſse poſtquam pu-
pillus adoleuit. & licèt poſtea adminiſtraret tam-
quam curator,poterat ille tñ conueniri,& erat or-
ta actio quoad ea,quæ geſſerat durante tutela.dũ
enim iura, & Doctores dicunt tutorẽ non conue-
niri,niſi finita tutela,ut d.l.niſi, & l.aduerſus, & l.
rationes, præſupponunt ea finita actionẽ dari: &
dictio,niſi,oppoſita negatiuæ affirmat, l. actione,
ubi Doctores omnes,C.de tranſact. & tutela fini-
13 tur † adueniente pubertate, d.l.niſi, §. primo, &
Inſtit.quib.mod.tutela finit. §.primo, & qui vult
dicere quod tutor, qui poſt pubertatem eſt cura-
tor,non poſſit conueniri pro ijs,quæ geſſit duran-
te tutela,tenetur probare,aliàs erubeſcimus, cum
ſine lege loquimur,l.illam,C.de collatio. & gl. ac
Doctores in d.l.aduerſus,& in d.l. rõnes, & in l.ſi
tutor reipublicæ,§.ſi.dicunt,qđ curator põt con-
ueniri pro oĩbus alijs p̃terquã pro adminiſtratis
durante cura,& ideo dabitur actio pro ijs,q̃ geſſit
durãte tutela: sũt.n.munera diſtincta,& ſeparata.
Reſpondeo ſecundo, poſito ꝙ durante tutela
actio non ſit nata,quãuis contrarium teneat Soc.
iun.in l.ita ſtipulatus,nu.250.ff.de uerb. oblig. ꝙ
& ſi durante tutela non ſit nata actio,tñ bene nata
14 eſt obligatio,† quæ eſt actionis mater,l.licet,§.ea
obligatio,ff.de procu.Inſt.de uerb.oblig.in prin.
gl.Inſti.de actio.in princ. ea enim generalis obli-
gatio tutoris cõtrahitur ab initio, qñ aſsumit ad-
miniſtrationem, quia ex tunc obligatur ad ratio-
nem reddendum,& reſtituendum, quæcunque in
futurum peruenerint ad eius manus, licèt ſpecia-
15 lis obligatio † tunc naſcatur, qñ incipit malè ad-
miniſtrare,vt diſtinguit glo.in prima par. in l.pro
officio,vbi eam ſequuntur Iacob.de Are. Cyn. &
Bald.C.de adminiſtr.tut.& ibi Saly. in prin. dicit
eſſe cõmunem,Soc.in conſi.61.nu.primo,vol.pri
mo,Fran.Baldui.in tracta.de pign.c.7.col.3.Ne-
guſant.in eod.tracta.in 4.mem.2.par.princip.nu.
22.& 17.in primo memb.3.par. princi. num. 10.
quamuis ergo orta nõ foret actio, ſufficit tñ quòd
ſit nata obligatio ad hoc vt dicatur tutor in mala
fide:magis enim obligationem attendimus in fo-
ro conſcientiæ quàm actionem. hinc videmus, ꝙ
& ſi hæres non poſſit conueniri ad implendum vo
luntatem defuncti, de qua non apparet legitimè,
16 vel quę ſit nulla: tñ peccat in foro † conſcientiæ,ſi
eam non implet,Ang.in l.quidam,§.illo,nu.3.C.
de neceſſar.ſeru.hẹred.inſtit. & dicit Butr.in cap.
quia plerique,de immu. eccleſ. quod hæres in fo-
ro conſcientiæ tenetur ſoluere legata relicta in te-
ſtamento nullo, & ſi pro eis conueniri non poſſit,
ſequitur Abb.ibi dicens rationem eſſe,quia in fo-
ro animę attenditur æquitas & naturalis obliga-
tio,non rigor & ſolemnitas iuris ciuilis, Iaſ. §.ſed
iſtæ,nu.127. Inſt. de actio.alios citat Neuizan. in
conſ.26.nu.10. plures Mantica de coniectu. vlti.
volun.li.2.ti.14.nu. 10. & dicitur eſſe in peccato,
17 qui ſcit ſe habere rem † alienã,& eã non reſtituit,
vel qui aliquid dẽt,& non ſoluit: Nam paria ſunt
alienum accipere vel alienũ retinere, ca.ſępe con-
tingit, de reſtitut.ſpoliat. vbi glo. & reducitur ad
præceptum, Non furtum facies. ideo ſicuti rem
alienam

alienam accipere eſt peccatũ, ita & retinere: dum
enim retinet, priuat dominum vſu rei ſuæ, & facit
illi iniuriam: proinde diuus Thomas 2. ſecundæ
q. 62. artic. octauo, dicit quòd non etiam momen-
to temporis, licet alienam rem detinere: quia dum
detinet, eſt in peccato, & nemini licet etiã per mo-
dicum temporis morari in eo, & ſciens ſe teneri, ſi
non proponit reſtituere quàm citius poterit, non
poteſt abſolui, cap. ſi res, 14. quæſt. 6. hoc etiam
probauit Archiep. Floren. in ſecunda par. ſum. ti-
tu. 2. c. 8. in princ. Silueſt. in ver. reſtitutio, il quin-
to, §. primo, Angelica in verſ. reſtitutio, il tertio, in
princip. Tabiena in ver. reſtitutio, nu. 3. vbi etiam
allegat Scot. & idem voluit Nauar. in ſuo manua-
li, cap. 17. nu. 54. Didac. in cap. peccatum, in prin.
de reg. iur. in 6. & ratio eſt, quia habens conſcien-
18 tiam ſcrupuloſam, cogitur † eam deponere, c. per
tuas, de ſimon. & tex. in cap. fin. de præſcrip. ad in-
ducendum malam fidem conſiderat ſcientiam rei
alienæ, vbi poteſt videri, in fi. vbi Bald. nu. 1. dicit,
quòd habens cõſcientiam remordentem, tenetur
eam deponere, ſequitur Iaſ. §. ſed iſtæ, nu. 25. Inſt.
de actio. aliud autem eſt ſcire rem alienam, aliud
verò eſſe in mora, & vt dixi mala fides nihil aliud
eſt quam rei alienæ conſcientia, d. gl. in c. ſi virgo,
& dicam etiam inferius.

Et ſi dicatur; aduerte, quia ſupradicti Docto-
res loquuntur in poſſidente ſeu detinente rem alie
nam: nos verò agimus de debitore non ſoluente,
qui termini multum inter ſe videntur differre. Re
19 ſpondeo ꝙ retinens † per pecuniam, quam alij de
bet, dicitur rem alienam retinere, vt probatur in l.
ſi me & Titium, vbi glo. in ver. mea, ff. ſi cer. pet. &
cap. qui decem, 13. q. 4. ita reſpondet ferè in termi
nis Alex. conſ. 99. nu. 7. vol. 4. & in conſ. 51. nu. 3.
vol. 5. vbi in ver. fortificãtur prędicta, ſubdit quod
debitor largè loquẽdo, dicitur poſſidere debitum.

Similiter non contradicit, quod ante redditam
rationem incertum ſit, an tutor ſit debitor vel cre-
ditor, cum tamen non minus eſſe poſſit creditor,
quam debitor: Nam & ſi quoad ipſum minorem,
vel etiam quoad iudicem probabilis ſit hæc igno-
rantia, vel incertitudo: tamen non eſt admittenda
in ipſo tutore, qui cum in manibus habeat inuen-
tarium & librum rationum, in quibus ſcribuntur
redditus & impenſæ, non poteſt ignorare, an plus
impenderit, quam prouenerit e redditibus pupil-
li, vt inquit in ſimili Soc. in conſ. 24. nu. 38. vol. 1.
& hôc ſcire facilimum eſt, quia tutor tenetur ratio
20 nes pupillares tenere diſtinctas, non miſcere † bo
na pupilli cum ſuis, Soc. in conſ. 159. col. 4. vol. 2.
Plot. de in lit. iuran. §. primo, nu. 11. Roland. con-
ſil. 49. num. 31. volum. 1. facit, quod dicimus præ-
21 ſumi ſcientiam in eo, qui penes † ſe habet inſtru-
menta, Afflict. in deciſ. 13. num. 11. Alba in conſi.
59. num. 8. Silua. conſi. 70. num. 12. & ideo licet in
certum ſit tutoris debitũ ante diſcuſſas rationes:
tamen ſi reddita ratione conſtet tutorem habuiſ-
ſe penes ſe pecuniam pupillarem, quam tamen po
tuiſſet implicare ad honeſtum lucrum, vel in em-
ptionem prædiorum, tenetur non obſtante illa in-
22 certitudine ad omne intereſſe, † & dicitur fuiſſe
in mora & in culpa, Doctores in l. tutor, qui reper
torium, §. ſi poſt, Bald. & alij in l. 1. C. de cond. in-
deb. & in l. 2. C. arbitr. tute. Soc. iun. conſi. 2. num.
16. volum. 1. Io. Lup. in repet. cap. per veſtras, §. ſe
ptimò infertur, num. 1. folio mihi 175. Plot. de in
lit. iuran. §. 5. num. 17. Caualca. in tract. de tuto. &
curat. nu. 113. Ioan. Bapt. Lup. in tracta. de vſur. in
3. comment. ſuper cap. nauiganti, §. 1. nume. 40. &
ratio eſt, quia conſideratur ſcientia in ipſo tutore,
licet in alijs ſit ignorantia & incertitudo. Præterea
debitum tutoris eſt certum, quando conſtat eum
adminiſtraſſe, & fructus ac redditus pupilli perce-
piſſe, vt inquit Ang. d. conſi. 277. num. 6. & ſi vult
dicere ſe impediſſe, tenetur probare, ſecundum
Socin. in conſi. 24. num. 38. volum. 1.

Quod verò inquit Purpur. conueniri tutorem
ad reddendum rationem, non autẽ ad certũ quid
dandum vel ſoluendum, non iure ſubſiſtit, q̃a hoc
procedit, quando tutor conuenitur via exequuti-
ua vigore inſtrumenti in quo promiſit rationem
reddere, & reliqua reſtituere: at vbi ordinaria via
23 & ex iure communi agitur, † conueniri poteſt tu-
tor ad certam rem ante generalem rationẽ totius
adminiſtrationis, vt eſt tex. in l. 1. cum ibi no. per
glo. & Bar. C. ſi aduer. rem iud. & ratione eius, qđ
eſt incertum, non impeditur minor agere, pro eo,
quod eſt certum, vt declarat optimè Soc. in conſi.
24. nu. 35. & ſeq. vol. 1. cuius opinionem atteſta-
tur magis communiter receptam Beninten. in Bo
non. deciſ. 90. in fine, & quando non agitur virtu-
te inſtrumenti tutelæ. ita tenuit Alex. in d. conſil.
192. ver. & per hæc patet non obſtare. & ſecundũ
hanc opinionem iudicauit aliquando Montis fer-
rati Senatus. quin etiam vbi tutor generaliter con
uenitur ad reddendum rationem, non fertur ſen-
tentia ſuper tali portione, niſi in proceſſu actor de
ducat, & probet certas res & quantitates, eſt text.
iuncta glo. in l. licet, C. de iudic. Bart. & alij in l. 1.
ff. de eden. ponit Socin. d. conſi. 24. nu. 35. & obli-
gatio qua tutor tenetur, non ſolum verſatur circa
24 factum, ſed etiam † circa dationem, quia eſt mix-
ta, & incipit a faciẽdo, & finit in dãdo, vt expreſsè
inquit tex. in l. cum ſeruus, circa med. ff. de cond.
& demon. & ſub vocabulo rationis reddendæ, ve-
nit etiam reſtitutio reliquatus, vt ibi dicitur, vt
probatur etiam in l. qui ſub conditione, ff. eod. tit.
& dicit Alex. d. conſil. 192. num. 2. ver. ſaltem cum
reſtitutio, quod reliquorum reſtitutio venit acceſ
ſoriè ad rationem reddendam, quod etiam voluit
Socin. d. conſil. 24. nume. 38. Rolan. in conſil. 49.
nu. 41. vol. 1. fortius inquit Caſtr. d. l. cum ſeruus,
quod vbi datio finis eſt facti, videtur obligationĩ
potius ineſſe datio, quàm factum: quare non eſt
verum quod inquit Purpu. tutorem conueniri ſo-
lum ad factum, non autem ad aliquid dandũ, quia
etiam ad dandum conuenitur.

Pari modo non me turbat, quod tutor non di-
catur in mora, nec teneatur rationem reddere, ni-
ſi inter-

ſi interpellatus: quia reſpōdeo hoc eſſe falſum: eſt
enim a lege ſtatutū, quod finita tutela teneatur ra
tionem reddere, d. l. niſi, & l. tutor, §. fi. ideo nō re-
25 quiſitus dēt † reddere eam, & vult gl. in clem. quia
contingit, in ver. ſingulis annis, de relig. dom. vbi
eam notant Doctores, Soci. in conſi. 92. num. 17.
verſi. pręterea, ex quo ſtatutum, vol. quarto, Ro-
lan. in conſi. 49. nu. 16. vol. primo, & dicit Vitalin.
d. clem. quia contingit, num. 62. quod vbi tempus
adijcitur vinculo obligationis, intra quod aliquid
fieri debet, tunc non requiritur interpellatio: vbi
verò tempus non eſt appoſitum, tunc debitor ſta-
tim eſt efficaciter obligatus, ſed non dicitur in mo
ra, niſi pręcedat requiſitio, l. quod te, ff. ſi cert. pet.
26 Rurſus in debitore minoris eſt ſpeciale, † quod
ſit re ipſa in mora ſine interpellatione, l. in mino-
rum, C. in quib. cauſ. in integr. reſtitu. non eſt ne-
ceſſ. & ibi gl. citat concordātes, Roman. ſing. 117.
vbi alios addit, Socin. in conſi. ſecundo, num. 17,
uolum. primo, Vitalin. d. clem. quia contingit, nu-
me. 65. Caualcan. de tuto. nu. 226. id quod aper-
tius probabitur in reſolutione ſequentis obiecti
quod tendit propemodum ad eundem finem.

Poſſet ex ſupradictis videri ſublata difficultas
deducta ex Hoſtien. in ſumma de præſcrip. in ver.
quæ res, col. 1. vbi inquit debitorem non interpel
latum præſcribere, quia non ſit in mora, & poſſit
credere ꝙ creditor velit uel remittere, uel maiorē
gratiam facere in expectando. Vt tñ omnibus di-
ſtinctè ſatisfiat, reſpōdeo eius dictum eſſe falſum,
& ideo cōmuniter Doctores reprobant eius opi-
nionem, dum uolunt, quod ēt in perſonalibus nō
procedat præſcritio ſine bona fide, vt dixi in prin-
cipio huius partis. Præterea ſupra demonſtraui in
ver. reſpondeo ſecundò, quod debitor non ſoluē-
do eſt in mala fide ēt non interpellatus, quia rem
alienā retinendo peccat, id quod probatur in for-
tioribus terminis ex eo quod ponit Diuus Tho.
d. arti. ad ſm præceptum, vbi inquit ꝙ & ſi impo-
27 tentia excuſet debitorem † a reſtitutione rei alie-
nę, tñ dēt per ſe, uel per alium petere remiſſionē,
vel dilationem ad ſoluendū, ſequitur Ang. in ver.
reſtitutio, il terzo, nu. 4. Tabien. in eodem uer. re-
ſtitutio, nu. 3. Nauar. d. c. 17. nu. 68. ſi enim impo-
tens debitor tenetur dilationem petere, ut euitet
peccatū non ſoluendo, ſeu differendo: ergo faten-
dum eſt eū eſſe in peccato abſque creditoris inter-
pellatione, & non dici in bona fide, quia cogitare
poſſit, quod creditor nō petendo, uel remittat, uel
dilationem concedat, ultra quod donatio non dēt
præſumi, l. cū de indebito, ff. de probation. & in ſi-
mili dicit Abb. in c. fi. nu. 20. de pręſcrip. quod de-
bitor præſumere non dēt quod creditor uelit ia-
ctare ſuum, uel ampliorem dilationem dare, quia
quilibet præſumitur diligens, & in ſpecie dictum
Abb. reprobatur ab Imola in c. fi. col. 34. de præ-
28 ſcrip. quia cum ſciens ſe debitorem uelit ex † tpe
conſequi liberationem per negligentiā creditoris,
non eſt ſine peccato. Item indecens eſt quod ne-
gligentia creditoris pariat liberationem, cum fue-
rit utilis debitori, qui interim uſus eſt pecunia de-
bita. addit ēt tex. ī Auth. vt ēt eccl. Rom. qui dicit
peccatum oriri ex ſola ſcientia debiti. idem uoluit
Imola in l. ſequitur, §. ſi uiā, col. 3. uer. aduerte tñ,
ff. de uſucap. ubi iiſdem adductis rationibus con-
cludit modernos cōmuniter tenere, quod debitor
non interpellatus non præſcribat, ēt ſi facta inter-
pellatione foret ſoluturus, & Hoſtienſem expreſ-
ſè cū ſua ratione relatum reprobat Alex. in conſi.
99. nu. 9. uerſ. non obſtant allegata in contrarium,
uol. quarto, & conſi. 51. nu. 5. uerſic. & per prædi-
cta patet, uol. 5. contra eum pariter tenet Fely. in
ca. fi. col. ſecunda, uer. ſecunda declaratio, de præ-
ſcript. ubi addit quod ex quo contra talem pręſcri
bentem agi pōt per uiam Euangelicæ denuncia-
tionis, ut inquit Abb. d. ca. fi. nu. 21. dicitur eſſe in
peccato, ſm Anch. in conſi. 5. in fi. ergo non datur
pſcriptio, qñ eſt nutritiua peccatis, atque ita Fely.
arguit Abbatem contrarietati, & idē uoluit Balb.
in d. tracta. in 2. par. 3. par. princip. q. 13. col. mihi
3. uer. hunc articulū, & col. 4. uerſi. & pro iſta par-
te, ubi ſequitur rationes Fely. dicens eas efficaciſ-
ſimas eſſe, & cum hac ſententia impugnādo Abb.
tranſit Crot. in l. omnes populi, nu. 75. ff. de iuſt.
& iure, ubi ait quod non interpellatus habet rei
alienæ conſcientiam, ex quo ſcit ſe debitorem; er-
go non debet poſſe præſcribere, & aduertit Lam-
berteng. gl. 3. d. nu. 84. & tex. in ca. fi. non conſide-
rat moram, ſed conſcientiam rei alienæ quæ inter
ſe differunt, ut per Vitalin. dicta clem. quia contin
git, num. 62. Nam & ſi mala fides reſultet eo ipſo
quod probatur ſcientia rei alienę, ut dixi ſupra: ta
men ſcientia rei alienę eſt aliquando ſine mala fi-
29 de, & nihilominus impedit pręſcriptionem, † ut
eſt gl. not. quam ſequitur Bal. in l. nec creditores,
num. ſecundo, C. de pignor. actio. Felyn. in cap. ſi
diligenti, col. mihi 4. in princip. uer. & nota quòd
ſcientia, de pręſcript. Balbus d. l. Celſus, in 3. par.
num. 20. uer. & nota quod ſcientia. proinde non
benè arguunt Hoſt. Abb. & alij, dum dicunt, debi-
tor non interpellatus non eſt in mora uel in mala
fide: ergo pręſcribit; quoniā, ut dixi, ex ſola ſcien-
tia rei alienę ſiue mora & mala fide impeditur
pręſcriptio, id quod etiam alio modo deducitur,
quia inueniens rem alienam, tenetur quęrere, &
inueſtigare ut agnoſcat dominum, non autem po
teſt illam ſibi retinere, ut per Scotum in 4. ſenten.
diſtinctio. 15. Ange. in uerſicu. inuenta, Tabien. in
uerſicu. reſtitutio, num. 27. Nauar. in manuali, ca-
pitu. 17. nume. 170. dum ergo concludunt talem
peccare ſi non perquirit, infertur, quod poſſidens
rem alienam, eſt in peccato, etiam ſi non ſit inter-
pellatus. Et ſicuti qui iurauit ſoluere, non pręſ-
ſcribit, ſecundum Hoſtien. d. §. quę res, ita non
pręſcribit, qui ſimpliciter promiſit, quia quoad
Deum nihil intereſt inter promiſſionem ſimpli-
cem, & iuratam, cap. iuramenti, 22. q. 5. & aduer-
tit Panorm. d. capitu. fina. nume. 20. & Canoniſtę
dicentes pręſcriptionem non procedere in perſo-
nalibus, intelligunt etiam creditore non petente,

vt per

vt per Vaſq.illuſtr.quæſtio.capitu.74.numero 7.
Sed vbi etiam vera eſſet opinio Hoſt. & Abb.
adhuc nõ faceret ad propoſitum duplici ratione,
quia ſcilicet debitor minoris eſt in mora ſine in-
terpellatione,& quia tutor tenetur non requiſitus
rationẽ reddere, vt dixi ſupra, ver. pati modo nõ
me turbat. ideo diſtinctio Hoſtien. & Abb. vrget
contra Dominum Rotarium, qui tenebatur offer
re debitũ non expectata requiſitione;id quod ego
alia ratione confirmo. erat enim Dominus Rota-
rius eiuſdem pupilli curator, & ex ratione officij
30 tenebatur exigere † a debitoribus ipſius pupilli
omne debitum,vt eſt text.in l.chirographis, ff. de
adm.tuto.l.qui negociationẽ,§.penult.ff. eo.titu.
qui loquitur quando debitor pupilli eſt frater tu-
toris,& alia iura citat Socin.d.conſi.2.nu. 7. vol.
2.plures congerit Plot.in tracta. de in lit. iuran.§.
5.nu.17.Caualcan.de tuto.n. 18. qui omnes di-
cunt,quod ſi tacti ſint non ſoluendo debitores pu
pilli, tenetur tutor vel curator, qui fuit negligens
in petendo; & ſicuti exigere debet ab alijs, ita &
31 † a ſe ipſo,quidquid debebat,l.ita autem,§.debi-
tor,ff.de adminiſtr. tutor. etiam ſi eſſet ſolum na-
turaliter obligatus,l.quotiens,§.item ſi tempora-
li,ff.eo.vbi dicit tex.quod contra ſeipſum tenetur
tutor eandem,imo maiorem quam cõtra alios di-
ligentiam præſtare. ſicuti igitur tutor eſt in mora
ſine interpellatione,qñ non exegit debita pupilli,
& hac ratione tenetur ad omne intereſſe:ita eſt in
mora non exigendo a ſeipſo,nec poteſt ideo obij-
cere minori, quod fuerit negligens in exigendo;
imo ſi alius debitor præſcripſiſſet, teneretur ipſe
32 tutor † de proprio,vt volunt præcitati Doctores,
& Bal.in l.in minorum,in fine,C.in quibus cau.in
integr. reſtit. non eſt neceſſar. multò ergo minus
poterit ipſe præſcribere.
Tertiò Dñus Aleramus in aſſumptione tutelæ
iurauit rationẽ reddere adminiſtrationis,reliqua-
tum reſtituere,& alia facere:ergo erat ſine alia in-
terpellatione in mora, quia iuramẽtum conſtituit
33 in mora,† Ioan.Andr.& alij in c.breui, de iureiu-
ran.vbi Abb.nu.5.Doctores in l.quod te, vbi Iaſ.
nu.22.& 24.& Dec.n.11.ff.ſi cer.pe.Afflic.deciſ.
174.nu.quinto,Ripa l.4.§.Cato,nu.59.& in l.in-
ſulam,nu.91.ff.de verbor.oblig. Crau.conſi.64.
nu.2.Nat.conſi.262.nu.20.Didac.li.3.var.reſo-
lutio.c.17.nu.5.Rolan.conſi.57.num.45.vol.pri-
mo,conſi.25.nu.22.vol.2.Cæph.conſi.118.num.
19.Deciſ.Pedem.49.num.7. Gabriel. commun.
opinion.lib.2.titu. de iureiur. concluſ. ſecunda,in
princip. & in terminis, quod debitor non præſcri-
bat, quando erat obligatus cum iuramẽto, voluit
Hoſtien.loco prædicto,vbi ita limitat ſuam diſtin
ctionem,& ſequuntur alij cum eo ſupra relati.
Quartò viuẽte Dño Aleramo tenebatur pater
Dominarũ ſororum nunc agentiũ præſtare reue-
rentiam ei tamquam curatori & affini prouectę iã
ætatis,ideo ſi nõ petijt, id fecit ductus metu reue-
34 rentiali, & ideo non patitur præſcriptionem, † vt
voluit Angelica in verbo, mora, il primo, ver. &
Iſtud eſt veriſſimũ, vbi ait quod ſi creditor abſtĩ-
net a petitione debiti propter metũ reuerentialẽ,
tunc debitor conſtituitur in mora ſine monitione;
idem voluit Silueſtr.in eodem verbo,q.1. Tabie-
na in eodem verbo,nu.1.Nauarrus d.c.17.nu.79.
Remouetur ẽt ex prędictis oppoſitio, quod ſal
tem eſſet Dñs Aleramus in mala fide ficta & præ-
ſumpta,quæ non impedit præſcriptionem,nõ au-
tem in vera,quæ impedit: quandoquidem ẽt præ-
ſumpta impedit, ne talis malę fidei poſſeſſor præ-
ſcribat,& ne etiam hæres vtatur acceſſione autho-
ris defuncti, qui erat in mala fide pręſumpta, vt
per gl.in d.l.tutor rerum,in gl.magna, in fin.ff.de
adminiſtr.tuto.de qua magnũ facit ſectum Caſtr.
in l.numquam,ff.de vſucap.& ſequuntur multi ci
tati pro contraria parte,in fi.ita quod ẽt ſtante ma
35 la fide ficta authoris hæres † bonæ fidei debet ex
perſona propria inchoare præſcriptionem, nõ aũt
vti tẽpore authoris.vt per Balb.& alios ibi citatos
Vaſq.d.c.73.n.18.vbi dicit eſſe hoc receptiſſimũ.
Rurſus reſpõdeo,ꝙ in præſenti caſu mala fides
eſt uera, non pręſumpta, quia tutor ſciebat ſe ad-
miniſtraſſe,& non reddidiſſe rõnem, neque librũ
exhibuiſſe,aut reliquatũ reſtituiſſe uti facturum ſe
iurauerat, & ſcientia rei alienæ inducit malã fidẽ,
vt dixi ſupra,in ver.quod aũt, & declarat eam eſſe
malam fidem verã, Balbus d.tract.ſecunda par.3.
par.q.3.& in hoc eſt aduertendum,quod vera ma
la fides non põt probari demonſtratiuè, ſed tali
36 Deo † nota eſt:ſicuti ẽt uera fides bona, vt decla-
rat Vaſq.illuſtr.quæſt.c.73.nu.18.c.74.num.8.&
cap.81.nu. 3. & ſubdit, quòd confitens ſcire rem
eſſe alienam,licet præſumatur in mala fide,ut per
Bal.in l.Celſus,ff.de vſucap. quem ſequuntur plu
res citati a Balbo ibi,in 3.par.ſeu requiſito,nu.15.
& ſeq. tamen non infertur, quod ſit in vera mala
fide,quia poſſumus cõtrarium ſentire eius, quod
ore proprio profitemur,l.an inutilis, ff. de accep-
tilatio.l.obligationũ ſubſtãtia,ff.de actio.& oblig.
37 l.non ſolum,ff.eo.ti.ideo † probatur ex coniectu-
ris,ſecundum Barto.Imola,& Balb.in d.l.Celſus,
& comprobat Abb.d.c.fi.nu.46. de pręſcr. proin-
de non deſinit eſſe vera mala fides ea, quę conie-
cturis urgentibus probatur: alias numquam eſſet
quis in uera mala fide, & ſuperflua eſſent, quæ de
uera mala fide dicunt Doctores,nec de ea tractan-
dum in foro contentioſo, ſed tantummodo in fo-
ro poli,ubi iudex omnia quantumuis occulta vi-
det. ſtante autem mala fide, non poteſt etiam hę-
res inchoare pręſcriptionem.
Per hęc demonſtratur,ni fallor,malè cõſuluiſ-
ſe Purpur.in d. conſil.339. dum vult quod tutor
poſſit pręſcribere:mouetur enim falſis fundamen-
tis,ideſt quia tutor conuenitur ad factum, & non
ad dandum; cujus tamen cõtrarium probauimus
verum eſſe. Item dicit debitum tutoris eſſe incer-
tum: cum tamen hoc non ſit verum, inſpecta ip-
ſius tutoris perſona, qui ſemper ex libro rationũ
poteſt certificari,an ſit debitor,uel creditor. Item
mouetur ex dicto Abb. in ca. quod clericis, quod

multis

multis teprobauimus. & quod dicunt Doctores tutorem teneri vſque ad triginta annos, procedit iure ciuili, ſed inſpecto iure canonico non præſcribit in mille annis propter malam fidem.

SVMMARIVM.

1 *Beſtia appellatione, non venit animal manſuetum. vide tamen, num. 2.*

2 *Beſtia appellatio continet boues, & alia manſueta animalia inſpecta conſuetudine.*

3 *Animal mortuum deſinit eſſe animal.*

4 *Gabella non ſoluitur pro cadauere, ſtante ſtatuto quod ſoluatur ab ingredientibus ciuitatem.*

5 *Gabella pro animalibus ſoluenda, non debetur pro mortuis.*

6 *Statutum intelligitur ſecundum communem vſum loquendi.*

7 *Vſus communis loquendi præualet propria ſignificationi.*

8 *Obſeruantia declarat mentem ſtatuentium.*

9 *Gabella ſolui debet etiam pro beſtia laniata & diuiſa in fruſta.*

10 *Alienatio dicitur in fraudem facta, quando omnia bona venduntur etiam in diuerſis vicibus.*

11 *Emens in diuerſis vicibus omnia bona alicuius, an teneatur ad debita, ſtante ſtatuto quod emens omnia bona, ſoluat debita.*

12 *Donatio omnium bonorum facta in pluribus vicibus reuocatur per ſuperuenientiam filiorum.*

13 *Mens ſtatuti magis conſideratur, quam verba.*

CONSILIVM CCXCVII.

1 BESTIAE appellatione, regulariter non venit † animal māſuetum, ſed inſpecta conſuetudine veniunt boues, pecudes, & ſimilia, ſecundum Bart. & Ang. in l. prima, §. beſtias, de poſtulan. Matheſila. notab. 96. imo Alber. d. §. beſtias, & in ſecunda parte ſtatut. quæſtio. 98. & Soc. in l. 3. §. Nerua filius, ff. de acquir. poſſeſſ. uolunt quod ſecundum proprietatem ſermonis no-
2 men beſtiæ, † includat manſueta animalia: proinde ſtante conſuetudine, non eſt dubium, quin ſtatutum intelligatur de bobus, vaccis, & ſimilibus; id quod voluit quoque Natta in conſi. 347. num. ſecundo. difficultas eſt ſolum, an ſtatutum diſponens quod de qualibet beſtia vendita in loco, certum quid ſoluatur communitati, procedat in ea quæ dilaniata, & per fruſta fuit vendita diuerſis perſonis. & videtur quòd nihil ſit ſoluendum, per tex. l. ſi ſeruus, §. boue, ff. de condic. furtiua, vbi nō datur furtiua condictio ad carnem, vel corium, ni ſi noua accedat contrectatio, & eſt tex. in l. mortuo boue, ff. de leg. 2. vbi mortuo boue, qui fuerat legatus, nō debetur caro, aut corium. definit enim
3 eſſe beſtia, quando anima † ſenſitiua ſeparata eſt, vt inquit Bart. in d. l. ſi ſeruus, §. boue, in l. mortuo boue, & in l. ſi Stichus, ff. de verbor. oblig. & rurſus in tract. de alueo, §. quod ſi, nu. 12. vbi idem dicit de homine, qui ſeparata anima efficitur cadauer, & deſinit homo eſſe, & ideo Guliel. Cun. in l. quod te, ff. ſi cer. pet. dicit quod promittens vnum par caponum, non poteſt dare mortuos, ſequitur ibi Bar. in fi. Alber. Ang. Alex. Iaſ. Ripa, & alij, & dicit Floria. in l. 2. §. prætor, & in l. nec corpora, ff. de relig. & ſump. fune. quod ſi ex forma ſtatuti ſolui debet gabella per eos, qui intrant ciuitatem, nō
4 fiet ſolutio pro cadauere † importato. & ideo in propoſito inquit Bar. in d. l. cum de lanionis, in fi. princ. ff. de fundo inſtruc. quod beſtia mortua nō venit appellatione beſtiæ, & infert hoc facere ad ſtatutum, quod gabella ſoluatur pro qualibet beſtia, licèt ſecundum eum glo. ibi contrariū teneat. hinc etiam inquit Ang. in d. l. quod te, in fi. quod
5 ſi de venditione animalium † ſolui debeat gabella, non fiet pro mortuis ſolutio, ſed pro viuis; atque hoc dicit perpetuo notandum, & ita decidere videtur Alber. in tracta. de ſtatu. par. 2. car. penult. in quęſt. incip. quid ſi ſtatuto prohibeatur, vbi loquitur in ſpecie de beſtia vendita per fruſta, Bertachin. in prima par. 8. par. princ. quæſt. 6. vbi allegat ſimilia, Afflict. in tit. quæ ſint regalia, in ver. vectigalia, nu. 208. Iaſ. in d. l. quod te, in fi.

Sed in facti cōtingentia cōcludo, contrariū verius eſſe, ſm ea quæ proponuntur: nam & ſi fortè verū ſit de proprietate ſermonis, quod beſtia mortua nō veniat beſtiæ appellatione, in quo tñ Rainer. contrariū tenuit per l. ſi vehenda, in prin. ff. ad leg. Rod. de iactu. vt eum refert Alex. ad Bart. in d. l. cum de lanionis. tamen ſecus eſt inſpectio com-
6 muni † vſu loquendi, ſecundum quem conſtat beſtiam quoque appellari bouem, ſeu vitulum mor-
7 tuum, & non eſt dubiū, quin ſtatutū intelligi † debeat ſecundum cōem loquendi vſum, Bart. in l. non dubium, C. de legib. eſt tex. in c. quamquam, 2. quæſt. 7. ibi ſm vocabula, quæ obtinuit vſus, Butri. & Abb. in proœ. decret. & in ſtatuto ponit Bar. in l. ſtipulatio iſta, §. hoc quoque, ff. de verb. obligat. Brun. de ſtatu. exclu. fęmin. in 6. art. princ. in 4. memb. quæſt. 7. colum. pen. Soc. conſi. 203. col. 2. vol. 2. communis enim loquendi vſus præualet ſignificationi, Bart. in conſi. 138. in fi. & dicit Oldrad. in conſil. 168. in 3. dubio, quod in ſermonibus intelligendis communis vſus præualet omni regulæ, & omni conſtitutioni, Gozadin. in conſil. 59. col. 3. in fi. Soc. iun. in conſil. 128. nu. 184. volum. 1. & in conſi. 35. num. 14. cod. volum. Rolan. in tracta. de lucro dot. quæſtio. 98. vbi nu. 9. dicit hoc procedere etiam quando ſtatuta ſunt ad litteram intelligenda, vel prout iacent.

Secundò confirmatur hæc opinio ex ſubſequuta obſeruantia: nam ſemper etiam pro mortuis beſtijs facta eſt ſolutio: proinde ea obſeruantia,
8 quid ſenſerint † ſtatuentes declarat, capit. cum dilectus, de conſuetud. l. minimè, & l. ſi de interpretatione, ff. de legib. capit. cum veniſſent, de inſtit. vbi Butr. colum. ſecunda, ver. oppono ſecundo, & colum. 8. verſi. oppono cum glo. & ibi ſequitur Imola, colum. 8. Soc. conſi. 145. colum. ſecunda, volum. primo, vbi dicit procedere etiam ſi obſeruantia

ſeruantia eſſet contra verum intellectum diſpoſi
tionis, & dicit Ange. in conſi. 184. colum. 1. quod
obſeruantia declarat inueſtituram, Natta qui mul
tos citat in conſil. 406. num. 28. Tiraq. in tracta.
præſcript. in verſi. per annos decem, num. 24. Ce-
phal. in conſil. 272. num. 244. D. Becius, qui latè
explicat in conſ. 101. num. 49. propterea non po-
teſt eſſe dubium, quin pro beſtia quoque mortua
ſolutio fieri debeat.

Hoc autē ſtante, non video, quare ſolui nō de-
beat pro ea, quæ eſt laniata, vel vendita per fruſta,
cum eadem omnino rō in ea militet, quæ a ſtatuto
conſideratur in beſtia nō in partes diuiſa: alias. n.
poſſent fieri fraudes ſtatuto vendendo per partes,
vti faciunt macellarij, & pro hoc videtur in ſpecie
deciſio Iulij Ferre. in tract. de gabel. num. 414. qui
9 vult quod gabella † ſoluatur pro beſtia laniata,
pro quo ego addo quod non eſt conſtituendū di-
ſcrimen, ꝗ res tota vnico, vel plurib. contractibus
vendatur, per ea, quæ ponit Bart. in l. nomen, §. fi-
10 lio, in fi. ff. de leg. 3. vbi dicit nō minus † alienatio
nem dici in fraudem, qñ plurib. contractibus oēs
res vēdit, quam ſi omnia bona vnica vice aliena-
ret, & dicit Bal. in l. 1. nu. 9. C. qui bon. ced. poſſ. ꝗ
debitor dicitur in fraudem facere; ſiue ſemel & ſi-
mul vendāt omnia bona, ſiue interpellatis vicib.
nunc vnam, & nunc aliam, idem Bal. in l. ſi vnquā,
nu. 2. ver. quid ſi non dixit, C. de reuoc. donatio. &
dicit Bal. in l. 2. circa princ. C. de repud. hær. quod
filius non minus videtur abſtentionem reuocare
emendo omnia bona paterna diuerſis emptioni-
bus, quàm vnica, & dicit ibi Alex. quod frans præ
ſumitur per alienationē maioris partis bonorum
etiā particulariter factā, Iaſ. in l. 1. nu. 3. C. de re-
pud. hæred. & quāuis Bar. in l. ſi peculiū, la picco-
la, ff. de pecul. leg. ſtante ſtatuto, quod emens ali-
11 cuius bona omnia teneatur eius debita † ſoluere,
dicat eum non teneri, qui diuerſis temporib. emit
modo vnam & modo aliam: tñ in contrarium il-
lum intelligit Roma. ſing. 564. & relinquit cogitā-
dum Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem, num. 38. vbi
Gomeſ. colum. 10. Inſtit. de actio. apoſt. ad Bart.
d. l. ſi peculium, & ad Roma. in d. ſing.

Confirmatur ex eo quod ponit Corne. in cōſi.
11. colum. 9. ver. ſi verò teneamus, vol. 3. vbi dicit
ſuperuenientia liberorum reuocari donationem
12 omnium bonorum, quæ † particulariter facta ſit
pluribus vicibus, quia eadem eſt ratio, & daretur
occaſio fraudis, ſequitur Ripa in l. ſi vnquam, q. 8.
nu. 17. C. de reuo. donat. vbi Tiraquel. in verſ. om
nia, vel partem aliquam, num. 33. & ex ijs tollitur
etiam vnum, quod poſſet opponi quòd ſcilicet cū
plures ſint venditiones, nō verificantur verba ſta-
tuti loquentis de beſtia uendita: una quæque. n.
uenditio de per ſe, non continet unā beſtiā: rñde-
tur enim, quod inſpecta uēdentis perſona dicitur
uēdita una beſtia, licet plurib. facta ſit per partes,
non minus ꝗ ſi eodem tempore pluribus integra-
liter beſtia uenderetur pro indiuiſo, & in ſtatu-
13 tis † eſt magis conſiderāda intentio, quàm uerba,
Cyn. & Bald. in l. 1. ff. ſi cer. petat. cum alijs apud
Tiraq. d. l. ſi vnquam, in ver. libertis, num. 54.

S V M M A R I V M.

1 Conditio nihil ponit in eſſe.
2 Cōditio dēt impleri antequā emolumētum ſequatur.
3 Conditio non ſortitur effectum ante implementum.
4 Exequutio incohari poteſt à captura perſonæ contra debitores fiſcales.
5 Reſcriptum impetratum per falſas preces non iuuat.
6 Securitas eſt priuilegium, ſiue beneficium.
7 Reſcripta gratia vitiātur ipſo iure per obreptionem, vel ſubreptionem.
8 Citatio falſa vitiat quidquid inde fit.
9 Cauſa falſa ēt ignorata ab impetrante vitiat gratiā.
10 Securitas eſt ſpecies pacti.
11 Fidem frangenti fides frangatur eidem, etiam ſtante clauſula, rato manente pacto.
12 Reſcriptum pro eo non eſt ſcriptum, qui contrauenit.
13 Securitas non eſt ei ſeruanda, qui abutitur illa.
14 Securitas expirat, quando is delinquit, qui eam impetrauit.
15 Securitas intelligitur rebus in eodem ſtatu permanentibus.
16 Securitas nō extenditur ad delicta poſtea commiſſa.
17 Securitas non trahitur ad futuras obligationes.
18 Cauſa noua vbi ſubeſt, poteſt quis venire contra pactum, tranſactionem, & ſententiam.
19 Hæres poteſt conuenire durante tempore ad conficiendum inuentarium, quando ipſe promiſit, vel eſt condemnatus.
20 Præcedentia declarantur ex ſequentibus.
21 Semper dictio reſtringitur ſecundum ſubiectam materiam.
22 Securitas indebite conceſſa debet ſeruari.
23 Concluſio attenditur, non narratio.
24 Concluſio contractus attenditur, idem eſt in priuilegio, reſcripto, & libello.
25 Eluſorium actum facere nemo præſumitur, & ibi alia ponuntur.
26 Fruſtra impetratur ab homine, quod a iure conceditur.
27 Modus non impedit ortum obligationis.
28 Modus eſt quando obligationi aliquid adijcitur implendum poſt emolumentum quæſitum.
29 Securitas conceſſa ſub modo eſt ſeruanda, nec violari poteſt ſub prætextu modi non impleti.
30 Securitas indeterminato tempore conceſſa non poteſt reuocari, niſi dato tanto tempore quantum veriſimiliter neceſſe eſt pro reditu, & nu. ſeq.
31 Securitas pro acceſſu conceſſa, intelligitur etiam pro receſſu.
32 Securitas ceſſat, quando finalis eius cauſa ceſſat, ſed ſecus eſt in cauſa impulſiua.
33 Cauſa impulſiua ſi ceſſat, non facit ceſſare effectum.
34 Reſcriptum gratioſum non vitiatur ceſſante cauſa impulſiua, quando gratia remanet in eodem caſu.
35 Quando dictio, facit conditionem.
36 Conditio quando deficit idem eſt, ac ſi diſpoſitio non eſſet facta.

Fides

37 *Fides frangi non poteſt frangenti circa capitula diuerſa, & quæ dicantur correſpectiua & diuerſa.*

38 *Dolũ qui allegat, tenetur probare perſpicuis indicijs.*

39 *Conſenſus in contractibus debet eſſe ſimultaneus, & ibi infertur ad multa.*

40 *Promittens bis eandem rem, non poteſt conueniri ex ſecunda promiſſione, & procedit in omni contractu, vt num. ſeq.*

41 *Glo. in l. qui bis idem, ff. de verb. obl. & in l. fin. C. de nouat. reprobantur communiter.*

42 *Promittens bis eandem rem in contractibus, non conuenitur ex ſecunda promiſſione, quamuis facta ſub commemoratione primæ; ſecus autem eſt in vltimis voluntatibus.*

43 *Nouatio de iure antiquo non inducebatur ex noua promiſſione facta abſque interuentu nouæ perſonæ.*

44 *Nouatio extinguit præcedentem obligationem, & transfundit in ſequentem.*

45 *Fideiuſſor primæ obligationis liberatur, quando ea obligatio nouatur, & dantur noui fideiuſſores.*

46 *Securitatis cauſa ceſſante ſecuritas ceſſat.*

47 *Oppoſitum idem operatur in oppoſito, quod propoſitum in propoſito.*

48 *Cauſa donec durat, effectus durat.*

49 *Plura quando obſtant, vno ſublato remanent alia.*

50 *Verba intelligi debent ſecundum proprium intellectum, & ibi ampliatur.*

51 *Securitatem eſſe ſeruãdam in dubio ſit interpretatio.*

52 *Conceſſio determinata attenditur, quando petitio eſt indeterminata.*

CONSILIVM CCXCVIII.

LICVISSE detinere hunc D. debitorem nõ obſtãte publica fide, quæ
fuit data per Illuſtriſſimum D. Gubernatorem, ſuaderi videtur ex infraſcriptis. Et primò quòd ſecuritas
fuit conceſſa ſub certa conditione, dummodò
ſcilicet ipſe, & ſocij ſoluerent, quod debebant, &
conditio ſignificatur ex illis verbis, *aſſicurandomi
eſſa con la lettera delli cinque di queſto, che ſi voglia
1 coſi fare.* Conditio autem nihil ponit † in eſſe, l. cedere diem, ff. de verb. ſign. l. ſi quis ſub cõditione,
ff. ſi quis omiſ. cau. teſtam. Pariſ. in conſil. 164. nu.
19. vol. 4. Soc. iun. in conſ. 82. nu. 18. vol. 1. Rol. in
conſ. 58. nu. 17. vol. 3. Deciſ. Pedem. 166. nu. 5. &
2 eius eſt natura, vt prius impleatur quam † emolumentum quæratur, l. Thais ancilla, §. Stichus, ff. de
fideicommiſſ. lib. Bart. in l. quibus diebus, §. Termilius, nu. 6. ff. de cond. & demon. Alex. in conſil.
119. nu. 1. verſi, & licet, vol. 1. Rny. in conſil. 181.
nu. 2. vol. 1. Natta in conſi. 372. nu. 4. Pariſ. in conſil. 19. num. 46. vol. 3. Rolan. in conſi. 63. num. 20.
vol. 4. Cæphal. conſ. 207. nu. 52. conſ. 269. nu. 25.
& in conſi. 395. nu. 22. Menoc. in conſil. 1. nu. 411.
conditio enim ſuſpendit actum, & ideo diſpoſitio
3 ante illius † implementum non poteſt effectũ ſortiri, l. qui hæredi, vbi Bart. & Soc. ff. de condit. &
dem. l. is qui hæres, vbi Bart. & Iaſ. ff. de acq. hær.
Pariſ. latè in conſil. 8. nu. 22. vol. 4. cum igitur neque ipſi ſoluerint, neque ſolutioni accingere ſe curarent, iuſtè potuit cõcedi detentio contra eos tãquã fiſcales debitores obligatos in forma Cameræ apoſtolicæ, cuius vigore obligationis inchoari
4 potuit executio † a captura perſonæ, l. nemo, vbi
Ioan. de Platea, num. 15. & 18. C. de exact. tribut.
lib. 10. Maran. de ord. iud. in 6. par. num. 12. §. vltimo, vbi dicit in debitore fiſcali non ſeruari ordinẽ
datum in l. a diuo Pio, §. in vẽditione, ff. de re iud.
Cæph. in conſi. 439. num. 24. vbi dicit, quod executio incipere poteſt a perſona, & faciunt quæ
de inſtrumento guarentigiato dixit Bald. in l. factum, C. fam. erciſc. Soc. in conſi. 24. nu. 48. vol. 1.
Secundò, quia ſecuritas conceſſa fuit ex cauſa falſa, & ad falſas preces dictorum debitorum, qui dixerũt ſe tantam ſalis quantitatem induxiſſe in Ducatum Montisferrati, quæ ſufficere poſſet nedum
pro vſu, & munitione, & commeatu ſtatus, ſed etiã
pro ea præſtatione, quam promiſerant Cameræ
Ducali. Item ſe aureos ter mille diem adiectam
obligationi repræſentando ſoluiſſe, id quod tamẽ
hactenus haud ſatis pro comperto eſt, & qui fal-
5 ſum exponit, † caret impetratis, l. & ſi legibus, C.
ſi contra ius vel vtil. publ. & cum ſaluus cõductus
6 ſit gratia, ſiue appellemus † priuilegium, vt dixit
Pet. Bellus de re milit. par. 9. titu. de ſalu. cond. nu.
17. Blanc. in pract. crim. in §. datis defenſionibus,
nume. 53. ſiue ſit beneficium quod magis placet
Menoch. in tracta. de arbitr. iud. caſu 336. nu. 23.
non eſt dubium, quod ob falſitatem cauſæ vitiatur
7 ipſo iure, † Socin. in conſil. 13. colum. 3. uolum. 1.
cum alijs per Menoch. cumulatis in d. tracta. caſu
201. num. 2. vbi dicit reſcripta gratiæ uitiari ipſo iure per obreptionem, uel ſubreptionem, & latè examinat, & num. 22. poſt Didac. quem refert concludit id procedere etiam ſi cauſa ſit non finalis, ſed
impulſiua. Non enim debet quis ex ſuo dolo, &
improbitate commodum reportare, cap. & ſi neceſſe, de donat. int. uir. & ux. l. ſi itaque Iullo, ff. de
furt. qua ratione dicitur reuocari poſſe falſitate
8 detecta quicquid eſt † ad falſam aduerſarij citationem, Bart. in l. quæſitum, ff. quando act. de pecul.
glo. fin. in l. error, ubi Bart. col. 2. C. de iur. & facti
ignor. Fely. in capit. intimauit, colum. 1. de teſtib.
& falſa cauſa uitiat gratiã, etiam ſi fuerit ignorata
9 † ab impetrante, ut uoluit Bero. in c. ex literis, in
fin. de reſcript. quia ſecundum eum fortius eſt impedimentum ab initio cõſiſtens, quam poſt factũ
ſuperueniẽs, l. patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui,
uel al. iuris, & idem uoluit Tiraq. in tracta. ceſſan.
cau. par. prima, nu. 113. ubi etiam dicit, quod ceſſante cauſa gratiæ, ceſſat gratia, de ſecuritate ponit
Blanc. in pract. crim. loco prædicto, nu. 54. Tertiò
uidetur fiduciam datam non fuiſſe eis ſeruãdam,
ex quo ipſi non ſeruarunt alia, quæ fuerunt in eadem fiducia ſibi ordinata, & præcipuè ne permitterẽt inutiliter elabi tantũ temporis opportunitatem, ſed dũ eis aeris tẽperies indulgebat, ſedulam
operã nauarent, atque omni ope niterẽtur, ut quãtã poſſent ſalis quãtitatem in hunc ſtatũ infeṙrẽt,
& inue-

& inueherent, ipſi verò ſegnius inuectiones cura-
re, alijſq; omnib. operam dare maluerunt, quam
his vnde totius contractus baſis dependebat. Eſt
10 autem ſaluus cõductus † ſpecies pacti, vt dicit Si-
gnor. in conſi. 103. nu. 6. in fi. verſ. prætcrea verba,
vbi dicit, quod fiducia ſapit naturã pacti, in pacto
11 autem ſubeſt regula, quod frangenti fidem † fides
frangatur eidem, l. cum proponas, C. de tranſact.
cap. conſtitutus, de appell. & dicit Bal. in l. cũ pro-
ponas, C. de pact. quod hoc procedit etiam ſtante
clauſula, rato manẽte pacto, quia illa clauſula ope
ratur ſolùm ad fauorem eius, qui ſeruat pactũ, &
12 dicit Inn. quod reſcriptum pro † eo non videtur
ſcriptum, qui contrauenit, ſequitur Sal. in d. l. cum
proponas, Barb. in conſi. 74. col. 11. vol. 3. & dicit
idem Sal. ibi, quod pactum videtur pro eo appoſi
tum, qui ſeruat contractum, & plura ponit Barba.
in d. conſ. 74. quæ non curo tranſplantare, aliqua
ẽt Dec. d. cap. conſtitutus, il primo, nu. 2. de appel.
vbi refert dictum illud Inn. quod pro eo non vide
tur ſcriptum, qui venit contra reſcriptum; & dici-
tur facere contra ſcriptũ, qui nõ facit id qđ ex ſcri
pto facere tenebatur, vt d. l. cũ proponas, la ſecon-
da, vbi Caſtr. dicit, quod non põt quis ſe fundare
ſuper contractu, vel actu, quẽ non ſeruando impu
gnauit, & ſubdit ibi Dec. ampliari hoc modo regu
lam c. ex eo, de reg. iu. in 6. vt procedat ẽt in eo, qui
impugnat non faciẽdo, & illud dictum Inn. refert
Bal. l. præſcriptione, nu. 41. C. ſi contra ius vel vtil.
publ. cũ igitur debitores non obſeruauerint, ea ꝙ
ſibi in ſecuritate pſcripta ſunt, gaudere nõ poſsũt
beneficio ſecuritatis. Quartò ſi diligẽter obſerue-
tur quæcunq; ante impetratum ſaluum conductũ,
& poſt impetrationẽ fecerunt hi debitores, digno-
ſcetur eos non ad alium finem affectaſſe ſecurita-
tem, quam vt ſub eius clipeo tutius fraudare poſ-
ſent Ducalem Cameram: nam a principio huius
contractus vſque in præſentẽ diem nihil vnquam
fuit illis pacificum, verũ nouas ſemper innouare,
& ſuſcitare difficultates nõ deſtiterunt, quib. pro-
miſſam penſionẽ ad nihilum paulatim reducerẽt,
quib. ex Sereniſſimi Principis clemẽtia factũ eſt,
vt precium ſalis autem fuerit quatro plus ſolito,
homines ſtatus grauati onere capiendi ſal in locis
diſtantibus per decem milliaria proprijs expẽſis,
& alia plura præter primũ contractum in eorum
cõmodum addita: cum verò ſecuritatem impetra-
runt, nihil magis curarunt, quam rationes negocia
tionis componere, & reſtringere, debitores exige-
re, & alia, quæ eorum exigebat vtilitas ſedulo fa-
cere, quę verò contractus obſeruantiã reſpiciebãt,
vt ſalis quantitatem, quãtam maxime poſſent in-
uehere, dum tempus permittebat, illumq; in ſin-
gula inſigniora loca diſponere, & deſtribuere, vt
hiberno tẽpore vſui deſeruiret, cũ omnia itinera
occupantib. glacie, niue, & plunijs ad Genuenſiũ
loca neque tutus, neque facilis patet comeatus, cõ
tra verò ſignius habita ſecuritate geſſerunt, id qđ
ex contingentia facti licuit palpare, quia ceſſarunt
inuectiones, & facti loco verba dederũt; quare di-
ci verè põt ſaluum conductum eos affectaſſe, vt ꝗ
negociationis ſuæ exigeret vtilitas diſponerent:
Camerã verò ſua penſione fraudarent, aut ſaltem
diuerſis promiſſionib. ludificarent: ſecuritas autẽ
13 illis non eſt ſeruanda, qui ea † abutuntur, quia idẽ
eſt in omnib. qui conceſſo priuilegio eo abutun-
tur, l. nullus, & l. Iudæos, C. de Iudęis, Blãc. qui in
ſpecie loquitur in loco pręcitato, nu. 53. ubi infert
non eſſe ſeruandum ſaluum cõductum eis, qui ut
tutius ſub eius clipeo poſſent delinquere, illũ im-
petrarunt, ſequitur Meno. d. caſu 337. nu. 15. for-
tius uoluit Rom. in l. 4. §. ſi ſeruus, n. 10. ff. de acq.
poſſ. quod ſi bannitus pendente ſecuritate delin-
14 quat, expirat ſaluus conductus † per eius delictũ,
Ang. tract. maleſ. in uerſ. ſama publica, q. 5. ubi ci-
tat gl. & Ang. quod ẽt uoluit Nellus in tract. bãni-
to. in 2. par. 2. temp. q. 16. dicens quod delinquen-
do abutitur ſuo priuilegio, præcipuè, qñ deliquit
poſt ſecuritatẽ, quia eo caſu doloſè uidetur illam
impetraſſe, l. ſi uẽtri, §. fin. ff. de priuileg. cred. ideo
ea gaudere non põt, l. ſed Iulianus, §. proinde, ff.
ad Maced. Vital. in tract. clauſ. in uerſi. nihil inno-
ua. ſecur. pend. col. 2. & idẽ uidetur tenere Bellus
in trac. de re milit. par. 9. tit. de ſaluo cond. nu. 32.
quia nõ meretur beneficiũ, qui in legẽ cõmittit. &
quamuis Dec. in d. c. conſtitutus, il 1. nu. 2. teneat
contrarium: tñ, qñ conſtaret vel ex cõiecturis, uel
aliter eum doloſè impetraſſe, ut eius clipeo tectus
delinqueret res eſſet clara, ut uoluit Blãc. loco ſu-
pra relato, & Meno. d. caſu 337. nu. 14. ex quo igi-
tur in propoſito facti ſpecie apparet malitioſè af-
fectatã fuiſſe ſecuritatẽ, potuit licitè uiolari. Quin-
tò plane cõſtat poſt ſecuritatẽ impetratã eũ, & ſo-
cios ſæpiſſime promiſiſſe ſe quinque milia minarũ
ſalis breui pſtaturos, ſed & ſi tantũ temporis exa-
ctũ ſit, quo facilime inuehi ea quãtitas, & tradi po
terat, nunquã tñ eius promiſſionis aliqua facta eſt
realis excquutio ſeu implementũ. licuit itaque ui-
gore huius promiſſionis eos retinere & capere: ſe-
15 curitas. n. intelligi dẽt rebus in eodẽ † ſtatu perma
nentibus, l. cũ quis, in princ. ff. de ſolut. c. fin. extra
de hæret. & in propoſito ita dicit Rom. d. §. ſi ſer-
uus, nu. 10. inquiens, quod ceſſante, & deficiẽte eo
dem rerũ ſtatu, uel eo mutato expirat ſecuritas; &
dicit ꝙ ſecuritas habet tacitã conditionẽ, niſi ipſe
nouã præbeat offenſionis cauſam, Nellus, d. q. 16.
Blanc. d. nu. 52. Vital. d. uerſi. nil noua. ſecur. pẽd.
col. 2. circa fin. ideo dicunt Doct. quod ſecuritas
16 † nõ extenditur ad delicta ſutura, Signor. in cõſi.
103. nu. 3. Aret. in d. trac. maleſ. in d. q. 5. Bellus d.
tit. 1. nu. 32. & 60. ubi dicit non eſſe dubitandum,
quin pro delictis poſt ſecuritatẽ commiſſis puniri
poſſit, & pro hoc faciunt quæ ponunt Rom. Ang.
Aret. Nellus, Dec. Vital. Blãc. & Meno. in locis ſu-
pra citatis, qui dũ dicunt uiolari poſſe ſaluum con
ductum, ſi delinquat is, qui cum impetrauit, & ita
uolunt poſſe puniri pro præteritis delictis, multo
magis admittũt p futuris coerceri poſſe, & eſt re-
gulare, quod ꝗlibet diſpoſitio intelligitur reb. ſic
ſtãtib. c. 2. de iureiu. & poſsẽt allegari infinitę deci
ſiones,

17 ſiones. Et in ſpecie quod fiducia † nõ extendatur
ad futuras obligationes, ponit Ange. in l. pen. §. il-
lud, ff. quod quiſque iuris. vbi dicit, qđ reſcriptũ
non extenditur ad futuras obligationes, q̃a impe-
trans potuit ſibi prouidere, ſequitur Caſtrẽ. Alex.
& Iaſon, & idẽ tenet Vital. in dicta clau. nil noua.
ſecur. penden. in fine, Guido Papæ, qõ. 109. Mar-
cus Antonius Cucus de Morato. præſcriptio. nu.
101. & hoc caſu nõ venit contra ſaluũ cõductum,
18 nec illum dicitur violare, qui ex ſuperueniẽti † cã
ſecuritatẽ nũ ſeruat, l. ſi de certa, vbi no. C. de trã-
ſact. vbi non venit contra tranſactionẽ is, qui ex cã
noua illã impugnat, & qui agit ex cauſa, quę poſt
ſnĩam ſucceſſit, nõ venit cõtra ſnĩam, l. cum quæri
tur, ff. de excep. rei iudic. latè Barbat. d. conſil. 74.
col. 14. in princ. vol. 3. q̃ ob rẽ licitè retineri potue
runt vigore promiſſionũ, quas poſt ſecuritatẽ ſece
rũt. & pro hac ſnĩa adduco id, qđ ponit Angel. in
conſ. 30. colũ. 2. in fine, vbi dicit, quod etſi hæres,
qui inuentarium confecit, non teneatur vltra vires
hæreditarias, ſed gaudeat oĩ beneficio inuentarij;
19 tñ hoc fallit, qñ hæres † ipſe vel promiſiſſet ſolue-
re debitum hæreditarium, vel per ſnĩam, aut lau-
dũm cõdemnatus fuiſſet ad ſoluẽdum, q̃a tũc non
gaudebit bñficio inuentarij, & conueniri poterit
intra tẽpora inuentarium cõficiendi, ſeq̃tur Aret.
in conſ. 147. col. pen. nu. 3. Dec. in conſ. 300. nu.
8. eandem ſententiam probarunt Barbat. Bolog.
Corn. Boer. & Anchar. mod. quos refert, & ſequi-
tur Rol. in tracta. de confect. inuent. verſ. benefi-
cium inuentarij, fol. mihi 154. Phanuc. de lucro
dot. glo. 8. num. 57. & in tract. de inuent. par. 6. nu.
108. & ſeq. ita in propoſito, quamuis durante ſe-
curitate debitor conueniri non poſſit pro debito
ante ſecuritatem contracto, poterit tamen conue-
niri, ſi poſt conceſſam ſecuritatem ſe obligauerit,
vel ſoluere promiſerit, quia ſecuritas non exten-
ditur ad futuras promiſſiones, vel obligationes.
quibus ſic ſtantibus nõ opus eſſet quærere, an vir
tus ſecuritatis extinguatur cũ primo acceſſu, quẽ
fecerunt ad hanc Ciuitatem: quia etiã ſi fides ſui
natura poſſet ad iteratos actus extendi, tñ ex præ-
dictis cauſis non fuit his debitoribus ſeruãda, ſed
vbi etiam fides fuiſſet oĩno eis ſeruanda, adhuc di
citur vires ſalui cõductus conſummatas fuiſſe, qñ
hi ſemel venerunt ad hanc Ciuitatem, per not. in
d. l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verb. ſignif. cũ alijs
pluribus allegatis in prioribus meis ſcriptis. & nõ
obſtat clauſula illa, *ſarà ſempre in libertà loro.* quia
reſpondetur, quod etſi dictio, ſemper, regulariter
importet perpetuitatem & infinitatem, per ea, quę
priore loco deduxi: tñ in præſenti caſu fuit appoſi
ta ad ſignificandum, quod eis liceret ſtatim vel e-
tiam ex interuallo poſt conceſſionem in præſentẽ
Ciuitatem venire, non autem quod ſemel & plu-
ries venire & abire liceret, & hoc oſtẽditur ex mul
tis. Primo ex literis eius, qui gerebat negocia ipſo
rum ſociorum, quibus ſignificauit Illuſtriſſ. Dño
Gubernatori non auſuros eos huc venire, niſi no-
ua daretur ſecuritas, quia quæ ſemel data fuerat,
videbatur iuribus non ſubſiſtere ob tẽporis dila-
tionem, quæ interceſſit. ne itaq; idem obijci poſſet
ſecuritati poſtmodum conceſſę, dictũ fuit, quod eſ
ſet ſemper in eorum arbitrio uenire. Fuit igitur ea
dictio adiecta ad effectum ne ſecuritas interceſſio
ne temporis euaneſceret, uel eius cauſa oppugna-
ri poſſet, non ut ſemel, & pluries accedendi licẽtia
conſerretur. Secundo id confirmatur ex his, quæ
dictus Illuſtriſ. D. in literis ſecuritatis ſubiecit, ibi,
quãdo però queſta ſua venuta doueſſe andar alla longa.
quibus verbis dicit immediatè poſt ſecuritatẽ con
ceſſam, quod ſi eorum aduentus tardior eſſet futu
rus, quàm ipſe mente concepiſſet, ſaltem ne pate-
rentur ſine fructu elabi tam opportunam tempe-
ſtatẽ, & vectionibus commodum. ecce ergo, quod
cum dixit ſemper, voluit ſignificare non plures ac
ceſſus, ſed primi tarditatem: nam ſtatim conſulit,
quid in caſu tarditatis per eos foret faciendum; &
ex his, quę in ſequentibus verbis dicta ſunt digno
20 ſcitur, qua intentione † præcedentia dicta fuerint,
l. ſi ſeruus plurium, §. fina. l. qui filiabus, in princ.
ff. de legat. 1. glo. fina. in l. fina. §. cui dulcia, ff. de
vino, trit. oleoque leg. latè Deciſ. Pedemon. 167.
num. 8. Dictio autem, ſemper, reſtringitur ſecun-
dum materiam ſubiectam, nec eſt ita vniuerſalis,
21 quin etiam recipiat † commodam limitationẽ, vt
probatur in l. prima, ff. ſoluto matrimon. vbi dici-
tur, quod dotis cauſa ſemper eſt priuilegiata. con-
ſtat tamen plures eſſe caſus, quibus ceſſant dotis
priuilegia. & dicit Bald. in l. aduerſus, in fine, C. de
vſur. quod dictio, ſemper, verificatur in his, quæ
habent temporis interuallum, & quod intelligitur
ſecundum ſubiectam materiam, ſequitur Iaſon,
dicta l. prima, num. 35. vbi Camil. Viſita. nu. 167.
& omnes dictiones impropriantur ratione ſubie-
ctæ materiæ, vt ponit Tiraquel. plures referens in
tract. ceſſan. cau. limit. 20. num. 34. Accedit, quod
non apparet ſaluum conductum fuiſſe petitũ pro
iterato acceſſu, quinimò ex literis ipſorum planũ
fit eſſe petitum ſimpliciter, & indeterminatè, er-
go conceſſio non eſt intelligenda pro iteratis uici-
bus. hoc enim modo plus fuiſſet cõceſſum, quam
petitum, quod non eſt dicendum, quia nemo con
ſueuit impartiri officium ſuum non petenti, l. 4.
§. hoc autem iudicium, ff. de damno infecto. fa-
cit, quod dicitur de eo, qui iudicat vltra peti-
ta: is enim fatuus iudicatur. hæc paucis abſolu-
ta ſunt, quæ deduci poſſunt contra detentum, &
ſocios.

Veruntamen omnibus diligenter conſideratis,
non tanti mihi ponderis viſa ſunt, quin tutior, &
verior ſit opinio fauorabilis debitori carcerato,
vt ſcilicet ſeruãda ei fuerit ſecuritas conceſſa per
literas Illuſtriſſimi Domini Gubernatoris, per ea,
quæ dicta ſunt per me, quando primum ab eo-
dem Illuſtriſſimo Domino requiſitus dixi, quid
mea ferret ſententia, quibus addi poſſunt, quod
22 ſeruãda eſt etiam eo caſu, † quo indebitè fuit cõ-
ceſſa, vt voluit Bald. in conſil. 490. colum. 2. vol.
1. Signor. in conſi. 102. nu. 6. dicens, quod fiducia

aliàs non concedenda debet a damno conſeruaie,
Menoch.dicto caſu 336.nu. 33. Nõ obſtat igitur,
ꝙ ſecuritas ſit ſub conditione cõceſſa, dummodo
ipſe,& ſocij ſoluerent,quod debebant; quia reſpõ
deo nullã penitus extare conditionem.nã illa ver-
ba, *aſsicurandomi con la ſua di cinque*. non faciunt
ſecuritatẽ conditionalẽ,nec referuntur ad conceſ-
ſionem,ſed ad verba immediatè ſequentia ibi, *nõ
sò di che ſicurezza maggiore habbia biſogno queſta buo
na volontà,che di pronta eſſecutione*.& verba impor
tantia ſecuritatẽ ſunt pura & abſoluta,nõ autẽ cõ
ditionalia,quia dicunt, *a quali però per ſodisfare di-
co,che me contento d'aſsicurarle con queſta*. & cum
hæc verba poſita ſint in fine, & concluſione ipſa,
ſunt attendenda,non autem ſuperiora,quia cõclu
23 ſio attendi † debet,non narratio,qñ vnum narra-
tur, & aliud concluditur, Innoc.in capit.ſuper lite
ris,de reſcrip. Barto. in l. Aurelius, §. Sticho,ff.de
lib.leg. & nõ attenditur quid & quantũ narretur,
ſed quid ex narratis cõcludatur,vt inquit Bart. in
l.edita,in lectu. Peruſ.colum.9. C.de eden.cõpro-
bat Natta in conſi. 120.nu.3.Crot.in conſ.98.nu.
2.Idem dicimus in contractibus,quorũ attẽdimus
24 † concluſionẽ,non autem verba,quæ præcedant,
vt probatur in l.ſi voluntate,C.de reſcind.vendit.
quia eorum abſolutio conſiſtit in vltima clauſula,
l.contractus,C.de fide inſtrum.l.inciuile,vbi Bal.
ff.de legib. Bal.in l.quid ergo,§.pœna grauior,col.
6.ff.de his,qui not.infam.& dicit Bal. in d.l.ſi vo-
luntate,in fine,quod ſola concluſio dicitur eſſe cõ
tractus,& ſubdit illum tex. eſſe ad hoc menti tenẽ
dum,nec eo meliorẽ in iure reperiri,& de conclu-
ſione libelli latè agit Neuiza.in conſi.4.num.7.&
in conſi.79.nu.3.vbi dicit, quod concluſio non al
teratur ex narratione, & generaliter quælibet di-
ſpoſitio conſideratur in cõcluſione ſua, nec habe-
tur cõſideratio præcedẽtiũ verborũ,vt dicit Crot.
in conſi.71.nu. 20.vbi expreſsè loquitur in priuile
gio,& vult,quod inſpiciatur concluſio, non narra
tio. & ꝗuis ipſe non dicat, idẽ eſt in reſcripto,cu-
ius concluſio obſeruatur, non narratio, vt ponit.
Innoc.in d.ca.ſuper literis,nu.3.de reſcrip. Bal.in
l.præſcriptione, num.42.verſi.aduertatis,C.ſi cõ
tra ius,vel vtil.publ. Bero.in conſi. 43.nume.pri-
mo,volum.3.Cum igitur pura ſit concluſio, non
eſt attendendum quid ſupra fuerit narratum. Se-
cundò reſpondeo, quod non poteſt dici ſecurita-
tem fuiſſe cõceſſam ſub conditione ſoluendi:nam
ſi conditio debet impleri,antequam diſpoſitio ſor
tiatur effectum, vt ſupra in contrario dictum eſt,
ſuperuacuum fuiſſet debitoribus impetrare,& Il-
luſtriſſ. D. Gubernatori concedere ſecuritatem,
quia poſt ſolutionem factam non fuiſſet opus ſe-
curitate: ea etenim impetratur, ut liceat debitori
uenire,ſtare, & redire, ſemoto omni timore, ne
interim compellatur ad ſolutionem debiti: ſed ſi
ſoluiſſet extingueretur debitum, quia ſolutione
eius quod debetur,tollitur obligatio, Inſtit. quib.
mod. toll. oblig. in princ. extincto autem debito
ceſſat cauſa ſecuritatis, & conſequenter ceſſat ſe-
curitas,cap.cũ ceſſante, de appellat. Corn. conſi.
122.col. fina.vol.4. Ne igitur dicantur partes a-
ctũ feciſſe fruſtratoriũ,dicẽdum eſt ſaluum condu
ctum nõ fuiſſe cõceſſum ſub conditione ſoluendi,
25 quia † nemo præſumitur actũ eluſorium facere vo
luiſſe,l.ſi prætor,ff.de iudic.l.fi.ff.ne quid in loco
publ.Crau.in cõſi.23.nu.3.& ea ſemꝑ aſſumi de-
bet interpretatio,per ꝗ actus non reddatur eluſo-
rius, Ruynus in conſi.57.nu.6.vol.3.Crau. in con
ſil.35.nu.25.Natta conſi.186.num.8.imò potius
fit extenſio in materia pœnali,ne diſpoſitio redda-
tur eluſoria,Gozad.in conſi.5.nu.6.& veniũt non
expreſſa,Ruynus conſ.24.nu.11.vol.2.& non de-
bet fieri interpretatio, ꝑ quã diſpoſitio videatur
ludibrio facta,Alex. in conſi.81.nu.2.volu.ſexto,
late Dñs Becius in conſi.41.nu.20.habet autẽ de-
bitor a iure ſecuritatem eundi,ſtandi, & deambu-
landi,qñ ſoluit,& fruſtra impetratur aut precibus
26 imploratur, † quod a iure cõi cõceditur, l.prima,
ff.ad municip.l.1.C.de Theſaur.lib.10.Neuizan.
in conſi.38.nu.16.conſi.41.nu.19.Crot.in conſil.
136.num.25.ita arguit in terminis Decius,conſi.
51.in fine.Et ſi dicatur, quod ſecuritas fuit con-
ceſſa ſub conditione, quod ipſe & ſocij ſoluerent
durante tempore ſecuritatis, & tamen non ſolue-
runt: Reſpondeo, quòd hoc modo non erit con-
ditio, ſed modus, qui termini differunt inter ſe,
nam conditio debet adimpleri antequam emolu-
mentum quæratur,vt ſupra dixi,modus autem nõ
27 † impedit ortum obligationis, l. liberto, §. Lu-
cius,ff.de ann.lega.l.ſi tibi legatum, ff.de legat. 3.
l.quibus diebus,in §.Termilius,ff.de conditio. &
demonſtrat. & Ruynus in conſilio 139. numero
3.volum.1.dicit quod modus neque impedit,ne-
que ſuſpendit obligationem, Bero.conſil.28.nu-
mero 8.& conſil.30.numer.11.volumi. 2. Fortun.
in l.iuriſgentium,in princ.numer. 38.ff.de pactis,
Tiraquel.de retract.conſanguin.§.primo,gloſſ.2.
numero 32.& propriè modus dicitur, quando ali
28 quid diſpoſitioni adijcitur † implendum poſt e-
molumentum quæſitum, l.cum tale,§.1.vbi Bar-
to.ff.de cõditio.& demonſtrat.idem Bartol.dicto
§.Termilius,nume.1.vbi etiam Caſtren.& Imola,
Baldus in authen.cui relictum,numero 22.C.de
ind.vidui.toll.Garcias,dicta l.iuriſgentium, nu-
me.38.Galiau.in rubr.ff.de verborum obligatio.
numer.182.Ruynus in conſil.26.numero 9.& ſe-
quen.volum.2.Bero. dicto conſil. 30. numero 6.
Alcia.in conſ.219.nume.2.& in conſ.236.nume.
1.Crauet.in conſ.59.numero 1.Natta in conſilio
373.nume.28.Menoch.in conſilio 60. nume.47.
conſilio 78.nume.16.quamuis igitur modus im-
pletus non eſſet, non tamen ceſſat ſecuritas, ſed
ſeruanda eſt donec durat, nec eius tempore du-
29 rante violari poteſt ſub prætextu quod † modus
non fuerit impletus, l.nulla,ff.de verborum obli-
gat.l.ſi enim,§.homo teſte, ff.ſi q.s caut.ita in ſpe
cie reſpondet Signorol.dicto conſilio 103.nume.
1.ubi dicit, quod affidatus debet eſſe ſine mole-
ſtia intra tẽpus fiduciæ per iura prædicta, & quia

tempus

tempus dilationis datę eſſe debet ex toto liberum:
hęc enim eſt natura dilationis,l.qui hoc anno,l.ſti
pulatio iſta,§.inter cætera,ff.de verbo.obligat. Et
quamuis Signorol. in loco præcitato loquatur qñ
conceſſus ſuit ſaluus conductus ad tempus deter-
minatum, idem tñ eſt, qñ indeterminatè ſuit con-
30 ceſſus: quia ſemper tantum tẽporis concedi † de-
bet affidato,quo tuto poſſit redire , etiã ſi nihil di-
ctum ſit, Bar.in l.vtimur, ff.de ſepulc.viol.proba-
tur in c.fin.vbi Felynus,de treg.& pace.alios citat
Boſſ.in tit.de remed. ex ſola clem.princip. nu.63.
& ſeq. vbi dicit appellati tempus contrabanni , &
hoc eſt, quod vulgo dicimus, ſecuritatem conceſ-
31 ſam pro acceſſu,† extendi quoque ad receſſum,la
tè Bellus in dicto tract.de re milit.par.9.tit.de ſal-
uis cond. num.21.Iul. Ferret.de publican.nu.95.
& Menoch.d.caſu 236.num.11.& ſeq.qui duo po
ſteriores referunt aliud ſeruaſſe Leonem X. Pon-
tificem maximum,qui Ioan.Paulo Bagliono in re
ceſſu caput iuſſit obtruncari ſecuritate non obſtã-
te. & licèt ſaluus conductus indeterminatè conceſ
ſus poſſit pro libito reuocari , vt quando concedi-
tur ad beneplacitum,cum tamen reuocatur conce
di debet tãtum temporis , quod poſſit is tutum in
locum ſe recipere,vt dicit Guliel. Cun.in tract.de
ſecuritate,in fi.Bellus in d.tit.de ſalu.cond.nu.25.
quia nemo debet remanere deceptus ſub publica
authoritate , l.prima,C.de his , qui ven. ætat. im-
petr.Bald.in conſil.490. in fine,volum.1. Signor.
d.conſil.102.num.4.

Secundò non obſtat , quod ſaluus conductus
fuerit ad falſas preces, & ex falſa cauſa conceſſus,
quia.ſ.affirmauerint ſocij ſoluiſſe aureos termille,
& maximam inuexiſſe quantitatẽ ſalis,quæ poſſet
ſufficere pro vſu ſtatus, & pro præſtatione facien-
dæ: ad hoc.n.rñdeo quod cauſa illa concedẽdæ ſe-
curitatis nõ fuit finalis,ſed impulſiua : cauſa enim
finalis ea eſt , quã ſocij poſuerũt in literis datis ad
Illuſtriſſimũ Dñm,vt poſſent prouidere ea,quę fo
rent neceſſaria ad conſeruandam negociationẽ ſa-
lis.& licet regulariter ceſſante cauſa ſecuritatis ceſ
32 ſet ipſe ſaluus conductus, † vt per Corne.in dicto
conſ.122.in fine,vol.4.tñ hoc eſt verum, qñ cauſa
eſt finalis,non qñ eſt impulſiua,ita in ſpecie decla
rat Imola in conſ.33.in princip.vbi inquit ſecuri-
tatẽ non ceſſare cauſa ſecuritatis ceſſante,ſi ſit im-
pulſiua.refert, & ſequitur Tiraq. in tracta: ceſſan.
cau.in prima parte, nu.230. & eſt regulare, quod
33 cauſa impulſiua, ſi deficiat,† non facit actum defi
cere,vt latè comprobat Tiraq.in dicto tract.limit.
prima, per totum, & dicit Barbat.ad Bal.in c.1.§.
porrò , ſub nu.5. quæ fuit prima cau.beneſ.amitt.
quod ceſſante cauſa ad cautelam ordinata nõ ceſ-
ſat prouidẽtia ſimpliciter ordinata,ſequitur Dec.
dicta l.cum proponas,la ſeconda,nu.4.C.de pact.
qui hoc caſu vult non licere fidem frangere. Et
quamuis multi teneãt, quod in gratioſis reſcriptis
34 ceſſante cauſa impulſiua reſcriptum vitietur,† ta-
men id procedit , quãdo ceſſante cauſa impulſiua
gratia traheretur ad caſum non expreſſum ; ſecus
autem eſt,quando ceſſante illa cauſa remanet gra-
tia in eodem caſu . tunc enim non vitiatur , ita de-
clarat Dec.in capit.poſtulaſti,in quarto notab. de
reſcriptis, ſequitur Pariſ.in conſil.4. num.35. vo-
lum.quarto, Tiraquel.in dicto tracta. limitatione
prima, num.16.& dicit Pariſius in loco prædicto,
quod falſitas cauſæ,quæ non ſit finalis,non vitiat.
Res autem in caſu noſtro de plano procedit inſpe
ctis his, quæ leguntur in literis Illuſtriſſimi Domi
ni,quib.dicitur non opus eſſe ſecuritate, ſe tñ eam
concedere, vt petentibus morem gerat , arguunt:
enimuerò hęc verba cum ſuiſſe omnino conceſſu-
rum etiã iſtis ceſſantibus,quinimo verius demon-
ſtrant concedentem non ſe fundaſſe ſuper narra-
tis,dum dicit opus eſſe potius exequutione,quàm
ſecuritate , ſtante ea ipſorum ſociorum delibera-
tione,de qua fuerat literis certior factus.

Tertiò non aduerſatur, quod prædicti non im-
pleuerint ex parte ſua ea , quæ in ſecuritate ſuere
ſibi ordinata,& quod non curarunt,neque ſoliciti
fuere , quod maior ſalis quantitas importaretur ,
dum tempora elargiebantur: ad hoc enim facilis
eſt reſpõſio, quod nihil fuit abſolutè præſcriptum
in ſecuritate,quod per eos foret implendum, nam
illa verba, *egli è vero , che quando queſta venuta loro
doueſſe andare alla longa, a me piacerebbe, anzi ſtimo
neceſſario, che non laſcino fugire coſi bella ſtagione di
condurre ſali*.fuerunt ſub conditione prolata,quã-
do ſcilicet , *la venuta loro doueſſe andare alla longa.*
35 & dictio,quando, facit † conditionem, l.cum vir,
ff.de condit.& demonſtrat. Crau.in conſ.15.nu.3.
ſed defecit conditio , quia eorum aduentum non
diſtulerunt, ſed receptis ſtatim literis fiduciæ ad
hanc ciuitatem conuolarunt: cõditione autem de-
36 ficiente idem eſt † ac ſi diſpoſitio nõ ſuiſſet facta ,
l.pecuniam , ff.ſi cert. per.l. neceſſario , §. quod ſi
pendente, ff.de pericu. & com. rei venditæ, Tira-
quell.in l.ſi vnquam,in verſic.reuertatur,nu.277.
Crauet. in conſil.170. nume.octauo. Cum igitur
non euenerit caſus , in quem iniunctum fuerat ,
vt inuectionem ſalis accelerarent , ceſſat omni-
no neceſſitas implendi id ,quod ordinatum fuit.
Secundò reſpondeo, quod Illuſtriſſimus D. in il-
lis literis non præciſe mandat , quod fiant illæ in-
uectiones , ſed id dicit per modum conſilij , non
præcepti , quia dicit, *a me piacerebbe , anzi ſtimo
neceſſario*. hæc verba referuntur ad opinionem
ſcribentis , non autem diriguntur ad eos quibus
ſcribitur. Tertiò reſpondeo, quod etiam ſi id eſ-
ſet non conſilium , ſed præceptum , & debitores
ipſi defeciſſent , tamen non ideo liceret fidem da-
tam violare. nam iſtud onus inuectionis ſalis non
fuit iniunctum intuitu ſecuritatis conceſſæ,vt infe
rius dicetur;& ideo, quia in vno non fuerit obſer-
37 uatum, non licet † in alio fidem frangere, ita Bal.
in l. ſi te,C. de iure delib. Regula enim quæ vult ;
quod frangenti fidem,fides frangatur eidem, pro
cedit in capitulis correſpectiuis , ſecus autem in
ſeparatis, vt declarant Butr.& Abbas, in cap.ter-
tio,de iureiurando,Saly.& Alex.in d.l.cum propo

pas, vbi etiã Dec.nu.5. qui infert ad quæſtionem de eo, qui poſt impetratam ſecuritatem deliquit, de qua dixi ſupra, Ruyn.in conſ.101.nu.5.vol.5. Bero.in conſ.92.nu.20.& conſi.155.nu.32.vol.1. Natta cõſ.132.nu.5.Cæph.in conſ.48.nu.42. hic aũt non poſſunt hæc dici correſpectiua, poſtquam non reflectũtur in idẽ factũ, vt ponũt Abb. & Fel. d.c.3.optimè D.Bec.in conſ.45.nu.31.Et quãuis dici ſoleat, actum videri correſpectiuũ, & alterius contemplatione factum, qñ eiſdem loco, & tempore fuit celebratus; tñ hoc procedit in contractib.& pactis, ſecus in gratioſis diſpoſitionibus, vt ſeruatum probauimus in iſta ſecuritate, in qua conſtat non ad alium finem fuiſſe conceſſionem factam, quam vt concedens morem gereret petentibus.

Quartum minus cæteris reſiſtit: nam quod doloſe ſecuritatem impetrauerint, vt ſub eius clipeo Cameram Ducalem fraudarent: non præſumitur,
38 quia qui allegat † dolum, tenetur probare, l. quoties, §.qui dolo, ff.de prob.latè D.Bec.in cõſ.106. nu.26.& ſeq. vbi ad excluſionem doli multas coniecturas recenſet, & probari debet perſpicuis, claris & manifeſtis inditijs, l.dolũ, C.de dolo, Craue. in conſil.8.nu.1.& quamuis contractus nuſquam fuerit pacificus, id tamen cõtigit abſque ipſorum culpa, quia non potuit in Genuenſi Ciuitate leuari ſal, quod per eos fuerat pro præſentis cõtractus obſeruãtia nedum emptum, ſed etiam perſolutũ, & contigit ciuile bellum inter Genuenſes, quo factum eſt ne tuto liceret ad eã Ciuitatem iter facere; contingit item peſtis, creuit valor aurei ob deteriorationem monetarum, quę in hac Ciuitate creduntur, & aliæ plures cauſæ inobſeruãtiæ legi poſſunt in tranſactionib. inter has partes celebratis, quæ iuſtæ ſint, an iniuſtæ, non eſt præſentis ſpeculationis, poſtquam ſuper his omnibus fuit tranſactum: id verò ſolum ſufficere videtur ad excluſionem doli, quod non poterat cogitari hos ſocios receſſuros a promiſſis, ſiue eorum qualitatem; & nobilitatem inſpiciamus, atque pingues facultates, ſiue qualitates attẽdamus fideiuſſorum, & eorum qui fideiuſſores laudarunt, & approbarunt. Accedat quod extant nomina debitorum ipſorũ ſociorum in hoc Ducatu ſupra aureos triginta mille.

Quintũ quoq; non mouet: nam conſtat de promiſſionib. factis poſt ſecuritatem cõceſſam, vel ſaltem non apparet, quod fuerint acceptatæ, & nunc nõ poſſent acceptari, quia in cõtractibus, qui con-
39 ſenſu perficiuntur, debet eodem tempore † vtraque pars conſentire; nec ſufficit quod vna hodie, alia cras conſentiat, l.1.ff.de pac. alias temporis interuallum vitiat contractum, vt dicũt Doct. in l.1, §.qui præſens, ff.de ver.oblig. & dicit tex. in l.ſi ex duob. ff.de duob.reis, non obligari eum, qui interrogatus altera die reſpondit, & idem dicit Alber. poſt Mart.in l.non erit, §. fin. ff.de iureiur. & dicit glo.d.§. qui præſens, quod interuallum vnius diei vitiat ſtipulationem, ſequũtur ibi Doct. præcipuè Iaſ.nu.8. & 9.& idem eſt, qñ altera partium dicit volo cogitare, & deinde rñdeat, ſeu conſentiat ſequenti die, quia nihilominus non valet, ſecundum Bald.in rub.C.de conſti.pecun.nu.15.Alex.dicto §.qui præſens, nu.3. Iaſ.nu.3. Alex.nu.18. & dicit gl. in l.3.in ver.donationis, C.de repud.hær. quod ſi quis rem tibi offerat, dumtamen des ei decem, non ſuſtinetur actus, ſi tu taces. quinimo ſecũdum Bal.ibi, nu.8. non ſuſtinetur actus, ſi tu poſtea illa decem offeras. allegat l. conſenſu, ff. de actio.& oblig.l. contractus, verſi. vt nulli, C.de fide inſtrumen. vbi enim alter ex contrahentibus tacet, oblatio habetur pro non facta; nec poteſt is, qui tacuit poſtea dicere, ego ſum contentus, vt inquit Saly. in dicta l.3. num.5. qui ſubdit eſſe notandum in practica, quia ſæpe euenit. deficiente itaque acceptatione, non poteſt fieri fundamentum ſuper eorum promiſſione.

Rñdeo ſecũdò, quod etiam ſi eorum promiſſio fuiſſet acceptata non noceret, quia ex ea agi non poteſt; qui enim bis idem promittit, non tenetur
40 † ex ſecunda promiſſione, ſi prima ſit valida, vt eſt tex. quem Caſtr.ibi in princip. dicit ſingularem, & ad hoc ſemper allegari in l.qui bis idem, ff.de verbor.oblig. & dicit Bar.ibi in ſummario, quod bis idem promittens non tenetur ex ſecunda, niſi prima ſit in effectu inualida. & dicit ibi Bal. quod repetita promiſſio nouum effectum non patit, & dicit Alex. quod vbi ſtipulatio eſt geminata, agi poteſt tantum ex prima ſtipulatione, & dicit Iaſon quod obligans ſe pluries ad eandem rem, nõ tenetur niſi vnica preſtatione. ad idem eſt tex. in l. ſi dãri, ff.de verborum obligationib. qui enim eandem rem ſæpius promittit, videtur ſæpius loqui, nõ autem ſæpius ſe obligare, vt in ſimili dicitur in l. Marius, §.cum qui, ff.de legat.2. vbi habetur, quod teſtator, qui ſæpius eãdem rem legat, videtur ſæpius loqui, non ſæpius legare; ideo ſecundum legatum nihil valet, ſed agitur ex primo, l.ſi fundum, §.ſi paterfamilias, ff.de leg.1.l.cũ qõ.§.fi.C.de leg. Et videtur quædam verborum non neceſſaria inculcatio, quæ ſubſtantiam non immutat, l.pediculis, §. Labeo, ff. de auro, & argento legato. & idem eſt, quãdo ter, vel quater quis eandem rem promiſiſſet, quia ſola prima promiſſio valet, vt dicit Caſtr. in d.l.qui bis idem, pręcipuè quando aliæ promiſſiones ſecutæ ſunt ex interuallo, vt intelligit Iaſ. ibi, nu.3. qui ideo dicit ſecus eſſe, quando eodem tempore quis ſæpius promiſiſſet: tunc enim vnica videretur promiſſio, licèt Cuman. & Caſtren. intellexerint illum text. in promiſſione incontinenti facta. ſed quicquid ſit, ſufficit poſteriorem eſſe nullam, ſiue incontinenti, ſiue ex interuallo facta fuerit. & quod agi poſſit ſolum ex promiſſione, voluit gloſ.in l.ſi dari, & in l.ſcire debemus, in principio, ff.de verborum obligationib. Iacob. de Are.in d. l.qui bis idem, vbi eum ſequitur Bartol. qui dicit eſſe de hoc text. multum notandum in l. pater, ff. de caſtr.pecul. & dicunt Imola & Alexand. quod idem vinculum non poteſt ſuper eodem multiplicari, niſi primum ſit inefficax, & dictas gloſſas ſequutus eſt Caſtr.d.l. qui bis idem, nu.1. & tenent

magis

magis cõiter Doctores,vt inquit ibi Alex.num.3. quia nõ intereſt ſtipulatoris, quod ſecunda ſtipulatio ſit valida, & eũ Bar.tranſeunt cõiter ſcribentes,vt ait Iaſ.ibi,nu.11.qui illũ tex.ad hoc ponderat,dũ dicit,nõ tenetur amplius quam ſemel.dum enim dicit nõ tenetur, probat, qđ ſecũda ſtipulatio nõ eſt obligatoria.inducit ẽt text.in d.l.ſi dari, vbi dicitur qđ agitur ex ſecunda: quia prima erat inefficax,ergo a contrario ſenſu,vbi prima eſt efficax non agitur ex ſecunda.adducit etiam tex.in l. fin.§.1.ff.de vulg. vbi Aret. Ita tenet. & quamuis Ang.in d.l. qui bis idẽ,contrariũ tenuerit,tñ in voce dixit ſe decidendo tñſiſſe ſemper cũ Bar.vbi refert Imolã ibi, & hæc eſt veriſſima opinio, quãuis
41 † gl.in d.l.qui bis,idem tenuerit agi poſſe eũ effectu ex vtraq; promiſſione,& ita tñ,quod vnica ſolutio ſufficiat,& electione vnius alia tollatur, licèt ſi in vna ſuccũbat, ex alia agere poſſit. reprobatur etiã gl.in l.fin.C.de nouat. quę videtur tenere,qđ agatur ex vltima,nõ aũt ex prima; & quæ dicitur de ſtipulatione,procedũt in quocunq; cõtractu & obligatione,l.licet,§.ea obligatio,ff.de proc.vbi ſi ex primo mandato nata eſt actio,nõ oritur alia ex ſecũdo mãdato. & dicit ibi gl.quod ſm mãdatum idem cõtinens, quod primũ,non producit nouam mandati actionem. & ibidem dicit Ang. qđ mandatũ ex alia obligatione depẽdens, nõ parit actionẽ mandati, ſed agendũ eſt ex primordiali contractu,non ex incidenti mandato. Iura.n.nolunt multiplicari obligationes ex poſteriori contractu, qui venit ad exequutionem primi, ſed volũt,ꝙ agatur ex primo.& dicit ibi Bal.quod ex duob.contractibus vnus confundit alterũ, & agitur ex veteri tantum,& præcedens obligatio eſt illa,quæ actionem parit,quia mandatũ vltimum videtur incidere veteri cauſæ, ideo agitur ex principali cauſa. & dicit Caſt.quod inſpicere debemus primum,& originarium cõtractum,& ex eo agere, & ideo dicunt oẽs ibi, quod ſi fideiuſſor contractu ſit cõſtitutus procurator ad iudicium,& ſuccumbẽs ſoluat,recuperabit ex primo mandato,non ex vltimo: & ideo ſi quis eidem his vendat eandem rem,ſecunda venditio erit ſuperflua, vt inquit Caſtr.in d.l. qui bis idem,nu.2. ſed ante eum voluit Bar.in l.iuriſgentium,§.adeo, verſic.hoc placet, ff.de pact.dicens, quod duæ validæ emptiones non poſſunt concurrere ſuper eodem, Iaſ.d.l. qui bis idem, nu.4.plures concordantes allegat Pariſ.ad Bart.d.§.adeo, Alexan.in l.ſingularia,vbi Dec.num.20.ff.ſi cert. pet.& quod diſpoſitio d.l. qui bis idem,procedit nedum in ſtipulatione, ſed etiam in alijs contractibus,tenuerunt Imo.ibi in fi.verſ.item adde,Alex. nu.2.verſic.& nota,quod illud,Iaſ.num.4.

Nec dicatur,ꝙ hæc non procedunt,qñ ſecunda promiſſio facta fuit ſub commemoratione primæ: nam eo caſu,quia prima cẽſetur nouata, agitur ex ſecunda,vt videtur tex.in l.non ad ea, ff.de cõd.& dem.per quem ita dixit Petr.de Bellapert.in l.qui vſumfructum,ff.de verbo.obl.vbi limitat ea, quæ ſupra dicta ſunt, de l.qui bis idẽ,vt non procedãt,

qñ facta fuit commemoratio primi legati, & cum ſequitur Alex.in d.l.qui bis idem,nu.6.dicens,qđ in effectu idem voluit Cuman. in l.pen.ff.de pręt. ſtipul.qñ quidem ad præmiſſa rñdeo,quod tex.in d.l.non ad ea,loquitur in vltimis voluntatibus,in
42 quib. tota diſpoſitio pẽdet a teſtatore,† ſecus aũt eſt in cõtractib. ita poſt Guliel.Cun. reſoluit Bar. in d.l.iuriſgentiũ,§.adeo,ff.de pact. proinde Ang. d.l.qui vſumfructũ,circa medium, contradicit, tenens, quod ẽt ſi fiat prioris obligationis cõmemoratio,nõ inducatur nouatio, ſed ex prima agatur; & aliter rñdet ad d.l. non ad ea, & hoc etiam tenet Imola in d.l.qui bis idẽ,nu.1. in fi.vbi inquit, qđ ſi per ſecundã ſtipulationem agnoſcetur primum debitũ, interrumpitur præſcriptio, & tantũ durat prima obligatio, quantum ſecunda, ideo non põt in ſecunda conſiderari aliqua maior vtilitas,& ita vult, quod cõmemoratio primi debiti nõ innouet obligationẽ: eandem ſnĩam probauit Iaſ.nu.5. in fi.verſ.ſexto limita.dicens eſſe pro hac ſnĩa tex.in l.duo ſocietatẽ, ff.pro ſocio.& pro hoc facit, quia hodie nõ inducitur nouatio, niſi expreſsè agatur. l.fi.C.de nouat. & licet aliqñ ope exceptionis inducatur,tñ hoc eſt verum in caſibus,quib.alias inducebatur,vt ibi Doct.ſed qñ abſq; interuẽtu nouæ perſonæ ſequens promiſſio idem continebat,
43 † qđ prior, nõ inducebatur de iure Digeſtorum nouatio,vt in l.ſcire debemus, in princ.ff.de verb. obl.declarat Bar.in l.pen.nu.3.ver.3.caſu, qñ cõtinet,ff.de prætor.ſtipul.ſequitur ibi Imola,col.3. verſ.tertius caſus,vbi inquit, quod ſi primo, & ſecundo loco idem ſit promiſſor, non inducitur nouatio,quia ſecũda obligatio erit nulla inſpecta cõi opinione in d.l.qui bis idem, & ita tenent omnes, vt ait Alex.d.l.qui vſumfructum, nu.4.verſ.ſi autem ſtipulatio.& prædictam ſnĩam,quod commemoratio prioris non inducat nouationẽ,probauit Iaſ.d.l.qui vſumfructum, nu.6.verſ.ſecundo amplia. Ego ſanè volui hæc conſiderare,& verbo mihi propoſitę obiectioni occurrere,ſed ut uerum ſatear,nõ exiſtimo ex re eſſe Cameræ huic nouationi inniti, nec perſuadere mihi poſſum difficultatẽ hãc de mẽte agentiũ pro Camera prouenire,quia ſi ex ſecunda promiſſione agendum foret,eſſet fatendũ, quod prima ſit nouata,quod eſſet Cameræ admodũ perniciosũ: etenim nouatio extinguit
44 præcedentem obligationem,† & trãſfundit in ſequentem.l.prima,ff.de nouat.& quando ſuper eadem obligatione renouata inducuntur noui fide-
45 iuſſores extinguitur † priorum obligatio, & dicit Barto.d.l.pen.in fi.ff.de prætor.ſtipul. Plurimum autem intereſt Cameræ priores obligationes non extinguere,& a prędictis cautionib.non recedere.

Vltimò non facit dubium, ꝙ ſecuritas cẽſeatur conceſſa ad primũ actũ,nec extendatur ad ſequentes. ad hoc.n. fuit tribus modis rñſum in priorib. ſcriptis. Primò,ꝙ non procedit, quando fuit conceſſa nõ hoſti,nec bannito,ſed debitori:quia cum eo caſu fauorabilis ſit cõceſſio,non reſtringitur ad primum actum, ſm quæſt. Cald. Secundò quod

verba ſecuritatis important iterationē, quia dici-
tur, quod ſit ſem̄p in facultate ipſorū venire. Ter
tiò, qđ fuit ſecuritas conceſſa ad determinatā cau
ſam, quæ adhuc durabat, & ideo ſicuti ceſſante ſe-
46 curitatis cauſa ceſſat ſecuritas, † ſecundū Imo. in
d.conſ.53.Corn.d.cōſ.122.vol.4.Tiraq.d.tracta.
ceſſan.cau.p.1.nu.230.ita cauſa durāte dēr ſecuri
tas ipſa durare, vt idē operetur oppoſitū in oppoſi
47 to, qđ operatur propoſitū in propoſito, † vt dicit
Ariſto.1.ethico.l.ſi vt proponis, C.de nup.Tiraq.
de retract.cōſang.§.12.gl.1.nu.16.& durāte cau-
48 ſa, durat † effectus, l.ſemper, §.negociatores, ff.de
iure immu.Signo.conſ.135.nu.6.Tiraq.d.tracta.
ceſſan.cau, nu, 17.& his nō repugnat, q̄ dictio, ſem
per, in pręſenti cōceſſione nō importet iterationē,
ſed longitudinē t̄pis, & interuallū: quia primò rn̄-
deo, q̄ ex plurib. rōnib. dictū fuit, ſaluū cōductum
nō reſtringi ad primū acceſſum: & ſi vna ceſſaret,
ſubſiſtūt cæteræ, q̄ a plura vbi obſtāt, ſublato vno,
49 † alia remanēt. Dec.in cōſ.208.nu.8.Crot.in cōſ.
38.nu.4.Natta cōſ.194.nu.10.Rn̄deo ſecūdò, qđ
& ſi dictio, ſemper, plures habeat intellectus: tn̄ re
gulariter & propriè ſignificat perpetuitatē, & ite-
50 rationē. Verba aūt in dubio capi debēt †: ſecundū
proprium ſignificatum, l.3.§. hæc verba, ff.de ne-
got.geſt.l.fi.C.de his, qui ven.ætat.impetr.c.ſuſce
prum, de reſcript.in 6.quia in dubio non eſt rece-
dendum a propria verb.ſign.l.Labeo, §.idem Tu-
bero, ff.de ſupellect.leg.etiam, qn̄ ſumus in odio-
ſis, Cald.conſ.1.de cōſang.& affinit.exornat Nat-
ta conſ.186.nu.6.& ſeq.& iam dixi, quod vbi ver-
ba vario modo poſſunt interpretari, intelligenda
51 † ſunt, vt ſeruetur ſecuritas, ſecundū Bal.d.conſi.
400.vol.1.Boſſ.d.tit.de remed.ex ſola prin.cle, in
fi.& ſecuritas dicitur beneficiū, ideo late interpre-
tari dēt, vt cōtra Bellum tenuit Meno.d.caſu 236.
nu.23.allegans Bal.& Dec.& literæ D.Io.Franci-
ſci nihil omnino faciunt, quia is non potuit præiu
dicare ſocijs, l. non debet alteri, ff.de reg.iur.& ex
literis e̅t conſtat non fuiſſe petitam nouam ſecuri-
tatem, quia prius lapſu t̄pis euanuiſſet. ſed quia
prior fuerat per Illuſtriſſimū D.Gubernatorē po-
ſteriorib. literis reuocata, & quo animo noua ſecu
ritas ſit petitia, ſtandū eſt declarationi eius, qui il-
lam petijt, glo.in §.alię, Inſtit.de actio.cum ſimili-
bus. & licet non fuerit petitia pro iteratis vicibus,
tn̄ ſufficit fuiſſe ita conceſſam, & attenditur deter
52 minata cōceſſio, qn̄ petitio eſt indeterminata, † vt
cōcludit Bar.d.l.1.nu.5.ff.ad l.Iul.maieſt.per l.1.
ff.de ſolut.ſequitur Fel.d.c.fi.de treg.& pace. Vi-
tal.d.clauſula, nīl nou.ſecur.pend.col.1. Bellus d.
ti.de ſaluis cond.nu.24.& ad conceſſionem ab eo,
quod fuit petitum, non licet hoc caſu arguere. vi-
demus etenim non petijſſe eos ſaluum cōductum
perpetuum, tn̄ fuit conceſſum per verba infinitatē
denotantia. ſicuti igitur abſque petitione conceſ-
ſa fuit ſecuritas perpetua, ita non mirum videri de
bet, ſi non petenti conceſſa fuit pro iteratis vicib.

Perſiſto itaq; fundamentis ſupra relatis in prio
ri mea ſententia, quam & ſi non ignorem forte nō
æque omnib. in hac cauſa cōſulentib. placituram:
tamen tamquam veriſſimam, & iuri cōſentaneam
amplector, nihil veritus ab ea exiſtimatione dece-
dere, quam de me video Illuſtriſſimum D. Guber
natorem pro animi ſui magnitudine, & benignita
te cōcepiſſe: proprio.n. ore teſtatus eſt nihil ſe ma
gis, quam veritatē quærere, meamque ſententiam
in tam arduo negocio pro veritate expoſtulare.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio Principis non extenditur ad actū iuratum.*
2 *Princeps ſecularis non poteſt ſuper iuramento diſpo-
nere, ſed ſpectat ad eccleſiam.*
3 *Reſcriptum ſummi Pontificis non faciens mentionem
de iuramento, non valet.*
4 *Securitas conceſſa a ſeculari non extenditur ad de-
bitum iuratum.*
5 *Conceſſio in dubio præſumitur facta ad poſtulatio-
nem partis.*
6 *Debitor impeditus ſoluere ex præcepto ſuperioris, ex-
cuſatur a periurio, niſi præceptū ipſe procurauerit.*
7 *Creditor non poteſt debitori remittere periurium iam
incurſum.*
8 *Abſoluere non poteſt Epiſcopus a periurio iā incurſo.*
9 *Securitas conceſſa debitori, non extenditur ad debi-
tum fiſcale.*
10 *Dolus non fit ſcienti.*
11 *Sciens non eſt certiorandus.*
12 *Diſpoſitio generalis habetur pro indiuidua, quando
in vna tantum re poteſt verificari.*
13 *Renunciatio generalis includit legitimam, quando
non poteſt ad aliud trahi.*
14 *Lex ciuilis habet vim apoſtolicā in remittendo iura-
mentum.*
15 *Securitas conceſſa etiam aduerſus debitum iuratum
ſeruatur de facto in territorio concedentis.*
16 *Iurans nullam opponere exceptionem, poteſt uti quin
quennali dilatione conceſſa a Principe.*
17 *Princeps ſecularis poteſt iuramēti effectum differre,
licèt non tollere, quando ſciuit actum eſſe iuratum.*
18 *Princeps poteſt diſponere, ne creditor agat pro credi
to etiam iurato, intra certum tempus.*
19 *Statutum, ne quis matrimonium contrahat cum cer-
to genere perſonarū, ſub pœna, valet, quoad pœnā,
non quoad inualidandum matrimonium.*
20 *Statutum laicorum valet contra pœnas l.ſi quis ma-
ior, licèt non impediat periurium.*
21 *Creditor poteſt debitori ſuo iuramentum remittere.*
22 *Periurus non repellitur ab agendo, ſi pars nō opponit.*
23 *Securitas, quæ non potuit concedi, eſt ſeruanda a con
cedente.*

CONSILIVM CCXCIX.

IVSTIFICARI videtur ex alijs captura, & detentio huius debitoris: nam debitum, quod cum Ducali Camera contraxerat, eſt iuratū, proinde ſecuritas illi conceſſa, nequaquā extēditur ad debitum iuratum, quia diſpoſitio Principis generaliter lo-

quens,

1 queris, non extenditur † ad actum iuramento fir-
matum,gl.in c.cum non deceat,in ver.effectus,de
elect.in 6.& id voluńt Cy.Bal.Caſt.& Iaſ.l.fi.C.
ſi contra ius,vel vtil. pub.prĉſumitur enim ꝑ ſub-
reptionem impetratum reſcriptum,qñ de iuramẽ
to non eſt facta mentio, c. conſtitutus, vbi glo. &
Doct.de reſcript. id quod procedit non ſolum in
Principe ſeculari,qui non põt iuramenti vires re-
2 laxare, † nec ſuper iuramento aliquo modo diſpo
nere,c.venerabilẽ,de elect.c.nouit, de iud. Cy. &
3 alij d.l.fi. ſed ẽt in Summo † Pontifice, cuius po-
teſtas etſi non ſit in dubiũ reuocanda,vbi tñ de iu
ramento non facit mentionẽ, non videtur illi vo-
luiſſe derogare,d.c.conſtitutus,Innoc.in ca.cũ in-
ter,de iureiur.atq; hęc conſideratio ſine ſcrupulo
admittenda eſt in propoſita quęſt.in qua nõ pro-
prio motu,ſed ad poſtulationẽ partis facta eſt cõ-
ceſſio,c.ſi motu proprio,de prĉb.in 6.& ita loquẽ
4 do † de ſaluo conductu,concludit in õibus Alex.
in conſ.38.in 2.dubio,n.5.vol.3.idẽ in conſ.205.
in fi.vol.2.Iaſ.in l.quoties,nu.2.C.de precib.Im-
per.offer.Afflict.in deciſ.5.& deciſ.111.num.14.
Fel.d.c.conſtitutus,nu.20.Cagn. in l. ſi quis ma-
ior,nu.176.C.de tranſact.Bauer.de virtu.iuram.
num.30.Tho.Ferrat.caut.55. Marſil.in ſing.515.
Gram.deciſ.12.nu.3.Neuiz.in conſ.59.num.15.
Nat.in conſ.233.nu.primo,Roland.conſi.31.nu.
9.& 10.vol.ſecundo, Caſſan.in conſ.7.n.67.Me-
noc.caſu 203.nu.14.& caſu 337.nu.19.Mar. An-
tonius Cuchus de morat.præſcr.nu.54. vbi n.56.
dicit,quod vbi conſtat ſecuritatẽ eſſe petitam, di-
citur conceſſa ad partis poſtulationem, ẽt ſi in re-
ſcripto extet clauſula proprij motus, & vbi non
conſtat de petitione,prĉſumitur nihilominus cõ-
5 ceſſio † ad poſtulationẽ partis facta, l.s. vbi Bart.
C.de petit.bon.ſubl.lib.10.Fely.d.c.conſtitutus,
col.2. quamuis enim in iuramento cenſeatur ex-
cepta ſemper ſuperioris autoritas, & debitor, q
iurauit,excuſetur, ſi ceſſat ex præcepto ſibi facto,
tñ hoc eſt verum qñ ipſe præceptum non procu-
rauit, ſed qñ ipſe reſcriptum impetrauit, non ex-
6 cuſatur † a periurio, quia impedimentũ affectatũ
non excuſat,l.ſpadonẽ,§.fi.ff.de excuſa.tut. & ibi
declarat Parpal.poſt Ale.& Iaſ.quos allegat d.l.ſi
quis maior,nu.35.Nat.in d.conſ.233.nu.2.& ita
qñ ſaluus conductus fuit procuratus,non excuſat
a periurio,nec debitorẽ iuratũ releuat. Nec dica-
tur qđ ex quo erat debitor Camerę, vel Sereniſſ.
D. Ducis,potuit Illuſtriſſ.D.Gubernator,q Prin
cipis vices obtinet, remittere iuramẽtũ,quia pars
ipſa, & creditor põt debitori iuramentũ remitte-
re.ad hoc enim reſpondetur, ꝙ hic non agitur de
re miſſione iuramẽti,ſed periurij,quia debitor effe
ctus fuit periurus,ex quo lapſo termino,& die ſo-
7 lutioni adiecta nõ ſoluit,& pars periuriũ iam † in-
curſum remittere non põt,ita ſentit Bart.in l. La-
beo,ff.de iureiur.& vult expreſsè Bal.in auth.qđ
eis,C.de nupt.Nat.in conſ.145.n.27.vbi id con-
firmat rõne: etenim poſtquã debitor per moram
8 periuriũ incurrit, clarũ eſt, quod epiſcopus † non
põt eum abſoluere,Feder.de Sene.in conſ.300.&
abſolutio conceſſa nõ prodeſt,Natta d.conſ.145.
nu.25.Cagno.d.l.ſi quis maior,nu.154.Rol. cõſ.
34.nu.2.& ſeq.vol.1.& Meno.in conſ.24.nu.17.
Si itaque non põt Epiſcopus, cuius proprium eſt
iuramẽta relaxare, longè minus licebit parti. Cõ-
cluſio igitur firma videtur, quod ſecuritas, q̃ fuit
conceſſa,non includat hoc debitum, nõ modo ex
defectu voluntatis eius,qui conceſſit,ſed ẽt ex de-
fectu poteſtatis,quia Princeps ſecularis iuramen-
tũ remittere,vel ſuper eo diſponere nõ põt,& hoc
fortius deberet ꝓcedere, qñ agitur de debito fi-
ſcali, ad quod ẽt non trahitur ſecuritas indefinitè
9 † conceſſa debitori,vt voluit Bal.in conſ.400.col.
2.verſi.tertia ratio,vol.1.Meno.d.caſu 203.num.
26.vbi allegat Gul.Cun.Rom.Dec. Luca in Pen.
& Rebuf.idẽ Menoc.d.caſu 337.n.17.vbi allegat
Bellam.addó Vital.in tract. clau. verſ. nil nouari
ſecur.pend.col.3.in prin.Marcum Ant.Cuchũ d.
trac.de morat.ꝑſcrip.n.45.vbi allegat Mar. Lau.
Boe.& Gram.& latè diſputat de veritate huius di-
cti inculcãdo difficultatẽ l.nõ puto,ff.de iure fiſci.

His verò nequaquã mouentibus,non exiſtimo
capturã a grauaminis nota defendi poſſe ex his,q̃
latè ſcripſi ſuper hac controuerſia; quibus nõ ob-
ſtant,quæ ſupra de viribus iuramẽti deducta sũt.
his etenim reſpõderi põt,procedere, qñ ſecuritas
generaliter debitori cõcederetur aduerſus mole-
ſtias inferendas per quoſcũque creditores. tali.n.
caſu,ſi de iuramẽto non eſt facta mẽtio,non extẽ-
ditur ad debita iurata,per regulã, quod generalis
diſpoſitio nõ includit actũ iuratum;ſed in caſu no
ſtro ſaluus cõductus cõceſſus fuit ſpecialiter pro
iſto debito, pro quo erat Ducali Cameræ obno-
xius. ceſſat.n.hoc caſu ratio cõtraria, ꝙ ſi ſciuiſſet
Princeps contractũ fore iuratũ,vel non conceſſiſ-
ſet,vel difficilius conceſſiſſet,quia cõcedens ſciuit
extare iuramentũ;& ſtãte ſciẽtia ceſſat ſubreptio:
10 nam non † fit dolus ſcienti,c.ſcienti.de reg. iu.in
ſexto,l.cũ donationis,vbi latè Iaſ.n.2.C.de trãſa.
Cagno.in proœ.Digeſtorum, §. illud verò,nu.5.
& non debuit Illuſtr.D.Gubernator certiorari de
11 qualitate debiti,quã † non ignorauit, c.eum qui,
de reg.iu.in ſexto,l.1.in fi.ff.de actio.emp.l.1.§.ſi
intelligitur,de ædil.edic.l.item veniunt, §. petitũ,
ff.de petit.hęre.latè Meno.de arbit. iud.q.66.nu.
3.vbi allegat Dyn. Alex.Soci.iun. Rip. & Tiraq.
quinimo ẽt ſi conceſſio eſſet generalis,extendere-
tur nihilominus ad debitũ ꝑdictũ iuratũ, ex quo
non poterat in alio debito verſus Camerã verifi-
cari,cũ aliud debitũ nõ ſubeſſet; ideo perinde eſt,
ac ſi de iſto debito facta eſſet ſpecialis mentio: qa
12 diſpoſitio generalis,quæ † in vno tantum põt ve-
rificari,habetur pro ſpeciali & indiuidua, l. 2.vbi
Doc.ff.de libe.& poſthu.l.fundus, qui locatus,ff.
de fun.inſtr.Ang.& Imo.in l.4.ff.de leg.1.per quę
iura ad plures notabiles deciſiones inferunt gl. fi.
vbi Abb.in c.ex parte,de offi.deleg. Iaſ.cõſ.45.n.
6.vol.1.conſi.40.colum.3.ver.4.& notabiliter,&
conſ.60.col.5.vol.3.Dec.conſ.283.n.3.cõſ.375.
nu.

nu.2.conſi.414.nu.6.Ruyn.conſi.89.nu.8.vol.1.
Mareſco. in c.1.col.30.verſi.nã clauſula,de cõſti.
in ſexto,Crot.in l.qui Romę,§.duo fratres,n.127.
vbi Ripa,num.79.ff.de verb.obl.Bero.conſ.159.
nu.29.vol.2.Capic.deciſ.88.nu.6. Tiraq. de leg.
connub.gl.7.nu.134.Caſſan.conſ.3.nu.10.Crau.
in rñſo pro gen.nu.343.& ſeq.& conſi.162.nu...
Burg.c.cũ cauſa, nu.3. verſi.ſecunda glo.extra de
empt.& vend.Alba conſi.10.nu.8.Cæpha.in con
ſil.23.nu.26.in conſ.228.nu.39. Vincen.Carroc.
in c.cum quid, par.1.nu.8. de reg.iur.in ſexto. In
quib. locis deciduntᷣ ſingulares caſus,& per hanc
rõnem concludit Soc.iun.in conſi.136.nu.18.vol.
1.quod & ſi generalis renunciatio non cõpræhen
13 dat legitimam: † ſecus tñ eſt, quando verificari
nõ poteſt in alio,ſequitur Crau.pro gen.nu.344.
Menoc.conſi.71.nu.23.D.Becius cõſi.34.nu.14.
Ant.Gabriel.com.opin.lib.6.tit.de legit.cõclu.8.
nu.16. ita ergo in propoſito,cũ ſecuritas nõ poſſit
verificari, præterquã in hoc debito iurato, debet
ad illud extendi,& hoc modo ceſſat obiectũ, qua-
tenus concernit concedentis voluntatem. Dũ ve-
rò dicebatur non poſſe Principẽ concedere ſecuri
tatẽ pro debito iurato,rñderi poteſt, primò quod
Princeps; ſicut & lex ciuilis habet vim apoſtolici
14 † in remittendo iuramentũ,ſecundũ gl.in l.adige-
re,§.fi.ff.de iure patr. quã ſequuntur multi relati
per Iaſ. in l.fin.nu.22.ff.q ſatiſd.cog.Gram.deciſ.
12.nu.15. Sed quia hæc opinio ita abſolutè intel-
lecta non poteſt iure ſubſiſtere,dicitur ſecũdò,qđ
de ſtilo non ſeruatur deciſio in contrariũ allegata;
quinimò Principes cũ debitorib. dilationes cõce-
15 dunt, eas obſeruari † faciũt non minus pro debi-
tis iuratis, quã pro alijs,ita teſtatur Boer.296.nu.
5.dicens in Aquitania ſic ſeruatum fuiſſe, & dicit
Dec. in conſi.352. in fi.quod in territorio conce-
dentis nõ admittitur diſputatio, an cõcedens po-
tuerit ſecuritatẽ dare pro debito iurato. Tertiò di
citur,quod iuramentũ pręſtitũ ſemper intelligitur
ſalua authoritate ſuperioris. proinde, qui iurauit
nullã opponere exceptionem,vti põt quinquẽna-
16 li dilatione,† quã impetrauit a Principe,ita cõclu
dunt Cyn. & Saly.in l.fin.C.ſi contra ius,vel vtil.
pub.Caſt.in d.l.fi.vbi Iaſ.nu.21.ff.qui ſatiſd.cog.
Dec.in conſi.352.nu.8. Et quamuis aliqui cõtra-
dicant,vt ſupra in princ.dictum eſt:tñ loquuntur,
quando in ſpecie debitor iurauit nõ impetrare ali
quod reſcriptum: ſecus tñ eſt,quando ſimpliciter
iurauit nullam opponere exceptionẽ. ita intelligit
Dec.d.conſi. 352.nu.8. Rñdetur quartò,quod &
ſi Princeps non poſſit ſuper iuramẽto ſtatuere, &
diſpenſare,cum ſit res ſpiritualis:tamẽ hoc eſt ve-
rum, qñ in totum tolleret iuramenti vires, & non
fuiſſet de iuramento facta mentio: ſed quando nõ
tollitur virtus iuramẽti,ſed differtur ſolum,& de-
bilitatur ad tempus,tunc etiam ſi non fuerit ſigni-
17 ficatum, quod actus † ſit iuratus, valet Principis
cõceſſio, ita in terminis declarando Alex.d.conſi.
38.diſtinguit Fel.in c.conſtitutus, col.4.verſ.cõſi
dera ſecundo,de reſcrip.qui col.8.verſ.ex hoc di-
cto,ſubdit,quod ſi Princeps ſciuit actũ eſſe iuratũ
potuit differre, & elõgare virtutem iuramẽti,licet
nõ in totũ tollere. ita ergo in propoſito, concedẽs
ſaluũ conductũ non in totum tollit vim iuramẽti,
ſed enm in tempus ſuſpendit. Quintò rñdeo verũ
eſſe, quod Princeps non poteſt ſuper iurib. iura-
mẽti diſponere,nec per ſaluũ conductũ impedire,
quia debitor a ſolutione ceſſans incurrit periuriũ,
18 ſed bene põt impedire ne creditor † agat,vel debi
torẽ conueniat in iudicio intra certũ tempus,quia
hoc eſt diſponere ſuper re merè profana, nõ autẽ
ſuper ſpirituali, & hoc facere poteſt,vt in ſimili di
cit Caſt. in authen. decernimus, C. de arbit.quia
vt ibi inquit, meum, non tuum denego auxiliũ,l.
aſſiduis,C.qui potio.in pig.hab.facit ẽt, quia etſi
non valeat ſtatutũ diſponens ſuper matrimonio,
quod eſt ſpirituale, ſi tñ prohibeat ſtatutũ matri-
moniũ contrahi cũ certo genere perſonarũ ſub pę
19 na,valebit,† quo ad pęnam,ſed nõ impediet vali-
ditatem matrimonij, Caſtr. & alij in l.1.§.natura-
le,ff.de iuſt.& iure.Alex.in rub.ff.ſol.mat.col.fin.
& per has rõnes concludit Cagn. in l. ſi quis ma-
ior, nu.215.poſt Alex. & Claud.ibi,C.de tranſa.
20 quod valet ſtatutum diſponẽs ſuper † pęnis illius
legis,& infert ad ſtatutũ Pedemontanũ, quo caue
tur non eſſe locũ illis pęnis,niſi certa forma ſerua-
ta, & concludit ſtatutũ valere, ſed eo nõ obſtante
debitorẽ incurrere periuriũ, quia ſtatutum facere
non põt, quod qui iuramentum non ſeruat, nõ ſit
periurus. facit,quia negari non poteſt,quin poſſit
Princeps nouas ferias inducere,quib. durantibus
debitor iuratus cõueniri non poterit: nã hoc non
concernit factũ iuramenti,nec ſpiritualitatem, ſed
factũ profanum,nempè actionis exercitiũ,ergo pa
ri modo concedere poterit inducias, ſeu ſaluũ cõ-
ductum aduerſus debitũ iuratum,& ita nõ dicitur
de iuramẽto diſponere,in quantum eſt ſpirituale.
Sextò dico pſentẽ caſum fore extra omnẽ cõtro-
uerſiã: nam Illuſtriſ. D.Gubernator quæcunq; ge
rit,ea ſub noĩe Sereniſſimi Dñi Ducis facit, cuius
vices obtinet, & ab ipſo Duce facta cẽſentur,quia
ſubrogatus ſequitur naturã eius, &c.l.ſi eũ,§.qui
iniuriarum, ff.ſi quis caut. nõ debet ideo mirũ vi-
deri, quod valeat ſecuritas ab ipſo conceſſa ẽt ad-
uerſus debitum iuratum: nã quicquid ſit in Prin-
cipe tertio, clarum eſt, quod pars cui præſtitũ fuit
21 iuramentum, poteſt illud remittere,† & in hoc ha
bet authoritatem apoſtolicam, c.1.de iureiur.l.fi.
in prin.ff.qui & a quib. Bar.in l.Labeo,ff.de iure-
iur. & in l.1.§.& poſt operis,ff.de ope. noui nunc.
addo Old.in cõſi.241.in fi.Ruyn.in conſi.212. in
prin.vol.1.Pariſ.in cõſi.95.nu.29.vol.3. & in ter-
minis,de ſaluo cõductu cõceſſo ab ipſo creditore,
videtur hoc voluiſſe Alex.d.cõſ.38.nu.12.ver.itẽ
de veritate,vbi dicit, quod pars,cui fuit pręſtitum
iuramẽtum, põt remittere illud, prorogãdo ſolu-
tionẽ, vel aliter diſponẽdo ad fauorẽ debitoris. &
nõ obſtat, quod antequã conceſſa foret ſecuritas
debitor effectus erat periurus, & pars non poteſt
periurium remittere: quia rñdeo verũ eſſe, quod

reatum

reatum periurij, iã incurſi, pars nõ põt remittere,
ſed bene põt periuriũ remittere quoad ea, q̃ non
ſpiritualitatem, ſed commodũ ipſius partis cõcer-
nunt; & ideo, quamuis regulariter periurus non
admittatur in iudicio, l.ſi quis maior, C. de tran-
22 ſact.tñ ſi pars expreſsè conſentiat, † vel etiã tacitè
nihil opponendo audietur, vt notatur in l. nam &
poſtea, in prin.ff.de iureiu. Alex.in l.nemo poteſt,
nu.17.vbi Iaſ.nu.40. in fi.ff.de leg.1.Crau.in cõ-
ſil.199.nu.12.& in reſp. pro gen.nu.235.vbialle-
gat Alex.Soci.Ruyn.& Pariſ.& ita licet non poſſit
remittere periurium, tñ quoad effectũ iuramenti,
qui cõcernit eius vtilitatẽ, poteſt pars periuriũ re-
mittere. Eodẽ modo nõ aduerſatur, quod induciæ
ſeu dilationes procuratæ per debitorem non excu
ſent a periurio, ſecundũ Iaſ.d.l.fi.nu.13.Parpa.&
Nattã allegatos in contrarium, quia rñdetur illud
eſſe verũ, quoad reatũ periurij, quia præceptũ ſu-
perioris affectatũ non impedit, ne periurium con-
trahatur: hic verò non agitur de peccato periurij,
quod committitur non ſeruando iuramentũ, ſed
admittimus inducias ab eo non excuſare, verũ di-
cimus ſuſtineri inducias etiã ad fauorẽ debitoris
iurati, quoad ea, quæ reſpiciũt exercitiũ actionis,
quæ creditori cõpetit. Poſtremò reſpõdeo, quòd
etiam ſi ſecuritas non extenderetur ad debitũ iura
tum, tñ eſt ſeruanda, per ea, quæ dixit Signo.in cõ
23 ſil.102.nu.6.vbi dicit, quod fiducia, quæ † eſt nul
la, & non valet, debet receptum a damno ſeruare,
Marſi.in conſi.32.nu.29. & dixi in prioribus ſcri-
ptis: facit, quod ſupra dictũ eſt in princ. quod ſer-
uanda eſt ſecuritas, licet non eſſet concedenda.

SVMMARIVM.

1. *Legata rei dominium recta via tranſit in legatariũ. limita, nu.15.& nu.16.*
2 *Dominium rei legatæ trãſit recta via in legatarium etiam ignorantem.*
3 *Hæreditas ſemel adita, non poteſt repudiari.*
4 *Hæres, qui ſemel fuit, non poteſt deſinere eſſe hæres.*
5 *Hæres legatarij non poteſt legatum illi factum repudiare in præiudicium creditorum illius.*
6 *Repudians ſubſtitutionem, vt habeat bona iure accreſcendi, tenetur ad omnia legata.*
7 *Fraus committitur non ſolum in quæſitis, ſed etiam in quærendis.*
8 *Hæres eiuſdem eſt iuris cum defuncto, & repræſentat eandem perſonam.*
9 *Ius alicui delatum ita competit, vt repudiari poſſit.*
10 *Legatum non agnitum tranſmittitur etiam quando eſt in diẽ, vel quando legatarius deceſſit ante aditam hæreditatẽ, & idem in inſtitutione rei certæ.*
11 *Legatum licet ante agnitionem tranſmittatur, repudiari tamen poteſt.*
12 *Hæres inſtitutus poteſt hæreditate repudiata acceptare legatum ſibi factum.*
13 *Iura plurium quando deueniunt ad vnum, poteſt is ſolus facere quod omnes potuiſſent.*
14 *Hæres poteſt ex propria perſona impugnare quod teſtator fecerat ſuo nomine.*
15 *Dominium rei legatæ non tranſit recta via in legatarium quantitatis.*
16 *Legatæ rei dominium tranſit quidem recta via in legatarium, ſed reuocabiliter.*
17 *Fraudem facere non dicitur, qui facit id, quod ſine fraude licebat ſibi facere.*
18 *Debitor in quærendis præiudicat creditori.*
19 *Prælatus in quærendis præiudicat eccleſiæ.*
20 *Repudiare quis poteſt ad vtilitatem propriam, ſecus quando nullum conſequitur commodum.*
21 *Fraus nõ præſumitur in eo, qui actum facit ad ſuam vtilitatem.*
22 *Aedificare quis poteſt principaliter, vt vicino noceat, ſi in conſequentiã reſultet ſibi vtilitas aliqua.*

CONSILIVM CCC.

NON videtur quod nobilis Frãciſcus
Germanus hæres Gulielmi fratris
cum beneficio legis, & inuentarij
poſſit ex fratris perſona legatũ re-
pudiare, quod illi factum fuerat a
Dño Aleſſio ex infra dicendis. Primò, quia legati
1 † dominiũ recta via tranſit in legatariũ, l.a Titio,
ff.de fur. Bald.in auth. cõtra rogati, C.ad Trebel.
Doctores in l.1.ff.de leg.1.& in l.2.C.com.de lega.
2 & procedit, ẽt ſi legatarius ignoret † legatum ſibi
factũ, l.ſi tibi homo, §.cũ ſeruus, ff.de leg.1.l.cum
pater, §.ſurdo, ff.de leg.2.Tiraquel. in l.ſi vnquã,
in verſi. reuertatur, nu.338.C.de reuoc. dona.Fe-
der.Senen.in conſ.9.& quod trãſeat ipſo iure, Af-
fli.in deciſ.299. nu.3.Crot. in conſ.119.nu.3.Al-
cia.in conſi.116.nu.7. Rub.in conſil.58.nu.4.vbi
ponit, quod etiã retrotransfertur ſine traditione,
Natta in cõſ.441.nu.17.cõſ.531.n.3. vbi pariter
dicit quod retrotransfertur, Cępha.in cõſi.49.nu.
7.proinde cũ iam eſſet acquiſitum, non põt repu-
3 diari, vt dicimus de hæreditate † ſemel adita, l.ſi-
cut maior, vbi gl.& Doctores, pcipuè Caſtr.& Iaſ.
C.de repud.hæred.& de hærede, qui non põt deſi
4 nere eſſe hæres, † l. & ſi ſine, §.ſed quod Papinia-
nus, ff.de minor. l.ei qui ſoluẽdo, ff.de hær.inſtit.
Bar.in l.in ſubſtitutione, in fi.ff.de vulg.& pupill.
Natta in cõſ.459.nu.13.Cępha. in conſ.52.n.22.
Secundò videtur quod huiuſmodi repudiatio
ſit nulla tamquam facta in fraudem creditorũ no-
bilis Gulielmi, qui non poſſunt ſatisfactionẽ con-
ſequi ob defectum bonorũ, niſi illud legatum cõ-
putetur in hæreditate ſui debitoris, & pro hoc vi-
detur text. expreſſus in l. liberto octuaginta, ff.de
5 bon.liberto. vbi hęres † legatarij nõ poteſt in pre-
iudicium illius creditorum repudiare legatum illi
factũ, & habemus titulum, ff.ſi quis om.cau.teſta.
per quem diſponitur quod hæreditatẽ repudians
ex teſtamẽto, vt ſuccedat ab inteſtato, tenetur er-
ga legatarios honoratos in teſtamẽto, ac ſi non re
pudiaſſet; & per illum titulum dixit Bar.in l.fi.ff.ſi
quis omiſ. cau. teſta. quod repudians ſubſtitutio-
6 nem, vt conſequatur iure accreſcendi, tenetur † ad
omnia legata, Iaſ.in l.ſi mihi & Titio, in princ.nu.
15.ff.de leg.1.& dicit Bertr.in l.hac edictali, ver.ſi
vero

veto plus.nu.22.C.de ſecun. nupt.quod ſi mater
inſtituto vniuerſali hærede filio ſecundi matrimo
nij plus reliquit ſecũdo viro, quàm vni ex filijs pri
mi, non poterit maritus repudiare legatũ in præiu
dicium filij ex priore marito,& fraus committitur
7 non ſolum in quæſitis,† ſed etiam in quærendis,l.
in fraudem,in princ.ff.de iure fiſci.quem tex.citat
Boſſ.in tit.de publ.bono.nu.29.circa finem.

Contra tñ cõcludo poſſe prædictũ nobilẽ Fran
ciſcum vti fratris hæredẽ repudiare dictum legatũ
8 factum fratri: hæres.n.eiuſdem iuris eſt cum † de-
functo,& ei licẽt q̃ omnia, defuncto erant permiſ-
ſa,l.hæres in omne ius, ff. de acq.hær.l.cum hære-
des,ff.de acqui.poſſ.l.nihil aliud,ff.de verb.ſign.l.
hæredem,ff.de reg.iu.& repræſentat perſonam de-
functi,§.1.in Auth.de iureiur.a morien.præſt. An-
cha.in conſi.244.nu.2.& in eum tranſeunt omnia
iura, & actiones,l.1.C.vt actio ab hære.& contra
hære.ideo ſicuti potuiſſet frater defunctus repudia
re legatum, ita & id licet hæredi ipſius fratris.

9 Secundò, quia cõſtat qđ vbi ius † aliquod ali-
cui defertur, id defertur cũ facultate repudiãdi,vt
toto titulo de repud. hær.C.& de acq. hæred. ff.&
ideo, qñ infans hæreditatẽ ſibi delatã transfert ad
hæredẽ, illam transfert cum facultate repudiandi,
quæ infanti competebat,l.ſi quis filium,ff.de acq.
hær.atq; ita facultas acceptãdi vel dimittẽdi, quæ
cõpetebat defuncto,competit hæredi: & ideo licet
10 † legatum nõ agnitum tranſmittatur ad hæredẽ,l.
vnica,§.cum igitur, & §. in nouiſſimo,C.de cadu.
toll.l.ſi dies, in princ.ff.qñ dies leg. ced.l.ſi ita ex-
preſſum,ff.de cond.& demon. Bart.in l.ſi ita lega-
tũ,§.illi ſi volet,ff.de leg.2.vbi Iaſ.ampliat ẽt in le-
gato,quod ipſo iure non põt in legatariũ tranſire,
vt qñ factum eſt in diem certum: & idem vult qñ
legatarius deceſſit ante aditam hæreditatem ab hæ
rede ſcripto, Iaſ.in l.qui filiab.§.fi.nu.3.ff.de leg.
1.Pariſ.in conſ.49.nu.27.vol.2. Bertr.in cõſ.242.
nu.2. & 3. vol.3. vbi idẽ dicit in hærede inſtituto
in re certa,Gomez.de teſta.c.12.tit.de lega.nu.71.
vbi idẽ in legato relicto ſub modo.tñ hæres poteſt
11 illud † repudiare,vt eſt tex. in l.ſi fundũ ſub condi
tione,§.ſi Titius,ff.de leg.2.quẽ ad hoc propoſitũ
citat Soc.iun.in conſ.150.nu.4.vol.2.vt in id citat
quoq; tex.in d.l.liberto octuaginta, ff.de bon.lib.
quare põt nobilis Frãciſcus repudiare dictũ lega-
tum tamquam fratris hæres, & ex perſona illius.

Tertiò videmus,quod hæres,idemq́; legatarius
12 poteſt hæreditate repudiata,† repudiare legatum,
l.apud Celsũ, §.ſi quis ex vncia, ff.de excep.doli,
l.cũ filiabus,§.fi.ff.de leg.2.l.ſi qua,C.fam.erciſc.
l. qui filiabus, §.fi.ff.de leg.1. vbi Iaſ.nu.4.Coraſ.
in l. hæres inſtitura, C.de impub.Fab.in auth.no-
uiſſima, nu.151.C.de inoff.teſta.Phanuc.in tract.
de inuent.par.7.nu.21.& ratio eſt,quia is,cui duo
iure competunt, poteſt vnum reſpuere, & amplec-
cti alterum,l.ſi domus,ff.de ſerui.vrb.præd.

Quartò, quod nobilis Franciſcus potuerit ex
perſona fratris repudiare, legatũ factũ a D.Aleſ-
ſio,& ipſius Aleſſij retinere hæreditatem ſibi ueli-
ctam,probatur manifeſtè; q̃a vbi pluriũ iura cõſo
13 lidãtur in pſona † vnius,põt is ſolus facere quod
plures poterãt, l.tutorẽ, ff.de his, quib. vt indig.l.
nõ eſt nouũ,ff.de actio.emp.l.ſicuti,§.fin.ff.quod
cuiuſq; vniuer.nom.& eſt tex. expreſſus in l.ſi mi-
hi & Titio,in prin.vbi Bar.Imo.Caſt.Alex. & Iaſ.
ff. de leg.1. vbi dicitur q legatarius ſuccedẽs col-
legatario,põt repudiare legatũ ex pſona defuncti,
& retinere ex perſona propria,vel e cõtra. & dicit
Soc.in l.cũ filio,nu.28.ver.ſecunda rõ etiam,ff.de
leg.1.quod vbi quis ſungitur vice creditoris & de-
bitoris, quatenus eſt debitor habetur pro debito-
re, & quatenus eſt creditor habetur pro credito-
re, & ius vnius pſonæ nõ cõfunditur cũ iure alte-
rius,ſed vtrũq; ſubſiſtit de p ſe, ſequitur Cra.ibi,
nu.396. & ideo gl.in l.q Romæ, §.duo fratres,vbi
ẽt Bar.q.12.nu.26. ff. de ver.obl.dicit qđ ſi fidei-
cõmiſſarius pendẽte cõditione emit rẽ fideicõmiſ
ſo ſubiectã,poterit cõditione eueniẽte agere cõtra
venditorẽ tãquã ipſe ſibi euicerit: infert ideo Bar.
in d.l.ſi mihi,nu.4.quod ſi duæ cauſæ lucratiuæ ori
ginẽ habentes a perſonis diuerſorum deueniãt ad
vnum, poterit ille ex vtraque cauſa conſequi ſoli-
dũ, ac ſi illæ diuerſæ perſonæ viuerẽt & peterent.
14 hac etiã rõne hæres põt impugnare † ex perſona
propria negociũ,quod defunctus geſſerat illius no
mine,ſm Bar.in l.cũ vir,col.fi.ff.de fideiuſſ.Corn.
cõſ.310.nu.11.vol.1. & poſſent multæ deduci illa-
tiones,quas omitto. & quod poſſit legatũ repudia
ri,ponit Soc.iun.d.conſ.150. nu.4.ex quib. omni
bus palã fit validam eſſe repudiationem,nec de ea
conqueri poſſe creditores Gulielmi fratris, id qđ
planum fiet ex reſolutione contrariorum.

Non obſtat igitur quod rei legatæ dominiũ re-
cta uia, & ipſo iure tranſeat in legatariũ;quia hoc
non procedit in legato quantitatis, de quo nõ lo-
quimur, q̃a qñ aliquid eſt in obligatione,& igno-
15 ratur quid futurum ſit in ſolutione,† tunc propter
incertitudinem dominium non tranſit recta via in
legatarium, Bart.in l.1.nu.12.ver.tertio caſu,ff.de
leg.1.& ibi pulchrè declarat Iaſ.nu.115.& nu.118.
vbi ideo dicit, quod ſi eſſet legatũ quãtitatis circũ
ſcriptæ,puta pecuniæ exiſtẽtis in arca,tunc domi-
niũ tranſiret,idẽ Ripa ibi poſt alios,nu.54.& Alc.
Bart.& Doct.in l.1.C.com.de leg.Car.Ruy.in cõ-
ſil.133.nu.4.vol.5.Pariſ.qui dicit eſſe cõem in cõ-
ſil.77.nu.4.vol.1.Pòr.Imo.in conſil.198.num.5.
poterat enim ſolui legatum quãtitatis de pecunia
aliéna,non minus quàm de pecunia teſtatoris.

Secundò reſpondeo,quod dominiũ tranſit cõ-
16 mutabiliter,& reuocabiliter, † ita quod põt lega-
tarius illud legatum repudiare, glo.in l.ſi quis hæ-
reditatem,ff.de cond.inſtit.eſt tex. in l.ſed & dam
nũ, circa medium, ff.de pecul.in l.ſi tibi homo,§.
cum ſeruus,vbi glo.Bar. & Doct.ff.de leg.1. Bart.
in l.Põponius, la decima, nu.3. circa fi. ff.de neg.
geſt. vbi dicit, quod ſequuta repudiatione fingi-
tur dominium retro nunquam quæſitum,Caſt.in
l.ſi ita legatum, §.illi ſi volet, nu.2.ff.de leg.1.ubi
dicit, quod ante acceptationem acquiritur igno-

rãti,

ranti, ſed reuocabiliter & imperfectè: poſt uerò ac
ceptationem acquiritur perfectè, & irreuocabili-
ter. idem dicit Aret. in l.omnia, circa principium,
ff.ſi cer.pet.& inquit Soc.in conſi.78.nu.6.uol.4.
quod dominium rei legatæ, tunc dicitur cum ef-
fectu translatum, quando fuit acceptatum, Bertr.
in conſi.116.num.21.uol.2.ubi idem dicit in do-
natione, Ripa in l.1.nu.51.ff.de leg.1.Natta in cõ
ſil.487.nu.20.ubi dicit, quod dominium rei lega-
tæ competit ipſo iure legatario, ſaluo tamen iure
repudiandi, Socin.iun.d.conſ.150.num.4.uol.2.
Rot.Bonon.deciſ.37.nu.8.& faciũt Doctores ſu-
pra citati, qui dicunt, quod etiam hæres legatarij
repudiare poteſt legatum, & alias acquireretur in
uito, quod tamen eſſet abſurdum, quia donatio,
ut eſt legatum, non fit inuito, ut per Bertran. loco
prædicto.

Similiter non obſtat, quòd uideatur repudia-
tio fieri in fraudem: ad hoc enim reſpõdeo, ꝗ non
17 dicitur fraudem facere † is, qui aliquid facit, quod
ceſſante fraude ſibi licebat, ut eſt tex. in l.qui aũt,
in prin.ff. de his, quæ in fraud.cred. per quem ita
dixit Zucard.in l.1.nu.51.C. qui adm. Igne. poſt
Bal.quem citat, in auth.ex cauſa, nu. 72.C.de lib.
præterit. Præterea ubi agitur de repudiando iure
quærendo, non conſideratur aliqua fraus, quia nõ
acquirendo debitor non facit creditori iniuriam,
l.non fraudantur, ff.de reg.iur.l.1.§. confertur, ff.
de collat.bono.l.ſi ſponſus, §.ſi maritus, il ſecon-
do, ff.de donat.inter uir.& uxor.l.fin.§.licentia, il
primo, C.de iure delib. quibus iuribus probatur,
18 ꝗ debitor † poteſt in quærendis prçiudicare credi
tori, id quod ponit etiam Dec.in l.ſeruus, num.8.
C.de pact.& in conſil.260.per totũ. ubi citat Alc.
& alios, Barbat.in conſi.59.col.7.uerſ. capio mo-
do, uol.2. ubi infert qđ maritus poteſt in dãnum
creditorum repudiare lucrum dotis ſibi delatum
a ſtatuto, de quo ponit etiam Dec.d.conſilio 260.
alios citat Rol.in trac. de lucro dot.q.40.Phanuc.
in eo.tract.dé lucro dot.gloſ.8.nu.16. & ꝗ in quç
rendis poſſit debitor præiudicare creditori, uoluit
Tiraq.de retrac.conſang.§.26.gl.1.nu.13. Caual-
can.de uſufruc.relic.nu.186.& ſeq. Lamberteng.
de contract.eor.qũi ſine ſolennĩt.glo.5.in uer.uel
diſtracta, nume.3.facit quod dicũnus de prælatò,
19 † qui in quærendis poteſt eccleſiæ prçiudicare, ut
ſunt multç deciſiones, & inquiſitus poteſt in dam
num fiſci repudiare hçreditatẽ ſibi delatam, Bart.
in l.in fraudem, in fi.prin.ff.de iure fiſci, Nellus in
tract.bannito.in prima part. ſecundi temp. q.30.
in fi.Boſſ.de publicatio.bono.nu.29.ubi latè agit,
Caualcan.d.num.186.circa fin.Cçphal. latè in cõ
ſilio 321.per totum, Natta in conſilio 472.nume
ro 12.

Et non conſiſtit text.in d.l.liberto octuaginta,
ff.de bon.liberto.quia procedit, quando quis in
alterius præiudicium ſine commodo proprio vult
repudiare, tunc enim non admittitur: ſecus quan-
20 do repudiat † ad propriam vtilitatem: nam id ei
facere permittitur, licet cum damno alterius. ita
reſpondet ad illum tex.Bar.in d.l.ſi mihi & Titio,
num.3.ff.de leg.1.in præſenti autem caſu nobilis
Franciſcus repudiat in vtilitatem propriã, ex quo
ſi legatum nõ erit in hæreditate Gulielmi fratris,
tanto minus ſoluçre ipſe tenebitur creditoribus,
& tanto plus ſibi remanebit de hæreditate ſibi reli
cta a D.Aleſſio, & prædictam Bart. diſtinctionem
ſequitur Caſtr.in lect.Paduana, vbi infert ad ca-
ſum noſtrum, & dicit habuiſſe de facto, & fuiſſe ſe
cundum eam deciſum.quidam enim legato fundo
vxori inſtituit filium hæredem, vxor decedens an-
te agnitionem legati, inſtituit pariter filium, qui
repudiauit legatum matri factum, & quærebatur
an facere poſſet in præiudicium creditorũ. & fuit
iudicatum ꝗ poſſet, ſequitur Alexan.nu.6. vbi re-
probat Caſtr. qui contrarium tenuit in lectu.Bo-
non.Iaſ.nu.18.& ſeq.vbi infert ad plures alias de-
ciſiones.cum hac quoque diſtinctione tranſit Ale
xan.in conſi.113.nu.5.vol.3.Socin.iun.in conſil.
150.nu.4.vol.2. & ratio diſtinctionis eſt, quia pri-
ma charitas incipit a ſe ipſo, l.præſes, C.de ſeruit.
& aqua.& eſt in prouerbio, quod Alpibus ille pe-
rit, qui ſe plus diligit vllum. & ideo dicit Barbat.
in conſil.30.col.3.ver.præterea facit ratio, vol.4.
21 quod non poteſt fraus † præſumi in eo, qui facit
actum ad ſuam vtilitatem, etiam ſi in conſequen-
tiam afferat dãnum tertio, adducit l.Proculus, ff.
de dam.infecto.& dicit Ruyn.in conſ.213.nume.
10.vol.1. quod non præſumitur fraus, licet alteri
fiat præiudicium. Imo non dicitur in fraudem fa-
cere, qui principaliter facit, ut noceat, ſi in conſe-
22 quentiam ſibi proſit, † ut per Bal. in c.cum eccle-
ſia Vulterana, nu.5.de electio.ubi dicit, ꝗ ſi quis
facit ædificium conſideratione mixta, ut ſibi pro-
ſit & uicino noceat, aliter tamen nõ facturus, niſi
animo principaliter nocendi, licite facit, quia non
dicitur defraudari conſilio, qui non fraudatur re,
ſequitur Iaſ.in l.quominus, nu. 34.de flumin.vbi
etiam Ripa, nu.29.qui temperat hãc deciſionem.
ecce ergo quòd non dicitur quis fraudem facere,
quando actus affert vtilitatem facienti, licet prin-
cipaliter faciat animo nocendi: quia non tam con-
ſideratur affectus, quàm effectus; & non tam con-
ſilium, quàm res. quæ verba ſunt multum notan-
da, ſecũdum Iaſ.loco prædicto.in propoſito ergo
nobilis Franciſcus licite repudiat in creditorum
damnum legatum fratri ſuo factum, poſtquam re
pudiatio tendit ad ſui commodum.

F I N I S.